LVCVBRATIONVM
IN M. T. CICERONIS
ORATIONES, TOMVS SECVNDVS: QVO INVEctiuarum eius omnium Explicationes comprehendere libuit, quarum Autores atque ſeriem cum primi Tomi Catalogo reperies.

AD HAEC,

Rerum & uerborum in utroq; hoc Lucubrationum Tomo memorabilium INDEX.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Cum gratia & priuilegio Imp. ad quinquennium.

BASILEAE, PER IOANnem Oporinum.

ACTIONIS IN VERREM PRIMAE, QVAE DIVINATIO DICITVR, ENARRATIO,

Q. Aſconio Pediano autore.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTOR. EMANUELE

ARGVMENTVM.

CN. Pōpeio primùm & M. Craſſo Coſſ. C. Verres perfunctus Quæſtura, Legatione, Prætura urbana, patre C. Verre, & prætextato filio, & filia nupta, uxorem habens, cum ſucceßiſſet in Sicilia C. Sacerdoti Prætori, eamq́; non ſibi ſuccedente Arrio, per triennium tenuiſſet, atq; in ea fuiſſet libidinoſe, auarè, crudeliterq́; uerſatus, ſuccedente tandem in eadem prouincia Metello, repetundarum reus ab Siculis appellatus eſt: qui omnes, præter Syracuſanos, & Mamertinos, M. Tullium, illo tempore florentem defenſionibus amicorum, ad accuſandum deſcendere compulerūt, iam pridem illis neceßitudine copulatū, quòd Quæſtor in Sicilia fuiſſet Prætore Sex. Peduceo: & quòd, cum decederet, in illa oratione quam Lilybæi habuit, multa ijs benignè promiſiſſet. Acceſſit his, non ignobilis futura de Verre uictoria: quia à Metellis, Scipionibus, & multis alijs nobilib. uiris, et præcipuè ab Hortenſio ipſo defenderetur, facile & principe in ſenatu propter nobilitatem, & in foro ob eloquentiam rege cauſarum, & eodem Conſule deſignato cum Q. Metello fratre Metellorum, alterius Prætoris Siculi, alterius Prætoris urbani. His ita conſtitutis, extitit Q. Cæcilius Niger, domo Siculus, & Quæſtor Verris, & eiuſdem, ut ipſe dicebat, inimicus, qui ſe potius accuſatorem contenderet conſtitui oportere, has afferēs cauſas: unam, quod ab eo læſus, & ob hoc iurè ille ſit inimicus, quare præuaricator eſſe non poßit: alterā, quòd cum Quæſtor ei tum fuerit, etiā ipſe in quæſtione crimina nouerit Verris: tertiam, quòd Siculus pro Siculis agat. Huiuſcemodi propoſitionibus Cicero deſignatus Aedilis, his capitibus reſpondet: accuſatorem eum eße oportere, qui inuitus cogitur religione officij, rogatus ab omnibus Siculis, qui pro Republica agat, quem uolunt qui accuſant, quem metuit qui accuſatur, qui idoneus eſt facūdia, & innocentia, qui hoc facit imitatione maiorum. Diuiſio principialis una de ſe ipſo, altera de contentione ſui & Cæcilij. Diuinatio dicitur hæc oratio, quia non de facto quæritur hæc coniectura, ſed de futuro, quæ eſt diuinatio, uter debeat accuſare. Alij ideo putant diuinationē dici, quòd iniurati iudices in hac cauſa ſedeant: & quod uelint, præſentire de utroque poßint. alij, quòd res agatur ſine teſtibus, & ſine tabulis: & his remotis, argumenta ſola ſequantur iudices, & quaſi diuinent. Agitur autem cauſa ſenatorijs iudicijs in inuidia apud populum conſtitutis corruptione multorū, uexatis prouincijs omnibus, ac ſocijs populi Romani feßis toto orbe terrarum, accuſatoribus præuaricatione infamibus, flagitante plebe iudicia equeſtris ordinis, quæ ferè ante annos 10. uictor Sylla ſuſtulerat, cognoſcente de pecunijs repetundis M. Glabrione Prætore, & ampliſsimis quibuſq; ſenatorij ordinis iudicantibus, ſumma expectatione cunctorum. Genus cauſæ honeſtum. Status, qualitas negotialis cōparatiua, de conſtituendo accuſatore, qui potißimum de duobus, aut qui ſolus accuſet. dicit enim Cæcilius, aut à ſe accuſandum eſſe Verrem, aut à ſe quoq;.

INITIVM EXPOSItionis.

SI quis ueſtrûm iudices.) Hoc toto capite ſolœciſmi ſpecies cōtinetur, niſi addas Et, aut Idem: ut ſit, Et ſubitò nunc mutata uoluntate ad accuſandum deſcenderim. Quare multi non deſcenderim legūt, ſed Deſcēdere. Eorum qui adſunt.) Coronam populi dicit, circum ſubſellia ſtantem. Cauſis, iudicijsq́; publicis.) Cauſæ etiam priuatæ ſunt: ſed repetundarum, ambitus, maieſtatis, & cæteræ, reipublicæ cauſa conſtitutæ ſunt.

Vnà & id, quod facio, probabit.) Principalis diuiſio huius cauſæ bipartita eſt, utrum rectè Cicero accuſet, & utrum Cæcilio ſit anteponendus. Siculis omnibus.) Elatoriè: cum enim à duob. Quæſtoribus Sicilia regi ſoleat, uno Lilybætano, altero Syracuſano: ipſe uerò Lilybætanus Quæſtor fuerit Sex. Peduceo Prætore: omnibus tamen ſe placuiſſe dixit. Cum Quæſtor.) Narrationem in exordio multi admirantur, ac reprehendunt, ſed non rectè. eſt enim argumentalis narratio ad priorē diuiſionem: in qua quæritur, an rectè Cicero ex defenſore accuſator effectus ſit. Veteribus patronis multis.) Siculi ueteres patronos habebant: in quibus Marcellus, à Marcello ortus, qui Syracuſas uictor ſeruauit incolumes: Scipiones, quorum auctor P. Scipio Africanus, Carthagine exciſa, Siciliæ ornamenta retulit ſua, quibus quondam à Pœnis uictoribus ſpoliata erat: Metelli, quorum familia proximè Siculis patrocinium præbuit, cum fuit reus Lepidus in ea prouincia Prætor, inſtantibus ad accuſandum cum Metellis duobus, Celere, & Nepote.

Populati, atq; uexati.) Populati auaritia, uexati libidine et crudelitate. Cuncti.) Simul omnes, quaſi coniuncti. In cauſis, iudicijsq́; publicis.) Iam hoc contra Cæcilium eſt, qui nunquam ſui periculum fecit. Cauſam defenſionemq́;.) Cauſa genus eſt ad accuſationem, & defenſionem. Et mirè defenſionem uult eſſe, non accuſationem. Sæpe eſſe pollicitum.) In ea oratione, quam decedens Lilybæi habuit. Veniſſe tempus aiebant.) Vt Terentius: Hoc hercle factum eſt: fac, ut promiſſa appareāt. Seſe iam ne deos quidem in ſuis.) Mire imitatus eſt uerba Siculorū, dolore oxymora, & inania: quaſi deos non habeant, qui ſimulacra perdiderunt. Ex delubris.) Ex templis, etſi delubra hic aliter oſtendit Tullius, aliter cum dicit templis atq; delubris. & ſunt qui tēpla eſſe dicant, ſingulorum dijs atributorum locorum: delubra, multarum ædium ſub uno tecto à diluuio pluuiæ munitarum. alij delubra dicunt ea templa, in quibus ſunt labra corporum abluendorum, more Dodonæi Iouis, aut Apollinis Delphici, in quorum delubris lebetes tripo-

desq; uiſuntur. Sunt etiam, qui delubra ligna delibrata, id eſt decortica, pro ſimulacris deorũ moreueterum poſita exiſtiment, ſed malè. Per triennũ.) Expectabat Arrium in prouincia; Sicilia ſuceeſſurũ Verri: qui non ſucceßit. hinc in triennium Verris Prætura durauit. Rogare, & orare.) *Rogare ut hominem, orare ut deos. iam enim, quibus id facerent, non habebant.* Quos, me incolumi, nemini ſupplices eſſe oporteret.) *Superbißimũ uideretur, ſi addidißet Alteri: ut eſſet, nemini alteri. nam hoc non addidit: quaſi nec ipſi Tullio ſupplicare debere intelligatur. Quan quã cum anaphora ſit ad perſonam Siculorũ, nõ uidetur inuidioſe orator dicere, quæ Siculos dixiße commemorat.* Grauiter, et acerbè.) *Grauiter, quòd accuſare nolebam: acerbè, quòd Siculorum iniurijs affligebar.* Multorum bonorũ exemplo.) *Ipſe mox dicet, quo exemplo optimorum uirorũ.* Vetere conſuetudine.) *Quia uiri robuſtiores accuſare conſueuerant, nõ ut nunc, adoleſcentuli.* Non ex meo) *Vt Cæcilius, qui inimicitias perſequitur ſuas.* In Achaia, Aſia.) *In his prouincijs Legatus et Proquæſtore Dollabellæ C. Verres flagitia multa commiſit.* Romæ denique.) *In Prætura urbana.* Populatæ, uexatæ.) *Non à Verre tantum, ſed ab omnibus. hoc enim uult intelligi, prodeſſe uelle reipublicæ accuſationis exemplo.* Socij.) *Non Siculi tantum, ſed per omnes prouincias.* Accuſatores ſe idoneos non habere.) *Cæcilium tangit.* Populus Romanus interea, tametſi multis incommodis.) *His enim X. annis, uictore Sylla ciuilibus bellis, ſpoliatus eſt populus Romanus poteſtate tribunitia, iudicandi iure, quod habuit per equites Romanos, * militari arbitrio, creandorum ſacerdotum ſenatus, aut iudicum.* Difficultatibus.) *propter plebem ruſticam, quæ partim agros, partim ius ciuitatis amiſit: partim omnino proſcripta eſt, uictore Sylla, quòd plebs Romana de Marianis partibus fuerit. difficultatem enim, paupertatem ſignificat. Terentius è contrario: Quàm uos facillimè agitis. & ipſe alibi: In ſumma difficultate eſſe nummaria.* Iudiciorum deſiderio tribunitia poteſtas efflagitata.) *Primus Sicinius tribunus pl. nec multo pòſt Quintius, & poſtremò Palicanus, perfecerunt, ut tribunitiam poteſtatem populo darent Coſſ. Cn. Pompeius Magnus & M. Licinius Craßus.* Ordo quoque alius ad res iudicandas poſtulatur.) *C. Gracchus legem tulerat, ut equites Romani iudicarent. iudicauerunt per annos XL. ſine infamia. Pòſt uictor Sylla leges tulerat, ut ſenatorius ordo iudicaret: & iudicauit per X. annos turpiter. nunc Aurelius Cotta legem fert, ut ſenatores, & equites Romani, ac tribuni ærarij ſimul iudicent. hoc eſt quod Tullius dicit, offenſione ſenatorij ordinis fieri. & bene addit, Quoque: ut ſimul iudicaturos alios eſſe, monſtraret.* Etiam cenſorium nomen.) *Regendis moribus ciuitatis Cenſores quinto quoque anno creari ſolebant. hi prorſus ciues ſic notabant, ut qui ſenator eßet, eijceretur ſenatu: qui eques Romanus, equum publicum perderet: qui plebeius, in Ceritũ tabulas referretur, et ærarius fieret, ac per hoc non eſſet in albo centuriæ ſuæ: ſcilicet ad hoc ut eßet ciuis, ſed tantũmodo ut pro capite ſuo tributi nomine æra penderet. ijdem cõpleto quinquẽnio urbẽ luſtrabant, & Solitaurilia ſacrificia, de ſue, oue, tauro faciebant. Eorum notam ſucceſſores plerunque ſoluebant. Hoc igitur tam triſte ſeuerumq; nomen populus Romanus ſic oderat, ut inter miſſum eſſet per plurimos annos: quod nũc Orator propter infamiam corruptorum iudicum dicit plebem ipſam, quæ antè recuſabat, expoſcere.* In hac libidine hominum nocẽtißimorum.) *Qui prædantur ſocios populi Romani.* Totius ordinis.) *Senatorij ſcilicet.* Cognitorem iuris ſui.) *Qui defendit alterum in iudicio, aut patronus dicitur, ſi orator eſt: aut aduocatus, ſi aut ius ſuggerit, aut præſentiam ſuam commodat amico: aut procurator, ſi negotium ſuſcipit: aut cognitor, ſi præſentis cauſam nouit, & ſic tuetur, ut ſuam. Ergo cognitorem dixit modò, familiarißimum defenſorem.* De quo non præiudicium, ſed planè iudicium.) *Præiudicium dicitur res, quæ, cum ſtatuta fuerit, affert iudicaturis exemplum, quod ſequantur. iudicium autem, res, quæ cauſam litemq; determinat. idq; præiudicium de Verre, iam factum eſt. iudiciũ eſt, eum ſpoliauiße prouinciã, id quod Siculi antea publicè teſtimonium dixerãt, actorem cauſæ ſuæ contra Verrem Tullium quæſiſſe.* Ne nimium familiariter inimicitias.) *Senſus eſt, per iocũ hæc ſignificans. quaſi dicat: Videto Cæcili, ne nimium amice inimicitias exerceas: hoc eſt, ne inimicum et fingas, ut præuaricari poßis.* Deinde ſunt teſtes uiri clarißimi.) *Ordo, & ſenſus hic eſt: Primum cauſam inimici tui ſubleuando non uideberis accuſator, deinde teſtimonijs conuinceris in eo quòd negas me à Siculis eſſe delectum.* Scit is, qui eſt in conſilio, C. Marcellus: ſcit is, quem adeſſe uideo, Cn. Lentulus Marcellinus.) *Et Marcellus, & Marcellinus, inter ſe gentiles ſunt. quare reddidit rationem, cur iſti Siculorum patroni ſunt: ſcilicet, quia à M. Marcello originem ducant, qui Syracuſas cepit, nec tamen deleuit.*

Veſtrum iudicium à ſuo iudicio.) *Non dixit, ab ſua uoluntate: ut præſcribat iudicibus, ſequendos eſſe Siculos: quod paulo antè tentauit.* Duo crimina uel maxima.) *Per unã furatus eſt, Syracuſanam: per alteram furta exportauit, hoc eſt Mamertinam. Sed leuiter hoc præterit, quòd illos quoque conatur à laudatione Verris abducere. Syracuſanorum autem crimina & de Heraclij bonis, quæ cum palæſtritis partitus Verres eſt, & de Cleomenis Nauarchi flagitio, & de alijs multis rebus interpretantur. Mamertinorum, de naui quam Verri fecerunt, & quam pop. Rom. ex fœdere non exhibuerunt, multis alijs immunitatibus contra fas remunerati. &, Duo crimina, generaliter: nam multa ſunt.* Vt oculis iudicare poßitis.) *Hoc quidam leuiter à Cicerone dictum, & neotericè putant: ſed aptum eſt aſſeuerationi.* Cur hoc mihi detrimento eſſe debeat.) *Cur hoc me in hac cauſa debeat impedire.* Temporis, ualetudinis, facultatis.) *Temporis, Marcelli iudicantis tunc: ualetudinis, Marcellini, quòd erat tunc infirmior ualetudine corporis: facultatis, alterius Marcelli, iuris magis ſtudioſi, quàm eloquentiæ.* Quàm neminem.) *Ac per hoc neminẽ, Cæcilium ſignificat.* Ciuili ferè actione & priuato iure repetuntur.) *Rectè: hoc enim iudicium pecuniarum repetundarum, publicum eſt.*

cum eſt. Hanc habent arcem.) Arx uel ſedes tyranni dicitur, ut ſæpe alibi: uel editus in ciuitate & munitior ad ſalutem ciuium locus, ut Verg. Quo res ſumma loco Panthû, quam prendimus arcem? ergo prima ſpes in muris eſt, ſecunda in arce, ſi muros hoſtis irruperit. Non modò à populo Romano.) Cur à populo Romano, ſi ſocialis eſt? quia ipſi ſocij populi Romani ſunt. Quod in unaquaque re.) Leges Hieronicas, Rupiliasq; dicit, aut regis ſui, aut Rupilij, de X. Legatorum ſententia conſtitutas. Eripuiſti, atque abſtuliſti.) Eripuiſti, quicquid auri & gemmarum: abſtuliſti, quod in unaquaque re beneficio ſenatus populiq; Romani iuris habui. Seſtertium milles ex lege repeto.) Fruſtra calumniãtur Ciceronem quidam homines, & modò eum ſeſtertium millies dicunt repetere, modò quadringenties: cum primum non ſuo ore, ſed Siculorũ loquatur accuſatoriè uociferãtium: deinde, ſi maximè ad eum ſunt referenda quæ dicit, adhuc non inſtructus ſit contra Verrem, nec ad plenum nouerit cauſam. tertiò, cur aut calumniatoris, aut præuaricatoris perſonam ſubeat, cũ aliud agatur? nõ enim de condemnando Verre, ſed de cõſtituendo accuſatore confligitur. poſtremò, cur id fraudi ſit Ciceroni, cum ad tempus oratorũ dicta proferantur? nam eodem modo erit contrarium præſenti actioni, quod alibi dicit, oratione uictum à ſe Cæcilium, qui idoneas cauſas ad accuſandum Verrem multas protuliſſet. Accedere, aut aſpirare.) Accedere, eſt proximum fieri: aſpirare, in eam partem, qua quid quæſitum eſt, uultum & oculos ac ſpiritum oris aduertere. Etiam ſi tacent, ſatis dicunt.) Tale illud eſt: Cum tacent, clamant: &, Victoriam ipſam uiciſſe uideris: &, Philoſophandum eſt, etiam ſi non eſt philoſophandum. Hæc in loco nec oxymora, nec cacozela iudicanda ſunt: aut enim inferioribus dictis, aut ſuprà poſitis leniuntur: ut eſt illud, Vereor, ut hoc quod dicam, perinde intelligi poſſit auditu, atque ego ipſe cogitans ſentio: & illud quod ſequitur, Verum non tacent. Ecquis unquam tam palàm de honore, tam uehementer de ſalute ſua contendit?) Bene diſtribuit. Omnis enim ſtudioſa cõtentio aut de honore, aut de ſalute præcipua eſt. Non enim, inquit, illud peto quod ſoleo, cum uehementius cõtendi, impetrare.) Acriter ipſum inducit Hortenſium, confiteri conſuetudinem ſuam in corrumpendis iudicijs peruagatam: & addit, uideri ſibi tantundẽ ſe impetraturum à iudicibus corruptis, ſi Cæcilius conſtituatur, quantum ſi planè abſoluatur Verres. et eſt ordo et ſenſus: Non enim, inquit, illud peto, quod ſoleo impetrare à iudicibus, cum uehementius contendi. quid? Hoc ſcilicet, reus ut abſoluatur: non id peto. Cum uehementius contendi.) cum pecuniam iudicibus dedi. Significat iudicium corrumpi. Sed quare non apertè dicit? quia ipſum Hortenſium inducit loquentem: & omnes homines facinora ſua honeſtius leuiusq; pronunciant. Quod facile eſt, quod honeſtum, quod non inuidioſum.) Scilicet ut à Cæcilio Verres accuſetur: quo facto, non damnabitur reus: &. cum hoc egerint iudices, tamen non uidebuntur eſſe corrupti, cum tantundem fecerint. Cuius ego cauſa laboro.) Inepti ſunt homines, qui hanc clauſulam notant, ut malam: cum ſit ex Spondeo & Bacchio de induſtria durior ad exprimendam ſentẽtiam poſitam, more Ciceronis, ut alibi idem: Non tu eum patria priuare, qua careret, ſed uita uis. Te ipſum ulciſcantur.) Vlciſcor & punio ſignificat, & uindico. nunc ergo, puniant, intelligemus. A pueris nobilibus.) Appio Claudio, adoleſcente nobili, qui cum accuſaret Terentium Varronem repetundarum ex Aſia, uictus ab Hortenſio eſt: in quo iudicio diſcoloribus ceris ſigna ſentẽtiarum notabantur. Significat & Cæſarem, item adoleſcentem, in Dolabella reo ex Sicilia, qui quidem damnatus eſt, quantum potuit, per Hortenſij gratiam. Nam ſi non damnatus eſt Dolabella, quo modo poſtea dicit Tullius: Nemo iam Dolabella neq; tui, neque tuorum liberûm, quos tu miſeros in egeſtate ac ſolitudine reliquiſti, miſereri poteſt. Significare poteſt ſanè etiam Scaurum, qui alterum Dolabellam conſularem triumphalemq; accuſauit: & potuit eidem Hortenſius reſiſtere. Si à quadruplatoribus.) Quadruplatores, delatores erã criminum publicorum: in qua re quartã partem de proſcriptorũ bonis, quos detulerant, cõſequebantur. Alij dicunt quadruplatores eſſe eorum reorum accuſatores, qui conuicti quadrupli damnari ſoleant, aut aleæ, aut pecuniæ grauioribus uſuris fœneratæ, quàm pro conſuetudine, aut eiuſmodi aliorum criminum. Aliquis metus adiunctus ſit ad gratiam.) Id agit corruptor, ut gratioſus iudex non ſolum uelit ſeruare corruptori ſuo fidem, uerùm etiam aliquid habeat, cur uel inuitus cogatur ad cuſtodiendam pactionem promiſſæ à ſe gratiæ. Quid autem eſt, quòd metum adiungat ad gratiam? ſcilicet aut cuſtos, aut ſignum, aut aliquid eiuſmodi. Certos.) Aut ob hoc, quòd ſententiam ſuam cur quiſq; damnaret, aut cur quiſq; abſolueret, prius dixiſſet: aut ideo certos, quaſi ſequeſtres huius rei inter iudices ſe habere dicit Hortenſius: quibus, antequam tabulas in unum omnes conijciant atq; confundant, furtim oſtendant quam quiſq; ſententiam conſtituendo accuſatori conſcripſerit. Non enim ſingulos ferre ſententiam, ſed uniuerſos conſtituere.) In Diuinatione, & in alijs cauſis maioribus uniuerſi iudices in ciſtã tabulas ſimul cõijciebant ſuas, easq; inſculptas literas habentes, A abſolutionis, C. condemnationis cum de alicuius capite agebatur, N L ampliationis. his enim literis ſignificabant, non liquere. Vult ergo corruptionis tantam ſolicitudinem circa iudices eſſe Tullius, ut hac religione iniecta pro ſe iudicent: ſinguli autem ſententiam de tabula pronunciabant in leuioribus cauſis: et ob idipſum neque nota, neque cuſtode opus fuit, cur corruptor iudicum adiungeret metum ad gratiam iudicantis: cõſtituere autem, tabulas in ciſta ponere, ſignificat magis, quàm decernere. Ceratam unicuique tabellam dari, cera legitima.) Varro cõſobrinus frater Hontenſij, reus ex Aſia apud L. Furium Prætorem, primo de pecunijs repetundis, deinde apud P. Lentulũ Suram eſt accuſatus, abſolutusq; eſt à Q. Hortenſio, qui corruptis iudicibus hunc metũ adiunxit ad gratiam, ut diſcoloribus ceris inſignitas iudices tabellas acciperent, ut timeret unuſquiſque eorum ne fidem pactionis non ſeruaſſe uideretur, ſi

non in tabula, quam unicuique datâ meminiſſet Hortenſius, ex nota ceræ ſcilicet diſcoloris, abſolutũ Varronem reperiret. Non illa infami ac nefaria.) Mirè ex ipſius Hortenſij perſona hoc dicitur, quæ ſæpe uirtus maxima Ciceronis in huiuſmodi allocutionibus inuenitur. Ad uiros fortes.) Quàm graue futurum erat, ſi, Ad me, diceret. cum de illo ſpecialiter, nominatimq́; dicat. & uiros contra pueros nobiles ponit, ſpectatos cõtra ſordidum quadruplatorum genus. Totam eſſe mutandam.) Amarè totam dixit: quaſi ex nulla parte bonam rationem defendendi habeat Hortenſius. Meliore conditione ſit.) Id eſt, meliorem conditionem habeat, meliorq́; ſit, quippe qui & poſſit, & debeat honeſtè agere, & hoc ſit facilius quàm corrumpere iudices. Homines eos, quos ipſe uidit.) Bene, ipſe uidit: maior enim eſt Hortenſius Tullio, adeò ut in libris qui de Oratore ſcribuntur, etiam laudetur Hortenſius à L. Craſſo & M. Antonio. Hos ante ſe Cicero, Catonemq́; ueneratur, & multos alios, quos & de Oratore, & in Oratore, & Bruto collegit: ſed Craſſum & Antonium uidit Hortenſius: alij uetuſtiores ſunt. Sine magno multorum periculo poſſe corrumpi.) Bona occaſione ſubtiliter & iudicibus comminatur, & Siculis acrimoniam ſuam in accuſando demonſtrat. Suſceptã.) Suſcipitur totũ, recipitur pars: ſuſcipitur principale eſt, recipitur quod hinc pendet. ſuſcipitur ſolum aliquid propter ſe, recipitur etiam propter aliud. Vt mihi non unus improbus.) Verres. Omnis improbitas.) Et corrupti iudices, & corruptores eorum, & ſequeſtres, & interpretes, & emiſſarij, & omne quod uitij eſt. Tu te tui periculum.) ἀπὸ τῆς πείρας tentamentum dicit. Hoc eſt, quãdo tu te ipſe tentaſti? quando uel exercuiſti, uel prætuliſti?

Vitam alterius totam explicare.) Præſtruit ad illud quod dicturus eſt, multa eſſe crimina in Verre, quæ conſcius ſocietatis Cæcilius non audeat attingere. & hoc innocentiæ eſt, uitam alterius totam explicare: illud eloquentiæ, Atque ea non modò in animis iudicium &c. quod ſequitur. Sociorum ſalutẽ commodo prouinciarum.) Hoc eſt, cauſam patriæ ſuſcipere, ut recepiſſe ſingulorum. Rationem uitæ repoſcere.) accuſatorem eſſe. Suæ reddere.) defenſorem. Deinde accuſatorem firmum, uerumq́; eſſe.) Firmum, ut poſſit: uerum, ut uelit. Vt eſt hominum genus.) Amariora dicturus, ad Siculorum perſonam cõtulit dicta. Niſi à Siculis potuiſſe cognoſci.) Aut quia Siculus ipſe eſt: aut quia, niſi fuiſſet Quæſtor in Sicilia, nihil aliud fecit Cæcilius, in quo noſceretur quid hominis eſſet. Deportare literas.) Aſportare aliquid, ut intereat: deportare, ut mutet locum.

Potamonem ſcribam, & familiarem.) Hæc omnia ſigna ſunt falſi accuſatoris. Lectiſſimum adoleſcentem.) Vera laudatio. uult enim illum non ut inimicum fratris contra germanitatis officium eſſe cũ Verre, ſed ideo quòd Cæcilius quoq; Verri carior ſit.

Queritur Sicilia tota.) Ineptè quidam mirantur, cur hæc Tullius in accuſando Verre non obiecerit Cæcilio, et multa alia: & non intelligunt hæc ad tempus commodè adiungi, quæ uicto Cæcilio non ſunt neceſſaria. Frumentum in cellam.) Annonas Prætoris dicit, quæ in frumenti certo numero præbebantur ab Siculis: in quibus Verres & pecuniam pro frumento exegit, & eo precio, ut pro duobus ſeſtertijs duodenos in modios ſingulos exegerit, ſexies plus quàm emebatur. Emptum eſt ex S.C. frumentum ab Siculis.) Sicilia dabat decumanum frumentum, quod ab aratoribus exigebatur ſine precio. Dabat emptum, pro quo ex S. C. pecunia ſoluebatur. dabat æſtimatum, quod decretum Prætor in cellam. hoc eſt in uſus cellæ æſtimare ſolebat, accipiens, cum interdum pro frumento pecuniam ſumeret. Pecuniam publicam tu tractabas.) Hæc erat prima ſenatoris adminiſtratio, Quæſtorem fieri, & in prouincia curam gerere pecuniæ publicæ in uſus diuerſos erogandæ. Ne qua deductio fieret.) Modò deductio diſpendium ſignificat, aliás deductio imminutio eſt, etiam iuſta. Mancipes à ciuitatibus.) Mancipes ſunt publicanorum principes, Romani homines, qui quæſtus ſui cauſa ſi decumas redimunt, decumani appellantur: ſi portum, aut paſcua publica, portitores, aut pecuarij: quorũ ratio ſcriptura dicitur. hi omnes exigẽda à ſocijs ſuo periculo exigunt, & reipublicæ repræſentant, prouidentes tamen in illa redemptione commodis ſuis. licet autem ſi moderatè fiat, æſtimare in cellã Prætori frumentũ. mancipi pro frumento ab aratoribus pecunias accipere nõ licet. Quod cum faciebat.) Eſt uera defenſio, eſt & inanis, ut tamen aliquid dici uideatur. neutram harum habuit Verres: & tamen ita faciebat. mirè oſtendit auaritiæ cæcitatem. Sunt alia magis occulta furta.) Ineptè à quibuſdam quæritur, quæ ſint: nulla ſunt enim. ſed oratorum eſt, neque minuere laudes, uel crimina, neq; oſtendere. Benigniſſimè cũ Quæſtore ſuo cõmunicauit.) Ilocaliter irriſit, fures deſignans, ut tota iſta Quæſtura ad ſocietatem furtorum ualeat, non ad accuſationẽ. Si tibi indicium poſtulas.) Certa ſunt, in quibus impunitas indici datur, ut in cauſa proditionis, maieſtatis, & ſi quid huiuſmodi eſt. Certæ etiam perſonæ ſunt, quæ indices fieri poſſint. itaque neque repetundarum cauſa per indices agi ſolet, neque ſenatoria perſona poteſt indicium profiteri ſaluis legibus. Index eſt autem, qui facinoris, cuius ipſe eſt conſcius, latebras indicat impunitate propoſita. eſt autem ſenſus: Index potes eſſe, ſi tibi hoc licet: accuſator, de qua re agimus, eſſe non potes. Satis contumelioſe tanquam leuem hominem exagitauit Cæcilium. Ego etiam quæ tu ſine Verre commiſiſti.) Quæ iſta? nulla ſcilicet. hæc enim uim cõminationis, non ueritatis habent. Et qui ſis.) Non in nomine tantum, & in genere eſt, ſed in omnibus attributis perſonæ. ergo, qui ſis, & quòd Siculus, continet, & quòd indoctus, & quòd non intelligeret, & quòd nullo ingenio. Putas ne te poſſe.) Propriũ oratoris eſt, in omni qualitate cõparatiua ſic agere, ut, cum cui præferri uelit, occaſionem ſibi ſumat oſtendendi, quàm peritè poſſit tractare id ipſum de quo agitur. ergo quia de conſtituendo accuſatore ambigitur, oſtendit Cicero qualis accuſatio eſſe debeat: ut perinde, ac dicit, uideatur acturus. Athenis, non Lilybæi, Romæ, non in Sicilia.) Dicit illum græcas literas ſimul & latinas in Sicilia didiciſſe, in ea inſula quæ neutra lingua bene utatur. ita enim Plautus in Perſa:

Dabuntur dotis inde ſexcenti tibi
Logi, atq; Attici omnes: nullum Siculum acceperis.

Quod mihi ab amicorum negotijs datur.) quod licet per amicorum negotia. Ita mihi deos uelim propitios) Genus iuriſiurandi id eſt, quod dicimus: Tantum mihi diuinitas faueat, quantum uerum eſt illud, quod dico tibi. Sic igitur: Ita mihi deos uelim propitios, ut commoueor animo, ac toto corpore perhorreſco, cum mihi illius diei uenit in mentem, quo die citato reo, &c. Magnitudo iudicij.) Repetundarum. iudicium ſine dubio magnum eſt, & ex perſona Verris, qui poſt Præturam de fortunis omnibus dimicat, & amplitudine iudicum: ſunt enim clariſsimi & auctoritatis contemplatione, & multarum rerum huiuſmodi. Tu horum nihil metuis, nihil cogitas, nihil laboras.) Metum ad offenſionem inimicorum Verris retulit, cogitationem ad expectationem hominum, laborem ad magnitudinem rerum.

Iouem ego Optimum Maximũ.) Hæc capita ſolent uſitata eſſe cauſidicis imperitis, quod genus uitij in primo libro Rhetoricôn uulgare nominat. Incipiebant autem ueteres, ut Virgilius oſtendit, aut ab inuocatione deorum, quale eſt,
Præfatus diuos ſolio Rex infit ab alto:
aut ab reprehenſione ſuperioris temporis, ut ait Lucilius,
Vellem cum primis, fieri ſi fors potuiſſet.
Vitioſe ambo cola. & Virgilius:
Antè equidem ſumma de re ſtatuiſſe Latini
Et uellem, & fuerat melius. —

Cuius ego ingenium ita laudo.) Cur hoc Tullius dicit? ſcilicet, ne terreantur Siculi laude patroni aduerſarij ſui. Factum eſſe nec'ne.) Factum eſt, non eſt factum: calumniationes. & hoc genus argumenti cõplexio dicitur, quæ, ſi probabilis eſt, uincitur: ſi neceſſaria, ſolui non poteſt. Quid cum accuſationis tuæ membra diuidere cœperit?) Hic irridet Hortenſij cõſuetudinem, ut ſæpe aliàs. Tranſigere?) Quod manifeſtum eſt. Expedire?) Definiendum. Abſoluere?) Diuidendum. An tranſigere eſt, quod aut confiteri non timeat, aut negatione excludat: expedire, quod diffinitione ſoluatur: abſoluere, quod per qualitatem licitum eſſe monſtretur? Ipſe profectò metuere incipies.) Mirè deſcripſit imperitũ, cui perſuaderi poßit, uerum dicere aduerſarium ſum. Ex illius inuidia deonerare aliquid.) Hoc plus eſt, quàm ſocium criminis reddere. Poteris'ne eius orationis ſubire inuidiæ?) Quaſi latinè dixit, ut magno ponderi ſubire. Præſtringat aciem.) Vel à præſtigiatoribus tranſtulit uerbũ, uel à tironibus, qui ignari & rudes pugnæ etiam uano armorum ſonitu terrentur præſtrictis luminibus. Plautus in Milite Glorioſo:
Vt ubi uſus ueniat, contra conſerta manu
Oculorum præſtringat aciem in acie hoſtibus.

Magiſter ludi.) Literarij ludi magiſter: omnem enim ſcholam ludum dixere Romani. & magiſtri ludi dicuntur, qui primas literas docent. Ergo libellum ueterem uult intelligi attuliſſe Cæcilium, unde magiſter dictata pueris præbere conſueuiſſet. Cum ſubſcriptoribus exercitatis, & diſertis.) Ironia. Subſcriptores autem dicuntur, qui adiuuare accuſatorem cauſidici ſolent: quos oportet ſummißius agere, quàm dicat ille quem ſequuntur. Vt omnibus enim rebus.) Hic ratio redditur, quare dixit: Tametſi non eſt ſatis. nam ſuprà ideo poſuit, Eſt aliquid hoc: ut oſtenderet, quod ſine his nihil ſit Cæcilius. Proximum ſubſcriptorem.) Secundum ab accuſore Cæcilio. Habet Allienum.) Cæcilius ſcilicet. Allienum autem uolunt intelligi proprium nomen eſſe, quaſi ab Allia, ut Virgilius:
Quosq; ſecans infauſtum interuenit Allia nomen.
Alij alienum, non nomen proprium putant eſſe, ſed alienum, & alterius iudicij, & non ex auditorio Prætoris, maiorumq; cauſarum, ſed à ſubſellijs: hoc eſt, non à tribunalibus. ſunt enim ſubſellia Tribunorum, Triumuirorum, Quæſtorum, & huiuſcemodi minora iudicia exercentium, qui non in ſellis curulibus, nec tribunalibus, ſed in ſubſellijs conſidebant. Hunc tamen ab ſubſellijs.) Vtrum hoc ad contemptum, an ad genus laudis pertinet? Ego quaſi ad laudem dictum accipio, ut maior irriſio ſit Cæcilij, qui nec à ſubſellijs fuerit aliquando. In clamando quidem.) Huiuſmodi homines in libris de Oratore non declamatores, ſed clamatores idem Tullius uocat. Totum iudicium ſuſtinebit.) Quia tu nec partem iudicij ſuſtinebis: hoc eſt enim totum iudicium, & ſpes omnis.

Actoribus Græcis.) Palliatarũ ſcilicet fabularum. in his enim etiamſi latinæ ſunt, græca omnia ſeruantur. nam latinæ fabulæ per pauciores agebãtur perſonas, ut Atellanæ, togatæ, & huiuſmodi aliæ. An ideo actores græcos dixit.* Sæpe illum, qui eſt ſecundarum, aut tertiarum.) Comœdia quinque actus habet, hoc eſt, quinquies ducitur in ſcenã. Eſt ergo perſona primarũ partium, quæ ſæpius actu regreditur: ſecundarum, & tertiarum, quæ minus minusq; procedunt. Terentius in Phormione:
Quia primas partes qui aget, is erit Phormio.

Quàm ille primarum.) Subaudi, partium. Multum ſubmittere.) Subaudi, uocem, uel geſtum. Quartum quem ſit habiturus.) Duos dixit, quo modo quartum nominat? ſcilicet ab accuſatore, cum ipſo Cæcilio numerans proximum Apuleium. Quartum ex illo grege oratorum.) Obturbatores quoſdam ſordidosq; cauſidicos ſignificat, qui adhibebantur ad moram faciendam, dum meliores aduocati recrearentur, & ſe denuò compararent ad dicendum. & non receßit à tranſlatione ſcenicorum, qui ſunt tragici & comici, dicendo quartum actorem, & gregem. Cuicunque.) ſiue mihi, ſiue Cæcilio. Alienißimis hominibus.) Hinc apparet, etiam ſuprà alienum, alieni iudicij hominem ſignificari. & ideo de alienis, quaſi exteris, per iocum dicit, tanquam peregrinantibus & aduenis, aliquem hoſpitio eſſe recipiendum Cæcilio. Quaſi præteriens ſatisfaciam uniuerſis.) Sufficiet, inquit, omnibus, quòd ego uel præteriens breuiter dixero, pro leuitate eorum quibus reſpondendum eſt. obliquè autem Cicero remouere conatur Cæcilium etiam à ſubſcribendi ſpe, quòd poſtea ille popoſcerat ſecundarũ munus. Sed inhumaniſsimũ erat dicere, ne ſubſcriptorẽ quidem idoneũ poſſe eſſe Cæciliũ. quare in ſumma ſibi ſubſcriptorem neceſſarium non eſſe dicit. Alibi mox ait: Sed ne ſubſcri-

bendi quidem, cum id poſtularet, facerent poteſtatem. De populo ſubſcriptor addatur.) Amarè, ſubſcriptor de populo: quaſi iſti in uulgo numerādi ſint. &, Addatur propriè, quaſi inuito & ſuperbo, quòd huiuſmodi res additæ dicantur. Veſtri ordinis reos.) reos ueſtra defenſione condignos, uel fures & ſeruos nequam, qui apud Triumuiros capitales apud columnam Meniam puniri ſolent. Ad columnam Meniam.) Menius, cum domum ſuam uenderet Catoni & Flacco Cenſoribus, ut ibi Baſilica ædificaretur, exceperat ius ſibi unius columnæ, ſuper quam tectum proijceret prouolantibus tabulatis, unde ipſe & poſteri eius ſpectare munus gladiatorum poſſent, quod etiam tum in foro dabatur. ex illo igitur columna Menia uocitata eſt, cauſis eiuſmodi. Aderant autem his rebus moratores, apti talibus negotijs. Cuſtodem, inquit, Tullio me apponite.) Subſcriptorē non dixit, ſed cuſtodē: ut, quia acerbè reſponſurus erat, laceßitus conuiciū facere uideatur. nam ſubſcriptores non ſolum chartarum cauſa, neque iuuandi accuſatoris adhiberi ſolent, ſed etiam ut non facilè corrumpatur. De iſto cuſtode toto.) Hoc eſt, de omni genere ſubſcriptorum: id eſt, etiamſi Cæcilius ſubſcriptorē ſe eſſe depoſcat. Nunquam tales uiros commiſſuros.) Facturos prauè: nam committi fraus dicitur, atque peccatum. ſum enim & fidelis, & diligens: & ideo nec cuſtode indigeo, & ſpeculatorem eſſe inter mea ſecreta non patior. Verùm, ut ad te Cæcili redeam.) Rectè, quia in ſubſcriptores [illegible] fecerat. Sed cæteri Siculi.) Sæpe in Cæciliū utitur hoc conuicio, ut illū non Romanū, ſed Siculū dicat. Præfectus Antonij.) Quidam Antonius curator tuendæ totius oræ maritimæ, qua Romanum erat imperium, non ſolum ipſe nequam, uerumetiam comitibus peßimis, rem inauditam inuaſit, & indicto Cretenſibus bello, malè re geſta ibidem perijt, antequam Pompeius contra piratas miſſus eſt. de hoc alibi ait Tullius: Pòſt Marci Antonij infinitam illud imperium ſenſerant. Quibus ſe in claſſe uti uelle dicebat.) Cani remigibus celeuma per ſymphoniacos ſolebat, & per aſſam uocem: id eſt ore prolatam, et, ut in Argo naui, per citharam. ſed quia hic in claſſe dixit, poſſumus intelligere, ad hoc ſymphoniacos capi ſolere, ut in claſſe pugnantibus claßicum canant: unde ipſi tubæ claſſis nomen eſt poſitum, claſſicum. Non Verres, ſed Q. Mutius.) Scæuolam ſignificat. huius Quæſtor Rutilius Ruffus damnatus eſt, quòd cum Prætore conſenſerit ſuo, ne publicani aliquid agerent in prouincia ſua. quo cognito, equites Roman (nam tum ante Syllana tempora iudicabant) damnarunt eum. hic eſt Mutius, in honorē cuius Aſiani diem feſtum Mutia nominabant. Redit ad ſe, atque ad mores ſuos.) Nota, redire ad ſe homines.

Circæo poculo.) Illa enim ſues ex hominibus faciebat. Redit autem, iam ad argumentum, non ad ſimilitudinem pertinet. uult enim innuere, quòd rectè fecit, alienum eſſe, & breuißimi temporis: proprium uerò, & perpetuum, quod admiſit. Hic tu ſi læſum te à Verre dicis.) Iniuria ſemper iniuſta eſt: lædi etiā aliquis iuſtè poteſt. nam & qui iurè damnantur, læduntur, ſed non iniuria. & rectè contra patiar, defendam, poſuit: contra concedam, negabo. Et bene addit, negabo: potuit enim aliter atque aliter intelligi defenſio: eſt enim hic finis, quid ſit iniuria. Quam ne in alio quidem probarent.) Qui & idoneus orator, & integer Quæſtor Verris fuiſſet. Quamobrem eum, cui Quæſtor fueris, accuſes.) Accuſes, pro eo quòd eſt accuſare uelis. an apud nos modo accuſes, cum dicas ab illo tibi iniuriam factam? Itaque neq; L. Philoni.) Omnia exempla ſunt Quæſtorum, qui Prætores ſuos non permißi ſunt accuſare. Atque ille Cn. Pompeius.) Propiora exempla & magis ſimilia, poſteriora ponenda ſunt. Strabonem autem dicit Pompeium, Cn. Pompeij patrem. Etenim cum lex ipſa) Vide, firmamenta argumentorum quoties in oratione ſine metu faſtidij repeti ſolent. Clarißimi uiri noſtræ ciuitatis.) Hoc rurſum extra contentionem, quam ante cum Cæcilio habuit, de ſuo officio, quemadmodum cœperat, repetit, ne leuis uideretur ex defenſore repentè accuſator factus. M. Catonem illum ſapientem.) Cato hic accuſauit Ser. Galbam pro direptis Luſitanis, & P. Furium pro iiſdem pro iniquißima æſtimatione frumenti. Accuſabat M. Aquilium.) Hic M. Aquilius de pecunijs repetundis accuſatus eſt. hic eſt igitur Lentuli Suræ pater, in carcere ſtrangulati propter coniurationem. L. Cottam in iudicium uocabat.) Hunc P. Africanus poſt ſecundū conſulatū & cenſurā dicitur accuſaſſe. Iudicijsq; corruptis et contaminatis.) Corrupta iudicia ſunt in ijs qui acceperūt pecuniam, cōtaminata in ijs qui offenſione ordinis infamantur. Requiret.) amiſſum ſentiet. hoc eſt enim, nihil requiret, non ſentiet ſibi deeſſe aliquid ex ijs rebus, quas nunquā habuit. Ego me dignitate ſuperatum nō arbitrabor.) Ero enim defenſor, ut fui: & neceßitatem accuſationis euadam. hoc quidem uidetur planè dicere: ſed latenter hoc ſignificat, prauo de ſe iudicio magis iudicibus haſuram turpitudinem, quàm ſibi.

PAVLI MANVTII IN ASCON. Pedianum, Scholion.

Domo Siculus.) Quia uideo eſſe, qui legendum putent, Homo Siculus, non alienum fuit ueterem locutionem exemplis confirmare. dixit Plautus, Domo Carthaginienſis: Vergilius, qui Cærete domo: et in antiquis lapidibus, Domo Peruſia, Domo Aricia. Hæc tota capite.) Hoc toto capite, non dubito quin ſit legendum: quo modo idem locutus in commentario II. Verrinæ. Annos XL.) Paulo plures fuerunt, ſi ſubtilius numeretur. tulit enim legem de iudicijs. C. Gracchus in tribunatu primo, id eſt Q. Metello T. Flaminio Conſulibus. et Cicero confirmat libro in Verrem II. cum equeſtrē ordinem per annos propè quinquaginta iudicaſſe dicit: quo loco, ad augendā ſenatus inuidiā, annos propè quinquaginta dicit, cū paulo plures quadraginta fuerint. quāquam ibi Pedianus de annis propè quadraginta uideatur ſubſcribere: quaſi ad ueritatē locutus eſſet Cicero, nō ad conſuetudinē oratorū. ut etiā in oratione in Piſonē, Quadraginta annis ante me Conſulē: cum uix triginta ſeptem fuerint.

Qui quidem damnatus eſt, etc.) Hoc loco mihi Pedianus non ſatisfacit. nam etſi nō eſt locus ſine mēdo,

apparet

apparet tamen, quid ſignificet. Primùm diſſentit à ueritate, atq; etiam à ſe ipſo, cum dicit damnatum eſſe eum Dolabellam, quē Cæſar accuſauit: cum, abſolutū eſſe, et ipſe teſtetur in commentario orationis pro M. Scauro, & Plutarchus etiā ac Suetonius in Cæſare. Rurſus errat, cum infert, ſignificari poſſe etiam Scaurum, qui alterum Dolabellam accuſauit. loquitur enim Cicero de ijs, qui abſoluti ſunt Hortenſio defendente. Porrò quem Dolabellam accuſauit Scaurus, is (ut infrà) iudicio damnatus eſt: eumq; ſignificat Cicero in III. Verrina, cum dicit, Nemo iam Dolabella, &c. Sed ecce alia eiuſdem inconſtantia: alibi abſolutum dicit Dolabellam, quem Scaurus accuſauit, damnatum alibi. Quaſi latinè dixit.) Quid, ſi Translatiuè dixit, ut magno ponderi ſubire? ut dicat, ita Ciceronē dixiſſe: Eius orationis ſubire inuidiæ, quaſi de magno pondere loqueretur. ſic Virgilius dixit, Muroq; ſubibāt: &, Subiere pheretro. Videtur igitur, ſi Aſconium ſequamur, legendū, inuidiæ, non inuidiam, ut eſt in impreſſis libris. Sunt enim ſubſellia Tribunorū, Triumuirorū, Quæſtorū, & huiuſcemodi minora iudicia exercentium. Ego à ſubſellijs, expono, qui uerſatus ſit in iudicijs. nam ſubſellia non uideo qui probare poſſit Aſconius, eorū tantū fuiſſe, qui minora iudicia exercerent: cum pro omnibus iudicijs generaliter à Cicerone uſurpentur, ut epiſt. Fam. 208. & libro II. de Oratore, 121. & in Bruto 192. & alibi non ſemel. An ideo actores, &c.) Hic aliquid deſideratur. nam eſt locutio Pediano familiaris, cum priore interpretatione haud planè contentus, alteram adiungit. Cauſis eiuſmodi ſoliti, aderant autē his rebus moratores apti talibus negotijs.) Hoc & deprauatum eſt, & uidetur abundare. potius ad illud pertinet, quod eſt paulo ſuprà, Ex illo grege oratorum.

IN EANDEM ACTIONEM PRImam in Verrem, Franciſci Syluij Ambiani Commentarius.

SI quis ueſtrûm Iudices.) Hæc oratio appellatur Diuinatio, autore Quintiliano lib. 7. Iudicia quæ ſunt de accuſatore conſtituendo, diuinationes uocantur. Cur ita uocentur, Aſconius Pedianus, & A. Gellius cap. 4. libri ſecundi ſcripſerunt. Legibus cautum erat, ut in publicis cauſis antè, ſi reo cōmodum ſit, iudiciū de accuſatore fiat, utrum illi accuſare liceat, nec'ne, ut eſt in libro Rhetoricorum ad Herenn. 1. Quintiliano uerò autore libro 7. in accuſatore conſtituendo ſpectandum eſt, à quo maximè uelint ij de quorū ultione quæritur, & à quo minimè uelit is qui accuſatur. Frequentiſſimæ tamen hæ ſunt quæſtiones, uter maiores cauſas habeat, uter plus induſtriæ aut uirium ſit allaturus ad accuſandum, uter id meliore fide ſit facturus. Ea Cicero in hac oratione fecit diligēter. Si quis ueſtrûm iudices.) Quintil. lib. 4. de exordio præcipiens: Non inutilis, inquit, eſt ratio occupandi quæ uidenter obſtare: ut Cicero dicit ſcire ſe mirari quoſdam, quòd is qui per tot annos defenderit multos, læſerit neminem, ad accuſandum Verrem deſcenderit. Deinde oſtendit hanc ipſam accuſationem Verris, eſſe ſociorum defenſionem. Quod ſchema prolepſis dicitur. Id quum ſit utile aliquando, nunc à declamatoribus quibuſdam penè ſemper aſſumitur, qui fas non putant niſi à contrario incipere. hæc ille. Solet etiam Cicero in defenſionum exordijs honeſtam aliquam cauſam dicere, cur ad defendendū accedat, ne id aut gloriæ, aut pecuniæ cupiditate, aut aduerſarij odio factū credatur.

Si quis ueſtrûm Iudices, aut eorum qui adſunt, fortè miratur.) Autore Priſciano lib. 18. Virgilius de rebus quas ſine dubio factas eſſe oſtendere uult, indicatiuis cum coniunctione Si, uſus eſt: quando uerò dubia res oſtenditur, utrum fieri poſſit necne, per inductionem ſubiunctiuis Latini magis utuntur. Cicero tamen hoc in loco, ut idem ait, additione Fortè, cum indicatiuo uſus eſt, loco ſubiunctiui cum dubitatione poſiti. Eodem autore paulo pòſt, Ita ſim Cicero dixit, non dubitans, ſed approbans. Quod poſſe intelligi pro ita inueniar, uel cognoſcar, idem paulo pòſt ſcribit. Ex ea prouincia deceſſiſſem.) Decedere ex prouincia, nō diſcedere, magiſtratum, quū legitimo tempore confecto, q ei ſuccedat, miſſus eſt, Cicero dicere ſolet. In ueteribus patronis multis.) Marcellos, Scipiones, Metellos, hos patronos Aſconius nominat. Metellos uerò affuiſſe Verri, in Actione 2. Cicero dicit. Quū ſummum in ueteribus patronis multis.) Particulā Quū, poni cum eo quod eſt plus: & tum, cum eo quod eſt minus, idq; per adiectiua ſummū & nonnullum ſignificari. has etiam particulas cum uerbo modi ſubiunctiui coniungi, hoc ex loco adnotandum eſt, quod ſit rarius, ut eſt apud Vallam lib. 2. Publicè.) id eſt, publico conſilio. Si quod tempus.) id eſt, ſi qua temporis conditio. Ne deos quidem.) ad quos ultimum perfugium eſſe ſolet. Per triennium.) Vſu ſæpe ueniebat apud Romanos ueteres, ut prætores prouincias triennium adminiſtrarent. Tot annos Galliam M. Fonteius, tot annos Aſiam Q. Cicero adminiſtrauit. Prouinciæ enim prætoriæ annuæ erant: ut Aſiam L. Flaccus annum adminiſtrauit. Sed ſi non mitteretur, qui prætori anno 1. uel 2. ſuccederet, triennium prætor adminiſtrabat: ut Cicero ad Q. Fratrem ſcribit feciſſe ſe, ne ei anno priore, itemq; altero ſuccederetur. C. Verrem Siciliam triennium tenuiſſe, quòd ei Arrius non ſucceſſiſſet, Aſconius tradit. C. Cæſar legem tulit, ut prætoriæ prouinciæ plus quàm annum, Conſulares plus quàm biennium non obtinerentur, ut ait Cicero in Philipp. 1. Sed hanc legē latā eſſe arbitror, quum deuicto Pompeio rerum potitus eſt. Rogare & orare.) Hæc duo uerba Aſconius diſtinguit: Rogare, inquit, ut hominem, orare ut deos. Iam enim quibus id facerent, non habebant. Nonius uerò Marcellus in eadem propè re dici putat. Rogare, inquit, eſt deprecari & poſcere: orare eſt, precibus poſcere. In utroque uerbo hunc Ciceronis locum citat. In eum locum.) id eſt, in eam moleſtiam aut neceſſitatem. Officio.) quod in Sicilia quæſtor fuiſſem. In eadem prouincia poſt me.) Ne intelligas Cæciliū poſt Ciceronē proximum in Sicilia quæſtorē fuiſſe. Nam Sex. Peduceo prætore, Cicero fuit quæſtor, & Cæcilius

lũ, qui tũ iudicabat, ſed etiã equeſter. Quod aſperius antea.)De cenſorũ inſtitutione & poteſtate ſatis multa ſcripſimus in Catonẽ Maiorem Ciceronis. Quia moribus populi Ro. regendis hic magiſtratus præerat, factus eſt odioſus. Itaq; anno circiter octauo q̃ inſtitutus fuerat, eſſetq́; annorũ quinq;, Aemilius Mamercus ingẽti conſenſu populi legẽ tulit, ne amplius quàm annua & ſemeſtris cenſura eſſet. Poſtea factũ arbitror, ut tacito populi cõſenſu potius quàm ulla lege lata ſublata fuerit. Quoniã tamẽ ante hãc actionẽ ſenatores ſoli lege Cornelia iudicabãt, hiq; pecunia ſæpe corrũpebãtur, et improbi ſenatores à cẽſorib. ſenatu mouebãtur, ideo cenſoriũ nomẽ populus Ro. poſcebat. Tamẽ Cic. dicit in orat. in L. Piſonẽ, cenſurã quadringẽtos annos duraſſe, cuius poteſtatẽ minuere, quo minus quinto quoq; anno de ciuiũ Romanorũ moribus iudicaretur, nemo conatus eſt. Eam tamẽ P. Clodius trib. pleb. ſuſtulit. Populare atq; plauſibile.)id eſt, gratũ populo Romano, & iucundũ. Hominũ nocentiſsimorũ.) quorũ nemo pecunioſus cõdemnatur, quòd iudices facilè corrumperet. Integri.)qui pecunia non corrũperentur.

Nunc quoniã quib. rebus adductus.)Oſtẽdit, quæ dixerit: quæ dicturus ſit, proponit. qua ratione oratio fit magis dilucida: auditores quæ audiuerũt, continent fidelius, & ad reliqua audiẽda fiunt attẽtiores. Intelligo iudices.)Se præponendũ Cæcilio oſtendit, quæ pars diuiſionis ſecũda erat. Quũ de pecunijs repetũdis.)In cauſa repetundarũ tantũ hanc cõtrouerſiã de accuſatore cõſtituẽdo fieri ſolitã ſignificat. Delatio.)id eſt, accuſatio. Hæc duo in primis.) Ex Quintiliani ſentẽtia hæc duo ſpectari, antea docuimus. Hãc partẽ ſecundã in duas partes diuidit. Iudiciũ de pecunijs repetũdis eſt cõſtitutũ.) Erat conſtitutũ à ſenatu. aut à Coſs. ut C. Verres actiõe repetũdarũ uocaretur in iudiciũ. Hoc ex loco attende, iudiciũ ante accuſatorẽ cõſtitui. Vaſtaſſe.) Vaſtare ciuitatẽ aut agros dicitur is, qui ciues aut colonos occidit, aut per ſuperbiã, auaritiã, aut crudelitatẽ profugere cogit. Domos exinaniſſe.)Id eſt, bonis ſpoliaſſe. Exinanire hominẽ, eſt fortunis ſpoliare. ut Actione quinta: Imacharẽſes iã omni frumẽto ablato, iam omnib. iniurijs tuis exinanitos, tributũ ferre miſeros ac perditos coegiſti. Exinanire agros idẽ in eadẽ actione dicit: Eiectos aratores eſſe dico, agros uectigales uexatos atq; exinanitos à Verre, populatã uexatãq; prouinciã. Exinanire nauim pro eo quod euacuare dicũt. Idẽ Actione ſeptima dixit: Nox illa tota exinanienda naui cõſumitur. Cognitorẽ.)Cognitor qui ſit, diximus in Cõmentarijs pro Q. Roſcio. Vtrũ Q. Cæcili.)Hãc primã partẽ diuiſionis rurſus in duas partes diuidit.

Rogatu.)Rogatu, & paulo pòſt arbitratu, in ablatiuo tantũ in quarta declinatione inueniũtur, ut iuſſu, euẽtu, permiſſu, hortatu, reſpõſu, aliaq; eiuſdẽ generis permulta. Grauẽ.) id eſt, ut uulgò dicũt, efficacẽ. Non præiudiciũ.)Præiudiciũ quàm multis modis dicatur, eſt apud Quint. lib. 5. Eſt aũt præiudiciũ minus graue q̃ iudiciũ. Sed planè iudiciũ.)Nã, ut alio loco Cicero dicit, reus in iudiciũ adductus eſt Verres, homo uita atq; factis omniũ iã opinione dãnatus. Quod ita percrebuit.)Cauſa eſt, cur planè iudiciũ iã factũ putetur. eſt aũt percrebuit, imperſonale. Inimicitias exercere.)Vt pro L. Flacco: An ſimultates neſcio quas cum liberis ueſtris Flaccus exercet? Viri clariſsimi.) Eos laudat, quo grauius eorum teſtimonium ſit. Impudentiæ meæ.)id eſt, mei mendaciũ. Impudens enim mendaciũ ſæpe dicitur, & impudentia pro mendacio. Seu.) Id eſt, uidit, & tum præſens fuit, quum id à me Siculi petierunt. Pluris enim, ut ait Plautus, teſtis eſt oculatus unus, quàm auriti decem. Nam qui audierunt, audita dicunt: qui uiderunt, planè ſciunt. In conſilio.)id eſt, in cœtu iudicum. Conſilium per ſ, pro cœtu iudicum, & in hac oratione & alibi ſæpe à Cicerone dici inuenias. Quem adeſſe uideo.) In corona populi, circum ſubſellia iudicum ſtantem. Marcellus iudex erat, Marcellinus nõ erat. Marcellos et Marcellinos gẽtiles fuiſſe, Cic. ſignificat in lib. Epiſt. famil. 15. ad C. Marcellum conſulẽ deſignatũ ſcribens: Quando, inquit, ita accidit, quod maximè mihi fuit optatũ, ut omniũ Marcellorum, Marcellinorũ etiam (mirificus enim nominis ac generis ueſtri fuit erga me ſemper animus) quando ergo ita accidit, &c. Ex tota prouincia nobiliſsimi.) Nobiliſsimi ex tota prouincia, & totius prouinciæ, dicitur. Præter duas ciuitates.)Syracuſanã & Mamertinã. C. Verri.)id eſt, à C. Verre. At enim.)Obiectio eſt. A' me potiſsimũ.)quũ Marcellos & Marcellinum Siculi patronos habeant. Id mihi nõ ſumo.) Vulgò dicerent, id de me nõ præſumo. Sumere enim & aſſumere in hac re à Cicerone dici, loco alio docuimus. In oratione mea non pono.) Vt poſtea: Malo in aliorũ ſpe relinquere, quàm in oratione mea ponere. Patronis.) Marcellis. Ducta.) id eſt, habita. Quemuis, ut hoc mallent.)Ordo eſt, ut Siculi mallẽt quẽuis de ijs qui eſſent idonei, ſuſcipere hoc: id eſt, Verris accuſationem. Hanc rem.) hãc Siculorum petitionem. Supplices ueſtri)id eſt, qui uobis ſupplicãt. De hoc dicendi genere aliàs diximus. Tota lex de pecunijs repetundis.)L. Piſo is qui Frugi cognominatus eſt, quum eſſet tribunus plebis, legem primus de pecunijs repetundis Cenſorino & Manilio Coſs. tulit, ut ait Cic de Claris oratoribus. Idem in lib. de Offi. 2. ad centum & decem annos antè latam dicit, quàm cos libros ſcriberet. Poſtea M. Acilius Glabrio de pecunijs repetundis legem tulit ſeueriſsimam, ut ait Aſconius.

Sociorũ cauſſa.) Vt actione ſecunda: Iudicia de pecunijs repetundis à maioribus noſtris ſociorum cauſſa cõparata ſunt. Socialis.) id eſt, ad tutandas ſociorũ fortunas. Nationũ exterarũ.)Repetundarũ iudiciũ conſtitutum eſt etiam in eos, qui exteras nationes populati eſſent. Hanc arcem.)id eſt, hoc perfugiũ. Seueri cuſtodes.) Legũ cuſtodes iudices ſunt. Lege agi.) id eſt, Verrem in iudicium lege repetundarum uocari, et accuſatorẽ conſtitui. Sicilia tota) Proſopopœia eſt, & argumentũ à fictione. Sedibus.)id eſt, domibus ut, Sedes ubi fata quietas Oſtendunt. Beneficio Senatus.)Victis enim leges nouæ imponi ſolent. quod ſi ijs permittant uictores, ut iiſdem utantur quibus antea uſi ſint, id uictorum beneficio fit. Senatus populuſq; Romanus Siculis permiſit, ut legibus Hieronicis & Rupilijs uterentur, quibus antequam uicti eſſent, uſi fuerãt.

Seſtertiũ millies.) id eſt, uicies quinquies cẽtena millia coronatorum. Ex lege.)quòd lex tantũ reſtitui iubeat, quantũ ablatũ ſit. Si tibi Q. Cæcili.) Argumentũ à fictione eſt. Quod cuiuis probare deberent) id eſt,

eſt,facere deberēt, ut unuſquiſque probare deberet. Quid ſi legas,Quod cuiuis probari deberet? Deſertos.) Nam deficit ſocius,parēs prodit:ita patronus deſerit. Suam cauſſam.) Iulius Rufinianus in lib.de Figuris,hic enthymema eſſe dicit ex cōtrarijs ſententijs: apud quem ſcriptum inuenio,ſua cauſſa.ut eá ſententia ſit: Te neq; uelle ſua cauſſa operā tuā præſtare. Quód ſi ſuam cauſſam legere mauis, uerbū defendere,aliud' ue quod generis eiuſdem aſcribendum eſt. ut legatur, ſuam cauſſam defendere. At enim ſolidum.) Probat Verrē,qui iniurias fecit,minimè uelle ab ipſo Cicerone accuſari. Solidum.) id eſt,firmum & certū. Alterum illud credo.) Ironia eſt. Delatio.) id eſt,accuſatio. Paulo pòſt commemorabo.) quum dicet multa eſſe oportere in eo qui alterū accuſet. Cōtemnat.) id eſt,non metuat. Magnus ille defenſor.) Non Verris tantum,ſed aliorum multorum. Multos enim Hortēſius defendit, qui cōtra caput dicere, id eſt accuſare, non didicit, ut ait Cicero pro P. Quintio: At neque C. Aquilius (inquit) de capite alterius libenter iudicat, et Q. Hortēſius cōtra caput nō didicit dicere. Tibi ſuffragatur.) ut tu accuſator cōſtituare. Me oppugnat.) ne conſtituar. Offenſione.) id eſt,infamia. Contendere.) id eſt,à iudicibus poſtulare. Non enim, inquit, illud peto.) Ethopœia eſt, ad Hortenſij in iudicijs corrumpendis improbitatem demonſtrandā. Da mihi.) Hoc ſingulis iudicibus corruptis Hortenſiū dicere Cicero fingit. Vt aliquis metus adiunctus ſit ad gratiā.) quā iudices corrupti Hortēſio polliciti ſunt, anteponendo Cæcilium Ciceroni. Certos eſſe in conſilio.) id eſt, aliquos eſſe ex iudicibus à ſe conſtitutos.

Oſtendi.) à corruptis iudicibus, ne ſimulent ſe Hortenſij cauſa Cæcilio ſuffragari. quū id nō faciant. Itaque uoluit Hortenſius, ut hi tabellas prius oſtenderēt, quàm in urnam mitterent. Non enim ſingulos.) Iudices ſententiam ferre ſolebāt aut clàm, aut palàm: id eſt, aut tabellas in urnā mittendo, aut ſententias dicendo. Quum tabellas in urnā mittebant, ſi leuior cauſa erat, ſinguli mittebant: ſi grauior, uniuerſi. Ceratam unicuiq; &c.) Senſus eſt, Hortēſius ait unicuiq; iudicum dari tabellā ceratam cera legitima, qualis dari lege ſolet, quæ ſit unius coloris. Significare autem uidetur notas iudicij, id eſt, A uel C, uel N L, à iudicib. ipſis in ijs tabellis inſcribi ſolitas: quamuis in defenſione Milonis Cicero dicat ternas tabellas à Pōpeio conſule ſingulis iudicibus datas, ut quam uellent, in urnam mitterent. Is mos mutari potuit, quū Aurelia lege iudicia etiam ad equites & ad Tribunos ærarios tranſlata ſunt, ne tam facilè iudices corrūperentur. Non illa infami ac nefaria.) id eſt, diſcolore, quali cera ceratæ tabellæ ab Hortēſio iudicibus corruptis datæ ſunt in cauſa Varronis rei repetundarū, quæ tabellæ facile internoſci poterāt.

Laborat.) ut Cæcilius accuſator conſtituatur. Si à pueris nobilib.) ut Appio Claudio, qui Varronē: Cæſare, qui Dolabellam: Scauro, qui alterū Dolabellā accuſauerunt, ut ait Aſconius. A' pueris nobilibus.) Pueros pro adoleſcētulis poni arbitror. Prætoris enim edicto pueri poſtulare prohibentur. Pueri autem ſunt, qui annum ſeptimumdecimum in totum nō compleuerūt, ut ait Vlpianus libro Digeſtorum tertio, Tit. De poſtulando: Pueritiam, inquit, dum minorem decē & ſeptē annis, qui eos non in totum compleuit, prohibet poſtulare. Adoleſcentes autem gloriam ſibi ex accuſatione quærere, eſt apud Ciceronē in libro de Officijs ſecundo. Adhuc.) id eſt, hucuſq;: in qua re Cicero dicere ſolet. Eludit.) Eludere propriè gladiatorum eſt, quū uicerint, ut ait Donatus. Cicero, Quàm diu etiam furor iſte tuus eludet? Eludere etiam eſt, finem ludo imponere: Donatus in Eunnchum Terentij. Si à quadruplatoribus.) Quadruplatores qui ſint, Aſconius ſcribit. Sex. Pompeius author eſt, quadruplatores dici eos qui eo ſe quæſtu tuebātur, ut eas res perſequerentur, quarum ex legibus quadrupli actio erat. Huius generis eſt furis manifeſti, & fœneratoris actio. M. Cato de re Ruſtica: Maiores noſtri, inquit, hoc ſic habuere, & ita in legibus poſuere, furem dupli condemnari, fœneratorem quadrupli. Id de fure non manifeſto intelligit. In iudicijs dominari non poſſe.) Hortenſium fori regem Aſconius antea appellauit. Quos ipſe uidit.) Cicero ad Atticum libro quarto ſcribit, in ſuis dialogis Oratorijs mentionem cuiuſquam fieri non potuiſſe ab ijs qui diſputant, niſi eius qui illis notus aut auditus eſſet. In extremo autem libro de Oratore, L. Craſſus de Q. Hortenſij adoleſcentis natura, doctrina, ingenio & memoria honorificam mentionē facit, quem ſe conſule in Senatu Africæ cauſam defendiſſe, & poſtea pro Bithyniæ rege dixiſſe affirmat.

Præter fidem & ingenium.) M. Antonium illa dicentem Cicero in libro de Oratore ſecundo facit: Mea ratio in dicendo hæc eſſe ſolet, ut boni quod habeat, id amplectar, exornem, exaggerem: ibi commorer, ibi habitem, ibi hæream: à malo autem uitioq; cauſæ ita recedam, non ut id me defugere appareat, ſed ut totum bono illo ornando & augendo diſſimulatum obruatur. Multorum.) eorum qui iudices corruperint. Omnis improbitas.) id eſt, omnes improbi: ut corrupti iudices, eorumq; corruptores. In aliorum ſpe relinquere.) Arrogantiam uitat. Quo tempore.) etiam eo quo iudices corrumpi facile eſſet, aut potius quum facile non corrumperentur: quo tempore orare minoris eſſet negotij. Qua in re.) id eſt, qua in cauſa. Specimē dediſti.) Specimen à ſpeciendo, uerbo antiquo, factum, eſt paruum illud quod mercatores merces maiores uendituri, emptoribus oſtendere ſolent, ut ex eo aſpicere poſſint quales ſint merces. Id in frumento uendendo fieri ſolet: probam uulgus appellat. inde ſpecimen pro exemplo & probatione uſurpatur: ut Cicero libro de Natura deorum tertio, Q. Scæuolam temperantiæ prudentiæq; ſpecimen appellat. Idem lib. de Legib. 3. de Senatu ſcribens: Is ordo, inquit, uitio uacato, cæteris ſpecimen eſto. Specimen dediſti.) Vt Virg. lib. Georg. 2. Salſa aūt tellus, & quæ perhibetur amara, Tale dabit ſpecimen. Specimen, dignam probationē Seruius exponit. Quid negotij.) id eſt, quàm laborioſum. Concedam.) Aduerſarium cauſæ ſuæ iudicē facit per conditionem, ut aduerſarij cauſam magis eleuet. Nihil eſt enim quod minus ferendum.) Nam qui ſibi hoc ſumpſit, ut corrigat mores aliorū, ac peccata reprehendat: quis huic ignoſcat, ſi qua in re ipſe ab religione officij declinarit? Ita poſtulatur ab omnibus, ut ab ijs ſe abſtineant maximè uitijs, in quibus alterum reprehenderunt. Furē aliquem aut

rapacem

rapacem accuſaris, uitanda tibi ſemper erit omnis auaritiæ ſuſpicio. Maleficum quempiã adduxeris, aut crudelem: cauendum erit ſemper, ne qua in re aſperior aut inhumanior fuiſſe uidearе. Corruptorem, adulterum: prouidendum diligenter, ne quod in uita ueſtigium libidinis appareat. Omnia poſtremò quæ uindicaris, tibi ipſi uehementer fugienda ſunt. Etenim non modò accuſator, ſed ne obiurgator quidem ferendus eſt: qui quod in altero uitiũ reprehendit, in eo ipſe deprehenditur. Author eſt Cicero, in principio Actionis quintæ, ubi in hanc rẽ multa inuenire licet. Te adhuc ab nullis.) Legendũ arbitror eſſe, Eũ adhuc ab nullis, &c. ut ea ſententia ſit: Credo illud unũ omnes animaduertere, Cæcilium ab nullis niſi à Siculis qualis eſſet, adhuc potuiſſe cognoſci. Itaq; Siculos hoc dicere, etc. A' Siculis aũt ideo cognitus eſt, qa fuit Siculus, et quia in Sicilia Quæſtor fuit. Ex me nõ aud.) Quæ ſignificamus nos dicere nolle, ea plerunq; auditores maiora eſſe ſuſpicantur, quàm ſi diceremus. Vt eſt hominũ genus.) id eſt, ut Siculorũ ingeniũ & natura eſt. Nimis acutũ.) id eſt, ualde acutũ. Hinc Siculos multũ eſſe facetos Cicero dicit in lib. de Oratore ſecundo, & actione in Verrem ſexta. Literas.) id eſt, inſtrumenta, quæ in Verrẽ conſcripta tibi darẽtur, ſi eius accuſator conſtitutus, in Sicilia eius crimina inquireres. Illius prætura, & tua quæſtura.) id eſt, crimina quæ Verres Prætor, & quæ tu Quæſtor in Sicilia admiſiſſetis, iiſdem literis conſcripta eſſent. Aſportare.) ut perirent, id eſt, lacerare aut urere. Deinde accuſatorem firmum.) Hoc ſecundum eſt quod in eo eſſe oportet, qui alterum accuſet. Firmum.) id eſt, conſtantem, qui præuaricator non ſit.

Eum.) id eſt talem. Nec ea dico.) Auditorum ſuſpicioni rem committit. Infirmare.) id eſt, negare, aut refutare. Te.) dico. Scribam & familiarem tuum.) Vt reditionem in gratiam cũ Verre probet, ne odio Cæcilij cum Verre in prouincia retentus uideatur. Scribas aũt, Quæſtores etiam in prouincia habebant. Eos uulgò nunc appellant clericos theſaurariorum. Retentum eſſe.) Quamuis Quæſtor ſimul cum Prætore prouinciam ſortiatur, eatq; cum eo in prouinciam, non nunquã tamen Quæſtori exacto anno aut biennio mittebatur ſucceſſor, quum Prætori non mitteretur: itaq; è prouincia Quæſtor ante Prætorem nonunquam decedebat. Lectiſſimum atq; ornatiſſimum.) Quamuis fratrum rara gratia ſit, M. Cæcilium laudat, ne uideatur fratris odio cũ Verre remanſiſſe: ſed ea de cauſſa, quòd Q. Cæcilius Verri eſſet reconciliatus. Non adeſſe.) Propinquos enim & amicos aduocare ſolebant, qui in foro aliquid acturi erant. Tuas iniurias.) quas tibi Verres fecit. Ab aratoribus.) Romani quum nationem aliquam bello ſubiugauerant, eà agri parte mulctabant. Is ager ſi aratorius erat, qui eũ à Cenſoribus cõducebant, aratores: ſi paſcuarius, pecuarij dicebantur.

In cellam.) Cella appellata eſt, quòd ibi celemus quæ occulta eſſe uolumus, ut ait Sex. Põpeius: ut cella penaria, ubi penus: uinaria, ubi uinum recõditur. HS. V.) Seſtertijs duobus legit Aſconius. Nonius quoq; Marcellus eandẽ ſecutus lectionẽ eſt. Exigere, inquit, ui extorquere eſt. M. Tullius in Diuinatione: Et quũ eſſet tritici modius ſeſtertijs duob. pro frumẽto in modios ſingulos duodenos ſeſtertios exegiſſe. Condemnẽ.) id eſt, condẽnari faciã: ut probare pro eo quod eſt, facere ut approbes, ſæpe Cicero dicit. Qualis.) id eſt, quàm improba, quantũ præuaricationi obnoxia. Domeſtici.) id eſt, proprij et tui. Criminis.) à Verre admiſſi. Emptum eſt, &c.) Decumanũ frumentũ, id eſt, frumentũ quod aratores pop. Ro ſoluebant. partẽ enim decimã ſoluebant, inde appellatũ decumanũ eſt. Decumanũ inquã frumentũ non emebatur: quod præter id emebatur, ſoluebatur. Soluta non eſt.) Siculis. Te accuſante, nullum.) Nã ſi accuſator conſtitutus eſſes, huius criminis mentionẽ nullã faceres. Quemadmodũ defenſurus eſſet.) Amplificatio eſt. In medio poſita ſunt.) id eſt, uulgaria ſunt, & cognita omnibus. Vt iſtius credo animos.) id eſt, ut inſultantem minus & inimicum Cæcilium haberet. Nã, ut eſt apud Iuuenalem: Quis nunc diligitur, niſi conſcius, & cui feruens Aeſtuat occultis animus, ſemperq; tacendis? Nil tibi ſe debere putat, nil conferet unquam, Participem qui te ſecreti fecit honeſti. Charus erit Verri, qui Verrem tempore quo uult, Accuſare poteſt. Animos.) Animos in numero plurali, pro magnanimitate, &, ut ita dicam, animoſitate, quum de uno homine ſermo eſt, dici nonnunquam, alio quoque loco inuenias: ut lib. Epiſt. ad Atti. 7. Sed hæc, opinor, ſunt in his libris, quos tu laudando animos mihi addidiſti. Et libro Aeneid. Vergil. 12. de Turno: Vltrò implacabilis ardet, Attollitq; animos. Fecerit.) id eſt, commiſerit. Si id lege permittitur.) Id tamen non permittitur, quia repetundarum cauſſa eſt, & quia es ſenator. Concedas.) id eſt, locum des. Commiſiſti.) id eſt, feciſti. ita enim exponit hunc locum Nonius Marcellus. ut paulo pòſt, Daturus crimini, id eſt aſcripturus. Quid illa Cæcili.) Hoc tertium eſt, quod in accuſatore eſſe oportet. Scopuloſo.) arduo. Quũ omnis arrogantia.) Authore Quintil. lib. 11. Omnis ſui uitioſa iactatio eſt, eloquentiæ tamen in oratore præcipuè, affertq; audiẽtibus nõ faſtidium modò, ſed plerunque etiam odium. Neque eſt quod poſſim dicere.) Sæpe enim Cicero ingenioſum ſe eſſe negat, ut alio loco docuimus. Extra hanc contentionẽ.) ne in hac cõtentione de conſtituẽdo accuſatore, iactare ſe uideatur. Tu te collige.) id eſt, ad te redi, et tanquã diſperſum animũ tuum collige, ut in cogitando firmior ſit atq; fortior. In quæſtura.) Conſularẽ prouinciã C. Carbonis Verres quæſtor ſorte obtinuit. Cn. Dolabellæ prætoris legatus in Aſia fuit. idẽ fuit poſtea prætor urbanus, & poſtremò Siciliã obtinuit, ut Actione tertia amplius ſcriptũ eſt. Romæ.) in prætura urbana. In Italia.) in quæſtura. In Achaia, Aſia, Pãphylia.) in legatione. Nõ ſolũ audiant.) Autore Quintiliano libro tertio, orator illa tria præſtare debet, ut doceat, ut moueat, ut delectet. Non Lilybæi.) Lilybæus eſt unum ex tribus Siliciæ promontorijs, in Libyã ſpectans, ut ait Polybius libro primo de primo bello Punico. Quum in eas ingrederis.) id eſt, quum ad eas accedis. Eiuſdem ætatis.) cuius ego ſum. Laboribus.) id eſt, defectionibus. Quum illius temporis mihi uenit in mentem.) Priſcianus libris 17. & 18. exiſtimat genitiuum pro nominatiuo poſitum eſſe: Vallæ libro primo placet ſubintelligi conditio, ſtatus, qualitas. Exiſtimo autem integram locutionem eſſe, ut uerbũ Venit imperſonale ſit. Id eſſe uerum, uerbi ſignificatio ſa

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

tis oſtendit. Citato reo.) id eſt, Verre uocato, ut eius cauſſa agatur. Non ſolum commoueor animo.) Boni oratoris eſſe timere in orationis principio, idq; Ciceroni ſæpe cõtigiſſe, alio loco docuimus. Significat etiã Cicero actionis difficultatem. Audientiam factura.) De hoc dicendi genere ſcripſimus in Catonẽ Maiorem Ciceronis. Offenſione hominum.) qui à Verre offenſi fuerunt. Offenſio enim paſſiuè dicitur. Qui enim ab aliquo offenſi ſunt, ij in eum qui offendit, ſatis grauiter dici poſſe non putant. Tu horum nihil metuis.) Cæcilium Oratorem bonum non eſſe oſtendit. Ex uetere aliqua oratione.) Seruius enarrãs illud Virgilij ex libro Aeneid. undecimo, de oratiõe regis Latini ad ſuos, Præfatus diuos ſolio rex infit ab alto, Antè equidẽ ſumma de re ſtatuiſſe, Latini, Et uellẽ, & fuerat melius: More, inquit antiquo. Nam maiores nullam orationem niſi inuocatis numinibus inchoabant. ſicut ſunt omnes orationes Catonis & Gracchi. Nã generale caput in omnibus legimus. Vnde Cicero per irriſionem ait: Siquid ex uetere aliqua oratione, Iouẽ ego Opt. Max. Et Demoſthenes in oratione cõtra Aeſchinẽ, πρῶτον μὲν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοῖς θεοῖς εὔχομαι πᾶσι καὶ πάσαις. Hæc ille. Eſt aũt exordiũ uulgare. nã in plures cauſſas accõmodari poteſt. Si nemo tibi reſponſurus.) Argumentũ à fictione eſt. Qui cum.) id eſt, cum quo. Petitiones.) Multa petũt oratores à iudicibus. Hortẽſius quũ uehementer contenderat, impetrare ſolebat, ut reus abſolueretur. * Vt nõnullũ etiam de ſuo ingenio, &c.) id eſt, nonnũquam dicet ad oſtentandũ ſuum ingeniũ.

Eluſurus.) ut, Pueros nobiles eluſit. Qui tibi æſtus.) id eſt, quæ animi fluctuatio, & incerta ratio. Homini minimè malo.) Ironia eſt. Quid quum accuſationis tuæ membra.) Sæpius defenſor diuiſione utitur, raro accuſator. Nã defenſor ex accuſatiõe colligit, quæ cõtra ſe præcipua ſunt. Diuidere cœperit.) Hortenſiũ ſæpe uſum fuiſſe diuiſione, eſt in oratione pro P. Quintio. Authore Quintiliano li. 4. multũ laudis ex diligentia partiendi Q. Hortenſius tulit, cuius tamen diuiſionem in digitos diductam nonnunquam Cicero leuiter eludit. In digitis ſuis.) Haud ſcio an de hac uulgari in digitos diuiſione, an de illa quæ apud doctos fuit, locum hũc intelligi liceat: de qua quid uenerabilis Beda ſcripſerit, eſt apud Iodocũ Clichthoueũ in libro de myſtica numerorũ ſignificatione. Tranſigere, expedire, abſoluere.) Hæc tria uerba ad tres ſtatus Aſconius refert: primum ad ſtatum cõiecturæ, ſecundũ ad finitionis, tertium ad qualitatis. Poſſunt enim in eadem cauſſa incidere quæſtiones ſpeciales, quarum hi ſtatus ſunt.

Ne innocenti periculũ faceſſeris.) id eſt, ne innocentẽ in iudiciũ uocaueris. Tibi enim ut Verres innocẽs uideatur, Hortenſius ui orationis efficiet: quemadmodum Pericles quum luctando uictus erat, dicẽdo cecidiſſe negabat: itaq; rem ſe habere, ſpectatoribus perſuadebat. ut in Politicis Plutarchus autor eſt. Faceſſeris.) Verba capeſſo, faceſſo, uiſo, habere præterita capeſſi, faceſſi, uiſi, Priſcianus libro decimo tradit, hunc locũ citãs. Inueniri tamen in quibuſdam codicibus faceſſiris dicit. Commiſerari.) id eſt, iudicum miſericordiam in Verrem commouere. Deonerare.) id eſt, detrahere, diminuere, quod uerbum frequẽs uſu non eſt. Traijcere.) id eſt, traducere. Quæſtoris cum Prætore neceſſitudinem.) Ea quæ ſit, poſtea dicet. Morem maiorum.) quo prætor quæſtori loco parentis erat. Sortis religionem.) Sorte quæſtores, prætores et conſules, obtinebant prouincias. Eam autẽ ſortem fieri diuinitus putabant. Poteris'ne eius orationis ſubire inuidiã.) Aſconius legẽdũ putat, Poteris'ne eius orationi ſubire. quod Cicero Latinè dixit, ut magno ponderi ſubire. In eadẽ ſententia Non. Marcellus eſt: Subire, inquit, reſiſtere & reſpondere eſt. M. Tullius in Verrem Diuinatione: Poteris'ne eius orationi ſubire. Ita in codice antiquo manu ſcripto inuenio, quãuis in uulgatis exemplis orationẽ ſcriptũ ſit. Geſtu ipſo ac motu corporis.) Geſtu quantum ualuerit Hortenſius, ſcripſimus pro P. Quintio. Huiuſce rei.) id eſt, huius controuerſiæ de accuſatore conſtituendo. Si ab iſto libro.) Significat Q. Cæcilium habere ſcriptã orationẽ, qua Ciceroni reſponſurus ſic: nec eam ab eodem ſcriptam, ſed ab aliquo ludi magiſtro indocto: extra quam orationẽ nihil dicturus Cæcilius ſit, ne uerbo quidem uno diſceſſurus. Librum autem pro oratione dicit. Solet enim Cicero iudiciales ſuas orationes, libros appellare: in quo eum, ut in alijs multis, Quintilianus imitatus eſt. Illi quoq; iudicio.) de Verre, quemadmodum huic controuerſiæ non defueris. In hac proluſione.) id eſt, in hac contentione de conſtituendo accuſatore, quæ eſt ueluti quædã proluſio præ contentione illa quæ in accuſando Verre fuerit. Eſt autem proluſio, id quod uulgò appellant præludium: ut qui ſeriò luſuri ſunt, præmeditatione quadam antè ſe exercent, ut luſione concaleſcant. Id uulgò dicunt, nõdum ludere pro bono. Seruius exponens illud Virgilij ex libro Aeneid. undecimo, de tauro ad pugnã ſe præparante: Sparſa ad pugnam proludit arena. Ad pugnã proludit, inqt, id eſt, præmeditatur. Cicero: Si mecũ in hac proluſione nihil fueris: id eſt, præmeditatione certaminis. Cum acerrimo aduerſario.) Q. Hortenſio. Non ætate.) Non ætate, nam iam grandis ætate eſt. Oratores eos qui in agendis cauſſis ab adoleſcentia exercitati non ſunt, tanquam imperitos, Cicero in contemptũ adducit: ut de L. Quintio Oppianici patrono Cicero pro A. Cluẽtio: Nã Quintius quidẽ quam cauſſam unquã antea dixerat? Quũ annos ad quinquaginta natus eſſet, quis eum unquam non modò in patroni: ſed in laudatoris aut aduocati loco uiderat? A' ſubſellijs. Hæc quoq; ætate uaria ſunt fori genera, tã in ciuili re, quàm in eccleſiaſtica: quorũ alia alijs præſtãtiores atq; ornatiores cauſſidicos habẽt, nec alijs alio in foro cauſſas agere licet. In clamãdo quidem uideo.) Vſu uenit ut indoctiores clamẽt robuſtius, ut quod ratione adipiſci non queunt, id clamore conentur obtinere, utq; uulgò doctiores eſſe uideãtur. Itaq; Cic. lib. de Orat. 1. ſcribens quod Oratori neceſſariũ ſit: Non, inquit, cauſſidicum neſcio quem, neq; proclamatorem aut rabulã hoc ſermone noſtro conquirimus: ſed eum uirũ, qui primus ſit eius artis antiſtes, cuius cũ ipſa natura magnam homini facultatem daret. Idem de Oratore ad Brutũ: Nõ, inquit, declamatorem de ludo, aut rabulam de foro, ſed doctiſſimum & perfectiſſimũ quærimus. Sæpe illum qui eſt ſecundarum.) Donatus exponens illud ex prologo Terentij in Phormionem, Primas partes qui agit, is erit Phormio: Primas, inquit, partes qui agit, primas nũc maximas, ad actorẽ enim retulit. Cicero: Sæpe illũ

qui

qui eſt ſecundarũ aut tertiarũ partiũ. Clarius.) *Vulgò dicerent altius. Clarã uocẽ & magnam, non altam à Latinis dici, alio loco docuimus.* Se aliquid facturũ.) *Futurum, non facturum legendũ eſt, ut antea: Si mecũ in hac proluſione nihil fueris. Itẽq;: Eſto, ipſe nihil eſt, nihil poteſt. itẽq;, Vt tu tandẽ aliquid eſſe uideare.* Ex illo grege oratorum.) *Gregẽ oratorũ in contemptum dicit: ut M. Varro, autore Non. Marcello, dixit gregẽ rabularum. Nonnunquam tamen grex in bonam partẽ dicitur: ut gregem amicorũ, & gregem Philoſophorũ à Cicerone dici, alio loco docuimus.* Honorẽ habiturus) *id eſt, facturus. de quo dicẽdi genere alibi plura.*

Quaſi præteriens.) *id eſt, in tranſitu.* De populo.) *id eſt, uulgaris & indoctus. ut pro Archia: Quum ei libellum malus poeta de populo ſubieciſſet.* A' columna Menia.) *Ea quæ ſit, Aſconius planè. Eius colũnæ meminit Cicero pro A. Cluentio: Ex petulanti atq; improbo ſcurra in diſcordijs ciuitatis ad eã columnã, ad quam multorum ſæpe conuicijs perductus erat, tũ ſuffragijs populi peruenerat. Significat autẽ, iudices ad hanc columnam ſuffragijs populi eligi ſolitos. Quid ſi legas, à columna Meniana? Nam ut ab Aemilio Aemilianus, ab Octauio Octauianus, ita à Menio Menianus inclinari debet. Sex. quoq; Pompeius Meniana appellata eſſe dicit à Menio cenſore, qui primus in foro ultra columnas tigna proiecit, quò ampliarentur ſuperiora ſpectacula.* Cuſtodẽ, inquit, Tullio me apponite.) *Accuſatoribus cuſtodes apponi, morẽ fuiße ſignificat, ne ipſi corrupti præuaricarẽtur. Reo quoq; lege datũ eſſe ut cuſtodẽ accuſatori apponeret, qui cũcta noſſet quæ accuſator attentaret, ut nihil clàm neq; præter opinionẽ in iudiciũ afferre poſſet, Plutarchus in uita Catonis Vticenſis ſcribit.* Capſas.) *id eſt, armaria, arcas, hippoperas, quas mallas uulgò dicũt, in quas ego repoſuerim inſtrumenta ea quæ contra Verrẽ in Sicilia conquiſiuerim. Nã ſi mihi cuſtos appoſitus eſſes, teq; ad meas capſas admitterem, multis cuſtodibus mihi opus eſſet, ne quid ex his capſis ad Verris cauſſam pertinens ſublegeres.* Ne quid enuncies.) *ex conſilijs & ſecretis meis in Verrem.* Auferas.) *id eſt, aſportes, & fureris ut pereat.* Non eſſe hos tales uiros.) *Aſconius legit, Nunquam taleis uiros.* Creditam.) *à Siculis.* Quàm multa.) *quæ oratorem habere oportet.* Reus nocens.) *nõ modò C. Verres, ſed quiuis alius.* Nunc librum.) *id eſt, orationem ſcriptam.* Monitor tuus.) *qui ſecundum te eſt, ut uoce præiens te in gradum reſtituat, ſi quando deijciare: aut quid dicturus ſis moneat, ſi quid oblitus ſis, aut niſi memoriæ fideliter mandaueris. Eũ prothocollã uulgus appellat.* Tenet.) *in manibus. Tenet, Marcellus hoc in loco exponit, pro eo quod eſt comprehendit & detinet.* Neq; eſſet ueriſimile.) *Verris crimen amplificat.* Eximium.) *id eſt, electum. Ab eximendo eximium dictum eſt. Id autem eximiũ dicitur, quod ex magno aliquo numero, & tanquam optimum & maximè conueniens eligitur. Autore Macrobio libro Saturnalium tertio, eximiũ in ſacrificijs ſacerdotale uocabulum eſt. Hinc eximiæ hoſtiæ, quæ ad ſacrificium deſtinatæ eximuntur è grege, uel quòd eximia ſpecie quaſi offerendæ numinibus eligantur.* Vtrũq;.) *id eſt, ut debeat, & poßit.* Superiorem eſſe.) *id eſt, accuſatorem conſtituendum eſſe.* Alterum.) *uel ut debeat, uel ut poßit.* Adoptauit.) *id eſt, omnino elegit. Optare enim eligere eſt. Inde optio appellata eſt.* Niſi planè nihil ſapit.) *Stultus enim eſt, qui quod ſibi nociturum ſit, dicit.* Liberta Veneris Erycinæ.) *Eryx Veneris et Butæ filius fuit. Is occiſus ab Hercule, monti ex ſepultura ſua nomen impoſuit, in quo matri fecerat templum. Autor eſt Seruius libro Commentariorũ primo in Aeneid. Vergilij. Polybius tamẽ in lib. 1. de primo bello Punico ſcribit, Erycem & Segeſtã urbes in Sicilia à profugis quibuſdam Troianis euerſa patria conditas fuiße. In Eryce quondam fuiße Veneris templum religioſum maximè, magna mulierum illius miniſterio dicatarum celebritate ornatum, quæ non ex Sicilia tantũ, ſed etiam ex nationibus exteris aduocarẽtur, Strabo libro ſexto autor eſt. Quòd autẽ Agonis Veneris liberta fuerit, conijcere licet certũ quoddã miniſterij tẽpus fuiße, extra quod ſacerdotes in libertatẽ uindicarentur: ut de Veſtalibus in Auſonij Griphum ſcripſimus.* Copioſa.) *id eſt, locuples: à copijs, id eſt, à diuitijs. de qua uoce à Cicerone ſæpe uſurpata alibi ſcripſimus.* Præfectus Antonij.) *Is M. Antonius fuit, cui infinitũ illud imperium, id eſt, totius oræ maritimæ poteſtatẽ Senatus decreuerat, ut prædones perſequeretur, ac mare omne pacaret, ut ait Lactantius lib. de Falſa religione primo. idem bellũ aduerſus Cretẽſes parũ proſperè geſtũ morte ſua finiuit: ut ait T. Liuius lib. 97. Hic iunior fuit M. Antonio oratore, & grandior M. Antonio triumuiro. Hũc Volaterranus ſcripſit filiũ fuiſſe M. Antonij oratoris, quẽ et Siciliam & prouincias omnes populatũ fuiſſe dicit. Eius præfectus qui fuerit, ne Aſconio quidem cognitũ fuit.* Symphoniacos ſeruos.) *quos in delicijs habebat. ut pro Milone: Milo qui nunquam tũ caſu pueros ſymphoniacos uxoris ducebat, & ancillarum greges.*

Quibus ſe in claſſe.) *Budæus quoq; in annotationibus in Pandectas hunc locũ explicat.* Omnium Venereorũ.) *Quãuis ſacerdos Veneris Erycinæ fuerint fœminæ, Venereos tamẽ appellat. ut pro A. Cluẽtio: Martiales quidã Larini appellabãtur miniſtri publici Martis, atq; ei deo ueteribus inſtitutis religionibusq; Larinatium conſecrati. quorũ quum ſatis magnus numerus eſſet, quumq; itẽ ut in Sicilia permulti Venerei ſunt, ſic illi Larini in Martis familia numerarentur. Quocirca conijcere licet, uiros quoq; Veneri Erycinæ cõſecratos fuiſſe.* Qui ſe à Venere liberauerunt.) *id eſt, qui Veneris miniſterio ſubducti ſunt, eiusq; Veneris liberti ſunt.* Religionẽ Veneris) *Eadem fermè ratione multi faciũt hac ætate, qui ſe ſuaq; omnia diui Antonij eſſe dicũt, quò ab improborũ hominũ iniuria tutiores ſint.*

Viro optimo.) *Ironia eſt.* Iudicium dat.) *id eſt, iudiciũ conſtituit, aut præiudiciũ fert, ut Milonis accuſatores Cn. Pompeium Coſ. tuliße dicebant de cæde quæ in Appia uia facta eſſet, in qua P. Clodius occiſus fuit.*

Si patêret.) *id eſt, ſi conſtaret.* Iudicant recuperatores.) *Recuperatores iudices erãt in cauſſis priuatis, ex equitum aut publicanorum ordine. de quibus alibi ſcripſimus.* In poſſeßionem bonorũ mulieris mittit.) *id eſt, mulierem bonorũ poſſeßione priuat, alio in eius bonorum poſſeßionem miſſo.* Redigit.) *id eſt, cogit, cumulat. ut paulo pòſt: Cogit quæſtorem ſuũ pecuniam quam ex Agonidis bonis redegiſſet, eã mulieri omnem adnumerare.* Pauca mancipia.) *id eſt, paucos ſeruos*

ſymphonicos.' Lilybæũ Verres uenit.) Significat Agonidem, quũ Veneris liberta facta eſſet, Lilybæũ rediſſe.

Non Verres.) id eſt, non populator prouinciæ, qualis fuit: ſed Q. Mutius, id eſt optimus atq; innocentißimus prouinciæ qualis fuit Q. Mutius Scæuola, is qui Aſiã conſul ita bene adminiſtrauit, ut ſolennẽ diem feſtũ in eius honorẽ Aſiani conſecrauerint, eũq; Mutia appellauerint: qui (autore Valerio Max. lib. 8. Tit. Quæ cuiq; magnifica contigerũt) Aſiã tam ſanctè & tam fortiter obtinuit, ut Senatus deinceps in eam prouinciam ituris magiſtratib. exemplũ ac formã officij Scæuolã decreto ſuo proponeret. Ad hominũ exiſtimationẽ.) id eſt, ad bonam famã apud homines quærendã. Libidinẽ.) id eſt, auaritiã Eueſtigiò.) Autore Priſciano lib. 18. Romani eueſtigiò dixerũt, uel quod ſtãs aliquis in eodẽ ueſtigio facit (unde à ſtãdo ſtatim quoq; dicitur) uel quantũ tempus eſt in uno ueſtigio faciẽdo, quod eſt breuißimũ. id ut probet, citat hunc locũ: apud quẽ ſcriptũ lego, Redijt ad ſe, nõ, redit ad ſe. Tanquã aliquo Circeo populo.) Circe caſeum. farinã, mel nouũ uino Thaſio admiſcebat. Id poculũ hoſpitibus ubi dederat, uirga percuſſos in ſues mutabat. Eos alio medicamento quũ ungebat, in humanã formã reſtituebat: ut eſt apud Homerum libro Odyſſeæ decimo. Poculo.) id eſt, potione: continens pro contento. Factus eſt Verres.) Ad uerrem ſuem alludit. Quum antea Mutius eſſet, Verres factus eſt. Quantulum.) Diminutiuo uſus eſt, ut eum Agonidi paruam reddidiſſe pecuniam oſtendat.

Viſum eſt.) Vulgò dicerent, uiſum eſt ſibi bonum.

Defendam.) id eſt, iurè factum oſtendam. Grauiorem iudicem.) In codicibus alijs uindicem, non iudicem inuenire licet. Perfidioſum.) quòd eũ petas accuſandum, cum quo amicitiam ſimulas. An præuaricatorem.) quòd eum petas accuſandũ, cui te inimicũ eſſe ſimulas. Nam tu es Verris uel amicus, uel inimicus. Si es inimicus, tu es perfidioſus: ſin amicus, tu es præuaricator. Eſt enim præuaricator, qui diuerſam partem adiuuat, prodita ſua cauſſa, ut ait Vlpianus libro Digeſtorum 47. de præuaricatoribus. Itaque eris præuaricator, ſi cum Verre in amicitiam rediſti, eumq; ſimulatis inimicitijs adiuues. Nam prodita Siculorum cauſſa, eum adiuuabis, quem accuſandum ſuſceperis. Quæſtorem illius fuiſſe.) Q. Cæcilius ſatis grauem cauſſam ad accuſandum Verrem putat, quòd eius quæſtor fuerit, quãuis nullam ab eo iniuriam acceperit. Eius enim crimina melius noſſe ſe, quàm quemlibet, putat. Hanc cauſſam, quòd Verris quæſtor Cæcilius fuerit, ſatis grauem ad defendendum Verrem, non ad accuſandum, Cicero dicit. Illud enim artificioſum eſt, ut quod in rẽ ſuã aduerſarius conuertit, id in rem diuerſam deflectamus. Autore Quintiliano libro quinto, oratoris eſt efficere, ut aliquid ab aduerſario dictũ, noſtræ potius cauſſæ uideatur eſſe coniunctum. ut petit accuſationem in Verrem Q. Cæcilius, quòd fuerit quæſtor eius: idipſum Cicero, ut pro ſe uideretur, effecit. Amicior.) Et ideo potius defenſor. Suſcipiendarũ m) id eſt, ſuſcipiendæ accuſationis. Cauſſam neceßitudinis.) qualis inter prætorem & quæſtorem eſt. Ad inferendum periculum.) id eſt, ad accuſandũ. Si plurimas à tuo prætore.) Argumentum à fictione eſt. Eas ferendo, maiorem laudem.) Quum à ſuperiore inferior, ut à præceptore diſcipulus, à domino ſeruus, à marito uxor, à patre filius acceptam iniuriam ferre æquo animo, laudem maiorem adipiſcitur, q̃ ſi ulciſceretur. Illud M. Cato ſenex ſcripſit, ut eſt apud A. Gelliũ lib. decimo: In adulterio uxorem tuã ſi deprehendiſſes, ſine iudicio impunè necares: Illa te, ſi adulterares, digito non auderet contingere, neque ius eſt. Autore Platone in Apologia, neque in dominum, neq; in patrem, ſi quid ab illis patiare, quicquam referre ius eſt: neque ſi iurgio hi te laceſſant, contrà iurgare: neque ſi te uerberent, uiciſſim uerberare liceat.

Statuent hanc cauſſam.) Id autem efficient iudices, ſi te accuſatorem conſtituent. Quum incertum ſit de iniuria.) id eſt, quum ſit certum nullam tibi à Verre factã iniuriã. Sine uituperatione.) id eſt, ut Verrem non accuſes. Quid differat.) id eſt, quid diſtet. Ita enim locum hunc Marcellus explicat. Inferior ſis.) Cauſſa inferior eſt, qui ius habet, ut uulgò dicunt, minus euidens: ut contrà ſuperior dicitur. ut pro P. Quintio At ſi cauſſa pari Quintius diſcedere inferior uideretur, tamen eſſet nõ mediocriter conquerendũ. Nunc in cauſſa ſuperiore ne ut par quidem ſit poſtulat: inferiorem eſſe patitur, dũtaxat uſq; eò, ne cum bonis fama fortunisq; omnibus Næuij cupiditati crudelitatiq; dedatur. Muneris.) id eſt, officij. Numero.) id eſt loco: ut Actione 2. Socij fidelißimi in hoſtium numero exiſtimati. T. Liuius lib. uiceſimoſecundo: Nos hoſpitum numero habuit captiuos. Periculum crees.) id eſt, periculũ faceſſas: id eſt, accuſes ut pro L. Corn. Balbo: Fore huic ut ab illo periculũ crearetur. Et in oratione antequam exiret in exilium: Nemini iniuſtè periculũ creaui. Qui enim accuſatur, in periculo eſt ut condemnetur. In ratione reddenda.) id eſt, ut rationem & cauſſam reddas. Repudiaretur.) Sententijs iudicum. Neq; Philoni.) Hæc exempla apud autorem alium non legi. Poteſtas eſt data.) Dare poteſtatem dicit, quemadmodum Actione ſeptima, facere poteſtatem. Poteſtas aſpiciendi nemini facta eſt. Propter indignitatem.) id eſt, quia indignus & non idoneus accuſator eſſet. Repudiatus eſt.) A' iudicibus, à prætorum ſuorum accuſatione. Libido.) id eſt, cupiditas. Cum C. Iulio.) Is eſt C. Cæſar, qui apud Ciceronem de Oratore diſputat.

Ad periculum.) quod reo creatur. Vel ad periculum laudis, honoris, & famæ, quod ſubit is qui accuſat. Hæc enim, niſi uincat, amittit. Si probabilis.) Argumentũ à minore ad maius. Dolori ſuo ſeruiunt.) id eſt, dolorem ſuum lenire & mitigare tentant. Hominis enim affecti iniuria dolor mitigatur ſupplicio eius qui fecit iniuriam. In P. Gabinium.) Hoc quoque exemplum alibi non legi. In P. Vatinium delationem nominis poſtularet.) Poſtulare delationem nominis in aliquem, eſt alicuius accuſationem poſtulare. Q. Cæcilius.) Hic alius erat ab eo qui Verris accuſationem poſtulabat. Achæi.) Achaiam à P. Gabinio populatam ſignificat. Adoptarant.) id eſt, elegerant: ut ponitur ante, Actorem totius cauſſæ adoptant. Ad probandum.) id eſt, ut approbetur. Accuſaui eum.) Per ethopœiã facit Q. Cæcilium commemorantem cauſſam accuſationis, ſed utiliter ad cauſſam Ciceronis: deinde comparat commemorationẽ ſuæ accuſationis, cuius cauſſam ſplendidiorem atq; illuſtriorem facit. Apud quos quæſtor fueris.) Vt ego Siculorum fui quæſtor, quorum cauſſa

accuſationem

accuſationem poſtulo. Clariſsimi uiri.) *Quoniam Ciceronis ætate ferè adoleſcentes accuſabant, Cicero uerò iam maior natu Verris accuſationem poſtulabat, ne qui mirarentur, id facere ſe in proœmio dixit, adductũ multorum bonorum exemplo, ueteri conſuetudine, inſtitutoq́; maiorum. Hoc in loco id à maioribus factum, idq́; reipublicæ utile fuiſſe oſtendit.* Temporibus optimis.) *quum lex repetundarum nulla erat. Eſt autem argumentum à minore ad maius.* Ducebant.) *id eſt, exiſtimabant & iudicabant. Ita hunc locum Marcellus exponit.* Iniurias propulſare.) *Nam accuſabant eos qui iniurias fecerãt.* Illũ ſapientem.) *Sapiẽs enim Cato cognominatus eſt, quòd naturã ducẽ ſecutus fuerit, ut eſt in Catone Maiore Ciceronis.* Cum multis.) *ut cũ Sergio Galba, quẽ nonagenarius accuſauit, ut in Catonis uita Plutarchus ſcribit: apud quem de Catonis cõſulatu & triũpho de Hiſpania, multa legere licet.* Iniurias nuper.) *Cicero Actione quarta: Fecit, inquit, nuper homo clariſsimus Cn. Domitius, qui M. Syllanũ cõſularẽ uirũ accuſauit propter Egritomari tranſalpini hoſpitis iniurias. Ibi M. Syllanũ appellat, quem hic Decimum Syllanum.* Hominum nocentium.) *qui à patronis ſuis adoleſcentulos accuſatores eludi facilè ſperant.*

Longo interuallo repetita.) *id eſt, lõgo tempore retrorſum petita.* Non inertiſsimum.) *id eſt, nõ imperitiſsimum, non omnino ſine arte. Eſt autem liptote. Minus enim dicitur, & plus intelligitur.* Fide diligentiaq́;.) *Hæc duo in patrono plurimum habẽt momenti.*

Prodire.) *id eſt, progredi.* Illiuſmodi.) *id eſt, imperitos.* Leges & iudicia.) *quæ magna ex parte muniuntur, quum uiri graues nocentium hominum accuſationem ſuſcipiunt.* M. Aquilium.) *quem M. Antonius defendit, ut eſt in Actione ſeptima.* P. Aphricanus homo uirtute, &c.) *Minor.* L. Cotta in iudicium.) *Huius cauſſa grauiſsimis criminibus confeſſa, ſepties ampliata, ad ultimũ octauo iudicio abſoluta eſt: ut ait Valerius Maximus libro octauo, Titulo, Infames rei quibus de cauſsis damnati aut abſoluti ſunt.* Quid ſibi iſte uult? accuſatorẽ ne.) *Imitatio eſt orationis eorũ qui moleſtè ferunt Ciceronem poſtulare accuſationẽ Verris, aut qui metuunt ne accuſandi conſuetudo ad homines honeſtiſsimos uiroſq́; grauiſsimos referatur.* Iſte.) *Cicero.* Quum ædilitatem petat.) *Illum ordinem gerendorum magiſtratuum, ut primum quæſtura, deinde ædilitas, deinde prætura, deinde conſulatus, poſtremò cenſura gereretur, fuſius docemus in commentarijs in Ciceronem de Senectute. Ciceronem fuiſſe annis triginta quinq; maiorem, quum hanc orationem habuit, & ædilitatem petiuit, conijcere licet. Anno enim uigeſimo ſeptimo Sex. Roſcium defendit, ut eſt apud A. Gellium libro decimoquinto. ea fuit prima cauſa publica quam egerit. Quum in cauſsis biennium uerſatus eſſet, primum Athenas ſe cõtulit, deinde Aſiam totam peragrauit, quo tempore biennium abfuit. poſtquam ex Aſia rediſt, unum annũ cauſsas nobiles egit. Poſtea quæſtor annum in Sicilia fuit. Triennio pòſt, quum in cauſsis plurimis, & in principibus patronis uerſatus eſſet, deſignatus ædilis, Verrem accuſauit: ut eſt in libro de Claris oratoribus. Quum tamen hanc accuſationem poſtulabat, ædilitatem petebat.* Superioris.) *id eſt, maioris: quamuis ſuperior ætas dicatur ſæpius, quæ præceſsit.* Honoris ampliſsimi.) *id eſt, conſulatus.*

Miſeros, &c.) *qui miſeria premuntur, qua indigni ſunt.* Deſperatæ reipublicæ, iudicijſq́; corruptis ac contaminatis.) *Vnde translatio ducta ſit, in promptu eſt. ut pro P. Sylla: Ex magnis & diuturnis, & iam deſperatis reipublicæ morbis iſta repentè uis erupit, ut ea confecta & eiecta, conualeſcere aliquãdo ciuitas poſsit.*

Non minus de laude.) *Accuſator ſi innocenti negociũ faceſsat, ac propterea nõ uincat, ea pœna eſt, ut laudem, honorem, famam, exiſtimationem amittat.* Diligentiſsimè & laborioſiſsimè.) *Diligentiam in oratore ualere plurimum, alio loco docuimus. Cum diligẽtia laborẽ oratori coniungendũ eſſe, ſæpe in hac oratione Cicero ſignificauit.* Quamobrem.) *Concluſio eſt.* Expectatio.) *Ad præteritum opinio, ad futurum expectatio pertinet.* Collectam.) *id eſt, acquiſitam, ut paulo pòſt: Habet exiſtimationẽ multo ſudore, labore, uigilijſq́; collectam.* In offenſione.) *id eſt, ſi cauſam amittat.* Multos obſides habet.) *Eos obſides paulo pòſt enumerat: hoc eſt, ædilitatem quam petit, ſpem propoſitã, exiſtimationem multo ſudore, labore uigilijſq́; collectã.* Ac recuperare.) *Obſides enim recuperare, uiri boni eſt.* Habet ſpem.) *non ædilitatis ſolum, ſed præturæ & conſulatus.* Probauerimus.) *id eſt, ut iudices approbent fecerimus.* Per populum Romanum.) *qui ipſe ſuis ſuffragijs mandat magiſtratus.* Tantulum.) *id eſt, aliquantulum.* Vt ea quæ ſingulatim.) *Vſu ſæpe uenit, ut quæ ſingulatim longo tempore collecta ſunt, ea uniuerſa uno tempore perdantur: ut quæ incendio, alluuione, hoſtium incurſione pereunt.* Autoritate.) *Ea, autore Quintiliano libro tertio, uita antè acta, ſi illuſtris fuit, generis nobilitate, ætate, fortuna comparari ſolet.* Ordini ueſtro.) *id eſt, Senatui.*

IN EANDEM ACTIONEM IN Verrem primam, Chriſtophori Hegendorphini Scholia.

Quo orationis genere Cicero in Verrinis uſus ſit.

VSus eſt Cicero in ſcribẽdis Inuectiuis, partim demonſtratiuo genere orationis, partim iudiciali, Demonſtratiuo quidem, quòd in Verrem adeò inuehitur: ubi mirum eſt, quàm crebris & perſpicuis notationibus, quas & hoc orationis genus expoſcit, utatur. Cæterùm cum Verrem iam huius, iam illius criminis accuſet, crimina Verri obiecta confirmet, obiecta à patronis Verris diluat, iudiciale quoque orationis genus interſerit. Nec uerò ſatis dici poteſt, quàm ferueat totus Cicero in his orationibus. Nemo oratione conſequi queat, quantis ſcommatis, ſalibus, dicterijs, Verrem inceſſat: & Verrem non hominem, ſed uerè uerrem eſſe totius Siciliæ oſtendat.

Quis ſtatus Orationum uniuerſarum.

Status generalis orationum uniuerſarum eſt, Verrem reum Repetundarum eſſe. Quid repetundæ ſint, docet Valla libro Elegantiarum primo, Cap. 37. Ille ſtatus in omnes orationes ſpargitur. Alioq tot ſunt ſtatus, quot crimina Verri obijcit Orator. Porrò illud ſtudioſum iuuenem admonere uolo: Ciceronem, mea quidem ſententia, in Verre criminando, non parum ſecutum eſſe Demoſthenem, qui Ariſtogitonem Athenienſem, Verris perſimilem, oratione ut longa, ita ue-

hementiſsima inſectatur, quod damnatus ob æs alienum, contra omnes leges rem publicam attingat. Deinde obſeruabit iuuenis, quanta orbis peſtis ſit, ſi in hominem ſceleratum, qualis Verres eſt, Magiſtratus incidat. Poſtremò, iucundam orationis compoſitionem, miram tam uerborum quàm ſententiarum copiam, gratam ſchematum uarietatem, & lucidas ac copioſas narrationes, aptiſsimos orationum tranſitus, & ſi qua alia ſunt, iuuenis uel me tacente annotabit.

Cur oratio prima, Diuinatio dicatur.

Q. Cæcilius Niger, homo Siculus, quæſtor Verris, & eius, ut ipſe affirmabat, inimicus, contendebat ſe potius, quàm Ciceronem, accuſatorem Verris conſtitui oportere: at Siculi Ciceronem conſtituerant. Iam in oratione iſta prima quæritur de futuro, quæ eſt Diuinatio, uter, an Cicero, an Cæcilius, Verrem accuſare debeat. Proinde Diuinatio hæc oratio inſcripta eſt. Porrò genus cauſſæ eſt honeſtum. Status orationis primæ eſt negotialis, comparatiuus, de conſtituendo accuſatore, quis potiſsimum de duobus, aut quis ſolus accuſet.

SI quis ueſtrûm iudices, &c.) Exorditur à ſua perſona, nimirũ quibus reb. adductus ſit ad accuſandum Verrem. Iudicijsq; publicis.) Iudicia publica dicta ſunt, quòd cuiuis ex populo executio eorum plerũq; daretur. uide in Inſtitutis, in Titulo de iudicijs publicis. Is ſi mei conſilij.) Diuiſio huius cauſæ, utrum Cicero rectè accuſet, & utrũ Cæcilio anteponendus ſit. Vnà & id quod facio.) Autore Valla libro ſecundo, unà pro ſimul hoc in loco Cicero dixit: quod apud eũ rarò inuenire licet. Ex hoc loco emẽdabis Vallæ codicem. Cum quæſtor.) Narratio admodum argumentoſa. Factũ eſt, uti.) Argumentum, quare Cicero in Siculorum memoria hæſerit. Patronis multis.) Marcello ſcilicet, Scipionibus, & duobus Metellis, ut annotauit Aſconius. Qui nũc populati.) Argumentũ ab iniurijs, quibus Siculi à Verre adfecti ſunt.

Defenſionemq; ſuſcipere.) Extenuatio eſt. nam accuſationem dicere debuerat. Sæpe eſſe pollicitũ) Argumentum ab honeſto. Nam honeſtũ eſt ſtare dictis. Seſe iam ne deos.) Argumentũ à rei magnitudine. Quòd eorum ſimulachra.) Verrem impietatis & ſacrilegij notat. Luxuries in flagitijs.) Obſerua diligenter quàm aptè tribuat uitijs ſingulis ſuos effectus. & eſt Aſyndeton. Per triennium pertuliſſe.) per quod Siculi Arrium quendam Verri ſucceſſurum expectabant, ut Aſconius annotauit. Hoc uno prætore.) Exaggeratio iniuriarum. Dicebam eos habere.) Oſtendit quòd munus accuſandi Verrem à ſe reiecerit. Multorum bonorum exemplo ueteri conſuetudine, &c.) Sic P. Sulpitius C. Norbanum, ciuem ſeditioſum, in ius uocauit. Sic L. Fuſius Manilium accuſauit. author Cicero libro Officiorum ſecundo. Quo in negotio.) Secunda exordij pars, in qua iſtam accuſationem in Verrem, non tam accuſationem, quàm defenſionem eſſe docet. Non potius accuſatio.) Propoſitio eſt. Defendo enim.) Confirmatio propoſitionis eſt. Et hoc quod facio.) Argumentum ab honeſto. Non in Sicilia ſolum.) Exaggeratio ſcelerum Verris. Sed in Achaia, Aſia.) Achaia regio Græciæ undique mari circumſepta, præterquam à Septentrione, cuius metropolis eſt Corinthus: autor Plinius libro quarto, capite 4. Cilicia.) Regio minoris Aſiæ, Syriæ proxima: autore Plin. lib. 5. cap. 26. Porrò Verres in his regionibus legatus fuit. Prò deûm.) Comica exclamatio.

Populatæ, uexatæ.) Exaggerat iniurias Verris, per diſtributionem. Populatæ, uexatæ, funditus euerſæ.) Articulus, cum incremento uocum. Populus Romanus.) A' querimonia populi Romani, ob corrupta iudicia. Tametſi multis incommodis.) Nam cum plebs Romana ruſtica à Mario ſtaret aduerſus Syllam, Sylla uictore plebs Romana & agros & ius ciuitatis amiſit, & proſcripta eſt. Vide Elorum epitome LXXVII. Iudiciorũq; infamia.) Apud Romanos iudicia apud uarios erãt. Gracchus legẽ tulit, ut penes Romanos equites iudicia eſſent: qui per annos uiginti ſine infamia iudicum munere functi ſunt. Deinde uictor Sylla legem fert, ut iudicium ad ſenatorium ordinẽ reijciatur: qui decẽ annis cum ſummo dedecore iudicauit. Poſtremò Aurelius Cotta legem fert, ut & ſenatores, et equites Romani, et tribuni ærarij iudicãdi munere fungerentur. uide Ciceronem in prima Philip. & Aſconiũ Pedianum. Totius ordinis offenſione.) Id dicit propter ærarios tribunos, quibus cum quoq; iudicãdi unà cum alijs ordinibus poteſtas delegata eſſet, ſenatus grauiter offenſus eſt. Ego ſic intelligo.) Vtrum Cicero Cæcilio anteponendus ſit, diſſerit. Hoc eſt de uoluntate.) ἐπιφώνησις eſt. Siciliã prouinciam.) Amplificatio eſt iniuriarum, per diſtributionẽ. Me cognitorẽ.) Cognitorem, id eſt, eum qui præſentis cauſam norit, & ſic tueatur ut ſuam. Adſunt, queruntur.) Confirmatio à teſtibus. Auxiliũ ſibi per me.) Argumentum à uoluntate Siculorum. Vtrum Q. Cæcili.) Apoſtrophe ad Cæcilium. De quo non præiudicium.) Præiudicium dicitur res quæ cũ ſtatuta fuerit, adfert iudicaturis exemplum quod ſequantur: iudicium autem, res quæ cauſſam litemq; terminat. Autor Aſconius Pedianus. Cauſſam inimici.) Ironia eſt. Deinde ſunt teſtes.) A' teſtib. probat, Siculos à ſe petiuiſſe defenſionẽ ſui. Cn. Lentulus) de quo Cic. in lib. de Claris orat. ita ſcribit: Cn. Lentulus Marcellinus nec unquã indiſertus, et in conſulatu pereloquens uiſus eſt, non tardus ſententijs, non inops uerbis, uoce canora, facetus ſatis. Marcellorum nomini) Propter Marcellum, qui Syracuſas expugnatas, eas intactas reliquerat. Et ita uehementer eſſe.) Argumentũ à neceſsitate. Sed quid ego.) Correctio eſt. Præter duas ciuitates.) Intelligit Syracuſas & Mamertinam, quarũ ciuitatum una permiſit ut Verres furta commiteret, per alterã furta exportauit, ut poſterius in quarta Verrina dicetur. Tacitè quoq; perſtringit ciuitates iſtas. At enim cur à me.) Obiectio eſt. Verum id mihi non.) Præoccupatio cuiuſdam obiectionis. Sed uniuſcuiuſq; temporis.) Hoc propter Marcellũ dicit, qui id temporis iudicem agebat. Valetudinis.) propter Marcellinum hoc dicit, qui id temporis infirmiore ualetudine erat. Facultates.) Hoc propter alterum Marcellum dicit, qui ſtudioſus magis quàm eloquens fuit. Reliquũ eſt.) Tranſitio eſt. Ecquid autoritatis.) Quantum apud Iudices ualere debeat, quòd Siculi à ſe Cicerone patrocinium ſui petierint, docet. De quo quid ego.) Exorditur

confir-

confirmationem ab occupatione. Quin tota lex.) Legis repetundarum expoſitio. Quis igitur eſt.) ἐνθύμημα eſt. Lege agi.) Lege agere, eſt uerbum iuris, & ſignificat intentare actionem. Sicilia tota.) προσωποποιία. Quod auri, quod.) Diſtributio. Abs te ſeſtertium.) Seſtertius eſt dictus ex eo, quòd duos aſſes & ſemiſſem haberet. qua ratione quaterni ſeſtertij, denarium Romanum ualebant. Et ſeſtertius dictus, quia tertius ſemis eſt: duo ſunt ſolidi aſſes et ſemis. Noſtra æſtimatione ſeſtertius ualet decem Turonicos denariolos, ad monetam groſſum Marchionicum. Deinde mille huiuſmodi ſeſtertij faciunt ſeſtertium in neutro genere, & conficiunt plus minus uigintiquinque coronas. Porrò quod hic dicit Cicero millies ſeſtertiúm Verrem abſtuliſſe, & infrà tamen dicit quadringenties ſeſtertiûm: Aſconius reſpondet, Oratorem hic αὔξησις, id eſt, amplificatione uſum. Vide quoq; Budæum, qui hunc locum tractat lib. 1. de Aſſe. Tamen his inuitiſſimis.) Argumentum à turpi. Tamen in aliena cauſſa.) Pyſma eſt, cum repetitione. Cur eorum ſpem.) Acriter in Cæcilium inuehitur. Eos nunc planè.) Argumentum ab indigno. Non optimè es meritus.) Modeſta reprehenſio per liptoten. Atenim ſolidum) Tranſitio eſt. Obſcurum eſt.) Ironia eſt. A' quo Verres minimè.) Argumentum à uoluntate Verris. Sunt multa quæ.) Diſtributio eſt. Paulopòſt commemorabo.) Reiectio eſt. Nullam rem.) Collatiuncula perſonarum. Et ait hoc ſe honeſtè) Fictione utitur. Nam Hortenſium alloquentem iudices introducit, ut & Cæcilium Ciceroni anteponant, & ſe corrumpi patiantur. Id peto.) Iucunda mutatio orationis eſt. Nam antea Hortenſium numero plurali uſum introduxit, mox ſingulari ntentem facit. Et ait idē.) Iudicia eſſe corrupta probat. Ceratam unicuiq; tabellam) Annotauit Aſconius Pedianus, in Diuinationibus, & alijs cauſſis maioribus uniuerſos iudices in ciſtā tabulas ſimul cōieciſſe, eaſdēq; inſculptas literas habuiſſe, uel abſolutionis, ut A. uel dānationis, ut C. uel ampliationis, ut N L. cum ſcilicet parum liqueret, uel denuò cauſſam agi oportere ſignificabant. A' pueris nobilibus.) Scilicet Appio Claudio nobili adoleſcente, qui cum accuſaret Terentium Varronem repetundarū ex Aſia, uictus ab Hortenſio eſt, in quo iudicio diſcoloribus ceris ſigna ſententiarum notata ſunt. Significat & Cæſarem adoleſcentem, qui defendebat Dolabellam reum repetundarum ex Sicilia. Cæterùm in eo iudicio Dolabella in gratiam Hortenſij condemnatus fertur.

Quadruplatoribus.) id eſt, delatoribus publicorum criminum: in qua re quartam partem de proſcriptorū bonis, quos detulerant, conſequebantur. ita Aſconius. Rationem illi defendendi.) Acerbè hoc dicit, perinde ac ſi Hortenſius prorſus nullam bonam defendendi rationem habeat. Nihil erat.) Comminatur iudicibus, & Siculis acrimoniam ſuā in accuſando oſtendit. In mentē tibi nō uenit.) A' cauſſæ magnitudine argumentū. Cognoſce ex me.) Quæ in uero accuſatore eſſe debeāt. Siculos hoc dicere.) Acerba dicturus, in Siculorū perſonā dicta cōfert. Ex me nō audies.) Callida occupatio. Aſportare te uelle.) hoc eſt, uelle accuſando Verrē, et illius & tua ipſius flagitia abſcōdere. Antequam de Sicilia.) A' ſignis colligit, Cæciliū falſum accuſatorem fore. Queritur Sicilia.) Crimen Verris. In cellam imperauiſſet.) Annonā prætoris intelligit, quæ in frumēti certo numero præbebatur à Siculis, in quib. Verres & pecuniā pro frumento exegit, & eo precio, ut pro duobus ſeſtertijs, duodenos per ſingulos modios exigeret, ſexies plus quàm emebatur. Furtum impudēs.) Amplificatio criminis. Id' ne alteri crimini.) Dilemma eſt. Emptū eſt ex S.C.) Aliud crimen Verris.

Mihi crede Cæcili.) Tertiū crimen Verris, cum Cæcilio cōmune. Mancipes à ciuitatibus.) Māceps eſt, inquit Feſtus, quiſquis à populo aliquid emit, cōducitq;: quia manu ſublata ſignificat ſe autorem emptionis eſſe. Verùm, Pedianus inqt, mācipes erāt publicanorū principes, Romani homines, qui decimas quæſtus ſui cauſſa redimebāt, aut publica paſcua: quorū ratio, ſcriptura dicebatur. hi enim exigēda à ſocijs, ſuo periculo redimebant, & populo repræſentabant, proſpicientes commodis ſuis. Atq; hæc quæ in medio.) Facetū admiſcet. Si id lege permittitur.) lege repetundarum, quæ non uult ut cauſſa repetundarū per iudices agatur, neq; ut Senatorius homo iudiciū profiteatur. Ac uide quātum.) Epilogus eſt. Ego etiā quæ tu.) Collatione utitur. Intelligo quàm ſcopuloſo.) Deprecatur arrogantiā. Quamobrē nihil dico.) Occupatio eſt per diſtributionem. De te Cæcili.) Iracundiā amolitur. Tn ipſe quemadmodum.) In Cæcilio non eſſe facultatem agēdi iſtā cauſſam, probat. Quæ C. Verres in quæſtura.) Argumentū à criminum Verris multitudine. Non Lilybæi.) id eſt, urbe Siciliæ, de qua Strab. lib. 17. Porrò Cicero dicit Cæciliū literas tā Græcas q̄ Latinas in Sicilia didiciſſe, quæ neutra lingua bene utatur. Sic enim Plautus in Perſa ait: Dabūtur tibi ſexcēti logi, atq; Attici, nullū Siculū acceperis. Non in Sicilia.) A' loco quo literis ſtuduit Cæcilius, dicendi facultatē ei adimit.

Fortaſſe dices.) Subiectio eſt. Ergo hæc in te.) Modeſtè de ſe dicit, & ita quidē, ut tamē in ſe plus uirium dicēdi eſſe quàm in Cæcilio doceat. In foro iudicijsq;.) Super hunc locū Ciceronis uide Quintilianum lib. 11. cap. 1. Et cogitatione proſpicio.) Argumentū à cauſſæ magnitudine, & illis quæ cauſſæ difficultatē pariāt.

Tu horum nihil metuis.) Hoc dicit propter hominum offenſionem. Nihil cogitas.) Hoc propter hominum expectationē. Nihil laboras.) Hoc dicit propter rerū magnitudinem. Ionem ego optimum.) Perſtringit ridicula quorundā cauſidicorū exordia, quæ uel à precatione, uel reprehenſione ſuperioris ſeculi ducunt. Tibi cum homine) A' perſona aduerſarij Hortenſij, Cæcilium huic cauſſæ imparē eſſe oſtēdit. Diſertiſſimo.) Diſertus eſt, qui ſatis acutè atq; dilucidè apud mediocres homines ex communi hominū opinione dicere poteſt. Autor Cicero de Perfecto oratore lib. 1. Non pertimeſcam.) Ideo dicit hoc, ne Siculi laude aduerſarij terreantur. Me opprimet cōſilio.) id eſt, ratione quadam altè petita, & plerunq; plura perpendēte, et comparante, habente in ſe & inuentionem, & iudicationē. Vide Fab. lib. 6. cap. ult. Te uerò Cæcili.) Oſtendit quomodo Cæcilius impar huic cauſſæ futurus ſit, aduerſario Hortenſio exiſtente. Quotiens ille tibi.) Explicat rationem dicendi ipſius Hortenſij. Vt eligas.) Dilemma intelligit, argumenti genus, quo Hortēſius crebrò uſus eſt. Deonerare.) Eſt uerò αὔξησις. Nam plus

eſt, quàm ſocium criminis reddere. Ne innocenti periculum.) Mirè deſcribit imperitũ patronũ, cui perſuaderi poßit, aduerſariũ uera dicere. Quæſtoris cũ prætore.) Quæſtores cũ imperatorib. pop. Rom. id eſt, cõſulibus & prætoribus ibãt ad adminiſtrandã rẽ pecuniarũ, & prædã ac manubias in rationes publicas referendas, ut uidere eſt apud Liuiũ. Pro his hodie habemus theſaurarios bellicos. Proterea magna neceßitudo putabatur, inſtituto maiorum, quæſtori cum prætore ſuo eſſe, cum quo communẽ prouinciã ſortitus erat, et diſcrimina bellica obibat. Cum ſubſcriptoribus.) Subſcriptores dicuntur cauſidici, qui adiuuare accuſatorẽ ſolẽt.

Hunc tamen à ſubſellijs.) id eſt, qui minorbus tantum iudicijs interfuit. Nonius: Subſellia ſunt tribunorũ, quæſtorum, et huiuſmodi minora iudicia exercentium, qui non in ſellis curulibus, ſed ſubſellijs conſidebãt. Vt in actoribus.) Expolitio eſt à ſimili. Veruntamẽ L. Apuleiũ.) De hoc Apuleio ita dicit Cic. de Oratoribus claris: Lucius Apuleius Saturninus eloquentißimus uiſus eſt, magis ſpecie tamẽ et uictu atq; amictu ipſo capiebat homines, quàm aut dicendi copia, aut mediocritate prudẽtiæ. Iam hoc conſiderate.) Apoſtrophe ad iudices.

Si quam habet.) Correctio eſt. Niſi fortè quem ex illo grege.) Intelligit obturbatores quoſdã, ſordidoſq; cauſidicos, qui adhibebãtur ad moram faciendã, dum meliores aduocati recrearentur, & ſe denuò ad dicendum præpararent. Ex quibus hominibus.) Facetum admiſcet. Ex quibus alienißimis.) Ex hoc loco contendit Aſconius, ſuprà pro Allienum, legendũ eſſe alienum: id eſt, iudicij alieni hominem. Tanta'ne uobis.) Reſpondet obiter ad ea quæ ſubſcriptores dixerant. De populo.) Amarulentè hoc dicit, quaſi iſti ſubſcriptores in uulgo numerãdi ſint. A' columna Menia.) Menius cum domũ ſuã uenderet Catoni & Flacco cẽſoribus, ut ibi Baſilica ædificaretur, ex cepitius ſibi unius columnæ, unde ipſe & poſteri eius ſpectare munus gladiatorium poſſent, quòd etiam tum in foro dabatur. De inde ad Meniam columnã in leuißimos quoſque reos animaduertebatur. uide Aſconium. Inquit Tullio.) Cæcilio omnem ſpem ſe ſubſcribendi in hac cauſſa aufert. Cuſtodem, inquit.) Aſtutè cuſtodem, & non ſubſcriptorem dixit Cicero, ut qui acerbè reſponſurus erat. proinde ſe laceßitum, cõuicium facere uideri uult.

Ad meas capſas.) Nam ſubſcriptores, Aſconio autore, adhibebantur partim chartarum cauſſa, partim iuuandi accuſatoris gratia, partim ne accuſatores facilè corrumperentur. & eſt ſcomma atrox in Cæcilium. Diligentia ſpeculatorem.) Sic colligit Cicero: Fidelis et diligens ſum: ideo nec cuſtode opus habeo, nec ſpeculatorem inter ſecreta mea patior. Verùm ut ad te.) Clauſula argumentorum, Cæcilium non idoneum accuſatorem Verris eſſe. Quem monitor tuus.) Facetum eſt in uoce monitor. Iniuriam tibi feciſſe.) Subiectio eſt. Arbitror.) Conceßio eſt. Quod ſi ei potißimũ.) Cicero Cæciliũ ſuis ipſius uerbis cõuincit. Te ab illo eſſe læſum.) Extenuatio iniuriarũ Verris aduerſus Cæciliũ. An prouinciã.) Amplificatio eſt. Concede igitur.) Argumentũ ab antecedente ad cõſequens. Nam prouincia.) Confirmat prouinciam accuſare Verrem.

Vltorem iniuriarum.) Incrementum. At eam tibi.) Subiectio alia. Minimè.) Cõfutatio ſubiectionis à circumſtantijs. Cognoſcite ex me.) Cæcilium nulla iniuria inimicitijs digna à Verre affectum eſſe probat. Agonis eſt quædam.) Narratio eſt. Veneris Erycinæ.) Eryx collis Siciliæ excelſus, in quo Veneris templum locatum eſt, quod ſingulari ueneratione colitur, antiquitus mulierum frequentia refertum, illius miniſterio dicatarum, quas & è Sicilia & externis è regionibus multi locarãt. Inde Erycina Venus dicta eſt. Hæc Strabo libro ſexto Geographiæ. In claſſe.) Vt uel remigibus κιλευσμα canerent, ut ſcilicet remiges pro modulorum & harmoniæ ratione uel concitarent uel inhiberent remos: uel qui in claße pugnantibus claßicum concinerent. Vnde ipſi tubæ, claßis eſt nomen poſitum claßicum. Vide Aſconiũ, & Budæum in annotationibus Pandectarum iuris ciuilis. Iudicant recuperatores.) id eſt, qui recuperationes, hoc eſt receptionẽ rerum ablatarum faciunt. Vide Feſtum Pompeium.

Quid enim facere potuit elegantius, &c.) Amplificat factum Verris. Factus eſt Verres.) Nomen Verris ambiguum ſuggillat. ſignificat uerres quoque porcum non caſtratum. Nam ex illa pecunia.) Exemplũ iniuſtitiæ Verris. Hic tu ſi læſum.) Apoſtrophe ad Cæcilium. Deinde de iniuria.) A' ſignis colligit, Cæcilio à Verre iniuriam factã non eſſe. An præuaricatorem.) hoc eſt, tu uis conſtitui accuſator Verris, ut deinde eum defendas. Quid ſi ne iniuriæ.) Clauſula eſt. Niſi fortè.) Obiectio alia Cæcilij. Quæ cauſſa grauis eſſet.) Confutatio obiectionis. Ridiculum eſt putare.) Hoc eſt, ridiculum eſt putare illum iuſtè inferre alicui periculum oportere, qui aliquando amicus, mox inimicus factus eſt. Quam ne in alio quidem.) Hoc eſt, iudices cum illam cauſſam iniuriæ in nullo alio iuſtam eße decreuerint, ob quam neceßitudo uiolari deberet, ergo nec in te iuſtam eße decernent. Non potes eum ſine.) Dilemma eſt. At uide quid.) Repetit ſuperiorem Cæcilij obiectionem. Ego ſi ſuperior.) Confutat obiectionem per βίαιον: id eſt, per uiolationem. Sic à maioribus noſtris accepimus.) Confirmatio. Quam obrem.) Clauſula. Etenim iſta quæſtura.) Reprehenſio dilemmatis Cæcilij, falſo concludentis. Neq; ferè unquam.) Exemplis confirmat, quòd quæſtores non permißi ſint ſuos prætores accuſare. Atque ille C. Pompeius.) Exemplum recentius adfert. Semper hæc cauſſa.) Redit ad argumentum ſuprà tractatum, nimirum illum accuſare debere, qui ab illis, qui iniurias ab aliquo perpeßi ſunt, rogentur. Operam, ſtudium.) Congeries eſt. Nulla priuatim iniuria.) Ab exemplo.

Innocentißimus L. Piſo.) De hoc L. Piſone, Cicero de Oratoribus claris ita ſcribit: L. Piſo, Tribunus plebis, legem tulit primus de pecunijs repetundis, Cenſorino & Manilio Conſulib. Ipſe etiam Piſo egit cauſſas, &c. Etenim cum lex ipſa.) A' fine legis repetundarum, argumentum. Quem actorem.) Argumentum à turpi. An quod ad commemorandum.) Argumentum à conſequentibus. Vtra illuſtrior commemoratio.) Oſtendit turpe eſſe, ſi Cæcilius Verrem accuſet.

Conſuetudo maiorum.) ſtatuentium inter prætorem & quæſtorem arctißimam differentiæ eſſe familiaritatem. Delectus ab uniuerſa.) Oſtendit honeſtum eſſe, ut ipſe Verrem accuſet. Clarißimi uiri.) Repetit quædã de ſuo officio, ne uideretur leuis, quòd ex de-

fenſore

ſenſore ſubitò accuſator prodiret. Defendere M. Catonem illum ſapientem.) M. Cato accuſauit Sergium Galbam pro direptis Luſitanis, & P. Furium pro iiſdem, propter æſtimationem iniquam frumenti, ut annotauit Aſconius. Neque enim magis animos hominum nocentium.) Argumentum ab utili. Inſtitutum referri.) Correctio. Cum Pub. Lentulus, is qui princeps Senatus fuit.) Lentuli Suræ pater, in carcere ſtrangulati, propter coniurationem Catilinæ. L. Cottam in iudicium uocabat.) Quem P. Aphricanus ante ſecundum Conſulatum & ſecundum cenſuram accuſaſſe dicitur, ut annotauit Aſconius. Nemo mirabatur.) Collatio exempli. Quid ſibi iſte uult?) Obiectio aduerſariorum Ciceronis. Ego uerò & ætatis non modò meæ.) Reſponſio ad obiectionẽ. Hoc remedium eſt ægrotæ ac propè deſperatæ Reipub.) Argumentum ab utili. Nulla ſalus Reipublicæ maior eſt.) Argumentum à rebus quas amiſſurus ſit, niſi iſtam cauſam ſumma fide & diligentia agat. Et eſt proloquium maius. Itaque ſemper ij diligentiſſimè.) Confirmatio. Q. Cæcilium.) Minor propoſitio, Cæcilium nihil amittere poſſe, etiam ſi iſtam cauſſam indiligentiſſimè agat. A' nobis multos obſides habet Pop. Rom.) Secunda pars minoris, in qua oſtendit quæ ipſe amiſſurus ſit, niſi in hac cauſa officio fungatur. Habet exiſtimationem.) Diſtributione res quas amittere poſſit, niſi cauſſam diligenter agat, oſtendit. Quapropter iudices.) Peroratio ab hortatione.

IN EANDDEM ACTIONEM, Bartholomæi Latomi Partitio.

ORatio in media figura eſt, cauſa iudicialis de accuſatore conſtituendo. Cur Diuinatio dicatur, tradit Aſconius. Item qui ſtatus, & quæ diuiſio principalis. Status negocialis comparatiuus, utrum à Cicerone, an à Cæcilio accuſandus ſit Verres, uel an à Cæcilio quoque? Diuiſio capitum orationis duplex: una, qua de ſeipſo diſputat: altera, qua ſe confert cum Cæcilio. Exordium inducitur κατὰ πρόληψιν, ad euertendam inuidiam accuſationis. Reddit enim rationem facti ſui, cur cum antea defendere ſolitus fuerit, nunc deſcenderit ad accuſandum. Oſtendit que id rectè ſe facere, quòd & rogatus ſit à Siculis: & quòd hæc ipſa non accuſatio, ſed defenſio appellanda ſit: & quòd reipublicæ tempus hoc poſtulet. Deinde accedit ad rem, & hæc duo proponit inter ſe & Cæcilium ſpectanda eſſe: quem maximè uelint Siculi hanc cauſſam agere, & quem minimè uelit reus. Quæ propoſitio bipartita eſt, ad confirmationem cauſæ, & iudicationem principalem continet. Priorem eius partem confirmat à teſtimonijs, ſe rogatum eſſe à Siculis. Item ualere hoc oportere apud iudices, ſecundum legis uoluntatem, quæ eſt de repetundis. Poſteriorem partem colligit coniectura uoluntatis ex metu incommodi Verrem ſe nolle actorem, optare Cæcilium. idq́; totum probat comparatione perſonarũ, ſui, Cæcilij, & Hortenſij: uter inter ſe & Cæcilium, Verrem grauius accuſaturus ſit, & uter cum Hortenſio acrius pugnaturus. Se timeri & fugi non à Verre ſolum, ſed etiam ab Hortenſio: Cæcilium ſuſpectum eſſe Siculis, & multorum criminum Verris participem, cum quæſtor eius in Sicilia fuerit. Deinde ſe ſtudium & exercitationem adhibuiſſe, ut paratior in foro uerſaretur: Cæcilium ne intelligere quidem, quantum onus affectet. Iam cum Hortenſio, eloquentiſſimo patrono, pugnandum eſſe, cui nulla in re par eſſe poſſit Cæcilius. Quinetiam eluſum iri ab inferioribus patonis, quo excellentior in eum feratur Hortenſius. Inducit deinde breuiter, & perſtringit alteram partem cauſæ, Cæcilium non ſolum anteponendum ſibi non eſſe, ſed nec adiungendum ſubſcriptorem: quippe cum fides illius ſuſpecta ſit, ſua autem & fides & diligentia in ſuſcepta cauſa non defutura. Atque hinc ſubiungit refutationem rationum aduerſarij, quibus ille contendebat ſe potiſſimum accuſare debere: nempe quia et inimicus eſſet Verri ob acceptas iniurias, & quòd præuaricari non poſſet: & quòd noſſet crimina Verris, quæ in quæſtura cognouiſſet. Contra quæ ita contendit Cicero, ut doceat Siculos grauioribus iniurijs affectos eſſe: & Cæcilij iniuriam leuiorẽ fuiſſe, & poſtea rediiſſe in gratiam cum Verre, imò ne iniuriã quidem fuiſſe. Poſtremò ſi qua fuerit, tamen obſeruatione ac more maiorum prohiberi Cæcilium, ne eum accuſet in iudicio, cuius ipſe quæſtor fuiſſet. Quo confirmato exemplis, redit ad diſputationem de uoluntate Siculorũ, & eius uim exẽplis confirmat, illud adiungens, uiros fortes & probos ad iudicia publica eligendos eſſe, quorum induſtria ac fide, legum autoritas, & ſeueritas iudiciorum conſeruetur. Poſtremò concludit totam orationem, perſonarum contentione: et quid in tanta cauſa agendum ſit iudicibus, admonet.

EIVSDEM B. LATOMI ANnotationes in primam Ciceronis actionem in Verrem.

SI quis ueſtrûm, iudices.) Occurrit inuidiæ, quòd cum defendere conſueuerit, nunc accuſet. Propoſitio eſt ornata circumſtantijs, quam deinceps narratione excipit. Quum quæſtor in Sicilia fuiſſem.) Narrat quomodo à Siculis rogatus ſit: & eſt argumentalis narratio, quia ad probandũ pertinent. Itaq́;.) Similitudinis, non cauſalis coniunctio. Cuncti.) id eſt, maior pars. Me ſæpe eſſe pollicitũ, ſæpe oſtẽdiſſe dicebant.) Inducit uerba Siculorũ, quibus affectum exprimit. Nam illud, Seſe iam neq; deos habere, tanquam fatuum eſt ex dolore, quod Græci ὀξύμωρον uocant. Tempore.) conditione et cauſa tẽporis.

Dicebant.) Hoc parodicôs pronunciandum eſt, ad imitationem uerborum ſuorum ad Siculos. & eſt proſopopœiæ ſpecies. Tẽpore.) id eſt cauſa. Quo in negotio tamen illa me res lud.) Alia purgatio ex finitione, hanc non accuſationem, ſed defenſionẽ eſſe. Quòd ſi hanc cauſam.) Tertia purgatio, quod Reip. cauſa accuſet, in quo uehementius inſurgit. Qui iudicia manere apud ordinẽ Sen. uolunt.) Lege Sempronia equeſter ordo iudicauerat ſine infamia: poſt lege Cornelia, ſenatores. Nunc autem Aurel. Cotta legem ferebat, ut equites & Senatores & Tribuni ærarij ſimul iudicarent.

Leuitate.) corruptione. Nũc quoniam.) Tranſit ad rem. et conſtituit propoſitionem bipartitam, quæ continet indicationem cauſæ, quem uelint accuſare Siculi, & quem nolit Verrem. Nam hæc oſtendunt, uter accuſare debeat, qui eſt ſtatus cauſæ. Deferatur nomen.) accuſetur. Delatio.) accuſatio. Siciliam prouinciam.) Propoſitio ſpecialis, qua argumentationem aggreditur. Verum Q. Cæcili.) Inuadit Cæciliũ. & probaturus quod propoſuit, adiungit & alterum caput, ut efficiat firmam probationem. Nam his duobus capitibus efficitur plena confirmatio, ſi rogatus ſit à Siculis, & ſi uoluntas Siculorum ualere debeat. Vnde ex iuncta ſyllogiſmum conficiunt. Vtrunq; probatione perſequitur. Si id audebis.) Hoc contrarium facit Cæcilio: & oratoriè perfectionem ſumit, ut acrius refutet. Videto ne nimium.) Vrbanè dictum, pro, uideto ne te inimicum fingas, ut præuaricari poßis.

In conſilio.) id eſt, in numero iudicum. Quod omnino.) quod ſunt ſub patrocinio Marcellinorum. Sed quid ego.) Hoc ſchema aptum eſt augendo ordini, & Fabio dicti pœnitẽtia dicitur. Præter duas ciuitates.) Syracuſanos & Mamertinos. At enim quur à me.) Occupatio, quã primo tanquã friuolam repellit: deinde ex abundãti interpretatur, & ab inuidia remouet. Ducta.) id eſt, habita. Tẽporis, ualetudinis, etc.) Tẽporis, Marcelli, qui tũ iudicabat: ualetudinis. Marcellini: facultatis, alterius Marcelli, magis ſtudioſi quàm eloquentis. Mea fuit ſemper.) Cõcludit. Neminẽ.) Cæciliũ intelligit. Reliquũ eſt.) Probat ſociorum uoluntatem ualere oportere, ex cauſa legis, quam breuiter amplificat. Argumentatio propriè eſt ex deſtinatis. Repetundo.) repetendo, proſequẽdo. Repetuntur.) uindicantur. Arcẽ.) Præſidium. Seueri cuſtodes.) iudices. Seſtertiũ millies.) id eſt, uicies quinquies centũ millia coronatorũ. & oratoriè hoc facit, Siculos accuſatoriè uociferari. Nã alibi ipſe ſummã ponens, facit quadringenties ſeſtertiũ: id eſt, decies centũ millia. Tam impudens.) Cæciliũ intelligit. Si tibi Q.) Obiurgatio in Cæciliũ, qua cõcludit hunc locũ. Nunc hoc dicũt.) ἀντίθεσις amplificandi cauſa. Neq; uelle ſuã cauſam.) Vide num hic agere legendum ſit. Fortunis euertere.) id eſt, perdere. Solidũ.) id eſt certũ. At enim ſolidũ.) εἰρωνικῶς hoc dicit. Delatio.) accuſatio. Sunt multa.) Alterũ caput principale, Verrẽ à ſe nolle accuſari. Et partitur bifariã hanc diſputationẽ, ſe de ipſo primùm, deinde de contentione ſui & Cæcilij dicturum eſſe. Itaq; magno.) Probat ſe timeri à Verre, ex actiõe Hortẽſij, quẽ acriter inſectatur. Probatio coniecturalis eſt, ex adiunctis. Suffragatur.) te adiuuat in hac cauſa. Contendere.) petere. Non enim, inquit.) Inuidioſe inducit Hortenſium, confitentem ſuam conſuetudinẽ in corrumpendis iudicijs, quod acrius & feſtiuius eſt in eundẽ, quàm ſi ipſe loqueretur. Imitatur enim morẽ eorũ, qui ſua delicta lenius atq; honeſtius proferunt.

Cum uehementius contendi.) hoc eſt, pecuniam iudicibus dedi. ſalſe & ambiguè dictum. Ad gratiam.) Iudiciorũ corruptorũ ſcilicet. Certos.) nempe interpretes pactionis, qui teſtes ſint fidei ſingulorum in abſoluendo reo. Tabellas.) quibus ſententiæ erant inſcriptæ. Ferre ſententias.) id eſt, de tabella pronunciare: ſed conſtituere, id eſt, in ciſta ponere. Cera legitima.) Id acriter notat Hortenſij improbam calliditatem in P. Lentulo Sura abſoluendo. In quo iudicio diſcoloribus ceris tabellas dederat iudicibus, ut unamquamq; prolatam ex ciſta recognoſcere poſſet, abſoluiſſent' ne an condemnaſſent reum, quibus pecunia promiſſa fuerat. Res tota.) totum iudicium. Si à pueris.) Appium Claudium & C. Cæſarem intelligit, quorum alter Terẽtium Varronem, alter Dolabellam accuſauit.

Quadruplatoribus.) delatoribus criminum publicorum. Huic ego.) Bona occaſione minando Horteſio, etiam iudices terret, & ſe commendat Siculis, acrimoniam ſuam demonſtrando. Receptam, ſuſceptam.) Suſcipimus noſtra ſponte, & propter ſe: recipimus rogati, uel compulſi. In quo ego.) De ſe modeſtè loquitur. Tu uerò Cæcili.) A' ſe tranſit ad Cæcilium, & oſtendit quibus rebus ille impediatur, quo minus uerè & conſtanter accuſare poßit. Cauſam ſuſtinere.) Græci αἰτίαν ἔχειν. Primùm integritatem.) Inſtituit enumerationem, quam longius exequitur. Deportare, aſportare.) Deportare ad imitandum locum, aſportare ut pereãt. Nec ea dico.) Præteritio. HS.V.) ſeſtertijs quinis. Tamen ne qua deductio.) Hoc εἰρωνικῶς dicitur, quaſi aratoribus non ſoluendo, pecuniæ publicæ pepercerit. Sed nihil minus: quia eandem pecuniam auertit Verres, & fortaßis cum Cæcilio communicauit. Mihi crede.) ἐπιφώνημα. Mancipes.) Mancipes erant publicanorum Principes, qui uectigalia à populo redimebant. Sunt alia.) Præteritio. Si tibi indicium) Neq; in omnibus cauſis impunitas indici dabatur, neq; perſona ſenatoria indicium profiteri poterat. Quare contumelioſe hoc dicit in Cæcilium, exagitans eum tanquam leuem hominem. Indicium poſtulas.) ut ſis index factorum. Agendi.) in iudicio. Ratio.) obſeruatio. Aut enim id mihi.) Addit cauſam. Fortaſſe dices.) Vide quàm cautè & modeſtè de ſe loquatur. Non enim ſibi arrogat, quæ detrahit Cæcilio, ſed pro eiſdem laborẽ et ſtudiũ ſuũ ſubſtituit: quæ cum nõ ſint in Cæcilio, iam ipſa re plus in ſe quàm in illo æſtimandum relinquit. Iam nunc mente, &.) Amplificat timorem ſuum, ut temeritatem Cæcilij acrius arguat. Audientiam.) audiendi facultatem, attentionem. Iouem ego Opt. Max. Veteres aut ab inuocatione deorũ, aut à ſuperioris temporis reprehenſione incipiebant. Nunc ne illud.) Laudat Hortenſium, & Cæcilium territat. Paratißimo.) id eſt, inſtructißimo. Cuius ego ingenium.) Hæc dicit, ne Siculi terreantur laude patroni aduerſarij. Factum eſſe.) Hanc complexionem uocant Rhetores, acre argumentationis genus: ut ſi pecuniam exegit pro frumento, tu particeps fuiſti: ſi non exegit, cur obijcis? Vide exemplum apud Gellium de Protagora et Euathlo.

Aeſtus.) conturbatio. Malo.) id eſt, uerſuto & callido. Vult enim imperitum eſſe. Quid cum accuſationis.) Hic irridet Hortenſij conſuetudinem in partiendo, quod itidem facit pro Quintio. Transigere) Quòd negationem concludit, uel quòd confiteri non dubitat. Expedire, id eſt, definitione ſoluere. Abſoluere, quod per qualitatem licitum eſſe monſtratur. Periculum faceßeris.) ne calumnieris. Præſtringat.) obtenebret. Iudiciam futurum.) iam ſtatim apparebit. Proluſione.) procemio. Eſto.) Occupatio.

Subſcri-

Subſcriptoribus.) Subſcriptores erãt cauſidici,q accuſatorem adiuuabant. Tyronẽ.) rudẽ,inexercitatũ,nouitium. Allienum.) Alij legunt Halienum,& melius opinor. A'ſubſellijs.) Subſellia erant tribunorũ,triũuirorum, Quæſtorũ,qui de minoribus cauſis cognoſcebant Tribunalia & ſellæ curules erant maiorum magiſtratuum. In actoribus.) In fabulis primarum partiũ perſona erat, quæ ſæpius in agendo progrediebatur. Secundarum,quæ minus:& ſic deinceps. Ex illo grege.)Sordidum genus cauſidicorum ſignificat,quos obturbatores uocabant, qui adhibebantur ad moram faciendam,dum meliores aduocati recrearentur. Alienißimis.)ioco alludit ad nomen Allieni. Hoſpes.) Quia à ſubſellijs in Prætoris iudicium. Quibus ego.) Digreditur in ſubſcriptores, quos repellendo, obliquè deterret Cæcilium etiam à ſubſcribendi ſpe: quoniã & ſubſcriptionẽ ſibi poſtulauerat. Figuratus eſt locus κατ' ἔμφασιν,quia apertè repellere Cæcilium à ſubſcribendo non decebat. Vide Fab. libr. 9. Columna Mœnia in foro erat, ad quam fures & ſerui nequam à Triumuiris puniri ſolebant. Vide Aſconium. Quid ad hæc dici poteſt?) Occupat quæ dicturus eſt Cæcilius, & reprehendit. Neque enim eſſet.) Exagitat hominem, tanquam peregrinum. Nam primò irridet hoc dictum Cæcilij, deinde pro ſe utitur, tertiò reprehendit.

Cui conſuleret.) cui nullam inferret iniuriam. Quod ſi ei.) Conuertit Cæcilij rationem in ſuam partem. Adoptauit.) elegit. At eam tibi.) Negat iniuram factã eſſe Cæcilio, & rem narrat. Continetur finitione. Erycinæ.) Ab Eryce mõte Siciliæ,ubi colebatur. Hæc bona habebat in Sicilia,ſicut magna mater in Peßinunte agro in Phrygia, quæ ei ſacra erant.

Præfectus Antonij.) Hic Antonius curator fuerat oræ maritimæ ante Piraticum bellum. Symphoniacos.) Per ſymphoniacos remigibus in claſſe celeuſma cani ſolebat. Venereorum.) id eſt, qui ſub Veneris familia erant. Eſt adhuc id quod.) Occurrit exiſtimationi de Verre. Q. Mutius.) Q. Mutius tanta continentia fuit in prouincia, ut Aſiani diem feſtum nomine eius celebrauerint,quem Mutia appellauerunt. Deinde de iniuria.) Ex indicio ipſius Cæcilij, quòd in gratiam cum Verre redierit. Grauiorem.) locupletiorem. Perfidioſum.) ſi non uerè redijſti in gratiam, ſed ſimulas. Quæ cauſa grauis.) Alia ratio, quam inuertit contra Cæcilium. Etenim ſi plurimas.) Amplificat ab iniuriarum remotione. At uide quid.) Repetit inuerſionem, & probat ex maiorum inſtituto. Officij.) id eſt, honoris & magiſtratus.

Muneris.) id eſt, in adminiſtranda prouincia. Cum uerò.) ἀντίθεσις, in contentionem, & incertamen. Itaque neque L.) Exempla Quæſtorum, qui Prætores ſuos accuſare non ſunt permißi. Atque ille Cn.) Confert exempli ſimilitudinem. Semper hæc cauſa.) Redit ad confirmationem cauſæ, & argumentatur ab honeſto. Ad periculum accedere.) Quia ex accuſationibus conflantur magnæ inimicitiæ. Etenim ſi probabilis.) Confirmat ex minori. & probabilis, id eſt, laudabilis. Nuper quum in pub.) Exemplum honeſti patrocinij. Q. Cæcilius.) Non hic Cæcilius intelligitur. Etenim quum lex.) Approbatio, qua refricat firmamentum confirmationis: Rhetores cõmemorationem uocant. Accuſaui.) προσωποποιίαν inducit. Clarißimi.) Exempla patrociniorum pro clientibus & hoſpitibus. Cum multis graues.) Cato accuſauerat Serg. Galbam, pro direptis Luſitanis: item P. Furium, pro eiſdem. Neque enim magis animos hominum nocentium, &c.) Approbatio, qua ad antegreſſam contentionem ſui & Cæcilij reſpicit. Laborant.) id eſt, angũtur. Tum quum P. Lentulus.) Exempla magnorum uirorum, qui nocentes ciues accuſabant. Nemo mirabatur in Africano illo.) Laudat ueterem morem Reipub. & acriter repellit inuidiam accuſationis, quam aduerſarij mouebãt.

Meæ.) id eſt, eius cuius nunc ſum: temporis eſt. Corruptis.) pecunia ſcilicet. Contaminatis.) infamia. Quamobrem hoc ſtatuere iudices debetis.) Concludit conferendo ſe cum Cæcilio, uter diligentius accuſaturus ſit. Titubatum.) peccatum. Quapropter iudices ueſtrum eſt deligere.) Remouet metum inuidiæ in ſenatorium ordinem, ſi hæc cauſa negligentius acta fuerit.

MICAELI TOXITAE, IN Orationem M.T.Ciceronis primam contra Verrem Commentarius: ex ſcholis Ioan. Sturmij antemeridianis.

ARGVMENTVM.

C. Verres ex Sicilia reuerſus Romã, à Siculis repetundarum accuſatur. Cadit autem hæc accuſatio in eos propriè, qui cum in magiſtratu eſſent, prouincialibus aut ui, aut dolo eripuerunt pecunias, uaſa precioſa, ueſtes, frumentum, nauigia, nummos. C. autem Verres adeò crudelis auarus´que fuit, ut ne deorum quidem ſimulacris pepercerit. Accuſauit eum Cicero, defendit Hortenſius: qui noua & inexpectata actione ita fatigatus eſt, ut cauſam deſereret. Statim enim altera actione Cicero à iudicibus petijt, ut liceret ſibi uti oratione non continuata: ſed in ſingulis criminibus teſtes ac tabulas proferre poſſet. Quamobrem mox uictor extitit, & Verres ſponte in exilium iuit. Poſteriores quinque orationes continuatæ non ſunt, nec in foro habitæ, ſed ſcriptæ domi: quam ob cauſam etiam libros uocat. Crimina quatuor ei obijcit: unum quòd in quæſtura commiſit, apud C. Carbonem: alterum, quòd in legatione apud Dolabellam in Aſia perpetrauit: tertium, Præturæ eſt urbanæ: quartum, Sicilienſe, quod ad hanc cauſam propriè pertinet. Orationes ſeptem ſunt: prima Diuinatio dicitur propterea, quoniam cum de accuſatore conſtituendo agatur, coniecturam & quaſi præiudicationem habet rei futuræ, honeſtatis, æquitatis´que. Nam ut uult Aſcon. Pedianus, remotis teſtibus ac tabulis, ſola argumenta iudices ſequuntur, ac quaſi diuinant. Contendunt autem inter ſe M. Cicero, et Q. Cæcilius Siculus, qui Verris quæſtor fuerat, uter potius accuſare Verrẽ debeat. Cauſæ quidem genus eſt iudiciale, ſed cum deliberationibus tamen cõiunctum. Forma dicendi grauis eſt, quod ex periodorum cõpoſitione & tractatione intelligitur, quæ fit comparatione perſonarum, et rerum plena enumeratione. Habet autem hæc oratio partes tres, principium, confirmationem & perorationem. In principio quidẽ rationẽ officij ſui reddit: & Siculo

rum poſtulata, & Verris iniurias, & Reipub iudiciorumq; tēpora, & neceßitatem commemorat, ut ſe defendat, & iuſtā ſibi ad accuſandū Verrē cauſam eſſe oſtēdat. Ad confirmationem accedit μεταβάσει, id eſt, tranſitione. In hac cauſas oſtendit, quamobrem nemo ſibi in accuſando Verre præferendus ſit. Cupiebat enim Verrem accuſare Q. Cæcilius, & tres cauſas adferebat: unam, quòd iurè ei eſſet inimicus, quoniam ab eo eſſet læſus: alterā, quòd Verris crimina ei eßent nota, quia quæſtor eius fuißet: tertiam, quòd cum Siculus ſit, pro Siculis agere ſe maximè deceat. Contra has cauſas Cicero utitur confirmatione bipartita. Primum enim, eum conſtitui debere contendit, quem maxime uelint Siculi, ſocij Rom. populi, quibus factæ ſint iniuriæ, Verres autem nolit: ſe uerò præ alijs poſtulari: igitur ſe eſſe deligendum. Hanc copioſe tractat: oſtendit enim, reum minimè uelle eum in quo ſit innocentia, integritas, ueritas, dicendi facultas, ingeniū, literæ, exercitatio, atque uſus: quæ omnia deeſſe Cæcilio oſtendit. Fit autem hoc ab Oratore artificioſe, ad uitandam arrogantiæ ſuſpicionem. nam cum de ſe profiteri has uirtutes non auderet abſq; inuidia, eas aduerſario omnes ademit. Deinde eum debere contra Verrem dicere, qui id ſine periculo facere poßit: ſe id poſſe, Cæcilium non poſſe: ſe igitur potius debere conſtitui, quàm Cæcilium. Hinc στάσις πραγματικὴ καὶ συγκριτικὴ naſcitur, id eſt negotialis ſtatus, ſiue qualitatis, Vter conſtituendus ſit: atq; comparatiuus. Confertur enim cum accuſatore accuſator, & deliberatur, uter accuſare debeat. Peroratio breuis eſt, et eandem ferè cum principio tractationē habet. Nam & perſonas cōfert, & iudices ſui admonet officij: quæ orationes rotundæ dicuntur, propterea quod ſententiæ poſtremæ reſpondeant primis, & tractatio appareat eſſe κυκλοειδής.

SI quis ueſtrûm.) Sententiæ huius principij omnes πρὸς εὔνοιαν καὶ εὐμάθειαν, id eſt, ad beneuolentiam atq; docilitatem accōmodatæ ſunt. Ac primùm ἔκτασιν habet oratoriam, id eſt, uerborum ac ſententiarū dilatationem. Eſt enim περιβολὴ octo dilatata membris, & habet πρόληψιν μετὰ κατασκευῆς καὶ ὑποσχέσεως. Primùm enim occupatione præmittit officij ſui rationem: & cum antè neminē accuſarit, cauſas reddit cur Verrem accuſet, & cur præferendus ſit Cæcilio. πρόληψιν Græci, Latini anticipationē uocant: quoniam quod obſtare uidetur, anteuertitur. Quintilianus libro 7. conqueritur, quòd omnes Rhetores ſuo tempore occupationibus uterentur. Quod uitium fuit in orationibus, id nunc eſt in annotatione artis & ſcriptorum. Sed hoc tamen in loco neceſſaria eſt occupatio, qua partitionē, id eſt, totius orationis ſummam, & promißionē officij ſui tractat: ſe honeſtè ad accuſandum uenire, & neminem ſibi in accuſando Verre præferendum eße. Atq; ſic tres adfert cauſas. 1. Fidē ſuam. 2. Promißionem. 3. Siculorum calamitatem. Si quis.) πρόληψις. Eorum qui adſunt.) Hoc propter aſtantem coronam dicit. In cauſis.) Generale eſt uocabulum. non ſolum enim de iudicijs, ſed de ſenatu etiam, & de concione dicitur: ideo primo loco ponitur. Oſtendit hanc cauſam eſſe publicam, quia C. Verres repetundarum accuſetur: quamobrem etiam dicit, iudicijs publicis. Defenderim.) κατάστασις, id eſt, propoſitio cauſæ. Læſerim.) accuſarim: genus loco ſpeciei. Omnes autem ferè orationes Ciceronis defenſionem habent, non accuſationem. Voluntate.) conſilio & inſtituto meo, quod à uoluntate pendet. Deſcendere.) Deſcendimus ex loco ſuperiore ad inferiorem. Cicero hoc per comparationem dicit, propterea quòd deterius & ignobilius eſt accuſare quàm defendere. Vna & id.) ὑπόσχεσις: promittit enim ſe facturum eſſe fidem auditoribus, ac iudicibus. Conſilij cauſſam.) ubi meam audiuerit confirmationem, & refutationem: quæ artis uocabula in orationibus ſunt uitanda. Actorem.) id eſt, accuſatorem: genus loco ſpeciei. Atq; hic ſtatim in ipſo principio, ut antè indicaui, partitionem habet, obſcuram tamen: id quod ſæpius facit Cicero. ut in oratione pro Aulo Cluentio, item pro P. Sextio. Fit autem hæc partitio per occupationem. Simpliciter poterat dicere: Dicā uobis cauſam cur Verrem accuſem. ſed inſeruit grauitati. et circūductione utitur, et quædā interſerit, quæ omitti potuiſſent, per ἐπεμβολήν: ut, læſerim neminem: item, mutata ſententia, &c. Non igitur periodos, ſed περιοδικὸν orationis genus eſt, quod grauitati inſeruit, & plerumq; partitionem habet. Cum quæſtor.) ἐξήγησις, narratio cauſarum officij ſui, qua primam partitionis partem confirmat. Eſt autem narratio ἐγκατάσκευον, inſtituta propter partitionem, non orationē. Prima cauſa eſt fides Ciceronis: Ego ſum amicus Siculorū, ideo ad me uentū eſt. Itaq;.) id eſt, et ita. quādo rationalis eſt particula, προπαραστατικός eſt: ſi uerò cōparationis, παραστατικός. Cū ſummū.) et ſummū. Conſtitutū.) Cōſtituere & diſponere præſidiū dicimus: diſponimus præſidia multa, cōſtituimus ſingula.

Vt Siculis) beneficia. Qui populati) id eſt, in bonis et animo turbati. Populatio agrorū eſt, uexatio corporū. Cauſa ſecūda, Siculorū calamitas. Fortunarū.) Oſtēdit magnitudinē cauſæ: uentū eſt ad me propter meā fidem, & Siculorum calamitatem. Me ſæpe.) Tertia cauſa, Ciceronis promißio. Ita omnis narratio ἐγκατάσκευος cauſarum notationem habere debet. Oſtendiſſe.) promiſiße. Veniſſe tempus.) Redit ad ipſam rem, hoc eſt, ad Siculorū calamitatem, quam exaggerat commemoratione rei maximæ. Cauſas tres commemorauit, cur ipſe Verrē accuſet. 1. Fidem ſuam. 2. Siculorum calamitatem. 3. Promißionem ſuam. De duabus non ita multa dicit: tertiam cauſam, quæ eſt calamitas Siculorum, cum ſit grauißima, amplificat. Antè dixit cauſam fortunarum ſuarum omnium: hic non ſolum fortunas, ſed cōmoda, uitam, atq; ſalutem nominat: quæ omnia, cum ſint magna, grauitatem etiam magnam habent. Amplificat autē illa ratiocinatione, quæ fit, cum ex uno plura colligimus. Incipit enim ab eo crimine quod eſt maximum, uidelicet impietate: quod ne deos quidem Verres in templis reliquerit. à quo deinde ad alia deſcendit. Hæc uerò amplificatio maximè facit ad conciliandā Verri inuidiam, Siculis beneuolentiā. Seſe iam ne deos.) Commemoratio malorū, in qua odium eſt aduerſus aduerſariū. Ingentem enim crudelitatem eſſe oportet, quæ etiā aduerſus deos auſit aſſurgere. Vocat deos, deorum ſimulachra, quæ Verres è tēplis ſurripuit. Sāctiß.) antehac nunquā uiolata. eſt enim ſanctū, quod uiolandum non eſt. Quas res.) Eſt hic breuis amplifica-

amplificatiuncula, quæ fit uerbis rebusq́; inter ſe differentibus, κατὰ σύγκρισιν. Venit ab enumeratione rei unius, ad enumerationem rei uniuerſalis & generalis. Dixit Verrē ſuſtuliſſe deos è templis, ab hoc crimine ad alia deſcendit. Sunt aūt duæ hic figuræ: una uerborum proprietas, propria enim proprijs redduntur: altera ſententiarū diſtributio, & rei amplificatio. Luxuries.) Cauſa efficiens pro effecto. uocat autem luxuriem, omnem libidinem & uoluptatem, id eſt, incontinentiam flagitiorum. Auaritia.) eſt habendi cupiditas, quæ ex luxuria exiſtit. Crudelitas.) nimia ſeueritas in puniendo. Triennium.) Tempus ad extremum ponit, ut magis exaggeret diuturnitatem calamitatis.

Rogare & orare.) Semper plus eſt apud Ciceronem orare, q̄ rogare. Ne illos.) Vitauit relatiuū & reciprocū, quo tamē uti potuiſſet. Quos me.) Argumentū à maiori ad minus: Si nō uis alijs nos eſſe ſupplices, nec tibi patieris nos eſſe ſupplices. Tuli.) Εναντία πάθη, & pars altera narrationis ad Cicer. pertinēs. Cauſam enim qua motus hāc defenſionē ſuſcepit, oſtēdit. Obſeruandū hic, quod petitionē prolixè tractarit, quia opus habuit amplificatione. reſponſionē uerò, et negotij ſuſceptionē, breuiter tractat: quia opus non habet amplificatione. Grauiter et acerbè.) In grauitate eſt moleſtia, in acerbitate cruciatus. Grauiter tulit, propter uitæ ſuæ conſuetudinem: acerbè, propter Siculorū calamitatem. Vt aut eos.) Duo propoſuit, acerbè & grauiter ſe tuliſſe: ideo etiam duo reddit. Tempore.) iniquitate temporum. Actorem.) id eſt, accuſatorem. Quo ego.) προκαταφέρνωσις: aduerſarium lædit, cum quo illi eſt contentio, & ſtatim in principio conſilium ſuum oſtendit. breuiter enim attingit, quæ poſtea tractaturus, et prolixius probaturus eſt. Nam illi.) Hic oſtēdit breuiter illū malè adminiſtraſſe quæſturam, id deinde clarius explicabit. Adductus ſum.) ἀνάβασις, & concluſiō totius ſuperioris loci. Habent autem concluſiones ſæpe plus, quàm ſit propoſitum: quod tum licet, cum res eſt clara, & probatione non habet opus. Antè exemplorum mentionem non fecit, ſed hic facit, quia eſt ὁμολογούμενον. Multorum bonorum.) magiſtratuum. Iſta differunt. Exemplum eſt ſingulorum, inſtituta certorum autorum: conſuetudo etiam ſine authore. Vt onus hoc laboris atque officij.) Latinum quidē eſt, ſuſcipere laborem et officium, ſed tamen nō eſt proprium: magis proprium eſt, onus ſuſcipere. Cicero coniungit onus laboris & officij.

Non ex meo.) id eſt, non propter meum, ſed meorum neceſſariorum tempora. Ex, ſæpe ſignificat cauſam efficientē. Sic apud Terētium, Laborat ex dolore: id eſt, propter. Quo in negotio.) Correctio, ac tranſitus ad defenſionem meliorem. Hactenus enim ſe remotione defendit, quæ pars eſt qualitatis: quòd ſcilicet coactus ſit accuſare Verem ſua fide, promiſſione, et Siculorum calamitate. Nunc ad defenſionem ὀρθητικὴν uenit. Dicit enim, non tam accuſare ſe Verrē, quàm defendere Siculos, cum patriæ hoſtem accuſet. Mortales.) Hoc uocabulo ſæpius utuntur oratores, tum cum oratio aſſurgit. Defendo enim.) Accuſator ſemper habet propoſitam ſæuitiā, defenſor miſericordiā. Sed hoc nonnunquam inuertitur: ut in Roſciana, in qua ad ſæuitiā accendit iudicē. id etiam facit in hac oratione. Vtitur autem hic enumeratione: & primò ponit homines, deinde ciuitates, poſtremò Siciliam totam. Vnus.) id eſt, unus tantumodo. Accuſandus.) id eſt, ſi officium me cogit ut accuſē. Hic locus uidetur mihi mutilatus, atq; ita legendum arbitror: Quamobrem ſi mihi unus eſt accuſandus, defendendi autem multi, &c. Quamuis enim omnia exēplaria ſecus habeant, tamen mala eſſet ratio: Ego unum Verrem accuſo: ergo in defenſione maneo. eſt enim uitioſum. Quod ſi hanc.) πλάσις ἐκ περιστάσεως, quæ habet ἀντίληψιν ὑποθετικῶς, rem tamen ſeriò concludens. Repetit autem paucis defenſionem ſuperiorem. Ego, ſi hæ non eſſent cauſæ, tamen rectè facerem propter rempublicam. Cauſam tamen idoneam.) Scilicet officio meo cauſa idonea eſt, ex qua gloria capi poteſt, & comparari honos. Illuſtris eſt, quæ magna et aperta habet crimina. Illuſtrem.) ratione officij.

Grauē.) cauſis & rebus. Vt homo ſingulari.) A perſona aduerſarij non ſolum beneuolentia, uerumetiam cauſa & ratio captatur. Cupiditate.) auaritia. Quid eſt?) Amplificat rationem defenſionis, & idem auget. hanc enim cauſam cum publicis commoditatibus cōiungit, & oſtendit hominē ſingulari audacia & cupiditate. atq; hoc crimē ad rempub. propriè pertinere, quia cauſa ſit repetundarum. Dicit autē Quid eſt, pro, quid enim eſt. Sæpe enim Romani particulas cauſales omittunt. Eſt autem hæc amplificationis propoſitio: totum enim proponit, deinde ad partes deſcendit, quæ amplificandi ratio eſt optima. Ariſt. enim 8. Topicorū, propoſitiones διαιρετικὰς eſſe uult, quæ ad ornatum pertinent. Totum eſt, reſpub. partes, populus Ro. & ſocij, ad quas ab illo optimè amplificando deſcendimus. Habet autem hic locus uariā cauſarum ac commodorū enumerationē. Aut.) Incipit à particulari, et peruenit ad uniuerſale. primùm enim ponit rempub. à qua ad populum Romanū uenit: à populo Romano, ad exteros: ab his denique, ad omnes homines. Populatæ.) Populatio eſt agrorum & locorū: uexatio, corporū & animorum. eſtq́; hic rhetorica diſtributio. Socijs.) Socij erant, qui populo Romano erāt uectigales. Funditus euerſæ.) Præceſſerunt ſpecies, nunc genus ſequitur.

Exitij.) Exitiū eſt, poſt amiſſam ſpē ſalutis. Omniū.) & populi & ſociorū. Propriū eſt amplificationis, redire ad ipſum principiū & totum. Sic in Bucolicis Virgilij Melibœus à Tityro incipit, & ad ſe uenit, deinde ad Tityrū redit: & hoc κύκλος uocatur. Sic Tityrus etiā qui reſpōdet. Ita hoc in loco facit orator. Defenſio mea eſt ſalutaris reipub. ſalutaris eſt populo, item ſocijs eſt omnibus ſalutaris. Prouinciæ.) Probatio ordinē propoſitionis nō ſequitur. propoſuit enim tria, populatæ, uexatæ, funditus euerſæ: tria etiam reddit, prouinciæ, populi, ſtipendiarij: à poſtremo autē incipit. Qui iudicia.) Iam ſequitur probatio alterius. Populus Romanus diuiſus erat in tres partes, equites, ſenatores, et plebem. Quòd ſi pars præcipua laborat, etiam totum corpus laborat. Senatores poſt proſcriptionem Syllæ ſolū iudicabant: prius Equites iudicabant, & quo tempore hanc cauſam egit. Qui.) Litigatores: eſt autem ἐπίπλοκη, ſiue ἐπιπλοκή, qua ſæpe utitur. Minatur autē eis ne transferantur iudicia ad ordinē equeſtrē. Iudiciorum.) Iudicum hypallagen facit. locus enim hic iudicibus inuidioſus eſſe poterat. Affectus eſt.) ex bellis ciuilibus.

uilibus. Difficultatibus.) Incōmoda ſunt rerum præteritarum, difficultates præſentium. Veterem) equeſtrem. Iudiciorum deſiderio.) uerorum ſcilicet. Hic uide compoſitionis breuitatem. Periodi ſunt bimembres duo, tertia eſt prolixior. Leuitate.) propter leuitatem. Ordo) uel equeſtris, uel plebeius. Non nominat eum ordinē, ut terreat iudices. Iudicum culpa.) Amplificatio à ratiocinatione: plus indicat, quàm dicat. Oſtendit quanta ſit populi offenſio, cum expetat eos quos oderat. Cōpoſitio hic eſt mutata. Eſt quidem periodus bimembris poteſtate, ſed compoſitio eſt facta κατὰ φορὰν. fecit enim periodum monocolam, propter hyperbaton. Vt autem oſtendat eſſe periodum, ſubiungit aliam diſſolutam. Aſperius.) Inuidioſius. In hac libidine.) Concluſio totius qualitatis abſolutæ, συμπέρασμα καὶ ἐκβασις. concluſio exordij in qua πάθος eſt, odij ſcilicet & inuidiæ: & ἦθος officioſi ingenij. Nocentiſsimū hominū.) Magiſtratuū maluit genus ponere, quàm ſpeciem: minus enim illud eſt inuidioſum. Querimonia.) de iudicibus. Ordinis.) ſenatorij. Offenſione.) inuidia. Homines.) oratores. Non uult aliquid arrogāter de ſe dicere, ideo nō dicit oratores, ſed homines. Idonei.) facultate dicēdi. Integri.) uita et innocētia. Legūq́.) id eſt legibus præcipuè utitur. Eā partē.) id eſt ad ipſa iudicia, ad emendationē fori & iudicū. Nunc quoniā.) μετάβασις πρὸς τὴν σύγκρισιν, tranſitus ad comparationem, eiusq́; bipartita propoſitio. Eſt aūt hæc ſecūda et præcipua huius cauſæ pars. Dixi enim ſtatum eſſe negotialem, πραγματικὴν στάσιν καὶ συγκριτικὴν, quia comparat ſe cum Cæcilio, & ſtatim in ipſo principio à partitione incipit. Primam partem iā tractauit, cur ad hanc cauſam defendendam acceſſerit: nunc ad alteram uenit, et egregium ſyllogiſmum facit. Quem hi poſtulant, quorū cauſa lex repetundarum lata eſt, is accuſator præferri debet: Siculi me poſcunt, nō Cæciliū: ergo ego Cæcilio præferri debeo. Orator primo loco minorē probat, & mentionē ſolū maioris facit: deinde ad maiorem redit, & θέσιν facit. Maior enim propoſitio ſemper θέσις eſt. minor ὑπόθεσις. Contentione.) comparatione, in qua ego cum Cæcilio comparor, uter magis ſit eligendus. Conſtituendo.) eligendo. Ego ſic.) Propoſitio ſyllogiſmi maiorē per contraria ponit nudā abſq; probatione, cui ſtatim minoris probationem ſubiungit. Delatio.) Accuſatio, εἰσαγγελία in bonā partē hic accipitur. Primum non fuit inuidioſum delatoris nomen: ſed cum delatores mali facti ſunt, etiam uocabulū inuidioſum factū eſt. Factæ iniuriæ.) quarum cauſa lex eſt lata. Minimè uelit is.) reus. Maior propoſitio, amplificata per cōtraria. Hæc duo in primis ſpectari.) κατάστασις τῆς συγκρίσεως σὺν διαιρέσει διμερεῖ. Quibus factæ ſint iniuriæ.) accuſatores ſic uocat. In hac cauſa.) Digeſtio ſequitur, quæ nihil eſt aliud quàm διαιρέσεως τάξις, diuiſionis ordo: quem uelint Siculi, quem & uelit Verres. Siciliam.) Propoſitio minor cū ratione, à qua incipit quod apud dialecticos ἐρωτηματικὸν dicitur, apud oratores eſt παθητικὸν. Sunt autem omnia unū in locum condenſata uehementer. Breuis eſt iniuriarum commemoratio συντόμως ἀθροισθεῖσα facta. Habet enim ὄγκον, quoniā totū cū præcipuis ſuis partibus ponitur.

Depopulatus eſt.) Prius dixit populatis, quæ quidē rei ſunt eiuſdem, ſed hoc illud eſt uehementius. Depopulari ſignificat manuū ui atq; multitudine uaſtare. ponit primò Siciliam, eā deinde diuidit: habet aūt omnis διαίρεσις magnitudinē. Fana.) templa. Poſtponit fana, propterea quòd priuata erant. Fidem meā.) Hæc eſt altera ratio. Spectatā fidē uocamus, quæ publicè cognita eſt: ſpectatū publicū eſt, cognitū uerò etiā clàm. A`uehementiori incipit: poſtquàm enim cognita eſt fides, dicitur ſpectata. Auxiliū ſibi.) id eſt, me accuſatorem poſtulant: reſpicit ad id quod dixerat (quanquā nō tam) &c. Eſt aūt ἐπιμονὴ in minore. Nam rē eandē per idem ſignificantia explicat. Me cognitorē.) Quēadmodū apud nos differunt patronus, aduocatus, & procurator: ſic apud Romanos differebant cognitor cauſæ, & actor, & orator. Vtrum Q. Cæcili hoc.) Antè affirmatiuis uſus eſt propoſitionibus, & argumētatione perfecta: nūc negatiuas ponit propoſitiōes, Nō poſtularūt te. Et dilēmate utitur: Vel dices me nō eſſe poſtulatum à Siculis, uel indignos eſſe quibus ſatis fiat. Si dicis me non poſtulatū eſſe, iuuas cauſam Verris, & præuaricaris: ſi dicis indignos eſſe quorū uoluntas pōdus habeat, mentiris. Omnia iſta ſunt κατασκευαστικά. Copioſiſsimè tractat hoc dilemma, & hic integræ argumentationis habes exemplū. Vtrū dices.) Propoſitio dilemmatis. Ad cauſam accedere) Accedimus ad rē noſtra uoluntate, ſuſcipimus rogati: recipimus cū promiſsione, & ab alijs deſertā. Iuſſu.) Sic dicimus, tuo rogatu, monitu, impulſu feci: ſed non dicimus, ſatis facio rogatui tuo, &c. Multa nomina quartæ declinationis in ablatiuo ſunt uſitata, quæ in alijs caſibus uſitata nō ſunt. Grauē.) magnum pondus habere. Græci hanc metaphorā non habent: ut multas Græci, quas Latini non habent. Optimorum, fideliſsimorū.) Optimos uocat propter uirtutē, fideliſsimos propter fidē. Si id audebis.) ἀμφότερα ἡ λύσις διλήμματος διμερής. Prima eſt στοχαστική, altera δικαιολογικὴ καὶ ποιότητος. Eſt autē in priori parte ἔγκλημα, in poſteriori ἀρνησις καὶ ἀντίφασις. Inimici tui.) Verris. Simulas.) præuaricator es. Subleuabis.) defendes, iuuabis. Præiudicium.) inchoatū iudicium, nondū aūt perfectū.

Percrebuit.) id eſt, quod ſic fama eſt. hic στοχαστικὸν μόριον eſt, an Ciceronē Siculi actorem eſſe uoluerint.

Hoc ſi tu.) διαβολικὴ refutatio. inſimulat enim eū tergiuerſationis ac præuaricationis. Hæc res.) poſtulatio Siculorū. Nimiū familiariter.) cōtra leges. Videare.) tergiuerſator eſſe, & præuaricator. Deinde ſunt teſtes.) Hactenus probationem poſuit τεχνικὴν. iā ſequitur ἄτεχνος μαρτυρία, καὶ ἔλεγχοι. Appellabo.) nominabo. Vellem.) Malim legere, uellent: ut ſit ſenſus, Tales uiri ſunt, qui mendacium propter me dicere non uelint. Conſilio.) In hac Diuinatione conſilium eſt, quaſi præiudicium actionis, in quo de actione iudicatur. ideo autem Diuinationem hanc uocat conſilium, quia de conſtituendo accuſatore deliberatur. Adeſſe.) aſtare in corona. alter teſtis unus fuit ex numero cognitorum, alter ex aſtantibus. Fide atque præſidio.) Fides in uoluntate eſt, præſidium in opibus. Fide, id eſt, conſtanti uoluntate. præſidio, opibus & auxilio. Hi ſciunt.) Repetitio teſtimonij recitati, quæ habet uehementiam. Hoc.) patrocinium. Neceſsitudinis.) Neceſsitudo nec ſanguine, nec affinitate æſtimatur,

tur, ſed beneficijs & beneuolentia. Eſt enim beneficijs confirmata utrinque beneuolentia. Sed quid ego.) Teſtimonium generale, ac certius κατ᾽ἀπόδειξιν: *aut enim generatim teſtes nominamus, aut ſingulatim indicamus.* In deligendo.) Dicit etiam conſtituere actorem. Iudiciũ ueſtrũ.) in me eligendo. Omniũ.) Primò nominauit teſtes ſingulares: in generali aũt commemoratione teſtium primùm uoluntarios nominat, deinde miſſos, hoc eſt legatos: dum inquit, omniũ ciuitatũ, &c. Duas ciuitates.) Syracuſas & Mamercum. Hæ enim duæ ciuitates Verrem nõ oppugnabant. Mamercum enim furtorum & auaritiæ erat receptaculum, Syracuſæ libidinis. Ita utroſq; ſibi habebat obſtrictos. Quicquid enim libidinoſe & auarè egit, id apud has ciuitates egit. At enim.) Poſt rem probatã, & minoris confirmationẽ, occupationẽ ἐκ λύσεως ἢ ἀνασκευῆς ἰδικὴν ponit, cur ſe petierint, ut uitet crimen arrogantiæ: & dicit ſe nõ petitum, quia ſit orator optimus, ſed quia maximè idoneus. Ita modeſtè atque ſine arrogantia orator cauſam dicit, cur ſit à Siculis petitus. Hæc enim pars confirmationis difficultatẽ habet propter arrogãtiæ ſuſpicionẽ: ἀπολύσει aũt ac defenſione hãc occupationẽ tractat. At enim.) Aliàs dicit Sed enim: particulæ ſunt occupationũ. Potiſſimũ.) id eſt, præ cæteris oratoribus. ex numero aduerbiorũ eſt in um deſinẽtium, quæ pauca ſunt, pro potiſsimè. Si eſſet.) ἀπολύσει. Petiſſent.) Duplicem hoc apud ueteres habuit ſyncopẽ. pro petiuiſſent enim dicebant petijſſent, et petiſsent: & utrunq; uſitatũ eſt. Perſpicuum eſt.) ex ijs quæ ſunt dicta. Nunc uero.) Defenſio. Oculis iudicare.) Oculis iudicare, de re manifeſta dicitur. Libenter utũtur Rom. prouerbijs, ex corpore humano ſumptis. Sic dicunt, Vix corpore euaſi: ut Germani dicunt, Vix pelle integra euaſi: id eſt, in maximo periculo fui. Detrimento.) id eſt, inuidioſum eſſe debeat. Verũ.) Hæc περὶ οὐσίας argumentatur: ſi reddẽda eſſet cauſa, redderem: ſed id mihi non arrogo, quamuis cauſam habeã. Pono.) in oratione mihi non arrogo. Patronis.) oratoribus. Vtitur uocabulo meliori. Accuſatorẽ nominari, inuidioſum eſt: oratorẽ, artis patronũ, uirtutis & gratiæ. Non ita.) Iam ſequitur iuſta defenſio: Ego nõ ſum in cauſa, ſed tempus. remouet cauſam à ſe in circumſtantias. Vniuſcuiuſq;.) patrocinij. Tẽporis.) Siculi, quo Verres fuit prætor. Valetudinis) id eſt, quia oratores aliquando ægrotant, ut defendere nõ poſsint, ego hanc cauſam ſuſcepi. Facultatis.) id eſt, ætatis. Quidã per ætatẽ dicere non poſsunt. Oſtendit, etiam adoleſcentes ſibi debere præferri. Mea.) Oſtẽdit ſe nõ præpoſitũ fuiſſe alijs, ſed unũ ex omnib. relictũ: ut dicit in oratiõe pro S. Roſcio, ubi ſimili defenſione officij ſui uſus eſt. Voluntas.) id eſt, ego cõſenſi ipſis Siculis poſtulantibus. Sententia.) reuera ita cogitaui. Hoc.) hãc accuſationem. De his.) ex his. Suſcipere.) cauſam ſuam. Reliquũ eſt iam.) Pars altera διλήμματος, quæ eſt ποιότητος. Hactenus oſtendit ſe poſtulatũ à Siculis: nunc probat Siculos dignos eſſe, qui hãc à P. Romano defenſionẽ impetrent. Poterat enim obijci, poſtulationem Siculorũ non debere habere autoritatẽ: id Cicero refutat. Minorẽ probauit τῷ λόγῳ καὶ ταῖς μαρτυρίαις: hãc aũt partẽ ideo poſteriore loco ponit, quia adiutum facit ad propoſitionẽ maiorem. Eandem enim habet ſententiã, quam maior propoſitio, quæ eſt ſyllogiſtica Maior eſt: Quem ſocij uolunt, is debet deligi. Hanc confirmat προσυλλογιστικῶς: Quorum cauſa lex eſt lata: illi debent deligere actorem: Siculorum cauſa lex eſt lata: ergo, &c. Minor probatur: quia ſunt ſocij. Si enim pro ſocijs eſt lata, etiam pro Siculis. Reliquũ.) id eſt, reſtat ex illis duobus. nam de duobus etiam dicitur. Ecquid.) id eſt, an ne aliquid, an horũ poſtulatio apud uos debeat eſſe grauis, id eſt, autoritatem & pondus habere. Ecquid.) Facit commorationem in eadem ſententia: ſed hoc poſterius habet etiam rationẽ. In ſuo iure.) id eſt, ſuis pecunijs: quia lex repetundarũ lata erat ſociorũ cauſa. Supplices ueſtri.) id eſt, qui uobis ſupplices ſunt. hic ponit propoſitionẽ proſyllogiſticã, non aũt ipſam ſyllogiſmi propoſitionẽ. De quo.) Quem ſocij deligunt, is ſit accuſator. hanc propoſitionem probat, quoniã lex repetundarũ ſociorũ cauſa fuit lata. Ita, ut dixi, rationem proſyllogiſticã ponit, nõ aũt propoſitionẽ. Nemo ſe ex hoc loco expedire poteſt, niſi dialecticæ teneat præcepta. Nam ciuibus.) Confirmatio propoſitionis præmiſſæ, & ſubiungit propoſitionẽ ſyllogiſmi. Ratio ex loco differentiarũ ſumpta eſt. differentiam enim ponit inter legem ciuiũ & ſocialem: hæc erat publica, illa priuata. Ciuili.) forenſi actione: id eſt, more ciuium Romanorũ non ad diuiſionẽ iuris, ſed conſuetudinẽ & mores referendũ eſt. Socialis.) ad ſocios pertinet. Hanc arcem.) id eſt, legem hanc habent quaſi caſtellum & arcẽ quandã, nationes exteræ. Ariſtoteles uocat hoc εἶκος, id eſt, imaginem. Cuſtodes.) uindices. Reſpicit aũt ad conſuetudinem Græcorum, qui νομοφύλακας uocant legũ cuſtodes. Nã Siculi tum loquebantur græcè, & nominabant cuſtodes iudices. Requiruntur.) non ſunt. Requirimus ea quæ non ſunt, deſideramus quæ præſentia non ſunt. Ab ultimis.) id eſt, ſocij requirunt. Quis igitur.) Iã ad minorem & propriã redit propoſitionẽ. Ponit aũt hic integram argumentationẽ, maiorẽ ſcilicet propoſitionẽ cum minore: Quem ſocij deligunt, is accuſator eſſe debet: Me elegerunt: ergo. Sic ſæpe repetũtur propoſitiones. Minorẽ tractat ἀντιφάσει, Te aũt nolũt. Sicilia.) Cauſam coniungit cum ipſa propoſitione, ut uitet inuidiam. Eſt aũt hic ἰδιοποιία, quæ nihil eſt aliud quàm minoris explicatio, atq; approbatio cur illũ noluerim, et quare Siculorũ arbitratu lege agi deceat. Eſt aũt duplex hoc in loco partitio, prima rei oblatæ, auri, argenti, &c. altera locorũ, ex ſedibus, et cætera. Vrbibus.) Hoc dicit propter locos publicos: ſedes dicit propter priuata ædificia. Eripuiſti.) Eripimus ui, auferimus publicè & palàm. Seſtertiũ millies.) In lege repetundarum non fuit æſtimatio rerum ablatarum nominata, ſed in iudicijs ea quæri ſolebat. Oportebat aũt accuſatorem non nimium petere, alioqui cauſa cadebat. Ideo hic dicit, Seſtertium millies abs te repeto, id eſt, probata dico. Repetimus aũt noſtra, petimus aliena. Quoniam id nõ poterat.) συμπέρασμα, καὶ μετάβασις πρὸς τὸ δεύτερον μέρος τῆς συγκρίσεως. Concludendo enim tranſit ad alteram cõparationis atq; cõfirmationis partẽ. Harũ.) Ratio propoſitionis minoris: Me delegit, quia me actorem idoneũ fore putauit. Quem.) id eſt quoniã. In huiuſmodi re.) Aſſeueratio oratoria: qua concluſionem, quam argumentationi abſolutæ ſubiun-

xit, amplificat. Tria igitur facit. 1. Se poſtulatū eſſe, & retinendum dicit. 2. Q. Cæcilium reijciendum. 3. Eum præuaricationis taxat. Ita duæ propoſitiões magna ex parte iam ſunt tractatæ, maior ſcilicet & minor. hæc duo ſubiecta habuit, Ciceronem & Cæcilium. Se expetitum, Cæciliū reiectū oſtendit. Iam quia ſe inuitis Cæcilium uolebat obtrudere, importunitatis, impudentiæ, ac præuaricationis eū taxat. Accedere, aut aſpirare.) Aſpirare ad rē dicitur, qui tā propè accedit, ut halitū in eam immittere poßit. Si tibi.) Pars altera minoris propoſitionis, ἐκ τῶν ἀντιξεταζόντων, id eſt, cōparationis. Quem ſocij deligunt, is actor eſſe debet: Me autem delegerunt, ergo. Hanc partē probauit. Contraria pars eſt, Te non delegerunt. eam iam tractat, & introducit Siculos Cæciliū reijcientes: quia præuaricatorem eſſe ſciebant. Sumitur igitur hoc argumentū ἐκ περιστάσεως.

Nō nouimus.) ἐπιμονὴ κατ' ἰσοδυναμοῦντα. Per eū.) Ciceronem. Deberem.) poſſem. cuius ratio apud omnes conſtare deberet, quod cuiuis deberet eſſe ueriſimile, aut placere. Alterū.) me. Alterū.) te. Si taceret.) Criminoſa ſuſpicio. Obijcit illi clàm præuaricationem, & dicit eum nebulonē eſſe. Tamen.) Reprehēſio oratoria, in qua retundit impudentiā Cæcilij. & eſt hic ἐπιμονὴ ſententiarū, illa uerborū fuit. Eandē enim rem quater dicit. Deinde etiam hanc ſententiā, Cur te ijs obtrudis, qui te nolūt: copioſißimè tractat. Itaq; uix præclarius τῆς ἐπιμονῆς habemus exemplū, q̄ in hoc loco. Loquere) ſcilicet ultrò. Offeres.) obtrudes. Deſertos.) deſtitutos. Velle ſuam cauſam.) Dicimus uolo cauſam tuā, & poſſum cauſam tuam: ſemper ſubaudiendum eſt, defendere. In epiſtolis dicit, Cuius cauſam quātopere cuperē, deberemq;. Dicimus etiam, poſſum & uolo tua cauſa: qui modi loquendi ualde elegantes ſunt apud Latinos, quāuis iam ſint obſoleti. Cur.) ἐπιμονὴ alia, qua uti ſolemus facta confirmatione. Sunt enim iſta omnia ἰσοδυναμοῦντα. Legis.) repetundarū, id eſt, in hoc iudicio. His.) ſocijs. Significatio maioris propoſitionis. At enim ſolidum id eſt) Pars confirmationis altera, contraria primæ, κατ' ἀντίθεσιν. Maior erat: Quē ſocij uolunt, & quē nolit reus, is diligēdus eſt. Eſt igitur bipartita hoc in loco propoſitio, alterā partem probat. Reus uult Q. Cæciliū, ergo Q. Cæcilius non eſt eligendus: Me Verres nō uult, ergo ego potius eligendus ſum. Et oſtēdit hic Cicero ſe, quàm utilis & commōdus ſit ſocijs, tam inutilē & incommodum fore Verri. Solidū.) confirmatū, quod labefactari amplius non poteſt. Metaphora ſumpta ab ædificijs ac columnis. Solidum uocamus adminiculū: ei contrarium eſt labefactatum. In oratione ſolidum dicimus, quod eſt concluſum. Contraria aūt aliquando manifeſtius ac clarius negant, quàm negantia. Sunt enim hæc magis generalia, illa ſpecialiora. Alterū illud.) quod propoſui, quod me reus uolit. Obſcurum.) Opponitur ei quod dixit ſolidum. Differentia ſunt ſolidum & obſcurū, quod pro infirmo poſuit. Sæpe enim oratores differentibus loco contrariorum utuntur. Ecquis.) Quædā exemplaria habent Et quis: utrumq; bonū eſt.

Contendit de honore.) Palàm de honore contendere, eſt impudentis: uehementer de ſua ſalute contēdere, eſt periclitātis. Delatio.) accuſatio, et criminatio: hic etiam in bonā partē accipitur, ut apud Græcos quoq; διαβολή. Sic et ſycophantia uocabulū nō erat inhoneſtū, poſtea aūt factū eſt inhoneſtū: ut Sophiſtarū quoq;, quib. erectæ olim erant ſtatuæ. Nūc in malā partē ſemper accipitur. Sic Cæſarū temporibus, delatorū nomen apud Rom. inuidioſum factū eſt. Sunt multa.) innocētiā uitæ, doctrinā, dicendi q; facultatem dicit. Eſt aūt hic πρότασις τῶν ἀντιξεταζόντων, quæ breuis eſt. Aſſentiare.) aſſentiri debes. Contēnat.) quā nō metuat. Itaq; magnus.) Declinatiūcula à perſonarū cōparatione ad perſonam Hortenſij, quem ſuauiter hoc in loco Cicero illudit. Probat à ſigno, quòd Verres nolit Ciceronē accuſatorem, ſcilicet à defenſore Verris. Quem defenſor Verris Hortenſius deprecatur, eum etiam reus deprecatur. Vocat aūt Hortenſiū magnum, qui rex fori dicebatur tūc temporis, ut ſtatim in principio orationis uideatur calūniari. Nullā enim ferè cauſam agebat Hortenſius, quā non uinceret. Eius oratio erat elegans, & grata cum audiebatur. ſcripta uerò non ita placebant: ideo fori rex eſt dictus, quòd in agendo ualeret. Iudicibus.) Vocat iudices, qui ſunt in hoc cōſilio. Conſilia ſunt futurarum rerum, iudicia præteritarum: ſed hæc pro illis aliquando ſumuntur, ut habes apud Quintilianum. Honeſtè.) ſine ulla cogitatione corruptelæ, aut præuaricationis. Non enim inquit.) Rurſus ἠθοποιΐα eſt, qua eſt antè uſus. introducit ipſius Hortenſij uerba, & ea bona fide recitat. Hortenſius non petebat Verrem abſolui: ſed eum non accuſari ab illo accuſatore petebat. Vehementius.) oratione. Hortenſius hoc de ſe non diceret: eſt ergo inuidioſa hæc oratio. Vocant aūt oratores contentionem, quando magna uociferatione agitur. Hoc.) ſcilicet Cæcilio. Illo) Cicerone.

Quod facile eſt.) ſcilicet accuſatorē quē uolumus.

Is.) reus. Sine ullo tuo.) λογισμοὶ taciti ſunt Hortēſij.

Periculo.) Prius dixit, ſine offenſione, id eſt, periculo.

Cuius cauſa laboro.) Iā uenit ad contrariū. Introducit aduerſariū loquentē pugnantia Nō peto ut abſoluatur reus, ſed peto ut ille defendat. Cur id? quia peto ut abſoluatur. Eſt reditus ad propoſitum, ſed pugnantia etiā habet. Et ait.) Hoc in loco oſtendit ipſum aduerſariū minimè uelle ſe accuſatorem, quia ſibi metuat. Facit aūt Hortenſiū etiam conſcium huius præuaricationis, eūq; fingit fatentē ſuū facinus. Deinde minatur aduerſario Hortenſio, quòd non pueros & adoleſcentes, ſed Ciceronem habiturus ſit aduerſariū, qui acriter ſecum ſit congreſſurus. Aſconius, qui hunc locum ualde corrūpit, allocutionē eſſe dicit: id eſt, proſopopœiam.

Ait.) fatetur, ſecū cogitat: tametſi palàm dicere nolit.

Ad gratiā.) ad ipſam largitionē. Metus.) certū iudicium ipſius promißi. Perfacile.) ſcilicet decernere ceras. Ferre.) pronūciare. Conſtituere.) in urnam conijcere. Erat enim duplex ratio ferendarū ſententiarū. quando erat paruꝰ cauſa, ſolum ex tabulis pronūciabant ſuū iudiciū: ut ſi condemnabant, dicebant, T. Annium Milonē, quia ciuem Romanū occidit, cōdemno: ſi abſoluebant, T. An. Milonē, quia ciuē malū occidit, abſoluo. Si dubitabant, dicebant, Non liquet. Sed ſi magna eſſet cauſa & inuidioſa, ſcribebant ſuas ſententias, et cumulatim dabant præconi qui in urnā conijciebat. Ita C, condemnationis erat nota: A, abſolutionis: N uerò, nondū liquere, ſignificabat. Certas eſſe.) ſcilicet oſtendere tabulas, & ſententiā pro corruptore dicere.

Vniuer-

Vniuerſos.) cum cumulo, ſimul. Ceratā tabellam.) in qua ſit ſcribēda ſententia. Legitima.) id eſt, in qua erat A, id eſt, abſoluo. id eſt, recepta, confirmata legibus, cera unius coloris. Debebant enim tabellæ unius eſſe coloris. Infami.) diſcolore, in qua erat C, id eſt, cōdemno. hæ dabantur uel arguendi, uel turpitudinis cauſa, & corrūpendi gratia. Alludit ad iudiciū illud quod contra Varronē fuit conſtitutū, quem Hortēſius defendit, accuſatum repetundarum: & tabulas infames, hoc eſt, uarij coloris protulit, cum iudicū metueret corruptionē. At is.) Hortenſius. Oſtendit inuidioſam metus cauſam. Hactenus rex fuit in foro Hortenſius, et habuit accuſatores pueros: iam autē propter accuſatorē qui & poßit & uelit et audeat dicere, ſibi metuit: ideo iudices corrumpere cogitat. Res delectat.) propter ſuam autoritatem. Eluſit) Metaphora ſumpta à gladiatoribus: cū non ſeriò cum aduerſario congrediūtur, ictus dicuntur eludere, cum euitant, & declinant, nec feriunt aduerſarium. Voluntas translata ſit.) Voluntas transfertur ab aliquo qui libenter facit: id eſt, ſi fortes uiri et ſpectati homines ultrò ad cauſas acceßerint.

Quadruplatoribus.) delatoribus. Quadruplatores ſunt, qui quartam partē bonorum ſumūt ex ſua delatione. Alij dicunt eos eſſe, qui quartā partem ex ſuo iudicio ſumunt: uel propter damnum rei, qui quartā partē ſuorum bonorum perdit. Ego malo priorem ſententiam ſeruare. Viros fortes.) Virtutum uocabula uiris tribuuntur, honorū uocabula humanitati. Spectatos.) honoratos. Perſtringit hic Hortenſiū, et dicit ei non cū pueris & quadruplatorib. rem fore, ſed cū eo qui uirtutem amat. Huic ego homini.) Comminatio ualde conueniēs moribus et eloquentiæ Ciceronis. Græci dicunt ἀνακλὼν. Si à me.) quoniā ex uoluntate iudicū pendet, ut actor conſtituatur, non autē Siculorū. Meliore.) id eſt, ut meliorem & honeſtiorem uiam ſequatur, nec agat corrumpendi, ſed defendendi cauſa. Vt imitetur.) Conſiliū dat. L. Craſſum & M. Antoniū.) Hos duos oratores Cicero ſolos laudauit, quos in libris de oratore etiam introduxit. Facit aūt illorū mentionem ideo, ut oſtēdat Hortenſiū nondū perfectum eſſe oratorē, ſed maiores poſſe reperiri. Fidē.) diligentiā. Ingenium.) doctrinā & eloquentiā. Ingeniū enim eſt aut ingenita, aut exculta uniuſcuiuſq; indoles & natura.

Agente.) accuſante, genus pro ſpecie. Minus enim illud eſt odioſum, quàm hæc. Multorū.) corruptorum iudicum, qui pecuniam acceperunt. Ego in hoc iudicio.) Propoſitionis meminiſſe oportet: Quem uolunt ſocij, reus aūt nolit, is eſt conſtituendus actor: Socij me uolūt, reus uerò non uult: ergo ego ſum conſtituendus orator. Ea hactenus eſt probata. Iam metum inijcit iudicij, & hanc cauſam cum publicis coniungit cōmodis.

Recepta.) eorum rogatu admiſſam. de priuata cauſa dicitur. Suſceptam.) ſcilicet ultro à me. Hic manifeſtum uidetur diſcrimen inter recipere & ſuſcipere. Vt mihi non.) Incrementū eorundē uerborū per ὑπαλλαγὴν, improbus, improbitas. Petiuerunt.) ideo dixit receptam. Extinguenda.) Plus eſt delere quàm extinguere: in extinguendo relinquuntur ueſtigia, in delendo nihil remanet. à rebus aūt diuerſis ad rem unā adhibet metaphoram. Extinguimus flammas, delemus maculas. In quo.) in qua defenſione. Eniti.) ſuſcipere.

Spe.) cogitatione. Spes eſt amicorū: illi ſperant bene de nobis, qui bene nobis uolūt. Fortaßis pro aliorū, legendū eſt amicorū, quæ lectio etiā eſſet melior. Tu uerò.) Redit ad alterā τῆς ἀντιστάσεως partē, quæ ualde modeſta eſt. Non enim dicit in ſe eſſe innocentiā uitæ, orationis ueritatē, ac dicēdi facultatē, quæ in bono accuſatore requiruntur: ſed dum ea adimit Cæcilio, ſe diligenter per omnē uitam ſtuduiße inquit, ut hæc in ſe eſſent. Itaq; locus hic magnam uerecundiæ ſignificationē habet. Iam orator oſtendit difficultatē actionis, & deridet aduerſarium, quod malus & uitioſus accuſator ac uir ſit, nec doctrinā habeat. Tractatur aūt hic locus copioſe magno rerū ornatu, & enumeratione eorū quæ in bono accuſatore requiruntur. Habet igitur amplitudinem. Specimen.) id eſt, quo tempore tu aut publicè aliquid feciſti, aut etiam apud te cogitaſti. Vult eum neq; oratorē neq; declamatorē eſſe: & oſtendit negligentiā eius in utraq; exercitatione, quod neq; declamarit priuatim, neq; publicè cauſas egerit. Periculū tui.) quādo te in umbra exercuiſti. Suſtinere.) agere. Tum adoleſcentes dicebātur ad rempub. accedere, quādo cauſas publicas uel defendebant, uel oppugnabant: quod Cicero ſuſtinere dicit. Atq; eam) τὸ γενικὸν ἀντὶ τὸ καθ᾽ ὅλον. Sociorū ſalutē.) ἀπαρίθμησις & comprehenſio omniū, ut magnitudo intelligatur. Per partes explicat, quid ſit cauſam publicā ſuſtinere. Et ſic oſtēdit quæ in oratore requirantur. In oculis.) In oculis conſpectuq; omniū ponere, eſt πρὸ ὀμμάτων ποιεῖν, ut dicit Ariſtot. Cognoſcet ex me.) Iā oſtēdit quæ in oratore requirantur. & primū aduerſario imperitiam obijcit, quòd nec declamator fuerit unquā, nec actor. Deinde, tanquā diſcipulū eū docet, et duo ei præcepta non artis, ſed morū oſtendit, quòd accuſatorē conſtantem et integrū uirū eſſe oporteat: Cæciliū talē nō eſſe, ideo non debere accuſare. Quoniā.) Irriſio. Si unum.) Proponit ei optionē, ut fiduciā ſuæ cauſæ oſtendat. Iſtuc.) μεταπλασμὸν eſt, pro iſtud. ſæpè enim Romani d in c mutant. Sæpe eſt παρέλκον: Iſtæc intrò auferte, apud Terē. pro iſta hæc, in quo craſis eſſe uidetur. Concedā.) accuſationē C. Verris. Dicimus agere in aliquē, nō aūt accuſare in aliquē: ſed accuſare aliquē, et accuſatio alicuius, non in aliquē. Primū.) Principiū eſt enumerationis, & ſingulorū ſeparatim facta remotio. Integritatē.) Integritas & innocētia eſt uitæ præteritæ, firmitudo aūt uitæ præſentis. Integritas eſt in cogitatione, innocētia in ipſa actione. Innocēs, q neminē læſit: integer, qui candidū habet animū. Nihil enim.) Ratio προσυλλογιστική: Qui non poteſt rationem uitæ ſuæ reddere, is ab altero eandē nequit exigere: Qui aūt non eſt integer & innocens, is non poteſt reddere rationem uitæ ſuæ: ergo ab altero non poteſt repoſcere. Ab hoc ad ſingulare deſcendit: Cæcilius non eſt integer, &c. Repoſcere.) Depoſcimus primi, repoſcimus ſecundo loco: utrūq; latinū. Sic poſcere eſt tanquam genus, à quo incipit poſtulatio: is dicitur depoſcere, id eſt ualde poſtulare: q uiciſſim poſtulat: is dicitur repoſcere. Hic ego.) τὸ προοίμιον. Hic ad minorē accedit, quam oratorū more præponit: hoc eſt, nō ſimpliciter, ſed per ambages. Ea aūt talis eſt: Q. Cæcilius non eſt integer: eſt igitur remotio primi, quæ fit unica Siculorū ſuſpicione atq; teſtimonio. In oratione pro lege Manil.

contraria eſt tractatio: ibi enim Pompeio tribuit quatuor, quæ in imperatore deligendo requiruntur: hic autem remouet à Cæcilio omnia. Eſt igitur ibi κατασκευὴ ἐστὶ, hic aũt ἀναίρεσις. Cui tute.) Ex conſequente ſignum intelligit antecedens. Siculi habent te pro cõſcio rapinarũ Verris, eſt ὑπαλλαγὴ, quæ quanquam uideatur eſſe dictionis, tamẽ orationis ſæpe eſt. Siculos hoc.) Teſtimoniũ & ſuſpicio Siculorũ. Illi quidem). Obijcit Cæcilio præuaricationẽ. Mos erat Romanorũ ut cũ mitterent aliquẽ in prouinciã, dabant illi poteſtatem literis & inſtrumentis publicis, quas literas accuſatori dabant, ut quicunq; uellet prætorẽ accuſare poſſet. Eũ morẽ adhuc Galliarũ Rex obſeruat. Nunc dicit Cæciliũ nõ uelle literas, ut poßit cogere teſtimonia, ſed ſupprimere. Suſpicioſum.) In malam partem accipit actiuè: quòd facilè aliquid mali ſuſpicetur. Literas.) teſtimonia ciuitatum. Literis.) ſcilicet teſtiũ. Præturæ.) furta tuæ quæſturæ et præturæ. Conſignata ſit.) Cõſignamus ſigno, ſubſcribimus manu. Deinde.) Propoſitio ac remotio ſecundi, quod eſt animi firmitudo ac conſtantia, quæ Græcis ἐμμονὴ dicitur. Firmum.) conſtantẽ. Verumq́;.) liberũ. Eum ergo.) Probat ex coniunctis, eum & furẽ eſſe, & præuaricatorẽ. Vnum ſignũ, antequã ex prouincia rediſti, rediſti cum Verre in gratiam. Alterũ: Tuus ſcriba eſt adhuc apud Verrẽ: Hoc tectũ erat, & ignorabatur. Cicero id aperit. Tertium, Tuus frater eſt cũ Verre. Quartum, Tu ſocius es furtorũ. Hæc ſunt uehementißima, & quaſi neceſſaria. Nam tametſi coniuncta ſingula uim magnã non habẽt: in unum tamen locũ congeſta, ſunt ualde uehementia, & quaſi neceſſaria. Vt in uerſu hoc dicitur: Quæ non proſunt ſingula, iũcta iuuãt. Nec ea dico.) Signa ponit κατὰ παράλειψιν, præteritionẽ: nam quod maximè dicit, ſe nõ dicturũ eſſe dicit. In gratiã rediſſe.) id eſt ſignũ λύσιμον: poteſt enim negari. Potamonẽ.) 2. ſignũ. Confirmant aũt ſigna ſequentia primũ. Fratrem tuũ) 3. ſignũ. Lectißimũ.) propter iudiciũ hominũ. Ornatißimũ.) propter dignitatẽ rei familiaris. Signa.) Vtitur uocabulo oratorio. Video enim permulta.) 4. ſignũ, quod ſyllogiſmũ hũc habet: Qui criminũ ſocietate cum reo eſt coniunctus, is nõ poteſt defendere ſocios: Tu Cæcili cũ Verre ſocietate criminũ es coniũctus: ergo. Incipit hic Cicero à minore, eamq́; copioſe tractat. Cupias.) ſcilicet eſſe uerũ. id eſt, conſtantẽ, liberũ, ac certũ accuſatorẽ eſſe. Nam ſine his tribus non poteſt defendi. Queritur.) Commemoratio rerũ ſingulariũ. Iam recenſet ea crimina, de quibus oſtendit ipſum fuiße conſciũ. Ab aratorib..) Aratores erant, qui agros pop. Romani conduxerant ad arandũ. Pecuarij uerò, qui agros conduxerant ad paſcendũ. Cellã.) id eſt, in uſus domeſticos. Cella uocatur propriè quoduis receptaculum rei domeſticæ. Vocamus cellã uinariã, cellã panariã, &c. Nõ æſtimatur loco, hoc eſt, ut ſit ſubterranea: ſed etiam ſub tecto cella eſt, quolibet loco. Cũ eſſet.) cũ uenderetur. Magnũ crimẽ.) Poſt rem atrocẽ, indignã, & auarã, ponit ἐπιφώνημα, et indignationẽ oratoriã, ἀγανάκτησιν. iraſcitur enim, et nomen dat crimini. Iniuria nõ ferenda.) furtũ uiolentũ: ὕβριν hic uocat iniuriã. Vtrũ.) Cõfirmatio furti διλημματικὴ, qua oſtendit Cæcilium non poſſe accuſare Verrẽ. Si obijcies.) χιασμός. Incipit à poſteriore.

Dabis.) obijcies. Tu ipſe.) non per tuos: Nõ fuiſti inſtigator, ſed author. Si prætermittes.) Pars altera dilemmatis. Qualis erit iſta.) ὑπαλλαγὴ. Domeſtici.) proprij. Criminis.) furti. Suſpicionẽ.) Mentio minus eſt, quàm ſuſpicio: ſæpe enim rei alicuius fit mentio abſq; ſuſpicione. Emptum eſt.) pecunia publica. Alterũ crimẽ. Prius exactionis erat, hoc eductionis. Oſtendit Verri plus acceptũ eſſe, quàm expenſum: atque per hoc neceſſariò probat, Cæciliũ fore præuaricatorẽ. Es futurus præuaricator, qa es cõſcius ſceleris. Quare: qa nimũ exegiſti: deinde emptũ ex ſenatuſcõſulto frumẽtũ nõ ſoluiſti, ſed deductionẽ feciſti. Omnis pecunia.) Negatio infinita apud Rhetores, pro aliqua nõ eſt ſoluta: apud dialecticos dicitur negatio uniuerſalis. Hoc crimẽ.) à Verre commißum. eſt aũt hæc periodus diſſoluta trimembris. Non igitur uera eſt periodus, ſed periodica compoſitio propter dißolutionẽ, et poteſt uno ſpiritu pronunciari. Nullũ.) leue. tu enim non poteris illius mentionẽ facere. Tu quæſtor.) Oſtendit crimen ſolutionis impeditæ ad Cæcilium quoq; pertinere, quia quæſtor fuerit. Eſt aũt Quæſtor propriè, q pecuniã publicã tractat. Deductio.) Nihil eſt aliud deductio, q̃ pecuniæ debitæ cõpenſatio, cũ pro re aliqua aliud compenſatur, & detrahitur. Locus hic difficilis eſt. Numeratã pecuniã nõ poterãt abſcõdere quæſtores et prætores: tabulas enim habebant accepti & expenſi. Sed erãt multæ res extraordinariæ, quas in tabulis ſcribere nõ erat opus: ijs faciebãt deductiones, et res alias pro pecunia ſubſtituebant. Eſt ergo deductio pecuniæ, re alia cõpẽſatio. Huius criminis.) pecuniæ deductæ, nõ ſolutæ. In deductione erat cõpẽſatio, in ſolutione repræſentatio. Cũ aũt omnis altercatio ſit obſcura, periodis nõ magis eſt obſcuranda: ideo mẽbris hic utitur. Maximis.) propter furta. Notißimis.) propter iniurias. iniuria enim eſt manifeſta iniquitas. Græci uocant ὕβριν. Mihi crede.) Oratores uocãt uehemẽter proponere, quãdo cũ aſſeueratione proponunt. Eſt aũt hic maior propoſitio, interpoſita confirmationi minoris. Qui cũ ſocio crimine coniunctus eſt, is nõ poteſt accuſare: In ſocietate criminis Verri cõiunctus es: ergo, &c. Quod coniunctus ſis probo, quia in ſingulos modios duodenos ſeſtertios exegiſti: deinde pecuniã perſoluendã nõ perſoluiſti. Poſt hæc crimina, eorũq; probationẽ, ſtatim maiorẽ ſubiungit: & facit propoſitionẽ non contingentẽ, ſed neceſſariã. Vere.) id eſt, neceſſe eſt ut male defendat. Coniunctus.) Dicimus coniunctus ſum Petro, et coniunctus cũ Petro. Mancipes.) Tertiũ crimen. Redemptores illi erant uectigalium, quorum erat frumenta exigere, non autem pro frumentis pecuniã: ut ex hoc loco licet colligere. Verre prætore.) id eſt, factum ne eſt hoc à ſolo Verre. non de tempore, ſed de perſona facta eſt ſentẽtia. Sic maior eſt probata. Quid agitur?) Probat Cæciliũ crimen hoc Verri obijcere nõ poſſe. Daturus.) accuſabis Verrẽ in hoc crimine. Ergo.) concluſio probationis, non argumẽtationis. Atq; ego)hæc.) Duo hic facit. Primum reijcit longiorem criminum commemorationẽ, deinde minatur aduerſario. Tria illi obiecit, quæ quidẽ maxima eſſe dixit, ſed ſemaiora habere oſtẽdit. In medio.) In medio poſitũ dicitur, quod omnes ſciũt, aut quo omnes uti poßũt. Græci habent eandẽ loquendi formam: dicunt enim τὰ οὐ με-

σα

ey. Iſtius.)Cæcilij. Hæc tu ſcis.) Occupatio. poterat Verres obijcere ſe poſtq̃ uidiſſet ſcelera Verris, ſocietatẽ eius renũciaſſe. Cicero dicit eã adhuc durare, quia bona nondũ ſunt diuiſa. & ſumitur hæc probatio à ſigno conſequenti. Quapropter.)Concluſio argumentationis. Non potes accuſator eſſe, quia cõſcius es criminũ: Sed iudex eſſe potes, ſi id lege permittitur. Eſt autẽ hic digeſtio, quæ figura tum adhibetur, cũ res ipſas diſtinguimus. Iudicum.) Malim legere iudiciũ, id eſt, ſi iudex eſſe uis. De accuſatione.) id eſt, ſi accuſare uoles. Iudex nõ eſt ex litigatoribus, ſed teſtimonij loco: accuſator autẽ litigator & criminator eſt. Si id.)id eſt, quandoquidẽ. Iis.)mihi. Demonſtrare.)accuſare.

Ac uide.)ἀντιστασις adiecta concluſioni. Hactenus hæc ſunt probata: Quẽ ſocij uolũt, is conſtituendus eſt: Me uolũt: ergo. Itẽ: Quẽ reus nõ uult, cõſtituendus eſt, me nõ uul: ergo. Item: Qui præuaricator eſt, actor eſſe non debet: Tu es præuaricator: ergo. Hæc habuimus hactenus, nunc alia ſequitur argumẽtatio. Qui facultatẽ, doctrinã atq; ingenium habet, is conſtituendus eſt: Ego hæc habeo, tu nõ habes: ergo ego ſum conſtituẽdus accuſator. Quid illa.)Sequitur remotio tertij, facultatis ſtili et uſus dicendi. Proponit maiorẽ per enumerationẽ ἀπαριθμησιν τῶν συμβαλλόντων: nec cupit docere iudicẽ, ſed aduerſarium. In oratore conſtituendo rationẽ facultatis dicendi habere oportet. Suſtinere.)Suſtinemus accuſando, & defendendo: eſt enim uocabulum mediũ. Facultas agẽdi.)id eſt, natura ipſius corporis. ὑποκρισιν. Conſuetudo dicendi.) id eſt, doctrina & uſus. Ratio.) præcepta & doctrina. Intelligo.) Præmonitio minoris propoſitionis, & præteritio eius. Is conſtituendus eſt, qui eſt bonus orator: Tu nõ es bonus orator. Hæc minor nõ eſt inuidioſa Ego ſum bonus orator hæc inuidioſa eſt. ideo nõ audet dicere, ſed præmonet. Eſt igitur ἀφαίρεσις cõtra arrogantiã. Scopuloſo.) periculoſo. Scopuloſus locus. eſt in quo naufragiũ, id eſt, damnũ metuendũ eſt. Intelligo.) Modeſtè reſiſtit ſuſpicioni arrogãtiæ, quo liberius poßit plurib. uerbis de aduerſario dicere. Scopuloſo.)Sũpta metaphora à nauigãtibus. Modeſtißima.)id eſt odioſißima. De te Cæcili.) Redit ad aduerſarium, & facit argumentationẽ ſeparatã. Qui idoneus eſt, is diligendus eſt: Ego ſum idoneus, Cæcilius uerò nõ eſt idoneus: ergo ego ſum eligendus. Minor, propoſitionem habet contrariã. Modeſtè ſe idoneum oſtendit, Cæciliũ non eſſe idoneũ pluribus commemorat. αὐτοφώρα enim, ut dixi, tractatur. De te.) in tua cauſa, in tuo negotio. Contentionem.) abſq; comparatione, antequam in iudiciũ ueniamus in hac Diuinatione. Dicit hoc ideo, quia nondũ ad accuſationem & ipſum crimen uentum eſt. Exiſtimes.) quid ſuſcipias. Te collige.)Dat conſilium aduerſario.

Putas ne te.) Repetita ἡ τοῦ πράγματος ἐκεῖ ἀγῶνος μεῖζον, hoc eſt genus cõmune, uniuerſum, magnũ atq; arduum. Enumerat enim iam omnia quæ in hac cauſa ſunt conſiderãda. Maximis.) propter crimina de ſtupris, rapinis, ſacrilegijs, furtis, peculatibus, tibi erit dicendum. Acerbißimis.) propter iniurias. Varias.) Sæpe enim aliquid eſt multiplex, quod non habet grauitatem, nec uarium eſt: ideo addit, graues & uarios. Multiplex eſt, quod numeroſum eſt: uarium, quod non eſt unius generis, ſed diuerſorum. Cum cauſam.) Oſtẽdit iam cur ſint res tã uariæ, ἡ ὅλη τοῦ ἀγῶνος. Grauitatẽ.)magnitudinẽ. Voce.)Enumeratio eorũ quæ ad officiũ oratorũ pertinent: eſtq; ordinis ἀναφορα. Putas ne, quæ C. Verres.)Alia enumeratio, ſumpta ex perſona: prior è re ſumpta fuit. pertinet autẽ hæc enumeratio πρὸς τὴν τάξιν. Plurimũ enim ad uincendũ facit, ſi argumẽta bene collocata ſunt. Quamobrẽ ſumma oratoris uirtus eſt ὀικονομικὸν εἶναι. Quæſtura.)Conſulari. fuit enim Quæſtor Cn. Carbonis. Legatione.)Aſiatica. Pretura.)Siciliẽſi. Romæ.)in quæſtura. In Italia.)in pretura ſcilicet. idẽ repetit. Patrarit.)cõmiſerit. uocabulũ antiquũ. Quemadmodũ.) id eſt, poteris ne ordinẽ, factorumq; obſeruare circũſtantias. Locis.) Romæ, in Italia, in Aſia. Tẽporibus.)legationis quæſturæ, & preturæ. Oratione.) id eſt, poteris ne ita eloqui omnia, ut non ſolũ audiantur quæ dicis, ſed etiã oculis quaſi inſpiciãtur? Vna enim quæuis res requirit ſuum orationis genus. Reſpicit illa quæ prius dixit, conſilio & ingenio. Ideo enim addidit conſiliũ, quia cuiq; rei ſuum orationis genus debet attribui. Putas ne.) Quarta enumeratio ex genere ſcelerũ. Huiuſmodi.) qui accuſatur repetundarũ. Libidinoſe.)in amicos. Nefarie.)in deos. Crudeliter.)in innocẽtes. Eam æquè.) Facit hic eius figuræ mentionẽ, qua regnat orator: quam Hermogenes uocat ὑποτύπωσιν, id eſt, ſubiectionem ob oculos. Quæ uerò hactenus ſunt tractata, ad ἐναργειαν pertinent. Acerba.) Acerba dicitur propter dolorẽ, indigna propter iniquitatẽ. Magna ſunt.)Hic poſtremũ illud exponit, et expolit, ἐπιφέρει στηναι. Mihi crede.)Iteratio & aſſeueratio. Demonſtrãda.)Dicimus oratione ſimpliciter, demõſtramus firmiter argumentis, explicamus ὑποτυπώσει. Eſt αὔξησις in his uerbis. Cauſa nõ ſolũ.)Idẽ ter dicit. Agere.) Hactenus rẽtractauit, nũc perſonã. Libẽter.)Libẽter audiũt, qui ſine faſtidio audiũt: ſtudioſe, qui diligẽter audiũt. In quo ſi te.)ἡ ἀνάβασις τοῦ ῥήτορος, μὴ ὄντα οἱ ὑποκείμενον. Hactenus enim quid oratori ſit neceßariũ expoſuit: nũc uerò inſcitiã & imperitiam Cæcilij oſtendit, quod nullã exercitationẽ dicendi & nullã doctrinã habeat. Natura.) Hæc neceſſaria ſunt in oratore. 1. Natura. 2. Ratio et ars. 3. Doctrina. 4. Exercitatio. In quo hæc nõ ſunt, is nõ eſt idoneus: In Cæcilio nõ ſunt: ergo nõ eſt idoneus. Athenis.) Athenæ florebãt puritate ſermonis, et artiũ doctrina. Lilybæũ.) Obijcit ei obſcuritatẽ loci. Expectatã.)Cauſa expectata eſt, ad quã magna frequẽtia auditorũ cõfluit: ibi opus eſt magno conatu & magnis lateribus. Conſequi diligentia.)ſcilicet in inueniendo & collocando. Laudem huius habes lib. 1. de Oratore: Eſt autem hæc uirtus in oratore maximè neceſſaria. Fortaße dices.) Occupatione redit ad comparationis partem alteram, de ſe ſcilicet. Loquitur aũt de ſe magna modeſtia, & quid inter ſe & Cæciliũ interſit, oſtẽdit. Diligentiã ſibi, nõ eloquentiã arrogat. Primum enim ſe, ut aſſequeretur illa omnia quæ in oratore bono requirũtur, magno ſtudio à pueritia elaboraße oſtẽdit, in omni uita nihil egiſſe aliud: Cæciliũ uerò nihil de his quantæ ſint, ne nũc quidẽ cogitare ac ſuſpicari. Deinde ſe animo cõmoueri, toto corpore perhorreſcere in cauſſis adeũdis, propter rerũ magnitudinẽ: Cæciliũ nihil metuere, nihil laborare, nec oratorem aut cõpoſitorẽ eſſe, ſed furẽ, nihil poſſe dicere niſi domi

compoſitū, cum tamen ex tempore ſæpe ſit dicendū, & cum diſertiſsimo congrediendum. Se ingeniū Hortenſij non pertimeſcere: Cæciliū uerò parē illi eſſe minimè poſſe, &c. Vtinā.) Optat, non oſtentat arrogātiæ crimen. Optat omnia, partē ſibi arrogat, exercitationem ſcilicet, ingenij uerò atq; facultatis mentionē non facit.

Quòd ſi.) Facultatem optat, & à maiore ad minus argumentatur. Si ego qui maxima cura & ſtudio incubui, non habeo facultatē, multo minus tu qui nihil hæc curaſti. Præfert ſe aduerſario, non cæteris oratoribus.

Sed ne nunc quidē) Obijcit aduerſario negligētiam, & contemptum iudicum. Is enim iudices uidetur contēnere, qui in oratione ſibi nihil metuit. Ego qui.) Iam ſuum pudorē, uerecundiam atq; metum in agendis cauſis oſtendit, qui in aduerſario nullus eſt. Laudatur autē hæc uirtus in Craſſo apud Cicer. de Oratore. Eiuſdē.) Nō omnib. ſe præfert, ſed æqualibus. Datur.) liberū. Reo.) Verre. Ita deos.) τὸ τυχεῖν. Non ſolum cōmoueor animo.) Corporis indicia magis mouēt, quàm animorū: horū enim ſenſa ſub oculos nō cadūt. ideo nō miſeret nos hominis triſtitia affecti, uulnerati autē nos miſeret. Studia.) conatus. aliquando apparatū uocat: rarò tamen Aeſchines uocat κατασκευήν. Audientiā.) attentionē: uocabulum nouū proculdubio tum fuit, & à Cicerone factum. Offenſione.) indignatione. Tuorum.) Hactenus de ſe uerecundè, nunc de aduerſario contēptè loquitur. Oſtendit enim illius impudentiam & contemptū. Ideoq; etiā oratio uerborū ſignificatione decreſcit. Si quid.) Iam oſtendit, eum nihil niſi domi elaboratū dicere, nec quicquā in forum afferre poſſe, quàm declamationē: cumq; non oratorē ſed furē eſſe. Ac ſi nemo.) Tranſitum facit ἀντιθέτῳ ad cōparationem nouā utriuſq; cum Hortēſio, à cuius facultate rei oſtēdit difficultatē. Ac primùm de ſe nota loquitur: deinde explicata conſuetudine & ratione dicendi Hortenſiana, aduerſariū imparē eſſe oſtendit. Minor erat, Cæcilius nō eſt idoneus accuſator in hac cauſa. Id triplici argumēto oſtēdit: primo, à cauſæ magnitudine: deinde, ab ingenio ipſius oratoris Cæcilij, quē dicit eſſe indoctū: tertio, ex ipſo aduerſario Q. Hortēſio, cui par eſſe Cæcilius minimè poſsit: ſe parē eſſe poſſe, quia ante etiā ſit cum illo congreſſus. Hæc igitur tria in minore propoſitione tractātur. priora duo abſoluit: iam tertiū explicat. Eſt aūt ἀντίθεσις, quam Hermogenes uocat ἀντίθετον, cum ex cōtrarijs ſententijs una remouetur. Eſtq; hoc loco pulchrum exemplū, de ſe cum modeſtia dicendi. Tamen ipſam cauſam.) tamen non poſſes ſtare: quî igitur ſtares in cauſa tanta, in qua aduerſarium habebis maximum oratorē, potentem & diſertū. Demonſtrare.) Proprium eſt generis laudatiui. Si laudare aliquē non poſsis, quomodo poteris uulnerare? Nūc.) Altera pars antitheti. Diſertiſsimo.) Diſertus dicitur natura: paratus arte, & uſu, atq; exercitatione. Qui cum.) cum quo. Modo diſſerendū) Duo ſunt orationū genera apud oratores: unū, quod altercatio uocatur, quæ breues ſentētias et διαλογισμοὺς habet, & ἀγωνισμὸν dicitur, quod fit interrogādo atq; reſpondēdo: alterū eſt perpetuū, uocaturq; διηνεκὲς, quod perpetuis argumētationibus cōſtat. Vtrunq; hic ponit. Omni.) perpetua oratione. Cuius ego ingeniū.) Rurſus de ſe: & ſe parem Hortenſio eſſe oſtendit, cum quo ſæpe in iiſdem, ſæpe in contrarijs cauſis eſt uerſatus. Delectari.) propter oratorum conſuetudinem hoc dicit, qui artis obſeruatione delectari poterant. Vulgus autem, tametſi delectaretur, tamē cur id fieret, ignorabat: id quod oratores nō latebat. Decipi.) auxilio artis: ideo autem me arte nō decipiet, quia ego quoq; artem habeo. Conſilio.) agendi. Tria hic ponit, quæ in oratore bono requiruntur: conſilium, quod eſt in inueniendo atq; collocando: artificium, quod in elocutione atq; actione cōſiſtit: ingeniū, quod in rebus ſubitis perſpicitur. Sæpe enim conſilia et domeſticæ meditationes ſunt mutandæ propter iudicem, auditores, aut perſonas alias, de quibus nihil ſcimus. Conabitur.) audebit. id eſt, Q. Hortenſius nunquā mihi imperitiam atq; inſcitiā, ut ego tibi, exprobrabit. Petitiones.) Aſconius intelligit poſtulationes, ἀξιώσεις. Solent enim oratores ſæpe aliquid à iudice poſtulare, nec mala eſt interpretatio. Poteſt tamen etiam eſſe metaphora à gladiatoribus ſumpta, ut intelligas petitiones, inſultus, ſubitos ictus, & inuaſiones. Vt enim gladiatores, ſic etiam oratores ſe inuicem petunt. In iiſdem.) Vna cauſa ſæpe à uarijs oratoribus agebatur. Sic Milo à multis, non ab uno ſolo eſt accuſatus. Contrarijs.) ut in cauſa Quintiana. De ſuo.) Minatur illi rurſus. Te uerò.) Pars altera comparationis, de Cæcilio, & de Hortenſij rationibus ac petitionibus. Eſt autem hoc comparationis proprium, ut id quod uolumus amplificatū, proponatur in initio, & repetatur in fine: ut in prima Virg. Eclo. Tityre tu patulæ, &c hoc poſtea repetit, Tu Tityre lentus in umbra, etc. ita hoc quoq; in loco facit Cicero. Eluſurus.) reprehenſurus tua argumenta. Metaphora ſumpta à gladiatoribus, qui tela motu corporis declinant. Quoties tibi poteſtatem.) προαιρέσεις: oſtendit Hortenſium magnam copiam habere complexionum & dilemmatum, quibus Cæciliū uincere poſſit. Factum eſſe.) in coniecturis. Verùm an.) in qualitatibus. Id contra te.) Hoc eſt proprium dilemmatum. Dilemma enim breue eſt, & acutum, & punctim ferit. Per hoc autem intelliges omne arctarū argumentationum genus. Syllogiſmus uerò directus eſt, & explicatus, feritq; cæſim. Qui tibi.) Stuporem aduerſarij oſtendit. Eſt autem hic ordo naturæ obſeruatus. primùm enim tremimus, & æſtuamus: deinde ſequitur titubatio, ut neſciamus quid ſit dicendū: tertiò oculi obfuſcantur. Minimè malo.) Quidam putant ironiam eſſe. Ego intelligo minimè malo, id eſt, minimè uehementi, acuto, & ingenioſi in dicendo: minimè perito, & ſine uſu forenſi, quem Græci δεινὸν οὐ τῷ λέγειν dicūt. Acuti enim & ingenioſi, mali eſſe uidebantur olim: at qui non erat ingenioſus, minimè malus uocabatur. Habet igitur hæc locutio ἀρχαϊσμόν. Quid cum accuſationis tuæ.) Altera ratio Hortenſij. Oſtendit genus argumentationis eius acutum, rationē ſcilicet diuidendi, & memoriam bonam. Eſt autem pulchrum, aduerſarij orationē diuidere: in eo enim orator ſuā oſtendit prudentiā. Membra.) cum tuā orationē ceperit in partes diuidere, & hoc primum eſt: alterū, ut ſingulas partes intelligamus, et memoris teneamus Non aūt diuidimus mēbra, ſed ipſam accuſationē in membra. ideo quidam de ſpeciali intelligunt argumētatione, quæ quidē interpretatio acuta eſt, et docta, ſed neſcio an uera. Ego puto

quòd iſta diſtincta ſint ordine agẽdi. Principij eſt tranſigere, medij expedire, finis abſoluere. Tranſigimus cũ aduerſario, diſtinguendis & explicandis eius argumentis: expedimus, noſtris argumẽtationibus: abſoluimus, amplificationib. & concluſionibus. Pulcherrima Hortenſij methodus fuit, primum in dilemmatis, deinde in diuiſionibus, tum in argumentationibus, poſtremò in affectibus & locis communibus. Ipſe profectò.) Ratiocinatio amplificatoria: ipſe Cæcilius credet Verrem innocentem, ergo magis iudices. Faceſſeres periculum.) id eſt, ne fidem tibi faciat, Verrem eſſe innocentẽ.

Quid cum.) Alia Hortenſij ratio de affectibus, & locis communibus. Quæ hactenus ſunt tradita, ad confirmationem pertinent: iam oſtendit, eum etiam nõ poſſe permouere. Illius.) Verris. Deonerare.) imminuere: id eſt, ſcit bene quæ loco cõmuni ſint idonea. ſunt enim iſta omnia θετικαὶ, id eſt, loci cõmunes. Neceßitudinẽ.) arctiorẽ amicitiam. Morem maiorũ.) qui nolebãt pretorẽ à Quæſtore accuſari. Sortis religionẽ.) id eſt, magiſtratus religionẽ. Ex hoc aũt loco intelligitur, etiã quæſtores fuiſſe ſorte datos. Subire.) ſuſtinere. Vide modò.) Nũc etiã actionis facit mentionẽ. Legitur aũt de Hortenſio, quòd eius oratio recitata propter uocẽ, actionẽ, geſtuſq; bonos placuerit: domi uerò lectã, non ita placuiſſe. Perſtingit.) ne tibi metũ adferat. Atq; huiuſce.) In hoc loco Cicer. probat, quod re ipſa hoc ſit, quod dixerit, τεκμήριον πλάγιον, tractatũ ἀντιθετικῶς, quod argumentum habet minoris ad maius: Si mihi non poteris reſiſtere, quomodo illi reſiſtes? Adhuc enim in confirmatione minoris pergit, Cæciliũ non eſſe idoneum, nec firmos etiam habere ſubſcriptores: quia non ſint oratores, ſed clamatores. Huiuſce rei.) quod nihil in cauſis forenſibus poßit. Atq; ita abſolutus eſt hic locus de accuſatore perfecto. Eſt autẽ utilißimus ad imitandũ locus, cũ exponere uolumus quid in aliquo requiratur. quod modis fit duobus: uel ἀφαιρέσει omniũ, ut hic: uel θέσει, ut pro lege Manil. & uel comparationem habent, ut hic: uel non habent, cum eſt inuidioſa, ut pro lege Manil. Si enim.) Dat optionem aduerſario per ὑποθέσεως διὰ ἀντιθέτου. Vocat aũt Hermog. ἀντίθετον, ſyllogiſmũ hypotheticũ ex repugnãtibus. Hodie.) quod ſcilicet faciendũ eſt. Libro.) oratione domi facta: continens pro contento. Liber enim cõtinet, quod ſcriptum eſt. Magiſter ludi.) ſophiſta. Oſtendit eum ita imperitum, ut non ſolum non poßit ſubitò dicere, ſed etiam magiſtro opus habeat in dicendi ratione, cum domi aliquid uelit cõponere: qui magiſter etiam non ſit diſertus, ſed fur & ſimia oratorum. Iſto libro.) compoſita oratione. Arbitrabor.) concedam, fatebor. Illi iudicio.) Verrino. Non deeſſe.) ſatisfacere poſſe. Officio.) accuſatorio. Sin mecũ.) Aſſumptio & concluſio ὑποθέσεως, informata hypotheſi per antitheton. Nihil fueris.) id eſt, nihil poteris aduerſus me, nullus fueris. Acerrimo.) Hortenſio. Acer aduerſarius eſt, qui uulnera poteſt infligere. Eſto.) Quamuis hæc occupationis loco ponantur, tamen etiam ſunt pars tertia confirmationis ἀνασκευαστική. Tres enim aduerſarij rationes refutat. quarũ prima eſt. eum habere bonos ſubſcriptores: quod negat, & tamen eos oſtendit Cæcilio eſſe doctiores, & magis idoneos, & qui aliquid ſint remiſſuri de eo quod poſſunt. altera, eum odio habere Verrem propter iniuriam. tertia, quòd nouerit Verris crimina, quia quæſtor eius fuerit. Tacitè autem ad hanc confirmationẽ uenit, ut uix animaduerti & diuidi à confirmatione ſuperiore poßit. Eſto, id eſt, dicat fortaſſe aliquis: particula eſt concedentis, aut digrediẽtis ad rem aliã. Sic Demoſthenes ἐῶ dicit. Subſcriptoribus.) Subſcriptores ſunt, minores actores cauſarum, & adiutores atq; cuſtodes accuſatorũ. Solebant illis dari ad uitandam præuaricationem, & exacuendã diligentiam accuſatorũ, quos ſubſcribere criminationi in tabulis oportebat. Erant enim ueluti teſtes, et cuſtodes, ne qua fieret præuaricatio. Exercitatis & diſertis.) Nam facit diſertum conſuetudo, & uſus exercitatum.

Eſt tamen hoc aliquid.) Refutatio occupationis, λύσις τῶν συνηγόρων. Tametſi.) ſed. Princeps.) qui eſt primus actor. Ornatißimus & paratißimus.) In oratore copia requiritur, & elegantia. ideo dicit propter hanc, ornatißimus: propter illam; id eſt ipſa argumẽta, paratißimus. Proximum.) id eſt, ſecundo loco accuſatorem. Subſcriptorẽ.) unũ ex minoribus actoribus.

Non ætate.) id eſt, hominẽ quidem iam ſenẽ, ſed imperitum. Non poſſet autẽ maior eſſe contẽptio. A ſubſellijs.) ſcilicet euocatũ, id eſt, ſubſelliorũ iudicem cauſidicũ. Erant ſubſellia, minora iudicia priuatarũ cauſarũ. In dicendo.) Dicimus, aliquẽ poſſe aliquid re aliqua, & in re aliqua. Clamando.) Oſtendit hunc habere naturam, ſed non facultatẽ: ideo indoctum eſſe, et imperitum, quia nullã artem habeat, ſed ſolum clamorem.

Ac ne is quidem.) Locus hic urbanitatẽ habet. Dicit Allienum non audere bene agere, ne Cæcilium pudefaciat, & cũ uincat. Remittet.) id eſt, abſcõdet aliquid in ſua ratione dicendi, & non aget ea diligentia ac ſtudio, quo poſſet. Hoc probat ſimili. Actoribus.) hiſtrionibus. Secundarũ partium.) δευτεραγωνιστῶν. Tertiarũ.) τριταγωνιστῶν: ut Demoſth. dicit Aeſchinẽ τριταγωνιστοῦ. Clarius.) altius, maioribus clamoribus.

Princeps.) primarũ partiũ. Lenocinabitur.) adulabitur, conciliabit tibi gratiam. Lenones enim nihil aliud conantur efficere, quàm amantium gratiam inter ſe conciliare. Significantißima eſt metaphora, quoniã lenones omnibus in rebus amatoribus cedũt, ut prudentiores eſſe uideãtur. Iambo.) Concluſio: Ergo tu nõ es ſatis idoneus, nec potes accuſare: tui ſubſcriptores nec poſſunt, nec audent. Facit autem hic μετάθεσιν. primum dicit conſiderate, deinde in aduerſario definit, & dicit, ſi tibi primas in dicendo partes conceſſerit. Facultate.) Facultas eſt exercitationis, ratio uerò artis.

Quartum.) Oſtendit orator Cæcilium nec idoneum accuſatorem, nec auxilijs ſatis eſſe inſtructum. Auxilia aũt erant ſubſcriptores, qui non ſolum adiutores, ſed etiam cuſtodes & obſeruatores accuſatorum eſſe debebant. Enumerauit duos ſubſcriptores, erat præterea tertium genus: hi ſe adiutores fore profitebantur, quicunque eſſet accuſator futurus. Hos Cicero deridet. Quartum.) ſubſcriptorem, ſcilicet à Cæcilio: is enim primus eſt, L. Apuleius ſecundus, Allienus tertius, quartum nõ nominat. Enumeratio infinita fuit: nunc eam claudit. Poſtularunt.) à uobis iudicibus. Obſignatoris non eſt defendere, ſed ſolum teſtimonium dare: ſubſcriptoris, non ſolum teſtimonium dare, ſed etiã adeſſe.

Delationem dediſſetis.) accuſatorem cõſtituißetis.

Paratus

Paratus uenis.) Dicimus instructũ eſſe ab aliqua re. Hic nouè dicit, paratum aliquẽ eſſe ex aliqua re. Omnino enim, Ex referendũ eſſe uidetur ad Paratus. *Hoſpes.)* ſubſcriptor ignotus, & alienus. hi enim non poſſunt nobis multum prodeſſe. *Quibus ego.)* Reiectio reſponſionis, contẽptus gratia, quæ ſæpe apud oratores fit συντομίας. *Breuiter.)* ſummatim, generatim. *Conſultò.)* non prudẽs. *Tanta'ne.)* Vniuerſalis reſponſio contra omnes μιμητικῶς. & ἀγανάκτησις, oratoria indignatio. Putatis me ita deſtitutũ amicis, ut opus habeam alienis amicis. *Amicorum.)* ſubſcriptorũ. *De populo.)* de popularibus & plebeis oratoribus. *Reorum.)* ſceleratorũ. *Cauſam.)* delationẽ, actionẽ contra Verrem. *Columna Mœnia.)* Apud columnã Mœniã cauſæ criminales agebantur, & minores rei accuſabantur. Interpretes dicunt, ad eum locum congreſſum eſſe malorum hominũ, & uiliũ perſonarum. *Cuſtodẽ me opponite.)* Hic uides ſubſcriptorũ fuiſſe, non ſolũ adiuuare oratores, ſed etiã cuſtodire tabulas. *Cuſtodem.)* literarũ, tabularum, teſtimoniorũ. *Si te ſemel.)* Malo legere, ſi te ſemel ad meas capſas admiſero, nõ ſolum ne quid enuncies, ſed etiam ne quid auferas, cuſtodiendus es. Incipit autẽ iam ridiculè agere, & ab oratore ad furem uenit. *Capſas.)* literarũ mearũ receptacula. *Ne quid auferas.)* librorũ. Accuſat eum perfidiæ, & præuaricationis. q. d. Ego metuo, ſi te admittã, ne cõmunices cũ aduerſarijs meis. *Aſpirare.)* peruenire. eſt proximè accedere. *Etenim.)* id eſt, mea fides quam mihi homines habent, & quam ego iiſdẽ præſto, cuſtodẽ repudiat. Cuſtodẽ, γραμματοφύλακα intelligit. *Reformidat.)* nõ opus habet. Speculator eſt hoſtium, cuſtos noſtrorũ. *Verùm ut ad te.)* Primùm cõcludit ſuperiorẽ argumentationẽ uniuerſam, quæ triũ fuit partiũ. 1. Nihil eſſe in Cæcilio, quod in oratore bono requiratur. 2. Eum habiturum magnũ aduerſarium Hortenſium. 3. Subſcriptores non ſatis firmos, ſed imperitos eſſe. Deinde tranſit ad rationẽ aduerſarij proximã, quæ eſt de iniuria ſibi facta à Verre. Et hic uehementer urget aduerſariũ, eumq́; non ſatis magnã habere cauſam aduerſus Verrem oſtẽdit. *Quàm multa te deficiant.)* ſcilicet integritas uitæ, orationis ueritas, dicẽdi facultas. *Quàm multa.)* uitæ ſcilicet impuritas, orationis falſitas, & dicendi imperitia. *Reus nocens.)* Oſtendit eum tam eſſe nocentẽ, q̃ is ſit quem uult accuſare. *Monitor.)* ſubſcriptor Allienus. primò ponit hoc uocabulũ propriè, deinde pro conſultore. Dicit, monitor iſte tuus non erit tibi adhibitus memoriæ cauſa, ſed conſilij. Eſt hic παρέγγραμμα, id eſt, cum unum uocabulum in duplici ſignificatione accipitur. Atq; hactenus irridendo concluſit. *Video mihi.)* Rurſus obijcit ei orationẽ, nõ ab ipſo compoſitã, ſed ab alio: eamq́; ab oratoribus extractã. *Quid enim dices?)* Refutat iam ſecundam aduerſarij rationẽ, qui dicebat: Is accuſare debet, qui iniuria eſt affectus: Ego à Verre affectus ſum iniuria: ergo ego accuſare debeo. Cicero maiorem primò refellit, ciq́; conditionem addit: Si poſsit accuſare is qui iniuria eſt affectus, accuſet: ſi non poſsit, non accuſet: ſed is quem uult, maiori affectus iniuria. Minorẽ ſic oppugnat. Primùm quod affectus ſit iniuria Cæcilius, fatetur Cicero: ſed eum dignum fuiße ea iniuria propter ſcelus & meritum ſuum, affirmat. Deinde dicit eum nulla affectum eſſe iniuria, quia meruerit: & ſi tamen aliqua ſit affectus, Siculos longè maiori eſſe affectos. Ergo non eum qui uelit, ſed qui poßit, accuſare debere. *Dictitas.)* in foro iactas, quotidie oſtendis et ſignificas. *Arbitror.)* dicturum te. εἰρωνεία: non negat, ſed dißimulat. *Faceret iniurias.)* ſcilicet Verres. *Eximium.)* Eximius dicitur, qui eſt ex reliquorum numero ſegregatus, excellentiæ atq; dignitatis cauſa. *Cui conſuleret.)* cui parceret & ignoſceret. *Sed cæteri.)* Inuerſio. id eſt, Siculi ipſi inuenerunt ultorẽ ſuarũ iniuriarũ. Firmamentum oratoris, pendens ex ſuperiore proxima ratione, de accuſatore bono. Refutat aũt minorem propoſitionẽ, primum ἀντικαταλλάξει: Concedo te iniuria affectũ: ſed maiori ſunt affecti Siculi, quos tu impedires: deinde ἀφαιρέσει. *Vltorem.)* accuſatorem, & actorẽ. *Per te.)* tua oratione, atq; actione. *Id quod non.)* ἀποδεικτικὸν eſt ex præcedentibus. *Perſequi.)* ulciſci. *Cæterorum.)* Siculorũ. *Et hoc te.)* Hactenus contra minorẽ: hæc cõtra maiorẽ ſunt. *Debeat.)* id eſt, cui facta ſit iniuria.

Vtrunq;.) ſcilicet uoluntas & facultas accuſandi & lædendi. *Non quid.)* Corrigit maiorem propoſitionem Cæcilij: & addit ad eam, Sed quid, &c. Corrigũtur enim propoſitiones aut additiõe, aut ablatione, aut negatione. In minore ἀφαίρεσιν facit: Tu nõ potes. Totus iſte ſyllogiſmus ἀνασκευαστικὸς eſt, refutatorius, nõ confirmatorius. In omni autẽ actione duo ſunt ſpectanda, uoluntas et facultas. uoluntas imbecillis eſt, niſi etiã facultas accedat. Communi igitur ratione contra aduerſariũ agit. *Quod ſi.)* Altera additio ad minorẽ: facta eſt mihi iniuria, cõcedo, dixit antè: ſed nõ potes accuſare, quia imperitus es, quia diſertißimũ habes aduerſariũ, quia ſubſcriptorib. cares bonis. Nũc addit aliquid: Facta eſt tibi iniuria, ſed nõ tibi ſoli: imò his iudicib. maior facta eſt iniuria, propter uexatã Siciliã totam. Hæc nõ habent contradictionẽ, ſed eſt breuis oppoſitio atq; cõparatio maioris et minoris, σύγκρισις καθ' ὑπεροχήν. Si tu quereris propter iniuriã priuatã: iudices magis id facere debẽt, propter publicã. *Grauius ferri.)* propter iniuriã publicã. Iudicũ enim eſt, hanc ulciſci. *Vtrum.)* Alia ratio, quæ habet cõparationem perſonarum. eſt enim hoc in loco στάσις συγκριτική. Tres aũt rationes cõtra unã attulit Cicero. Ratio aduerſarij eſt: Iniuriã mihi fecit. Ciceronis prima ratio: Tua uindicatiõe Verres erit impunitus. altera: Vis quidẽ uindicare, ſed non potes. tertia: Etiã ſi tibi iniuria facta eſt, tamẽ Siculis maior facta eſt. Eſt igitur oratio nõ copioſa, ſed argumẽtoſa, facta oppoſitione rerũ maiorũ & minorũ breui, uerbis ſignificantibus & grauibus. *Hoc eſſe grauius.)* Siciliam uexatã. *Concede igitur.)* συναθροισμάτων poſtremæ rationis. *Is.)* ego Cicero. *At eam.)* Pars altera huius loci. hactenus enim quaſi facta eſſet iniuria, ita reſtitit. nunc de nomine rei contendit, & expoſitione qualitatis facti, oſtendit nõ iniuriã fuiſſe, ſed ſolum offenſionẽ, ſiue læſionẽ: non ὕβριν, ſed ὑπεριασμόν. Nam ut antè emendauit propoſitiones aduerſarij, ita hic omnino tollit minorem ἄρνησιν, & dicit: Non facta eſt tibi iniuria, ſed à C. Verre ſcelus tuum impeditũ eſt. Eſt autem hæc reprehenſio minoris, quaſi occupatio quædã ſuperioris correctionis. Et dicuntur hæc εἰρωνικῶς. *Qualis.)* quid dicatur eſſe iniuria. impedire enim ſcelus non eſt iniuriam facere, ſed æquitas. *Agonis eſt.)* Narratio

ratio ſimplex, διήγησις ἁπλῆ, quæ ad præcipuum ſtatū huius cauſæ non pertinet. Nam primus ſtatus orationis eſt, uter accuſare debeat. Hæc autē narratio ad ſtatum definitionis pertinet. oſtendit enim, non fuiſſe iniuriam, ſed ſceleris obſtaculum. Adhibetur igitur ad probandum ſtatum definitionis. Liberta Veneris.) quæ defuncta eſt ſacerdotio Veneris, & ſe religione eius liberauit. ut enim domini ſeruos, ita dij homines religione ſibi obſtrictos habebant. Copioſa.) Copioſus dicitur, qui abundat uarijs opibus & copioſis. Locupletes ſunt, qui pecunijs & nummis abundant. Symphoniacos.) Symphoniaci ſunt, qui iam muſici uocantur, & his erant deteriores: ſolam enim practicam habebant, at Muſici etiam doctrinam. Per iniuriam.) ὑβριστικῶς. In claſſe.) Epitheton factum reprehenſionis gratia. pugnant enim, mollem & fortem eſſe, militem & ſymphoniacum eſſe. Sunt enim oratorum epitheta uel ὑποκοριστικὰ, uel ἀνθυποκοριστικά. Venereorum.) In bonam partem hic accipitur, id eſt eorum qui ſeruiunt Veneri. Hic uidemus etiam libertatem in religione fuiſſe. Liberauerunt.) Liberare ſe à Venere, eſt ſe ex ſerua Veneris libertam facere.

Viro optimo.) id eſt, peſſimo. eſt enim ironia. Nam ut propoſitio fuit ironica, ſic quoque eſt narratio. Iudicium dat.) condemnat eam. Accipitur in deteriorem partem: uerbum medium, pro uerbo certæ ſignificationis. Eam.) Agonidem. Iudicant) illā dixiſſe. Prætorum erat, pœnam conſtituere: iudicū, de ſtatu iudicare. Prætor finem iudicij præſcribebat, iudices reū & obnoxium pœnæ faciebant. Erant autem recuperatores, rerū amiſſarum iudices. Adiudicat.) detrudit in ſeruitutem. Veneris, denuò ſeruā facit. Redigit.) ſibi conſtat. Ita dum.) Epiphonema patheticū. Mancipia.) pueros ſymphoniacos. Lilybæum uenit.) Pars altera narrationis, qua oſtendit quid Verres fecerit. Hæc ſumma eſt. Quicquid fit ſecundū leges, nō eſt iniuria: Verres fecit ſecundum leges: ergo Verres Cæcilio non fecit iniuriam. Factum improbat.) id eſt, iudicatum irritum facit. Annumerare.) ſcilicet numero. Quicquid enim perſoluebatur olim, fiebat uel numero, uel pondere, uel æſtimatione. Annumeramus aūt numero. Eſt adhuc.) Occupatio & declinatiuncula, ante abſolutam narrationem feſtiua, ut Verrem etiam in crimen trahat. Habet enim hic locus urbanitatem. Loquitur enim de Verre iocoſe & εἰρωνικῶς. Syllogiſmus fuit: Cui facta eſt iniuria, is accuſet: Mihi Cæcilio facta eſt iniuria: ergo ego accuſare debeo. Maiorē additione correxit: nomirē etiā, quā poſtea omnino amouit. Iam ipſum reū in crimen trahit, & oſtendit pecuniam à Cæcilio congeſtam cum Verre fuiſſe communicatam: & utrunque nebulonem eſſe dicit. Quid enim.) διάκρισις uerborū propriorū. Q. Mutius.) id eſt, ciuis honeſtiſſimus, & iudex iuſtiſſimus. Hic enim ſummam iuſtitiæ laudē habuit. Elegantius.) πολιτικώτερον. Vehemētius.) fortius. Tanquam ex.) Alludit ad fabulā de Circe & Vlyſſis focijs. Factus eſt Verres.) id eſt, fur. cum poſtea uocat beluonem, beluam quæ omnia poteſt uorare & uerrere: id eſt, in unum colligere. Redit ad ſe.) τὸ τελευταῖον τῆς διηγήσεως μέρος, poſtrema huius narrationis pars. περιπέτεια, exitus cōtrarius & inſperatus.

Ad ſe uertit.) Veriſimile eſt Ciceronem ſcripſiſſe uertit. tametſi enim pro præterito accipi non poſſit, tamen pro præſenti poſſumus accipere. Parum enim uſitatum eſt Vertit præteritum. Sed non temerè corrigendi ſunt libri. Hic tu.) Concluſio ὁριστική, quæ fit uerborum diſtinctione, διαστολή: cum aliud uerbum alij rei tribuimus. Cicero etiam digeſtionē uocat. dicit nō eſſe iniuriā factam Cæcilio, ſed ſcelus impeditum. Deinde te iniuria.) Tertia pars minoris: in qua oſtendit nullam eſſe iniuriā. Pars prima fuit: Facta tibi eſt iniuria, ſed Siculis maior. Secunda: Non eſt iniuria, ſed impedimentum ſceleris. Nunc tertium adfert argumentum, quod non ſit iniuria, quia ſtatim cum eo redierit in gratiam. Primum tractat συγγνωμονικῶς, alterum ὁριστικῶς, tertium hoc στοχαστικῶς ex adiūctis enim & ſignis probabilibus, probat eum Verre cum rediſſe in gratiam: quia in domo Verris poſtea aliquoties fuerit, quia ſecum Verres cœnauerit. Hinc ille colligitur ſyllogiſmus: Qui cum aliquo in gratiam redit, is non poteſt conqueri de iniuria ſibi facta: Tu Cæcili in gratiam cum Verre rediſti: Ergo de iniuria facta conqueri non potes. Valde copioſus eſt orator in refutāda minore. Vtrūque.) δίλημμα imperfectū, hoc eſt, inchoatū: firmum tamen utrinq; quo à ſigno uenit ad τεκμήριον, hoc eſt, propriā rei & neceſſariā notam. Vel rediſti cum eo in gratiam, uel non rediſti in gratiam: Si non rediſti cum eo in gratiā, perfidioſus es in diſſimulatione iniuriæ: Si rediſti in gratiā, præuaricator es, ſcilicet malè accuſando, ideo legib. puniēdus. Sic multa ſunt probabilia, quæ argumentatione fiunt neceſſaria. Perfidioſum) ergo nō eſt tibi credendū: Præuaricatorem.) ergo cauſa tibi nō eſt cōmittenda. Quid ſi.) Poſtrema pars oſtēdit nullā eſſe iniuriā. Cauſa.) Ratio conquerēdi de iniuria. Contra poſtremā rationē agit. Niſi.) Ratio minoris propoſitionis: An quia Quæſtor fuit, idcirco accuſare debeat. Ex loco διαφορῶν & conſequentiū, atq; etiā repugnantium, refutat hanc rationem. Cæcilius ſic argumentatur: Qui neceſſitudine magiſtratui eſt coniunctus, is debet accuſare: Ego Verri coniunctus ſum magiſtratu: Ergo ego accuſare eum debeo. Cicero facit ſyllogiſmum contrariū: Qui in magiſtratu ſimul ſunt, illi ſe mutuò nō accuſent: Cæcilius cōiunctus fuit Verri in eodē magiſtratu: ergo, Cæcilius non debes accuſare. Huius ſyllogiſmi medium inde ſumitur, quòd ueteres ſummam reuerentiam eſſe minorum magiſtratuum erga maiores uoluerunt. Quòd igitur Verris fuerit Quæſtor, pro ſe Cicero utitur uiolentè, βιαίως. Eſt enim argumentū ex conſequentibus & repugnantibus. Si quæſtor eius fuiſti, amicus, nō accuſator eſſe debes. Differūt autē inter ſe accuſator & amicus, ac repugnant. Contentione.) Propoſitio contrarij ſyllogiſmi ἀνασκευαστικῶς. Neceſſitudinis.) ſortis quæ nos coniungit. In ferendum periculum.) id eſt, accuſandum. Conſequens pro antecedēte. Etenim.) Probatio maioris propoſitionis in προτάσεως ὑποθετικῶς κατ' ἀντίθετον, id eſt, propoſitione ſententiæ contrariæ, iuxta Hermogenem. quod expolit λύσει. Iniurias accepiſſes.) Non omnes relationes uſitatæ ſunt. Damnum dare & accipere dicimus: item iniuriam accipere, ſed dare iniuriā nō eſt ualde uſitatū. Cū uerò.) Sentētia cōtraria, ἀντίθετον, quod habet propoſitionē et redditionē, et concluſionē.

Quàm id.) in cauſa Agonidis. Iniuriā appellas.)

resiſtendo tibi in cauſa Agonidis. Hi ſtatuent.) Concluſio ἀντιθέτου ἐκ συλλογισμοῦ. Hanc cauſam) Agonidis. Violandam.) accuſandam: tum enim neceßitudo uiolatur cum quis accuſatur. Qui ſi.) ἐπεξεργασία rei eiuſdem, id eſt, expolitio ἀντιθέτου κατ' ἐπιμονὴν ἐκ ὑπόθεσιν. quoniam enim uehemens eſt hæc ratio, ideo repetit eam, ut melius iudicum memoriæ infigat. Eſt autẽ hic pura ὑπόθεσις. nam & propoſitio antitheti habet ὑπόθεσιν, & redditio. Prius ἀντίθετον nõ habuit duplicem ὑπόθεσιν. mutauit autem σχηματισμόν. antè enim numero uſus eſt plurali, & modo ſubiũctiuo: nunc ſingulari utitur, et indicatiuo modo. Quare cum.) Concluſio categorica. Sine uituperatione.) id eſt, non potes accuſare. At uide.) Redit ad ſuũ ſyllogiſmũ. Probauit non eſſe iniuriã, etſi eſſet iniuria, tamen hic locũ non habere, quia Verris Quæſtor fuerit Cæcilius. Vtitur autẽ hic probatione uiolẽta, plena & abſoluta, dum mutat qualitatem affirmatiuam in negatiuam: quam probat primò autoritate maiorum, deinde exemplis. Ac tractat hunc locum θετικῶς amplè, & copioſe. de officio quæſtoris erga prætorem primũm rationibus ſententijsq; diſſerit. deinde argumentis pluribus cõfirmat. Omnibus rebus.) innocentia uitæ, orationis ueritate, dicendi facultate. Opinionem.) Opinionem uocat ſyllogiſmum non apodicticum, ſed dialecticum. Omnes enim probabiles ſyllogiſmi ſunt dialectici. Tu cum omnibus.) σύγκρισις perſonarum.

Ego ſi.) Pars altera συγχώρησις, quæ habet conceßionem. Accuſatorem.) ſcilicet te. Sic enim.) Ratio maioris propoſitionis, quæ pugnat cum propoſitione aduerſarij. Pugnantia enim ſunt, accuſare & obſeruare. Neceßitudinis.) arctißimæ amicitiæ. Eſt enim neceßitudo, neceſſaria duorum coniunctio. Sortis.) Vt prætoribus ſorte obueniebant prouinciæ, ſic etiã quæſtores ſorte dabãtur: idquod ex hoc etiã loco colligimus. Prouinciæ.) Interpretatur quod dixit Sortis.

Quamobrem.) Concluſio ſyllogiſmi. Vt autem propoſitiones ſuperiores fuerunt hypotheticæ, & habuerunt ἀντίθετον: ſic etiam concluſio puram habet hypotheſin & antitheton. Numero.) loco parentis, pro parente. Cum uerò.) Pars altera antitheti. Si.) etiam ſi. Iniuſtũ, impiumq;) Sunt uerba quæ rẽ ipſam exaggerant. Etenim iſta.) Iam uenit ab illa ratione logica ad παραδείγματα. Syllogiſmus enim fuit: Qui quæſtor eſt, is ſuperiorem ſuum magiſtratum ne accuſet: Tu quæſtor es Verris: Ergo ne accuſes eum. Maiorem probauit authoritate maiorũ: Maiores uoluerunt Prætorem Quæſtori parentis eſſe loco. Hoc, quia negari poſſet, exemplis confirmat: & uno in loco tria profert coniunctè: poſtremum tractat ſeorſim, & latius, & ad cauſam præcedentem accommodat. Quæſtura.) neceßitudo quæſturæ tuæ. Neq; ferè.) Concluſio inductionis infinita, à qua incipit: exempla enim ſemper ſunt ἐπακτικά. Cum autem tutum nõ ſit uniuerſale probare per particularia, ab his enim ad illud aſcendimus: ideo uel infinitè proponendum eſt, uel præmunienda propoſitio. Ferè.) Hoc dicit, ne poßit dari ἔνστασις. Cõtentionẽ.) diuinationẽ. Itaq;) Propoſitionis probatio. Lucio Philoni.) Hic quæſtor fuit, alter prætor. Quorum nemo.) Propoſitio inductionis. à poſtremo enim, hoc eſt à cõcluſione incepit. Repudiatus eſt.) à iudicibus. Propter indignitatem.) διὰ τὴν ἀναξίαν: cum quis non eſt idoneus. Violandæ neceßitudinis.) uiolandi officij, publici muneris. Atque ille Cn.. Pompeius.) Hoc exemplum ſeorſim tractat copioſius, ut confirmet inductionem. oſtendit enim iſta exempla ad rem pertinere, firma eſſe, & magna habere præiudicia: idq; facit argumento à maiori ad minus. Si Cn. Pompeius, cui magis licuit (nam à prouincialibus rogatus fuit) repudiatus eſt: tu etiam repudiandus es, cui minus licet: nam à prouincialibus reijceris. Semper hæc cauſa.) Propoſitio ſyllogiſmi confirmationis, quem antea propoſuerat, κατ' ἀναδίπλωσιν καὶ περίφρασιν, quæ factæ ſunt per idẽ ſignificantia. Summa eſt: Honeſtum eſt, defendere ſocios. Eſt igitur reditus ad primam rationem ſuæ confirmationis, quæ erat: Quem ſocij poſtulant, is accuſator eſſe debet. Sæpe enim oratores, quæ firmißima ſunt, primo loco ponunt, et eadem in poſtremo copioſius repetunt. atque hoc ad τάξιν pertinet. Maior probatur, quia ſociorum cauſa lex eſt lata. Eſt enim hæc eius propoſitionis ratio προσυλλογιστική. Semper.) Propoſitio loci communis, cuius tres ſunt partes. I. Honeſtum fuit ſemper. II. Pro ſocijs. III. Ad periculum accedere. Omnes autem partes oratorum more ſunt ornatæ uerborum ἐπιμονῇ. Sed ut ante ſimpliciter hanc ſententiam tractauit, ita hic eam tractat συλλογιστικῶς atque παραδειγματικῶς. His enim duabus de caußis repetitur, non ſolum memoriæ gratia. Cauſa.) hæc defenſio. Inimicitias.) cauſas: quoniam caußis inimicitiæ comparantur. Ad periculum.) accuſationem ipſam. Operam.) Vt tria propoſuit, ſic tria reddit: ſunt enim paribus relata paria. Etenim.) ἐπιχειρημάτιον breuis, id eſt propoſitionis approbatio, ex loco comparatorũ minoris ad maius: quæ tamen unius ſunt generis. Si enim propter res priuatas ad pericula accedere eſt honeſtum, etiam honeſtum eſt propter reſpub. Si probabilis.) honeſta. Duo ſignificat probabile: aliquando id quod eſt credibile, aliquando id quod probũ, id eſt, honeſtum eſt. Suas.) domeſticas, priuatas. Honeſtior.) probabilior. Nuper cũ.) Venit rurſus ad exẽpla. Plerunq; enim ab uniuerſalibus propoſitionibus incipit, et deſcendit ad ſingularia. Quidã oratores utuntur exemplis, quidam inductionibus, quidam utrunque coniungũt: qui ſunt præſtantißimi. Probat autem his exẽplis, publicas iniurias licere depellere: & adfert exemplum recens, quod magis probat. Fortißimus.) propter uirtutem militarem. innocentißimus, propter uirtutem domeſticã, integritatem. Poetæ ſuas ὑποθέσεις liberas habent, & in rebus etiã triſtibus ludunt: ſed oratores ad cauſas accommodãt, ut in hoc loco. Pertinet enim hæc laus perſonæ ad præſentem cauſam. Achæi.) ſocij Romani. Patronum adoptarant.) Metaphora à parentibus ſumpta, qui liberos adoptant. Dicitur enim de alijs etiam rebus. Sic peritorum erat adoptare accuſatorem, iudicum eligere. Eſt enim adoptare, aliquem in noſtrorum locum deligere. Etenim cũ lex) Redit ad ſyllogiſmi ſententias. & utranq; cõiungit προθέσει. Eſt enim altera confirmationis propoſitio: Quem ſocij poſtulant is debet accuſare. Ratio προσυλλογιστική: quoniam quorum cauſa lex eſt lata, pro iis dicere honeſtißimũ ſemper fuit. Fecit aũt ἀπόφασιν: quæ eſt, quando in

uertimus rationẽ propoſitionũ, id eſt quando rationes præponimus, et propoſitiones ſubiungimus. Vide 8. Topicor. Ariſtot. Parata.) cõparata, et lata atq; cõſtituta. eſt enim ſimplex pro compoſito. Actorẽ.) defenſorem ſuarum fortunarum, ut deinde uocat. An quod.) Alia approbatio, conſtãs συγκρίσει utriuſque partis ac officij. Tractat autem inuidioſe oratorum more. Rationem enim Cecilij cum ſua ratione cõfert: & ſe honeſtè facere, illum inhoneſtè, propter coniunctionẽ ſortis oſtendit. quæ contentio tota eſt ἠθικὴ, quòd mores oratoris bonos, aduerſarij uero malos indicat, qui ingratus eſt magiſtratui ſuo ſuperiori. An quod.) Comparationis propoſitio. Aſconius enim Pedianus ſtatũ comparatiuũ eſſe dicit. Commemorandũ.) Cõmemoratur id, quod ſolũ proponitur: probatur id, cuius etiam ratio affertur. Splendidior.) Splendidum & illuſtre uocat id, quod eſt perſpicuum. Qui cũ Queſtor.) Hæc eſt ratio Ceciliana. ter autem rem eandẽ proponit, inuidiæ cauſa. Sors.) Sorte enim obueniebant prouinciæ. Deorum iudicium.) Propter ſortem hoc dicit, quæ quaſi diuinum quoddam eſt iudicium. Hominum.) Hoc propter conſules dicit. Decernebantur enim prouinciæ á conſule & populo: licet ſorte & diuinitus obuenirent. An accuſaui.) Altera pars & ratio comparationis. Sociorum.) populi Romani. Amicorũ.) meorũ. Eorũ cauſa.) ſociorũ, id eſt publicarum iniuriarum cauſa. Apud quos fueris.) ut ego apud Siculos. Eum cuius.) id eſt, in priuata cauſa. ut Cecilius Verris. Clariſsimi uiri.) Vt ſententiã confirmationis primã repetijt, ita etiã hic occupationẽ exordij renouat ἀντίληψει, id eſt, qualitate abſolutã, quam cõfirmat exemplis ſeueriſsimorũ hominũ, et cõſuetudine maiorũ, et neceſsitate temporũ, quib. ſe tuetur, quòd hoc accuſationis genus ſemper habitum ſit honeſtiſsimum, ſemper ſalutare reipub. Clariſsimi uiri.) Exẽplorũ propoſitio eſt, quæ πρόσθεσιν, id eſt, adiunctionem habet. Addit enim, ſocios: eſtq; teſtimonium generale, atq; infinitũ θετικόν. Temporibus opt.) Vocat optima tempora, in quibus non ſolum reſpub. floruit, ſed uirtus etiam culta fuit. Ampliſsimum.) Ad dignitatem pertinet. Pulcherrimum.) Ad honeſtatem pertinet. Hoc ſibi.) πρόσθεσις, facta ad propoſitionem. Oſtendit non ſolum honeſtum eſſe ſocios defendere, ſed etiã hoſpites & clientes. Sunt autem clientes, qui ſunt in noſtro patrocinio. M. Catonem.) Iam exempla po nit. tribuit autem tria magna Catoni. 1. θωρίας eſt. 2. gloriæ. 3. πράξεως. Oſtendit hanc cauſam pertinere ad publicum iudicium, & utilitatem. & amiſſam ueterẽ conſuetudinem reſtitui debere, propter utilitates publicas, contendit. Clariſsimum uirum.) Claritas uirtutis eſt præmium: primum effectum, ortum à uirtute po nit, deinde cauſam. Diem dixiſſe.) in ius uocaſſe. Neq; enim magis.) Iã ad διαβολὴν uenit, quæ eſt, quando aliquid copioſius exaggeramus, & interpretamur iniquius. Repetita.) Repetitur aliquid ab inferiore ordine, refertur à magiſtratu. Sociorum querimoniæ.) Hiſpanorum. Venit rurſus ad exemplorum probationem. Inertiſsimum.) diligentiſsimum & prudentiſsimum M. Catonem. Hoc timent.) Redit rurſus ad calumniam, & excitationem iudicis. & facit ἐπιμονὴν. Homines.) famoſi & nocentes. In rebus malis, & miſeris, hoc uocabulo utitur: in honeſtis, uocabulo uiri. Laborant.) ſolliciti ſunt. Hoc inſtitui.) Inſtitui dicitur, quod recens inchoatur. Inſtituimus nondum uſurpata, referimus antea uſurpata. Serpere.) id eſt, à multis uſurpari. Prodire.) à populo confirmari: ſunt metaphoræ. Honeſtiſsimos.) Honeſti dicuntur non ſolũ propter bona animi, ſed etiam propter corporis & fortunæ bona. Non imperitos.) δεινωτικὸν & acerbum. Digito oſtendit Cecilium & quadruplatores. Adoleſcẽtulos.) Horum erat olim accuſare nocentes. Primus enim gradus erat ad rempublicam accedendi. Viri autem ſolum defendebant. Cicero uerò etiam uiros accuſare debere oſtendit. Cuius conſuetudinis.) Redit ad exempla. Non pœnitebat.) id eſt, non paruus uſus uidebatur apud patres. Sic Virgil. Ne te pœniteat calamo triuiſſe labellum: id eſt, ne parum tibi uideatur. Conſuetudinis atq; inſtituti.) Hoc autorem habet, illa autore caret. Addit hoc, ut oſtendat rem conſilio confirmatam, & comprobatam. Atq; inſtituti.) ἐπανορθωτικόν eſt, pro, imò inſtituti. Princeps fuit.) Princeps ſenatus eſt, qui primus ſententiam rogat, aut rogatur: qui dignitate & authoritate in ſenatu præſtat.

Aquilium.) ſcilicet reum repetundarum, ut ait Aſconius. Subſcriptore.) Subſcriptores erant, ut dixi antè etiam, qui acta obſeruabant & notabant, & ex ipſis monebant accuſatorem. Nec ſolum chartarum, ſed etiã fidei erant obſeruatores atq; cuſtodes: nunc uocamus aduocatos. Virtute, fortuna.) Oſtendit, quibus rebus Africani amplitudo conſtiterit. Ampliſsimis.) Legendũ eſt ampliſsimus. Cenſor.) ſcilicet ſemel. Bis conſul.) Aſconius dicit ante ſecundum conſulatum accuſatum eſſe hunc ab Africano: ut uideatur legiſſe, Antequam bis conſul, &c. Sed priorem lectionem malo. Iure tum florebat.) Ἐπίκρισιν ſubiungit: id eſt, laudẽ ac commoda huius conſuetudinis atq; inſtituti, per conglobationem conſequentium & effectorum. Tria autẽ oſtendit bona, quæ eam conſecuta ſunt conſuetudinem, atq; inſtitutum. Nemo.) Accommodatio huius loci ad præſentẽ cauſam, ſuamq; perſonam. Redit enim iam ad ſe, & argumẽto maioris ad minus probat, ſibi quoq; licere, quod tum P. Africano & P. Lentulo uiris ampliſsimis licuit. Paruis opibus.) Hoc opponitur amplitudini. Quid ſibi.) Exponit calumniam iniquorũ ſuorum μεμπτικῶς. Iſte.) Cicero. Ego uerò.) Hoc loco apertè negat id quod intenditur, ſcilicet quòd ſit inhoneſtum accuſare nocentes. Eſt autem locus uehementior factus ſignificatione & comparatione euentorum. Talis etiam ſententia pro Quintio & pro S. Roſcio fuit. ſed hic eſt moderatior. Non habet magnos motus hæc oratio, ut in deliberatiuis cauſis fit. nemo enim in periculo uitæ uerſatur, ſed ſolum oratione læditur Cecilius. Aetatis.) Erat uirilis ætatis tũ Cicero. Superioris.) ſenectutis. locus eſt comparatorum: Si licet ſeni accuſare, licet etiam uiro: Si licet conſuli, licet etiam ædili. Nam ſi illi nõ eſt inhoneſtum, nec erit huic inhoneſtũ. Miſeras.) innocentes. Et profectò.) Hic oſtendit pericula, quæ futura ſint, niſi mos ille antiquus reuocetur. Eſt igitur ἀπείλησις, comminatio & territatio oratoria. Oſtendit utile eſſe uiros bonos, non autẽ malos accuſare. Aegrotæ.) Aegrota reſpub. eſt, onerata malis ciuibus: deſperata, quæ malis ciuibus ferè eſt oppreſſa.

oppreſſa. Homines.) *Oſtendit nunc remediū, & tres accuſatoris uirtutes requirit, ut ſit integer te purus ſceleris, ut ſit honeſtus, & authoritatem habeat, ut ſit diligens.* Medicina.) *Hodie ipſam artem ſic uocam, & apud ueteres quoq; ſæpe ita uſurpabatur, ſed accipitur etiam apud Latinos pro eo quod Græci* φάρμακον *appellant. Vt in oratione Quintiana dixit medicinam facere, pro adhibere remedium.* Nulla ſalus.) *Propoſitio perorationis, qua aditum ſibi facit ad finem cauſæ ſuæ.* De laude.) *diligentiæ.* De honore.) *authoritatis.* Fama.) *integritatis & honeſtatis.* De capite.) *Caput uitæ eſt & famæ atq; infamiæ, fortunæ bonorū.*

Exiſtimationis.) *id eſt, famæ.* Quamobrem.) *Peroratio, quæ eandem propè habet methodum, quam habuit principium. Vt antè repetijt occupationē, ita hic repetit comparationem,* ἀντιπαραβολήν. *Motus non eſt uehemens, ſed habet ſententias, quæ ad beneuolentiam & amorem ſuum pertinent, dum oſtendit ſibi uitam laborioſè & honeſtè eſſe actam. Eſt igitur hæc oratio omnino rotunda. Ab occupatione enim & comparatione incipit, & in iiſdem deſinit.* Opinio.) *exiſtimatio bona.* Expectatio.) *id eſt, nulla laus.* Collectam.) *comparatā: ſic etiā dicimus colligere gratiam.*

Reliqui tēporis.) *reliquorū honorū.* Non minus.) *Legendum eſt, nō nimis. dicit aūt non nimis ſeuerè, pro non ſeuerè. Seucritas, authoritatis eſt: accuratio, ſollicitudinis: diligentia, laboris. Facit hic incrementū deſcendendo. Non enim augendo ſolū fit incrementū, ſed etiā deſcendendo.* Offenſione.) *hominū, ſi ſcilicet condemnetur, ſi inueniatur eſſe calumniator.* De ueteribus ornamentis.) *quæ nulla ſunt.* Flagitioſiſſimè.) *Flagitium turpitudinis cauſa eſt efficiens.* A nobis.) *Altera comparationis pars eſt, de ſe enim loquitur, & in ſe eſſe ea oſtendit, quæ aduerſario deeſſe dixit.* Obſides.) *uxorē, liberos, affines, & amicos.* Recuperare.) *Hoc propter Siculos dicit.* Incolumes.) *Propter liberos, uxorē & amicos hoc dicit.* Honorē.) τιμήν, *magiſtratū, ædilitatem.* Spem.) *maiorū honorū, cōſulatus.* Vigilijs.) *diligentia & ſollicitudine, quæ in aduerſario deeſſe oſtendit.* Tantulum.) *Si uel modicè errauerimus, ſi deprehendar eſſe calumniator. Eſtq; rurſus* δεινωτικόν. Collecta ſunt.) *ſcilicet exiſtimatio, fauor, ſpes.* Quapropter.) *Concluſio ſumma, qua ſe iudicibus probat & commendat. tribuit enim ſibi pulcherrimas uirtutes: in fide eſt ueritas, qua metus præuaricationis tollitur: in diligentia labor, in conſilio prudentia: in autoritate, quam hic honeſtam rationem uocat, eſt ſeueritas.* Diligere.) *Malo legere, deligere.* Vos ſi.) ἐπίπληξις. *Cōminatur enim iudicibus indignationem populi, ſi contra ſe iudicent: & ſimul ſe illis commendat. Hos enim duos aculeos in eorum animis relinquit. Atq; ita abſoluta hæc eſt actio: quæ quidem generis eſt iudicialis, ſed tamen cum deliberationibus communicat: quoniā* ζήτησιν *habet* πραγματικὴν *rei futuræ, uter accuſator conſtitui debeat.*

IN SECVNDAM CICERONIS ORATIONEM CONTRA C. VERREM, Q. ASCONIJ PEDIANI COMMENTATIO.

*Victo Cæcilio, & accuſatione ad ſe delata, Cicero, cum inquiſitionis tēpus in Siciliā poſtulaſſet dies CX. & cū filio patrui ſui Tullij totam prouinciam colligendis literis in Verrē, & denūciandis teſtimonijs peragraſſet diebus L. quia pedeſtre iter ex Sicilia & propter fugitiuos, & propter Verris inſidias dubitabat, à Vibone tranſijt. tū repentè adueniens, cum uideret id agi, ut à Glabrione Prætore, & ab ijs iudicibus qui tunc erant, ad alium annum, aliūq; Prætorē res tota tranſiret, eriperetur q; ſibi reus patrocinio Hortenſij ac Metelli. qui tunc Conſules futuri erant, (per hos enim Verres eludendi iudicij fiduciā ſumpſerat) hoc cōmentus eſt rationis, ut orationē longā prætermitteret, neq; in criminibus declamatione cumulandis tempus abſumeret, ſed tantūmodo citaret teſtes ad unūquodq; crimen expoſitū, & eos Hortenſio interrogandos daret. qua arte ita eſt fatigatus Hortenſius, ut nihil, contra quod diceret: inueniret, ipſe etiam Verres, deſperato patrocinio, ſua ſponte diſcederet in exiliū. hoc igitur laborat in oratione hac tota Tullius, ut oſtendat, non dolo, nec aſtutia, ſed neceſſitate facere id quod fecit: & magis aduerſariorum fraudib. occurrat, quàm ut ipſe ſit captioſus. uult enim, ut diximus, omne hoc tēpus, quod eſt ante Cal. Ian. diſpenſare in totius cauſæ actionē, ne ad alium Prætorē alioſq; iudices nouis Conſulib. ueniendū ſit. Toto igitur hoc libro exhortatio iudicū cōtinetur ad uerè iudicandū: minæ in aduerſarios diriguntur, omnia tentantes ad corrūpendum iudicium: & expoſitiones Ciceronis conſilij ſui iudicio exhibentur, quas intractās * cōmuniter breuitas quoq; obijciendorum criminū mira arte cōficitur. Status, quantū ad crimina cauſæ repetundarum pertinet, coniectura multiplex ineſt omnibus libris. quantū ad ſpecialem intentionem libri huius refertur, cauſa negotialis extra ſcriptum in particula iuris eſt cōſtituta. inducitur enim poſtulatio de agēdi nouo genere: ſiquidem petit permitti ſibi non uti oratione perpetua, ſed breuiter crimina proponere, & ad ſingula teſtes dare. Sunt autem capita orationis hæc: an talis reus, cuius damnatio proſit reipublicæ: an talia eius conſilia ad corrumpendum iudicium: an talia & tam manifeſta crimina ad patrocinium deſperandum: an huiuſmodi ab eo & ab eius ſuffragatoribus & dicta & facta ad eludendam accuſationem, ut nouo genere ſit agēdum Tullio. quarum rerum quaſi per narrationem facit demōſtrationē. Expoſitio conſilij ſui, ut cum iudicibus deliberatio, uidetur inducta: in qua oſtenditur certandum cum Hortenſio aſtutia, non utendo horis omnibus ad dicendum, ad tollendam, ſi fieri poſſit, comperēdinationem, per teſtes crimina comprobando. facit hoc Cicero, ut hæc res non ſolum compendio et breuitate moram temporis tollat, ſed etiam circa artificium dicendi breuiter etiam in hac parte uim oratoris oſtēdat.* Qui concionibus, & legib.) *Cōcionibus Quintiū dicit Tribunū pl. qui ueneficij reū Oppianicū Cluētio accuſatore defendens,*

defendens, ui ctus erat illo damnato. Legibus aũt L. Aureliũ Cottã Prætorem ſignificat, qui legẽ promulgarat de reſtituendis iudicijs equeſtri ordini. Depeculatorẽ ærarij.) ſub Carbone Conſule, cũ Queſtor eſſet. Peculator aũt, qui furtũ facit pecuniæ publicæ. Vexatorẽ Aſiæ.) ſub Dolabella, cũ Legatus ei, & pro Quæſtore eſſet, mortuo Malleolo. Prædonẽ iur. urb.) in prætura urbana, quam Siciliẽſis ſecuta eſt, de qua nũc accuſatur.

Cũ multæ mihi à C. Verre terra mariq; inſidiæ.) Aliàs ſignificat inſidias, quæ uitæ eius factæ ſunt: aliàs, quæ integritati & exiſtimationi. nã uult intelligi, etiã præmia ſibi præuaricationis oſtentauiſſe Verrem: ſed terra mariq; inſidias factas, ſignificat. Ordini, nomini deniq; ſenatorio.) Ordini inſidiatur, ne dignitas iudicandi ordinem ſequatur, detectis in corruptione iudicantibus: nomini, ne ſenatoriũ nomen honori ſit, ſed potius ignominiæ. ſenatorio enim bis ſubauditur, & ſenatorio ordini, et nomini ſenatorio. Semel ait ſe in uita per.) Contumaciã Verris præcipitẽ. nam ſemel uicinũ eſt ad penè nunquã. ex codẽ ſenſu eſt, quòd ſemel in uita riſiſſe Craſſum ſcribit Lucilius. unde Virgilius mihi uidetur dixiſſe, Tũ primùm noſtri Cacũ uidere timentẽ. Tum cũ à me reus factus.) Quid eſt reum fieri, niſi apud Prætorẽ legib. interrogari? Cũ enim in ius uẽtum eſſet, dicebat accuſator apud Prætorẽ reo, Aio te Siculos ſpoliaſſe. ſi tacuiſſet, lis ei æſtimabatur, ut uicto: ſi negaſſet, petebatur à magiſtratu dies inquirendorum eius criminũ, & inſtituebatur accuſatio. Diem.) Dies fœminino genere tẽpus: & ideo diminutiuè diecula dicitur breue tempus & mora. Dies horarũ XII generis maſculini eſt: unde hodie dicimus, quaſi hoc die. petijt aũt Tullius C & X dies: Rupilius, ſiue Oppius, ſuppoſitus à Verre, C & VIII petijt.

Inuenit iſte, qui ſibi in Ach.) Alij hunc Rupilium, alij Oppiũ putant. ſunt qui Rupiliũ dicunt accuſatorẽ, Oppiũ reum: alij Q. Metellũ Nepotẽ accuſatorem, Curionẽ reum. Moris aũt fuerat, ut agẽdi dies priori prior daretur. itaq; ſi omni tẽpore poſtulato uſus eſſet ad inquiſitionem Tullius, futurũ erat, ut prior locus ad agendum daretur ei qui biduo breuiorẽ diem poſtulauerat. cuius accuſationis interpoſita de induſtria mora, cum Verres ad alios Conſules diſtuliſſet. Cum pub. auctoritatibus.) publicis literis. Perdita, profligataq;.) Peius uoluit eſſe profligata, quàm perdita. eſt enim perditũ, quod inueniri non poteſt: profligatũ, quod poteſt. Tempus emiſſe.) id eſt, dilationẽ temporis impetraſſe. Iudiciũ autem ſuũ debemus intelligere, ſibi aptũ: & è cõtrario ait, alienũ tempus offenderat. Quod ſi nõ modò in cauſa.) per innocentiam. Honeſto præſidio.) per cõpenſationem criminũ auctoritate dicentis. Aut in alicuius eloq.) Acerbè in Hortenſium, què corruptione iudicum, nõ eloquentia ſua, dicit eſſe confiſum. Gratia.) amicorũ plurimorũ, quibus defenſoribus uteretur. Deligeretur ex ſenatu, qui reus fieret.) Oppius, uel Curio. Hoc Prætore.) Glabrione ſcilicet. Hoc conſilio.) lectiſſimorũ ex omni numero ſenatus iudicũ. Quod populus R. in reiectione iudicũ.) Ex ijs quos renuit, intellectũ eſt, eos iudices habere uelle, quos corrũpi poſſe confideret. Niſi Cn. Carbonẽ.) Carbo, Marianæ partis dux, idẽq; Cõſul, deſertus Arimini eſt à Quæſtore ſuo Verre: ſpoliatus pecunia publica, quam Quæſtor in exercitu de ærario ſumpſerat, cũ ad Syllã ille tranſiret proditor partiũ Marianarũ. Cuius legatio.) Legatus per has prouincias Dolabellæ Procõſulis fuit, & pro Quæſtore, Malleolo mortuo: eiuſdẽq; in iudicio, cũ accuſaretur, proditor fuit. In inuidiã ſuis mal. adduxit.) Propter ſua ſcelera, inqt, tũ fecit inuidioſum reũ. Oppugnauit, et prodidit.) Peius prodere, q̃ oppugnare: propterea quòd oppugnare inimici, & hoſtis officiũ eſt: prodere grauius, cum ad eos qui amici eſſe debent, referatur hoc uerbum.

Cuius Pretura urbana, &c.) Quemadmodũ hic dicit, ſic diuiſa ſunt crimina huius Præturæ urbanæ, ſcilicet iuris dicundi, ſartorumq; tectorum. Contra omnium inſtituta.) Qui Prætores urbani ante ſe fuerunt. ſunt aũt inſtituta Prætorũ in decretis interponẽdis, dijudicãdisq; cauſis. Ita uexauit, ac perdidit.) Nimirum uexauit, ingẽtis calamitatis uſum ſignificat. nã & ipſe ſuprà ſic ait: Populatæ, uexatæ, funditus euerſæ prouinciæ. Virgilius, Cãdida ſuccinctã latrãtibus inguina mõſtris Dulychias uexaſſe rates. Ex aratorũ bonis.) Aratores frumẽti decimã dare populo Romano ſolent. hos nõ una atq; altera, ſed tribus amplius decimis per mancipes à ſe ſubornatos, id eſt, publicanos, qui decumani uocãtur, Verres exhauſit. Socij fideliß. in hoſt. num. exiſtimati.) Hic locus crimina cõtinet in ea oratione, quæ inſcribitur de ſupplicijs. Abſentes rei facti.) Vt Sthenius, & Heraclius.

Partim regũ locupletiß.) Agathoclis, aut Hieronis, Siciliæ regũ. Noſtrorũ imp.) Scipionis, & Marcelli. dedit Marcellus, reddidit ex Africa Scipio. In ſtupris uero.) De Cleomentis uxore dicit. Proponit inania mihi nob.) Vt Curionis, & Metellorũ triũ, Hortenſij, & Scipionis. hi enim Verri palàm ſuffragabãtur. Aliud quiddã diu machinetur.) dilationẽ accuſationis, & corruptionem iudicij. Redemptio eſt huius iudicij facta.) Sic quidã accipiunt, quaſi hoc dicat Cicero, corrupti ſunt iſti iudices. nõ hoc dicit, ſed ait artifices quoſdã corrumpendorũ iudicũ pactos eſſe cum Verre, & redemiſſe ſemel omnẽ procurationẽ iudicij corrũpendi ſuo periculo, abſolutioniſq; præſtãdæ. Ea manſit in conditione.) Hic eſt ſenſus, de pacto inquit, & promißione iudicũ +. ſed poſtquã reiecti ſunt iudices, diſplicuit totũ negotium redẽptoribus, & reſilierunt à conditione ac pacto. Renũciata eſt tota cõductio.) Renũciatio dicitur recuſatio eius rei, quæ in pactũ & promißionẽ uenerat. Libelli nominũ ueſtrorũ.) Moris erat, celebrata iudicũ reiectione, & haberi in officio Prætoris, & in arca reponi nomina iudicũ ſelectorũ. reiectio aũt idcirco dicitur, quia cum multi iudices in cõſilio cum Prætore ſuo iudicaturi eſsẽt, qui quæſitor fuiſſet in publica cauſa: uerbi gratia, repetũdarũ, ambitus, maieſtatis: neceſſe fuerat eos primùm de curia ſenatoria cõſcribi, cum ſenatus iudicaret: deinde in urnã ſortitò mitti, ut de pluribus neceſſarius numerus cõfici poſſet: tertiò, id eſt poſt urnã, permitti accuſatori ac reo, ut ex illo numero reijciant, quos putauerint ſibi aut inimicos, aut ex aliqua re incommodos fore. ſolet autẽ ex moribus ac fama iudicũ illorum quos aut reijciebãt, aut retinebant, uolũtatis coniecturã facere populus, quis cauſæ ſuæ confidere, quis corrumpere iudices uellet. reiectione celebrata, in eorũ locum qui reiecti fuerant, ſubſortiebatur Prætor alios, quibus ille iudicũ legitimus numerus cõpleretur. prima enim ſortitio dicebatur. his perfectis, iurabãt in leges iudices, ut obſtricti religione iudicarẽt, cum iuraſsẽt omnes præter ipſum Prætorẽ, nomina eorũ

libellis, ut ſuprà diximus, cõſignabantur, & ubiq; habebantur, ne pro ſelectis iudicibus, ut fit in multitudine, aliqui ſuppoſiti corruptiſsimè iudicarẽt, itaq; et * Prætoris tribunal ut conſiderent iudicatur Prætori ſuo. Nullo nota, nullus color, etc.) Etſi hæc Cicero, quia contra Hortenſiũ profum, ſæpiſsimè repetat: tamẽ, in qua cauſa, et à quo, et quo modo hæc facta ſint, meminimus in Diuinatione narraſſe. Illud factum tamen animaduertendum, quòd allini ſordes non tabulis, ſed ſententijs, figuratè dixit. Ex alacri, atq; læto.) Alacris, ſiue alacer, utrũq; enim dicitur, is qui uiget ſenſibus uniuerſis: quod eſt indiciũ erecti animi, atq; ſublimis. nam è contrario lacer dicitur, amputatis corpore ſenſuũ mẽbris, hoc eſt, auribus, oculis'ue, quæ ad animum ſæpe transferuntur: ut plerunq; afflicto animo ſenſibus non utamur erectis. ſic alacer dicitur is, cui omnis ſenſus in loco ſuo quiſq; * degat ui ſunt & intenti, ut uultu indicẽt adeſſe animũ non ſincerũ ſenſibus ſuis: qua re cognita, illud quoq; intelligitur, aliud eſſe alacrẽ, aliud lætũ. Sunt qui alacrẽ feſtinantẽ & properũ dici putant, quaſi alis aerem. Comitijs cõſularibus.) Sunt etiam ædilitia, et prætoria, & tribunitia comitia. Ecce aũt.) Propriũ hoc Ciceronis eſt in rebus improuiſis, quod cum cura Virgilius & legit, & trãſtulit: ut, Ecce autẽ gemini à Tenedo. Eadem illa ueteris cõſilia.) corrũpendi iudicij. Per eoſdem.) per ſupradictos redẽptores cõductoreſq; facinoris iſtius. C. Curio, quẽ ego.) Quæri ſolet, cur hoc de Hortẽſio, cur de alijs non dicat. quia nemo ſolebat precari ueniam ueteres de eorũ cõpellatione iuda, quos negotiũ tangeret. Curionẽ aũt patrem dicit. Tam apertè, palamq; dixiſſet.) Apertè, ad uerba pertinet non obſcura: palàm, ad præſentium multitudinem, & qualitatem frequentis loci. Ad ipſum fornicẽ Fabianũ.) Fornix Fabianus arcus eſt iuxta Regiam, in Sacra uita, à Fabio Cenſore conſtructus, qui à deuictis Allobrogibus, Allobrox cognominatus eſt: ibique ſtatua eius poſita propterea eſt. Apertè iam, ac perſpicuè nulla.) Non ex ſua perſona hoc dicit Tullius: nã eſſet offenſum. Quod tota Sicilia, omnes Sicli, omnes negotiatores.) ἐπεξήγησις: ut, qdqd ſubiectũ eſt, intelligatur eius eſſe, quod dixit, tota Sicilia. In unius poteſtate.) Hortẽſij ſcilicet. Non tenebimus iudicia.) Finxit dicere, non tenebimus iudicia, mollius ſcilicet, quàm ſi populares fingeret dicẽtes, auferemus à ſenatu iudicia. Iſtius perditi lætitia.) Verris Hominis ampliſs. gratulatio.) C. Curionis. Et M. Metello obtigiſset, ut is de pecunijs repetũdis.) Sorte obueniebat unicuiq; Prætori. hic ergo M. Metellus amicus Verris, ſucceſſurus Glabrioni fuerat. Fiſcos cõplures.) Sportæ, ſportulæ, ſportellæ, nummûm ſunt receptacula: & ſacci, ſacculi, ſaccelli, & crumenæ & uellereæ, & ſcorteæ, & manticæ, & marſupia. ita fiſci, fiſcinæ, fiſcellæ, ſparteæ, ſunt utenſilia ad maioris ſummæ pecunias capiẽdas. Vnde qa maior ſumma eſt pecuniæ publicæ, q̃ priuatæ, ut pro * cẽſu priuato ærarium dicitur pro loculis, et arca theſauri pro ſaccello fiſcus, unde fiſcus pecunia publica, et cõfiſcare dici ſolet. Illis diebus paucis, cum Prætores deſig.) Accuſatio cœpta eſt Nonis Auguſtis, & comitia cõſularia fuerũt VI. Cal.' Auguſti. nec multo pòſt ſortitio Prætorum fuit, celebratis eorundem comitijs. A' quodam ſenatore ad equitem Rom.) Horum nomina nonnulli ponũt ineptè, quaſi certũ ſit, quod dicitur, & non de induſtria fingatur à Tullio ad inuidiam aduerſariorum, & ſui defenſionem: quia cogẽtur nouo modo cauſam agere horis breuioribus, quàm mos eſt accuſatoribus: itaq; ſuſpicâtur ſenatorẽ, alij Craſſum, alij Hortenſiũ. Equitem Rom.) Alij neminẽ proferunt. alij Publiũ quẽdam, temporibus illis in diuidenda pecunia populo famoſiſsimum. pecunia Sicilienſis, eſt ex Siciliæ prædationibus capta. Comitiorũ meorum nomine.) ut ego Aedilitate deijcerer, quam petebã. poſt conſularia enim & prætoria comitia, ædilitia ſequebantur. comitiorum autem meorũ nomine addidit, ut oſtenderet, excepta hac pecunia totam corruptionem iudicij deſtitutam eſſe. Qui ſe omnia mea cauſa debere arbitrabantur.) Locutio pro plena habetur; ſed ſi quæras, quod integrum eſt: deeſt facere. ut ſit, omnia facere. & bene omnia protulit, ut hæc proditio ſecretò actæ rei propter amicitiam uideatur eſſe ſuſcepta. Diuiſores omniũ tribuum.) Vtrum legitimos habẽt omnes tribus diuiſores ſuos, quos Plautus magiſtros curiarum in Aulularia uocat his uerbis, Nam noſter, noſtræ qui eſt magiſter curiæ, Diuidere argenti nummos dixit in uiros: an diuiſores, criminis nomen eſt? ſed ſi hoc eſſet, nõ ſibi unũ ex ijs carum eſſe dixiſſet. Cum ipſe Præturam petiſſet.) Oſtendit Verrẽ non gratis factũ fuiſſe Prætorem urbanum, & alterũ Metellum, Prætorem Siciliæ, pecunia Verris ſimiliter meruiſſe Præturam. C. Verrẽ Romilia.) C. Verrem nomen eſt proprium. Romilia nomẽ eſt tribus, ablatiui caſus: ut ſit, ex Romilia. tribus enim urbanæ ruſticæq; omnes XXXV numerantur: ex quibus aliquam neceſſe eſt, cuiuſq; ordinis fuerit, ciuis Romanus obtineat. moris autem fuit, cum aliquis ciuis Romanus oſtendendus eſſet, ſignificaretur aut à prænomine ſuo, aut à nomine, aut à cognomine, aut à cognatione, aut à tribu in qua cenſeretur, aut à curia, aut à cenſu: ut, ſi erat ſenator, eques'ue Roman. ſic alibi ait, L. Claudiũ Palatina. Patris iſtius diſcipulũ.) tanquã diuiſorũ magiſtri. Iſtius.) Verris ſcilicet. Ex optima.) Ironia eſt.

Vrgebant comitia.) hæ ſunt res maximæ. Vrgebant comitia, inſtabat iudicium, fiſci minabantur.) Exquiſitè dictum. Agere, quod ad iudicium pertinebat, liberè.) Vel occupatione in petendo honore, uel quia accuſatio libertatem uel minas exigat. petitio blandimenta et preces. Minari deniq; diuiſoribus, ratio nõ erat.) Cur enim minarer, inquit, accuſatoribus, uel diuiſoribus, quos accuſatione Verris impeditus accuſare nõ poſſem, id ipſumq; illi callidi homines intelligerent? Diſtrictũ, atq; obligatum.) Diſtrictus poteſt et ſine uinculis in diuerſum manu ducentium ferri: obligatus etiã nodis uinculorũ in loco intelligitur. Plus eſt ergo obligatũ eſſe q̃ diſtrictum. Qui quamobrem arceſſerentur.) Bene interpoſuit hæc ad cauſam non ueniendi. nam ſine hac ad deſignatũ Conſulem, Siculos nõ ueniſse, contumaciæ uideretur. ſanè & hic, & in primo capite Verrinarũ animaduertitur inconſequens locutio, ſimiliſq; ſolœciſsimi: ſi quidem non ueniſse, legeris: nam ſi, non ueniſsent legeris, error non erit. Cæterorum hoc anno.) Criminoſe, ut ſupra diximus, in Hortenſium, Metelloſq;. Cum filio blando, & gratioſo.) Feminis, ac maximè meretricibus amicitiæ conueniunt: gratia uerò quæ poteſt in adoleſcentibus eſſe ſine infamia? gratiam enim amicorum copiam modò dicit. Appellare.) quaſi familiares. Et conuenire.)

conuenire.) quaſi de promiſſorũ debito. Intellectum & animaduerſum.) Intelligitur aliquid argumẽtis, animaduertitur ſenſibus præſenti animo utẽtibus: plerunque enim aduertimus rem aliquã oculis, aut quouis ſenſu corporis, ſine animi intẽtione. ergo plus eſt animaduerſum, q̃ intellectũ. an, ab alijs intellectũ, ab alijs animaduerſum, intelligi poßit? quod ſi eſt, rurſus plus erit intelligere, q̃ animaduertere. Vt cuius diuitiæ me.) Magna emphaſi diuitias dixit. et ſignificat breuiter, etiã ſibi præmia præuaricationis oblata, ſed fruſtra. Sed etiã Q. Metellũ.) Subaudi, Conſulẽ. & ne error ſit in nominibus, tenere nos oportet, tres Metellos eſſe: unũ Conſulẽ cum Hortẽſio, alterũ in urbe Quæſitorẽ de pecunijs repetũdis, tertiũ Siciliæ Prætorem. Dedit enim prærogatiuã ſuæ uolũtatis eiuſmodi.) Dilogia dicitur figura, cum ambiguũ dictũ duas res ſignificat. nã prærogatiua præter iuſtũ integrũq; beneficiũ aut dictum, aut factum aliquid ſignificat liberalius ab eo, qui nobis bene facturus eſt. & rurſus, prærogatiuæ ſunt tribus, quæ primæ ſuffragiũ ferũt ante iure uocatas. Mos enim fuerat, quo facilius in comitijs cõcordia populi firmaretur; bina omnino de iiſdẽ cãdidatis comitia fieri: quorũ tribus primæ prærogatiuæ dicebãtur, quòd primæ rogarẽtur, quos uellẽt Cõſules fieri: ſecũdæ, iure uocatæ; quòd in his, ſequente populo, ut ſæpe contigit, prærogatiuarũ uoluntatem, iure omnia complerẽtur. Hoc igitur dicit Cicero, uocãdo ad ſe Metellũ Siculos, & eos minis deterrendo ab accuſatione Verris, propè omne beneficiũ, corruptarum à ſe tribuũ Verris pecunia, perſoluiſſe. Vult enim, illũ Verris pecunia Conſulẽ factũ intelligi. An me taciturũ.) Eſt hic epitherapeuſis: ubi non emẽdatio dicti atrociſsimi, ſed confirmatio ponitur rectè dixiſſe, cauſa ſubiecta cum quadã acrimonia. Arceßit alter Cõſul deſignatus Siculos.) Hic eſt prærogatiua, quam Metellus Verri pro prærogatiuis reddidit. nam huius rei fuerat dilata narratio. Prouiſum.) Quo modo, ſi comitiorum ſors atq; fortuna eſt? ſed uult totũ pecunia Siciliẽſi, hoc eſt, corruptis à Verre tribubus, eſſe confectũ. Te non fato, ut cæteros ex ueſtra familia.) Dictũ facetè & cõtumelioſe in Metellos. antiquũ Næuij eſt: Fato Metelli Romæ fiunt Conſules. cui tunc Metellus Cõſul iratus, uerſu reſponderat ſenario hypercatalecto, qui & Saturnius dicitur: Dabunt malũ Metelli Næuio poetæ. de qua parodia ſubtiliter Cicero dixit, Te non fato, ut cæteros ex ueſtra familia. Quæſitor.) Prætor de pecunijs repetũdis quæſtionẽ exercens. nam propriè Quæſitores dicũtur criminalium quæſtionũ. ut Virgilius, Quæſitor Minos urnam mouet. Duo igitur Conſules.) Q. Hortenſius, Q. Metellus. Quæſitor.) M. Metellus. Nimium diligentẽ.) Hæc eſt artificioſa laudatio iudicis, ſine ſuſpicione aßẽtationis, & tamen efficax ad beneuolentiã. qui aũt diligẽtem uituperare non poterat, pro crimine addidit Nimiũ. Terentius, Ne quid nimis. M. Cæſonius.) Deſignatus Aedilis cũ Tullio, & ideo nõ iudicaturus, qa & Aedilis & iudicis partes ſuſtinere non poterat uno tempore. ut aũt ſagacem integritatem eius oſtenderet, non dixit, Quod corrũpamus: ſed, conemur corrũpere: & nõ Aperta & plana corruptione, ſed Aliqua, id eſt, uel exigua. Iuniano cõſilio.) Iunius Quæſitor fuit in Cluẽtij cauſa Verre Prætore, in qua cum Oppianicus damnatus eſſet, defenſor Oppianici Tribunus pl. Quintius rem in inuidiã adduxit, cũ diceret pecuniã in iudicio fuiſſe uerſatam: & cum incertũ eßet, ex qua parte eſſet profecta, populus Romanus non credidit ab Oppianico datã, quia dãnatus erat, & errore multorũ in falſo crimine Cluẽtius fuit. hic ergo Cæſonius, dãnatis alijs iudicibus, nõ modò innocẽs pronũciatus eſt: ſed etiam ex ijs fuit, qui illa crimina Staleni, & Bulbi, & Guttæ, & cæterorũ iudicũ detexerũt, cũ Verres quoque turbatus ſubiectos iudices eße diceret, & interpollatos libellos ſortitionis iudicum, quos libellos ipſe obſignauerat. Magiſtratũ ineat neceſſe eſt Nonis Decembribus.) eo die Tribunus pl. futurus. Ex acerrima equeſtri illa familia.) Nouo modo laudẽ ab ignobilitate quæſiuit, more ſuo laudãs equites Romanos, & maximè, quia cũ iudicarẽt, ſine infamia ſe geſſerunt. L. Caſſius cum ad cæteras res.) Inde ſunt leges Caßiæ tabellariæ de ſuffragijs liberè ferẽdis, non uoce, ſed tabula. ille illè Caßius, qui cognoſcẽdis criminalibus cauſis in primis quærendum eſſe dicebat, Cui bono. Homines ueteres.) graues, & ſeueri. & uide figuratè ſingulis additã laudẽ ex ore aduerſarij, ueluti oſtendẽtis, cur ſibi iſti omnes diſpliceãt. Tribuni militares.) Tribunorũ militariũ duo genera, primũ eorũ qui Rufuli dicũtur. hi in exercitu creari ſolẽt. alij ſunt Comitiati, qui Romæ comitijs deſignãtur. Subſortiemur etiã.) Mirè oſtẽdit ſecuritatẽ rei; tanquã ipſe ſit omnia facturus. Nonæ Sextiles.) Sextiles, Auguſtæ: Quintiles, Iuliæ: nõdum enim nomina de Imperatoribus ſumpſerãt: propter quã mutationẽ nominum Virgilius ait, Et incipient magni procedere menſes. hac tota argumẽtatione ſignificat Cicero bis accuſare ſe non poſſe, ſi accuſandi conſuetudinem ſeruare uoluerit, nõ ſeruire breuitati. Ludos uotiuos.) Hos Põpeius uouerat, ſi Sertoriũ ſuperaſſet. Deinde cõtinuò Romani ſequẽtur.) Romani ludi ſub regibus inſtituti ſunt, magniq; appellati, quòd magnis impenſis dati ſunt: tũc enim primùm ludis impenſa ſunt ducentà millia nummûm. alij ideo magnos ludos dictos putant, quòd Conſo, conſiliorũ ſecretorũ Deo, id eſt, Neptuno laticũ regi & rerum conditarũ, & dijs magnis, id eſt, laribus urbis Romæ, dati ſunt: quibus aiunt raptas Sabinas eſſe. ut uideatur propter hoc dicere Virgilius, Magnis Circenſib. actis. nã et Circẽſes ludi ſunt.

Deinde ſe ducturos.) dilaturos, morã facturos. Dicẽdo.) lõga oratione. Excuſando.) cur interdum non dicãt. admittebãtur enim excuſationes multæ etiã pro reo, aut occupationis alicuius, aut malæ ualetudinis. Ad ludos Victoriæ.) Hos Sylla inſtituit bello ciuili uictor. Secundũ quos plebeij ludi.) Quos exactis regibus pro libertate plebis fecerũt, aut pro reconciliatione plebis poſt ſeceßionẽ in Auentinũ. Quẽ ego hominẽ.) Metellũ ſcilicet: in cuius locũ ſubſortiendũ iudicẽ, ex perſona Verris ſuprà dixerat, q Prætor futurus ſit ex Cal. Ian. qui nũc in iudicũ numero eſt. Iurato ſuã.) Cum iudex ſit Metellus, tabellam iudiciariã iuratus accipiet: cũ Prætor fuerit, & non iurabit, quia non eſt iuris, & in poteſtate habebit tabellas omniũ iudicũ. Id enim cõſilij mihi profectò taciti dabitis.) Sermocinatio iſta nõ decet iudicũ grauitatẽ: ideo Taciti dixit. ſic agit aũt, ut oſtẽdat ſe nõ debere horis legitimis abuti bis ad accuſandũ Verrẽ, cum poßit prima actione teſtimo

 nijs

nijs uti tātum. Perficiam, ut nemo unquā paratior.) q̃ ego uenerim ſcilicet. nunc illud eſt quod poſtea dicet, in alia tēpora reſeruemus, id eſt, in ſecundā actionem.

Auctoritatibus.) cōfirmationibus eloquētiæ ſcilicet.

Ex iſtius tēpore, & cauſa) Sēſus eſt: non ingenij tui eſt, quòd cōtra me malitioſe exis: ſed hoc ita expetit tēpus huius, hoc eſt periculū Verris, et mala cauſa, quam ſuſcepiſti. Secūdū binos ludos.) Poſt binos ludos, uotiuos, ac Romanos. Ante primos ludos comp.) Id eſt, me & te dixiſſe profitēs, cōperendinationis iudicibus faciā poteſtatē. Aſtuta.) urbana: etenim urbs ἄστυ dicitur. Terētius, An in aſtu uenit? Cupiditas.) Corruptionē iudicū ſignificat. In qbuſdā iudicijs.) Terētij Varronis: ubi diſcoloribus ceris uſus eſt, et ubi, ut ſuprà diximus, eluſit nobiles pueros. Aſsiduū.) moleſtū, additū. Ex eo loco, ex quo.) de Roſtris ſcilicet. Hoc munus Aedilitatis.) Alluſit ad ambiguitatem muneris, & Verris nomē beſtiæ præferētis. Qui aut deponere etc.) Deponitur in ſequeſtri: accipitur ab eo q corrūpitur: recipitur, id eſt, promittitur, ab eo qui pro iudicaturo ſpondet: pollicetur, q apud ſe dicit aut præmiū, aut ſententiæ poteſtatē eſſe. ſequeſtres ſunt, apud quos pecunia deponitur: interpretes, p quos inducitur pactio. Inter X. annos.) Rectè dixit. hoc enim tēpus, quo ſenatus iudicat, uictore Sylla ab ordine equitum transferēte iudicia. Annos propè L.) Tanto enim ferè tēpore equeſter ordo iudicauit, lege Sēpronia. Sublata populi Romani poteſtate.) ſcilicet ſublata prouocatione ad populū, hoc eſt, à Tribunis pl. Q. Calidius damnatus dixerit.) Q. Calidius, M. Calidij oratoris pater, ex Prætura Hiſpaniēſi accuſatus à Gallio, pro quo poſtea Cicero dixit, atq; dānatus, cū ſenſiſſet iudicibus pecuniā cōtra ſe datā, in eos iudices qui paruo pretio corrupti ſe dānanerāt, exclamauit: Vel idoneam, inquit, mercedem pro meo capite paciſci debuiſtis. hoc ſaltē honeſtatis eſſet in uocabulis, ut hominē prætoriū non uili precio uenderetis. &, Honeſtè, ironicè dictū eſt. Lis æſtimata ſit.) hoc eſt, pecunia, de qua lis fuit, & propter quā cōdemnatus eſt, in ſummā redacta, quæ de eius rebus exigeretur. Duæ enim pœnæ rei cōſequebātur dānationem, pecuniæ altera, in qua uel ſimpli, uel dupli, uel quadrupli ratio ducebatur: altera exilij. Qui ambo peculatus dānati ſunt.) Quid hoc, inquiet quiſpiā, ad iudiciū corruptū pertinet? reſpōdebimus, litis æſtimationē fieri non ſolū ex titulo propoſiti criminis, ſed etiā ex alijs probationibus, quæ ex anteactis rebus apud iudices cōſtiterint. hi, peculatus crimine propoſito, etiā quas iudicando pecunias ceperāt, reddiderūt. Similiter ſoluitur etiā illud, quod ſuprà de pecunijs repetūdis poſitū eſt. Qui C. Verre Prætore urbano ſortiēte.) Sic hoc crimino ſe dicit, quēadmodū ſuprà, Hortenſio Prætore. & totum hoc magis inuidiòſe, q̃ uerè dicitur: nā ipſe Verres pro teſtimonio dixit, in Iuniano iudicio adulteratas fuiſſe tabellas ſuas, in quib. ſuppoſiti iudices eſſēt ad ſententiam corruptā ferendā. Quē incognita cauſa condēnarēt.) cū cauſam antè nō audiſſēt. ſignificat aūt C. Fidiculaniū Falculā, qui ad cōplendā Oppianici dānationē dicebatur eſſe ſuppoſitus. Quòd inuētus eſt ſenator.) Stalenū dicit ab utraq; parte fuiſſe corruptū, quòd aduerſus eum recitatū poſtea in Cluentiana oratione uix purgat, ubi dicit à ſolo Oppianico ſeſtertiū D C. Caio Aelio Staleno iudici data pro numero iudicū, qui corrūpendi eſſēt. Vt diſcoloribus ſignis.) Iam ſuprà dictū eſt. Signa aūt alij ceratas diuerſo colore tabulas, alij ab iudicibus appoſitas tabulis ceras diuerſi coloris aiūt, ut hoc ſignū eſſet ad uoluntatē rei ſentētiæ ſcriptæ. Iuratorū hominū.) iudicū ſcilicet, qui in leges antè, q̃ iudicarēt, iurare cōſueuerant. Se habere hominē potentem.) Hortenſiū uult intelligi: ſcit enim hoc nimis ualere ad minuendā eius auctoritatē. Apud M. Glabrionē.) Prætorē præſentis anni, quiq; præeſſet huic iudicio. Neq; enim ullā aliā ob cauſam pop. Romanus.) Per annos cōtinuos tres populus Romanus illo tēpore tribunitiā poteſtatē flagitabat. hoc Cicero utitur ad inuidiam iudiciorū & infamiā ſenatus iudicāte. Qui Cn. Pōpeio.) In inuidia tūc Pompeius fuit, quòd Cōſul redderet populo tribunitiā poteſtatē: ſed totū Tullius ad ſui tēporis commodū refert, ut etiā Catuli ſentētiam in ſenatu demōſtret. Cum primū concionē ad urbē Conſul deſignatus.) Ad urbē, in urbe. et ſic dici ſolet de iis, qui cū poteſtate prouinciali aut nuper è prouincia reuertiſſēt, aut nondū in prouinciā profecti eſſēt. Pompeius autē pro Cōſule de Hiſpania, Sertorio uicto, nuper uenerat, et ſtatim habuerat concionē de reſtituenda tribunitia poteſtate, Palicano Tribuno pl. Homines in ſpeculis ſunt.) ſcilicet equeſter ordo, et urbana plebs, & omnes qui fauent tribunitiæ poteſtati. Obſeruāt.) modò ſpeculātur, aliàs uenerātur. Virgilius, Præterea regē non ſic Aegyptus, & ingēs Lydia, nec populi Parthorū, aut Medus Hydaſpes Obſeruāt. Poſt legē tribunitiā.) ex quo lex fertur de tribunitia poteſtate reſtituēda. Vnū ſenatorē uel tenuiſſ.) pauperē, qui unde iudices corrūperet, nō haberet. Dolabellā aūt ſignificat. Quod tametſi non reprehendūt.) Potuit enim dici, Quid ergo? noxius ſi pauper ſit, nō eſt damnādus?

Nō gratia.) Vult amicū uideri Hortēſij Verrē, ſed tātūmodo prædæ participatione ſociatū. Nō cognatione.) Hoc ad Metellū collegā Hortenſij pertinet, qui illū, tanquā ſi ſit cognatus, defendit. Mediocri uitio.) Vt ſi quis nimia ſeruitute patrociniū meruerit, aut aſſētatione aliqua defendi meruerit. Inueſtigare.) ratione. Cōſequi.) ui. hoc totū ad terrēdos à corruptione iudices dicitur. Poſt hæc cōſtituta iudicia.) Senatoria iudicia dicit, p hos X annos Syllæ legibus conſtituta.

Qui iam pridē inuētus eſt.) Verrē dicit. Quo loco ſis.) in tribunali. Fac tibi paternæ legis Aciliæ.) M. Acilius Glabrio legē Aciliā tulit, de pecunijs repetūdis ſeueriſsimā, ut qua ne cōperēdinari qdem liceret reū.

Fortiſsimū patrem.) M. Aciliū Glabrionē. Sapientiſsimū auū.) Scæuolā dicit, iuris peritiſsimū, q cū Cn. Piſone Cōſul fuit quo anno Tib. Gracchus occiſus eſt. Grauiſsimū ſocerū fuiſſe.) Scaurū ſignificat. Scauri cōſtantiā.) Inde ſubiecit, quid ſit conſtātia. et animaduertendū hanc eſſe artificioſam laudationē iudicū ad beneuolentiam, quæ tamē ab aſſētationis ſuſpicione ſemota eſt. Ad ſuſpicionē criminis.) quòd multum rapuit. Ad rationē ſalutis.) ut corruptis iudicib. reus reſeruetur.

Serui deſignatorū Conſulū.) Mentionem facit illius rei, quā de Metello ſuprà mōſtrauerat. quòd Siculos domū arceſſitos iam antè conterruit. Quadraginta diebus interpoſitis.) Iis qui ſunt per binos ludos, uotiuos atq; Romanos: quos alij bini cōſecuturi erāt, Victoriæ

atque

atque plebei. Cũ hæc frequẽtia totius Italiæ, etc.) Frequentiã dicit plebis ruſticæ, cui uoluit iudicij exitu notam eſſe integritatẽ ſuam. conuenerat autẽ ex municipijs cuiuſcũq; modi multitudo, aut propter comitia ſuffragiorũ cauſa, aut ludorũ uotiuorum, Romanorũ, Victoriæ, plebeiorũ: aut ut cenſeretur apud Cẽſores Gelliũ & Lentulũ, qui tunc erãt. Huius iudicij, et laudis fructũ, & offenſionis periculũ ueſtrum.) Figura Zeugma: ad ſingula enim ſubaudiendũ eſt, puto eſſe oportere. Faciã hoc non nouũ, etc.) Verum dicit. etenim L. Licinius. & itẽ M. Licinius, ambo conſulares: Marcus uerò etiã triũphalis fuit. hi cum accuſarẽt L. Cottam, non uſi ſunt oratione perpetua, ſed interrogatione teſtiũ cauſam peregerũt. Illud à me nouũ cognoſcetis.) In eo ſe dicit noui aliqd allaturũ, in quo diligẽtius crimen expoſiturus eſt, quàm qui ante ipſum breuiter accuſauerũt. Vt ubi id interrogando.) Apparet ex hoc dicto, teſtes ſuos etiã ipſum accuſatorẽ interrogare cõſueſſe. Argumẽtandi, dicẽdiq; ſit.) Argumẽtari, eſt argumẽtis uti ad rẽ probandã: dicere, amplificatione uti ad rem, ad delectandũ cõmouendũq; auditorẽ oratione perpetua. Si quis erit, qui perpetuã orationẽ.) Vides q, argumẽtis ſe uſurũ non negat iã modò, quanquã perpetuã orationẽ ſe neget habiturũ in hac actione, quæ prima eſt. Si quis erit qui perp. or. accuſationẽq;.) Bene hæc ſeparauit, ut oſtẽderet, etiã ſine perpetua oratione accuſationẽ tamẽ eſſe: ut res non una, ſed ut duæ ſint. Nũc id quod facimus, ea ratione f.) Inconſequẽs locutio, et obſcura nõ minus eſt, q̃ illa in fine orationis pro Ligario. niſi fortè, facimus, ſemel ponitur. Cum multa libidinoſe, multa crudeliter in ciues atq; ſocios.) A' ſpecie cœpit, & ſubiũxit genus, dicẽdo poſtea, in deos atq; homines. ſed nõ eſt uitiũ, quod pro auxeſi poſitũ, nõ pro ratiocinatione eſt. Seſtertiũ quadringẽties.) Diximus de hac quæſtione ſummæ uariæ. in Diuinatione enim ſeſtertiũ millies dixit. quod ſoluimus, q adhuc nõ erat inſinuata criminũ ratio Ciceroni: & q ex perſona Siciliæ loquebatur, augere uoluit ueritatẽ, & quoniã ſpe dupli uel quadrupli repetitionis, quantũuis accuſatori progredi licuit. nã quãuis ſeſtertium quadringẽties à Verre petitũ eſſet, ſeptuagies tamẽ dupli nomine exigi iuſſus eſt, ad gratiã' ne Hortẽſij, an ſuam, an etiã conniuentia Ciceronis ipſius, parũ cõperimus. Dixi.) Moris ueterũ fuit, cũ ſatis uiſum eſſet fluxiſſe uerborum, hanc ſibi neceſsitatẽ finiẽdæ orationis imponere, ut dicerẽt ad ultimũ, Dixi: quòd etiã, ab utraq; parte oratione cõſumpta, ut in cõſiliũ dimitterentur, Prætor ſoleret pronunciare, Dixerũt. bene ergo Tullius denũcians aduerſarijs cõpendiũ breuitatis, hoc uerbo uſus eſt, Dixi. Non aũt hic finitur prima actio: inducẽtur enim dehinc à Tullio teſtes: quorũ uerba in oratione cõſcribere, nullius elegãtiæ fuit. Multis autem diebus prima actio celebrata eſt, dũ teſtes Verris producũtur criminũ diuerſorũ, dũ recitãtur publicæ priuateq; literæ: quib. rebus adeò ſtupefactus Hortẽſius dicitur, ut rationẽ defenſionis omitteret: adeò perculſus Verres, ut abiret in exiliũ ſua ſponte. nec qd amplius in iudicio geſtũ eſt, niſi q Tullius metuẽs ne tantũ negotium penè tacitũ præteriret, finxit Verrẽ cõperẽdinationi preſtò fuiſſe, ut bis defenſus accuſaretur iterũ. et quẽadmodũ uictoriæ cõſuluerat breuitate dicẽdi, ita laudẽ eloquẽtiæ tãquam repetita accuſatione eſt conſecutus, reliquorũ cõſcriptione librorũ, q cæteros cõſequũtur.

IN ASCONIVM, PAVLI MANVtii Annotatio.

Intractãs, &c.) Nõnulli ex ingenio reponũt, Tractans cõmuniter breuiterq; obijciendorũ criminum miram artẽ conficit. C & V I I I petijt.) Antè, C petijt. addidi numerũ octo dierũ, ex libro I I I in Verrẽ, & ex ipſo Aſconio in hac eadẽ pagina, & alibi. Promiſsione iudicũ.) Nihil mutatũ eſt. uidetur aut hoc deeſſe, aut huiuſmodi quippiã. Conſignabãtur.) Hoc maluimus, q̃ continebantur, ut antè. Inſequens locutio.) Repoſuimus, Inconſequẽs locutio: quomodo et ipſe loquitur alibi, & Chariſius grãmaticus, alijq; præterea. Deſignatus Aedilis cum Tullio.) Qui tamẽ magiſtratũ non geſsit, uel ualetudine impeditus, uel alio magiſtratu auocatus. geſsit autẽ cũ Tullio ædilitatem C. Antonius, is qui eiuſdem collega fuit in conſulatu.

IN EANDEM ACTIONEM IN VERrem Franciſci Syluij Ambiani Cõmentarius.

ARGVMENTVM.

Principiò hortatur iudices, ut infamiã ordini ſenatorio inuſtam ob corrupta iudicia, eluant. Eluent aũt, ſi C. Verrẽ hominẽ pecunioſum, & iam omniũ opinione damnatũ condemnent: qui in pecunia præſidiũ ſe firmũ habere prædicat. Id ut probet Cicero, Verris crimina ſtrictim enumerat, quæ ullius ingenio aut eloquẽtia defendi poſſe negat. Verri ſpes maior facta eſt, quod Q. Hortẽſius & Q. Metellus Coſs. Q. et M. Metellus prætores deſignati ſint, qui omnes Verri fauebãt. Ex quibus Marco prætura urbana, et Q. Sicilia ſorte obtigit. Verres omniũ tribuũ diuiſores noctu ad ſe uocauit, cũ ijs promiſſa grandi pecunia agere conatus eſt, ut Ciceronẽ ædilitate deijcerẽt. Hortẽſius & Metelli tres conſiliũ conſtituerũt, ut cauſa differretur in Calend. Ianuarias, quo die inirẽt magiſtratus, Hortenſius et Q. Metellus conſulatum, M. Metellus præturam urbanam, & Q. Metellus Sicilienſem.

QVod erat optandũ.) Quũ magna ſit infamia iudicũ qui pecunia facilè corrũpantur, ut huius infamiæ maculã eluant, principiò ſuadet Cicero. Autore Quintiliano libro tertio, ſi turpibus honeſta ſuadeamus, laus & uulgi opinio proponẽda eſt: & poſtremò motus, niſi ita fiat ut ſuademus, adhibẽdus. ea hoc in loco facit Cicero. Veſtri ordinis.) Senatorij. Soli enim Senatores tũ iudicabãt. Sũmo reipublicæ tẽpore.) Id eſt, ultimo, et rep ægrota, & ꝓpè deplorata. Inueterauit.) Vt pertimeſcere et extimeſcere, nõ pertimere et extimere dicimus: ita inueteraſcere, nõ inueterare, Latinè dici arbitror. ut lib. Tuſculanarũ diſputationũ 5. Nihil inueteraſcere, nihil extingui, nihil cadere debet eorũ quæ in uita beata conſiſtũt. Et Inuectiua in Catilinã tertia: Memoria ueſtra Quirites noſtræ res alẽtur, ſermonib. creſcẽt, literarũ monumẽtis inueteraſcẽt & corroborabũtur. Vt aũt pertimeſco pertimui, ita inueteraſco inueteraui habet præteritũ. Quãuis.) id eſt, quãtumuis. Neminem poſſe damnari.) quia corrumpit iudices. Qui concionibus.) L. Quintius (ex primis illis tribunis plebis, qui facti ſunt tribunitia poteſtate reſtituta.) Oppianicum ueneficij reum à Cluentio factum defendit. Victus damnato Oppianico, iudices à Cluentio corruptos eſſe putauit, multis concionibus po-

pulum Romanum cõcitauit. C. Iunium eius cauſæ quæſitorem in iudicium uocauit: qui inuidia quam Quintius excitauerat, nõdum ſedata condemnatus eſt: ut eſt fuſius ſcriptum in oratione pro A. Cluentio. Ex legibus.) Significat legem Aureliam, quam M. Aurelius Cotta ferre parabat, de iudicãdi poteſtate Equeſtri ordini reſtituẽda. Reus in iudiciũ adductus eſt C. Verres.) Oblatam eſſe diuinitus occaſionem ſedandæ inuidiæ, Senatus oſtendit. Verrem enim nocentem eſſe omnes opinantur: ſe abſolutum iri pecuniæ magnitudine ſperat, & dictitat. Eum ſi iudices condẽnabunt, omnes iure condemnatum eſſe, nec pecuniæ magnitudine iudices corrumpi potuiſſe exiſtimabunt. quocirca inueterata iudiciorum inuidia atq; infamia ſedabitur. Prædicatione.) id eſt, ut palàm dictitat Verres. Communi.) id eſt, totius ordinis ſenatorij. Ad omnes enim ſenatores ea infamia pertinet. Reconciliare.) id eſt, recuperare: ut reconciliata gratia dicitur ea, quæ amiſſa aut immutata recuperatur. ut libro Epiſtolarum familiarium 5. Quod ſcribis de recõciliata noſtra gratia, non intelligo cur reconciliatam eſſe dicas, quæ nunquã immutata eſt. Depeculatorem ærarij.) Depeculator eſt, qui ſacram rem aut publicã furatur. Inde peculatus appellatus eſt. Autore Vlpiano libro Digeſtorum 48. Lege Iulia peculatus cauetur, ne quis ex pecunia ſacra, religioſa publicá ue auferat, aut intercipiat, né ue in rem ſuam uertat, niſi cui utique lege licebit: neúe quis in aurum, argentum, æs publicum aliquid indat, né ue immiſceat, ne ue quo quid indatur, immiſceatur, faciat ſciens dolo malo, quo id peius fiat. Labeo, ut eodem titulo Paulus ſcribit, peculatum definit, ut ſit pecuniæ publicæ aut ſacræ furtũ. Cur peculatus appellatus ſit, apud Sext. Pompeium legere licet. Depeculatorem ærarij.) In his actionibus Verrem Cicero criminari ſolet à quatuor rebus: à quæſtura, à legatione, à prætura urbana, & à præfectura Sicilienſi. Seuerè.) ſecundum leges. Religioſè.) ſecundum iuſiurandum ueſtrum. Autoritas hærebit.) id eſt, fixa manebit. Hoc uerbum in re etiam mala dicitur. ut pro Q. Roſcio: Poteſt hoc homini huic hærere peccatum? Et pro P. Seſtio: Hæreret illa nihilominus in republica turpitudo. Vt autem turpitudo hærere, ita res hærere turpitudini dicitur. ut Inuectiua in Catilinã prima: Quod priuatarum rerum dedecus non hæret infamiæ? Hærere in mente, in uiſceribus, in medullis, Cicero dixit.

Veritatem.) id eſt, æquitatem. Verum enim pro iuſto ſæpe dici, alio loco docuimus. Reus iudicijs.) Quum enim Verrem Cicero accuſat, facit ut neq; reo accuſator, neque iudicio reus deſit. Neque tantum me expectatio.) Quantum commoueatur, in Diuinatione prædixit. Ita deos, inquit, mihi uelim propitios, ut quum illius temporis mihi uenit in mentem, quo die citato reo mihi dicendum ſit non ſolum commoueor animo, ſed etiã toto corpore perhorreſco, &c. M. Glabrioni prætori.) M. Glabrio prætor urbanus huic iudicio præerat. Iis eſſe metuendum.) qui repetundarum rei facti ſint. Surripuiſſent.) in prouincia.

Multis.) Vt ſibi, patrono, iudicibus, Metellis, alijſq; fautoribus. Nihil tam ſanctum.) Sanctum eſt, quod ab iniuria hominum defenſum atque munitum eſt, ut ait Metianus iuriſconſultus libro Digeſtorum primo, de rerum diuiſione. Quod non expugnari pecuniis poßit.) Philippus Alexandri pater negabat ullum caſtellum inexpugnabile eſſe, ad quod aſinus auro onuſtus poſſet aſcendere. Iugurtha urbe Roma cedens, quum urbem reſpexiſſet, dixiſſe fertur, O urbem uenalem, & citò perituram, ſi emptorem inuenerit. ut ait Titus Liuius libro ſexageſimo quarto. Ad conandum.) id eſt, ad turpiter audendum, & ad corrumpendos iudices. Tam eſſet obſcurus in agendo.) id eſt, conſilia ſua dißimularet atque occultaret. Stultitia.) quòd conſilia ſua prædicet. Corripiendis.) id eſt, iniuſtè rapiendis. Corrumpendi.) Adnominatio eſt. Conſilia.) id eſt, ſecreta. Quum è prouincia recens eßet.) id eſt, non multo antè è prouincia deceßiſſet: ut recens ab alicuius ætate eſſe dicitur is, qui non multo poſt eum fuit. Cicero libro de Natura deorum tertio: Quos igitur ut Tyndaridas appellabas, id eſt, homines homine natos: & quos Homerus, qui recens ab illorum ætate fuit, ſepultos dicit Lacedæmone.

Vetere.) uſque à quæſtura quam geſſerat, quo tempore ea cœperat, & in præſens negocium creuerat. Tempus alienum.) id eſt, non aptum, non conueniens. Nam apud inflammatos homines negocio adhuc recenti, nullus eſt rationi, aut precibus, aut etiam corruptelæ locus: ut in oratione pro A. Cluentio, Populo Romano L. Quintij concionibus commoto, C. Iunius, qui in Oppianici cauſa Quæſitor fuerat, condemnatus eſt. Fidiculanum idem Quintius accuſare nolebat poſtea, quòd hominum ſtudia deferbuiſſe intelligebat.

Inquirẽdi.) Budæus in Annotationibus in Pãdectas, quærere iudicum eſſe & magiſtratuum dicit: inquirere aliorum. Eſt autem inquirere, quod uulgò dicunt informationem facere. Ne Brunduſium quidem peruenit.) id eſt, ex Italia non diſceßit. Eſt enim Brunduſium nobilis portus Italiæ, unde in Græciam tranſitus eſt. Eſt autem Achaia Græciæ regio. Hominem.) Achaicum inquiſitorem. Meum tempus.) id eſt, mihi datum poſt 110. dies ad Verrem accuſandum. Obſideret.) id eſt, oppugnaret & auferret. Iniurias fecerit.) Legatus, prætor urbanus, & Siciliæ præfectus.

Tot graues legationes.) Quum reus cauſam dicebat, ſi in prouincia bene et abſtinenter uerſatus fuerat, à ciuitatibus legati publicè mittebantur cum laudatione: ſi uerò improbè, itidem legati mittebantur, qui reũ oppugnarent. Hæ autem legationes multum ualebant ad rei ſalutem, aut periculum. Profligata.) Profligere, ut ait Aul. Gellius cap. decimoquinto libri decimi quinti, eſt prodigere & deperdere: profligataſq; res quaſi proflictas et perditas appellamus. Præterea profligata dicimus ea quæ propè abſoluta & affecta ſunt: ut profligata ædificia, templa, aliá que ferè multa. Cicero in libro Tuſculanarum quæſtionum quinto: Atqui ſi ita eſt, profligata iam hæc, & penè ad exitum adducta quæſtio eſt. Id eſt contra A. Gellij ſententiam. Senatoria iudicia perdita profligataq;.) Nam ſenatores ſoli iudicabant. Procellam temporis.) quæ ex inuidia recens nata erat. In cauſa.) id eſt, in cauſæ ueritate. Dum hic.) Cicero. Quæ opus eſſent.) id eſt, quibus opus eſſet. Hoc conſilio.) id eſt, uobis iudicibus. In reiectione iudicum iudicauit.) facta à me & à Verre. reieci enim, quos metuebam ne Verres corrumperet.

rumperet, reiecit Verres quos à ſe corrumpi poſſe non ſperaret. Reijcere autem iudices, eſt quod uulgò dicũt, recuſare eos quos habeas ſuſpectos. De reijciẽdi ratione paulo pòſt Aſconius. Quod eſt ingenium tantum, quæ tanta facultas dicendi & copia.) Nullius patroni ingenio & eloquentia Verris crimina defendi poſſe, ut oſtendat, ea breui commemorat, quæ poſtea in alijs actionibus tractat fuſius. Hac ratione oſtendit Verrem exiſtimare, in pecunia ſola ſalutis præſidium collocatum eſſe. Vt adoleſcentiæ.) Occupatio eſt. Maculas.) id eſt, turpitudines. Sic enim locum hunc Nonius Marcellus explicat. Quæſtura, primus gradus honoris, quid aliud.) Vlpianus libro Digeſtorum primo, De officio quæſtoris, quæſturam dicit initium eſſe & quaſi primordium gerendorum magiſtratuum, ſententiæ'que in ſenatu dicendæ. Cn. Carbonem ſpoliatũ à quæſtore ſuo pecunia publica?) Id in libro tertio fuſius ſcriptum eſt. Proditum conſulem.) Prodit propinquus: Conſul aũt quæſtori ſuo loco parentis eſt.

Cuius legatio exitium fuit Aſiæ totius, & Pamphyliæ.) Cn. Dolabellæ prætoris legatus Verres fuit in Aſia, & Pamphylia, quæ minoris Aſiæ regio eſt. Scelus illud priſtinũ renouauit et inſtaurauit.) quod quæſtor Verres commiſerat. Proquæſtor fuiſſet.) Vt libro 3. Idẽ iſte quem Cn. Dolabella, poſtea C. Malleolo occiſo pro quæſtore habuit (haud ſcio an maior etiam hæc neceſſitudo fuerit, q̃ illa Carbonis, ac plus iudiciũ uoluntatis ualere quàm ſortis debeat) idem in Cu. Dolabellam, qui in Cn. Carbonem fuit. Nam quæ in ipſum ualebant crimina, contulit in iſtum, cauſam'que illius omnem ad inimicos accuſatores'que detulit. Ipſe in eum cui legatus pro quæſtore fuerat, inimiciſſimum atque improbiſſimum teſtimonium dixit. Alia'que ibidem Cicero uerbis perſequitur. Proquæſtorem fieri non ſorte, ſed prætoris uoluntate Cicero ſignificat.

Cuius prætura urbana ædium ſacrarum fuit, publicorumq́; operum.) De ea quoque libro tertio. Addictio & condonatio.) id eſt, adiudicatio, et ut uulgò dicunt, in manus deliberatio. In prouincia Sicilia, quã iſte per triennium ita uexauit ac perdidit.) De his in reliquis libris Cicero dicit. Neque ſuas leges, neque noſtra ſenatuſconſulta, neque communia iura tenuerunt.) ut in Diuinatione per proſopopœiã Sicilia: Quod, inquit, in unaquaque re beneficio Senatus populiq́; Romani iuris habui, id mihi tu C. Verres eripuiſti, atque abſtuliſti. Imprudentiam ſubterfugit.) hominis auariſſimi. Satietati.) hominis libidinoſiſſimi. Tam patria atque auita.) id eſt, tam æquo iure poſſeſſa, qualia ſunt quæ ab auis ad parentes, atq; inde ad nos hæreditario iure ueniunt. Abiudicaretur.) id eſt, iudicio tolleretur. ut in diſſuaſione legis Rulli: Iudicabit Alexandriam eſſe, à populo Romano abiudicabit. Et pro A. Cecinna: Qui quum liber eſſet, cenſeri noluerit, ipſum ſibi libertatem abiudicaſſe. His exemplis attende, dici poſſe abiudico tibi, & à te. Ex aratorum bonis nouo nefario'que inſtituto coactæ.) ut in Diuinatione: Queritur Sicilia tota C. Verrem ab aratoribus, quum frumentum ſibi in cellam imperauiſſet, & quum eſſet tritici modius HS II. pro frumento in modios ſingulos, duodenos ſeſtertios exegiſſe. In quam ſententiam Aſconius exponat, uidere licet. Seruilem in modum cruciati, et necati.) ut P. Gauius Conſanus à Verre in Sicilia in crucem actus eſt, quod ſeruorum ſupplicium erat. de hoc in libro ſeptimo plura. Monumenta antiquiſſima partim, &c.) id eſt, ſtatuas, aliaq́; ornamenta. Reddiderunt.) ab alijs ablata. Affabrè.) id eſt, pulchrè & artificioſe. Petulantia.) id eſt libidine. Recognoſcere.) id eſt, in mentem reuocare. ut in libro Tuſculanarum quæſtionum primo: Declarare ſe non tum illa diſcere, ſed reminiſcendo recognoſcere.

Alicuius eloquentiam.) patroni. Habeat in manibus.) id eſt, certam. Redemptio eſt huius iudicij facta.) Vt antea palàm dictitat non ſine cauſa ſe pecuniæ cupidum fuiſſe: quoniam tantum in pecunia præſidium experiatur eſſe, ſeſe id quod difficillimum fuerit, tempus ipſum emiſſe iudicij ſui, quò cætera facilius emere poſſit. Vel intelligit Verrem cum quibuſdam ſequeſtribus pactum fuiſſe grandi pecunia, ut ipſi iudices corrumperent. Manſit in conditione.) cum ſequeſtribus. Manere conditione etiam dicimus, ut apud Virgilium: At tu dictis Albane maneres. Quod uſitatius dici arbitror, ut ſtare dictis & conuentis. De quo dicendi genere alio loco plura. Reiecti ſunt.) à me, & à Verre. Fortuna populi Romani.) Sortitio fortunæ eſt. Id fecit fortuna populi Romani, ut ſortitione fierent iudices, qui facile corrumpi non poſſent: quos autem pecuniæ cupidos Cicero ſenſit, eos reiecit, ne corrumperentur ab ijs quibuſcum Verres pactus fuerat. Conditio.) Vt ita legatur, placet magis quàm cõductio, quo modo in alijs codicibus ſcriptum inuenio, ut conditionem pro pacto intelligas. Nulla nota, nullus color, nullæ ſordes.) id eſt, nullæ tabulæ diſcolores, quales in cauſa Terentij Varronis iudicibus corruptis Hortenſium dediſſe, Aſconius in Diuinatione ſcripſit. His ſententijs.) id eſt, horum iudicum tabulis. Allini.) id eſt, appingi & induci. Inde lituræ, & interlitæ tabulæ dicuntur. Comitijs conſularibus.) quibus non modo conſules, ſed etiã prætores fiebant. Conſilia.) corrumpẽdorum iudicum. Argumento indicioq́; patefacta eſt.) id eſt, ſuſpicione, & ut uulgò dicunt, probabilitate. Pedetentim, cauteq́; dicentur.) Pedetentim, ut ait Nonius Marcellus, dictũ eſt cautè, quaſi lenta & tarda itione. Id ut probet, hunc locum citat. Ad ipſum fornicem Fabianũ.) Seruius enarrans illud ex libro Aeneidos ſexto: Cyclopum educta caminis, Mœnia conſpicio, atque aduerſo fornice portas. Fornice, inquit, id eſt, arcu. Cicero: Videt ad ipſum fornicem Fabianũ. Voce maxima.) id eſt, clariſſima. Vulgò dicerẽt altiſſima uoce. De hoc genere dicendi alio loco plura ſcripſimus. Ei uictoriam gratulatur.) Vſitatior ſermo eſt, gratulor uictoriæ tuæ, quàm gratulor tibi uictoriam. Donatus enarrans illud ex Eunucho Terentij, Aduentum gratulantur. accuſatiuum pro datiuo poſitum eſſe dicit. Eſt autem gratulari, ſignificare uerbis, aut ſcriptis letum ſe eſſe de aliena felicitate: quamuis noſtris quoque rebus aliquando gratulemur, ut in oratione pro Q. Ligario: Etſi perſæpe uirtuti, tamen plerunque felicitati tuæ gratulabere. Dijs uerò gratulari, eſt ijs gratias agere. Afranius: Quòd ſaluus uenis, melius eſt, gratulor dijs. Victoriam autem dicit pro litis obtentu. Lucrationẽ proceſſus uulgò dicũt. Ea in re ſæpius dici inuenias, quàm ut te-

ut teſtimonijs probandũ ſit. Ideo autem uictoria appellata eſt, quia uincere cauſa dicimus, ut loco alio docuimus. Tibi eripietur.) id eſt, te accuſante liberabitur.

Iudicia diutius.) id eſt, iudicãdi poteſtatẽ Senatus amittat, ſi in hac cauſa iudices corrũpantur. Transferendis.) è Senatu ad Equeſtrẽ ordinem. Obtigiſſet.) id eſt, ſorte eueniſſet. Poſtquam enim Senatus decreuerat quæ prouinciæ cõſulares eſſent, queq́; prætoriæ, cõſulum inter ſe, itemq́; prætorum ſortitio fiebat. De pecunijs repetundis.) id eſt, de cauſa C. Verris. Quæreret.) id eſt, in repetundarũ quæſtione & cauſa prætor eſſet. Nã M. Metello obtigit, ut prætor urbanus eſſet. Vel quæreret, id eſt, quæſitor eſſet. Accuſatoris enim officiũ eſt, Inferre crimina: defenſoris, diluere, aut propulſare: teſtis eſt, dicere quæ ſcierit, uel audiuerit: quæſitoris eſt, unũquenq; eorum in officio ſuo continere: ut eſt in libro Rhetoricorũ ad Herennium quarto. Paulo pòſt Aſconius quæſitorẽ appellat prætorẽ, de pecunijs repetundis iudicia exercentẽ. Pueros.) id eſt, ſeruos.

Fiſcos cõplures.) De fiſcis, præter ea quæ ſcripſit Aſconius, licet multa legere apud Budæũ in Annotationibus prioribus in Pandectas. Ad ſenatorem.) id eſt, apud ſenatorẽ, in domo ſenatoris. Seruius enarrãs illud Virgilij ex libro Aeneidos primo: Prima quod ad Troiã pro charis geſſerat Argis: Ad, inquit, et apud accuſatiuæ ſunt præpoſitiones: ſed apud, ſemper in loco ſignificat: ad & in loco, et ad locũ. In loco, ut, Ad quem tũ Iuno ſupplex his uocib. uſa eſt. Et Cicero, Decẽ fiſcos ad ſenatorẽ quendam relictos. Item: Ad M. Leceam te habitare uelle dixiſti. Quaſi decem fiſcos.) id eſt, ad decem fiſcos. Quaſi enim incertum numerum, non ſimilitudinem hoc loco ſignificare uidetur. Comitiorum meorum nomine.) quibus ego petiturus ſum ædilitatem. Nam poſt comitia conſularia & prætoria haberi ſolita eſſe ædilitia, cognoſci poteſt ex multis T. Liuij locis. Ad iſtum.) C. Verrem. Demonſtrat.) id eſt, docet, indicat. Quàm liberaliter eos tractaſſet.) C. Verris ambitum in præturæ petitione ſignificat.

Proximis conſularibus prætorijsq́; comitijs.) ut Q. Hortenſium & Q. Metellum Coſ. et M. & Q. Metellos prætores facerent. Quamuis autẽ conſules & prætores iiſdem auſpicijs & comitijs fierent, comitia tamen cõſularia et prætoria Cicero dicit, ut maiorẽ Verris largitionẽ oſtẽdat, qua effecerit, ut cõſules & prætores faceret eos quos ſibi fauturos ſciret. Si me ædilitate deieciſſẽt.) id eſt, feciſſent ut in ædilitatis petitione repulſam paterer. Deieciſſẽt, pro præcipitaſſẽt hoc loco dici, Non. Marcellus ſcribit. Fortem amicum.) id eſt, audacẽ. ironia eſt. Nam fortis in bonam partem dici ſolet. Ex eadem familia.) C. Verris. Romilia.) tribu. Autore Seruio libro Commentariorum in Aeneida Virgilij tertio, figura nonnunquam pulchra eſt, ſi elocutio imperfecta ſit. ut Cicero in Verrinis, Q. Verrem Romilia. & nõ addidit tribu. Romiliã tribum ruſticam fuiſſe, Cicero ſignificat in oratione contra Rullum ad Quirites: Quæſiui, inquit, ex eo Calend. Ianuarij, quibus hominibus, & quemadmodum illum agrum eſſet diſtributurus. Reſpondit, à Romilia tribu ſe initium eſſe facturum. Primùm quæ eſt iſta ſuperbia & contumelia, ut populi pars amputetur, ordo tribuum negligatur? antè ruſticis detur ager, qui habent, quàm urbanis, quibus iſta agri ſpes & iucunditas oſtẽditur? Romilia tribus, ut ait Sext. Pompeius, dicta eſt, quòd ex eo agro cẽſebantur, quẽ Romulus ceperat ex Veiẽtibus. Seſtertium quingẽtis millibus.) id eſt, aureorum coronatorũ duodecim millibus & quingẽtis. Præmonebat.) is qui ſe omnia mea cauſa facere debere arbitrabatur. Rebus maximis.) id eſt, petitione ædilitatis et accuſationis C. Verris meditatione. ut in oratione pro L. Murena fieri poſſe negat, ut qs magiſtratũ petat, & accuſationẽ meditetur. Vtrũq; Seruius Sulpitius facere conatus, cõſulatus repulſam paſſus eſt. Deſtrictũ atq; obligatũ.) Itaq; eos à me accuſari nõ poſſe. Primũ ab Hortẽſio.) Nã poſtea à Q. Metello accerſiti fuerũt. Liberos fuiſſe.) id eſt, liberè feciſſe. Iſte.) C. Verres. Dominũ.) quia cõſulibus deſignatis amicus erat. Cũ filio.) C. Verrem, quũ cauſam diceret, habuiſſe filium prætextatum, Aſconius in Diuinationem ſcripſit. De fide.) patrocinij. De honore.) id eſt, de ædilitate.

De honore deijceret.) Dicendi genus adnotandum; propterea quòd antè dixit, ſi me ædilitate deieciſſent.

Poſteaquam illa petitionis, &c.) id eſt, poſteaquam ædilis factus ſum. Magis uacuo ac ſoluto.) id eſt, minus ſollicito. Duceretur.) id eſt, differretur, & ut uulgò dicunt, prolongaretur. Dedit enim prærogatiuam.) De prærogatiua ſcripſimus in orationem pro L. Murena. Pro prærogatiuis.) Nam antea commemorauit C. Verres, quàm liberaliter tractaſſet diuiſores proximis cõſularibus prætorijsq́; comitijs. Itaq; aut ad tribum prærogatiuam, aut ad beneficia in Verrẽ à Q. Metello Coſ. collata referre poſſis, de quibus paulo pòſt Aſconius. Exiſtimationisq; meæ.) Exiſtimationem hic ſæpe dici attendas, pro ea quæ uulgò dicitur bona reputatio. Eſſet prætor in Sicilia, cum iis ita loquitur.) id eſt, in prouinciarum ſortitione ei Sicilia obueniſſet. Præſertim Siculos timidos homines & afflictos.) Siculi timidi erant, nõ tam natura, quàm quia afflicti erant. Cum propter hominem perditiſſimũ.) Hominem perditiſſimum innocẽti, ut alieniſſimũ propinquo opponit. Sed opera ſua conſ.) quòd diuiſores tribuum liberabiliter tractaſſet.

IN EANDEM, CHRISTOPHORI Hegendorphini Scholia.

ARGVMENTVM.

In ſecũda Verrina Cicero petit ſibi copiã fieri, non uti perpetua oratione ſed breuiter crimina Verris proponere, & ad ſingula teſtes producere. Porrò capita orationis hæc ſunt: An talis reus, cuius dãnatio proſit populo Romano: an talia & cõſilia, ad corrũpendum iudiciũ: an talia & tã manifeſta crimina: an huiuſmodi ab reo, & eius ſuffragatoribus, & dicta & facta ad eludendã accuſationẽ efficere debeãt, ut nouo genere ſit agendũ Tullio. Quarũ rerũ quaſi per narrationẽ facit demonſtrationẽ, expoſitione cõſilij ſui: et cũ iudicibus deliberatione utitur, in qua oſtẽdit, certandũ cum Hortẽſio aſtutia, nõ licere uti iuſtis horis ad dicendũ, &c.

QVod erat optandum.) Exorditur ab opinione hominum, dicens homines opinari iudicia eſſe corrupta: pecunioſum hominem, quamuis ſit nocens, neminẽ poſſe damnari. Id non humano.) Attentionẽ parat. Cum ſint parati.) Hæc ad inuidiam aduerſariorũ ſuo-

rũſuo-

rũ ſuorũ faciũt. Qui concionibus.) Quintiũ intelligit, tribunum plebis, qui ueneficij reum Oppianicum Cluentio accuſatore defendēs, uictus erat, illo damnato. Et legibus.) L. Aureliũ Cottā intelligit, qui legē promulgarat de reuocandis iudicijs ad Equeſtrē ordinē. Huic ego cauſæ.) Beneuolentiā captat. Depeculatorē ærarij.) Obiter cõgerit crimina Verris, quæ poſtea explicaturus eſt. Labē atq; perniciē.) Incrementũ. Prædonem iuris.) Qui in munere urbani iudicis multa prædatus eſt. Equidē ut de me.) Oſtēdit Cicero Verrē ſibi præuaricationis præmia oſtēdiſſe. Exteris nationib. etc.) Senatorib. quos pecunia Verres corrũpere conatus eſt. Nomini.) id eſt, uolēs nomen ſenatoriũ ignominioſum & inuidioſum facere. Qui ita dictitat.) Inuidioſa Mimeſis. Quod ſi q̃ audax eſt.) Corrumpi à Verre iudicia poſſe, dicit. Reus à me factus.) Reũ fieri, uerbũ iuris eſt, & ſignificat apud prætorē legib. interrogari. cũ enim in ius uentũ eſſet, dicebat accuſator apud prætorē reo: Aio te Siculos ſpoliaſſe: ſi tacuiſſet, lis ei æſtimabatur, ut uicto: ſi negaſſet, petebatur à magiſtratu dies inquirendorũ eius criminũ, & ita inſtituebatur actio. Hæc Aſconius. Biduo breuiorē.) Poſtulauit uerò Cicero decē dies ad perquirenda crimina Verris. Achaicus inquiſitor.) Pleriq; Rutiliũ, pleriq; Oppiũ putāt eſſe, annotatore Aſconio. Brunduſiũ uenit.) Oppidũ Italiæ, ex quo in Græciam trāſitus eſt, in primis Italiæ portu nobile, autore Plin. lib. 3. cap. 11. Meũ tēpus obſideret.) Hic mos erat, ut agēdi dies priori prior deſtinaretur. Itaq; ſi omni tempore poſtulato ad inquiſitionē criminũ Verris Cicero uſus eſſet, futurũ erat, ut illi qui biduo breuiorē diē poſtularat, priori agendi locus daretur: ſicq; illo agente, cauſa Verris ad alios Cõſules trāſlata eſſet. Nũc homo audaciſſ.) παρασκευὴν ad fidē criminib. Verris pariendā, & fraudē Verris aperit. Iudicia perdita, profligataq;.) Malignitas Verris. In pecunia præſidiũ.) Conſiliũ Verris in corrũpendis iudicib. oſtēdit. Quòd ſi nõ modò in cauſa.) Adimit Verri omnia honeſta defenſionis præſidia. In alicuius eloquētia.) Acerbè in Hortenſiũ hoc dicit, ut quem nõ eloquētia, ſed corruptione iudicij cõfiſum uideri uult. Cõtemneretq; ordinē.) Technā Verris oſtēdit. Quid iſte ſperet.) Aufert Verri ſpē corrũpendi iudicia. In reiectione iudicũ.) In reijciēdis iudicib. quos Verres habere uoluit, et quos corrũpere potuiſſet. Etenim quod eſt ingeniũ.) Propoſitio ꝑ interrogationē. Cuius ut adoleſcētiæ.) Narratio aliquorũ ſcelerũ Verris. Quæſtura primus gradus.) Quid in quæſtura Verres fecerit. Cũ in Cn. Carbonē.) Hic Marianæ partis dux, idēq; Cõſul, deſertus Arimini eſt à quæſtore ſuo Verre, ſpoliatus pecunia publica, quā quæſtor in exercitu de ærario ſumpſerat. Hæc Aſconius. Vide quoq; Appianũ lib 1. Bellorũ ciuiliũ. Nudatũ et proditũ.) Amplificatio à comitantibus & cõſequētibus rē. Sortis neceſſitudinē.) Hoc eſt, quòd Verres prætor præter ius familiaritatis intercedētis inter quæſtorē & prætorē, Carbonē pecunia ſpoliauit. Cuius legatio.) Crimē legationis. Cum in Cn. Dolabellā.) Cũ ſcilicet Dolabellæ in iudicio accuſati proditor eſſet. Vide Velleiũ Paterculũ. Addictio & cõdonatio.) Eſt uerò addicere, ſæpe auctionē facere, & bona proſcribere, & licitātib. obijcere. Iā uerò omniũ.) Scelus quæſturæ in Sicilia geſtæ à Verre.

Hoc prætore.) Per συναθροισμὸν, ſiue ut Latini uocāt, congeriē, uniuerſa ſcelera à Verre in Sicilia perpetrata, cõgerit. Ex aratorũ bonis.) Aratores frumēti decimā pop. Rom. dare ſolebāt. hos nõ una atq; altera, ſed tribus amplis decimis per mācipes à ſe ſubornatos, id eſt, publicanos q Decumani uocātur, Verres exhauſit. Regũ locupletiſſ.) Maximè Agathoclis & Hieronis Siciliæ regũ, de quib. Liuius lib. 5. belli Pun. Spoliauit, nudauitq;.) Gradatim ad ſummũ per incrementũ aſcēdit. In ſtupris uerò.) Elegās præteritio. At enim hæc ita.) Subiectio eſt. Hominē eſſe arbitror.) Argumentũ à rumore. Vt alicuius eloquen.) Hoc ad inuidiā Hortēſij dicit. Proponit inania nobilitatis.) Intelligit Curionē, et Metellos tres, Hortenſiũ et Scipionē. hi enim Verri palàm ſuffragabantur. Simulat ſe eorũ.) παρασκευὴ eſt ad ſequentē narrationē. Quā ſpē nũc.) Diuiſio eſt. Breuiter iā iudices.) Attentionē captat. Vt primũ è prouincia.) Narrat ut Verres corrũpendi iudicij rationē ceperit. Redēptio eſt huius iudicij.) hoc eſt, quidā artifices corrũpendorũ iudicũ, pacti ſunt cũ Verre, & redemerũt ſe omnē procurationē iudicij corrũpendi ſuo periculo ſubituros, & abſolutionē Verri impetraturos. Libelli nominũ ueſtrorũ.) Cũ enim iuraſſēt electi iudices, nomina eorum in libellis continebantur, & ubiq; habebātur, ne corrupti aliqui iudices pro electis iudicibus ſeſe ingererent. Hæc Aſconius. Quæ res primo.) Confirmatio eſt. Nulla nota.) hoc eſt, nõ uidebātur iudices poſſe corrũpi, ut falſum decernerēt. Poſuit aũt ſentētias pro tabulis, figuratè. Iudices enim in tabulas ſentētias ſuas redigebāt. À me pedetētim.) Præmonitione utitur. Videt ad ipſum.) Locus eſt cõiecturalis, à Curionis gratulatione ipſi Verri facta. Fornicē Fabianũ.) Fornix, locus arcuoſus, iuxta Regiā, in ſacra uia, à Fabio cēſore cõſtructus, autore Aſconio. Quod cũ tā multi.) Argumentũ à teſtib. ex quib. Cicero Curionis gratulationē audierit. Renũcio.) Sermocinatio eſt. Alijs ridiculũ.) Regreſſio eſt. Apertè iā.) Ex ſua perſona hoc dicit Cicero, ut annotauit Aſconius, quanquā & ad alios nõ incõmodè referri poſſe uideatur. Sed nos non tenebimus.) Mollius eſt, q̃ ſi dixiſſet, auferemus è Senatu iudiciorũ poteſtatē, et eſt χαριεντισμός. Quis poterit Verre abſoluto.) Iudices territat his uerbis. Ecce aũt illis.) Locus à gratulatiõe Verris ob creatũ prætorē M. Metellũ. Ad equitē Romanũ.) Fictione utitur Cicero. Nā fingit hoc ad inuidiā aduerſariorũ, & ſui defenſionē, q; cogatur breuioribus horis cauſam dicere, quàm mos accuſatoribus ſit. Diuiſores omniũ.) Diuiſores, id eſt, homines qui ſuſcipiebant munus corrumpendi precio ſuffragia plebis, quos Plautus in Aulularia magiſtros curiarũ uocat. Cõmemoraſſe iſtũ.) Obliquè narrat orationem Verris ad diuiſores habitam. Cum ipſe præturā petiſſet.) Inuidioſum eſt hoc. oſtendit enim Verrē non gratis eſſe factum prætorem urbanum. Sollicitabar rebus.) À rerum turba amplificatio. Dominum eſſe arbitrabatur.) Inuidioſum eſt. Curſare iſte homo.) Effictio eſt. Vt apud M. Metellũ.) Cur Verres cauſam ſuā apud M. Metellum dici uelit, oſtendit. Dedit prærogatiuam.) Eſt amphibologia in uoce prærogatiua. Nam eſt ſenſus Ciceronis: Q. Metellus dedit præiudicium ſuum Verri pro precio à Verre dato, ad redimenda prærogatiuarum tribuum ſuffragia,

ſuffragia, quibus conſul Metellus erat factus. Ita uides prærogatiuam in ſuperiori loco ſignificare præiudiciũ ſuffragatoriũ: at in poſteriori eſſe adiectiuũ, & ſignificare prærogatiuas cēturias: quæ inde dicebātur, quòd primæ ſorte adductæ ſuffragia ferrent. autor Cicero libro de Legib. 3. An me taciturũ.) ἐπιδιόρθωσις *eſt. Nā nō ſolũ non corrigit atrox dictum, ſed etiam confirmat quod dixit, ſubiecta quadam cauſa.* Acceſsit alter.) *Explicat hoc quod modò de Metello dixit.* Se conſulem.) *Sermocinatio eſt.* Quid eſt Metelle.) *Apoſtrophe ad Metellum uehementiſsima.* Teſtes præſertim Siculi.) *A' teſtiũ cōditione argumentũ.* Quid faceres pro homine.) *A' minori argumentum.* Te nō fato.) *Alludit ad uerſus Næuij, Fato Metelli Romæ fiũt conſules. cui Metellus iratus, uerſu reſpōderat ſenario hypercatalectico, Dabunt malum Metelli Næuio poetæ. Hæc Aſconius.* Non ſolum effugiemus.) *Recenſet Cicero, quæ & Verres & eius patroni cauſæ ſuæ profutura ſperauerant.* Iudex eſt M. Ceſonius collega noſtri accuſatoris.) *Is M. Ceſonius ædilis cum Cicerone fuit, & proinde non iudicandi munere fungi poterat: quia & ædilis & iudicis partes ſuſtinere uno tempore nemo quibat.* In Iuniano conſilio fuiſſet.) *Iunius quæſtor, fuit in Cluētij cauſa iudex, Verre prætore: in qua cum Oppianicus damnatus eſſet, defenſor Oppianici tribunus plebis, cum diceret pecuniam in iudicio fuiſſe uerſatam, Ceſonius, damnatis alijs iudicibus, nō ſolum innocens pronunciatus eſt: ſed etiam ex ijs fuit, qui crimina aliorum iudicum detexerant.* Seueriſsimos atq; integerrimos iudices.) *Figuratè ſingulis addit laudem, ex ore aduerſarij, oſtendentis cur ſibi iuſti iudices omnes diſplicerent.* Illa equeſtri familia, & diſciplina.) *Laudat equitem: quia dum equites iudicabant, ſine infamia ſe geſſerant.* L. Caßius ex familia, tũ ad cæteras res, tum ad iudicandum.) *Ille Caßius eſt, qui legem de ſuffragijs liberè ferendis, non uoce, ſed tabula tulit. uide Ciceronem libro tertio de Legibus.* Tribuni militares ſunt deſignati.) *Tribunorum militarium duo genera ſunt. Primum illorum qui Ruffuli dicuntur: hi in exercitu creari ſolent. Alij ſunt comitiati, qui Romæ in comitijs deſignantur, de quibus Liuius in multis locis.* Subſortiemur etiam.) *Mirè oſtendit ſecuritatem rei, quaſi ipſe Verres comitia habiturus ſit.* Decē dies ſunt.) *Hæc eò ſpectant, Ciceronem, ſi pro more accuſatorum ſe gerere uelit, hoc eſt, uiginti dies accuſare, bis accuſare non poſſe.* Ludos uotiuos.) *Quos Pompeius uouerat, ſi Sertoriũ ſuperaſſet. uide Plutarchũ in Pompeio.* Ludi Romani.) *Ludi qui ſub regib. inſtituti ſunt, autore Liuio primo libro ab Vrbe cond. magni appellati, tum quòd magnis impenſis dati ſunt (impenſa enim ſunt in eos ludos ducenta millia numûm:) tum etiā magni dicti ſunt, quòd dijs magnis, id eſt, laribus Romæ urbis dabantur. uide Liuiũ in primo.* Excuſationes.) *Admittebantur enim excuſationes pro reo, aut occupatiōis, aut incōmodæ ualetudinis.* Ludos plebeios.) *Quos exactis regibus pro libertate plebis fecerunt. uide Liuium libro undecimo ab Vrbe.* Nũc iudices uos conſulo.) *Communicatio eſt.* Si utar ad dicendum meo legitimo tēpore.) *Cicero legitimo ad dicendũ tēpore uti nō uult.* Perpetua oratione percipi potuit.) *id eſt, nō interrupta ita quod interrogētur teſtes, quos accuſatores alioqui interrogare ſolebant.* Tecum erit Hortenſi, dicam apertè.) *Apoſtrophe ad Hortenſium.* Nunc quoniam pugnare.) *Acerbè in Hortenſium dicit.* Ante primos ludos comperēdinem.) *Cōperendinare, eſt mutuò denunciare litem in comperendinum, id eſt, tertium diem: ne alter litigatorum fugitans litium, fortaſſe cauſari poßit, cũ in rem præſentē, id eſt, cauſam ipſam uentum eſt, ſe imparatum ueniſſe. uide Aſconium & Budæum. Vnde hic inquit Cicero, ut comperendinē, id eſt, ut denuncietur utriq; noſtrûm in perendinum, id eſt, tertium diem, lis.* Verùm quòd inſtitueram dicere, mihi rem, &c.) *Ad ſuprà inſtitutũ orationis curſum redit, nempe ſibi cum Hortenſio rem eſſe.* Ego cum hanc cauſam Siculorum rogatu.) *Repetit locum ſuprà ſæpe tractatum. cur iſtam cauſam ſuſceperit, quid ſibi in iſta cauſa propoſitum ſit.* Nam illud mihi nequaquam.) *Præoccupatio eſt.* Qui per hoſce annos.) *Inuidioſe hæc in Hortenſium dicuntur. intelligit uerò corruptionem iudicum.* Quos libidinis, infamiæq;.) *Tacitè reprehendit iudices corruptionis cupidos.* Quoniam totus.) *Hunc locum etiam ſuprà tractauit.* Profiteor huic generi.) παῤῥησία *eſt.* Moneo, prædico.) ἀσύνδετον *eſt.* Hoc munus ædilitatis.) *Minatur corruptoribus iudiciorum.* Aut ſequeſtres.) *id eſt, illos apud quos pecunia deponitur.* Aut interpretes.) *id eſt, per quos inducitur pactio.* Aut potentiam, aut imp.) πολυσύνδετον *eſt.* Erit tũ conſul.) *Subiectio eſt.* Ego autem ædilis.) ἀνθυποφορὰ *eſt, & reſponſio ad obiectionem.* Vt ipſe conſul.) *Eximit animis Siculorum metum conſulis Hortenſij.* Omnia non modo commemorabuntur.) *Quæ in accuſatione Verris dicturus ſit, præmemorat, auditores attentos faciens.* Cum equeſter ordo.) *Laudat iudicia equeſtris ordinis.* Ad ſenatorium ordinem.) *Exēpla corruptorum iudiciorum, ſenatoribus iudicibus.* Sublataq; populi Romani.) *Prouocationem ad populum intelligit: de qua Liuius in ſecundo ab Vrbe, & lib. octauo.* Q. Calidius damnatus.) *Calidius ille Marci Calidij oratoris pater, ex prætura Hiſpanienſi accuſatus à Gallio, atq; damnatus, cum ſenſiſſet iudicibus pecuniam cōtra ſe datam, in eos iudices qui paruo precio corrupti eum damnauerant, exclamauit: Idoneam pro meo capite mercedē paciſci debuiſtis, nec minoris ſeſtertijs triginta prætoriũ hominē condemnare.* Lis æſtimata.) *id eſt, pecunia de qua lis fuit, et propter quam damnatus eſt, in ſummam redacta, quæ de eius rebus exigeretur.*

Quod in Caio Herennio.) *Criminoſe hoc dicit.* Qui de maieſtate damnatus.) *leſa, ſeu imminuta populi Romani. Eſt uerò maieſtas, amplitudo & dignitas populi Romani, quam minuit is, qui exercitum hoſtibus populi Romani tradidit. ita Cicero libro ſecundo de Oratore.* Qui cum iudex eſſet.) *Intelligit Fidiculanum Falculam, qui ad complendam Oppianici condemnationem dicebatur eſſe ſuppoſitus iudex. uide orationem Ciceronis pro Cluentio.* Vt reum damnaret.) *Intelligit Stalenum ab utraq; parte corruptum in cauſa Oppianici, de quo Cicero in oratione pro Cluentio.* Vt diſcoloribus ſignis.) *Pleriq; ſigna, ceratas diuerſo colore tabulas fuiſſe dicunt. Plerique à iudicibus appoſitas tabulas ceratas diuerſi coloris aiunt, ut hoc ſignum eſſet iudicatum pro uoluntate rei.* Hoc ipſo iudicio.)

iudicio.) Amplificatio à loco. Cum præſertim.) A' dicto Verris probat, eũ omnẽ ſpẽ in iudiciorũ corruptione ponere. Me arbitrari fore.) Repetit dictum ſuum: quod apud M. Glabrionem dixerit, atque illo uult iudices à pecunijs accipiẽdis deterrere. Aduocatis.) id eſt, qui aut ius ſuggerunt, aut præſentiam ſuam alicui accommodant. O' commemoranda.) Exclamatio cũ indignatione. A' maioribus.) Indignatio à maiorũ inſtituto. Apud uos odio.) Verrem in odium iudicũ trahit. Cui loco per deos immortales.) Peroratio orationis, ab hortatione ad iudices, ut infamiã iudiciorum extinguant. Tempus opportuniſſimum.) Ab opportuno argumentum. Nulla in iudicijs ſeueritas.) Ab opinione hominum argumentum. Neque enim ullam aliam ob cauſam.) Confirmat argumentũ appoſitè ad ſuam cauſam relatis, populum Romanum ob corrupta iudicia ſenatores cõtemptui habere. Neq; hoc Q. Catulum, hominẽ ſapientiſſimũ.) Argumentũ ſecundum, de quo uide Ciceronẽ pro lege Manilia. Ipſe deniq; Cn. Pompeium.) Argumentum ductum à concione Cn. Pompeij. Nunc homines in ſpeculis.) Argumentum ab obſeruatione populi Romani. Vident adhuc poſt legem.) hoc eſt, latam de tribunitia poteſtate reſtituenda ſub cõſulatu Põpeij, autore Plutarcho in uita eius.

Nulla enim laus.) Dolabellã intelligit, accuſatũ ambitus. Hoc eſt iudicium.) A' genere iudicij argumentum. Eſt huiuſmodi reus.) Argumentum à perſona rei. Non gratia.) Hoc ad Hortenſium referri poteſt, quem Cicero Verri amicum uideri uult. Non cognatione, &c.) Hoc ad Metellum refer, qui Verrẽ non aliter defendebat, atq; ſi cognatus ei eſſet. Poſtremò ego.) A' ſua perſona, quòd poſſint infamiam in hoc iudicio effugere, confirmat. Vt in eorum conſilijs.) Hoc eſt, ego ita agã, ut homines non ſolũ audiant, ſed etiam uideant conſilia eorum qui à Verre ſtant.

Vos aliquot iam.) Clauſula eſt. Conſtat inter omnes.) Argumentum à genere iudicij. Si quid erit offenſum.) Argumentum à metu. Quapropter primùm.) Precatio, ad orationis uehementiam faciens. Deinde ſi plures.) Metum iudicibus incutit. Diligentia M. Glabrionis.) Apoſtrophe ad M. Glabrionẽ prætorem pathetica. et eſt adhortatiuncula. Suſcipe cauſam ſeueritatis.) Argumentum à rebus, quibus debeat prouidere. Vt is hoc iudicio.) Argumentum ab utili.

Quid dare populo Romano) Argumentum ab officio. Quid reddi maioribus.) A' maiorum exemplo argumentum. Quare ſi Glabrionis.) Intelligit Manilium Glabrionem, fortiſſimum uirum, qui legem de pecunijs repetundis ſeueriſſimam tulit, in qua nec comperendinare reo licebat. Et eſt argumentum hortatorium, à lege patris. Nocenti reo magnitudinem.) Hoc eſt, ſi te ut æquum eſt, geſſeris, populus Romanus intelliget, immenſam pecuniam plus obfuiſſe reo quàm profuiſſe. Mihi certum eſt non committere, &c.) Non uult Cicero iſtam cauſam uſq; ad conſulatũ Hortenſij & Metelli extrahi, propterea quòd eos Verri palàm ſuffragare certum habebat. Conſiliumq́; mutetur.) Conſilium, id eſt, quo nolo perpetua uti oratione, nec differri cauſam ad conſulatum Hortenſij & Metelli. Nouo exemplo) Repetit mentionem rei illius, quam ſuprà recenſuit, quòd Metellus Siculos domum accerſitos conterruerit. Vt homines miſeri.) Obſerua incommoda quæ conſecutura ſint, ſi hæc cauſa in conſulatũ Hortenſij & Metelli prorogetur. Hæc frequẽtia totius.) Frequentiã dicit plebis ruſticæ, quæ accuſante Cicerone undiq; ex municipijs Romam conuenerat, aut propter comitia ſuffragiorum cauſa, aut gratia ludorum uotiuorum. Huius iudicij) Hoc ad iudices. Faciã hac nõ nouũ,) Ab exẽplis tuetur, quod in accuſando nõ perpetua accuſatione utatur. Principes ciuitatis.) ut L. Lucilius, & M. Licinius, ambo cõſulares, qui cum accuſarent L. Cottã, non uſi ſunt perpetua oratione, ſed interrogatione teſtium cauſam peregerunt. Tum teſtes ad crimen.) Ex hoc loco liquet, accuſatorẽ quoq; ipſum à ſuis teſtib. accuſatum eſſe. Nihil inter uſitatam.) Collatio uſitatæ et ſuæ accuſationis.

Hæc primæ accuſationis.) Sũma primæ accuſationis in Verrẽ inſtitutæ. Præterea CCCC. HS.) id eſt, quadringenties millia ſeſtertiorum. ita interpretatur Budæus in lib. 2. de Aſſe, et in ſecundo ſupputat, ad quantam pecuniarum ſummam illa ſeſtertia excreſcant. Et legit Budæus, quadringenties ſeſtertium, quæ ſumma apud nos decies centenis millibus aureorum æſtimari debet, duntaxat coronatorũ. Ita Budæus in poſterioribus annotationibus Pandectarum Iuris ciuilis.

IN EANDEM ACTIONEM, Bartholomæi Latomi Partitio.

Hæc oratio poſtulationem de nouo genere agendi cõtinet, quẽadmodũ indicat Aſconius. Petit enim orator, ut propter fraudem aduerſariorum ſibi perpetua oratione abſtinere liceat, ne tempus dicendo extrahatur: & crimina ſingulatim exponere, & confirmare teſtibus, ut totum iudicium intra certum tempus peragatur. Eſt igitur oratio iudicialis, & ſtatum habet negocialem ex qualitate iuris, An iuſtum petat Cicero: hoc eſt, an ei permittendum ſit, ut hoc modo agat. atque hic ſcopus eſt principalis. Interim deterret aduerſarios, ne quid fraudis moliantur: & iudices cohortatur, ut uerè & incorruptè iudicent. Quæ quamuis capita adiuncta ſunt extra poſtulationem, ad eundem tamen finem referuntur, nimirum ad prohibendam iudicij ludificationem. Partes orationis ſunt, Exordium, Contentio, Peroratio. Exordio mouet attentionẽ, & captat beneuolentiam ab officio ſuo: amouendam eſſe à ſenatorio ordine iudiciorum infamiam. Contentio tria capita continet: Nouæ actionis poſtulationem, quod eſt principale: Comminationem in aduerſarios, et iudicum exhortationem. Actionis poſtulatio tractatur hoc ordine. Primò proponit & cõfirmat conatũ Verris ad eludendum iudicium, docens quam ſpem habeat ille in pecunia ſua, & quomodo iudicium peruertere conetur. Eſtq́; hoc caput eius loci cõiecturale: Conetúr ne Verres, ſperetq́; ſe poſſe iudicium pecunia corrumpere. Quod quidem ex dictis eius & factis confirmatur. Deinde id illi neceſſarium eſſe demonſtrat, propter tanta & tam manifeſta crimina, quæ atrociter & criminoſe commemorat commiſſa ab eo in quæſtura, in legatione, in prætura urbana & Sicilienſi, in Aſia, in Pamphylia Quod et ipſum caput coniectura continetur: Sit ne hoc Verri neceſſarium conſilium, cum aliter damnationem euadere non poſſit. Idq́; ex

metu damnationis, propter criminum magnitudinem & perſpicuitatem confirmatur. Poſt hæc inducit conſilij eius narrationem, quid nunc ille cogitet. et rem paulo altius repetit, quid antè conſtituerit, & quid nunc moliatur Hortenſij et Metellorũ auxilio ad iudiciũ eludendũ. Quam totam rem ita narrat, ut non ipſam modò, ſed & præcedentia probet, & inuidiam faciat Hortenſio ac Metellis, & magnam interim curam iniiciat iudicibus, ne quid eius fraudis quæ concepta ſit, cum ſumma iudiciorum infamia perficiatur. Cæterum his explicatis (nam cauſam poſtulationis continet) mox ipſam poſtulationem inducit, demonſtrando quid facturus ſit, quo modo, hoc eſt nouo genere actionis huic fraudi & aſtutiæ aduerſariorum occurſurus. Comprehenditur igitur ſumma huius capitis hac propoſitione generali, quæ iudicationem continet: quia talia conetur & moliatur Verres ad iudicium eludẽdum, ſibi nouo genere agendum eſſe. Altero capite, quod continet comminationem in aduerſarios, ſe prolaturum minatur (ſi quid fraudis committant) non ſolũ quæ nunc improbè facturi ſint huic iudicio peruertendo, ſed quæcũque antè etiã ab illis in iudicijs tractandis flagitioſe ſint commiſſa. Poſtremò exhortatur iudices, ut conſtanter & incorruptè iudicando, ueterem iudiciorum maculam diluant. nullum enim unquam tempus magis idoneum fuiſſe, quàm in hoc reo: nullum magis neceſſarium, propter iudiciorum infamiam: nullam unquam fuiſſe populo Romano maiorẽ ullius iudicij expectationem. In concluſione minas renouat in aduerſarios, & conuertit exhortationem ad prætorem: & ad principalem intentionem reuertitur, repetens conſilij ſui ſummam, & oſtendens quomodo hanc cauſam expeditiſſimè ſit acturus.

IN EANDEM ACTIONEM
Bar. Latomi adnotationes.

Orditur à commendatione officij ſui, in ſubleuanda iudiciorum infamia. Primò rem proponit gratulando iudicibus, deinde narrando explanat. Summo.) *id eſt, maximè neceſſario, opportuniſſimo.* Cum ſins parati.) Q. *Tribunus plebis accendebat inuidiam Senatus, propter damnatum* Oppianicum, *quem ipſe defenderat.* Aurel. *autem* Cotta *promulgarat legem, de reſtituendis iudicijs* Equeſtri *ordini, qui ante* Syllam *uiginti annis incorruptè iudicauerint.* Infamiæ communi.) Communem *infamiam uocat, quia & ipſe ſenator erat.* Depeculatorem.) *in quæſtura ſub* Carbone *conſule.* Vexatorem Aſiæ.) *cum legatus* Dolabellæ, *& poſtea* Proquæſtor *eſſet.*

Ego hoc tamen aſſequar.) *Monet tacita interminatione.* Equidem de me.) *Oſtẽdit* Verrẽ *conari corrumpere iudicium, quod primò probat ex dictis & factis illius, deinde & criminum magnitudine.* Itaque cum ego.) *Hũc alij* Rupilium, *alij* Oppium *putant, alij* Q. Metellum *in* Curionem, *alij* Racitium *accuſatorem,* Oppium *reum. In ordinandis autem cauſſis priori prior dies ſtatuebatur.* Quamobrem *Cicero non omni tempore quod in* Siciliam *poſtulauerat, uſus eſt, ſed intra quinquaginta dies confecit negotium, cum centum & decem poſtulauerat.* Etenim ille Achaicus.) *Vult illum ſimulaſſe inquiſitionem in* Achaiam, *ut ſe ab agendo excluderet. Itaq; ſtatim* Romam *rediiſſe.*

Videt Senatores.) *Ex tempore cõiecturam confirmat.*

Tempus iudicij.) *ut iudiciũ in ſequentẽ annũ ex traheretur, ad aliũ prætorẽ, & ad alios iudices, et tẽpus, id eſt, occaſionẽ.* Procellã.) *id eſt, periculũ.* Et quò animũ intendat.) *nempe ad corrumpendũ iudicium.* Quamobrẽ.) *Remouet ſpem corruptoris à iudicũ contumelia.* Vnum illud intelligo.) *Verres reiecerat bonos ac fortes uiros, retinuerat eos quos ſe corrumpere poſſe ſperabat. Nam primò ſortitio fiebat iudicũ, deinde reiectio, deinde ſubſortitio in locũ reiectorũ.* Etenim quod.) *Probat conſilium corruptionis ex criminũ magnitudine. Quo in loco ſingulari artificio capita omnia breuiter & criminoſe commemorãs, exhibet ſpecimen accuſationis ſuæ, ſi ſibi perpetua oratione uti liceret, in commemorando ſeruat temporum ordinem.* Cuius ut adoleſcentiæ.) Carbo *dux* Marianarũ *partiũ fuit, & idem* Cons. *deſertus à* Verre *quæſtore ſuo* Arimini *ſpoliatus publica pecunia, cum ille ad* Syriã *tranſiret.* Cuius præturæ.) *Enumerando ſeruat diuiſionẽ criminum præturæ urbanæ, quæ poſtea in eadem actione perſequitur.* Innumerabiles.) *Enumerat genera criminum præturæ* Sicilienſis, *de iure dicendo, de re frumentaria, de ſignis, de ſupplicijs: quæ quatuor poſtea libris explicantur.* Quæ cum ita ſint.) *Concludit hunc locum, & ad alia tranſit.* Proponit inania.) *nobilitatem, ut* Curionis, Metellorum, Hortenſij *&* Scipionis, *à quibus defendebatur* Verres. Quam ſpem.) *Probata deſperatione* Verris *in cauſa, deinceps demonſtrat quomodo conetur iudicium eludere: & rem paulo altius repetit. Totum narratione explicatur, quæ certa ſigna & argumẽta continet.* Conſtituta.) *comparata.* Redemptio.) *Erant qui pacti fuerant cum* Verre, *ut ſemel totius iudicij corrumpendi procurationẽ in ſe reciperet.* Renunciata.) *id eſt recuſata.* Fortuna Populi Rom.) *Quia in ſortitione optimi quique exciderant, ſuam diligentiam uocat in improbis & ſuſpectis reiiciendis: cum* Verres *bonos reiecisſet, retinuiſſet improbos.* Libelli nominum ueſtrorum.) *Facta ſubſortitione, nomina iudicum conſcripta in libellis deponebantur apud prætorem, & ſimul ubiq; habebãtur, ne alij ſupponi poſſent:* Nulla nota.) *Hæc quamuis figuratè dicantur de improbatione ſentẽtiarum, tamen obliquè diriguntur in* Hortenſium, *qui in iudicio quodã tabellas diſcoloribus ceris notauerat.*

C. Curio.) *Interfãtione uitat offenſionẽ, quia odioſum erat aliquem nominari in iudicio.* Pedetentim.) *id eſt, prudenter.* Quod eũ tam.) *Signũ ex gratulatione* Curionis. Etenim ſic.) *Inducit* προσωποποιΐαν *& uitandæ offenſionis, & mouẽdi cauſa. Nam curam & metũ conatur iniicere iudicibus.* Ecce autem illis ipſis.) *Aliud ſignũ, ex gratulatione de* Metello *prætore deſignato.* Quæreret.) *id eſt, iudiciũ exerceret.* Fiſcos complures.) *Hoc* Aſconius *putat fingi à* Cicerone *ad inuidiam aduerſariorum, & ſui defenſionem.* Cum ipſe præturam petiſſet.) *Significat eum corruptis ſuffragijs prætorẽ eſſe factũ, ut ne nunc quidẽ à ſimili crimine abhorrere uideatur.* Q. Verrẽ Romilia.) *Subauditur ex: ut ſit, ex* Romilia, *et eſt nomen tribus. Nã omnes ciues in aliqua tribu erãt, quæ erãt numero quinque & triginta, & ab eadem plerũq; accipiebant denominationẽ.* HS. quingentis millibus.) *id eſt, uigintiquinq;*

millibus

millib. coronatorũ, ſi ſeſtertios numos accipias: ſin uerò ſeſtertia, ſunt centũ uigintiquinq; millia coronatorũ, quod uix eſt credibile. Agere quæ ad.) Res cõtrariæ, petere honorẽ, & eodem tempore accuſare. Ratio non erat.) non erat commodum. Diſtrictum atq; obligatum.) ut diuiſores accuſare non poſſem. Nam diſtrictum eſt, in diuerſum aſtrictũ. Obligatũ, etiã in eodem loco uinculis innodatũ. Dominum.) ſcilicet ſua pecunia. Curſare iſte.) Curſare ſolliciti eſt, currere feſtinãtis. Blãdo & gratioſo.) Hoc ad improbationẽ filij, et ad uituperationẽ patris dicitur, qui illũ corrũpi paſſus ſit. Gratioſum enim ad copiã amicorũ pertinet, turpi obſequio conciliatorũ. Cuius diuitiæ.) Hoc ἐμφατικωτέρως dicit, & latenter ſignificat, etiã ſibi præmia præuaricationis fuiſſe propoſita. Reperio iudices.) Colligit ſummam narrationis, & porrò confirmat. Dedit enim prærogatiuam.) Aetiologia faceta eſt, quia prærogatiua & liberalitatis eſt, & ſuffragationis: liberalitatis, in Metello, qui pro Verre conatus eſt, Siculos ab accuſatione deterrere: ſuffragationis, in Verre, qui pecunia ſua Centurias prærogatiuas Metello cõparauit. nã hoc ſignificat Cicero. Propriè prærogatiuũ eſt, quod ante legitimũ beneficium liberaliter impenditur, ſiue id facto ſiue dicto fiat. Vide Aſconiũ. An me taciturũ.) ἐπιφώνησις, quæ eſt dicti atrocioris cõfirmatio, cauſa eius ſubiecta, cum increpatione, ne maledicere uideatur. Eſt igitur remedium contra iniuriæ exiſtimationẽ.

Te non fato.) Contumelioſe hoc, alludens ad uerſiculum Næuij: Fato Metelli Romæ fiunt Conſules. Cui tũ Metellus conſul παρωδικῶς reſpondit: Dabunt malum Metelli Næuio poetæ. Non ſolum.) Inducit Verrem ipſum ratiocinantem, & demonſtrantem commoda ducendi iudicij in ſequentẽ annum: qui locus eſt ex ſpe commodi, ſicut præcedens ex ſignis. Illud uide, quomodo laudet iudices ex ore aduerſarij, dum illũ facit cauſas oſtendere, cur unumquenq; nolit iudicem. Iuniano conſilio.) Iudicium ſignificat, quo Oppianicus condemnatus fuit cũ ab utroq; & reo & accuſatore iudices pecuniã accepiſſent. Vide orationẽ pro Cluentio. Ex familia.) Vnde lex Caßia Tabellaria, & L. Caßius ille ſeuerus iudex, qui identidem Cui bono fuiſſet, quærendum monebat. Ex cal. Ianuar.) id eſt, poſt. Quæſtioni.) iudicio. Nonæ ſunt hodie.) Ratiocinatio Ciceronis, qua facultatẽ ex tempore oſtendit. Ductu ros) dilaturos, morã facturos. Excuſãdo.) aut occupationẽ, aut malã ualetudinẽ, quæ reo concedebantur.

Victoriæ.) quos Sylla uictor inſtituerat. Quẽ ego hominẽ.) Quamuis contra Metellum dicat, tamẽ nõ lædit eum, quia in reiectione retinuit. Et iurato ſuam.) Iudices iurati erãt, Prætor iniuratus exercebat iudiciũ, & in poteſtate omnium tabellas habebat. Nũc ego.) Demonſtrauit aduerſariorũ conſiliũ: nũc quid ſibi agẽdũ ſit, oſtendit. et utitur cõmunicationis ſchemate, de liberãdo cum iudicibus. Res omnis mihi tecũ.) Acriter minatur Hortenſio, & conſuetudinẽ eius in corrũpendis iudicijs inſectatur. Tempore.) periculo. cõperendinẽ.) id eſt, me et te dixiſſe proferens, cõperendinationis faciam poteſtatẽ. Comperendinatio erat, iudicij inter litigatores in perendinũ diem denunciatio. Nã illud mihi.) Dicit ſibi non tã propter Verrẽ hanc cauſam ſuſcipiendã fuiſſe, q̃ quòd Hortenſium ſe interponeret. Regnumq; iudiciorũ.) Hortenſius, rex cauſarũ in foro appellabatur. Aßiduũ.) ſcilicet inſtando.

Hoc mihi ſumo.) Hæc minatur ſe ſecunda actione facturũ eſſe, ut terreat aduerſarios. Secum habere.) uerba. Hoc munus.) Cũ munus dicit, ad nomen Verris reſpicere uidetur, tanquã beſtiæ cõficiendæ. Recipere.) promittere. Interpretes.) erant qui actionẽ indicebãt.

Conſtituta.) contracta ſit, extiterit. Poteſtate.) prouocatione ad populũ, quã Sylla ſuſtulerat, ſublata Tribunitia poteſtate, poſtea reſtituta à Pompeio. Nam ad Tribunos prouocabatur, ſi quis iniuſto iudicio ſe condẽnatũ putaſſet. Q. Calidium.) Calidius exprobrauerat ſordidis iudicibus, quòd ſe tã paruo cõdemnaßent. HS XXX.) Seſtertiũ tricies Aſcon. legit, quæ ſunt ſeptuagintaquinq; millia coronatorũ. Sin legis ſeſtertia triginta, erũt mille quingẽti. Honeſtè.) εἰρωνικῶς. Lis æſtimata.) Litẽ æſtimare, erat pecuniã, de qua lis erat, et propter quã reus cõdemnabatur, in ſummã redigere. Itaq; & in iudicio repetundarũ, et maieſtatis, & peculatus, pecuniæ ob rem iudicandã acceptæ lis æſtimabatur, ueterib. criminibus unà cũ propoſito computatis. Diſcolorib. ſignis.) Hoc Hortenſius fecerat, de quo ſuprà dictũ eſt. Sæpe dixiße.) Confirmatio ex dicto Verris. Ex quo mihi.) Amplificatio ex ſociorum iniuria, quam bona occaſione priori loco ſubiungit. Cui loco.) Hortatur iudices ut uerè iudicẽt. quæ eſt extrema pars orationis, qua hãc orationẽ concludit. Neq; enim ullã aliã ob cauſã.) Argumẽtatur ab infamia ſenatorij ordinis. Reuera iudicia.) Nẽpe ut metu prouocationis ad Tribunos et ad populũ iudicia meliora fierent. Q. Cæciliũ.) Cõfirmat & amplificat ex Catuli oratione in Senatu. Vnum ſenatorẽ.) Dolabellã ſignificat. Deinde eſt.) Ex perſona Verris, et ſua accuſatione. Cõſtat inter.) Ex conſilij amplitudine. Conſilium.) Iudices. Quapropter.) Optat fieri id quod hortatus eſt: & mirè renouat. Verùm quod ego.) Cõuertit hortationẽ ad Prætorẽ. Religionis.) iuriſiurãdi. Cogita quo loco ſis.) A' maiorũ imitatione. Legis Aciliæ.) Acilius Glabrio legem Aciliã tulerat de pecunijs repetũdis, multo ſeueriorẽ q̃ ante ea fuit: in qua nec cõperendinari ſinebat reũ, hoc eſt, cauſam bis dicere. Quare ſi Glabrionis.) Explanat diſtributiuè. Mihi certũ eſt.) Redit ad intentionẽ principalẽ. Non patiar.) Renouat, quod hic de Metello Conſ. dixit. Arceſſerent.) id eſt, aduocarent. Res iudicetur.) ſententia feratur. Cum hæc frequẽtia.) Conuenerant homines frequẽtes Romã ex Italia, uel comitiorũ uel ludorum cauſa. Non nouũ.) Nam idem L. Lucilio, & M. Licinio ambobus conſularibus, in accuſando L. Cotta factum fuit. Interrogando.) teſtes ſcilicet. Hæc primæ actionis.) Colligit & proponit ſummam primæ actionis futuræ. CCCC. ſeſtertia) ſunt decies centena millia coronatorum.

IOACHIMI CAMERARII IN SEcundam Verrinam, Annotatio.

Renunciata eſt tota conditio.) Hoc uerũ puto. Veneti tamẽ, & alij quidã libri, Conductio habẽt, haud ſcio an pro cõdictio. Nam hæc inter ſe permutata ſæpe uocabula ſcimus: et neſcio an non ſint diuerſa, quãuis grãmaticis ſecus uideri ſciam. Quantũ ſibi ac liberis ſuis ſatis eſſe arbitretur.) Veneti, Arbitrarẽtur: id quod mihi nequaquam diſplicet, ac potius admodũ probatur.

Cum accuſatio noſtra in obliuionem diuturnitate adducta ſit.) Veneti & alij, In obliuionē diuturnitatis. neque aliā lectionē ſubijci opportuiſſe exiſtimo. Neceſſariò fieri intelligat.) Veneti, Intelligāt: æquè obſcuro ſenſu, quē una particula inſerta poterat perficere, ut hoc modo totus hic locus legeretur: Nunc id quod facimus, (ea enim ratione facimus, ut malitiæ illorum cōſilio noſtro occurramus) neceſſariò fieri intelligant.

IN TERTIAM CICERONIS ORATIONEM CONTRA C. VERREM, Q. ASCONIJ PEDIANI Commentatio.

ARGVMENTVM.

DEinceps hæc omnia non dicta, ſed ſcripta ſunt, cōtra eum. quod ita factū eſt. Fingit Cicero adeſſe in iudicio Verrem comperendinatū, et reſpondere eitatū, & defendi. in cæteris enim orationibus defenſor futurus, accuſationis officiū his libris, qui Verrinarum nomine nūcupantur, cōpenſare decreuit: &, quoniā accuſare multos indecorū Tullio uidebatur, in una cauſa uim huius artis & eloquentiæ demōſtrare. nā & bene intelligentes omnē uirtutem oratoriā, quæcunq; in criminationib cōſtituta eſt, hic expreſſam uidēt: & cōtrà ex hoc defenſionū uim in cæteris orationibus, et neruos eius ex hac uirtute cognoſcunt, quæ in opprimendo exprimitur reo. Igitur rerū ſcena ſic facta eſt, ut dicit Tullius, non autē acta res eſt. Adeſt, inquit, Verres, reſpondet, defenditur. ergo cū prima actione accuſatus ſit, ac defenſus Verres: nūc, uelut defenſus iterū (ſic enim mos erat) in altera actione, accuſatur ad ultimū rurſus oratione perpetua. crimina repetundarū, & alia pleraq; ex anteacta uita ſæpe firmantur. ſumitur etiam hinc ſæpe defenſio. omnis enim confirmatio ab attributis perſonæ, & negotio ſumi ſolet. ergo attributa perſonæ maximè in anteacta uita quæri ſolent: negotio, in ipſo crimine. Libros igitur pro qualitate criminū Tullius diuidens, anteactis unum dedit, hunc ſcilicet ſolū, crimini ipſi repetundarū quatuor: unum de iurè dicendo, alterū de re frumentaria, tertium de ſignis, quartum de ſupplicijs. ad hanc enim ſimilitudinē poeta Virgilius Minoem iudicē apud inferos, tanquā ſi Prætor ſit rerum capitalium, quæſitorem appellat: dat ibi ſortitionē, ubi urnā nominat: dat electionē iudicū, cum dicit, Cōſiliumq; uocat: dat cognitionē facinorū, cum dicit, Vitaſq; et crimina diſcit. Ergo hic liber, qui de anteacta uita eſt, ſtatum neceſſe eſt coniecturalem habeat. Capita autem quatuor ipſe Tullius fecit, diuidendo totā hanc accuſationē in ea quæ commiſit Verres primò in Quæſtura, deinde in Legatione, tertio in Prætura urbana, poſtremò in Prætura Sicilienſi. cum autem omnes eius actus Quæſturæ nomine, Legationis, Præturæ urbanæ, Sicilieſiſq; quadripartita librorū diuiſione cognoſcantur: anteacta eius omnia hoc libro cōprehenſa ſunt ad eorū fidē, quæ pòſt dicentur. Procemia ſanè huius libri in ſimulatione conſtituta ſunt, quaſi ueræ accuſationis in Verrem, audentē adeſſe, atq; defenſum: in exhortatione iudicum ad rectè iudicandum: tum in minis contra aduerſarios: et in exhibenda ratione officij ſui, cur ita maluerit accuſare, ut prima actione tantum teſtibus uteretur. quæ omnia eiuſmodi ſunt, ut non tam noua dicere, quàm dicta libri ſuperioris inſtaurare uideatur. Poſt hæc omnia ipſius Ciceronis per honores Verris, cum criminibus iunctos diuiſio, per ordinē temporū currit.

NEminem ueſtrûm ignorare arbitror iud) Hoc totum figmentū eſt Ciceronis, ut ſequentiū librorum uera actio uideatur. nam Verres iam ſua ſponte elegit exilium. Reſpondet.) Rectè dictu eſt, reſpondet. nam apud ueteres & iudices, & rei, & accuſatores, & defenſores, citabātur à præcone Prætoris. Patior iudices.) Cum dolere debuerit, reſtitit ſibi: pati ſe, & æquo animo ferre dicit, ut pugnā uictoria cōſequatur. Neq; enim ſalus ulla maior Reip) Eadem repetit, quæ in prima actione dicta ſunt, è Rep. eſſe dānari Verrē. Diligenter reiectis.) Reiectos iudices pro electis intelligi cōuenit. ibi enim reiectio iudicum, ubi & retentio, cōtinetur. in reiectione autē accuſatoris, uel fides accuſationis, uel præuaricationis perfidia, ut ſuprà dixi, apparet. Et propè depoſitā) deſperatæ ſalutis. ſic & Virgilius: Ille ut depoſiti proferret facta parentis. Poſtremò ut eſſet hoc iudicatum.) Subauditur, acceſſi, ἀπὸ κοινοῦ ad omnia, quib. hoc uerbum in hac ſententia conuenit. Reus eſt enim nocentiſſimus.) Terētius: Et habet quod det, & dat nemo largius. et de perſona: Fatuus, inſulſus, tardus ſtertit. Impiè, nefarieq; cōmiſit.) Nefandū, eſt non fandum: nefarium, quod ſacra polluit, farrepio ſolita celebrari. ergo nefarij, ſacrilegi. Agunt eum præcipitem.) Propriū Ciceronis & in orationibus, & dialogis, & in epiſtolis, ſæpius eandē ſententiā dicere, & uti eloquentiæ diuerſis modis iiſdē ſententijs, tamen ab aliqua occaſione repetitis. nam et hic repetitio furoris, in qua uidetur inſaniæ Verris cauſam uelle monſtrare. eſt enim hic locus de ſupplicijs irrogatis: ubi oſtēdit, ciues Romanos Verrem pro prædonibus occidiſſe. Religiones uerò, cerimoniæq;.) De ſignis & furtis tacet modò, quaſi minus idoneis ad furorē auaritiæ. Supplicio cōmuni.) æſtimatione litis & exilio. Cui dānari expediret.) Quia minor in damnatione pœna, quàm in concione populi Romani, & in eorum animaduerſione. Non iſtū maius in ſeſe ſcelus, &c.) Subtiliter etiā iudicibus cōminatur. Non id tempus.) quod inuidioſum ſenatui eſt. Non is reus.) qui eſt nocentiſſimus. Non id tempus.) quod indiuidioſum ſenatui eſt. Non id conſilium) quod ex optimis uiris lectū tale eſt, ut ſi quid in ipſo culpæ fuerit, ſperari melius ex ſenatu non poſſit. Ne actor quidē.) Tullius ſcilicet, in quo omnia ad uincendum parata. Ad aliud iudicium.) populi ſcilicet, & equitum Romanorum. Alieno nomine.) Quæſtores urbani ærarium curabant, eiuſq; pecunias expenſas & acceptas in tabulas publicas referre conſueuerant. alieno autem nomine dicit, Carbonis nomine, & exercitus eius: nam Conſulis & militum eius nomine pecunias ex ærario ſumptas auertit, conuerſus ad Syllā bellis ciuilibus. uel alieno nomine, ad frumenti emptionem, quod Siculis nō perſoluit. De capite.) Hoc in Sicilia fecit gratioſius in decumanos, ut frumentum in auctione promiſſum ab decumanis, uſibus populi Romani cum illi refragarentur à + plicito de ſumma detraxerit, minuſq; eos inferre paſſus ſit annonæ populo Romano.

mano. quod illicitũ probatur multis documentis. M. Marcelli, & P. Africani monumenta.) ſigna conceſſa & reportata Siculis à M. Marcello & Scipione Africano. nam Marcellus donauit, quæ uictis Syracuſis aſportare iure belli potuerat: Africanus uicta Carthagine reportauit, quæ uictis Siculis ademerant Pœni.

Medicetur de ducibus hoſtium.) Hic crimen de ſupplicijs eſſe cognoſcitur: in hoc enim libro hæc latius explicãtur. Quos in eorũ locũ ſubditos.) Captis prædonum ducibus, Verres illos quidem remiſit, accepto præmio: pro illis autẽ mercatores innocentiſſimos partim trucidauit, partim domi ſuæ priuatim reſeruauit, quòd diceret timuiſſe ſe, ne ſibi crimini daretur, eos ipſos à ſe pecunia liberatos eſſe. Vſq; dum per me licuerit.) quantum in ipſo fuerit. An hoc! domi ſuæ priuatus, quod eſt maieſtatis crimen, hoſtes publicos habere non dubitauit: ſed finem fecit huius audaciæ me cogente, qui inſtiti ut de eius domo in publicam cuſtodiam ducerentur. Quo me iampridem uocat populus R.) Se dicit, quia ædilis eſt factus, ut defendat libertatem populi Romani. Qui cognitores homines.) Hoc genus defenſionis in iure cognitor dicitur, maximè cum de alicuius ſtatu agitur. ipſe alibi, Cognitorem iuris ſui. Quinque & X X X.) ac per has totus populus Romanus. Principiò tres fuerunt, Tatienſis una à Tatio rege, Ramnenſis altera à Romulo, Luceres altera à Lucumone, ſiue Lucretino, ſiue à luco, quem lucum Aſylũ uocauerat Romulus. pòſt de nominibus Sabinarum plures fuere, quibus deprecatricibus parentum bellum maritorumq; finitum eſt. ad poſtremum X X X & V factæ. Obtinuerunt autem nomen aut à tributo dando, aut quia primò tres fuerunt: unde etiam Tribuni dicti. Religionem.) quia iurati teſtes dicebant. Latumijs.) Latumiæ carcer Syracuſis. Latomiæ autem Siculorum lingua, id eſt, lapicidinæ dicuntur, loca cæſis lapidibus excecta. De loco ſuperiore.) de Roſtris. quippe qui ædilis ſum factus. Quo in numero è nobis complures fuerũt.) Alia enim ſortitione nunc ſedent, alia in diuinatione conſtituendi accuſatoris fuit.

Inimicitias iuſtas.) Ad aliud argumentum uictoriam ſuam interpretatus, ſimpliciter fatetur quod in diuinatione expugnauerat, non idoneam fuiſſe cauſam accuſandi Verris Cæcilio commentitiam ſimultatem. an iuſtas inimicitias non magnas dicit, ut è contrario Virgil. Iniuſto ſub faſce uiam dum carpit.

Cum id poſtularet.) Bene addidit, quia in Diuinatione huiuſce rei mentio facta non erat. Vim in inquirendo tantam habui.) Dicit plura crimina inueniri potuiſſe, quàm inuenta ſunt, ſi uellet Tullius non ad legem repetundarum inquiſitionem facere, ſed ad uniuerſa quæ commiſerat Verres. nam certè quantum abſtulerit ex Sicilia Verres, non quantum flagitij commiſerit, dicere, accuſatorem cauſa compellit. Ne quis de mea fide.) Et Verris pecunioſi rapinis inuidioſum, & apud iudices plurimum ualet: ut non ſiue cauſa de eorum conſtantia, Cicero dubitare uideatur. & ualet ad ſuſpicionem magnopere, immo opinionem, uel potius fidem redempti Hortenſij & fautorum Verris ad defenſionem eius: quo ſe quoque è ſuſpicione hominum non excepit Tullius. Sciebam, in reijciendis iudicibus.) Multi, inquit, ita ſubtiles fuerunt præuaricatores, ut in tota actione fideles actores eſſe uiderentur, qui tamen non effugerũt ſuſpiciones hominum, cum in reijciendis iudicibus uerſarentur. reijciens enim malos, & retinẽs bonos, uerus accuſator intelligitur. qui uerò cõtrà facit, et ut ſit impedimento cæteris, aſtu tegat, de hoc intelligitur quòd præuaricator exiſtat. Et eſt bona occaſio, cũ cauſa laudantis iudices oratoris. Poſt hũc ſtatũ reip. quo nunc utimur.) Qui eſt per X. annos, ex quo Sylla uicit, ex quo iudicat ſenatus. Quam iſte laudem.) Vitat argumentum, quod ipſe in libris rhetoricorum reprehendit, & commune appellauit. Qui cum P. Galbam iudicem reieciſſet.) bonum. M. Lucretium retinit.) malum ſcilicet. Sed tamen ſcire uos conuenit, hunc Lucretium à Cicerone eſſe reiectũ. neq; enim præſentem iudicem uituperare fas fuit. Reijci paſſus eſſet.) Ac per hoc reieciſſet ipſe. Contra honorem meum nihil poſſe debere.) Quia non ſum ædilitate deiectus. Deinde reliquis diebus.) Apparet, multis diebus prima actione accuſatum productis teſtibus Verrem. Non enim ſpolia C. Verris.) Vt quadruplator, qui de condemnati bonis ipſe aliquid ſumam. Sed exiſtimationem.) ut bonus ciuis exiſtimarer. Cum cauſa.) Cui rei contrarium eſt, ſine cauſa. Reipublicæ conſulere.) Subaudiendum eſt ad omnia, meum fuit. Abſtulerit.) pro ſuo ſuſtulerit, perſuaſum ſibi habuerit, et crediderit. Quanto periculo uẽturi ſimus ad eos iudices.) Vult intelligi metuendum eſſe ſenatui, ne equites Romani iudicent: quos non ſolum pro integris, ſed etiã pro inimicis nobilitatis uult populus Romanus iudices eſſe. A` porta ſubitò ad iudicium retraxiſſet.) Hoc comminiſcitur Cicero, ut credamus ueram fuiſſe ſecundam actionem, quæ ſecundum ueram geſtorum fidem non dicta, ſed ſcripta eſt. Non ſine cauſa.) corruptis iudicibus ſcilicet. Nunc ne nouo querimoniæ genere.) Aſtutia Ciceronis hæc fuit, utendo teſtibus, ut nihil reliqui eſſet Hortenſio, niſi ut eos interrogare poſſet. dicendi autem facultatem nullam ei dedit, nihil ipſe dicendo. etenim metuebat, ne ſi locum dicendi inueniſſet Hortenſius, breuitatem temporis longa oratione conſumeret, ut ſecunda actio ad alios iudices, qui corrumpi poſſent, aliumq; Prætorem poſt Cal. Ianuar. perueniret, Conſulibus futuris ſe & Metello, fautoribus Verris. hæc ita ſunt, quemadmodum dicimus. ſed Cicero ſic proponit querelã Hortenſij, ut & iniuſta, et ridicula eſſe uideatur. Et eſt ordo: nunc ne nouo querimoniæ genere uti poſſit Hortenſius, morem illi geram. Hic tu fortaſſe eris diligens.) Apoſtropha ad ipſum Hortenſium, qua oſtendit, non poſſe ſe cogi uti oratione perpetua, & omnibus horis ſuis, ſi nolit uti. Et mirè horis dixit, cum dies ſint plurimi, ut oſtendat nimiam diligentiam, & eas horas dicentis dictione eſſe complendas. Veteres præterea horas generaliter dicebant, more Græcorum. Quod mihi lex mea cauſa dedit.) De commodo proprio licet unicuique detrahere, præſertim cum inde aduerſario nihil poſſit eſſe incommodi. Rare quidem.) Vt quæſtionem propoſitam infirmaret, cauſam propoſitionis affinxit, quæ ſibi ſolutionẽ propoſiti, quam uolebat, afferret. Adimo enim cõperendinatum.) Comperendinatum pro comperendinatione poſuit. & eſt ſenſus: aufero uobis moleſtiam bis dicendi. ſed quid? dices utile eſſe bis dicere? & mihi

ego denego hanc utilitatem: in qua re cur me accuſes, non habes. aut enim comperendinatio propter me magis, quàm propter te, eſt inſtituta: aut non magis propter te, quam propter me. ſi enim numerum dicendi cõſideres, ex æquo res eſt ſi ordinem, ego ſum prior & ultimus nam ſimul accuſator dixerit, reſpondet prima actione defenſor: & rurſum comperendinato iudicio, dicit prior defenſor: & defenſionem tanquam duplicem in medio poſitam, obruit ultimus accuſator. Glaucia primus tulit.) Ante legem Glauciam de comperedinatione, aut ſtatim ſententia dicebatur, ſi abſoluendus eſſet reus: aut, Amplius, pronunciabatur, ſi uideretur eſſe damnandus, cum dixiſſent iudices Non liquet, hoc eſt, obſcura cauſa eſt. itaque ea pars interpoſita dilatione dicebat, in cuius peroratione uidebatur obſcuritas: cõperendinatio uerò utriuſque partis recitatio eſt. Alij ſic adnotant. Comperendinatio eſt ſecunda actio. item comperendinatio eſt, ab utriſque litigatoribus inuicem ſibi denunciatio in perendinum diem. nanque cum in rem aliquam agerent litigatores, & pœna ſe ſacramenti peterent, poſcebant iudicem, qui dabatur poſt trigeſimum diem: quo dato, deinde inter ſe in perendinũ diem, ut ad iudicium uenirent, denunciabant. quò cum eſſet uentum, antequam cauſa ageretur, quaſi per indicem rem exponebant. quod ipſum dicebatur cauſæ coniectio, quaſi cauſæ ſuæ in breue coactio. Alij ſic. inter comperendinationem & ampliationem hoc intereſt, quòd comperendinatio ex una tantum re dabatur, cũ cauſam iudex non intelligeret. & omnino, ſi uidebatur iudicibus bona cauſa, abſoluebant reum: ſi mala, non ſtatim damnabant, ſed hac excuſatione parcebant. nam cum condemnandi nota eſſet C litera, abſoluendi A, ampliandi ſignum N L dabant, quo ſignificabant non liquere: unde ampliatio naſcebatur. Iudicari.) dici ſententia abſolutionis. hoc ſignificat id quod ſequitur. Citò abſolui.) iudicari. Tardè condemnari.) ampliari. Aciliam legem.) Acilij Glabrionis, patris huiuſce Prætoris: de quo etiam ſuprà dixit. quæ lex neq; comperendinationem, neq; ampliationem habet. Mittam in conſilium.) id eſt, perorabo. nam mittere iudices in conſilium, eſt dimittere iudices ad ſententiam dicendam, ubi, allegatis omnibus argumentis, orator dixerit, Dixi. In hoc quidem genere cauſarum.) coniecturali ſcilicet. Seſtertium quadringenties.) In Diuinatione, millies dixit. ſed cur ita uariauerit fidem ſummæ, iam in ſuperioribus diximus. Nomina ſua exegiſſe.) Tituli debitorum nomina dicuntur, præſertim in ijs debitis, in quibus hominum nomina ſcripta ſunt, quib. pecuniæ mutuæ datæ ſunt. cui rei contrariũ eſt, mutuas accepiſſe. ergo nomina, debita, uel debitores. Hæc eadem ſe audiſſe dicerent.) Apud antiquos & de auditione teſtimoniũ dicebatur. Vt in teſtibus interrogandis.) Tenere debemus, interrogationes teſtium & accuſatoris & defenſoris eſſe, & eius qui producit, & eius contra quem producuntur. Sed etiam populus R.) qui circum ſubſellia coronam fecit. Interpoſuiſtis accuſatorem.) Qui iſte ſit accuſator, uel quem accuſet, in priore libro iam notauimus. quòd autem dicit, menſes mihi tres cum eripuiſſetis, hoc dicit: C & X dies inquirendi in Sicilia poſtulaui. cõſequens erat, ut, etiã ſi quinquageſimo die rediſſem, ut redij, ſtatim accuſarẽ. quod ne poſſem facere, interpoſuiſtis accuſatorem quendã cuiuſdã ex Achaia rei, qui ſibi C & VIII peteret ita factũ eſt, ut quãuis ego feſtinatò rediſſem, ille adhuc proficiſceretur, nõ potuerim tamẽ agere, donec cõplerentur illo abſente C & VIII dies. Sic enim erat à Prætore legibus ordinatũ, ut, ſi intra centum & octo dies ille inquiſitor Achaicus adueniſſet, priore loco ageret. ita factũ eſt ut prope tres mẽſes ſine ludorũ impedimento ad agẽdum appoſitos ſine cauſa Tullius amiſerit aduerſariorum dolo. cẽtum enim & octo dies plus, quàm tres menſes ſunt. Vt cum horis noſtris.) X X diebus ſcilicet. hi enim dabantur ad accuſandum legitimi, totidemq; defenſori ad reſpondendum. Ne, quem nemo prima actione defendere auſus eſſet) Teſtes tabulæq; facti dari ſolent: itaq; ab accuſatore dantur. non facti, non dantur teſtes: ergo nihil proſunt à parte defenſoris. quid ergo facit pro defenſore? oratio ſcilicet, cuius poteſtatem Hortenſius non habuit tacente accuſatore. non ergo defendere Verrem non auſus eſt, ſed quia nõ poterat ut uolebat, in totũ prætermiſit Hortẽſius. Si, quam diem qui iſtum eripiendum redemerunt.) Fingit Tullius perueniſſe ſe ad pactionẽ eorum, qui in ſe ſuſceperant procurationem corrũpendorum iudicum, & liberandi Verris. quos ita in cauendo ſcripſiſſe dicit, pro eo ſe promittere corrupturos eſſe iudicium, ſi poſt Calan. de Verre iudicarent. In eam diem ego.) Eſſem ſtultus, inquit, ſi quã diem illi in promittẽdo elegerant, ego in accuſando nõ refugiſſem: præſertim cum poſſem effugere, ſi imprudens non eſſem. Nunc mihi temporis eius, quod mihi ad dicendum datur.) Alij fecerunt hoc dies X X. alij pauciores, alij plures. Aut ex iſto, quẽ ſui ſimillimum produxit.) Reprehendũt homines ſtultiſsimi Tullium, quòd in filio Verris innoxiam lædat ætatem, ignorantes illum accuſatoria arte prouidere, ne in epilogis productus ab Hortenſio conciliet miſericordiam iudicum patri. Lenonum, aleatorum, perductorum.) Lenones ſunt ſcortorum, perductores etiam inuitarum perſonarum, & in quibus ſtupra exercita legibus uindicantur. Quæſtor Cn. Papirio Conſul fuiſti.) Vno nomine Cn. Papirij Carbonis et tempus criminis ſignificauit, & crimen. legitur tamen & Conſule.

Obtigit tibi conſularis.) prouincia, ſubauditur. Diſſenſio ciuium.) Leuiter dixit bellum ciuile grauiſſimum Syllæ cum Marianis. Quid ſentire debueris.) cum quibus facere. Ac ſorte.) Potuiſti enim, & debuiſti, ſi nolles repudiare illã ſortem, aut ſuſceptam tueri.

Pecunia attributa.) quæ in ſtipendium militum de ærario à tribunis ærarijs adnumerari Quæſtori ſolet. ergo Verri adnumerari intelligitur. Voluntatis aſſenſioniſq; eorum) Syllanorum ſcilicet. Compilarit.) pilos peruellerit, ſic fraudauerit furto, ut ne pilos quidem in corpore ſpoliatis reliquerit. Ad nobilitatem.) hoc eſt, ad ſuos. totum hoc per ironiam dicitur. Accepi inquit.) referri ad ærarium ratio ſolet pecuniæ publicæ à Quæſtoribus. Verres igitur retulit. ſed Tullius hoc reprehendit, primò falſam hanc breuem relationem eſſe: deinde idcirco acceptam, quia proditor Carbonis fauorem ſibi apud Syllam comparauerat. nam paucis uerbis, quid acceperat, quid reliquerat, dixit.

Dedi ſtipendio, frumento, Legatis.) Hæc omnia nomina ſunt erogationum, quibus aut ſtipendium militibus de-

bus dediſſe ſe, dicit Verres, aut frumentum coemiſſe in annonam exercitus, aut Legatis, & pro Quæſtori in ſumptũ dediſſe: eis enim alimenta de publico dabantur.

Cohorti Prætoriæ.) comitibus conſularibus. Veteres enim omnem magiſtratum, cui pareret exercitus, Prætorem appellauerunt. unde et prætorium tabernaculum eius dicitur, & in caſtris porta prætoria, & hodie quoque præfectus prætorio. Pro Quæſtore.) id eſt, pro officio quæſtorio. ſignificat autem Quæſtoris annonas. ſibi imputat pecunias publicas datas Verres. Accepi, inquit, uicies ducenta triginta quinque millia, quadringentos decem & ſeptem nummos. Reliqui Arimini ſexcenta millia.) Hæc ſumma cum ratione conſentit. Hoc modo aut tu Hortenſi, aut ego.) Ambo enim Quæſtores fuerant. Quæ ne falſo quidem potuit.) Non enim ueriſimile eſt, tantæ pecuniæ rationem duobus uerſiculis confici potuiſſe. Oppidum ſibi elegit Ariminum.) Hoc oppidũ Albinouanus Syllæ prodiderat, dux ipſe Marianus. Recita denuò. P. Lentulo, L. Triario Quæſtoribus.) Hoc eſt caput lectionis relatarum à Verre rationum ad ærarium totius Quæſturæ eius. Non ut honos, & dignitas.) pro nobilitate pugnante Sylla contra Marianos. hac enim de cauſa ſe transfugiſſe aiebat Verres, ut dignitas & ſalus nobilitati reſtitueretur. Idem feciſſes quod anno pòſt M. Piſo.) Exemplo urget Verrem, ut oſtendat, quid facere potuiſſet, niſi furtum pararet. Beneuenti eſſe iuſſit.) Beneuentani pleriq; Syllani erant. Non modo extitit.) emergit, ex oritur, exurgit. Maleolo occiſo.) Oratoriè pro mortuo occiſum dixit. Quæ in iſtum ualebant crimina.) Apertius hoc poſtea dicturus eſt Tullius. etenim accuſator Dolabellæ uolens indice Verre uti contra Dolabellam, librum criminum communium Verris & Dolabellæ Verri oſtendit: & promiſit hæc ſe crimina non obiecturum, ſi ſibi Verres & cauſam omnem Dolabellæ proderet, & teſtimonium aduerſus eum diceret. quare Verres Dolabellam, cui Legatus, & pro Quæſtore fuerat, oppugnare cõpulſus eſt. Inimicos autem accuſatoresq; Dolabellæ, Cæſarem dicit. nam Scaurus Dolabellam aliũ accuſauit, nec damnare potuit. Miſer cum eſſet.) Miſerum pro innocente Tullius ponit. ſic alibi: Et erunt, qui illum, ſi hoc fecerit, non improbum, ſed miſerum: me non diligẽtiſſimum Conſulem, ſed crudeliſſimum tyrãnum exiſtimari uelint. Ex communi calamitate.) Ex Syllanis tẽporibus ſcilicet, ne diceret de Sylla. clauſit, ut diceret, Sylla mihi iuſſit, Sylla hoc fecit. Circunſcripto.) ſublato, circunducto, ac prætermiſſo. aliàs decepto ſignificat. Poſteaquam Cn. Dolabellæ.) ἀνακεφαλαίωσις de Dolabella. nam ſuprà de eius damnatione dicebat. Eſt alius mihi locus.) de ſignis ſcilicet. an peculatus, ſi hinc euaſerit Verres? Aeſtimatum.) impoſito precio exactum, ſecundum legem repetundarum. Ita magni fluctus eijciebantur.) extra fines litoris exibant. Temporibus exactis.) menſibus exactis. Sacra putatur.) Sacra mari colitur medio. elegerunt potius ſacra dicere, quàm, id quod in conſuetudine eſt, ſacrata. Vt ne Perſæ quidem, cum.) Dario Xerxeq; duce. Dijs hominibusq;.) Quia non ſolum hoſtes erant, utpote barbari: uerum etiam more gentis ſuæ nulla dis in terris templa condenda eſſe credebant: præſertim cum uni Soli, quẽ uenerarentur, uix mundus ipſe ſufficeret. Erant ergo & ædium ſacrarum & ſimulacrorũ euerſores. Equos, muneraq;.) Quærendũ cur equos à cæteris munerib. ſeparauit. an quia Aſiani magno pretio æſtimant equos? Quem quondam in comitio uidiſtis.) Licebat enim mutua hæc ſigna deportare Romam Aedilibus ad ornatum ludorum, & rurſum ſocijs reportare. nec hoc crimen diſtulit in orationem, quæ eſt de ſignis: quia ſpecialiter crimen & breue eſt, nec habet quod adijci poſſit. Iunonis Samiæ.) Hinc Virgilius, Poſthabita coluiſſe Samo. Nõ ad prætorẽ, ſed Romam deferri oportere.) Atqui legimus, de Oppio & de Procilio non apud populum Romanum depoſitas eſſe querelas, ſed apud eos ſub quibus agebant aut Quæſturam, aut Legationem. Legatus autẽ Verres non Neronis, ſed Dolabellæ erat.

Cum obſignandi gratia ueniſſem.) Moris fuit, ut accuſator obſignaret domum, & clauſa omnia eius, quem accuſaturus erat, ne qua furtorum indicia aut in uaſis, aut in ſignis, aut in literis conſtituta, ab eo remouerentur. Ad omnes columnas.) Locus intercolumnium dicitur. In ſylua.) In uiridario. Sub dio.) id eſt, ſub cœlo. Cœlum Græci τὸν δία dicunt: ſed ita declinatur, hoc dium, huius dij, huic dio, hoc dium, ô dium, ab hoc dio. Quandiu alium Prætorem.) Metellum ſcilicet, cum iudicibus, quos in horũ locum, quemadmodum ſuprà dixit, ſubſortiturum ſe Verres eſſe credebat. Noſtris teſtibus, quàm horis tuis.) Vſus eſt enim prima actione Cicero magis teſtibus ſuis quàm temporibus: id eſt, ſibi ad dicendum lege datis.

Quæſitorem.) Legitur & Quæſtorem. ſi Quæſitorem, illum ipſum Glabrionem, cuius cura eſt ut ſocijs omnia rapta reddantur. ſi Quæſtorem, eum ad quem rediguntur pecuniæ ex proſcripti bonis, & à quo ſocijs adnumerantur. Sectorem autem dicit, æſtimatorem, redemptoremq; bonorum damnati, atque proſcripti, qui ſpem ſectans lucri ſui, id eſt, ſecutus ſpem æſtimationis ſuæ, bona omnia auctione uendit, et ſemel infert pecuniam uel ærario, uel ſocijs. cõtra hos igitur iam pugnat Verres, inquit Tullius, ſubtrahens omnia ſigna, non contra me qui illum, etiam ſubtractis ſignis, teſtimonijs tamen poſſum conuincere. Trierarchus.) naui triremi præpoſitus. Triremis ternos remorum ordines habet. ita & biremis, quadriremis, & deinceps dicuntur. Quem omnia intus canere dicebãt.) Cum canunt citharistæ, utriuſque manus funguntur officio: dextra plectro utitur, & hoc eſt foris canere: ſiniſtra digitis chordas carpit, & hoc eſt intus canere. difficile autem, quod Aſpendius citharista faciebat, ut non uteretur cantu utraque manu, ſed omnia, id eſt, uniuerſam cantionem, intus & ſiniſtra tantum manu complecteretur. unde omnes quotquot fures erant, à Græcis Aſpendij citharistæ, in prouerbio dicebantur: quòd, ut ille carminis, ita iſti furtorum occultatores erant. Valet hoc prouerbium & in eos, qui multum inteſtinis ſuis commodis conſulunt præter honeſtatem.

Artificio ſuperaſſe.) Vt interius poſitus eſſet, qui intus cantare conſueuerat. Pergæ fanum antiquiſſimum.) Apparet oppidum Pergam uocari, cuius nominatiuus caſus Perga eſt: ergo aduerbium loci Pergæ. Fanum, religioſiſſimum templum, unde fata petuntur.

Quid de L. Scipione?) De quo cum ſenatus ambigeret, utrum idoneus eſſet, qui in Aſiam contra Antiochum mitteretur: P. Scipio Africanus, frater eius, Legatum ſe ei obtulit ad id bellum gerendum, & uictoriam reportauit. Quid de L. Mummio?) Legatorum populi Romani uiolatorum cauſa bellum aduerſus Corinthum Græcã urbem geſſit populus Romanus, eamq́; deleuit duce Mummio. cur autem Græcorũ triumphorum ponit exempla? quia de ſignis loquitur, quorum copia apud Græcos eſt conſtituta. Omnes erant eiuſmodi.) boni ſcilicet. P. Seruilius.) Bona occaſio promerendi iudicis, cum obteſtatione coniuncta. hic enim bellum in Cilicia geßit, deq́; ea triumphauit, captis Coryco, Olympo, Faſylide, tribus magnis eius terræ urbibus. Legatus quæſtorius.) Legatum ex quæſtore agens. Per triumphum uexit.) Ferculis enim ſigna ante triumphantem uehi per pompam ſolebant. Ad ærarium perſcribenda.) Hæc fuit ueterum diligentia, ut, quod quiſque de ſubiugata prouincia per triumphum apportauißet, perſcriptum in tabulis in ærario reponendis conſeruaretur. Figuram, ſtatum.) Status eſt circa geſtum, ſitũq́; membrorum: figura circa ornatum et habitum ueſtis, inſignium, & armorũ. Certè maior eſt.) Non uideo quid apportet hic ſenſus. nihil enim mirum diligentiorem eſſe Seruiliũ, quàm Verrẽ, ſi ita eſt: niſi fortè quod ait, Certè maior eſt, ſic accipiamus, quaſi dicat, Verè maior eſt: & quod ſubiunxit, argumentum ſit, uirtutis, quàm uoluptatis, maiorem eſſe fructum. Dices tua quoque ſigna.) Oratoria plaſi hanc ſibi obiecit quæſtionem, quæ genus confeßionis in ſe habet. nam Aedili atque Prætori Hortenſio, & item Metellis, rapta ex prouincijs ſigna ad ornandũ forum & comitium commodauerat Verres. Olim enim, cum in foro ludi populo darentur, ſignis ac tabulis pictis partim ab amicis, partim è Græcia commodatis utebantur ad ſcenæ ſpeciem, quia adhuc theatra non fuerant. Comitium.) Locus propter ſenatum, quò coire equitibus, & populo Romano licet. Qui ſe iudiciorum dominos.) Hortenſium, cæteroſq́; nobiles. Ex Aſia, atque Achaia.) unde fuerant iſta ſigna per furtum ſublata. Ab ſocijs per ſcelus ablata, ereptaq́;.) Nam ſolebant magiſtratibus commodare reddenda.

Habeo & ipſius, & patris eius accepti tabulas.) id eſt, acceptarum pecuniarum. Legitur & Ab eo, & Accepi. Moris autem fuit, unumquenque domeſticam rationem ſibi totius uitæ ſuæ per dies ſingulos ſcribere, quo appareret quid quiſque de reddit ibus ſuis, quid de arte, fœnore, lucro'ue ſepoſuißet quoque die, & quid item ſumptus damni'ue feciſſet. ſed poſtquam obſignandis literis reorum ex ſuis quiſque tabulis damnari cœpit, ad noſtram memoriam tota hæc uetus conſuetudo ceſſauit. Dicit igitur Tullius, habere ſe & patris eius tabulas, quoad uixit: et ipſius Verris, quoad confeciſſe dixit. ex quib. proditur, quàm multæ tabulæ pictæ, quot ſigna apud eum, nulla emptionis origine furto capta noſcantur. Remoratur'que in eo, quòd ſe dicat Verres non ex aliquo tempore cœpiſſe literas domeſticæ rationis facere, ſed ex aliquo tempore deſtitiſſe: quod factum nullo exemplo defendi poteſt. Quoniam quidem cum imperio ac ſecuribus.) εἰρωνεία μετὰ συγχωρήσεως. Cum imperio ac ſecuribus, bene: quia non licet negotiari magiſtratibus, ſed priuatis. De Antonio.) Hic eſt M. Antonius, diſſolutißimus curator totius oræ maritimæ, Cretæ mortuus: de quo ipſe dicet, Poſtquã M. Antonij infinitũ illud imperiũ ſenſerant: & quem Saluſtius ait perdundæ pecuniæ genitum, & uacuum à curis niſi inſtantibus. Eſt aliqua etiam huiuſce rei ratio.) uel mala, uel bona. Dicit ergo, etſi non bonam, apparet tamen eſſe aliquam rationem. Aut ipſe hoc dicit, bona ratio nunquam ſcribendi, iudicium perſeuerans de tabulis non conficiendis: aliquando cœpiſſe, correctio erroris in melius: deſtitiſſe cum cœperis, mala ratio: eſt enim inconſtantia, et mutatio quædam in deterius. Vſque ad M. Terentium, & C. Caſſium Coß.) Ab horum conſulatu uidetur tabulas Verres rationum ſuarum deſtitiſſe conſignare: quamuis à præſenti tempore non longè abeſt. Alio loco, cuiuſmodi ſit, cõſiderabimus.) Scilicet ad tegenda furta pertinet iſta prætermißio rationum, ne conſcriptis ijs quæ antè habuit, & ijs quæ nunc habet, extraordinaria rerum poſſeſſio cerneretur. Atque utinam neges.) Cum enim confiteris, etſi improbè, uideris tamen aliquid dicere, cum dicis, Emi, non rapui. ſi autem negaueris, & conuincêris, & huiuſmodi defenſione nudaberis. Impluuium.) Locus ſine tecto in ædibus, quo impluere imber in domum poßit. Quæ ſectorem expectat.) Repetundarum cauſa ita ſe habet, ut ſi conuictus reus ſit, atque damnatus, pecuniam reddat æſtimata lite, hoc eſt in precium redactis omnium furtis: quam ſummam pecuniæ proſcriptis eius bonis ſectores curabant. Sectores autem dicti ſunt, qui ſpem lucri ſui ſecuti, bona condemnatorum ſemel auctionabantur, proq́; ijs pecunias penſitabant ſingulis: ac poſtea pro compendio ſuo ſingulas quaſque res pecunia populo uenditabant. ſola ergo hæc duo ſigna dicit apud Verrem relicta, aſportatis ad amicos cæteris ſignis.

At credo.) Tranſitus ad aliam criminum ſpeciem. non enim hæc quæ antè acta ſunt, ſic dicit, tanquam Siciliensia crimina propria huius cognitionis: quæ per ſingulos libros conſtat eße diuiſa, ut de iure dicũdo, de frumentaria, de ſignis, de ſupplicijs. Ad ſummum Græcorum otium.) Dixit hoc ſecundum illam ſententiam de Græcis habitam, quos otioſos & leues eſſe conſenſum eſt. Cũ iſte à Cn. Dolabella efflagitaſſet.) Ergo non è republica ire coactus eſt: ſed ut mitteretur, ambitione perfecit. Nicomedes autẽ Bithyniæ rex eſt, Sadala Thraciæ, ambo ſocij populi Romani. Ianitorem quendam.) Ianitorem cũ dixiſſet, addidit Quendam, ut oſtenderet nõ appellatiuum nomẽ eße, ſed proprium. Videant.) ſi in promptu res eſt. Inueſtigent.) quam non uideant. & ideo poſterius poſitum.

Homo factus ad iſtius libidines.) In naſcendo ſors eſt, in faciendo induſtria. bene ergo non natum, ſed factum dixit. non enim naturam perductores pocreare Verri, ſed ipſum ſibi docendo poſt eos fingere. Cum ſuæ partes eſſent.) id eſt, uiciſſitudo tangeret. ſimul enim oſtendere uult, nec ſuſcipiendum ſibi eſſe nunc hoſpitem: &, cum ſuſcipiat, condignum ſolere ſuſcipere.

Vna cupiditate.) una, uel præcipua: uel uerè una, extra quam non iure, non more, non honeſtate moueretur. Ius ſuum.) ne Rubrium pateretur. Laborabat.)

bat.) Bene, quia inuitus ſuſceperat hoſpitē, ſe indignū.

Quid opus eſſet.) Vt mulieri ſcilicet uis afferretur. Græco more biberetur.) Grandibus, inquiunt, poculis, & meracis potionibus, qui non intelligunt dicta Ciceronis: & hoc putant Græco more potare. Eſt autem Græcus mos (ut Græci dicūt) συμπιεῖν κυαθιζομένων, cum merum cyathis libant, ſalutantes primò deos, deinde amicos ſuos nominatim. nam toties merum bibunt, quoties & deos & caros ſuos nominatim uocant. Poſcunt maioribus) Sunt qui, producta ſcilicet o litera, poſcūt legunt, quaſi ſæpe potant. ſed poſcūt, prouocant intelligendū eſt. ut ſit ſenſus: prouocāt ſe inuicē. maioribus aūt poculis poſcunt, id eſt petunt: ut ſubaudiatur bibere. Quærunt, quid optimū factu ſit.) Adeò nō Græca leuitate res geſtæ ſunt, ſed agitato conſilio defenſa libertas. Leuius eorū peccatū.) Magna ui oratoria, etiā parcere peccatū dicebāt, inquit, quia Verri parcebatur: ſed tamen leue, quia Legato. Sic iſte multo ſceleratior, et neqor, quàm ille Adrian.) Cinnanis temporibus cū C. Fabius Adrianus, ut alij aiunt, Legatus, ut alij putant, pro Prætore, uel Prætor, prouinciā obtineret Africā, Vticæ in prætorio ſuo uiuus uſtus eſt, quòd corrupto ſeruitio ciuitatis illius de principū nece conſpiraſſe dicitur. Sed opportunè Tullius cauſam tacet illatæ necis in Adriano, & inultam mortem eius oſtendit quem dicit oratoriè non in prætorio, ſed domi ſuæ uiuū crematū. &, Ille, ſic dixit, ut de notiſſimo uideretur loqui. Accenſus Neroni.) Accenſus nomē eſt ordinis, et promotionis in militia: ut nūc dicitur, princeps, uel commentariēſis, aut cornicularius. hæc enim nomina de legionaria militia ſumpta ſunt. Interpellauit.) Interpellare, eſt mediā alterius orationem interrumpere, uel actioni ſe alterius interponere. Apparet ergo, Hortenſiū, quamuis diu multumq́; tacuerit, Tettiū in medio teſtimonio perſtrinxiſſe, quòd diceret Philodamum adeò malā cauſam habuiſſe, ut à C. Nerone damnatus ſit. Putaſſe non oportere.) Reprehenſio iudicati ab ea parte, qua cauſæ deriuatio facit, ne nobis iudicata obſint. non enim cauſam Verris releuatam eſſe, ſed illos damnatos, quòd quoquo modo occiſum hominē eſſe conſtaret. Pertimuit iſte.) Mirè orator, nō Verrē uindicare morte Pilodami, ſed crimen ſuū releuare potuiſſe: quorū alterū iniuriam paſſi eſt, alterum malè ſibi conſcij. Contendit ab eo.) extorſit. Togati creditores Græcorum.) Noluit dicere equites Romanos: ſed Togatos dixit, & creditores Græcorū, ut oſtenderet cauſas gratificationis in Verrem. Accuſator apponitur.) Non dicit accedit, ſed à Verre ſcilicet ſubornatur. Et ex creditoribus Lampſacenorum.) Et hic cauſa gratiæ in perſona oſtenditur accuſantis. Vt de Philodamo amplius pronunciaretur.) Mos ueterum hic fuerat, ut ſi abſoluendus quis eſſet, ſtatim abſolueretur: ſi damnandus, ſtatim damnaretur: ſi cauſa non eſſet idonea ad damnationem, abſolui tamen non poſſet, amplius pronunciaretur. Quid ego nunc in altera actione.) Hic apparet, etiam in ampliatione ſic alteram dici, quemadmodum in comperendinatione. Cn. Dolabellæ ſpiritus?) Plus ſignificauit dicendo ſpiritus, quàm ſi animoſitatem contentionem'ue diceret. Perpaucis ſententijs.) Per nimium. Paucis ſententijs autem eum dixit damnatum, ut oſtenderet uix paucos inuentos, qui ad opprimendum eum, numerum damnationis implerent, poſt ampliationem. Idcirco ne exercitum, atque hoſtem relinquebas?) Recte dixit: bellum enim à Dolabella gerebatur in Cilicia. Sed etiam ſpoliatū auxilijs.) auxilijs, pro auxilio, Quæſtoris ſcilicet. Aut auxilijs ipſius pecuniæ, quæ auertebatur. ſic Virgilius: Auxiliumq́; uiæ ueteres tellure recludit Theſauros. Ad inimicos tuos.) accuſatores ſcilicet cauſarū. Niſi damnato.) Nō poſſet enim rationes falſas ad ærarium referre Verres, niſi damnato Dolobella, qui redarguere mentientē præſens ualeret. Teſtimoniū tuū, quod apud Neronem dixiſti.) contra Philodamū. Bellū ne populo R.) Sic enim ad Neronem ſcripſerat Verres. Niſi publicè ſatisfactū ſit.) niſi decreto publico traditi ad pœnā ſint culpæ auctores. Satisfacere eſt enim, tantū facere, quātum ſatis ſit irato ad uindictam. Et ciuitati bellū indici.) ut Corinthijs, ut Tarentinis. Lictorē tuū.) Corneliū ſcilicet. Legitimū tempus ad ulciſcendū.) An uitio magiſtratus? accepto enim ſucceſſore ad magiſtratū accuſari poſſunt. Et ais, iudiciū eſſe factū.) Locus reprehenſionis contra iudicatū: ne proſit Verri, Philodamū eſſe damnatū. In alios transtuliſſe.) non in Philodamū. Neq; in eos, quos tu inſimularis.) dixeris, uel accuſaris. ſenſus hic eſt: Et alios, inquit, nō Philodamū, accuſaſti: et ij ipſi quos accuſaſti, damnati nō ſunt.

Vbi hos perſequeris?) ſubauditur, nuſquā, ἐν ὑπονοί-σει. Ab accuſatore interrogatus.) Verres ſcilicet productus in cauſa Philodami, et interrogatus. loqui enim, niſi interrogato, teſti non licebat. interrogatur aūt & ab eo, contra quem productus. Cur imminuiſti ius legationis?) Qui poteſtatem ſuam in adminiſtrando non defenderit, imminuti magiſtratus, ueluti maieſtatis læſæ, reus eſt. Quòd is Epheſi.) Epheſus ciuitas, in qua Dianæ numē peculiariter colitur. Sed etiam inter hoſtiū tela.) Inuidioſe orator hoc addidit, cū de magiſtratu dicat, non Legato. nam Legatorū, in fœderibus faciundis, uel legibus pacis belliq́; dicendis, ſancta corpora iure gentiū atque inuiolata ſeruantur. De ſua claſſe.) Habent enim Mileſij præſidiariam claſſem, ex fœdere præbendā populo Romano maritimis neceſſitatibus. Myoparo nauigij nomē eſt. L. Magio, et L. Phannio.) Hi transfugæ facti à Mariano exercitu apud Mithridatē agentes, ab eodē Rege ad Sertoriū miſſi erant de paciſcenda ſocietate belli aduerſus Romanos: quos in Italia iam poſitos, et ad Sertoriū feſtinantes, et hoſtes iudicauerat, et inquirendos mandauerat ſenatus. Hi tamē ad ultimū ad Romanos, prodito ex magna parte Mithridate, redierunt. Vſque à Dianio ad Sinopen.) Dianium, Hiſpaniæ maritima ciuitas: Sinope, Ponti eſt, ubi Rex Mithridates erat. Renunciationemq́; eius) Quia renunciauerat, nauem à Verre L. Magio uenditā fuiſſe. Non ſolum illud perſcribunt, quod tum prohibiti ſunt, ſed etiam cauſam adſcribunt.) hoc eſt, non ſolum prohibitos ſe ſcribunt, ſed cur ſe magiſtratus ipſe prohibere curauerit, ne cum oporteret, in literas publicas referrent quod geſtum eſſet. Qui tametſi februarium menſem.) Hic eſt menſis, quo frequens ſenatus poſtulatis prouinciarum legationibus audiendis datur. Et conſulum deſignatorum nomen expectant.) Et Extimeſcunt, legitur. nam utroque uerbo idem ſi-

gni-

gnificatur Hortenſij *autem & Metelli opibus dicit* Legatos Meliſeos *poſſe terreri, ne de myoparone dicam, præſertim cum ad beneficia petenda uenturi ſint* Februario *menſe, & in manu ſit* Conſulum, *quando, & quemadmodum referant ad* Senatum. *& bene* Nomen Conſulum *dixit, ut potentiam demonſtraret eorum, quorum etiam nomen formidinem efficit.* Religione adducti.) *Quia iurati teſtes produci ſolent, non ſolum ne falſa dicant: uerum etiam, ne, quæ uera ſunt, taceant.* Legum domeſticarum metu.) *Patriæ ſuæ legum, quibus coguntur de incommodis patriæ non tacere.* C. Malleolo Quæſtore Cn. Dolabellæ occiſo.) *Suſpicioſo uerbo uſus eſt. nam non inſiſtit, ut probet à* Verre *occiſum eſſe: ſed ita uult uideri, quia* Verri *mors eius lucro fuit.* Alteram tutelæ.) *Filij* Malleoli *tutor factus eſt* Verres. Syngraphas fecerat.) *Inter ſyngraphas & cætera chirographa hoc intereſt, quòd in cæteris tantum quæ geſta ſunt, ſcribi ſolent: in ſyngraphis etiam contra fidem ueritatis pactio uenit, & non numerata quoque pecunia, aut non integrè numerata, pro temporaria uoluntate hominum ſcribi ſolent, more inſtitutoq́;* Græcorum: *& cæteræ tabulæ ab una parte ſeruari ſolent, ſyngraphæ ſignatæ utriuſque manu, utrique parti ſeruandæ traduntur.* Extrema cera.) *ultima tabula, ultima parte tabulæ.* Expenſa Chryſogono ſeruo.) *Quæritur, cuius ſeruo?* Verris *ſcilicet, non* Malleoli. Quadrarint.) *ſolida facta ſint, ut neque plus quicquam, neque minus inueniatur in ſumma. ubi enim ratio ſine fraude eſt, difficile eſt ſexcenta, detractis quadringentis, quadrare, & ſolidari, uel ſolida fieri, quin aut minus aut plus aliquid reperiatur.* Nomen infimum.) *ultimum titulum. infimum autem, ut appareat falſum eſſe.* Vt illa de Cn. Carbonis pecunia.) *Et ibi enim, ſexcenta ſuperfuiſſe, mentitus eſt.*

Commune Miliadum.) *Mirè,* Commune, *Rempublicam.* Frumento imperando, æſtimando.) *Licebat enim magiſtratibus in uſus ſuos frumentum accipere, ſi uellent, aut pro frumento preciũ: quæ æſtimatio diceba tur: in qua re auariſſimi quique infinitam pecuniam contrahebant, iniquum precium ſocijs imperando.* Coria, cilicia, ſaccos.) Cilicia, *texta de pilis in caſtrorũ uſum atq; nautarum.* Dolabellæ æſtimatam.) *ſub quo hæc* Quæſtor Verres *admiſit.* Conſiſtam in uno nomine.) *Perſeuerabo, inquit, in eodem titulo quæſtorij criminis.* Ex eodem genere.) *furtorum ſcilicet* Verris. In ſua poteſtate ac ditione tenuit.) *obnoxium criminum conſcientia, & ſocietate cum reo* Dolabella, *cui pro* Quæſtore *fuerat, &* Legatus. Homo adoleſcens.) *Quia cupidius accuſauit, quàm grauiorem uirum decebat: ſed excuſatur ætate.* Eorum omnium uoluntatem repudiaui.) *Quia non, ut* Scaurus, *adoleſcens accuſo.* Non accuſatorem maximè laudari uolo.) *Accuſatorium nomen in totum uiro bono fugiendum eſt. uel hoc dicit, ſe uelle non ſatis accuſatorem uideri. tale eſt illud* Terentianum:

Eia, ne parum leno fies.

Rationes ad ærarium.) *Quia redargui potuit earum falſitas, ſi antè damnationem* Dolabellæ *more* Quæſtorum *rationes ad ærarium retuliſſet. ſic enim fiebat antè, cum de prouincijs* Quæſtores Romam *rediſſent.* Perinde quaſi exſcribendi.) *Etſi occupaſſet accuſator tabulas rei, aut amicorum eius, tantum ad neceſſarios uſus licebat exſcribere, id eſt, exempla trãsferre.* Qui nunquam rationes ad ærarium referat.) *Hoc ideo, quia nec ſuperioris* Quæſturæ, *quæ cum* Carbone *fuit, rationes ad ærarium retuliſſet.* Tribus uerſiculis.) *Ait enim,* Accepi, dedi, reliqui. Quæſtores quoque.) *Bini* Quæſtores *in* Sicilia *quotannis erant ſingulis* Prætoribus, Lilybetanus, *&* Syracuſanus. Omen magis quàm cauſa.) Omen, *auſpicium:* cauſa, *excuſatio.* Omen *autem ideo dixit, quia eius exemplum attulit* Verres, *qui pecuniarum damnatus eſt.* Fece.) *reſiduis ſordibus.* Nomina.) *tituli, & capita criminum.* Quòd minus Dolabella.) *In hoc capite, ut oſtendat falſitatem rationum* Verris, *dicit non cõueniſſe ſummas* Dolabellæ *cum ipſius ſummis: in qua re uult credi, non* Dolabellam, *ſed* Verrem *fuiſſe mentitum.* Hinc illæ extraordinariæ pecuniæ.) *Sordida lucra, & furta ſignificat. nam eæ ſunt, quæ neque de redditibus, neque de annonis, neque de aliqua legitima acceſſione, ut donationis, aut hæreditatis, uerbi gratia, uidentur adiectæ.* Hinc ratio cum Q. & Cn. Poſthumijs, Curtijs.) *Hi ſunt, qui extraordinarias pecunias* Verris *tractabant: quæ in tabulis* Verris *nunquam ſcriptæ ſunt, ne ſe ipſe proderet, ac pecunias tantas ſuis literis indicaret.* Hinc ſeſtertium quater decies P. Tadio.) *Et extraordinariarũ* Verris *pecuniarũ ſuſceptor hic oſtenditur,* Græcorũ *teſtimonio.* Cui ſit data nihil ad me.) *Oratoriè, quæ probari nõ poſſunt, fingit ſe uoluntate negligere.* Terentius: *En, non dico quaſi non noris, tentatum aduenis.* Tabulas cum conficeres.) *Quomodo ergo dicit,* Verrem *tabulas non habere, ſed aliquo tempore cœpiſſe non ſcribere? hæc ergo tempore rationis tabulas confectas habent.* His expenſum non ferres.) *Expenſum ferre, eſt ſcribere, te pecuniam dediſſe.* Acceptum Curtij referrent?) *accepiſſe à te ſe ſcriberent, expenſum tuliſſe te ſibi ſcriberent.* Vt ex utroque genere.) *Summa diuiſionis & actionis* Præturæ *urbanæ, et criminum* C. Verris, *in duobus conſtituta, iuris dictione, & ſartis tectis.* Qui auſpicato à Chelidone.) *Auſpicari dicuntur, ineuntes magiſtratus. & quia* chelidon, *id eſt,* hirundo, *urbem frequentat, facetè urbanam prouinciam* Chelidonis *auſpicio meretricis dicit eſſe ſuſceptam.* Neque cenſus eſſet.) *neque centum millia ſeſtertium poſſideret. Nam more ueterum cenſi dicebantur, qui centum millia profeſſione detuliſſent. huiuſmodi adeò facultates cenſus uocabãtur. Alij ſic intelligunt,* Neque cenſus eſſet: *hoc eſt, neque cenſus eius in quinquennium illud eſſet factus, quorum annorum ſpacio inſtaurari cenſus ſolet apud* Cenſores, *quorũ adminiſtratio per luſtrum, hoc eſt quinquennium extenditur.* An tentatus.) *Tanquam ſcire quis uellet, qualem ſe* Prætorem *fuerit præbiturus.* Appellat hæredem.) *Iniurioſum uerbum in perſona* Prætoris. *appellatio enim, eſt inferioris ad potiorem.* Cum intelligam, legem Voconiam.) Voconius *legem tulerat, nequis cenſus, hoc eſt pecunioſus, hæredem relinqueret filiã. hoc ergo caput edicti eſt, legem* Voconiam *probantis* Prætoris. Non improbum, non inofficioſum, nõ inhumanum.) *Hæc enim. teſtamenta non ſolent ualere. nam improbum, contra leges: inofficioſum, contra merita:*

inhuma-

inhumanũ, contra pietatẽ. Sua ſponte ſcelerata, ac nefaria eſt.) Maleficia ſponte, & non diſputatione iuris conſultorũ, ſed naturali interpretatione fugienda ſunt: ut ueneficium, parricidium, & cætera, quæ etiam nullo prohibente euitãda ſunt. Cornelia, teſtamentaria, nummaria.) Lex Cornelia nummaria, quæ de moneta, ne quis priuatus pecuniam faceret. Ex certo tẽpore.) Vt etiam id quod ſemper reprehenſum eſt, tamen à certo tempore in iudicium ueniat, & à certo tempore plecti poſsit. Rata eſſe non patietur?) Hoc totum ἐν ἐρωτήσει: ut quaſi per indignationem dici uideatur, & interrogatiuè. Cedò mihi leges Atinias, Furias, Fuſſias.) Iſtæ omnes de iure ciuili ſunt, nihil continent criminum capitaliũ, publiciq́; iudicij. Bona fortunasq́;.) Bona in ipſis poſſeſsionib. fortunæ in fructibus earũ. Eripies igitur pupillæ togam prætextam?) Toga communis habitus fuit & maris, & fœminarum: ſed prætexta honeſtorũ, toga uiliorum: quod etiam circa mulieres ſeruabatur. Hoc populus Romanus non manu uindicaſſet.) Confuſa locutio: abundare enim uidetur Non. Poſteaquam ius prætorium conſtitutum eſt.) ex quo ius prætorium ſtabilitum eſt. ſic hoc dixit, quaſi diceret, poſt conditam urbem Romam, aut poſt hominum memoriam, ex quo eſt ius prætorium. Tum uti proximum quenq; potiſsimum hæredem eſſe oporteret) ſi is inteſtatus mortuus eſſet. Ita ſecundũ eum poſſeſsio daretur.) Quaſi ab inteſtato agnati eius ſuccederent, quamuis diceretur teſtamentum feciſſe, ſi tamen tabulæ non proferrentur. Et hoc uetus edictum, trãſlatitiumq́; eſt.) Translatitia ueteres dixerunt non noua, nec nuper inuenta, ſed aliunde translata. Si habuiſſet iſte edictum.) quale ſupra translatitium dixit eſſe. Lege ageret in hæreditatem.) experiretur iure, quemadmodum probaret ſe hæredem ſcriptum eſſe, & poſſeſsionem à prætore peteret. Aut pro præde litis uindiciarum, cum ſatis accepiſſet, ſponſionem faceret. ita de hæreditate certaret.) Aut peteret, inquit, ut poſſeſſor eſſet: aut acciperet ab aduerſario ſatis pro præde litis uindiciarum, & ipſe ſponſionem faceret, & ita de hæreditate certaret. Lis uindiciarum eſt, cum litigatur de ea re apud prætorem, cuius incertum eſt, quis debeat eſſe poſſeſſor. & ideo qui eam tenet, ſatiſdat pro præde litis uindiciarũ aduerſario ſuo, quo illi ſatisfaciat, nihil ſe deterius in poſſeſsione facturum, de qua iurgium eſſet. Rurſus ſponſione ipſe prouocatur ab aduerſario certæ pecuniæ, aut æſtimationis quam amittat, ni ſua ſit hæreditas, de qua contendit. Prædes ergo dicuntur ſatiſdatores locupletes pro re, de qua apud iudicem lis eſt: ne interea, qui tenet, diffidens cauſæ, poſſeſsionem deteriorem faciat, tecta diſsipet, excidat arbores, & culta deſerat. Si poſſeſſor, ſponſionem non faciet.) ſubauditur, eſt: hoc eſt, ſi poſſeſſor eſt, ſponſionem non faciet. Quid id ad Prætorem?) Bene dixit. cum enim incertum ſit, cuius debeat eſſe poſseſsio, cur Prætor dicat, ſi poſseſſor eſt, quaſi iam probauerit poſſeſſorem eſſe eum, qui incubauit? ergo, à quo pretium accepit, poſſeſsorem illum uocat, & uetat eum facere ſponſionem: & eum in poſſeſsionem mittere Prætor ipſe deberet, quem nondum miſit, iam poſſeſſorem appellat. Ergo quia poſſeſſor eſt, non moues poſſeſsione: ſi poſſeſſor non eſſet, non dares.) Contrarium poſuit, ut oſtenderet improbitatem gratificati Prætoris. Ergo nec adimere tibi licet poſſeſsionem incubãti, nec dare iurè poſcenti. quod cum utrunq; fieri oporteat, cur hũc poſſeſſorem nominas, à quo corruptus es, quaſi eum, quia poſſeſſor dicitur, mouere de poſſeſsione non poſſes? Si de hæreditate ambigitur.) Caput eſt edicti Verris. Hoc translatitium eſt.) Ciceronis uerba ſunt. Qui ſe dicat hæredem eſſe.) Verba Verris iniuſta: Dabo, inquit, ſi quis tabulas teſtamenti bene obſignatas protulerit. Sequitur, dabo, inquit, ſi ſe tantum hæredem factum eſſe dixerit, quamuis ille teſtamentum non proferat. Apparet Verrem contra Minutiam gentem fuiſſe corruptum ab eo, quem antè poſſeſſorem appellat in edicto, quam ei poſſeſsionem paratus eſt dare. Ipſe in Sicilienſi edicto.) Figura prolepſis. non enim adhuc peruenimus ad Siciliam: cuius crimina, in accuſatione futura ſunt, in tempore, præterita. Capite Anniano.) Propriè iuris capita dicuntur. In quibus ita interceſsit.) Intercedere, ut uides, etiam Prætor Prætori ſolet: ut Piſo Verri, appellatione cauſæ ad collegam facta. Quàm plena ac referta Chelidonis.) Plebeia quædam clientula Verris Chelido fuit, quæ illum etiam moriens fecit hæredẽ: qua cauſa impunè illam meretricem appellat orator.

Tribunus pleb.) M. Lollius Palicanus. Cuius rei.) non in eodem negotio, ſed generaliter, cuius criminis, id eſt crudelitatis. Suo tempore.) cum agetur de ſupplicijs. Viros bonos, & honeſtos.) Quomodo igitur fallunt mortui uoluntatem, cum ad Verrem adeunt? an uetuſtè bonos pro magnis, honeſtos pro diuitibus poſuit? an bonos, & honeſtos, ut ipſe crediderat? Dat eis poſſeſsionem.) iniuſtè. aut enim ſolui potius debuit teſtamentum, quod contra legem Corneliam factum fuerat, aut integrum cum uoluntate mortui permanere. Lex eſt, pœna eſt.) Accuſetur, inquit, cum fecerit, & damnetur: hoc Prætoris eſt: non, prohibere ne faciat. qui enim ius dicit, factorum iudex eſt, non futurorum duntaxat in ciuilibus cauſis. O modeſtum ordinem.) Quia ordinem dixit, equitũ Romanorum ordinem dici quidam putant: ſed libertinos ſignificat, quorum non conditionem, ſed more ſuo, quaſi honeſtorum, ordinem uocat. C. Sulpitius Olympus fuit.) * Vetus locutio: eminus eſt Vulturnus Capua tria millia paſſuum. Ex edicto iſtius, quod edictum ſacerdos non habuerat.) Edictum in cauſa ueteri nouum adhuc oſtendit, ut nummarium probet. nam ex ipſo negotio uidetur edixiſſe Verres, ut omnis libertus non patrono tantum, ſed etiã patroni filiæ ſextam relinquat hæreditatis. L. Gellius.) ſine ornamentis nomen poſuit, quia per ſe clarum eſt conſularis & nobilis uiri.

Aduentitia.) quia ab alieniore hæreditas ueniebat.

Non alienus à matris eius genere, & nomine.) Qui putant εἰρωνικῶς pronunciandũ, non uident contra teſtis ſuæ dignitatẽ nunquam dicturũ Ciceronẽ fuiſſe. ergo ſimpliciter accipiendũ eſt. uult enim patrem Verris diuiſorem fuiſſe, matrem honeſtiorem intelligi. Tabulas protulit.) per quas probauit abiſſe à ſe pecunias certis nominibus inſcriptas. non enim Verres ſcripſerat ſe accepiſſe: ſed illo tempore, unde, & quomodo, & per quos dederit, ſcriptũ in tabulis oſtẽdit. Quo maxima rũ rerum frequentiſsimæ quotidie aduocationes fiunt.)

Vel

Vel uti conſulantur conuenientibus aduocatis, uel ut alterutri parti apud arbitros adſint, uel ut ipſi iudices in rem aliquam capiantur. Quibus de ſartis tectis.) Harum rerum cura propria Cenſoribus datur, id eſt ſartorum tectorũ. uerùm hæc cum cæteris * inite aut ædilium cura eſt annua. Prætores, niſi ſenatus decreuerit, de hac re minus laborant. Sine ullo intertrimento.) Detrimentum uel unius partis dici poteſt: intertrimentum non ad unius partis ſpectat, ſed dantis & accipientis. Nullam columnam, quæ ad perpendiculum eſſe poſſit.) Perpendiculũ linea laterũ æqualitatẽ probat, à ſummo ad imũ altitudinẽ probans hoc cum columnis omnibus, tum maximè in ſtructilib. euenit, in quib. aut media, aut ima craſſiora ſunt. Sartis tectis quæ dominata eſt.) Addidit, quæ, ut eſſet plenũ dictum. nam ſarta tecta dicuntur. Frugaliſſimus homo.) parcus & attentus. Caſtiſſimus.) Quo magis indignum ſit ad meretricem ueniſſe. Etenim iudicium id quod propè omnium fortunarum.) Cauſam Muſtius pecuniariam habuit, Tullio defendente, cuius oratio non eſt edita. Foro ornato.) Hæc fieri ludis ſolebant, qui in foro etiam tum dabantur. Ab eo mancipe, quem appoſuiſſet.) Rabonio ſcilicet fabro. Veteratorium.) acutũ, callidum. Quod eſt igitur remedium? quod.) Repetit quod, ut deliberantis cunctatio uideatur ineſſe uerbis eius. In bonis, prædibus, prædijsq; uendundis.) Bona prædia dicuntur, bona ſatiſdationibus obnoxia, ſiue ſint in mancipijs, ſiue in pecunia numerata: prædia uerò domus, agri. hæc omnia uenduntur, ſi rationi publicæ locator ſartorum non reſponderit. Ad hoc autem hæc omnia ſunt obnoxia, ut pro ſua uoluntate agat redẽptor operis, quicquid ſuo periculo facit. tu autẽ Verres, cum ego populo Romano ſim obnoxius & prædibus, id eſt, fideiuſſoribus, & prædijs appoſitis, tu mihi non exactor ſis operis, ſed dominus uoluntatis? Vt optima conditione ſit.) Ad hoc, inquit, aſtrictus redemptor tenetur populo Romano, ut optima conditione, quod uult, de redemptione ſua agat. & tu eum excludis, quem ſolum admitti oportuit, ut ad eius pecuniam, ac ſumptũ operis, quem illi imputaturus es, alius accedat. Prædibus, & prædijs.) Prædia ſunt res ipſæ: prædes homines, id eſt fideiuſſores, quorum res bona prædia non uno nomine dicuntur. Populo cautum eſt.) ærario ſcilicet. Corriguntur leges, cenſoriè. quod enim uideo) Non εἰρωνικῶς pronunciandum. Socium ne admittito.) eum, tradere ædem debebat. Ne'ue partem dato.) Aliud enim ſocius, aliud particeps. qui certam habet partem, non diuiſe agit, ut ſocius. Ne ue redimito.) Ne ipſe iterum à ſe redimat, ut per ſuppoſitã perſonã alter ei redimat. Cuius prædia ſubierant periculum.) Satiſdatorem dicit fuiſſe D. Brutum. Si quid operis cauſa reſcideris.) Satiſdet damni infecti redemptor nouus ueteri, ſi quid pro neceſſitate operis in æde læſerit. Qui redimit, redemerit.) Raboniũ ſignificat. Qui à uetere redemptore acceperit.) Pupillũ dicit. huic iubet ſatiſdare Raboniũ, hoc eſt ipſum ſibi. nam cum ſit tutor pupilli, utrobiq; res eius agitur.

Hoc opus bono ſuo quoq;.) Verbum eſt res diuerſas ſimul comprehendens, hoc eſt, bono latere, integris mẽſuris, apta arena, utili calce, machinis idoneis, proba materie. Manuprecij machinæ) Manuprecium dicitur, ubi non tam materiæ ratio, quàm manus atq; operis ducitur. De populo accedere.) Hucuſq; à capite quod eſt, At enim, interrogatiuè pronunciandum eſt. & contrà reſponſiuè, Omnes reiecti ſunt. Omnia, inquit, facta ſunt, ne quis de populo redemptor fieret, qui aut pupillo parceret, aut cõſcius prædæ prætoris eſſet. Sed quæritur, qui fieri potuit, ut cum ex Idibus Septẽbribus in Calendas Decembres diem operi faciundo præſtituerit, omnes anguſtijs temporis excluderentur, in tanta facilitate operis faciendi, quantam ipſe oſtendit, cum diceret, minus eſſe operis illas quatuor columnas reponere, quàm unam ab integro nouam efficere. Reſpondetur, Ciceronem impenſam operis paruam putare, non moram: ſed has, inquit, anguſtias temporis non timuit Rabonius, propter conniuentiam Verris. Neq; Calendis Decẽbribus, neq; Nonis, neq; Idibus.) Religioſe in me * nominat uultu * diuo * nouit Idus Calẽ. * Cicero Nonas addidit, quãuis hoc pronũciatione ſoluatur. Et cum irriſione hoc dici uidere poſſumus. Iſtam diem quomodo aſſequitur?) quo modo accurrit ad diem? Putabat ſe aliquid defenſionis habiturum.) Vt diceret, adeò nullum appoſui redemptorẽ, ut poſt diem præſtitutum operi non ab eo ſuſceperim opus, nec in acceptum retulerim. Vt uno minus teſte haberet.) ut de tot, qui contra ſe ſunt, teſtibus, unum Rabonium detraheret. Cum die cæteros excluſiſſet, tum in eius arbitrium ac poteſtatem uenire nolebat.) Præſtituendo diem anguſtiſſimam operi, duas res aſſecutus eſt Verres, inquit: & cæteros excluſit cõditione temporis, & ipſum Rabonium in ſua poteſtate habuit, qui uidebat quidem ſibi prædam eripi à Verre, ſed non ſe commouebat, metu temporis præfiniti. Qui ſibi ereptam prædam arbitraretur.) Rabonius ſcilicet à Verre ſibi arbitraretur lucrum redẽptionis ereptum. Quod iam iſte ferre non poterat. Nimis enim erat inuidioſum.

Rabonij tabulæ.) In quibus ſcriptum eſt, ad Verrem pecuniam perueniſſe, quam Rabonius tutor pupilli nomine dedit Verri, tanquam ſi ipſe à pupillo acciperet.

Gracchi credo, aut Saturnini.) ſeditioſorum Tribunorum pl. Sine bulla.) Simul cum prætexta etiam bulla ſuſpendi in collo infantibus ingenuis ſolet aurea, libertinis ſcortea, quaſi bullientis aquæ ſinus communiens, pectuſq; puerile. Dubitamus, quid iſte in hoſtiũ præda molitus ſit.) Scilicet, cum piratarum nauem cepit, & prædam omnem ad ſe auertit. Ex L. Metelli manubijs.) Ex æde Caſtoris, quam de manubijs L. Metellus extruxerat, qui Metellus ſubactis Dalmatis, Dalmaticus appellatus eſt. Manubiæ autem ſunt præda imperatoris pro portione de hoſtibus capta. A ſigno Vortumni in Circum maximũ) Signum Vortumni in ultimo uico Thurario eſt, ſub baſilicæ angulo flectentibus ſe ad poſtremam dextram partem. Vortumnus autem deus inuertendarum rerum eſt, id eſt, mercaturæ. Circus autem maximus eſt idem, in quo nunc Circenſes ſpectantur. Quam tu uiam thenſarum atq; pompæ eiuſmodi exegiſti.) Sic exigiſti. Exigere uiam dicuntur magiſtratus, cum uiciniam cogunt munire quàm diligentiſſimè ſumptu facto. Thenſæ autem ſunt ſacra uehicula, pompa ordinum & hoſtiarum. Thenſas alij à diuinitate dici putãt: alij, quòd ante ipſas lora tenduntur, quæ gaudent manu tenere & tangere, qui eas deducunt.

eunt. Orbita autem duas res ſignificat. nam orbita & rota ipſa intelligitur, & ueſtigiũ rotæ in molli ſolo. Interceßiſſet contra legem Corneliam.) ut Tribuni pl. aliorum quoq; magiſtratuum capeſſendorum poteſtatem haberent. Perſuaſiſſe dicitur hanc legem Opimius. Contra alicuius hominis nobilis uoluntatem.) Catulum ſignificat, qui tunc princeps fuit Syllanæ factionis. Paucos homines, ut leuißimè dicam, arrogantes.) Catulum, Hortenſium, Curionemq; ſignificat. Manubias detrahere conatus ſit.) Spolia quæſita de uiuo hoſte nobili per deditionem, manubias ueteres dicebant: & erat imperatorum hæc præda, ex qua quod uellent facerent. Nã de ſubſortitione illa Iuniana iudices nihil dico.) Sortitus erat iudices Prætor Verres in iudicio, quo Oppianicus accuſatus eſt à Cluẽtio. Reiectione utrinq; facta, ſubſortitus eſt in eorũ locum Verres, ut mos eſt, alios. Damnato Oppianico, cum in inuidia res eſſet, quòd pecunia reus uideretur oppreſſus, & princeps illorum iudicum damnatus eſſet Iunius, quòd diceretur alios ſuppoſuiſſe, qui reum damnarent, non eos quos Prætor fuerat ſubſortitus, etiam Verres ipſe, ut hæc inuidia aduerſus Iunium uera uideretur, ſuſtulit, quos in ſuis tabulis habebat, & alios in litura ſcripſit, & obſignauit annulo non ſolum ſuo, ſed etiam ſcribæ ſui, quem furtorum participem ſuorum & diuitem fecerat, & annulo donauerat aureo. Eiuſdem modi ſubſortitionem homo amentißimus ſuorum quoque iudicum fore putauit.) Obſcurus locus, ſed, ut opinor, hic ſenſus eſt: Putauit, inquit, Verres eodẽ loco ſupponi potuiſſe iudices, qui ſe corrupti abſoluerent: quemadmodum ſuppoſiti erant, qui Oppianicũ condemnarant. nam. Qu. Curtius, ſodalis eius, iudex quæſtionis, ſubſortiebatur in locũ reiectorum, quos iſte redemerat, improbos iudices, quib. ad uenales ſententias proferendas ultimo die ſubiectis uteretur. Facilè autem pro ueris iudicibus improbi ſupponi poterant, uolente hoc iudice quæſtionis, et illis patientibus, qui ueri iudices erãt: quia niſi citati nõ conſidebãt, et graue onus erat, & incommodum iudicare. Qu. Curtium iudicem quæſtionis.) Apparet hunc poſt hoc factũ à Cicerone eſſe reiectum conuicio populi, qui in corona aderat. Ex hac decuria noſtra.) Decuriam modò ordinem, ac per hoc ex uobis: quia honeſtiorum decuriæ, inferiorum centuriæ dicebantur. Cuius mihi copiã quamlargißimè factam oportebat.) Quæ ſcilicet non fieret, ſi pro uobis alij ſubijcerentur. Quos iſte annuerat.) Quaſi diceret, ſuggereret. Sine cauſa.) Nõ reiectis ſcilicet ijs, in quorum locum alios ſubſortiebatur. hoc eſt ueſtro nobis * manente neq; reiecto.

PAVLI MANVTII IN ASCONium Annotatio.

Olympo.) Sic legendũ, non ut antè, Olyntho, ex Agraria prima ad populũ: præterea Strabone, Ptolemæo, Eutropio, & Saluſtij hiſtoriarum lib. 1. apud Priſcianum.

Curator totius oræ maritimæ.) Error Pediani. eſt enim hic Antonius orator, de quo in dialogis de Oratore, in quibus etiam ipſe libro 2. de rationibus à ſe confectis contra hominum opinionem teſtatur. M. Terentiũ.) M. Liciniũ, malim, qui Conſul fuit cum C. Caßio Varo, à præſenti tempore non longè. Eutropius libro 6. in bello Spartico, & noſter in oratione pro Cluentio. Terentij Conſulis mentionem his temporibus non inuenio. Sic alteram dici.) Vero Alteram: tamen Iterum magis placeret. Vt Corinthijs, ut Tarentinis.) De Corinthijs mentio eſt in oratione pro lege Manilia, & in Aſconio alibi: de Tarentinis in Valerio lib. 2. & Floro lib. 12. antè legebatur, Vt Cornelius, ut Terentius. Abundare enim uidetur Non.) Nihil abundat, ſi eum interrogatione legas. non tamen ſemper uigilas Aſconi. Aut pro præde.) Apertius eſſet, Aut per prædes.

IN EANDEM ACTIONEM IN VERrem tertiã, Franciſci Syluij Cõmentarius.

ARGVMENTVM.

Poſt Verris accuſationem dies multi conſumpti ſunt in teſtibus interrogandis, & literis tam publicis quàm priuatis recitandis. Quibus rebus Q. Hortenſius conſternatus, C. Verrem deſeruit. Ipſe autem Verres in exilium abijt. Fingit tamen Cicero Verrem adeſſe in hac actione, quam in foro non habuit, ſed tantum ſcripſit. Quòd adſit, id ualere ad probandam ſuam accuſandi diligentiam, & augendam iudicum in eo condemnando gloriam. Quòd adſit, mirandum non eſſe oſtendit propter magnam eius audaciam atq; amentiam, quæ ira deorum in eum iniecta ſit. Quòd ſi crimine repetundarum ab ijs iudicibus abſolutus ſit, inuenientur alij iudices, qui eum alijs criminibus condemnent. Quòd ſi eum hi quoq; abſoluant, ad pop. Rom. iudicium uocabitur, quòd libertatis & ciuitatis iura uiolauerit, qua de re populi Rom. iudicium eſt.

POſt accuſationem Verris, quã in extrema oratione ſuperiore Cicero fecit, teſtes contra Verrem Cicero produxit, tabulas tam publicas quàm priuatas ex Sicilia aduectas contra eundem recitari iußit. Quibus rebus Hortenſius ſtupefactus defenſionem deſeruit, & Verres in exilium abijt. Fingit tamẽ Cicero Verrem ab Hortenſio defenſum, eumq; huic actioni adeſſe. Altera actione.) Prior enim actio fuit Verris accuſatio, teſtium interrogatio, & tabularum recitatio. Statuerat ac deliberauerat.) Hinc attende, maius eſſe deliberare quàm ſtatuere. Tam nefarijs criminibus.) Inde Verrem adducit in odium. Proiectus ad audendum.) id eſt, effuſus, uel eminens, ut proiectam audaciam pro A. Cluentio appellat: Illi quorũ eminet audacia, atq; proiecta eſt, à conſilijs malitiæ deſeruntur. Vt ad audiendum proiectus, &c.) Annominatio eſt. Manifeſtò.) Manifeſtò à Cicerone ſæpius quàm manifeſtè dicitur. Teneatur.) id eſt, conuictus ſit. Si reticeat.) id eſt, ſi non reſpondeat. Pudentem exitum.) Cauſa enim pudoris abeſſet. Veſtra uerò.) Nam ſi Verres nõ condemnatus in exilium abiſſet, iudicum laus magna non fuiſſet. Eorum enim integritas in homine locupletißimo condemnando cognita nõ fuiſſet. Mea diligentia.) in Verre accuſando. Illorum.) hominum potentißimorum. Tum demum.) id eſt, tunc primùm. Illa uicta.) Hominum potentißimorum cupiditas, Verris pecunia, & patronorum minæ ac potentia. Inuidiſſe ueſtræ laudi.) Vt M. Cato, quum ſe ipſe occidit, Cæſaris laudi inuidiſſe dicitur. Senatorio conſilio.) id eſt, Senatu iudicante. Veritatis) id eſt, æquitatis & iuſtitiæ. Ab hoc ordine.) Senatorio. Abiudicari.) id eſt, ſententia ſua à ſe auferri. Aegram.) In Diuinatione ægrotam dixit: Hoc remediũ eſt ægrotæ ac propè deſperatæ Reipub. Depoſitam.) id eſt, deſperatam. Sic enim Aſconius & Non. Marcellus exponunt. Seruius libro Commentariorum Aeneidos Virgilij 12. lo-

eum illum exponens, Vt depoſiti proferret fata parentis: Depoſiti, inquit, id eſt deſperati. Nam conſuetudo erat, ut deſperati ante ianuas ſuas collocarentur, uel ut extremum ſpiritum redderent terræ, uel ut poſſent à tranſeuntibus fortè curari, qui aliquando ſimili morbo laborauerant. Cicero: Aegram & propè depoſitam Reipub. partem. Hæc ille. Pro uoluntate populi Romani.) Erit autem iudicata pro uoluntate populi Romani, ſi C. Verres condemnetur. Cõſtituta.) id eſt, firmata. Alioqui enim iudicia à Senatu ad aliũ ordinem transferrentur. Poſtremò.) Verbum acceßi, ut ait Aſconius, repetendum eſt. Itaq; ita intelligi oportet, Acceßi ad inuidiam iudiciorum leuandam, acceßi ad uituperationem tollendam, acceßi poſtremò, &c. Deſinẽt.) Quod ſæpe dictarunt. Neq; ipſe.) Aut C. Verres, aut Qu. Hortenſius. Impiè nefarieq;.) Impiè ad deos, nefariè ad homines refertur. Nec placet Aſconij inter nefandum & nefarium differentia. Quamuis enim nefandum latina uox ſit, eam tamen à Cicerone uſurpari uix inuenias. Is enim nefarium, non nefandum dicere ſolet. A' mente conſilioq; deducitur.) Verris amentiam probare incipit, quo minus mirandum ſit, ſi ad hoc iudicium adſit. A' mente conſilioq; deducitur.) id eſt, à mente conſilioq; ad inſaniã deflectitur, ut Actione ſuperiore: Cuius diuitiæ me de fide deducere non potuiſſent, ne eiuſdem pecunijs de honore deijcerer.

Agunt.) id eſt, urgent & impellunt, ut hunc locum explicat Non. Marcellus. Præcipitem.) in amentiã ſcilicet. Præceps eſt is qui in caput ruit. Quos partim ſecuri percußit.) Vt Herenniũ, aliosq;. De his ſupplicijs Rom. ciuium in Actione ſeptima Cicero dicit fuſius. Ciuem Romanum cædi uirgis, & ſecuri percuti, olim fuit mos: ſed poſtea lege Porcia uirgæ à corpore ciuis Romani remotæ ſunt. poſtea C. Gracchus legem tulit, ne quis ciuis Rom. iniuſſu populi Romani morte multaretur. Exilium pœna capitis erat. In uinculis.) id eſt, in carcere, & Syracuſis in Latumijs. Iura libertatis.) Quia ciues Romani erant, ut Romana libertate & ciuitate uterentur.

In crucem ſuſtulit.) Id autem ſupplicium ſeruorum erat, non ciuium Romanorum. Dij patrij.) Seruius libro Comment. in Georg. Virg. 1. deos eſſe patrios dicit, qui præſunt ſingulis ciuitatibus, ut Minerua Athenis, Iuno Carthagini. Hoc tamen loco uidetur Cicero ſignificare deos penates, qui parentum, liberorum, totiusq; familiæ curam & quaſi tutelam ſuſceperint. Macrobius libro Saturnalium tertio in illo uerſu Vergiliano: Dij patrij ſeruate domum, ſeruate nepotem: deos penates intelligi putat. Quod iſte.) Priſcianus libro ſeptimo ſcribit hoc in loco liberûm pro liberorum dici. apud quem ſcriptum eſt, quod iſte unus inuentus eſt, &c. Liberûm autem, ut liberorum uſitatè dici, Cicero in libro de Oratore teſtis eſt: ut quum cupidos liberûm, aut in liberûm locum dicimus. In tenebris.) id eſt in atrio, aut in loco penitiore, quò ſuas copias condidit. Auaritiæ ſupplicio communi.) id eſt, repetundarum. Nam per auaritiam populatus Siciliam eſt. Vt iſto damnato bona reſtituantur ijs quibus erepta ſunt.) Significat illud pœnæ in lege de Repetundis conſtitutum fuiſſe, ut qui damnatus eſſet, bona reſtituerentur ijs quibus ablata fuerant. Iſtius ſupplicio luendus eſt.) id eſt, purgandus & lauandus. Sed expugnatorem pudicitiæ.) id eſt uiolatorem. Non ſicarium.) id eſt, homicidam. Sicarius propriè dicitur is, qui ſica hominem occidit. autore tamẽ Quintiliano li. 10. per abuſionem ſicarios etiam omnes uocamus, qui cædẽ telo quocunq; cõmiſerint. Sed crudeliſsimum carnificẽ ciuium ſociorumq;.) Carnificem appellat eum qui nouo quodam & crudeli ſupplicio necat homines, quales apud ueteres fuiße multos accepimus, quos tyrãnos uocauerũt, ut Phalerim, Procruſten, Buſirim. Sic autem dicti ſunt, quòd carnem facerent, autore Donato in Hecyrã: Caro propriè dicitur mortuorũ, quòd careat anima. Cui damnari expediret.) Nam ſi damnetur à uobis, morte non multabitur: ſi uerò abſoluatur, ad populi iudicium adducetur, cui ſoli poteſtas eſt, ut reum morti adiudicet. Iſtum abſolutum dijs hominibusq; inuitis.) His enim inuitis abſoluetur, ſi uos eum abſoluatis. Tamen ex manibus populi Romani eripi nullo modo poſſe.) Quia libertatis Romanæ & ciuitatis ius C. Verres uiolauit, quum ciues alios in Sicilia ſecuri percuti, alios in crucem tolli iußit. Hoc autem ad iudicium populi Romani pertinet. Itaq; ſi à uobis repetundarum abſoluatur, ad populi Romani iudicium perduellionis reus adducetur. Conſilium.) id eſt, cœtus iudicum. Apud tales uiros.) Id ſæpe à Cicerone dicitur. Vulgò dicerent, apud tantos uiros. Ne actor quidem.) id eſt accuſator: quia id de ſe dicit, uitat arrogantiam. Victus.) id eſt, conuictus. Occultè.) id eſt, per calumniam. Suſtinebunt tales uiri.) id eſt patientur. Se tot Senatoribus.) Teſtibus in Verrem ſcilicet. Prouincia.) Sicilia. Suſtineant.) Permißio eſt, cum quadam prohibitione. Quibus probemus iſtum in quæſtura pecuniam, etc.) Rem paulo pòſt dicet fuſius.

Auertiſſe.) A' Cn. Carbone ad L. Syllam. Quod priore actione didiciſtis.) Quòd ego teſtes produxi, & tabulas recitari iußi. De capite.) id eſt, de ſumma. Frumenti decumani detraxerit.) Quòd decumarum nomine decumani ſoluerent populo Romano. Qui illum eius peculatum.) Eſt enim peculatus, rei uel ſacræ, uel publicæ furtum. Emerſerit ex peculatus iudicio.) Permiſſio eſt, ut gradum faciat ad ſequentia, quæ ſunt grauiora.

De ducibus hoſtium.) Hæc in libro de ſupplicijs tractantur fuſius. Noſtro crimini.) Quod in eum nos intendimus. Hoc in illo maieſtatis iudicio ſi licuißet, ſibi oſtenderit.) Populi enim Romani maieſtatem imminuit, qui priuatus domi ſuæ captiuos retinet. Si licuiſſe ſibi oſtenderit, ego oportuiſſe concedam.) Argumentum à genere ad ſpeciem in affirmatione non ualet, in negatione uerò optimum eſt. Licere genus eſt, oportere ſpecies. Itaq; Cic. pro L. Cornelio Balbo: Eſt, inquit, aliquid, quod non oporteat, etiamſi licet: quicquid uerò non licet, certè non oportet. Tam difficile eſſe probare genus, hoc eſt licuiſſe, Cicero ſignificat, ut id ſi probet Verres, Cicero promittat ſe concedere in affirmatione ſpeciem, hoc eſt, oportuiſſe. Ex hoc quoque euaſerit.) id eſt, abſoluatur. Permißio eſt. Proficiſcar eò.) id eſt, ad iudiciũ populi Romani Verrem adducam. De iure enim libertatis & ciuitatis.) id eſt, de iure pertinente ad populi Romani libertatẽ & ciuitatem. De iure ciuitatis.) id eſt ciuium. Ne intelligas, ſi quis ſe gerat pro ciue, qui ciuis non ſit: aut ſi quæſtio eſt de aliquo, iuréne an iniuria ciuis factus ſit, qualis de Archia et Balbo fuit controuerſia, quæ apud iudices tractata fuit. De iure libertatis & ciuitatis fuit cauſa C. Rabirij perduellionis rei, quæ ipſa apud populum Romanum acta eſt. Conſilia ſenatoria.) id eſt,

Iudices qui ſunt ex ordine Senatorio. Quæſtiones.) id eſt equuleos, quibus cruciantur ij de quib. habentur quæſtiones. Euolet ex ueſtra ſeueritate.) id eſt, celeriter euadat. Ex ueſtra ſeueritate.) id eſt, ex ſeuero ueſtro iudicio. Credet.) Populus Romanus. Antea.) id eſt, actione priore. Qui cognitores.) id eſt, cognoſcẽtes ſtatum eius. Homines honeſtos.) quibus credendum fuit. Sublatum.) à tollendo. Credant omnes quinq; & triginta tribus.) Tot enim Romanæ trib. erant, tam urbanæ quàm ruſticæ. Eas quoq; curias appellatas eſſe, Sex. Pompeius tradit. Hæ autem tribus in iudicio populi Romani reum ſuffragijs ſuis uel damnabant, uel abſoluebant.

Amplius centũ.) Hoc dicendi genus doctis familiare eſt. Vulgus diceret, amplius quàm centum. Et religionem ſuam.) Nam teſtis iuratus dicebat teſtimonium. Multos ciues Romanos in Latumijs.) Latumias ex græco, & maximè à Syracuſanis dictas eſſe putat Sextus Pompeius, quòd latomias & appellant & habent inſtar carceris, ex quibus locis exciſi ſunt lapides ad extruendam urbem. De latumijs Syracuſanis Cicero in libro de ſupplicijs fuſius. Sunt igitur latumiæ generali uocabulo loca, ea unde lapides in uſum noſtrum exciſi ſunt. Lapidicinas latinè uulgò appellant. Cenſet Budæus in adnotationibus in Pãdectas, melius appellari lapicidinas, quo nomine Plautum uſum fuiſſe dicit. Eius in ſententiam, ut alias ſæpe, ita hoc loco concedo, ut ſit lapidicina compoſitum à lapi, & cædendo: ut aurifodina dicitur. autore Priſciano libro ſexto, Latini uetuſtiſsimi huius lapis protulerunt. Ennius in duodecimo Annalium: Occumbunt multi letum ferroq; lapiq;. A' Latomijs latomi appellati ſunt, non qui parietes & domos lapidib. ædificãt, ſed qui in lapicidinis lapides excidunt. Magna enim fuit cognatio literarum o & u: ut polchrum & colpam, pro pulchro & culpa ueteres, autore Priſciano, dixerint. Pulyxena pro polyxena, ut ait Quintilianus: & ſacerdus, et epiſtula, ut ait Politianus, ab iiſdem dicta fuere. Beneficio populi Romani.) cuius ſuffragio Aedilis factus ſum. In reliquis.) quæ in Verrem poſtea agentur. Explorata.) id eſt, probata: ut hunc locum Nonius Marcellus explicat.

Quum longo interuallo ueterem conſuetudinem retuli.) Nam, ut in Diuinatione dixit, homines honeſtiſsimi, & uiri fortiſsimi antea accuſabant, ut Publius Lentulus M. Aquilium, Africanus minor bis conſul & cenſor L. Cottam in iudicium uocauit. tum florebat populi Romani nomen, ciuitatis maieſtas grauis habebatur. Poſtea imperiti adoleſcentuli accuſare cœperunt. Hanc ætatem Cicero prætereuectus cum Verrem accuſat, ueterem illam conſuetudinem refert, quæ longo interuallo fuerat intermiſſa. Vt ei qui iſtius Quæſtor fuiſſet.) id eſt, Qu. Cæcilio, qui Verris Quæſtor in Sicilia fuerat. Inimicitias inſtas.) Hoc dicit Cicero, ut cauſæ ſuæ ſeruiat. Has enim Cæcilij cum Verre inimicitias fuiſſe ſimulatas, Cicero dixit in Diuinatione. Inquirendi.) id eſt, faciendæ inquiſitionis uitiorum Verris. Celeritas reditionis.) Nam quamuis Ciceroni dati eſſent dies centum et decem, die quinquageſimo rediijt. Lauti.) id eſt, elegantes & ſuaues. Ita enim hunc locum exponit Nonius Marcellus: apud quem locum hunc ita ſcriptum inuenio: Romam ut ex Sicilia rediij, comites iſtius atque amici lauti & urbani. Quæ lectio ſi probaretur, diſsiparant, non diſsipaſſent, legendum eſſet. Diſsipaſſent.) id eſt, diuulgaſſent. Hinc.) id eſt, ex parte Verris. Memoria noſtra.) id eſt, tempore meo. Pactionis ſuſpicionem.) id eſt, quòd pacti eſſent cum reo, & haberentur præuaricatores. Poſt hunc ſtatũ populi Romani.) id eſt, poſtquã ſenatores ſoli iudicarunt. Simili ſplẽdore & dignitate.) Iudices breuiter laudat, ut laus oblata, nõ quæſita uideatur: quod etiam poſtea ſæpe facit. Quintilianus lib. quarto ſcribit, hac ratione iudices conciliari poſſe.

Quam laudem.) in reijciendis iudicibus. Qui quum P. Galbam.) Probat Cicero hanc laudem ſibi cum Verre communem non eſſe, quòd Verres bonos iudices reiecerit, improbos retinuerit. Eius patronus.) Hortenſius. Suos.) C. Verris. Nimium ſui iuris ſententiæq;.) Eſſe ſcilicet: id eſt, quòd eſſent nimium ſeueri, & ſuum ius atq; ſententiam nimium ſeuerè tutarentur, itaque Verrem condemnarent, quamuis eſſet familiariſsimus. Comitijs meis.) quibus ego ædilis factus ſum. Quo die primum.) Nonis enim Sextilibus hora nona iudices in C. Verrem conſederunt. Contra me:) ut ædilitate me deijceret. Fructum diligentiæ.) quòd diligens fuerim in bonis iudicibus retinendis, & improbis reijciendis. Primo die.) Cicero propoſita accuſatione, ut eſt in Actione ſuperiore, multos dies producendis teſtibus, & tabulis recitandis conſumpſit. Quæ omnia ex Actione prima eſſe dicit. Victoriæ.) id eſt, uincendi cauſa. Quemadmodum non reſponderet.) id eſt, profugiens exilio uoluntario ſe multaret. Comperendinatum.) id eſt, iſtius cauſam in longum tempus dilatam. De comperendinatione paulo pòſt Aſconius plura ſcribit. In adnotationibus Budæi in Pandectas non pauca inuenias. Ludorum.) Votiuorum, & Romanorum. Exiſtimationem populi Romani.) quam populus Romanus de me haberet. Cum cauſa.) id eſt, ut honeſtam cauſam accuſandi Verris haberem. Quum ad agendum Cicero accedit, honeſtam cauſam ſolet oſtendere, ne aut quæſtus, aut gloriæ, aut odij cauſa acceſsiſſe uideatur. Reipublicæ conſulere.) Meum fuit, cum hoc & proximis repetatur. Ex priore actione abſtulerit.) Legit Aſconius, non abſtulerit, ſed ſuſtulerit: pro eo quod eſt perſuaſum habuerit. Vix cum huius parua.) Magna criminum Verris amplificatio eſt. De toto ordine.) Senatorio. Hoc ſi uobis leuius uidetur.) quòd ad alium ordinem iudicandi poteſtas transferatur. Quòd putatis onus eſſe graue.) Nam Cincia lege cauebatur, ne quis orator aut iudex ob orandam cauſam aut iudicandam donum munus ue acciperet: ut in Ciceronis Catonem Maiorem ſcripſimus. Primum intereſſe, &c.) Quum quis ob aliquam turpitudinem mouetur dignitate, id ad famam ſordidum maximè eſt. Reiecerutis.) id eſt, depoſueritis. An quòd probare, &c.) id eſt, non potueritis efficere, ut populus Romanus approbaret fidem & religionem ueſtram, quia corruptos uos cognouerit.

Quum Verrem à porta.) Perſiſtit in fictione. Non ſine cauſa illius conſiliũ tam repentè, &c.) Quòd in corruptis iudicijs ſpem aliquam haberet. Nunc ne nouo querimoniæ genere uti poſsit, &c.) In actione priore Cicero oratione perpetua uſus non eſt. Teſtes & tabulas per multos dies contra Verrem, ut diximus, produxit. quocirca Hortenſio defendendi Verris poteſtatem eripuit. Quum enim nihil dixerit accuſator, quid patronus refutabit? Reliquit tantum Hortenſio, ut teſtes interrogaret.

garet. Ea de re queri poſſit Hortenſius: cui Cicero hoc loco reſpondet. Opprimi reum de quo nihil dicat accuſator.) id eſt iniuſtè condemnari. Aduerſarios.) id eſt, accuſatores. Subleuaturum fuiſſe eum, quem contra dicerem.) quia patrono defenſionis materiam præbuiſſem. Hic tu fortaſſe eris diligens.) Apoſtrophe eſt ad Hortenſium. Abuſus.) id eſt, omnino uſus. Ab enim in compoſitione complet nonnunquam ſignificationem dictionis cum qua componitur, ut abnumero, abſoluo.

Comperendinatum.) id eſt, comperendinationem, ut ſit quartæ declinationis.

IN EANDEM ACTIONEM IN Verrem tertiam Chriſtophori Hegendorphini Scholia.

ARGVMENTVM.

Fingit Cicero adeſſe in iudicio Verrem comperendinatum, reſpondere citatum. & quum prima actione accuſatus ſit, & defenſus Verres, nunc uelut defenſus iterum (ſic enim mos erat) altera accuſatione accuſatur perpetua quadam oratione. Cæterùm in hac accuſatione Cicero in primis crimina repetundarum, ſummis eloquentiæ uiribus inuadit, & alia pleraque amedicta uitæ ſcelera iterum in medium producit.

NEminem ueſtrûm ignorare arbitror iudices.) Exorditur ab inſinuatione, Verrem præter omnium expectationem audemem adeſſe, atque defenſum eſſe dicit. Statuerat ac deliberauerat.) Amplificatio à circumſtantijs. Eſt idem Verres.) Copulatio eſt. Me laboris mei, uos uirtutis ueſtræ.) Ex re ſua & iudicum eſſe oſtendit, quod Verres iterum iudicio adſit. Nam ſi iſte id feciſſet.) Confirmatio propoſitæ propoſitionis. Imò uerò adſit.) Conceſſio. Veſtra integritas eum.) Aduerſarios in inuidiam adducit. Neque enim ſalus ulla maior.) Repetit quæ in prima actione dicta ſunt, è republica eſſe, Verrem damnari. Socios, leges.) Congeries eſt. Itaque mihi uideor magnam, & maximè ægram.) Reddit officij ſui rationem, cur Verrem accuſet.

Reipublicæ partem ſuſcepiſſe.) Argumentum à publico commodo. Etenim ſine dubio.) Confirmat in hoc iudicio iudiciorum infamiam tolli poſſe. Tametſi de abſolutione.) Præoccupatio eſt. Multa enim & in deos.) Impudentiæ Verris cauſas Cicero recenſet. Quos partim ſecuri percuſſit.) Amplificatio, qua id quod primò anguſtè propoſitum eſt, deinde per quandam diſtributionem explicatur. Porrò aſpergit quoque dinoſin: id eſt orationem rebus inuidioſis, aſperis, duris, impijs uim addentem. Partim implorantes iura libertatis.) Hoc eſt, cum eſſent liberi homines, debere eſſe immunes à pœnis, ſupplicijs tam horridis. Religiones uerò.) Impietas Verris in deos. Simulacra deorum.) Sacrilegia Verris. Non id ſolum quæritur.) Quid in hoc iudicio Verris quæratur, oſtendit. Non enim furem, ſed ereptorem.) Amplificatio eſt per correctionem, uel quia uerba ampliora cum minoribus comparantur. Vide Fabium libro octauo, de amplificatione. Nam quis hoc non intelligit.) Arguitè Cicero non modò reum terret, ſed etiam iudicibus comminatur. Præclarè nobiſcum actum iri.) Terret iudices, & hortatur eos tacitè, ne Verrem abſoluant. Cum fana ſpoliaret.) Articulus cum incremento uocum. Non eſt, non eſt.) Conduplicatio cum præoccupatione. Metuo ne quid arrogantius.) Præmollit id quod de ſe dicturus ſit. His ego iudicibus non probabo.) Verrem non impunè eripi poſſe probat. Se tot ſenatoribus, tot.) A' ſceleribus Verris probat non metuendum eſſe iudicibus, ne aut Verres occultè ſurripiatur, aut impunè eripi poſſit. Reperiemus, ſi iſtum uiuum.) Terret iterum iudices. Quod iſte M. Marcelli.) Quæ M. Marcellus expugnatis Syracuſis Romam è Sicilia deportari curauit, uide Liuium libro quinto ſecundi belli Punici. Non dubitauerit auferre.) Nam Marcellus multa monumenta deprecantibus Syracuſanis reliquit. Meditetur de iudicibus.) Argumentum à ſua ipſius confeſſione. Fateatur id quod.) Conceſſio Ironica. Se priuatum hominem.) Amplificatio à conditione hominis. De iure enim libertatis & ciuitatis.) Verres accuſatur uiolatæ libertatis Romanæ. Credet ijs equitibus Rom.) Primum exemplum uiolati iuris libertatis à Verre. Credent omnes.) Secundum exemplum uiolatæ libertatis, iuris Romani. Vir primarius.) Tertium exemplum. Probabit fidem & religionem.) Quartum exemplum uiolatæ libertatis. Morte eſſe multatos.) Amplificatio ab indignitate. Hanc ego cauſam.) A ſua perſona colligit. Quapropter omnes in hoc iudic.) Clauſula argumentorum, ne Verres inpunè abeat. Mea quidem ratio.) De ſuo in agenda cauſa Verris ſtudio dicit.

Meorum autem neceſſariorum.) Cur cauſam iſtam ſuſceperit. Quod meum factum.) Simpliciter fatetur commentitiam ſimultatem Cæcilij cum Verre, Cæcilio non fuiſſe idoneam cauſam accuſandi Verris. In Siciliam ſum inquirendi cauſa profectus.) Suum in hac cauſa ſtudium commemorat. Pudorem uerò ac religionem.) Deprecatur & ſuſpicionem corruptionis, & fauorem Siculorum. Romam ut ex Sicilia.) Narratiuncula. Homines lauti.) Hoc propter Hortenſium dicit, qui elegantiore & comptiore amictu uti ſolitus erat, autore Gellio libro primo. Sciebam in reijciendis.) Hoc eſt, in hoc quod reieci aliquos iudices, ſatis ſcio pleroſque ſuſpectos factos initæ pactionis cum Verre ad corrumpenda iudicia. Ac diligentia probaretur.) Id eſt, cum fideles alioqui actores uiderentur eſſe. Porrò hoc in Hortenſium & cæteros Verris amicos dicit. Putabam non ſolum notis.) Fidem & diligentiam ſuam in hac cauſa cognitam eſſe dicit. Quarium reijci.) Paradoxon. Nam comitijs meis.) Argumentum à ſigno.

Quis tam nouarum rerum.) Tacitè indicat de iudicibus malam ortam eſſe opinionem, quòd accepta pecunia falſum decernerent. Id ſum aſſecutus.) Quid in prima actione contra Verrem & dixerit & egerit, narrat. Deinde reliquis diebus.) Apparet Verrem prima actione, productis contra eum teſtibus, multis diebus accuſatum eſſe. Quæ res primo.) Confirmatio eſt.

Nulla nota.) hoc eſt, non uidebantur iudices poſſe corrumpi, ut falſum decernerent. Poſuit autem ſententias pro tabulis, figuratè. Iudices enim in tabulas ſententias ſuas redigebant. A' me pedetentim.) Præmonitione utitur. Videt ad ipſum.) Locus eſt coniecturalis, à Curionis gratulatione ipſi Verri facta. Fornicem Fabianum.) Fornix, locus arcuoſus iuxta Regiam in ſacra uia à Febio Cenſore conſtructus, autore Aſconio. Hoc ſi uobis lcuius.) Occupatio eſt. Deinde illud cogitare.)

A' periculo

A' periculo futuro, ſi ſenatoribus iudicandi poteſtas eripiatur. Quos propter odium.) Ab expectatione inimicorum ſenatus. Hæc me iudices.) Mitigat hortationis prolixitatem. Nonnulli ſuſpicati.) Argumentum à ſpe inimicorum. & fingit hoc Cicero, ut credatur uera fuiſſe ſecunda actio, quæ ſecundum ueram geſtorum fidẽ non dicta, ſed ſcripta eſt. Nunc ne nouo.) Cicero proponit querelam Hortenſij, conquerentis Ciceronem non iuſto tempore accuſaſſe reum Verrem. Porrò Cicero iſtã querelam Hortenſij ideo proponit, ut ridicula & iniuſta uideatur. Hic tu fortaſſe eris.) Apoſtrophe ad Hortenſium, qua oſtendit ſe non cogi poſſe, ut utatur oratione perpetua, & omnibus horis ſuis, ſi nolit. Cauſam cognoſci oportet.) Propoſitio Hortenſij. Ea re quidem.) Cauſa propoſitionis. Id igitur tu moleſtè tuliſti.) Ironia Ciceronis. Adimo enim comperendinatum.) Ab ea enim ſignificatione, qua comperendinare procraſtinare eſt, & eſt diem de die ducere, comperendinati rei dici poſſunt in cauſis criminalibus, quos curia dimiſſos fide eſſe ſua uoluit: hoc eſt, quos ſuæ ipſorum cuſtodiæ commiſit, ut aut urbem carceris loco habeant, aut priuatam aliquam domum. Comperendinati ideo dici poſſunt, quia non planè abſoluti ſunt, ſed ueluti uadimonio quodã obſtricti, uel quia nondum comperta ſatis crimina ſunt, uel quia nondum ſatis innocentes ſe approbauerunt. Vide Aſconium Pedianum, & Budæum in prioribus annotationibus Pandectarum. Si eum qui poſterius dixit.) Senſus eſt: Comperendinatio propter me magis quàm propter te eſt conſtituta, aut non magis propter te quàm propter me. Si enim numerum dicẽdi expendas, ex æquo res eſt: ſi ordinem, ego ſum prior. Nam ſi accuſator dixerit, reſpondet primæ actioni defenſor. Rurſum, iudicio comperendinato, prior defenſor dicit, & defenſionem tanquam duplicem in medio poſitam accuſator ultimo dicens obruit. Vel amplius pronunciari.) Ampliare, uerbum iuris eſt, & eſt damnationem rei differre, aut quia coràm ſiſtendi teſtes ſunt, aut quia nondum planè liquet aut de crimine, aut de pœnæ modo. Ex quibus colligere potes, ampliationem parum differre à comperendinatione. Ampliatio numerum certum actionum non habebat, comperendinatio uerò iterata erat actio. Nequaquam tam manifeſtis.) Non fuiſſe in hac cauſa comperendinatione opus, docet. Verùm ſi cauſam.) Repetit Hortenſij obiectionem. Nónne aut in tabulis.) Ex priore actione, qua teſtibus tantum uſus ſit, cauſam Verris cognitam probat. Dio quidem fuit Haleſi.) Narratiuncula. Quo tempore igitur.) Obiectio eſt. Cum Dio ipſe prodiret.) Argumenta, quibus Verres pecuniã à Dione accepiſſe conuictus eſt. Sic à me ſunt acta.) Non fuiſſe in priore actione perpetua oratione opus, dicit. Nego eſſe quicquam.) Cauſam Verris in priore actione cognitam docet. Etenim ſic me egiſſe.) Quomodo priorem actionem egerit, narrat. Interpoſuiſtis accuſatorem.) Alij Rupilium ſiue Oppium à Verre ſuppoſitum intelligunt: alij Rupilium accuſatorem, & Oppiũ reum: alij Qu. Metellum Nepotem accuſatorem, & Curionem reum. C VIII. ſibi in Achaiam.) Sic enim erat à Prætoribus legibus conſtitutum, ut ſi intra centum & octo dies ille inquiſitor Achaicus rediſſet, priore loco ageret, & ita factum eſt, ut propè menſes tres Ciceroni eriperentur. Vt cum horis noſtris.) Cur Cicero ſuis horis ad accuſandum conceſſis à lege, uti noluerit. Deinde ita tempus duceretur.) A' dolo aduerſariorum. Ne quem nemo prima.) Nam cum Cicero in priore actione explicatis criminibus, ſemper teſtes interrogaret, Hortenſius Verris defenſor adeò perturbatus eſt, ut reum indefenſum relinqueret, & reus ultroneum exilium ſibi ſibi conſciſceret. In cautione uiderunt.) Fingit Cicero ſe reſciuiſſe pactionem Verris amicorum, qui in ſe ſuſceperant procurationem corrumpendorum iudiciorum, liberandiq́; Verris, ſi poſt Calendas Ianuarias de Verre iudicaretur. Eſt ergo Ciceronis ſenſus: Quàm ego eſſem ſtultus, ſi quod tempus illi in promittendo elegerant, ego in accuſando non effugiſſem, præſertim cum poſſem effugere. Itaque primum.) Occupatione quadam & attentos animos iudicum facit, & Verri inuidiam maximam conflat. Quæſtor Cn. Papirio.) Vnius criminis Verris propoſitio. Quæſtor ex S. C.) Accuſat Verrem malè geſtæ quæſturæ: & eſt narratio ſplendida. Cognoſcite hominis.) Parentheſis ad motum animi facit. Erat tum diſſenſio ciuium.) Subindicat primum bellum ciuile Romæ commotum inter Syllam & Marium, anno Vrbis conditæ ſexcenteſimo ſexageſimoſecundo. De quo uide Appianum libro primo Bellorum ciuilium, & Eutropium libro quinto Hiſtoriarum Romanarum. Quibus illam reiectionem.) Quo animo Verres pecuniam auerterit. Hoc eſt rationes referre.) Vituperat rationem Verris. & eſt pyſma. Sibi elegit Ariminum.) Hoc oppidum erat quod Albinouanus dux ipſe Marianus Syllæ prodiderat: uide Plutarchum in Sylla. & eſt argumentum à loco. Recita denuò Pub. Lentulo.) Hoc eſt caput relatarum rationum à Verre, totius quæſturæ eius. Malus ciuis.) Obiectio Verris. Fuerit alijs.) Confutatio obiectionis. Marcus Piſo Quæſtor.) Exemplo urget Verrem, ut oſtendat quid facere potuiſſet, niſi furtum pararet. Nec morem maiorum.) Qui inſtituerant Quæſtorem ſumma reuerentia, ſumma neceſſitudine erga ſuum Prætorem affectum eſſe debere, ut ſuprà in Diuinatione habitum eſt. Etenim ſi hæc perturbare.) Argumentum à malis futuris, ſi Quæſtor Prætori fidem non ſeruat. Ipſe Sylla.) Ab exemplo. Vbi iſte ſummæ rei.) Argumentum eſt, Verrem proditorem eſſe. Nunc quamuis ſint.) Redit ad ſuperiorem Verris obiectionem. Nullæ occultiores.) Probat commune eſſe malum. Ita'ne uerò?) Exaggerat hoc, quòd Verres conſulem Carbonem deſeruerit. Itaque idem iſte.) Accuſat Verrem malè geſtæ legationis pro quæſtura apud Dolobellam. C. Malleolo occiſo.) Suſpicioſo uerbo uſus eſt. Nam non urget Malleolum à Verre occiſum eſſe, ſed ita uult uideri, quia Verri mors eius lucro fuerit. Nam quæ in ipſum.) Intelligit C. Cæſarem, qui Cn. Dolobellam, ſedata ſeditione ciuili inter Marium & Syllam, repetundarum poſtulauit, in quo iudicio Verres contra Dolobellam improbiſſima teſtimonia dixit. uide Suetoniũ in Cæſare. Quid hoc homine faciatis?) Exaggeratio. Nolite quæſo Iudices.) Occupatio eſt. Mihi properandum.) Tranſitio eſt. Syllanarum proſcriptionum.) Nam Sylla prima die octoginta proſcripſit. ſecũdo ducentos & uiginti, autore Plutarcho in uita Syllæ. Acra pinarum prætermittam.) Nam Sylla proſcriptorum liberis ius petendorum bonorum eripuit, et bona eorum uendidit, ex quibus primò multa rapuit. Ita Florus Epit. 92.

Poſteaquam Cn. Dolobellæ.) Inſimulat Verrem malè geſtæ legationis apud Dolobellam. Sed non inauditum.) Nam & Alexander Seuerus Veconium Thurinū quendam nebulonem fumo necari iuſsit, ut ſcribit Helius Lampridius in uita Alexandri. Prætermittam minora.) Occupatio, attentionem faciens. Ibi hominem ingenuum.) Amplificatio à conditione hominis. Eſt enim tanta ſani religio.) Vt etiam teſtatur Strabo in decimo, & Macrobius in 1. Saturnal. Non dubito quin.) Apoſtrophe ad Verrem. Latonam ex longo errore.) Fabula hæc partim ad amplificationem, partim ad ornatum orationis facit. Cum bellum toti Græciæ.) De quo uide Iuſtinum in 11. In Aſiam uerò.) Crimina Verris in Aſia commiſſa. Illa uerò expugnatio.) Nam ædiles in ludorum apparatu ſigna nobilia ex urbibus ſociorum populi Romani Romam deportare poterant, ita ut ſocijs ea deinde reportarent, autore Aſconio. Cum obſignandi gratia.) Mos fuit, ut accuſator obſignaret domum rei repetundarum, & clauſa omnia eius bona ſeruaret, ne qua furtorum indicia aut in uaſis, aut in ſignis, aut literis conſtituta, à reo amouerentur. Contra quæſtorem.) Alij quæſitorem legunt, & tum intellige Glabrionem Prætorem iudicij repetundarum in cauſa Verris, ad quem redigebantur proſcriptorum bona, & à quo ſocijs rapta reddebantur. Sectoremq; pugnare.) Sectorem, id eſt, æſtimatorem redemptoremq; bonorum damnati atq; proſcripti ob crimen repetundarum, qui ſpem ſectans lucri, bona omnia rei auctione uendebat, & ſemel inferebat pecuniam, uel ærario, uel ſocijs, ut ita fieret ſatis illis quibus proſcriptus aliquid ſurripuerat, autore Aſconio. Aſpendum uetus oppidum.) Quid in Pamphylia Verres fecit. Omnia ex fanis.) Exaggeratio eſt. Aſpendium citharistam.) Facetum admiſcet de Aſpendio citharœdo. Aſconius Pedianus ad hanc ferè ſententiā narrat: Vulgares citharœdi cum canunt, utriuſq; manus officio funguntur: ita ut dextra plectrum teneant, id quod foris canere appellant: ſiniſtræ digitis chordas carpant, quod quidam intus canere uocant. Difficile uiſum eſt quod Aſpendius citharœdus faciebat, qui nequaquā utraq; uteretur manu, ſed omnia, id eſt totam cantionem, intus, et ſiniſtra tantum manu complecteretur, atq; ita tacito leniq; modulamine ſiniſtra contractis chordis cantilena peragebatur, ut uox ad citharœdum duntaxat, aut proximè adſiſtentem, perueniret. Hinc fluxiſſe prouerbium, ut furaces homines, Aſpendij citharistæ Græcis uulgò dicerentur, ideo quòd ut hic carminis, ita illi furtorum eſſent occultatores. Proinde Cicero facetiſsimè rapacitatem Verris taxare uolens, dicit eum Aſpendium citharœdum ſuſtuliſſe, & in medijs ædibus ſuis poſuiſſe: hoc eſt plus quàm furem eſſe Verrem. Pergæ fanum antiquiſsimum.) Pomponius Mela libro primo, Perga, inquit, Pamphyliæ oppidum eſt, Dianæ, quam ab oppido Pergæam uocant, templum.

Id à te nudatum.) Exaggeratio criminum in legatione à Verre commiſſorum. Cum imperio.) id eſt, à populo Romano nominatim imperium ſortitus. Ita interpretatur Feſtus. Quid ego de M. Marcello.) Ab exemplis uetuſtis Verrem urget, à maiori ad minus. Antiochūq; regem.) Scilicet ad montem Sipylum, autore Liuio libro quinto & ſexto belli Aſiatici. Ornatiſsimam Corinthum.) ſcilicet metropolim Achaiæ, autore Plinio libro quarto, capite quarto. Vereor ne hoc forte.) Præoccupatio eſt. Ita æquabiliter omnes.) Laus priſcorum Romanorum iuxta ſeriem temporum. Olynthum ui, copijs.) urbem Thraciæ, autore Pomponio libro 2. Et omnibus rebus auctam. Vide Eutropium libro 6. capite 2. Nam poſtea Seruilius.) A recenti exemplo Verrem urget Cicero. Diripienda ac uexanda.) Nam ædili atq; prætori Hortenſio, & item Metellis, rapta ex prouincijs ſigna ad ornandum & forum & comitium Verres commodauerat. Tu quæ ex fanis.) Collatio facti Seruilij cum facto Verris. Cognoſcite ex literis.) A ratione Seruilij, eum omnia ſigna per triumphum uecta, ærario ſcripta intuliſſe probat. Dices tua quoque.) Oratoriè obijcit obiectionem, quæ confeſſionem in ſe habet. Vidi collucere omnia furtis.) Inuidioſa narratio. Vidi enim eos qui iudiciorum.) Tacitè perſtringit Hortenſium, & cæteros ædiles, qui à Verre ſigna accommodatò acceperant. Socij uerò, nationesq;.) Veriſimile facit, illa ſigna à Verre ædilib. accōmodata, furto ſublata fuiſſe. Alio in loco lachrymantes.) Argumentum à lacrymis legatorum. Quorum omnium hunc ſermonem.) Dialogiſmus eſt ad inuidiam Verris comparatus. Sed, ut opinor, ſolet hæc.) Facetum eſt, & obiectio Verris.

Habeo & iſtius tabulas.) Confirmatio eſt. Mos olim fuit Romæ, ut unuſquiſque domeſticam rationem totius uitæ ſuæ per ſingulos dies traducendæ conſcriberet: in qua apparebat quid quiſq; de redditibus ſuis, quid de fœnore lucroq; ſecernere poſſet quoque die, & quid item ſumptus damnique feciſſet. Dicit igitur Cicero, ſe habere & patris eius tabulas, & ipſius Verris: ex quibus prodit quàm multæ tabulæ pictæ, quàm multa ſigna apud Verrem furto ſublata occultentur. Patris, quoad uixit, tuas.) Accuſat domeſticam Verris rationem, ut quam ad tempus aliquod fecerit. Hoc uerò nouum.) A ratione domeſtica Verris, eum multa ſigna furatum eſſe probat. Quæ ſectorem expectant.) Repetundarum cauſa ſic ſe habet, ut ſi conuictus reus ſit atque damnatus, pecuniam reddat æſtimata lite, hoc eſt in precium redactis omnibus furtis: quam ſummam pecuniæ, proſcriptis eius bonis, ſectores curabant. Ad impluuium.) locum ſcilicet quò aqua impluit in domum, collecta de cœlo. Quàm multis ingenuis.) Accuſat Verrem ſtuprorum in legatione commiſſorum. Sed ego omnia.) Occupatio.

Oppidum eſt in Helleſponto.) Narratio ut ſplendida, ita copioſa, ſtupri à Verre Virgini cuidam Lampſacenæ per uim illati. Maximè ſedati.) Hæc narrat, ut crimen Verris deteſtabilius faciat. Ad Ianitorem.) Proprium nomen eſſe, Aſconius autor eſt. Erat comes eius Rubrius.) Noua narratiuncula. Laborabat.) Rectè laborabat, quia inuitus Rubrium ſuſcipiebat. Vt Græco more biberetur.) Quem Plautus in Muſtell. indicat, dum inquit: Noctes dieſq; bibite, pergræcamini, amicas emite, paſcite paraſitos, obſonate plauſibiliter. Vel alludit ad morem quem Auſonius indicat: Ter bibe, uel toties ter, ſic myſtica lex eſt. uide Athenæum lib. Dipnoſophiſtarum 2.

Hic tum alius.) Protheſis eſt. Seruos ad ſe uocat.) Pietas patris erga liberos oſtenditur. Clamor interea.) Epitaſis eſt. Iactatur domi ſuæ.) Amplificatio iniuriarum. Hæc ubi filio.) Proceſſus conſilij Rubrij. Omnes eodem animo.) Semina argumentorum narrationi aſpergit. Ad populū loquebatur.) Amoliuntur metum animaduerſionis. Vt grauius apud eos.) Oratoriè hoc,

riè hoc, quia parcendū non tam Verri quàm Legato pop. Romani dixerunt. Sic iſte multo ſceleratior.) Exaggeratio ſceleris Verris ab exemplo. Quàm ille Adrianus.) Aut legatus, ut aliqui uolunt: aut Prætor Africæ, ut alij. Porrò Adrianus temporibus Cinnæ uixit. Viuus exuſtus eſt.) Quòd corrupto ſeruitio ciuitatis illius, de principum nece conſpiraſſet. Ita Aſconius. Neq; adhuc cauſam.) Exaggeratio, quòd nulla cauſa motus Verres tantum facinus commiſerit. Nunc cum ipſe.) A' teſte facinus Verris comprobat. Qui tum accenſus.) Accenſi dicebantur, qui in locum mortuorum militum ſubrogabantur, & ad legionum cenſum adſcripti erant, autore Feſto Pompeio. Poteſtis dubitare.) Ad damnandum Verrem hortatur iudices. Niſi uerò illud.) Præoccupatio eſt. De quo ne multa diſſeram.) Confutatio obiectionis. In quo uideo Neronis.) Vt Nero Philodamum & filium cædis damnarit, narrat. Rogat & orat Dolobell.) Inuidioſe narrat. Nam Verrem corrupiſſe nonnihil iudices, argumentis multis oſtendit. Erant nonnulli togati creditores.) Non dicit equites Romanos ſed Legatos, & creditores Græcorum, ut cauſas gratificationis in Verrem conijciat. Accuſator apponitur.) Non dicit accedit, ſed apponitur: hoc eſt, à Verre ſubornatur.

Qui ſi dixiſſet.) Factum admiſcet. Cn. Dolobellæ ſpiritus.) Amplificatio eſt. Nam plus ſignificauit dicēdo ſpiritus, quàm ſi dixiſſet animoſitatem, uel contentionem.

Non per Neronem.) Excuſat Neronem. Tam uerò quod.) Quid in altera actione actū ſit cum Philodamo, narrat. Condemnatur perpaucis.) Vi damnatum Philodamum oſtendit. Vt quàmprimum.) Sententia de Philodamo lata. Grandis natu.) Affectus mouet.

Sed pater de filij.) Cōmutatio. Homines innocentes.) Exaggeratio eſt. Iamiam Dolobella.) Affectum mouet ab apoſtropha ad Dolobellam. Quod enim eum Quæſtoris.) Nam Verres apud Dolobellā agebat legatū Proquæſtorem, ut ſuprà habitū eſt. Cuius re uera Quæſt.) Renouat ſuprà dicta Verris ſcelera. Cœperunt ne domum.) Tumultū Lampſaci ad domum Verris ortum probat. Tu neque in literis.) Commoratio eſt. Nam ſi quam Rubrius.) Per occupationem & iniuriam Verris, Lampſaci tumultum concitum eſſe contendit. Tum illorū teſtimonia.) Argumenta coniecturalia. Cuius tanta peccata.) Exaggerat Verris peccata. Porrò autem populi Rom.) Locus à populorum conditione & fortuna. Nolite per deos immortales.) Obſecrat iudices. Tu mihi cum circumſeſſus.) Exaggerat iniuriam à Verre factam. Hic tibi perfugium.) Paradoxon. Quid ſi hanc rem.) Locus reprehenſionis contra iudicatum, ne proſit Verri Philodamum condemnatum eſſe. Themiſtagoram &c.) Probat quòd Verres non Philodamū, ſed alios, & quidem falſo concitati tumultus accuſauit. Qui te uiuū comburere.) Affectus mouet. Ab accuſatore.) Verba ex teſtimonio Verris deprompta. Quod fuit id.) Congeries argumentorum, quib. probat Cic. alios falſo à Verre accuſatos concitati tumultus. Cur iniurias tuas.) Crebris interrogationibus pathos mouet. Nuper M. Aurelio.) Ab exemplo Verrem urget. E' fano Dianæ.) Quod Amazones Aſia potitæ conſecraſſe traduntur, autore Pom. Mela. Magnū hoc Lampſacenū.) Tranſlatio. Illud quod neq; taceri.) Auaritiæ Verrem accuſat. Quid Mileſijs lanæ.) Quæ optima apud Meleſios erat. Plin. lib 8. capite 47. Lana laudatiſſima, inquit, Appula, & quæ in Italia Græci pecoris appellatur. tertium locum Mileſiæ oues obtinent. Vide quoq; Virg. 3. Georg. Hi ſunt homines.) Exaggeratio criminis à Verre commiſſi. Ad Sinopam.) Quas Chalybes habitant, patria Diogenis, autore Mela lib. 1. O' dij immortales.) Exclamatio pathetica. Nauem tu de claſſe.) Amplificatio, Verris facti abuſu. An quia tum Cn. Dolobella.) Obiectio Verris. Multum te iſta fefellit.) Confutatio obiectionis per uiolationem. Quamobrem unam.) Amplificatio à contentione & uocum, & orationū. Tametſi menſem Feb.) In quo frequens ſenatus Rom. poſtulatis prouinciarum, item audiendis legationibus dabatur, autore Aſconio. Porrò de menſe Feb. uide Ouid. 2. Faſt. Alteram tutelæ.) Accuſat Verrem, & per uim occupatæ tutelæ, & malè geſtæ. Et ſyngraphas fecerat.) Inter chirographa & ſyngraphas hoc diſcriminis eſt, quòd chirographa tantum in ijs quæ geſta ſunt, ſcribi ſoleant. In ſyngraphis aūt, etiam contra ueritatis pactionem, & nō numerata pecunia, aut non integra numerata, perſcribi ſolet. Hæc Aſconius.

Dixit H S decies.) Hac forma loquendi centum ſupplebis eſtq; ſeſtertiûm decies, decies centena ſeſtertia, ſeu mille ſeſtertia, uigintiquinq; millia coronarum. uide Plutar. in Antonio. In hunc modum quādocunq; aduerbium additur uoci ſeſtertiûm, centum ſupplebis. nam obtinuit conſuetudo, ut centum omittatur. D C. eodem modo quadrarint.) Tunc autem quadrant ratiōnes, cum ſolidæ ſint, adeò ut neq; plus quicquā, neq; minus inueniatur in ſumma. ita Aſconius. Hæc eſt iſtius præclara.) Exaggeratio criminum Verris. Iam te non Siculi.) Confirmatio à teſtibus. Flentes.) Affectus mouet. Pro Quæſtore uerò quomodo.) Accuſat Verrem malè geſtæ Quæſturæ ſub Cn. Dolobella Quæſtore. Aeſtimando.) Licebat enim magiſtratibus in uſus ſuos frumentū accipere, ſi uellent, aut pro frumento pecuniam. Cilicia.) texta de pilis in uſum caſtrorum & nautarum, autore Aſconio.

Itaq; M. Scaurus.) Ab exemplo oſtendit, quàm ipſe ſyncerè Verrem accuſet. Non modò proditori.) Allegoria eſt. Rationes ad ærarium.) Accuſat Verrem relatarum rationum. Non audet referre.) More Quæſtorum. ſic enim fiebat, antequam ex prouincijs Quæſtores Romam rediſſent. Excribendi poteſtatem.) Nam accuſatores reorum repetundarum cogebantur facere copiam amicis rei excribendi tabulas rationum. Tribus uerſiculis.) ſcilicet accepi, dedi, reliqui. ita Aſconius. Quæſtorem ſe in ſenatu.) Bini enim Quæſtores quotannis in Sicilia fuerant, ſingulis Prætoribus, Lilybetanus & Syracuſanus. Quàm Verres illi expenſum tul.) Accuſat falſitatem rationum Verris, nimirum ſummas Dolobellæ non conueniſſe cum ſummis ipſius Verris. Qu. & Cn. Poſthumijs.) Hi ſunt qui extraordinarias pecunias Verris tractabant, quæ in tabulis Verris nunquam ſcriptæ ſunt. Extraordinariæ pecuniæ.) id eſt, ſordida lucra & furta. Nam ea ſunt quæ neque de redditibus, neque de annonis, neque de aliqua legitima ceſsione aut donationis, aut hæreditatis Verri acceſſerunt. Publio Tadio numerata.) Et hic extraordinariarum pecuniarum acceptor fuit, autore Aſconio. Hinc empta apertiſſimè.) Accuſat Verrem, ob turpiter emptam præturam. Homo ſcilicet.) Enumeratio. Alia porrò pecunia.) Ora-

toriè, quæ probari non poſſunt, fingit uoluntate ſe negligere. & eſt reiectio. Homo ſtultiſſime.) Apoſtrophe ad Verrem uehementiſſima. Verum ad illam ueniamus.) De Prætura urbana Verris dicturus, nouo exordio utitur. In quibus non dubito.) Præoccupatio eſt. Quibus ego in rebus.) Beneuolentiam captat ab excuſatione. Fatebor etiam illud.) Attentionem facit à ſcelerum Verris magnitudine. Quapropter ita me.) Diuiſio criminum Verris in Prætura urbana commiſſorum. & parat docilitatem. Et ſartorum tectorum.) Sartè, inquit Feſtus Pompeius, ponebãt ueteres pro integrè: ob quã cauſam opera publica, quæ locantur ut integra præſtentur, ſarta tecta uocantur. Sarcire enim, integrum facere. Hactenus ille. Porrò cura exigendi ſarta tecta à redemptoribus, ad cenſores ſpectabat: interdum etiam ad ædiles, rarò ad Prætores, nec niſi dum ſenatus decerneret. Qui principio.) Propoſitio. Qualis in edicto.) De iure à Verre in Prætura dicto narrat. P. Annius Aſel.) Narratiuncula. Neque cenſus eſſet.) Nam cenſus dicebatur is, qui centum millia ſeſtertiûm in profeſſione deferebat, autore Aſconio: & aſpergit narrationi argumenta. Lex nulla prohibebat.) Voconius legem tulerat, ne quis cenſus, id eſt pecunioſus, unicam filiam hæredẽ relinqueret, autore Pomponio Læto, de Legibus Romanorum. Conſuetudo iuris.) De quibus uide Inſtitutiones in titulo de Naturali iure, gentium & ciuili. Appellat hæredem.) Intelligit pupillarem inſtitutionem, de qua in Inſtitutionibus in titulo de Pupillari inſtitutione, primo par. Totum edictum ad Chelidonis arbitrium.) Verris libidinem taxat. Delectat enim me.) Ironia eſt. Non inofficioſum.) Inofficioſum teſtamentum appellatur, quando in teſtamento liberi exhæredantur præter meritum, aut omittuntur præter cauſam à parentibus. In lege Voconia.) Interpretatio legis Voconiæ. Neque in ulla præteritum tempus.) Locus communis eſt: Lex ad futura negocia, non ad præterita refertur. Inde Imperator in l. leges. C. de Legibus inquit, Leges & conſtitutiones futuris certum eſt dare formam negocijs, non ad facta præterita reuocari. In quibus non ius nouum.) Locus communis eſt, Antè facta in iudicium non uocantur. Cornelia.) Cornelius legem tulit, ut homines qui parricidij cauſa telo accincti ſint, gladio perſequantur. Tulit & alias leges, quas uide apud Pomponium Lætum de Legibus Romanorum, et Aymarum libro ſecundo Hiſtoriæ iuris ciuilis. Numaria.) Ne quis ſcilicet priuatam pecuniam faceret. Leges Atiniæ.) Lege Atinia cautum fuit, ut eius rei quæ ſurrepta erat, æterna eſſet autoritas, niſi in poteſtatem eius cui ſurrepta eſſet, reuerteretur. uide Aymarum libro ſecundo. Scribis ſi quis hæredem.) Verba ex edicto Verris repetit. Quia non generis, ſed hominis.) Sic colligit Cicero: Hominis cauſa edictum à Verre conſtitutum eſt, ergo iniquum. Atque ſi in poſterum.) Sic colligit: Edictum Verris ad præterita reſpicit, ergo iniquum.

Ecquis eſt inuentus Prætor.) Sic colligit Cicero: Tale edictum nullus unquam Prætor edixit, ergo iniquum eſt. Ne quis ediceret.) Sic argumentatur: Non obſeruatur Verris edictum, ergo iniquum fuit. Corrigere uoluntates.) Cum ſcilicet ultima uoluntas mortuorum rata eſſe debeat, l. prima, C. de Sacroſanctis eccleſijs. Tu ipſe ex Sicilienſi.) Senſus uerborum eſt: Edicto urbano eleuaſti autoritatem tuam, quam quondam edicto Sicilienſi comparaſti. Atque ego non dubito.) Exaggerat factum Verris, quòd filiam Pub. Annij ab hæreditate excludere conatus ſit. Acerba atque indigna.) Ab acerbitate iuxtà & indignitate exaggerat. Quid enim natura nobis.) Locus communis eſt, Nihil charius eſt liberis. Miramur iſtum.) Exaggeratio facti Verris ab inopinato. Prohibes.) Exaggeratio à contentione factorum. At ego concedo.) Conceſſio amarulenta. Poſteaquam ius prætorium.) Recenſet uetuſtum edictum prætorium, quod Verres nouo quodam edicto correxit.

Vti quemquam proximum potiſſimum.) Intelligit agnatos, de quorum ſucceſſione uide Inſtitutiones in titulo de Legitima agnatorum ſucceſſione. Si is inteſtato.) Quis autem inteſtato mori dicatur, uide Inſtitutiones de Hæreditatibus, quæ ab inteſtato deferuntur. Et hoc uetus edictum.) hoc eſt, ita olim ſtatutum fuit à Prætoribus ueteribus. quòd ſi quis etiam teſtamentum feciſſet, et teſtamentum eius non proferretur, haberetur perinde ac ſi inteſtatus mortuus eſſet, & bonorum poſſeſſio daretur proximis agnatis mortui. Tranſlaticium eſſe.) id eſt, non nuper inuentum, non nouum, à multis autem Prætoribus uſurpatum, in ueteribus Prætorum albis repertum. Si quis teſtamento.) Narrat quoddam aliud edictum uetus, à Verre nouo edicto correctum eſſe.

Lege ageret.) id eſt, experiretur iure, quemadmodum probaret ſe hæredem ſcriptum eſſe, & poſſeſſionem à Prætore peteret. Aut pro præde litis.) Lis uindiciarum eſt, cum litigatur apud Prætorem de ea re, cuius incertum eſt quis debeat eſſe poſſeſſor: & ideo qui eam tenet, ſatiſdat pro præde litis uindiciarum aduerſario ſuo, quo illi ſatiſfaciat, nihil ſe deterius in poſſeſſione facturum, de qua iurgium eſſet. Rurſus ſponſione ipſe prouocatus ab aduerſario, certæ pecuniæ aut æſtimationis quam amittat, ni ſua ſit hæreditas de qua contendit. Porrò prædes dicuntur ſatiſdatores locupletes, pro re de qua apud iudicem lis eſt, ne interim, qui rem tenet, cauſæ diffidens, poſſeſſionem deteriorem faciat, tecta diſſipet, excindat arbores, culta deſerat. Ita Aſconius.

Ergo quia poſſeſſor.) A' contrario colligit, ut improbitatem Prætoris Verris oſtendat. Pro qua pecuniam acceperas.) Apparet Verrem contra Minutiam gentem fuiſſe corruptum ab eo, quem antè poſſeſſorem appellat in edicto, cui poſſeſſionem paratus eſt dare. Et tabulæ teſtamenti.) Nempe ſeptem, ut indicat Imperator in Inſtitut. titulo de Teſtament. ordinandis. Quid ait.) Communicatio eſt. Ipſe in Sicilienſi.) Accuſat Verrem, quòd aliter in prouincia, aliter in urbe Prætor edixerit. Ex edicto Sicilienſi.) Prolepſis. nondum enim ad Siciliam prouinciam peruenimus. Vtrum digniores.) Abſurda quærit, ut improbitatem Verris declaret. Precio accepto.) Accuſat Verrem, quòd aliter decreuerit atque edixerit. Quem iſte collegam.) Laus Piſonis. Quæ uarietas decretorum.) Accuſat Verrem, quòd decreta ſua ſæpe reuocauit. Decretumq; mutabat.) Accuſat Verrem, quòd contraria decreuerit.

Hinc illi homines.) Facetum admiſcet. In plebem uerò Roman.) Propoſitio à dubitatione. Virgis plebem Romanam.) Obiter Verrem crudelitatis accuſat.

Quis ignorat?) Superbiam Verris inſectatur. Pub. Trebonium.) Narratio cuiuſdam facti. Nec minus dimidium.)

dimidium.) Dimidium eſt, quod non ipſum dimidiatum eſt, ſed quæ ex dimidiato altera pars eſt. Ita Gellius lib. tertio, cap. decimoquarto. Impetrent.) Inſectatur hoc factum Verris. Das poſſeßionem.) Excutit factū Verris, & eſt apoſtrophe. Quid ad eum.) Ea quærit, quæ æquißima ſunt, ut iniquitatem Verris oſtendat. Equiti Romano.) Verba Verris ad libertum petentem hæreditatem P. Trebonij. Verùm ut ex uno.) Narratione alia ſuperbiam Verris declarat. L. Gellius cauſam.) De quo Cicero de Oratoribus claris ita inquit: Non tam uendibilis orator, quàm ut neſcires quid ei deeſſet. Nec enim erat indoctus, nec tardus ad excogitandum, nec rerum Rom. immemor, & uerbis ſolutus ſatis. Debere eum aiebat.) Dialogiſmo ornat orationem. Quid enim Verres?) Exaggeratio facti Verris. Multa canibus ſuis.) Videtur allegoria eſſe, & per canes accipiendos adulatores. Nam canis animal eſt adulantißimum, Plinio autore.

An uerò dubitamus.) Clauſula eſt argumentorū, quibus ſuperbiam Verris probauit. Quos nunquam liberos.) A' maiori argumentum. In ſartis tectis.) Accuſat Verris auaritiam, iuxta furta quæ in ſartis tectis exigendis exercuerit. Nam quid ego.) Occupatio. Seu potius.) Correctio. In æde Caſtoris.) Exemplum amplificationis à loco. Quotidiano aſpectu.) Nam hoc templum in foro Romano erat, autore Dionyſio Halicarnaſſeo libro ſexto Antiquitat. De quo templo uide & Valerium libro primo de Miraculis. Plinium libro triceſimoquarto, capite ſexto. Aedem Caſtoris.) Narratio. Sine ullo intertrimento.) Varro libro primo de Lingua latina: Detrimentum, inquit, à detritu dicitur, quòd ea quæ trita ſunt, nullius precij ſunt. ab eadē mente intertrimentum, ab eo quòd quæ inter ſe trita ſunt, etiam diminuta ſunt. Porrò Aſconius: Detrimentum, inquit, unius partis eſſe poteſt: intertrimentum uerò, dantis & accipientis eſt. Secundum quod Cicero intertrimentum pro communi conficiendi alicuius negocij iactura poſuit, quam uulgus perditam utrinq; appellat. Cum ille id quod erat.) Dialogiſmo narrationem expolit. Vis ad perpendiculum.) Perpendiculum eſt linea laterum æqualitatem, ſummi ad imum proportionem probans, uulgò plumbum uocatur. Vitruuius li. 7. de Tectorio opere loquens, inquit: Longitudines ad regulā & lineam, altitudines ad perpendiculum, anguli ad normam reſpondentes exigantur. uide Plinium libro 36. cap. 22. Cum ſibi omnes.) Conſilium tutorum iuxtà cognatorum pupilli. Non æquitas.) Indignitas rei. Petere auxilium à Chelid.) Odioſum eſt quod narrat. Dominata eſt.) Verbū inuidioſum eſt. O' multis acerbā.) Exclamatio pathetica eſt. Vt mittam cætera.) Occupatio eſt. Domum ueniſſe arbitramini?) Communicatio. Qui nulla conditione.) Exaggeratio indignitatis. Domus erat plena.) Fictitia mimeſis. Noua iura.) Ad inuidiā Verri conflandam hæc faciunt. Simul ac poteſtas.) Mira & rotunda narrationis breuitas eſt. Reſpōdit illa.) Dialogiſmus eſt. Dixit iuratus P. Potit.) A' teſtibus, quæ dixit, confirmat. Tantus in adoleſcente.) Acclamatio eſt. Nō te pudet.) Apoſtrophe ad Verrē ſtomachabunda. Reiecti à Chelidone.) Continuat ſuprà inſtitutam narrationem. Ne multa.) Elleipſis eſt. Ludis ipſis Rom.) A' circunſtantijs exaggerat rei indignitatē. Ab illo mancipe.) Manceps dicitur, qui aliquid à populo emit, cōducitq;. Dictus manceps, quia manu ſublata ſignificat ſe emptorem emptionis eſſe. Ita Feſtus Pompeius. Vbi illa conſuetudo.) Accuſat Verrem, quòd obſtiterit, ne pupillo ædem Caſtoris redimere liceret. In bonis prædijs.) Bona prædia dicuntur bona ſatiſdationibus obnoxia, ſiue ſint in mancipijs, ſiue in pecunia numerata, id eſt credita. Prædia uerò, domus, agri dicuntur: quæ omnia uenduntur, ſi rationi publicæ locator ſartorum tectorum non reſponderit. Ad hoc aūt hæc omnia ſunt obnoxia, ut pro ſua uolūtate agat redemptor operis, quicquid ſuo periculo facit. Hæc Aſconius. Optima conditione.) id eſt, quod uult, de ſua redemptione agat. Excludit eum ſolum.) Senſus uerborum Ciceronis eſt hic: Quandoquidem pater pupilli ædem Caſtoris conductam habuit, & omnia pericula eius operis in ſe recepit: æquū eſt, ut uel ſoli pupillo poteſtas redimendi hoc templū, fiat. Ex opere faciundo.) Verba quædam ex lege Verris ſunt. Qui de L. Martio.) Leges Verris recenſet. Quid ita?) Subiectio. At erat probatio.) Confutatio. Ne parum locuples.) Præoccupat Verris obiectiones. Subierunt periculum.) Porrò periculum dicit, quia ſi redemptor operis publici, publicæ rationi non reſpondeat, bona fideiuſſorum redemptoris uendebantur. HS DLX millibus.) Accuſat Verrem, quòd tanti ædem Caſtoris addixerit. Machina appoſita) Machina inſtrumentū dicitur, quo moles aliqua facilè quocunq; uolueris, impelli poteſt. Nunquā ædilitatem.) Hoc ideo dicit, quia cura ædium tam priuatarū quàm publicarū ad ædiles, unde etiā nomen habent, pertinebat. Damni infecti.) Damnum infectum, eſt damnum non factum, ſed quod futurū timetur. l. 1j. ff. de Damno infecto. Quib. de bonis.) Exaggeratio iniuriæ, qua Verres pupillum affecit. Hoc opus bonum.) Verbum eſt res diuerſas ſimul comprehendens: hoc eſt, bono latere, integris mēſuris, apta harena, utili calce, machinis idoneis, proba materia. Manus precium.) Manus precium machinæ dicitur, ubi nō tam materiæ ratio, quàm manus atq; artis ducitur. Sed ineptum.) Reiectio eſt. At enim ſi pupillo.) Senſus eſt: Eſto non licuit hoc templū pupillo redimi, certè alius quiſpiā de populo illud redimere potuit. Codicem obſignaßem.) Scilicet more accuſatoris, qui rei repetundarū codicem obſignare poteſtatē habebat, ne reus aliquid aut negare, aut expungere poſſet. Nónne argumentamur.) Ad Verrem pecuniam nomine pupilli à tutore Rabonio datam, perueniſſe confirmat. Quod iam iſte.) Locus ab indicio Verris. Hic etiā priore actione.) Renouat querelam Hortenſij, quòd in priore actione Cic. pupillū Iuniū prætextatum in iudiciū produxiſſet. Quid erat Hortenſi.) Reſponſio Ciceronis ad querelā Hortenſij. Quem pater moriens.) Pathos inuidioſum. Nefario latrocinio) Amplificatio in uocibus. Multos annos in ſordibus.) Sordes ſæpenumero reorum ſtatum conditionemq; ſignificat, dum inter reos relati ſunt, antequā abſoluantur aut damnentur: qui etiam ſtatus hominum reatus appellatur. uide Pandectas ad legem Iuliam. Quod argumentum pueritiæ.) Pathos mouet. Ideo quòd communis eſt.) Hortatur iudices, ut & Verris improbitatē, & ſimulam tollere omnes neruos intendant. Perfacilè uerò.) Ironia eſt. A' quo M. Marcelli.) Amplificat auaritiā Verris, quā in ſartis tectis exigendis exercuit. Qui in foro populi Ro.) A' minori argumentū. Qui manubias.) Manubiæ appellantur pecuniæ à

Quid de L. Scipione?) De quo cum ſenatus ambigeret, utrum idoneus eſſet, qui in Aſiam contra Antiochum mitteretur: P. Scipio Africanus, frater eius, Legatum ſe ei obtulit ad id bellum gerendum, & uictoriam reportauit. Quid de L. Mummio?) Legatorum populi Romani uiolatorum cauſa bellum aduerſus Corinthum Græcã urbem geſſit populus Romanus, eamq́; deleuit duce Mummio. cur autem Græcorũ triumphorum ponit exempla? quia de ſignis loquitur, quorum copia apud Græcos eſt conſtituta. Omnes erant eiuſmodi.) boni ſcilicet. P. Seruilius.) Bona occaſio promerendi iudicis, cum obteſtatione coniuncta. hic enim bellum in Cilicia geßit, deq́; ea triumphauit, captis Coryco, Olympo, Faſylide, tribus magnis eius terræ urbibus. Legatus quæſtorius.) Legatum ex quæſtore agens. Per triumphum uexit.) Ferculis enim ſigna ante triumphantem uehi per pompam ſolebant. Ad ærarium perſcribenda.) Hæc fuit ueterum diligentia, ut, quod quiſque de ſubiugata prouincia per triumphum apportauißet, perſcriptum in tabulis in ærario reponendis conſeruaretur. Figuram, ſtatum.) Status eſt circa geſtum, ſitũq́; membrorum: figura circa ornatum et habitum ueſtis, inſignium, & armorũ. Certè maior eſt.) Non uideo quid apportet hic ſenſus. nihil enim mirum diligentiorem eſſe Seruiliũ, quàm Verrẽ, ſi ita eſt: niſi fortè quod ait, Certè maior eſt, ſic accipiamus, quaſi dicat, Verè maior eſt: & quod ſubiunxit, argumentum ſit, uirtutis, quàm uoluptatis, maiorem eſſe fructum. Dices tua quoque ſigna.) Oratoria plaſi hanc ſibi obiecit quæſtionem, quæ genus confeßionis in ſe habet. nam Aedili atque Prætori Hortenſio, & item Metellis, rapta ex prouincijs ſigna ad ornandũ forum & comitium commodauerat Verres. Olim enim, cum in foro ludi populo darentur, ſignis ac tabulis pictis partim ab amicis, partim è Græcia commodatis utebantur ad ſcenæ ſpeciem, quia adhuc theatra non fuerant. Comitium.) Locus propter ſenatum, quò coire equitibus, & populo Romano licet. Qui ſe iudiciorum dominos.) Hortenſium, cæteroſq́; nobiles. Ex Aſia, atque Achaia.) unde fuerant iſta ſigna per furtum ſublata. Ab ſocijs per ſcelus ablata, ereptaq́;.) Nam ſolebant magiſtratibus commodare reddenda.

Habeo & ipſius, & patris eius accepti tabulas.) id eſt, acceptarum pecuniarum. Legitur & Ab eo, & Accepi. Moris autem fuit, unumquenque domeſticam rationem ſibi totius uitæ ſuæ per dies ſingulos ſcribere, quo appareret quid quiſque de redditibus ſuis, quid de arte, fœnore, lucro'ue ſepoſuißet quoque die, & quid item ſumptus damni'ue feciſſet. ſed poſtquam obſignandis literis reorum ex ſuis quiſque tabulis damnari cœpit, ad noſtram memoriam tota hæc uetus conſuetudo ceſſauit. Dicit igitur Tullius, habere ſe & patris eius tabulas, quoad uixit: et ipſius Verris, quoad confeciſſe dixit. ex quib. proditur, quàm multæ tabulæ pictæ, quot ſigna apud eum, nulla emptionis origine furto capta noſcantur. Remoratur'que in eo, quòd ſe dicat Verres non ex aliquo tempore cœpiſſe literas domeſticæ rationis facere, ſed ex aliquo tempore deſtitiſſe: quod factum nullo exemplo defendi poteſt. Quoniam quidem cum imperio ac ſecuribus.) εἰρωνεία μετὰ συγχωρήσεως. Cum imperio ac ſecuribus, bene: quia non licet negotiari magiſtratibus, ſed priuatis. De Antonio.) Hic eſt M. Antonius, diſſolutißimus curator totius oræ maritimæ, Cretæ mortuus: de quo ipſe dicet, Poſtquã M. Antonij infinitũ illud imperiũ ſenſerant: & quem Saluſtius ait perdundæ pecuniæ genitum, & uacuum à curis niſi inſtantibus. Eſt aliqua etiam huiuſce rei ratio.) uel mala, uel bona. Dicit ergo, etſi non bonam, apparet tamen eſſe aliquam rationem. Aut ipſe hoc dicit, bona ratio nunquam ſcribendi, iudicium perſeuerans de tabulis non conficiendis: aliquando cœpiſſe, correctio erroris in melius: deſtitiſſe eum cœperis, mala ratio: eſt enim inconſtantia, et mutatio quædam in deterius. Vſque ad M. Terentium, & C. Caſſium Coß.) Ab horum conſulatu uidetur tabulas Verres rationum ſuarum deſtitiſſe conſignare: quamuis à præſenti tempore non longè abeſt. Alio loco, cuiuſmodi ſit, cõſiderabimus.) Scilicet ad tegenda furta pertinet iſta prætermißio rationum, ne conſcriptis ijs quæ antè habuit, & ijs quæ nunc habet, extraordinaria rerum poſſeſſio cerneretur. Atque utinam neges.) Cum enim confiteris, etſi improbè, uideris tamen aliquid dicere, cum dicis, Emi, non rapui. ſi autem negaueris, & conuincêris, & huiuſmodi defenſione nudaberis. Impluuium.) Locus ſine tecto in ædibus, quo impluere imber in domum poßit. Quæ ſectorem expectat.) Repetundarum cauſa ita ſe habet, ut ſi conuictus reus ſit, atque damnatus, pecuniam reddat æſtimata lite, hoc eſt in precium redactis omnium furtis: quam ſummam pecuniæ proſcriptis eius bonis ſectores curabant. Sectores autem dicti ſunt, qui ſpem lucri ſui ſecuti, bona condemnatorum ſemel auctionabantur, proq́; ijs pecunias penſitabant ſingulis: ac poſtea pro compendio ſuo ſingulas quaſque res pecunia populo uenditabant. ſola ergo hæc duo ſigna dicit apud Verrem relicta, aſportatis ad amicos cæteris ſignis. At credo.) Tranſitus ad aliam criminum ſpeciem. non enim hæc quæ antè acta ſunt, ſic dicit, tanquam Sicilienſia crimina propria huius cognitionis: quæ per ſingulos libros conſtat eße diuiſa, ut de iure dicũdo, de frumentaria, de ſignis, de ſupplicijs. Ad ſummum Græcorum otium.) Dixit hoc ſecundum illam ſententiam de Græcis habitam, quos otioſos & leues eſſe conſenſum eſt. Cũ iſte à Cn. Dolabella efflagitaſſet.) Ergo non è republica ire coactus eſt: ſed ut mitteretur, ambitione perfecit. Nicomedes autẽ Bithyniæ rex eſt, Sadala Thraciæ, ambo ſocij populi Romani. Ianitorem quendam.) Ianitorem cũ dixiſſet, addidit Quendam, ut oſtenderet nõ appellatiuum nomẽ eße, ſed proprium. Videant.) ſi in promptu res eſt. Inueſtigent.) quam non uideant. & ideo poſterius poſitum.

Homo factus ad iſtius libidines.) In naſcendo ſors eſt, in faciendo induſtria. bene ergo non natum, ſed factum dixit. non enim naturam perductores pocreare Verri, ſed ipſum ſibi docendo poſt eos fingere. Cum ſuæ partes eſſent.) id eſt, uiciſſitudo tangeret. ſimul enim oſtendere uult, nec ſuſcipiendum ſibi eſſe nunc hoſpitem: &, cum ſuſcipiat, condignum ſolere ſuſcipere.

Vna cupiditate.) una, uel præcipua: uel uerè una, extra quam non iure, non more, non honeſtate mouetur. Ius ſuum.) ne Rubrium pateretur. Laborabat.)

bat.) Bene, quia inuitus ſuſceperat hoſpitẽ, ſe indignũ.

Quid opus eſſet.) Vt mulieri ſcilicet uis afferretur. Græco more biberetur.) Grandibus, inquiunt, poculis, & meracis potionibus, qui non intelligunt dicta Ciceronis: & hoc putant Græco more potare. Eſt autem Græcus mos (ut Græci dicũt) συμπιεῖν κυαθιζομένους, cum merum cyathis libant, ſalutantes primò deos, deinde amicos ſuos nominatim. nam toties merum bibunt, quoties & deos & caros ſuos nominatim uocant. Poſcunt maioribus.) Sunt qui, producta ſcilicet o litera, poſcũt legunt, quaſi ſæpe potant. ſed poſcũt, prouocant intelligendũ eſt. ut ſit ſenſus: prouocãt ſe inuicẽ. maioribus aũt poculis poſcunt, id eſt petunt: ut ſubaudiatur bibere. Quærunt, quid optimũ factu ſit.) Adeò nõ Græca leuitate res geſtæ ſunt, ſed agitato conſilio defenſa libertas. Leuius eorũ peccatũ.) Magna ui oratoria, etiã parcere peccatũ dicebãt, inquit, quia Verri parcebatur: ſed tamen leue, quia Legato. Sic iſte multo ſceleratior, et neqor, quàm ille Adrian.) Cinnanis temporibus cũ C. Fabius Adrianus, ut alij aiunt, Legatus, ut alij putant, pro Prætore, uel Prætor, prouinciã obtineret Africã, Vticæ in prætorio ſuo uiuus uſtus eſt, quòd corrupto ſeruitio ciuitatis illius de principũ nece conſpiraſſe dicitur. Sed opportunè Tullius cauſam tacet illatæ necis in Adriano, & inultam mortem eius oſtendit quem dicit oratoriè non in prætorio, ſed domi ſuæ uiuũ crematũ. &, Ille, ſic dixit, ut de notiſſimo uideretur loqui. Accenſus Neroni.) Accenſus nomẽ eſt ordinis, et promotionis in militia: ut nũc dicitur, princeps, uel commentariẽſis, aut cornicularius. hæc enim nomina de legionaria militia ſumpta ſunt. Interpellauit.) Interpellare, eſt mediã alterius orationem interrumpere, uel actioni ſe alterius interponere. Apparet ergo, Hortenſiũ, quamuis diu multumq; tacuerit, Tettiũ in medio teſtimonio perſtrinxiſſe, quòd diceret Philodamum adeò malã cauſam habuiſſe, ut à C. Nerone damnatus ſit. Putaſſe non oportere.) Reprehenſio iudicati ab ea parte, qua cauſæ deriuatio facit, ne nobis iudicata obſint. non enim cauſam Verris releuatam eſſe, ſed illos damnatos, quòd quoquo modo occiſum hominẽ eſſe conſtaret. Pertimuit iſte.) Mirè orator, nõ Verrẽ uindicare morte Pilodami, ſed crimen ſuũ releuare potuiſſe: quorũ alterũ iniuriam paſſi eſt, alterum malè ſibi conſcij. Contendit ab eo.) extorſit. Togati creditores Græcorum.) Noluit dicere equites Romanos: ſed Togatos dixit, & creditores Græcorũ, ut oſtenderet cauſas gratificationis in Verrem. Accuſator apponitur.) Non dicit accedit, ſed à Verre ſcilicet ſubornatur. Et ex creditoribus Lampſacenorum.) Et hic cauſa gratiæ in perſona oſtenditur accuſantis. Vt de Philodamo amplius pronunciaretur.) Mos ueterum hic fuerat, ut ſi abſoluendus quis eſſet, ſtatim abſolueretur: ſi damnandus, ſtatim damnaretur: ſi cauſa non eſſet idonea ad damnationem, abſolui tamen non poſſet, amplius pronunciaretur.

Quid ego nunc in altera actione.) Hic apparet, etiam in ampliatione ſic alteram dici, quemadmodum in comperendinatione. Cn. Dolabellæ ſpiritus!) Plus ſignificauit dicendo ſpiritus, quàm ſi animoſitatem contentionem'ue diceret. Perpaucis ſententijs.) Per nimium. Paucis ſententijs autem cum dixit damnatum, ut oſtenderet uix paucos inuentos, qui ad opprimendum eum, numerum damnationis implerent, poſt ampliationem. Idcirco ne exercitum, atque hoſtem relinquebas?) Rectè dixit: bellum enim à Dolabella gerebatur in Cilicia. Sed etiam ſpoliatũ auxilijs.) auxilijs, pro auxilio, Quæſtoris ſcilicet. Aut auxilijs ipſius pecuniæ, quæ auertebatur. ſic Virgilius: Auxiliũq; uiæ ueteres tellure recludit Theſauros. Ad inimicos tuos.) accuſatores ſcilicet cauſarũ. Niſi damnato.) Nõ poſſet enim rationes falſas ad ærarium referre Verres, niſi damnato Dolobella, qui redarguere mentientẽ præſens ualeret. Teſtimoniũ tuũ, quod apud Neronem dixiſti.) contra Philodamũ. Bellũ ne populo R.) Sic enim ad Neronem ſcripſerat Verres. Niſi publicè ſatisfactũ ſit.) niſi decreto publico traditi ad pœnã ſint culpæ auctores. Satisfacere eſt enim, tantũ facere, quãtum ſatis ſit irato ad uindictam. Et ciuitati bellũ indici.) ut Corinthijs, ut Tarentinis. Lictorẽ tuũ.) Corneliũ ſcilicet. Legitimũ tempus ad ulciſcendũ.) An uitio magiſtratus? accepto enim ſucceſſore ad magiſtratũ accuſari poſſunt. Et ais, iudiciũ eſſe factũ.) Locus reprehenſionis contra iudicatũ: ne proſit Verri, Philodamũ eſſe damnatũ. In alios tranſtuliſſe.) non in Philodamũ. Neq; in eos, quos tu inſimularis.) dixeris, uel accuſaris. ſenſus hic eſt: Et alios, inquit, nõ Philodamũ, accuſaſti: et ij ipſi quos accuſaſti, damnati nõ ſunt.

Vbi hos perſequeris?) ſubauditur, nuſquã, ἐν ὑπονοήσει. Ab accuſatore interrogatus.) Verres ſcilicet productus in cauſa Philodami, et interrogatus. loqui enim, niſi interrogato, teſti non licebat. interrogatur aũt & ab eo, contra quem productus. Cur imminuiſti ius legationis?) Qui poteſtatem ſuam in adminiſtrando non defenderit, imminuti magiſtratus, ueluti maieſtatis læſæ, reus eſt. Quòd is Epheſi.) Epheſus ciuitas, in qua Dianæ numẽ peculiariter colitur. Sed etiam inter hoſtiũ tela.) Inuidioſe orator hoc addidit, cũ de magiſtratu dicat, non Legato. nam Legatorũ, in fœderibus faciundis, uel legibus pacis belliq; dicendis, ſancta corpora iure gentiũ atque inuiolata ſeruantur. De ſua claſſe.) Habent enim Mileſij præſidiariam claſſem, ex fœdere præbendã populo Romano maritimis neceſſitatibus. Myoparo nauigij nomẽ eſt. L. Magio, et L. Phannio.) Hi transfugæ facti à Mariano exercitu apud Mithridatẽ agentes, ab eodẽ Rege ad Sertoriũ miſſi erant de paciſcenda ſocietate belli aduerſus Romanos: quos in Italia iam poſitos, et ad Sertoriũ feſtinantes, et hoſtes iudicauerat, et inquirendos mandauerat ſenatus. Hi tamẽ ad ultimũ ad Romanos, prodito ex magna parte Mithridate, redierunt. Vſque à Dianio ad Sinopen.) Dianium, Hiſpaniæ maritima ciuitas: Sinope, Ponti eſt, ubi Rex Mithridates erat. Renunciationemq; eius.) Quia renunciauerat, nauem à Verre L. Magio uenditã fuiſſe. Non ſolum illud perſcribunt, quod tum prohibiti ſunt, ſed etiam cauſam adſcribunt.) hoc eſt, non ſolum prohibitos ſe ſcribunt, ſed cur ſe magiſtratus ipſe prohibere curauerit, ne cum oporteret, in literas publicas referrent quod geſtum eſſet. Qui tametſi februarium menſem.) Hic eſt menſis, quo frequens ſenatus poſtulatis prouinciarum legationibus audiendis datur. Et conſulam deſignatorum nomen expectant.) Et Extimeſcunt, legitur. nam utroque uerbo idem ſigni-

gnificatur Hortenſij autem & Metelli opibus dicit Legatos Meliſeos poſſe terreri, ne de myoparone dicant, præſertim cum ad beneficia petenda uenturi ſint Februario menſe, & in manu ſit Conſulum, quando, & quemadmodum referant ad Senatum. & bene Nomen Conſulum dixit, ut potentiam demonſtraret eorum, quorum etiam nomen formidinem efficit. Religione adducti.) Quia iurati teſtes produci ſolent, non ſolum ne falſa dicant: uerum etiam, ne, quæ uera ſunt, taceant. Legum domeſticarum metu.) Patriæ ſuæ legum, quibus coguntur de incommodis patriæ non tacere. C. Malleolo Quæſtore Cn. Dolabellæ occiſo.) Suſpicioſo uerbo uſus eſt. nam non inſiſtit, ut probet à Verre occiſum eſſe: ſed ita uult uideri, quia Verri mors eius lucro fuit. Alteram tutelæ.) Filij Malleoli tutor factus eſt Verres. Syngraphas fecerat.) Inter ſyngraphas & cætera chirographa hoc intereſt, quòd in cæteris tantum quæ geſta ſunt, ſcribi ſolent: in ſyngraphis etiam contra fidem ueritatis pactio uenit, & non numerata quoque pecunia, aut non integrè numerata, pro temporaria uoluntate hominum ſcribi ſolent, more inſtitutoq; Græcorum: & cæteræ tabulæ ab una parte ſeruari ſolent, ſyngraphæ ſignatæ utriuſque manu, utrique parti ſeruandæ traduntur. Extrema cera.) ultima tabula, ultima parte tabulæ. Expenſa Chryſogono ſeruo.) Quæritur, cuius ſeruo? Verris ſcilicet, non Malleoli. Quadrarint.) ſolida facta ſint, ut neque plus quicquam, neque minus inueniatur in ſumma. ubi enim ratio ſine fraude eſt, difficile eſt ſexcenta, detractis quadringentis, quadrare, & ſolidari, uel ſolida fieri, quin aut minus aut plus aliquid reperiatur. Nomen infimum.) ultimum titulum. infimum autem, ut appareat falſum eſſe. Vt illa de Cn. Carbonis pecunia.) Et ibi enim, ſexcenta ſuperfuiſſe, mentitus eſt.

Commune Miliadum.) Mirè, Commune, Rempublicam. Frumento imperando, æſtimando.) Licebat enim magiſtratibus in uſus ſuos frumentum accipere, ſi uellent, aut pro frumento preciū: quæ æſtimatio dicebatur: in qua re auariſſimi quique infinitam pecuniam contrahebant, iniquum precium ſocijs imperando. Coria, cilicia, ſaccos.) Cilicia, texta de pilis in caſtrorū uſum atq; nautarum. Dolabellæ æſtimatam.) ſub quo hæc Quæſtor Verres admiſit. Conſiſtam in uno nomine.) Perſeuerabo, inquit, in eodem titulo quæſtorij criminis. Ex eodem genere.) furtorum ſcilicet Verris. In ſua poteſtate ac ditione tenuit.) obnoxium criminum conſcientia, & ſocietate cum reo Dolabella, cui pro Quæſtore fuerat, & Legatus. Homo adoleſcens.) Quia cupidius accuſauit, quàm grauiorem uirum decebat: ſed excuſatur ætate. Eorum omnium uoluntatem repudiaui.) Quia non, ut Scaurus, adoleſcens accuſo. Non accuſatorem maximè laudari uolo.) Accuſatorium nomen in totum uiro bono fugiendum eſt. uel hoc dicit, ſe uelle non ſatis accuſatorem uideri. tale eſt illud Terentianum:

Eia, ne parum leno fies.

Rationes ad ærarium.) Quia redargui potuit earum falſitas, ſi antè damnationem Dolabellæ more Quæſtorum rationes ad ærarium retuliſſet. ſic enim fiebat antè, cum de prouincijs Quæſtores Romam rediiſſent. Perinde quaſi exſcribendi.) Etſi occupaſſet accuſator tabulas rei, aut amicorum eius, tantum ad neceſſarios uſus licebat exſcribere, id eſt, exempla trāsferre. Qui nunquam rationes ad ærarium referat.) Hoc ideo, quia nec ſuperioris Quæſturæ, quæ cum Carbone fuit, rationes ad ærarium retuliſſet. Tribus uerſiculis.) Ait enim, Accepi, dedi, reliqui. Quæſtores quoque.) Bini Quæſtores in Sicilia quotannis erant ſingulis Prætoribus, Lilybetanus, & Syracuſanus. Omen magis quàm cauſa.) Omen, auſpicium: cauſa, excuſatio. Omen autem ideo dixit, quia eius exemplum attulit Verres, qui pecuniarum damnatus eſt. Fece.) reſiduis ſordibus. Nomina.) tituli, & capita criminum. Quòd minus Dolabella.) In hoc capite, ut oſtendat falſitatem rationum Verris, dicit non cōueniſſe ſummas Dolabellæ cum ipſius ſummis: in qua re uult credi, non Dolabellam, ſed Verrem fuiſſe mentitum. Hinc illæ extraordinariæ pecuniæ.) Sordida lucra, & furta ſignificat. nam eæ ſunt, quæ neque de redditibus, neque de annonis, neque de aliqua legitima acceſſione, ut donationis, aut hæreditatis, uerbi gratia, uidentur adiectæ. Hinc ratio cum Q. & Cn. Poſthumijs, Curtijs.) Hi ſunt, qui extraordinarias pecunias Verris tractabant: quæ in tabulis Verris nunquam ſcriptæ ſunt, ne ſe ipſe proderet, ac pecunias tantas ſuis literis indicaret. Hinc ſeſtertium quater decies P. Tadio.) Et extraordinariarū Verris pecuniarū ſuſceptor hic oſtenditur, Græcorū teſtimonio. Cui ſit data nihil ad me.) Oratoriè, quæ probari nō poſſunt, fingit ſe uoluntate negligere. Terentius: En, non dico quaſi non noris, tentatum aduenis. Tabulas cum conficeres.) Quomodo ergo dicit, Verrem tabulas non habere, ſed aliquo tempore cœpiſſe non ſcribere? hæc ergo tempore rationis tabulas confectas habent. His expenſum non ferres.) Expenſum ferre, eſt ſcribere, te pecuniam dediſſe. Acceptum Curtij referrent?) accepiſſe à te ſe ſcriberent, expenſum tuliſſe te ſibi ſcriberent. Vt ex utroque genere.) Summa diuiſionis & actionis Præturæ urbanæ, et criminum C. Verris, in duobus conſtituta, iuris dictione, & ſartis tectis. Qui auſpicato à Chelidone.) Auſpicari dicuntur, ineuntes magiſtratus. & quia chelidon, id eſt, hirundo, urbem frequentat, facetè urbanam prouinciam Chelidonis auſpicio meretricis dicit eſſe ſuſceptam. Neque cenſus eſſet.) neque centum millia ſeſtertium poſſideret. Nam more ueterum cenſi dicebantur, qui centum millia profeſſione detuliſſent. huiuſmodi adeò facultates cenſus uocabātur. Alij ſic intelligunt, Neque cenſus eſſet: hoc eſt, neque cenſus eius in quinquennium illud eſſet factus, quorum annorum ſpacio inſtaurari cenſus ſolet apud Cenſores, quorū adminiſtratio per luſtrum, hoc eſt quinquennium extenditur. An tentatus.) Tanquam ſcire quis uellet, qualem ſe Prætorem fuerit præbiturus. Appellat hæredem.) Iniurioſum uerbum in perſona Prætoris. appellatio enim, eſt inferioris ad potiorem. Cum intelligam, legem Voconiam.) Voconius legem tulerat, ne quis cenſus, hoc eſt pecunioſus, hæredem relinqueret filiā. hoc ergo caput edicti eſt, legem Voconiam probantis Prætoris. Non improbum, non inofficioſum, nō inhumanum.) Hæc enim teſtamenta non ſolent ualere. nam improbum, contra leges: inofficioſum, contra merita:

inhuma-

inhumanũ, contra pietatẽ. Sua ſponte ſcelerata, ac nefaria eſt.) Maleficia ſponte, & non diſputatione iuris conſultorũ, ſed naturali interpretatione fugienda ſunt: ut ueneficium, parricidium, & cætera, quæ etiam nullo prohibente euitãda ſunt. Cornelia, teſtamentaria, nummaria.) Lex Cornelia nummaria, quæ de moneta, ne quis priuatus pecuniam faceret. Ex certo tẽpore.) Vt etiam id quod ſemper reprehenſum eſt, tamen à certo tempore in iudicium ueniat, & à certo tempore plecti poſſit. Rata eſſe non patietur?) Hoc totum ὑπὸ νόησιν: ut quaſi per indignationem dici uideatur, & interrogatiuè. Cedò mihi leges Atinias, Furias, Fuſias.) Iſtæ omnes de iure ciuili ſunt, nihil continent criminum capitaliũ, publiciq; iudicij. Bona fortunaſq;.) Bona in ipſis poſſeßionib. fortunæ in fructibus earũ. Eripies igitur pupillæ togam prætextam?) Toga communis habitus fuit & maris, & fœminarum: ſed prætexta honeſtorũ, toga uiliorum: quod etiam circa mulieres ſeruabatur. Hoc populus Romanus non manu uindicaſſet.) Confuſa locutio: abundare enim uidetur Non. Poſtea quam ius prætorium conſtitutum eſt.) ex quo ius prætorium ſtabilitum eſt. ſic hoc dixit, quaſi diceret, poſt conditam urbem Romam, aut poſt hominum memoriam, ex quo eſt ius prætorium. Tum uti proximum quenq; potißimum hæredem eſſe oporteret) ſi is inteſtatus mortuus eſſet. Ita ſecundũ eum poſſeßio daretur.) Quaſi ab inteſtato agnati eius ſuccederent, quamuis diceretur teſtamentum feciſſe, ſi tamen tabulæ non proferrentur. Et hoc uetus edictum, trãslatitiumq; eſt.) Translatitia ueteres dixerunt non noua, nec nuper inuenta, ſed aliunde translata. Si habuiſſet iſte edictum.) quale ſupra translatitium dixit eſſe. Lege ageret in hæreditatem.) experiretur iure, quemadmodum probaret ſe hæredem ſcriptum eſſe, & poſſeßionem à prætore peteret. Aut pro præde litis uindiciarum, cum ſatis accepiſſet, ſponſionem faceret. ita de hæreditate certaret.) Aut peteret, inquit, ut poſſeſſor eſſet: aut acciperet ab aduerſario ſatis pro præde litis uindiciarum, & ipſe ſponſionem faceret, & ita de hæreditate certaret. Lis uindiciarum eſt, cum litigatur de ea re apud prætorem, cuius incertum eſt, quis debeat eſſe poſſeſſor. & ideo qui eam tenet, ſatiſdat pro præde litis uindiciarũ aduerſario ſuo, quo illi ſatisfaciat, nihil ſe deterius in poſſeßione facturum, de qua iurgium eſſet. Rurſus ſponſione ipſe prouocatur ab aduerſario certæ pecuniæ, aut æſtimationis quam amittat, ni ſua ſit hæreditas, de qua contendit. Prædes ergo dicuntur ſatiſdatores locupletes pro re, de qua apud iudicem lis eſt: ne interea, qui tenet, diffidens cauſæ, poſſeßionem deteriorem faciat, tecta dißipet, excidat arbores, & culta deſerat. Si poſſeſſor, ſponſionem non faciet.) ſubauditur, eſt: hoc eſt, ſi poſſeſſor eſt, ſponſionem non faciet. Quid id ad Prætorem?) Bene dixit. cum enim incertum ſit, cuius debeat eſſe poßeßio, cur Prætor dicat, ſi poßeſſor eſt, quaſi iam probauerit poſſeſſorem eſſe eum, qui incubauit? ergo, à quo pretium accepit, poſſeßorem illum uocat, & uetat eum facere ſponſionem: & cum in poſſeßionem mittere Prætor ipſe deberet, quem nondum miſit, iam poſſeſſorem appellat. Ergo quia poſſeſſor eſt, non moues poſſeßione: ſi poſſeſſor non eſſet, non dares.) Contrarium poſuit, ut oſtenderet improbitatem gratificati Prætoris. Ergo nec adimere tibi licet poſſeßionem incubãti, nec dare iurè poſcenti. quod cum utrunq; fieri oporteat, cur hũc poſſeſſorem nominas, à quo corruptus es, quaſi eum, quia poſſeſſor dicitur, mouere de poſſeßione non poſſes? Si de hæreditate ambigitur.) Caput eſt edicti Verris. Hoc translatitium eſt.) Ciceronis uerba ſunt. Qui ſe dicat hæredem eſſe.) Verba Verris iniuſta: Dabo, inquit, ſi quis tabulas teſtamenti bene obſignatas protulerit. Sequitur, dabo, inquit, ſi ſe tantum hæredem factum eſſe dixerit, quamuis ille teſtamentum non proferat. Apparet Verrem contra Minutiam gentem fuiſſe corruptum ab eo, quem antè poſſeſſorem appellat in edicto, quam ei poſſeßionem paratus eſt dare. Ipſe in Sicilienſi edicto.) Figura prolepſis. non enim adhuc peruenimus ad Siciliam: cuius crimina, in accuſatione futura ſunt, in tempore, præterita. Capite Anniano.) Propriè iuris capita dicuntur. In quibus ita interceßit.) Intercedere, ut uides, etiam Prætor Prætori ſolet: ut Piſo Verri, appellatione cauſæ ad collegam facta. Quàm plena ac referta Chelidonis.) Plebeia quædam clientula Verris Chelido fuit, quæ illum etiam moriens fecit hæredẽ: qua cauſa impunè illam meretricem appellat orator.

Tribunus pleb.) M. Lollius Palicanus. Cuius rei.) non in eodem negotio, ſed generaliter, cuius criminis, id eſt crudelitatis. Suo tempore.) cum agetur de ſupplicijs. Viros bonos, & honeſtos.) Quomodo igitur fallunt mortui uoluntatem, cum ad Verrem adeunt? an uetuſtè bonos pro magnis, honeſtos pro diuitibus poſuit? an bonos, & honeſtos, ut ipſe crediderat? Dat eis poſſeßionem.) iniuſtè. aut enim ſolui potius debuit teſtamentum, quod contra legem Corneliam factum fuerat, aut integrum cum uoluntate mortui permanere. Lex eſt, pœna eſt.) Accuſetur, inquit, cùm fecerit, & damnetur: hoc Prætoris eſt: non, prohibere ne faciat. qui enim ius dicit, factorum iudex eſt, non futurorum duntaxat in ciuilibus cauſis. O modeſtum ordinem.) Quia ordinem dixit, equitũ Romanorum ordinem dici quidam putant: ſed libertinos ſignificat, quorum non conditionem, ſed more ſuo, quaſi honeſtorum, ordinem uocat. C. Sulpitius Olympus fuit.) * Vetus locutio: eminus eſt Vulturnus Capua tria millia paſſuum. Ex edicto iſtius, quod edictum ſacerdos non habuerat.) Edictum in cauſa ueteri nouum adhuc oſtendit, ut nummarium probet. nam ex ipſo negotio uidetur edixiſſe Verres, ut omnis libertus non patrono tantum, ſed etiã patroni filiæ ſextam relinquat hæreditatis. L. Gellius.) ſine ornamentis nomen poſuit, quia per ſe clarum eſt conſularis & nobilis uiri.

Aduentitia.) quia ab alieniore hæreditas ueniebat.

Non alienus à matris eius genere, & nomine.) Qui putant εἰρωνικῶς pronunciandũ, non uident contra teſtis ſuæ dignitatẽ nunquam dicturũ Ciceronẽ fuiſſe. ergo ſimpliciter accipiendũ eſt. uult enim patrem Verris diuiſorem fuiſſe, matrem honeſtiorem intelligi. Tabulas protulit.) per quas probauit abiſſe à ſe pecunias certis nominibus inſcriptas. non enim Verres ſcripſerat ſe accepiſſe: ſed illo tempore, unde, & quomodo, & per quos dederit, ſcriptũ in tabulis oſtẽdit. Quo maximarũ rerum frequentißimæ quotidie aduocationes fiunt.)

Vel

Vel uti conſulantur conuenientibus aduocatis, uel ut alterutri parti apud arbitros adſint, uel ut ipſi iudices in rem aliquam capiantur. Quibus de ſartis tectis.) *Harum rerum cura propria Cenſoribus datur, id eſt ſartorum tectorũ. uerùm hæc cum cæteris * imite aut ædilium cura eſt annua. Prætores, niſi ſenatus decreuerit, de hac re minus laborant.* Sine ullo intertrimento.) *Detrimentum uel unius partis dici poteſt: intertrimentum non ad unius partis ſpectat, ſed dantis & accipientis.* Nullam columnam, quæ ad perpendiculum eſſe poſſit.) *Perpendiculũ linea laterũ æqualitatẽ probat, à ſummo ad imũ altitudinẽ probans hoc cum columnis omnibus, tum maximè in ſtructilib. euenit, in quib. aut media, aut ima craſſiora ſunt.* Sartis tectis quæ dominata eſt.) *Addidit, quæ, ut eſſet plenũ dictum. nam ſarta tecta dicuntur.* Frugaliſſimus homo.) *parcus & attentus.* Caſtiſſimus.) *Quo magis indignum ſit ad meretricem ueniſſe.* Etenim iudicium id quod propè omnium fortunarum.) *Cauſam Muſtius pecuniariam habuit, Tullio defendente, cuius oratio non eſt edita.* Foro ornato.) *Hæc fieri ludis ſolebant, qui in foro etiam tum dabantur.* Ab eo mancipe, quem appoſuiſſet.) *Rabonio ſcilicet fabro.* Veteratorium.) *acutũ, callidum.* Quod eſt igitur remedium? quod.) *Repetit quod, ut deliberantis cunctatio uideatur ineſſe uerbis eius.* In bonis, prædibus, prædijsq; uendundis.) *Bona prædia dicuntur, bona ſatiſdationibus obnoxia, ſiue ſint in mancipijs, ſiue in pecunia numerata: prædia uerò domus, agri. hæc omnia uenduntur, ſi rationi publicæ locator ſartorum non reſponderit. Ad hoc autem hæc omnia ſunt obnoxia, ut pro ſua uoluntate agat redẽptor operis, quicquid ſuo periculo facit. tu autẽ Verres, cum ego populo Romano ſim obnoxius & prædibus, id eſt, fideiuſſoribus, & prædijs appoſitis, tu mihi non exactor ſis operis, ſed dominus uoluntatis?* Vt optima conditione ſit.) *Ad hoc, inquit, aſtrictus redemptor tenetur populo Romano, ut optima conditione, quod uult, de redemptione ſua agat. & tu eum excludis, quem ſolum admitti oportuit, ut ad eius pecuniam, ac ſumptũ operis, quem illi imputaturus es, alius accedat.* Prædibus, & prædijs.) *Prædia ſunt res ipſæ: prædes homines, id eſt fideiuſſores, quorum res bona prædia non uno nomine dicuntur.* Populo cautum eſt.) *ærario ſcilicet.* Corriguntur leges, cenſoriè. quod enim uideo) *Non* εἰρωνικῶς *pronunciandum.* Socium ne admittito.) *eum, tradere ædem debebat.* Ne'ue partem dato.) *Aliud enim ſocius, aliud parciceps. qui certam habet partem, non diuiſe agit, ut ſocius.* Ne ue redimito.) *Ne ipſe iterum à ſe redimat, ut per ſuppoſitã perſonã alter ei redimat.* Cuius prædia ſubierant periculum.) *Satiſdatorem dicit fuiſſe D. Brutum.* Si quid operis cauſa reſcideris.) *Satiſdet damni infecti redemptor nouus ueteri, ſi quid pro neceſſitate operis in æde læſerit.* Qui redimit, redemerit.) *Raboniũ ſignificat.* Qui à uetere redemptore acceperit.) *Pupillũ dicit. huic iubet ſatiſdare Raboniũ, hoc eſt ipſum ſibi. nam cum ſit tutor pupilli, utrobiq; res eius agitur.*

Hoc opus bono ſuo quoq;.) *Verbum eſt res diuerſas ſimul comprehendens, hoc eſt, bono latere, integris mẽſuris, apta arena, utili calce, machinis idoneis, proba materie.* Manupretij machinæ) *Manupretium dicitur, ubi non tam materiæ ratio, quàm manus atq; operis ducitur.* De populo accedere.) *Hucuſq; à capite quod eſt, At enim, interrogatiuè pronunciandum eſt. & contrà reſponſiuè, Omnes reiecti ſunt.* Omnia, inquit, facta ſunt, ne quis de populo redemptor fieret, qui aut pupillo parceret, aut cõſcius prædæ prætoris eſſet. *Sed quæritur, qui fieri potuit, ut cum ex Idibus Septẽbribus in Calendas Decembres diem operi faciundo præſtituerit, omnes anguſtijs temporis excluderentur, in tanta facilitate operis faciendi, quantam ipſe oſtendit, cum diceret, minus eſſe operis illas quatuor columnas reponere, quàm unam ab integro nouam efficere.* Reſpondetur, *Ciceronem impenſam operis paruam putare, non moram: ſed has, inquit, anguſtias temporis non timuit Rabonius, propter conniuentiam Verris.* Neq; Calendis Decẽbribus, neq; Nonis, neq; Idibus.) *Religioſe in me * nominat uultu * diuo * nouit Idus Calẽ. * Cicero Nonas addidit, quàuis hoc pronũciatione ſoluatur. Et cum irriſione hoc dici uidere poſſumus.* Iſtam diem quomodo aſſequitur?) *quo modo accurrit ad diem?* Putabat ſe aliquid defenſionis habiturum.) *Vt diceret, adeò nullum appoſui redemptorẽ, ut poſt diem præſtitutum operi non ab eo ſuſceperim opus, nec in acceptum retulerim.* Vt uno minus teſte haberet.) *ut de tot, qui contra ſe ſunt, teſtibus, unum Rabonium detraheret.* Cum die cæteros excluſiſſet, tum in eius arbitrium ac poteſtatem uenire nolebat.) *Præſtituendo diem anguſtiſſimam operi, duas res aſſecutus eſt Verres, inquit: & cæteros excluſit cõditione temporis, & ipſum Rabonium in ſua poteſtate habuit, qui uidebat quidem ſibi prædam eripi à Verre, ſed non ſe commouebat, metu temporis præfiniti.* Qui ſibi ereptam prædam arbitraretur.) *Rabonius ſcilicet à Verre ſibi arbitraretur lucrum redẽptionis ereptum.* Quod iam iſte ferre non poterat. *Nimis enim erat inuidioſum.*

Rabonij tabulæ.) *In quibus ſcriptum eſt, ad Verrem pecuniam perueniſſe, quam Rabonius tutor pupilli nomine dedit Verri, tanquam ſi ipſe à pupillo acciperet.*

Gracchi credo, aut Saturnini.) *ſeditioſorum Tribunorum pl.* Sine bulla.) *Simul cum prætexta etiam bulla ſuſpendi in collo infantibus ingenuis ſolet aurea, libertinis ſcortea, quaſi bullientis aquæ ſinus communiens, pectuſq; puerile.* Dubitamus, quid iſte in hoſtiũ præda molitus ſit.) *Scilicet, cum piratarum nauem cepit, & prædam omnem ad ſe auertit.* Ex L. Metelli manubijs.) *Ex æde Caſtoris, quam de manubijs L. Metellus extruxerat, qui Metellus ſubactis Dalmatis, Dalmaticus appellatus eſt. Manubiæ autem ſunt præda imperatoris pro portione de hoſtibus capta.* A' ſigno Vortumni in Circum maximũ) *Signum Vortumni in ultimo uico Thurario eſt, ſub baſilicæ angulo flectentibus ſe ad poſtremam dextram partem. Vortumnus autem deus inuertendarum rerum eſt, id eſt, mercaturæ. Circus autem maximus eſt idem, in quo nunc Circenſes ſpectantur.* Quam tu uiam thenſarum atq; pompæ eiuſmodi exegiſti.) *Sic exigiſti. Exigere uiam dicuntur magiſtratus, cum uiciniam cogunt munire quàm diligentiſſimè ſumptu facto. Thenſæ autem ſunt ſacra uehicula, pompa ordinum & hoſtiarum. Thenſas alij à diuinitate dici putãt: alij, quòd ante ipſas lora tenduntur, quæ gaudent manu tenere & tangere, qui eas deducunt.*

cunt. Orbita autem duas res ſignificat. nam orbita & rota ipſa intelligitur, & ueſtigiũ rotæ in molli ſolo. Interceſsiſſet contra legem Corneliam.) ut Tribuni pl. aliorum quoq; magiſtratuum capeſſendorum poteſtatem haberent. Perſuaſiſſe dicitur hanc legem Opimius. Contra alicuius hominis nobilis uoluntatem.) Catulum ſignificat, qui tunc princeps fuit Syllanæ factionis. Paucos homines, ut leniſsimè dicam, arrogantes.) Catulum, Hortenſium, Curionemq́; ſignificat. Manubias detrahere conatus ſit.) Spolia quæſita de uiuo hoſte nobili per deditionem, manubias ueteres dicebant: & erat imperatorum hæc præda, ex qua quod uellent facerent. Nã de ſubſortitione illa Iuniana iudices nihil dico.) Sortitus erat iudices Prætor Verres in iudicio, quo Oppianicus accuſatus eſt à Cluẽtio. Reiectione utrinq; facta, ſubſortitus eſt in eorũ locum Verres, ut mos eſt, alios. Damnato Oppianico, cum in inuidia res eſſet, quòd pecunia reus uideretur oppreſſus, & princeps illorum iudicum damnatus eſſet Iunius, quòd diceretur alios ſuppoſuiſſe, qui reum damnarent, non eos quos Prætor fuerat ſubſortitus, etiam Verres ipſe, ut hæc inuidia aduerſus Iunium uera uideretur, ſuſtulit, quos in ſuis tabulis habebat, & alios in litura ſcripſit, & obſignauit annulo non ſolum ſuo, ſed etiam ſcribæ ſui, quem furtorum participem ſuorum & diuitem fecerat, & annulo donauerat aureo. Eiuſdem modi ſubſortitionem homo amentiſsimus ſuorum quoque iudicum fore putauit.) Obſcurus locus, ſed, ut opinor, hic ſenſus eſt: Putauit, inquit, Verres eodẽ loco ſupponi potuiſſe iudices, qui ſe corrupti abſoluerent: quemadmodum ſuppoſiti erant, qui Oppianicũ condemnarant. nam. Qu. Curtius, ſodalis eius, index quæſtionis, ſubſortiebatur in locũ reiectorum, quos iſte redemerat, improbos iudices, quib. ad uenales ſententias proferendas ultimo die ſubiectis uteretur. Facilè autem pro ueris iudicibus improbi ſupponi poterant, nolente hoc iudice quæſtionis, et illis patientibus, qui ueri iudices erãt: quia niſi citati nõ conſidebãt, et graue onus erat, & incommodum iudicare. Qu. Curtium iudicem quæſtionis.) Apparet hunc poſt hoc factũ à Cicerone eſſe reiectum conuicio populi, qui in corona aderat. Ex hac decuria noſtra.) Decuriam modò ordinem, ac per hoc ex uobis: quia honeſtiorum decuriæ, inferiorum centuriæ dicebantur. Cuius mihi copiã quamlargiſsimè factam oportebat.) Quæ ſcilicet non fieret, ſi pro uobis alij ſubijcerentur. Quos iſte annuerat.) Quaſi diceret, ſuggereret. Sine cauſa.) Nõ reiectis ſcilicet ijs, in quorum locum alios ſubſortiebatur. hoc eſt ueſtro nobis * manente neq; reiecto.

PAVLI MANVTII IN ASCOnium Annotatio.

Olympo.) Sic legendũ, non ut antè, Olyntho, ex Agraria prima ad populũ: præterea Strabone, Ptolemæo, Eutropio, & Saluſtij hiſtoriarum lib. 1. apud Priſcianum.

Curator totius oræ maritimæ.) Error Pediani. eſt enim hic Antonius orator, de quo in dialogis de Oratore, in quibus etiam ipſe libro 2. de rationibus à ſe confectis contra hominum opinionem teſtatur. M. Terentiũ.) M. Liciniũ, malim, qui Conſul fuit cum C. Caßio Varo, à præſenti tempore non longè. Eutropius libro 6. in bello Spartico, & noſter in oratione pro Cluentio. Terentij Conſulis mentionem his temporibus non inuenio. Sic alteram dici.) Fero Alteram: tamen Iterum magis placeret. Vt Corinthijs, ut Tarentinis.) De Corinthijs mentio eſt in oratione pro lege Manilia, & in Aſconio alibi: de Tarentinis in Valerio lib. 2. & Floro lib. 12. antè legebatur, Vt Cornelius, ut Terentius. Abundare enim uidetur Non.) Nihil abundat, ſi cum interrogatione legas. non tamen ſemper uigilas Aſconi. Aut pro præde.) Apertius eſſet, Aut per prædes.

IN EANDEM ACTIONEM IN VERrem tertiã, Franciſci Syluij Cõmentarius.

ARGVMENTVM.

Poſt Verris accuſationem dies multi conſumpti ſunt in teſtibus interrogandis, & literis tam publicis quàm priuatis recitandis. Quibus rebus Q. Hortenſius conſternatus, C. Verrem deſeruit. Ipſe autem Verres in exilium abijt. Fingit tamen Cicero Verrem adeſſe in hac actione, quam in foro non habuit, ſed tantum ſcripſit. Quòd adſit, id ualere ad probandam ſuam accuſandi diligentiam, & augendam iudicum in eo condemnando gloriam. Quòd adſit, mirandum non eſſe oſtendit propter magnam eius audaciam atq; amentiam, quæ ira deorum in eum immiſſa ſit. Quòd ſi crimine repetundarum ab ijs iudicibus abſolutus ſit, inuenientur alij iudices, qui eum alijs criminibus condemnent. Quòd ſi eum hi quoq; abſoluant, ad pop. Rom. iudicium uocabitur, quòd libertatis & ciuitatis iura uiolauerit, qua de re populi Rom. iudicium eſt.

POſt accuſationem Verris, quã in extrema oratione ſuperiore Cicero fecit, teſtes contra Verrem Cicero produxit, tabulas tam publicas quàm priuatas ex Sicilia aduectas contra eundem recitari iuſsit. Quibus rebus Hortenſius ſtupefactus defenſionem deſeruit, & Verres in exilium abijt. Fingit tamẽ Cicero Verrem ab Hortenſio defenſum, eumq́; huic actioni adeſſe. Altera actione.) Prior enim actio fuit Verris accuſatio, teſtium interrogatio, & tabularum recitatio. Statuerat ac deliberauerat.) Hinc attende, maius eſſe deliberare quàm ſtatuere. Tam nefarijs criminibus.) Inde Verrem adducit in odium. Proiectus ad audendum.) id eſt, effuſus, uel eminens, ut proiectam audaciam pro A. Cluentio appellat: Illi quorũ eminet audacia, atq; proiecta eſt, à conſilijs malitiæ deſeruntur. Vt ad audiendum proiectus, &c.) Annominatio eſt. Manifeſtò.) Manifeſtò à Cicerone ſæpius quàm manifeſtè dicitur. Teneatur.) id eſt, conuictus ſit. Si reticeat.) id eſt, ſi non reſpondeat. Pudentem exitum.) Cauſa enim pudoris abeſſet. Veſtra uerò.) Nam ſi Verres nõ condemnatus in exilium abiſſet, iudicum laus magna non fuiſſet. Eorum enim integritas in homine locupletiſsimo condemnanda cognita nõ fuiſſet. Mea diligentia.) in Verre accuſando. Illorum.) hominum potentiſsimorum. Tum demum.) id eſt, tunc primùm. Illa uicta.) Hominum potentiſsimorum cupiditas, Verris pecunia, & patronorum minæ ac potentia. Inuidiſſe ueſtræ laudi.) Vt M. Cato, quum ſe ipſe occidit, Cæſaris laudi inuidiſſe dicitur. Senatorio conſilio.) id eſt, Senatu iudicante. Veritatis.) id eſt, æquitatis & iuſtitiæ. Ab hoc ordine.) Senatorio. Abiudicari.) id eſt, ſententia ſua à ſe auferri. Aegram.) In Diuinatione ægrotam dixit: Hoc remediũ eſt ægrotæ ac propè deſperatæ Reipub. Depoſitam.) id eſt, deſperatam. Sic enim Aſconius & Non. Marcellus exponunt. Seruius libro Commentariorum Aeneidos Virgilij 12. lo-

cum illum exponens, Vt depoſiti proferret fata parentis: Depoſiti, inquit, id eſt deſperati. Nam conſuetudo erat, ut deſperati ante ianuas ſuas collocarentur, uel ut extremum ſpiritum redderent terræ, uel ut poſſent à tranſeuntibus fortè curari, qui aliquando ſimili morbo laborauerant. Cicero: Aegram & propè depoſitam Reipub. partem. Hæc ille. Pro uoluntate populi Romani.) Erit autem iudicata pro uoluntate populi Romani, ſi C. Verres condemnetur. Cõſtituta.) id eſt, firmata. Alioqui enim iudicia à Senatu ad aliũ ordinem transferrentur. Poſtremò.) Verbum acceßi, ut ait Aſconius, repetendum eſt. Itaq; ita intelligi oportet, Acceßi ad inuidiam iudiciorum leuandam, acceßi ad uituperationem tollendam, acceßi poſtremò, &c. Deſinẽt.) Quod ſæpe dictarunt. Neq; ipſe.) Aut C. Verres, aut Qu. Hortenſius. Impiè nefarieq́;) Impiè ad deos, nefariè ad homines refertur. Nec placet Aſconij inter nefandum & nefarium differentia. Quamuis enim nefandum latina uox ſit, eam tamen à Cicerone uſurpari uix inuenias. Is enim nefarium, non nefandum dicere ſolet. A' mente conſilioq́; deducitur.) Verris amentiam probare incipit, quo minus mirandum ſit, ſi ad hoc iudicium adſit. A' mente conſilioq́; deducitur.) id eſt, à mente conſilioq́; ad inſaniã deflectitur, ut Actione ſuperiore: Cuius diuitiæ me de fide deducere non potuiſſent, ne eiuſdem pecunijs de honore deijcerer. Agunt.) id eſt, urgent & impellunt, ut hunc locum explicat Non. Marcellus. Præcipitem.) in amentiã ſcilicet. Præceps eſt is qui in caput ruit. Quos partim ſecuri percußit.) Vt Herenniũ, aliosq́;. De his ſupplicijs Rom. ciuium in Actione ſeptima Cicero dicit fuſius. Ciuem Romanum cædi uirgis, & ſecuri percuti, olim fuit mos: ſed poſtea lege Porcia uirgæ à corpore ciuis Romani remotæ ſunt. poſtea C. Gracchus legem tulit, ne quis ciuis Rom. iniuſſu populi Romani morte multaretur. Exilium pœna capitis erat. In uinculis.) id eſt, in carcere, & Syracuſis in Latumijs. Iura libertatis.) Quia ciues Romani erant, ut Romana libertate & ciuitate uterentur. In crucem ſuſtulit.) Id autem ſupplicium ſeruorum erat, non ciuium Romanorum. Dij patrij.) Seruius libro Comment. in Georg. Virg. 1. deos eſſe patrios dicit, qui præſunt ſingulis ciuitatibus, ut Minerua Athenis, Iuno Carthagini. Hoc tamen loco uidetur Cicero ſignificare deos penates, qui parentum, liberorum, totiusq́; familiæ curam & quaſi tutelam ſuſceperint. Macrobius libro Saturnalium tertio in illo uerſu Vergiliano: Dij patrij ſeruate domum, ſeruate nepotem: deos penates intelligi putat. Quod iſte.) Priſcianus libro ſeptimo ſcribit hoc in loco liberûm pro liberorum dici. apud quem ſcriptum eſt, quod iſte unus inuentus eſt, &c. Liberûm autem, ut liberorum uſitatè dici, Cicero in libro de Oratore teſtis eſt: ut quum cupidos liberûm, aut in liberûm locum dicimus. In tenebris.) id eſt in atrio, aut in loco penitiore, quò ſuas copias condidit. Auaritiæ ſupplicio communi.) id eſt, repetundarum. Nam per auaritiam populatus Siciliam eſt. Vt iſto damnato bona reſtituantur ijs quibus erepta ſunt.) Significat illud pœnæ in lege de Repetundis conſtitutum fuiſſe, ut qui damnatus eſſet, bona reſtituerentur ijs quibus ablata fuerant. Iſtius ſupplicio luendus eſt.) id eſt, purgandus & lauandus. Sed expugnatorem pudicitiæ.) id eſt uiolatorem. Non ſicarium.) id eſt, homicidam. Sicarius propriè dicitur is, qui ſica hominem occidit. autore tamẽ Quintiliano li. 10. per abuſionem ſicarios etiam omnes uocamus, qui cædẽ telo quocunq; cõmiſerint. Sed crudeliſsimum carnificẽ ciuium ſociorumq́;.) Carnificem appellat eum qui nouo quodam & crudeli ſupplicio necat homines, quales apud ueteres fuiße multos accepimus, quos tyrãnos uocauerũt, ut Phalarim, Procruſten, Buſirim. Sic autem dicti ſunt, quòd carnem facerent, autore Donato in Hecyrã: Caro propriè dicitur mortuorũ, quòd careat anima. Cui damnari expediret.) Nam ſi damnetur à uobis, morte non multabitur: ſi uerò abſoluatur, ad populi iudicium adducetur, cui ſoli poteſtas eſt, ut reum morti adiudicet. Iſtum abſolutum dijs hominibusq; inuitis.) His enim inuitis abſoluetur, ſi uos eum abſoluatis. Tamen ex manibus populi Romani eripi nullo modo poſſe.) Quia libertatis Romanæ & ciuitatis ius C. Verres uiolauit, quum ciues alios in Sicilia ſecuri percuti, alios in crucem tolli iußit. Hoc autem ad iudicium populi Romani pertinet. Itaq; ſi à uobis repetundarum abſoluatur, ad populi Romani iudicium perduellionis reus adducetur. Conſilium.) id eſt, cœtus iudicum. Apud tales uiros.) Id ſæpe à Cicerone dicitur. Vulgò dicerent, apud tantos uiros. Ne actor quidem.) id eſt accuſator: quia id de ſe dicit, uitat arrogantiam. Victus.) id eſt, conuictus. Occultè.) id eſt, per calumniam. Suſtinebunt tales uiri.) id eſt patientur. Se tot Senatoribus.) Teſtibus in Verrem ſcilicet. Prouincia.) Sicilia. Suſtineant.) Permißio eſt, cum quadam prohibitione. Quibus probemus iſtum in quæſtura pecuniam, etc.) Rem paulo pòſt dicet fuſius.

Auertiſſe.) A' Cn. Carbone ad L. Syllam. Quod priore actione didiciſtis.) Quòd ego teſtes produxi, & tabulas recitari iußi. De capite.) id eſt, de ſumma. Frumenti decumani detraxerit.) Quòd decumarum nomine decumani ſoluerent populo Romano. Qui illum eius peculatum.) Eſt enim peculatus, rei uel ſacræ, uel publicæ furtum. Emerſerit ex peculatus iudicio.) Permißio eſt, ut gradum faciat ad ſequentia, quæ ſunt grauiora.

De ducibus hoſtium.) Hæc in libro de ſupplicijs tractantur fuſius. Noſtro crimini.) Quod in eum nos intendimus. Hoc in illo maieſtatis iudicio ſi licuißet, ſibi oſtenderit.) Populi enim Romani maieſtatem imminuit, qui priuatus domi ſuæ captiuos retinet. Si licuiſſe ſibi oſtenderit, ego oportuiſſe concedam.) Argumentum à genere ad ſpeciem in affirmatione non ualet, in negatione uerò optimum eſt. Licere genus eſt, oportere ſpecies. Itaq; Cic. pro L. Cornelio Balbo: Eſt, inquit, aliquid, quod non oporteat, etiamſi licet: quicquid uerò non licet, certè non oportet. Tam difficile eſſe probare genus, hoc eſt licuiſſe, Cicero ſignificat, ut id ſi probet Verres, Cicero promittat ſe cedere in affirmatione ſpeciem, hoc eſt, oportuiſſe. Ex hoc quoque euaſerit.) id eſt, abſoluatur. Permißio eſt. Proficiſcar eò.) id eſt, ad iudiciũ populi Romani Verrem adducam. De iure enim libertatis & ciuitatis.) id eſt, de iure pertinente ad populi Romani libertatẽ & ciuitatem. De iure ciuitatis.) id eſt ciuium. Ne intelligas, ſi quis ſe gerat pro ciue, qui ciuis non ſit: aut ſi quæſtio eſt de aliquo, iurène an iniuria ciuis factus ſit, qualis de Archia et Balbo fuit controuerſia, quæ apud iudices tractata fuit. De iure libertatis & ciuitatis fuit cauſa C. Rabirij perduellionis rei, quæ ipſa apud populum Romanum acta eſt. Conſilia ſenatoria.) id eſt,

Iudices qui ſunt ex ordine Senatorio. Quæſtiones.) id eſt equuleos, quibus cruciantur ij de quib. habentur quæſtiones. Euolet ex ueſtra ſeueritate.) id eſt, celeriter euadat. Ex ueſtra ſeueritate.) id eſt, ex ſeuero ueſtro iudicio. Credet.) Populus Romanus. Antea.) id eſt, actione priore. Qui cognitores.) id eſt, cognoſcẽtes ſtatum eius. Homines honeſtos.) quibus credendum fuit. Sublatum.) à tollendo. Credant omnes quinq; & triginta tribus.) Tot enim Romanæ trib. erant, tam urbanæ quàm ruſticæ. Eas quoq; curias appellatas eſſe, Sex. Pompeius tradit Hæ autem tribus in iudicio populi Romani reum ſuffragijs ſuis uel damnabant, uel abſoluebant. Amplius centũ.) Hoc dicendi genus doctis familiare eſt. Vulgus diceret, amplius quàm centum. Et religionem ſuam.) Nam teſtis iuratus dicebat teſtimonium. Multos ciues Romanos in Latumijs.) Latumias ex græco, & maximè à Syracuſanis dictas eſſe putat Sextus Pompeius, quòd latomias & appellant & habent inſtar carceris, ex quibus locis exciſi ſunt lapides ad extruendam urbem. De latumijs Syracuſanis Cicero in libro de ſupplicijs fuſius. Sunt igitur latumiæ generali uocabulo loca, ea unde lapides in uſum noſtrum exciſi ſunt. Lapidicinas latinè uulgò appellant. Cenſet Budæus in adnotationibus in Pãdectas, melius appellari lapicidinas, quo nomine Plautum uſum fuiſſe dicit. Eius in ſententiam, ut aliàs ſæpe, ita hoc loco concedo, ut ſit lapidicina compoſitum à lapi, & cædendo: ut aurifodina dicitur. autore Priſciano libro ſexto, Latini uetuſtißimi huius lapis protulerunt. Ennius in duodecimo Annalium: Occumbunt multi letum ferroq; lapiq;. A' Latomijs latomi appellati ſunt, non qui parietes & domos lapidib. ædificãt, ſed qui in lapicidinis lapides excidunt. Magna enim fuit cognatio literarum o & u: ut polchrum & colpam, pro pulchro & culpa ueteres, autore Priſciano, dixerint. Pulyxena pro polyxena, ut ait Quintilianus: & ſacerdus, et epiſtula, ut ait Politianus, ab ijſdem dicta fuere. Beneficio populi Romani.) cuius ſuffragio Aedilis factus ſum. In reliquis.) quæ in Verrem poſtea agentur. Explorata.) id eſt, probata: ut hunc locum Nonius Marcellus explicat. Quum longo interuallo ueterem conſuetudinem retuli.) Nam, ut in Diuinatione dixit, homines honeſtißimi, & uiri fortißimi antea accuſabant, ut Publius Lentulus M. Aquilium, Africanus minor bis conſul & cenſor L. Cottam in iudicium uocauit. tum florebat populi Romani nomen, ciuitatis maieſtas grauis habebatur. Poſtea imperiti adoleſcentuli accuſare cœperunt. Hanc ætatem Cicero præteruectus cum Verrem accuſat, ueterem illam conſuetudinem refert, quæ longo interuallo fuerat intermiſſa. Vt ei qui iſtius Quæſtor fuiſſet.) id eſt, Q. Cæcilio, qui Verris Quæſtor in Sicilia fuerat. Inimicitias iuſtas.) Hoc dicit Cicero, ut cauſæ ſuæ ſeruiat. Has enim Cæcilij cum Verre inimicitias fuiſſe ſimulatas, Cicero dixit in Diuinatione. Inquirendi.) id eſt, faciendæ inquiſitionis uitiorum Verris. Celeritas reditionis.) Nam quamuis Ciceroni dati eſſent dies centum et decem, die quinquageſimo redijt. Lauti.) id eſt, elegantes & ſuaues. Ita enim hunc locum exponit Nonius Marcellus: apud quem locum hunc ita ſcriptum inuenio: Romam ut ex Sicilia redijſ, comites iſtius atque amici lauti & urbani. Quæ lectio ſi probaretur, dißiparant, non dißipaſſent, legendum eſſet. Dißipaſſent) id eſt, diuulgaſſent. Hinc.) id eſt, ex parte Verris. Memoria noſtra.) id eſt, tempore meo. Pactionis ſuſpicionem.) id eſt, quòd pacti eſſent cum reo, & haberentur præuaricatores. Poſt hunc ſtatũ populi Romani.) id eſt, poſtquã ſenatores ſoli iudicarunt. Simili ſplẽdore & dignitate.) Iudices breuiter laudat, ut laus oblata, nõ quæſita uideatur: quod etiam poſtea ſæpe facit. Quintilianus lib. quarto ſcribit, hac ratione iudices conciliari poſſe. Quam laudem.) in reijciendis iudicibus. Qui quum P. Galbam.) Probat Cicero hanc laudem ſibi cum Verre communem non eſſe, quòd Verres bonos iudices reiecerit, improbos retinuerit. Eius patronus.) Hortenſius. Suos.) C. Verris. Nimium ſui iuris ſententiæq;.) Eſſe ſcilicet: id eſt, quòd eſſent nimium ſeueri, & ſuum ius atq; ſententiam nimium ſeuerè tutarentur, itaque Verrem condemnarent, quamuis eſſet familiarißimus. Comitijs meis.) quibus ego ædilis factus ſum. Quo die primum.) Nonis enim Sextilibus hora nona iudices in C. Verrem conſederunt. Contra me:) ut ædilitate me deijceret. Fructum diligentiæ.) quòd diligens fuerim in bonis iudicibus retinendis, & improbis reijciendis. Primo die.) Cicero propoſita accuſatione, ut eſt in Actione ſuperiore, multos dies producendis teſtibus, & tabulis recitandis conſumpſit. Quæ omnia ex Actione prima eſſe dicit. Victoriæ.) id eſt, uincendi cauſa. Quemadmodum non reſponderet.) id eſt, profugiens exilio uoluntario ſe multaret. Comperendinatum.) id eſt, iſtius cauſam in longum tempus dilatam. De comperendinatione paulo pòſt Aſconius plura ſcribit. In adnotationibus Budæi in Pandectas non pauca inuenias. Ludorum.) Votiuorum, & Romanorum. Exiſtimationem populi Romani.) quam populus Romanus de me haberet. Cum cauſa.) id eſt, ut honeſtam cauſam accuſandi Verris haberem. Quum ad agendum Cicero accedit, honeſtam cauſam ſolet oſtendere, ne aut quæſtus, aut gloriæ, aut odij cauſa acceßiſſe uideatur. Reipublicæ conſulere.) Meum fuit, cum hoc & proximis repetatur. Ex priore actione abſtulerit.) Legit Aſconius, non abſtulerit, ſed ſuſtulerit: pro eo quod eſt perſuaſum habuerit. Vix cum huius parua.) Magna criminum Verris amplificatio eſt. De toto ordine.) Senatorio. Hóc ſi uobis leuius uidetur.) quòd ad alium ordinem iudicandi poteſtas transferatur. Quòd putatis onus eſſe graue.) Nam Cincia lege cauebatur, ne quis orator aut iudex ob orandam cauſam aut iudicandam donum munus ue acciperet: ut in Ciceronis Catonem Maiorem ſcripſimus. Primum intereſſe, &c.) Quum quis ob aliquam turpitudinem mouetur dignitate, id ad famam ſordidum maximè eſt. Reieceritis.) id eſt, depoſueritis. An quòd probare, &c.) id eſt, non potueritis efficere, ut populus Romanus approbaret fidem & religionem ueſtram, quia corruptos uos cognouerit.

Quum Verrem à porta.) Perſiſtit in fictione. Non ſine cauſa illius conſiliũ tam repentè, &c.) Quòd in corruptis iudicijs ſpem aliquam haberet. Nunc ne nouo querimoniæ genere uti poßit, &c.) In actione priore Cicero oratione perpetua uſus non eſt. Teſtes & tabulas per multos dies contra Verrem, ut diximus, produxit. quocirca Hortenſio defendendi Verris poteſtatem eripuit. Quum enim nihil dixerit accuſator, quid patronus refutabit? Reliquit tantum Hortenſio, ut teſtes interro-

garet. Ea de re queri poßit Hortenſius: cui Cicero hoc loco reſpondet. Opprimi reum de quo nihil dicat accuſator.) id eſt iniuſtè condemnari. Aduerſarios.) id eſt, accuſatores. Subleuaturum fuiſſe eum, quem contra dicerem.) quia patrono defenſionis materiam præbuiſſem. Hic tu fortaſſe eris diligens.) Apoſtrophe eſt ad Hortenſium. Abuſus.) id eſt, omnino uſus. Ab enim in compoſitione complet nonnunquam ſignificationem dictionis cum qua componitur, ut abnumero, abſoluo.

Comperendinatum.) id eſt, comperendinationem, ut ſit quartæ declinationis.

IN EANDEM ACTIONEM IN Verrem tertiam Chriſtophori Hegendorphini Scholia.

ARGVMENTVM.

Fingit Cicero adeſſe in iudicio Verrem comperendinatum, reſpondere citatum. & quum prima actione accuſatus ſit, & defenſus Verres, nunc uelut defenſus iterum (ſic enim mos erat) altera accuſatione accuſatur perpetua quadam oratione. Cæterùm in hac accuſatione Cicero in primis crimina repetundarum, ſummis eloquentiæ uiribus inuadit, & alia pleraque amedicta uitæ ſcelera iterum in medium producit.

NEminem ueſtrûm ignorare arbitror iudices.) Exorditur ab inſinuatione, Verrem præter omnium expectationem audentem adeſſe, atque defenſum eſſe dicit. Statuerat ac deliberauerat.) Amplificatio à circumſtantijs. Eſt idem Verres.) Copulatio eſt. Me laboris mei, uos uirtutis ueſtræ.) Ex re ſua & iudicum eſſe oſtendit, quod Verres iterum iudicio adſit. Nam ſi iſte id feciſſet.) Confirmatio propoſitæ propoſitionis. Imò uerò adſit.) Conceßio. Veſtra integritas cum.) Aduerſarios in inuidiam adducit. Neque enim ſalus ulla maior.) Repetit quæ in prima actione dicta ſunt, è republica eſſe, Verrem damnari. Socios, leges.) Congeries eſt. Itaque mihi uideor magnam, & maximè ægram.) Reddit officij ſui rationem, cur Verrem accuſet.

Reipublicæ partem ſuſcepiſſe.) Argumentum à publico commodo. Etenim ſine dubio.) Confirmat in hoc iudicio iudiciorum infamiam tolli poſſe. Tametſi de abſolutione.) Præoccupatio eſt. Multa enim & in deos.) Impudentiæ Verris cauſas Cicero recenſet. Quos partim ſecuri percußit.) Amplificatio, qua id quod primò anguſtè propoſitum eſt, deinde per quandam diſtributionem explicatur. Porrò aſpergit quoque dinoſin: id eſt orationem rebus inuidioſis, aſperis, duris, impijs uim addentem. Partim implorantes iura libertatis.) Hoc eſt, cum eſſent liberi homines, debere eſſe immunes à pœnis, ſupplicijs tam horridis. Religiones uerò.) Impietas Verris in deos. Simulacra deorum.) Sacrilegia Verris. Non id ſolum queritur.) Quid in hoc iudicio Verris queratur, oſtendit. Non enim furem, ſed ereptorem.) Amplificatio eſt per correctionem, uel quia uerba ampliora cum minoribus comparantur. Vide Fabium libro octauo, de amplificatione. Nam quis hoc non intelligit.) Arguitè Cicero non modò reum terret, ſed etiam iudicibus comminatur. Præclarè nobiſcum actum iri.) Terret iudices, & hortatur eos tacitè, ne Verrem abſoluant. Cum fana ſpoliaret.) Articulus cum incremento uocum. Non eſt, non eſt.) Conduplicatio cum præoccupatione. Metuo ne quid arrogantius.) Præmollit id quod de ſe dicturus ſit. His ego iudicibus non probabo.) Verrem non impunè eripi poſſe probat. Se tot ſenatoribus, tot.) A' ſceleribus Verris probat non metuendum eſſe iudicibus, ne aut Verres occultè ſurripiatur, aut impunè eripi poßit. Reperiemus, ſi iſtum uiuum.) Terret iterum iudices.

Quod iſte M. Marcelli.) Quæ M. Marcellus expugnatis Syracuſis Romam è Sicilia deportari curauit, uide Liuium libro quinto ſecundi belli Punici. Non dubitauerit auferre.) Nam Marcellus multa monumenta deprecantibus Syracuſanis reliquit. Meditetur de iudicibus.) Argumentum à ſua ipſius confeßione. Fateatur id quod.) Conceßio Ironica. Se priuatum hominem) Amplificatio à conditione hominis. De iure enim libertatis & ciuitatis.) Verres accuſatur uiolatæ libertatis Romanæ. Credet ijs equitibus Rom.) Primum exemplum uiolati iuris libertatis à Verre. Credent omnes.) Secundum exemplum uiolatæ libertatis, iuris Romani. Vir primarius.) Tertium exemplum. Probabit fidem & religionem.) Quartum exemplum uiolatæ libertatis. Morte eſſe multatos.) Amplificatio ab indignitate. Hanc ego cauſam.) A ſua perſona colligit. Quapropter omnes in hoc iudic.) Clauſula argumentorum, ne Verres impunè abeat. Mea quidem ratio.) De ſuo in agenda cauſa Verris ſtudio dicit.

Meorum autem neceſſariorum.) Cur cauſam iſtam ſuſceperit. Quod meum factum.) Simpliciter fatetur commentitiam ſimultatem Cæcilij cum Verre, Cæcilio non fuiſſe idoneam cauſam accuſandi Verris. In Siciliam ſum inquirendi cauſa profectus.) Suum in hac cauſa ſtudium commemorat. Pudorem uerò ac religionem.) Deprecatur & ſuſpicionem corruptionis, & fauorem Siculorum. Romam ut ex Sicilia.) Narratiuncula. Homines lauti.) Hoc propter Hortenſium dicit, qui elegantiore & comptiore amictu uti ſolitus erat, autore Gellio libro primo. Sciebam in reijciendis.) Hoc eſt, in hoc quod reiici aliquos iudices, ſatis ſcio pleroſque ſuſpectos factos initæ pactionis cum Verre ad corrumpenda iudicia. Ac diligentia probaretur.) Id eſt, cum fideles alioqui actores uiderentur eſſe. Porrò hoc in Hortenſium & cæteros Verris amicos dicit. Putabam non ſolum notis.) Fidem & diligentiam ſuam in hac cauſa cognitam eſſe dicit. Quirium reijci.) Paradoxon. Nam ex multis meis.) Argumentum à ſigno.

Quis tam nouarum rerum.) Tacitè indicat de iudicibus malam ortam eſſe opinionem, quòd accepta pecunia falſum decernerent. Id ſum aſſecutus.) Quid in prima actione contra Verrem & dixerit & egerit, narrat. Deinde reliquis diebus.) Apparet Verrem prima actione, productis contra eum teſtibus, multis diebus accuſatum eſſe. Quæ res primo.) Confirmatio eſt.

Nulla nota.) hoc eſt, non uidebantur iudices poſſe corrumpi, ut falſum decernerent. Poſuit autem ſententias pro tabulis, figuratè. Iudices enim in tabulas ſententias ſuas redigebant. A' me pedetentim.) Præmonitione utitur. Videt ad ipſum.) Locus eſt coniecturalis, à Curionis gratulatione ipſi Verri facta. Fornicem Fabianum.) Fornix, locus arcuoſus iuxta Regiam in ſacra uia à Febio Cenſore conſtructus, autore Aſconio. Hoc ſi uobis leuius.) Occupatio eſt. Deinde illud cogitare.)

A' periculo

A' periculo futuro, ſi ſenatoribus iudicandi poteſtas eripiatur. Quos propter odium.) Ab expectatione inimicorum ſenatus. Hæc me iudices.) Mitigat hortationis prolixitatem. Nonnulli ſuſpicati.) Argumentum à ſpe inimicorum. & fingit hoc Cicero, ut credatur uera fuiſſe ſecunda actio, quæ ſecundum ueram geſtorum fidē non dicta, ſed ſcripta eſt. Nunc ne nouo.) Cicero proponit querelam Hortenſij, conquerentis Ciceronem non iuſto tempore accuſaſſe reum Verrem. Porrò Cicero iſtā querelam Hortenſij ideo proponit, ut ridicula & iniuſta uideatur. Hic tu fortaſſe eris.) Apoſtrophe ad Hortenſium, qua oſtendit ſe non cogi poſſe, ut utatur oratione perpetua, & omnibus horis ſuis, ſi nolit. Cauſam cognoſci oportet.) Propoſitio Hortenſij. Ea re quidem.) Cauſa propoſitionis. Id igitur tu moleſtè tuliſti.) Ironia Ciceronis. Adimo enim comperendinatum.) Ab ea enim ſignificatione, qua comperendinare procraſtinare eſt, & eſt diem de die ducere, comperendinati rei dici poſſunt in cauſis criminalibus, quos curia dimiſſos fide eſſe ſua uoluit: hoc eſt, quos ſuæ ipſorum cuſtodiæ commiſit, ut aut urbem carceris loco habeant, aut priuatam aliquam domum. Comperendinati ideo dici poſſunt, quia non planè abſoluti ſunt, ſed ueluti uadimonio quodā obſtricti, uel quia nondum comperta ſatis crimina ſunt, uel quia nondum ſatis innocentes ſe approbauerunt. Vide Aſconium Pedianum, & Budæum in prioribus annotationibus Pandectarum. Si eum qui poſterius dixit) Senſus eſt: Comperendinatio propter me magis quàm propter te eſt conſtituta, aut non magis propter te quàm propter me. Si enim numerum dicēdi expendas, ex æquo res eſt: ſi ordinem, ego ſum prior. Nam ſi accuſator dixerit, reſpondet primæ actioni defenſor. Rurſum, iudicio comperendinato, prior defenſor dicit, & defenſionem tanquam duplicem in medio poſitam accuſator ultimo dicens obruit. Vel amplius pronunciari.) Ampliare, uerbum iuris eſt, & eſt damnationem rei differre, aut quia coràm ſiſtendi teſtes ſunt, aut quia nondum planè liquet aut de crimine, aut de pœnæ modo. Ex quibus colligere potes, ampliationem parum differre à comperendinatione. Ampliatio numerum certum actionum non habebat, comperendinatio uerò iterata erat actio. Nequaquam tam manifeſtis.) Non fuiſſe in hac cauſa comperendinatione opus, docet. Verùm ſi cauſam.) Repetit Hortenſij obiectionem. Nónne aut in tabulis.) Ex priore actione, qua teſtibus tantum uſus ſit, cauſam Verris cognitam probat. Dio quidem fuit Haleſi.) Narratiuncula. Quo tempore igitur.) Obiectio eſt. Cum Dio ipſe prodiret.) Argumenta, quibus Verres pecuniā à Dione accepiſſe conuictus eſt. Sic à me ſunt acta.) Non fuiſſe in priore actione perpetua oratione opus, dicit. Nego eſſe quicquam.) Cauſam Verris in priore actione cognitam docet. Etenim ſic me egiſſe.) Quomodo priorem actionem egerit, narrat. Interpoſuiſtis accuſatorem.) Alij Rupilium ſiue Oppium à Verre ſuppoſitum intelligunt: alij Rupilium accuſatorem, & Oppiū reum: alij Qu. Metellum Nepotem accuſatorem, & Curionem reum. C VIII. ſibi in Achaiam.) Sic enim erat à Pretoribus legibus conſtitutum, ut ſi intra centum & octo dies ille inquiſitor Achaicus rediiſſet, priore loco ageret, & ita factum eſt, ut propè menſes tres Ciceroni eriperentur. Vt cum horis noſtris.) Cur Cicero ſuis horis ad accuſandum conceſſis à lege, uti noluerit. Deinde ita tempus duceretur.) A' dolo aduerſariorum. Ne quem nemo prima.) Nam cum Cicero in priore actione explicatis criminibus, ſemper teſtes interrogaret, Hortenſius Verris defenſor adeò perturbatus eſt, ut reum indefenſum relinqueret, & reus ultroneum exilium ſibi ſibi conſciſceret. In cautione uiderunt.) Fingit Cicero ſe reſciuiſſe pactionem Verris amicorum, qui in ſe ſuſceperant procurationem corrumpendorum iudiciorum, liberandiq́; Verris, ſi poſt Calendas Ianuarias de Verre iudicaretur. Eſt ergo Ciceronis ſenſus: Quàm ego eſſem ſtultus, ſi quod tempus illi in promittendo elegerant, ego in accuſando non effugiſſem, præſertim cum poſſem effugere. Itaque primum.) Occupatione quadam & attentos animos iudicum facit, & Verri inuidiam maximam conflat. Quæſtor Cn. Papirio.) Vnius criminis Verris propoſitio. Quæſtor ex S. C.) Accuſat Verrem malè geſtæ quæſturæ: & eſt narratio ſplendida. Cognoſcite hominis.) Parentheſis ad motum animi facit. Erat tum diſſenſio ciuium.) Subindicat primum bellum ciuile Romæ commotum inter Syllam & Marium, anno Vrbis conditæ ſexcenteſimo ſexageſimoſecundo. De quo uide Appianum libro primo Bellorum ciuilium, & Eutropium libro quinto Hiſtoriarum Romanarum. Quibus illam reiectionem.) Quo animo Verres pecuniam auerterit. Hoc eſt rationes referre.) Vituperat rationem Verris & eſt pyſma. Sibi elegit Ariminum.) Hoc oppidum erat quod Albinouanus dux ipſe Marianus Syllæ prodiderat: uide Plutarchum in Sylla. & eſt argumentum à loco. Recita denuò Pub. Lentulo.) Hoc eſt caput relatarum rationum à Verre, totius quæſturæ eius. Malus ciuis.) Obiectio Verris. Fuerit alijs.) Confutatio obiectionis. Marcus Piſo Quæſtor.) Exemplo urget Verrem, ut oſtendat quid facere potuiſſet, niſi furtum pararet. Nec morem maiorum.) Qui inſtituerant Quæſtorem ſumma reuerentia, ſumma neceſſitudine erga ſuum Prætorem affectum eſſe debere, ut ſuprà in Diuinatione habitum eſt. Etenim ſi hæc perturbare.) Argumentum à malis futuris, ſi Quæſtor Prætori fidem non ſeruat. Ipſe Sylla.) Ab exemplo. Vbi iſte ſummæ rei.) Argumentum eſt, Verrem proditorem eſſe. Nunc quamuis ſint.) Redit ad ſuperiorem Verris obiectionem. Nullæ occultiores.) Probat commune eſſe malum. Itá ne uerò?) Exaggerat hoc, quòd Verres conſulem Carbonem deſeruerit. Itaque idem iſte.) Accuſat Verrem malè geſtæ legationis pro quæſtura apud Dolobellam. C. Malleolo occiſo.) Suſpicioſo uerbo uſus eſt. Nam non urget Malleolum à Verre occiſum eſſe, ſed ita uult uideri, quia Verri mors eius lucro fuerit. Nam quæ in ipſum.) Intelligit C. Cæſarem, qui Cn. Dolobellam, ſedata ſeditione ciuili inter Marium & Syllam, repetundarum poſtulauit, in quo iudicio Verres contra Dolobellam improbiſſima teſtimonia dixit. unde Suetoniū in Cæſare. Quid hoc homine faciatis) Exaggeratio. Nolite quæſo Iudices.) Occupatio eſt. Mihi properandum.) Tranſitio eſt. Syllanarum proſcriptionum.) Nam Sylla prima die octoginta proſcripſit, ſecūdo ducentos & uiginti, autore Plutarcho in uita Syllæ. Aerapinarum prætermittam.) Nam Sylla proſcriptorum liberis ius petendorum bonorum eripuit, et bona eorum uendidit, ex quibus primò multa rapuit. Ita Florus Epit. 91.

Poſtaquam Cn. Dolobellæ.) Inſimulat Verrem malè geſtæ legationis apud Dolobellam. Sed non inauditum.) Nam & Alexander Seuerus Verconium Thurinũ quendam nebulonem fumo necari iuſsit, ut ſcribit Helius Lampridius in uita Alexandri. Prætermittam minora.) Occupatio, attentionem faciens. Ibi hominem ingenuum.) Amplificatio à conditione hominis. Eſt enim tanta ſani religio.) Vt etiam teſtatur Strabo in decimo, & Macrobius in 1. Saturnal. Non dubito quin.) Apoſtrophe ad Verrem. Latonam ex longo errore.) Fabula hæc partim ad amplificationem, partim ad ornatum orationis facit. Cum bellum toti Græciæ.) De quo uide Iuſtinum in 11. In Aſiam uerò.) Crimina Verris in Aſia commiſſa. Illa uerò expugnatio.) Nam ædiles in ludorum apparatu ſigna nobilia ex urbibus ſociorum populi Romani Romam deportare poterant, ita ut ſocijs ea deinde reportarent, autore Aſconio. Cum obſignandi gratia.) Mos fuit, ut accuſator obſignaret domum rei repetundarum, & clauſa omnia eius bona ſeruaret, ne qua furtorum indicia aut in uaſis, aut in ſignis, aut literis conſtituta, à reo amouerentur. Contra quæſtorem.) Alij quæſitorem legunt, & tum intellige Glabrionem Prætorem iudicij repetundarum in cauſa Verris, ad quem redigebantur proſcriptorum bona, & à quo ſocijs rapta reddebantur. Sectoremq́; pugnare.) Sectorem, id eſt, æſtimatorem redemptoremq́; bonorum damnati atq; proſcripti ob crimen repetundarum, qui ſpem ſectans lucri, bona omnia rei auctione uendebat, & ſemel inferebat pecuniam, uel ærario, uel ſocijs, ut ita fieret ſatis illis quibus proſcriptus aliquid ſurripuerat, autore Aſconio. Aſpendum uetus oppidum.) Quid in Pamphylia Verres fecit. Omnia ex fanis.) Exaggeratio eſt. Aſpendium citharistam.) Facetum admiſcet de Aſpendio citharœdo. Aſconius Pedianus ad hanc ferè ſententiã narrat: Vulgares citharœdi cum canunt, utriuſq; manus officio funguntur: ita ut dextra plectrum teneant, id quod foris canere appellant: ſiniſtræ digitis chordas carpant, quod quidam intus canere uocant. Difficile uiſum eſt quod Aſpendius citharœdus faciebat, qui nequaquã utraq; uteretur manu, ſed omnia, id eſt totam cantionem, intus, et ſiniſtra tantum manu complecteretur, atq; ita tacito leniq́; modulamine ſiniſtra contractis chordis cantilena peragebatur, ut uox ad citharœdum duntaxat, aut proximè adſiſtentem, perueniret. Hinc fluxiſſe prouerbium, ut furaces homines, Aſpendij cithariſtæ Græcis uulgò dicerentur, ideo quòd ut hic carminis, ita illi furtorum eſſent occultatores. Proinde Cicero facetiſsimè rapacitatem Verris taxare uolens, dicit eum Aſpendium citharœdum ſuſtuliſſe, & in medijs ædibus ſuis poſuiſſe: hoc eſt plus quàm furem eſſe Verrem. Pergæ fanum antiquiſsimum.) Pomponius Mela libro primo, Perga, inquit, Pamphyliæ oppidum eſt, Dianæ, quam ab oppido Pergæam uocant, templum.

Id à te nudatum.) Exaggeratio criminum in legatione à Verre commiſſorum. Cum imperio.) id eſt, à populo Romano nominatim imperium ſortitus. Ita interpretatur Feſtus. Quid ego de M. Marcello.) Ab exemplis uetuſtis Verrem urget, à maiori ad minus. Antiochũq; regem.) Scilicet ad montem Sipylum, autore Liuio libro quinto & ſexto belli Aſiatici. Ornatiſsimam Corinthum.) ſcilicet metropolim Achaiæ, autore Plinio libro quarto, capite quarto. Vereor ne hoc fortè.) Præoccupatio eſt. Ita æquabiliter omnes.) Laus priſcorum Romanorum iuxta ſeriem temporum. Olynthum ui, copijs.) urbem Thraciæ, autore Pomponio libro 2. Et omnibus rebus auctam. Vide Eutropium libro 6. capite 2. Nam poſtea Seruilius.) A recenti exemplo Verrem urget Cicero. Diripienda ac uexanda.) Nam ædili atq; prætori Hortenſio, & item Metellis, rapta ex prouincijs ſigna ad ornandum & forum & comitium Verres commodauerat. Tu quæ ex fanis.) Collatio facti Seruilij cum facto Verris. Cognoſcite ex literis.) A ratione Seruilij, eum omnia ſigna per triumphum uecta, ærario ſcripta intuliſſe probat. Dices tua quoque.) Oratoriè obijcit obiectionem, quæ confeſſionem in ſe habet. Vidi collucere omnia furtis.) Inuidioſa narratio. Vidit enim eos qui iudiciorum.) Tacitè perſtringit Hortenſium, & cæteros ædiles, qui à Verre ſigna accommodatò acceperant. Socij uerò, nationesq́;.) Veriſimile facit, illa ſigna à Verre ædilib. accõmodata, furto ſublata fuiſſe. Alio in loco lachrymantes.) Argumentum à lacrymis legatorum. Quorum omnium hunc ſermonem.) Dialogiſmus eſt ad inuidiam Verris comparatus. Sed, ut opinor, ſolet hæc.) Facetum eſt, & obiectio Verris.

Habeo & iſtius tabulas.) Confirmatio eſt. Mos olim fuit Romæ, ut unuſquiſque domeſticam rationem totius uitæ ſuæ per ſingulos dies traducendæ conſcriberet: in qua apparebat quid quiſq; de redditibus ſuis, quid de fœnore lucroq́; ſecernere poſſet quoque die, & quid item ſumptus damni ue feciſſet. Dicit igitur Cicero, ſe habere & patris eius tabulas, & ipſius Verris: ex quibus prodit quàm multæ tabulæ pictæ, quàm multa ſigna apud Verrem furto ſublata occultentur. Patris, quoad uixit, tuas.) Accuſat domeſticam Verris rationem, ut quam ad tempus aliquod fecerit. Hoc uerò nouum.) A ratione domeſtica Verris, eum multa ſigna furatum eſſe probat. Quæ ſectorem expectant.) Repetundarum cauſa ſic ſe habet, ut ſi conuictus reus ſit atque damnatus, pecuniam reddat æſtimata lite, hoc eſt in precium redactis omnibus furtis: quam ſummam pecuniæ, proſcriptis eius bonis, ſectores curabant. Ad impluuium.) locum ſcilicet quò aqua impluit in domum, collecta de cœlo.

Quàm multis ingenuis.) Accuſat Verrem ſtuprorum in legatione commiſſorum. Sed ego omnia.) Occupatio.

Oppidum eſt in Helleſponto.) Narratio ut ſplendida, ita copioſa, ſtupri à Verre Virgini cuidam Lampſacenæ per uim illati. Maximè ſedati.) Hæc narrat, ut crimen Verris deteſtabilius faciat. Ad Ianitorem.) Proprium nomen eſſe, Aſconius autor eſt. Erat comes eius Rubrius.) Noua narratiuncula. Laborabat.) Rectè laborabat, quia inuitus Rubrium ſuſcipiebat. Vt Græco more biberetur.) Quem Plautus in Moſtell. indicat, dum inquit: Noctes dieſq́; bibite, pergræcamini, amicas emite, paſcite paraſitos, obſonate plauſibiliter. Vel alludit ad morem quem Auſonius indicat: Ter bibe, uel toties ter, ſic myſtica lex eſt. uide Athenæum lib. Dipnoſophiſtarum 2.

Hic tum alius.) Protheſis eſt. Seruos ad ſe uocat.) Pietas patris erga liberos oſtenditur. Clamor interea.) Epitaſis eſt. Iactatur domi ſuæ.) Amplificatio iniuriarum. Hæc ubi filio.) Proceſſus conſilij Rubrij. Omnes eodem animo.) Semina argumentorum narrationi aſpergit. Ad populũ loquebatur.) Amoliuntur metum animaduerſionis. Vt grauius apud eos.) Oratoriè hoc,

riè hoc,

riè hoc, quia parcendū non tam Verri quàm Legato pop. Romani dixerunt. Sic iſte multo ſceleratior.) Exaggeratio ſceleris Verris ab exemplo. Quàm ille Adrianus.) Aut legatus, ut aliqui uolunt: aut Prætor Africæ, ut alij. Porrò Adrianus temporibus Cinnæ uixit. Viuus exuſtus eſt.) Quòd corrupto ſeruitio ciuitatis illius, de principum nece conſpiraſſet. Ita Aſconius. Neq; adhuc cauſam.) Exaggeratio, quòd nulla cauſa motus Verres tantum facinus commiſerit. Nunc cum ipſe.) A' teſte facinus Verris comprobat. Qui tum accenſus.) Accenſi dicebantur, qui in locum mortuorum militum ſubrogabantur, & ad legionum cenſum adſcripti erant, autore Feſto Pompeio. Poteſtis dubitare.) Ad damnandum Verrem hortatur iudices. Niſi uerò illud.) Præoccupatio eſt. De quo ne multa diſſeram.) Confutatio obiectionis. In quo uideo Neronis.) Vt Nero Philodamum & filium cædis damnarit, narrat. Rogat & orat Dolobell.) Inuidioſe narrat. Nam Verrem corrupiſſe nonnihil iudices, argumentis multis oſtendit. Erant nonnulli togati creditores.) Non dicit equites Romanos ſed Legatos, & creditores Græcorum, ut cauſas gratificationis in Verrem conijciat. Accuſator apponitur.) Non dicit accedit, ſed apponitur: hoc eſt, à Verre ſubornatur. Qui ſi dixiſſet.) Facetum aduiſcet. Cn. Dolobellæ ſpiritus.) Amplificatio eſt. Nam plus ſignificauit dicēdo ſpiritus, quàm ſi dixiſſet animoſitatem, uel contentionem. Non per Neronem.) Excuſat Neronem. Tam uerò quod.) Quid in altera actione actū ſit cum Philodamo, narrat. Condemnatur perpaucis.) Vi damnatum Philodamum oſtendit. Vt quàmprimum.) Sententia de Philodamo lata. Grandis natu.) Affectus mouet. Sed pater de filij.) Cōmutatio. Homines innocentes.) Exaggeratio eſt. Iniquam Dolobella.) Affectum mouet ab apoſtropha ad Dolobellam. Quod enim cum Quæſtoris.) Nam Verres apud Dolobellā agebat legatū Proquæſtorem, ut ſuprà habitū eſt. Cuius re uera Qu eſt.) Renouat ſuprà dicta Verris ſcelera. Cœperunt ne domum.) Tumultū Lampſaci ad domum Verris ortum probat. Tu neque in literis.) Commoratio eſt. Nam ſi quam Rubrius.) Per occupationem & iniuriam Verris, Lampſaci tumultum concitum eſſe contendit. Tum illorū teſtimonia.) Argumenta coniecturalia. Cuius tanta peccata.) Exaggerat Verris peccata. Porrò autem populi Rom.) Locus à populorum conditione & fortuna. Nolite per deos immortales.) Obſecrat iudices. Tu mihi cum circumſeſſus.) Exaggerat iniuriam à Verre factam. Hic tibi perfugium.) Paradoxon. Quid ſi hanc rem.) Locus reprehenſionis contra iudicatum, ne proſit Verri Philodamum condemnatum eſſe. Themiſtagoram &c.) Probat quòd Verres non Philodamū, ſed alios, & quidem falſo concitati tumultus accuſauit. Qui te uiuū comburere.) Affectus mouet. Ab accuſatore.) Verba ex teſtimonio Verris deprompta. Quod fuit id.) Congeries argumentorum, quib. probat Cic. alios falſo à Verre accuſatos concitati tumultus. Cur iniurias tuas.) Crebris interrogationibus pathos mouet. Nuper M. Aurelio) Ab exemplo Verrem urget. E' fano Dianæ.) Quod Amazones Aſia potitæ conſecraſſe traduntur, autore Pom. Mela. Magnū hoc Lampſacenū.) Tranſlatio. Illud quod neq; taceri.) Auaritiæ Verrem accuſat. Quid Mileſijs lanæ.) Quæ optima apud Mileſios erat. Plin. lib 8. capite 47. Lana laudatiſſima, inquit, Appula, & quæ in Italia Græci pecoris appellatur. tertium locum Mileſiæ oues obtinent. Vide quoq; Virg. 3. Georg. Hi ſunt homines.) Exaggeratio criminis à Verre commiſſi. Ad Sinopam.) Quas Chalybes habitant, patria Diogenis, autore Mela lib. 1. O' dij immortales.) Exclamatio pathetica. Nauem tu de claſſe.) Amplificatio, Verris facti abuſu. An quia tum Cn. Dolobella.) Obiectio Verris. Multum te iſta fefellit.) Confutatio obiectionis per uiolationem. Quamobrem uniam.) Amplificatio à contentione & uocum, & orationū. Tametſi menſem Feb.) In quo frequens ſenatus Rom. poſtulatis prouinciarum, item audiendis legationibus dabatur, autore Aſconio. Porrò de menſe Feb. uide Ouid. 2. Faſt. Alteram tutelæ.) Accuſat Verrem, & per uim occupatæ tutelæ, & malè geſtæ. Et ſyngraphas fecerat.) Inter chirographa & ſyngraphas hoc diſcriminis eſt, quòd chirographa tantum in ijs quæ geſta ſunt, ſcribi ſoleant. In ſyngraphis aūt, etiam contra ueritatis pactionem, & nō numerata pecunia, aut non integra numerata, perſcribi ſolet. Hæc Aſconius. Dixit H S decies.) Hac forma loquendi centum ſupplebis eſtq; ſeſtertiûm decies, decies centena ſeſtertia, ſeu mille ſeſtertia, uigintiquinq; millia coronarum. uide Plutar. in Antonio. In hunc modum quādocunq; aduerbium additur uoci ſeſtertiûm, centum ſupplebis. nam obtinuit conſuetudo, ut centum omittatur. D C. eodem modo quadrarint.) Tunc autem quadrant rationes, cum ſolidæ ſint, adeò ut neq; plus quicquā, neq; minus inueniatur in ſumma. ita Aſconius Hæc eſt iſtius præclara.) Exaggeratio criminum Verris. Iam te non Siculi.) Confirmatio à teſtibus. Flentes.) Affectus mouet. Pro Quæſtore uerò quomodo.) Accuſat Verrem malè geſtæ Quæſturæ ſub Cn. Dolobella Quæſtore. Aeſtimando.) Licebat enim magiſtratibus in uſus ſuos frumentū accipere, ſi uellent, aut pro frumento pecuniam. Cilicia.) texta de pellis in uſum caſtrorum & nautarum, autore Aſconio. Itaq; M. Scaurus.) Ab exemplo oſtendit, quàm ipſe ſynceré Verrem accuſet. Non modò proditori.) Allegoria eſt. Rationes ad ærarium.) Accuſat Verrem relatarum rationum. Non audet referre.) More Quæſtorum. ſic enim fiebat, antequam ex prouincijs Quæſtores Romam rediſſent. Excribendi poteſtatem.) Nam accuſatores reorum repetundarum cogebantur facere copiam amicis rei excribendi tabulas rationum. Tribus uerſiculis.) ſcilicet accepi, dedi, reliqui. ita Aſconius. Quæſtorem ſe in ſenatu.) Bini enim Quæſtores quotannis in Sicilia fuerant, ſingulis Prætoribus, Lilybetanus & Syracuſanus. Quàm Verres illi expenſum tul.) Accuſat falſitatem rationum Verris, nimirum ſummas Dolobellæ non conueniſſe cum ſummis ipſius Verris. Qu. & Cn. Poſthumijs.) Hi ſunt qui extraordinarias pecunias Verris tractabant, quæ in tabulis Verris nunquam ſcriptæ ſunt. Extraordinariæ pecuniæ.) id eſt, ſordida lucra & furta. Nam ea ſunt quæ neque de redditibus, neque de annonis, neque de aliqua legitima ceſſione aut donationis, aut hæreditatis Verri acceſſerunt. Publio Tadio numerata.) Et hic extraordinariarum pecuniarum acceptor fuit, autore Aſconio. Hinc empta apertiſſimè.) Accuſat Verrem, ob turpiter emptam præturam. Hono ſcilicet.) Enumeratio. Alia porrò pecunia.) Ora-

dimidium.) Dimidium eſt, quod non ipſum dimidiatum eſt, ſed quæ ex dimidiato altera pars eſt. Ita Gellius lib. tertio, cap. decimoquarto. Impetrent.) Inſectatur hoc factum Verris. Das poſſeßionem.) Excutit factũ Verris, & eſt apoſtrophe. Quid ad eum.) Ea quærit, quæ æquißima ſunt, ut iniquitatem Verris oſtendat. Equiti Romano.) Verba Verris ad libertum petentem hæreditatem P. Trebonij. Verùm ut ex uno.) Narratione alia ſuperbiam Verris declarat. L. Gellius cauſam.) De quo Cicero de Oratoribus claris ita inquit: Non tam uendibilis orator, quàm ut neſcires quid ei deeſſet. Nec enim erat indoctus, nec tardus ad excogitandum, nec rerum Rom. immemor, & uerbis ſolutus ſatis. Debere eum aiebat.) Dialogiſmo ornat orationem. Quid enim Verres?) Exaggeratio facti Verris. Multa canibus ſuis.) Videtur allegoria eſſe, & per canes accipiendos adulatores. Nam canis animal eſt adulantißimum, Plinio autore.

An uerò dubitamus.) Clauſula eſt argumentorũ, quibus ſuperbiam Verris probauit. Quos nunquam liberos.) A' maiori argumentum. In ſartis tectis.) Accuſat Verris auaritiam, iuxta furta quæ in ſartis tectis exigendis exercuerit. Nam quid ego.) Occupatio. Seu potius.) Correctio. In æde Caſtoris.) Exemplum amplificationis à loco. Quotidiano aſpectu.) Nam hoc templum in foro Romano erat, autore Dionyſio Halicarnaſſeo libro ſexto Antiquitat. De quo templo uide & Valerium libro primo de Miraculis. Plinium libro triceſimoquarto, capite ſexto. Aedem Caſtoris.) Narratio. Sine ullo intertrimento.) Varro libro primo de Lingua latina: Detrimentum, inquit, à detritu dicitur, quòd ea quæ trita ſunt, nullius precij ſunt. ab eadẽ mente intertrimentum, ab eo quòd quæ inter ſe trita ſunt, etiam diminuta ſunt. Porrò Aſconius: Detrimentum, inquit, unius partis eſſe poteſt: intertrimentum uerò, dantis & accipientis eſt. Secundum quod Cicero intertrimentum pro communi conficiendi alicuius negocij iactura poſuit, quam uulgus perditam utrinq; appellat. Cum ille id quod erat.) Dialogiſmo narrationem expolit. Vis ad perpendiculum.) Perpendiculum eſt linea laterum æqualitatem, ſummi ad imum proportionem probans, uulgò plumbum uocatur. Vitruuius li. 7. de Tectorio opere loquens, inquit: Longitudines ad regulã & lineam, altitudines ad perpendiculum, anguli ad normam reſpondentes exigantur. uide Plinium libro 36. cap. 22. Cum ſibi omnes.) Conſilium tutorum iuxtà cognatorum pupilli. Non æquitas.) Indignitas rei. Petere auxilium à Chelid.) Odioſum eſt quod narrat. Dominata eſt.) Verbũ inuidioſum eſt. O' multis acerbã.) Exclamatio pathetica eſt. Vt mittam cætera.) Occupatio eſt. Domum ueniſſe arbitramini?) Communicatio. Qui nulla conditione.) Exaggeratio indignitatis. Domus erat plena.) Facetia mimeſis. Noua iura.) Ad inuidiã Verri conflandam hæc faciunt. Simul ac poteſtas.) Mira & rotunda narrationis breuitas eſt. Reſpõdit illa.) Dialogiſmus eſt. Dixit iuratus P. Potit.) A' teſtibus, quæ dixit, confirmat. Tantus in adoleſcente.) Acclamatio eſt. Nõ te pudet.) Apoſtrophe ad Verrẽ ſtomachabunda. Reiecti à Chelidone.) Continuat ſuprà inſtitutam narrationem. Ne multa.) Elleipſis eſt. Ludis ipſis Rom.) A' circunſtantijs exaggerat rei indignitatẽ. Ab illo mancipe.) Manceps dicitur, qui aliquid à populo emit, cõducitq;. Dictus manceps, quia manu ſublata ſignificat ſe emptorem emptionis eſſe. Ita Feſtus Pompeius. Vbi illa conſuetudo.) Accuſat Verrem, quòd obſtiterit, ne pupillo ædem Caſtoris redimere liceret. In bonis prædijs.) Bona prædia dicuntur bona ſatiſdationibus obnoxia, ſiue ſint in mancipijs, ſiue in pecunia numerata, id eſt credita. Prædia uerò, domus, agri dicuntur: quæ omnia uenduntur, ſi rationi publicæ locator ſartorum tectorum non reſponderit. Ad hoc aũt hæc omnia ſunt obnoxia, ut pro ſua uolũtate agat redemptor operis, quicquid ſuo periculo facit. Hæc Aſconius. Optima conditione.) id eſt, quod uult, de ſua redemptione agat. Excludit eum ſolum.) Senſus uerborum Ciceronis eſt hic: Quandoquidem pater pupilli ædem Caſtoris conductam habuit, & omnia pericula eius operis in ſe recepit: æquũ eſt, ut uel ſoli pupillo poteſtas redimendi hoc templũ, fiat. Ex opere faciundo.) Verba quædam ex lege Verris ſunt. Qui de L. Martio.) Leges Verris recenſet. Quid ita?) Subiectio. At erat probatio.) Confutatio. Ne parum locuples.) Præoccupat Verris obiectiones. Subierunt periculum.) Porrò periculum dicit, quia ſi redemptor operis publici, publicæ rationi non reſpondeat, bona fideiuſſorum redemptoris uendebantur. HS DLX millibus.) Accuſat Verrem, quòd tanti ædem Caſtoris addixerit. Machina appoſita.) Machina inſtrumentũ dicitur, quo moles aliqua facilè quocunq; uolueris, impelli poteſt. Nunquã ædilitatem.) Hoc ideo dicit, quia cura ædium tam priuatarũ quàm publicarũ ad ædiles, unde etiã nomen habent, pertinebat. Damni infecti.) Damnum infectum, eſt damnum non factum, ſed quod futurũ timetur. l. ij. ff. de Damno infecto. Quib. de bonis.) Exaggeratio iniuriæ, qua Verres pupillum affecit. Hoc opus bonum.) Verbum eſt res diuerſas ſimul comprehendens: hoc eſt, bono latere, integris mẽſuris, apta harena, utili calce, machinis idoneis, proba materia. Manus precium.) Manus precium machinæ dicitur, ubi nõ tam materiæ ratio, quàm manus atq; artis ducitur. Sed ineptum.) Reiectio eſt. At enim ſi pupillo.) Senſus eſt: Eſto non licuit hoc templũ pupillo redimi, certè alius quiſpiã de populo illud redimere potuit. Codicem obſignaßem.) Scilicet more accuſatoris, qui rei repetundarũ codicem obſignare poteſtatẽ habebat, ne reus aliquid aut negare, aut expungere poſſet. Nónne argumentamur.) Ad Verrem pecuniam nomine pupilli à tutore Rabonio datam, perueniſſe confirmat. Quod iam iſte.) Locus ab indicio Verris. Hic etiã priore actione.) Renouat querelam Hortenſij, quòd in priore actione Cic. pupillũ Iuniũ prætextatum in iudiciũ produxiſſet. Quid erat Hortenſi.) Reſponſio Ciceronis ad querelã Hortenſij. Quem pater moriens.) Pathos inuidioſum. Nefario latrocinio) Amplificatio in uocibus. Multos annos in ſordibus.) Sordes ſæpenumero reorum ſtatum conditionemq; ſignificat, dum inter reos relati ſunt, antequã abſoluantur aut damnentur: qui etiam ſtatus hominum reatus appellatur. uide Pandectas ad legem Iuliam. Quod argumentum pueritiæ.) Pathos mouet. Ideo quòd communis eſt.) Hortatur iudices, ut & Verris improbitatẽ, & ſimul omnes neruos intendant. Perfacilè uerò.) Ironia eſt. A' quo M. Marcelli.) Amplificat auaritiã Verris, quã in ſartis tectis exigendis exercuit. Qui in foro populi Ro.) A' minori argumentũ. Qui manubias.) Manubiæ appellantur pecu

niæ à Quæſtore ex uenditione prædæ redactæ. autor Gellius libro 13. cap. 23. Ex L. Metelli manubijs.) id eſt, ex æde Caſtoris, quam ex manubijs L. Metellus extruxerat, qui ſubactis Dalmatis, Dalmaticus dictus eſt. ita Aſconius. A' ſigno Vertumni.) Vertumnus, deus eſt uertendarum rerum, id eſt mercaturæ, cuius ſignum erat in ultimo uico Thurario, ſub angulo baſilicæ. ita Aſconius. Quam tu uiam.) Exigere uiam dicuntur magiſtratus, cum uiciniam cogunt munire uiam diligentiſſimè. Petita mulcta.) Quòd iniquè mulctam exegerit, narrat. Contra legem Corneliam.) De legibus Cornelijs, uide in oratione pro Cornelio de Maieſtate. Hominis nobilis.) Catulum ſignificat, qui tunc princeps fuit Syllanæ factionis. ita Aſconius. Homines arrogantes.) Catulum, Hortenſium, Curionem ſignificat, autore Aſconio.

Iam qui ex calamitate.) A' minori. Manubias detrahere.) Aſconius ita exponit: id eſt, ſpolia quæſita à uiuo hoſte nobili per deditionem. ſed ego malo Gellij ſententiæ ſtare. Sed etiam annulus aureus.) Sortitus erat iudices Prætor Verres in iudicio, quo Oppianicus accuſatus eſt à Cluentio: at damnato Oppianico, cum inuidiæ res eſſet, quòd pecunia reus uideretur oppreſſus, & princeps illorũ iudicũ Iunius damnatus eſſet, quòd diceretur alios iudices ſuppoſuiſſe qui reum damnarẽt, nõ eos quos Prætor fuerat ſubſortitus, etiam Verres ipſe, ut Iunius uerè condemnatus uideretur, ſuſtulit iudices, ſi quos in ſuis tabulis habebat, & alios ſcripſit, & obſignauit annulo non ſolum ſuo, ſed etiam ſcribæ, quem furtorum ſuorum participem, diuitem fecerat, & aureo annulo donauerat. Vt ne defenſionem.) id eſt, putauit Verres eodem modo potuiſſe ſupponi iudices, qui ſe corrupti abſoluerent: quemadmodum ſuppoſiti erant, qui Oppianicum condemnauerant. Iudicem quæſtionis.) id eſt Prætorem urbanum, qui inquirendo crimini præeſt, deq; eo iudicium exercet. Ex hac decuria.) Apparet iſtum Curtium poſt hoc factum reiectum eſſe à populo, qui in corona adfuerit. Quos iſte annuerat.) Senſus eſt: Niſi Q. Curtius à populo de ſuo munere deiectus eſſet, nunquam obtinuiſſem iudices quos uolebam. Cæterum cũ ille Curtius munere priuatus fuerit, nihil metuendum mihi erit, ne ſubſortirentur alij iudices, qui accepta pecunia Verrem abſoluerent.

IOACHIMI CAMERARII IN TERtiam Verrinam Annotatio.

Diſpoſita ſub Dio uidimus.) Veneti, ſub diuo. eſt autem, ut puto, Aeolicè interpoſita u litera, ut digamma: quemadmodum & in Dauo. Sit hoc genus aliquod minimè probandum.) id eſt, huiuſmodi aliqui homines. Sed Veneti ita: Verum ſit hoc genus aliquid minimè prob. id eſt, huiuſmodi ſit aliquid, quod nemo probare poſſit. id eſt, in hoc genere, quaſi Græca figura [illegible]. Quod tamen minimè mihi arridet, etſi propè ſimile omnino reperitur ad Atticum: Orationes, aut aliquid id genus ſoleo ſcribere. Iactatur domi ſuæ uir primus.) Vt hoc: Primam ſcio dices, ſi uideris. &: Et ſuauis in præſentia quæ eſſent, prima habere. & Maro: Prima quod ad Troiam pro caris geſſerat Argis. Sed in Veneto exemplo eſt, Vir optimus. Proinde quaſi exſcribendi poteſt.) Veneti, perinde. Sed tam perinde, quàm proinde, ueteres in ſimilitudinis ſignificatione uſurparunt, ut quamuis unum ſæpe de altero factum, non auſim negare, ſcripturam tamen mutandam non ferè exiſtimem. Si poteſt tibi dicto audiens eſſe.) id eſt, tuo dicto, ut qui mihi heres in medullis. Sed rectius Veneti, & alij quoque nonnulli libri, edicto. Quos nunquam liberos homines duxerit, ſolitus ſit app.) In Venetis multo explicatior locus: Quos nunquam liberos putauit, libertinos homines ſol. ut paulo antè: Equiti Romano tam locupleti libertinus ſit homo heres? O' modeſtum ordinem, quòd illinc unus ſurrexit. De libertinis enim intelligenda hæc omnia, & libertinorum ordinem illum uocauit, teſte Aſconio quoque Nónne argumentamur, quò iſta pecunia peruenerit.) Nam quidam fortè, Nunquid uerius. Erepta eſſet facultas eorum, quos iſte annuerat.) Veneti, Eorum, cum is annuerat. Sed Aſconium, quos, apparet legiſſe. ut fortè uerum ſit, quos cum iſte annuerat, &c.

IN EANDEM ACTIONEM Bartholomæi Latomi Parnuo.

Hæc actio cum ſequentibus non uera, ſed ficta eſt, ut indicat Aſconius. Continet autem crimina Verris, quæ ab eo commiſſa ſunt ante Præturam Sicilienſem, ſcilicet in Quæſtura, Legatione, & Prætura urbana. Nam cum Cicero totam accuſationem ſequentem, quæ nunc perpetua oratione tractabitur (nam antè teſtibus tantum & tabulis cauſa probata eſt) in quatuor partes diſtribuat, tres prædictas hac una actione perſequitur. Quartam, quæ eſt de Prætura Sicilienſi, & propria huius iudicij repetundarum, in quatuor ſequentes libros digerit. Itaque hic crimina explicantur, quæ Verres commiſit in Quæſtura & in Legatione, partim in Aſia, Achaia & Pamphylia, partim quæ Romæ deinde ab eo patrata ſunt cum Prætor urbanus eſſet. Status orationis & ſequentium actionum coniecturalis eſt, ſed tam multiplex, quot ſunt crimina. De unoquoque enim controuerſia eſt, & unumquodque per ſe & ſeparatè explicatur. Partes habet, Exordium, Propoſitionem, & poſt hanc perpetuam criminum explicationem, interpoſitis interim argumentis, cum amplificationibus, uſque ad finem. Exordiũ conſtare inſinuatione tradit Aſconius. Criminatur enim primò reum, & impudentiam eius, uel potius amentiã admiratur Orator, quòd conuictus ſuperiori actione, in iudicium redire auſus ſit. Eamq; rem conuertit in commoditatem iudicum, & ſimul officium ſuum oſtendit. Deinde terret aduerſarios, & exhortatur iudices, ne eripi ſibi hunc reum patiantur, & ad alios iudices transferri, propter diſcrimen exiſtimationis ordinis Senatorij, ſi minus attenti & conſtantes fuerint in tam nocente reo iudicando. Quo loco demonſtrat officium & diligentiam ſuam in cauſa, & ordinem actionis recenſet, oſtendens ſe ſe nihil prætermiſiſſe: hoc reſtare tantum, ut iudices ſuo quoque officio fungantur. Poſtremò reddit rationem ſuperioris actionis, cur ibi teſtibus, nunc perpetua oratione rem agat: & contendit contra Hortenſium, & ita tranſit ad propoſitionem. Facit igitur exordio attentos & beneuolos iudices, & dicta ſuperioris libri inſtaurat. Propoſitione indicat Orator quid prætermiſſurus ſit, & quibus de rebus dicturus. Facitq; diſtributionem totius accuſationis quadripartitam criminum, Quæſturæ, Legationis, Præturæ urbanæ, & Præturæ Sicilienſis. Narratione

ratione priora tria capita exequitur, quartum reſeruat, ut prædictum eſt, ad actiones ſequentes. Sed interponit interim argumēta, ut dixi, & teſtimonia renouat, & inſerit amplificationes à locis, rebus & perſonis, ad atrocitatem iniuriæ, & criminum indignitatem demonſtrandam.

IN QVARTAM CICERONIS CONTRA C. VERrem orationem de Prætura Sicilienſi, & primùm de Iuriſdictione.

HAEC ſine dubio ad accuſationē propoſiti criminis ſpectat oratio. Nam in ſuperiores anteactæ res ſunt expoſitæ: quæ quia magis adiuuant accuſationem quàm ipſæ ſunt principales, in unum librum coactæ ſunt iudicio Ciceronis curſim enumerantis, quæ Verres Quæſtor, quæ pro Quæſtore, quæ Legatus, quæ denique Prætor urbanus admiſerit. Vbi uentum eſt ad cauſam ipſam, & Sicilienſia crimina, quatuor libros edidit: unum de iuriſdictione, alterum de frumento, tertium de ſignis, quartum de ſupplicijs: in qua diſtributione non ordo temporis, ſed facinorum genera & momenta ſeruata ſunt. Incipit autem à laude Siciliæ, & egreditur ad crimen Dionis, deinde Soſippi, & Epicratis.
Sed de iure Siculorum euerſo fruſtra quidam Ciceronem reprehendunt, quòd nō inde cœperit: cū ſuperiora crimina non egeant euiuſmodi tractatu, qui ad ſequentia pertinet: & oratoris conſilio à magnis iiſdemq; clarioribus ſumendum eſſet exordium. Itaque poſt hoc de Heraclio, de expreſſis honoribus ab inuitis, de Epicrate Bideno, deq; rebus capitalibus, de Sopatre, de Sthenio: quæ omnia genus unum criminum efficiunt, quod eſt de iure dicundo. Alterum de ſenatoribus, de ſacerdotibus, de Cenſoribus precio à Verre factis, de collatione in ſtatuas, de publicanorum cum Verre conuenientia in furtis, de tabulis Carpinatij pecunias Verris extraordinarias continentibus. Genus cauſæ in omnibus Verrinarum libris admirabile. Status principaliter coniectura. Ea me ad hoc negotium prouincia attraxit.) Hoc uerò plus eſt, quàm quod in Diuinatione dixit, Suſcepi cauſam reipublicæ. Princeps Sicilia.) tum cum Meſſana ciuitas ſeditione diuiſa, auxilium contra Hieronem per alios à populo Romano petijt: quod initiū fuit diſcordiæ. Nunquam poſtea deficerēt.) Apparet, quia poſt ſocietates & amicitiam firmatam nihil tale commiſerant. In amicitia perpetua manerent.) quæ nunquam defecerant. Signis monomentisq; pulcherrimis.) Præparatio ad librum de ſignis. Denique ille ipſe M. Marcellus.) Hic Imperator cum eſſet, uicit, cepitq; Syracuſas, & uictis pepercit. Quæ cum manu munitiſſima eſſet.) Ne quis diceret: Nō fuit quod timeret. Cū ut cōſilioq; cœpiſſet.) ne quis diceret: Nō potuit hoſtiū urbē Syracuſas. Quando illa frumentum.) Omne genus penſitationis in hoc capite poſitum eſt, canonis, oblationis, indictionis. Italico bello.) Sociali. Quæ forſitan ne ſentimus quidem iudices.) Quædam commoda ita ut non ſentiantur, alia conſequuntur, ut ſanitatem integritas uirium. Sentimus autem, ſi illa ſubtrahantur: cuiuſmodi eſt quod nunc dicit, negotiatores Romani lucra faciunt, & locupletes ſunt de opportunitate Siciliæ. Illam ueterem.) bonam conſuetudinem. Non hanc quæ nunc increbruit.) malam. Neque publicanus, neque negotiator odio ſit.) Hæc ſunt Romanorum hominum per prouincias nomina. Aram legum.) Tribunal Prætoris, ac ſubſellia iudicum. Publico conſilio.) Quia non poteſt negari, fuiſſe illos accuſatores M. Lepidi, addidit, Publico conſilio: quaſi illud omnes tunc fecerint. Tametſi illum annū.) M. Lepidi Prætoris, qui accuſari cœperat à duobus Metellis, Celere, & Nepote: qui cum legibus interrogaſſent, uicti eius apud populum gratia, deſtiterunt. Vt bis ex ea familia.) Semel, quò d proauus conſeruauit uictor Syracuſas: iterū, hic pronepos magiſtratu ſuo Siculos recreauit. Poſtquam M. Antonij.) Hic eſt M. Antonius, qui gratia Cottæ Conſulis, & Cethegi factione in ſenatu, curationem infinitam nactus totius oræ maritimæ, Siciliam & prouincias omnes depopulatus eſt, & ad poſtremum inferens Cretenſibus bellum, morbo interijt. In nemini iam ante hunc.) Rectè: quia Lepidus legibus tantum interrogatus, nec dum etiam cœperat accuſari. Poſtulata Conſulibus, quæ non poſtulata.) Ne ipſe in Verrem concitaſſe Siculos uideatur, uoluntatem eorum Verrem cum multis alijs rebus eſſe monſtratam dicit, tum etiam quia petitiones ad ſenatum per Legatos Siculi tales miſerunt, ut non tam beneficia poſtulare, quàm huius iniurias deſcribere uideantur, utputa cum petunt, ne rei fiant abſentes, quia Sthenius apud Verrem hoc paſſus fuerat, & alia huiſmodi. A' quo mea longiſſimè ratio.) A' quo, à qua re, à quo negotio, accuſationis ſcilicet. Publicè priuateq;.) aut Legati, aut ſuas iniurias perſequentes. At quemadmodum iudices uenerint.) Obſcurus ſenſus, & per hyperbaton, cum parentheſi figura, & nouo modo, in ſententia magis quàm in uerbis explicatur. Eſt enim ſenſus hic: At quemadmodū iudices uenerint, id eſt, quàm animoſe contra Verrem, ex hoc cognoſcite. & docet, quotiēs deterriti, & per quos, & quibus minis, accuſandi tamē Verris non depoſuerint uoluntatem. Saluti enim potius illorum conſulam, quàm uoluntati.) Hoc ideo, quia contra Metellum dicturus eſt Siciliæ tunc Prætorem. Quæſtores utriuſque prouinciæ.) Duos Quæſtores habet Sicilia, Lilybætanum & Syracuſanum. Nam Prætori una prouincia eſt, Quæſtori duæ. Præſtò fuerunt.) Vt impedirent ſcilicet meam inquiſitionem. Sequitur enim: Non minus acres contra me fuerunt. apparet, cum triennio Siciliam tenuerit unus Verres, Quæſtores tamē per annos ſingulos huic eſſe mutatos. Prætorem uerò.) Ipſum Metellum, ſucceſſorem Verris. Vna opera.) Quòd Romam uenerunt, aut quòd proceſſerunt in conſpectum iudicum. In laudando atque repetendo.) Accuſando repetundarum. Qua ratione iſti amica ſit.) Ob remiſſa munera, ſocietatemq; prædarum. Alia ciuitas nulla iudices publico conſilio.) Scilicet laudant aliæ, ſed non publico conſilio, per priuatos teſtes. Suprà enim dixit: Præter duas ciuitates, Mamertinam ſcilicet, & Syracuſanam. Vis illa ſummi imperij.) Metelli Prætoris in Sicilia, & Romæ fratris eius Metelli alterius, Conſulis cum Hortenſio. Iniuſſu populi, ac Senatus.) Magnificè quidem + Siculum tamen dicit & populum, & Senatum.

Teſtimo-

Teſtimonium publicum, mandataq́; acceperant.) à ſuis ciuitatibus ſcilicet. Vſu ueniſſe.) contigiſſe. Statim Romæ, & ad urbem.) Prætura ius. omnis enim magiſtratus, qui intramuranus non eſt, nec urbanus, etiamſi adminiſtrator eius Romæ eſt, ad urbem dicitur. Salluſtius, Li utriq; ad urbem Imperatores erant. Maximam uno anno pecuniam facere poſſet.) Cur uno anno? an quia diuinabat, Arrio ſibi non ſucceſſuro per triennium ſe fuiſſe in Sicilia futurum? Cum uideret in foro latrocinia.) Furta in æde Caſtoris, ac pro Roſtris. In quarto actu improbitatis.) Fabula, ſiue tragica, ſiue comica, quinq; actus habere debet. Ergo & mirè tranſtulit: & ſignificatur, adminiſtrationes in republica Verris infames, tanquam ſcenicos actus ſpectaculo omnibus fuiſſe. Non ſolum genera furandi, ſed etiam nomina) Species negociorum hominumq́; ſignificat. Quas ego iſtum in Italia ſcripſiſſe arbitror.) Quaſi in naui ſcribere non potuerit. ſed hoc eò dicit, quia conſtat Verrem negocia Siciliæ extra Siciliam didiciſſe. Sacerdote Prætore.) Hic & temporis admonitio eſt, & argumentum calumniæ Verris, de qua Sacerdos nihil contra hæredem ſtatuerit. Quadruplatores.) accuſatores, ſiue delatores criminum publicorũ ſub pœna quadrupli: ſiue, quòd ipſi ex damnatorum bonis, quos accuſauerant, quartam partem conſequebantur. Ad urbem.) Iam ſuprà diximus, quid interſit ad urbem, & in urbe. Iis, qui Erycinum montem obtinebant.) Lilybætanus ſcilicet Quæſtor, non Syracuſanus. nam hos binos Quæſtores annuos habuit Sicilia. Excurſor & emiſſarius. Sic uocantur conciliatores furtorum, quæ à magiſtratibus committuntur, atq; internuncij. Paulo tamẽ conſideratiorem.) Si conſideratiorẽ, inquit, aliquatenus calumniatorem quæreret, reperire non poſſet. Veneri abſoluit, ſibi condemnat.) Senſus hic eſt: ita Verrẽ in cauſa bona tamen prædatum, quaſi minus damni eſſet, ſi Dionem Erycinæ Veneri addicere uoluiſſet. Quod non debebatur.) Mirè perſeuerauit in cauſa, ut oſtẽderet calumniam fuiſſe Prætoris. Quid ipſius Qu. Cæcilij Dionis.) Ipſius, honorificè poſitum eſt, quaſi alicuius magni hominis. Qui tunc in Macedonia fuit.) Pro Conſule ſcilicet. nam, ut opinor, Curioni ſucceſſerat. Sed legis exceptio?) Qua non licet ut teſtimonium defenſori denunciet accuſator. E' Chelidonis ſinu.) Alludit ad nomen, quòd hirundo, quam Chelidona Græci uocãt, ueri, id eſt tempori ueris, ſit amica. Si commiſſum quid eſſet.) Commiſſa dicuntur, quæ contra teſtatoris uoluntatem facta, aut non facta ab hærede, mulcta aliqua pœnaq́; plectuntur. Ipſos uiginti annos.) Præſcriptio temporis. Cognoſcit.) Iam primum hoc peccatum. Ab duobus fratribus.) In uoluntate uideri * patris damno, & unam patris hæreditatem & duos fratres. At enim ad ad Verrem pecunia iſta non peruenit.) Coniecturæ ſtatus. Tentatur.) Mirè contra Hòrtenſium, qui improbos ſæpe defendit. Verres calumniatores apponebat.) A' ſummo ad imum, hoc eſt, à primis ad poſtrema. Volcatio ſeſe dicunt dediſſe.) Tollit coniecturã, cauſam quærit. Ecquis Volcatio.) A' perſona. Veniat nunc.) A' conſequentibus. Sed eum ob tua decreta.) Collectio. Centum cohortes fugitiuorum fuiſſent.) Propter Athenionem dicit, qui dux fugitiuorum per Siciliam fuit. Sed in tua manu numeratũ.) Diffinitiuè. Nam ſi hanc defenſionẽ probabitis.) admittetis, accipietis. Non accepit ipſe.) ſed non accepit ipſe. Licet tollatis.) Pro eo quod eſt, iam tollite. Ad Qu. Mutij innocentiam referatur.) Qu. Mutius Aſiam ſingulariter rexerat, adeò ut dies feſtus à Græcis in honorem eius conſtitueretur, qui diceretur Mutia. Miſſos faciamus.) Dimittamus à nobis de prouincia, eorumq́; opera non utamur. Rationem reddendam nobis arbitremur.) accuſare non poſſe credamus. Et eos in concione.) Quædam præmia & honori, & lucro ſunt, ut haſtæ, uexilla, faleræ, coronæ ciuicæ. At annuli aurei ingenuitatis ſigna & liberationis à cura * inuictæ publicarũ. Qui iudicia dant) Prætorum. Si, cum hæc à quopiam ueſtrûm petita ſunt, Prætor improbus, cui nemo intercedere poßit.) in prouincia ſcilicet. Nam Romæ appellari Tribuni poſſunt contra omnem poteſtatem. L. Octauius.) Verbi gratia hunc dicit, qui nunc in numero iudicum ſedet, ſubtiliterq́; laudat. Vt Prætor in ea uerba iudicium det.) in uerba litis iure compoſito. L. Octauius Balbus iudex, homo, &c.) Hæc ſunt exempla uerborum, quæ in uerba iudicium dare fingit Prætorem improbum. Iuris & officij.) Ius ad doctrinam pertinet, officium ad uirtutem. L. Octauius Balbus iudex eſto.) Iudicio ſuo fungatur Balbus in Seruiliũ. Si conſtat, fundũ Capenatũ P. Seruilij eſſe, neq; is fundus reſtituetur Catulo.) cuius nõ eſt. Memento autẽ, iudices præſentes eſſe, quorũ nominib utitur ad exemplũ. Iudex eſto.) Si nõ reſtitueretur fundus. hoc ſignificat, coge, ut reſtituat. Aut condemnare eum quẽ nõ oporteat.) Quia de fundo exemplũ dederat, ſubiecit clauſulã etiã de condemnatione. Si non accipit. quod te debere dicis, accuſes: ſi petit, ducas.) Senſus hic eſt: Si non acceperit creditor, quod ſe debere debitor dicat, accuſetur: ſi petitur, condemnetur: idem ſcilicet. Duci iußit.) uel reũ fieri, & accuſari eum qui petitor eßet, uel etiã damnari. Melius autem, duci iußit, in uincula uel in carcerem, intelligimus: quàm duci iußit, damnauit. Qui ciues Romani erant.) Subauditur, dabantur. Si Siculi eſſent.) Subauditur, rei. Tum ſi eorũ legibus dari oporteret.) Subauditur, iudicia. Qui Siculi.) Subauditur, erant iudices. Si ciues Romani eſſent.) Subauditur, rei. ſic Terentius: Hic in noxa eſt, hic ad defendendã cauſam adeſt: cum ille eſt, hic præſtò eſt: tradunt operas mutuas. Verùm ut totum genus complectamini iudiciorum, prius iura Siculorum.) Explanationem ſubiecit obſcuræ rei.

Domi certet.) apud ciues ſuos. Suis legibus.) Siculis etenim apud ueteres, non Romano tantum iure, ſed et ſuæ cuiuſq; ciuitatis legibus agebatur. Ex P. Rupilij decreto.) Hic eſt P. Rupilius, qui quondã ex publicano factus Conſul, poſtea decem Legatorum ſententia leges Siculis conſcripſit. Cum alternæ ciuitates reiectæ ſunt.) Apparet ex hoc dicto, primum petitoris ac rei ciuitatem ad iudicandum proponi: poſtremò rei ad aliam quamlibet, utriuſq; facta reiectione. Quod ciuis Romanus.) Deeſt, in eo: ut ſit, in eo quod ciuis Romanus. Ex ciuium Romanorum conuentu.) Ex ijs ciuitatibus, ad quas ciues Romani conuenire ſolent agendæ ſuæ aut publicæ rei cauſa.

Aut eum iudicem, quem commodum erat) Vetuſtè poſuit pro eo quem nolebat. Sic Terentius: Amat, dabitur à me argentum, dum erit commodum. nam meretrici dare quando eſt commodum? ſed eſt poſitum pro eo, quàm diu libuerit. Si quid perperam iudicarit ſenatus.) Multi ſubdiſtinguũt, et ſeparatim addunt, Senatus, ut quaſi per interroga-

interrogationem oſtendat, ne ſenatui quidem cuiuſquam ciuitatis in poteſtate fuiſſe iudicare quod ſenſerat. Niſi *cum nihil intererat iſtius.)* Niſi, *cum quid iuſſu ederet, nõ habebat.* Stragulæ *ueſtis.) Stragula ueſtis eſt picta.* Inſanias.) Nouè, *ſed propriè.*

Reliqua *Aſconij deſiderantur in Verrinas accuſationes.*

PAVLI MANVTII IN ASCOnium Annotatio.

Quemadmodum Iudices *uenerint.*) Non uidit *Aſconius, ſi legatur Venerunt, obſcuritatis nihil eſſe: quomodo nunc in uulgatis libris legitur.*

IN EANDEM ACTIONEM IN Verrem quartam Chriſtophori Hegendorphini Scholia.

M*Vlta mihi.)* Occupatio *eſt.* Ego *tamen hoc.) Cur de anteactis ſceleribus* Verris *dixerit.* Atq; *adeò.)* Exorditur *à laude Siciliæ.* Nam *cum omnium.)* Conſiliũ Ciceronis *aſtutiſſimum obſerua.* Itaq; *maioribus.)* Fidem *Siculorum erga populum Romanum beneficijs imperatorum aliquorum probat.* Quare P. *Africanum.)* Prætor 24. *annos natus, autore Plinio de illuſtribus uiris.* Carthagine *deleta.)* Septuageſimo *anno pòſt quàm condita eſt, autore* Eutropio *libro quarto* Hiſtor. Rom. Vrbem *pulcherrimam.)* Laus *Syracuſarum.* Quæ *cum munitiſſima.)* Nam *fuit ſita ſub monte Pachyno, autore* Plinio *libro tertio, capite octauo.* Victoriæ *manſuet.)* Aſyndeton *eſt.* Tantum *illic.)* Epiphonema. Itaq;.) Laus *ab utilitate.* Quãdo *illa frumentum.)* Genera *penſitationum complectitur, nimirum canonem, oblationem, indictionem.* Italico *maximo diffic.)* Sociale *ſcilicet, quod in* Italia *geſtum eſt, cum Picentes, Marſi, Peligni, antea populo* Romano *morigeri, libertatem ſibi æquam aſſerere cœpiſſent. De quo bello uide* Eutropium *libro quinto* Rerum Rom. Quid *illa.)* Interrogatio *ad orationis motum facit.* Quod *commodum.)* Amplificatio *commodi à circunſtantijs.* Iam *uerò hominum.)* A' *uarijs uirtutibus* Siculos *laudat.* Magiſtratuum *autem noſtrorum.)* A' *patientia iniuriarum* Siculos *laudat.* Tametſi *& illum annum.)* Exemplis *probat patientiam illorum.* Vt *bis ex eadem.)* Bis *dicit, quòd ſemel auus* Marcelli *uictor conſeruauit* Syracuſas: *deinde pronepos magiſtratu ſuo* Syracuſanos *incolumes reliquit. uide* Liuium *libro quinto ſecundi belli* Pun. In *neminem ciuitates.)* Paraſceue *ad cauſam* Sicilienſem.

Hunc *demq; ipſum.)* Occupatio. Sed *cum perferre non.)* Ab *iniuriarum* Verris *magnitudine locus.* Vnius *ſcelere.)* Excuſat *Siculos, quòd in* Verrem *publicè teſtimonia dixerunt.* Fecerunt *etiam.)* Cur *Verrem præter morem accuſet.* Pòſt *quàm* M Antonij.) Hic *eſt* M Antonius, *qui gratia* Cottæ *conſulis, &* Cethegi *factione, in ſenatu curationē infinitam nactus totius oræ maritimæ, & Siciliã, & omnes prouincias depopulatus eſt: ad extremum* Cretenſibus *bellum inferens, morbo interijt. hæc* Aſconius. Quanquam *in hac cauſa.)* Correctio *cum extenuatione.* At *quemadmodum.)* Subiectio *eſt.* Videor *mihi liberius.)* Quia *contra* Metellum *dicturus eſt,* Siciliæ *tunc* Prætorem. Ecquem *exiſtimatis.)* Docet *quoties* Siculi *deterriti, & per quos, & quibus minis, uoluntatem accuſandi* Verrem *nunquam depoſuerint.*

Ex *iſtius cibarijs.)* Scomma *eſt.* Videte *quid potuerit.)* Communicatio. Prætorem *uerò.)* In Metellum *dicit, ſucceſſorem* Verris. Grauiſſimos.) Ironia *eſt.* C. Heium *iuratum.)* Teſtimonium C. Heij *in* Verrem.

Cum *duabus in rebus.)* Aut *ſcilicet quòd* Romam Legati *uenerunt, aut quòd in conſpectum iudicum proceſſerunt.* Dicetur *certo loco.)* Reiectio *eſt.* Reperietis *enim.)* Indicat *qui nam hoc factum ſit quòd* Verres *ab aliquibus ſit laudatus.* Deſertiſſimisq; *oppidis.)* Extenuat *hoc, quòd* Verres *ab aliquibus eſt laudatus.* Tam *graues ciuitates.)* Obſerua *amplificatiunculas.* At *enim iſtum.)* Subiectio. Primum *ſi ita eſſet.)* Confutatio *ſubiectionis à conceſſione rhetorica.* Priore *actione.)* Eſt *confutatio à falſo.* Ego *hoc.)* Dicturus *de cauſa Sicilienſi, beneuolentiam captat.* Quapropter *de iſtius.)* Propoſitio *eſt, qua docilitatem iuxta attentionem parat.* Qui *ſimul atq;.)* Verrem *meditatum ad euertendam Siciliam ueniſſe narrare incipit.* Tametſi *prouinciæ.)* Correctio. Cum *ex nomine iſtius.)* Cauillatur *nomen Verris: eſt autem locus ab etymologia.* Etenim *quis dubitare.)* Ab *anteactis in magiſtratibus flagitijs, quomodo* Verres *in* Sicilia *geſturus eſſet auguratum, probat.* Quo *die.)* Verrem *meditatum ad* Siciliam *peſſundandam profectum, narratione exempli confirmat.* A' *propinquo homine.)* Proſopographia *narrationem ornat.* Quid *ſi hæc hered.)* Subiectionibus *uariat orationem, & improbitatem* Verris *oſtendit.* Audiuit, *Dioni cuidã.)* Narrat *Verrem à Dione quodam* Siculo *pergrandem pecuniam iniuſtè extorſiſſe.* Itaq; *apponit.)* Intelligit *Lilybætanum* Quæſtorem. *Nam* Sicilia *ſemper duos* Quæſtores *habebat.* Erat *eiuſmodi cauſa.)* Cur Verres Næuiũ *Turpionem ad petendam hæreditatem ſubornarit, indicat.* Malint *uidelicet.)* Ironia *amarulenta eſt.* Quid *ego nunc hic* Sex.) Teſtibus *quod narrauit confirmat, per occupationem.* Nónne *te mihi teſtem.) hoc eſt:* Nónne *ego te* Hortenſio *teſte poſſem* Verrem *huius criminis conuincere, niſi lex obſtaret, quæ uetat ne defenſor teſtimonium accuſatori det.* Venerius *homo.)* Facetum *eſt in uoce amphibola* Venerius. Accipite *aliam.)* Narrat *aliam* Verris *calumniam, qua pecuniam quo iure, quaq; iniuria extorſerit.* Vicerunt *Agyrinēſes.)* Paradoxon. Verres *calumniatores.)* Argumentum *à coniecturis.* Pecuniæ *maximæ dabantur.)* Incrementum. Adiuuote.) Conceſſio *eſt.* Quæ *uis erat* Volcatio.) Argumentum *à perſona* Volcatij. Vnam *libellam, id eſt, unum aſſem, ut interpretatur* Budæus *in primo de* Aſſe, *citãs hunc locum* Ciceronis. H S *quadringenties.) id eſt, quadringenties centena millia ſeſtertiûm. & hæc fuit ſumma furtorum* Verris *in* Sicilia, *quæ apud nos decies centenis millibus aureorum æſtimari debet, dumtaxat coronatorum. uide ſecundam* Verrinam *in fine.* Ob *tua decreta.)* A' *conſequentibus.* Cohors *tota illa tua.)* Hoc *propter* Athenionem *dicit, qui dux fugitiuorum per* Siciliã *fuit.* Nam *ſi hanc defenſionem probatis.)* Hortatur *iudices, ne* Verrē *tam friuolè ſe defendere patiãtur.* Qui *nõ ad* Q. Mutij.) Q. Mutius *Aſiam diligenter rexerat, ut dies feſtus à* Græcis *in honorem eius conſtitueretur, qui dicebatur* Mutius *dies.* Non *ſolum nos abſtinentes.)* Dogma *præſcribit. nam docet ut in prouincia* Prætoribus *uiuendum ſit.* Africani *eſt hoc hominis.)* Obiectio. Cum *ab eo uetus.)* Exemplũ *Chreias, quod & Chreiarum tra-*

ctandarum rationem indicare poteſt. Etenim reuera.)Confirmatio Chreiæ. Sed tu, cum.) Inſectatur Verrem, quòd amicos ſuos in prouinciam quaſi in prædam uocarit. Cum hos ſibi quæſtus.) Metabole. Hoc eſt eum ſua coborte.) Epexegeſis. Det quem uelit.) A facili. Homo & iuris & officij.) Formula dandi iudicis. Aut condemnare eum.) hoc eſt, iudex à Verre conſtitutus, nolens uolens cogetur condemnare eum quem non oportet, ſi modò Verri gratificari uelit. Decreta eiuſmodi, ſi non.) Profert unum decretum Verris: ex quo alia, qualia fuerunt, cognoſcere poßimus. C. Fuficium duci.) Recenſet aliquos quos Verres ob æs alienum in uincula duci iuſſerit. Qui ciues Rom.) hoc eſt, ita Verres iudicauit, ut ſi ciues Rom. eſſent rei, Siculi iudices eſſent. Sin uerò Siculi rei eſſent, ciues Romani iudicia exercerent. Siculi hoc iure ſunt.) Iura Siculorum recenſet. Ex P. Rupilij decreto.) Hic eſt Rupilius, qui quondam ex publicano creatus conſul, poſtea decem legatorum ſententia leges Siculis conſcripſit. Hæc Aſconius.

Quod priuatus à populo.) Apud ueteres enim nō Romano tantum more, ſed & ſuæ cuiuſq; ciuitatis legibus agebatur. Hæc omnia iſto prætore.) Narrat Verrem iura Siculorū corrupiſſe, labefactaſſe, perdidiſſe. Si quis perperam iudicaſſet.) Edictum Verris. Lege Hieronica.) hoc eſt, Verres & legem Hieronicam, & omnia alia iudicia de conuentu ſuſtulit. Quantam poteſtatem habuerit.) Tranſitio. Heraclius eſt Hieronis filius.) Narrat quomodo Verres cum Heraclio quodam Syracuſano egerit. Audit hæc etiam Ver.) Conſilium Verris. Quorum uxores iſtæ.) Verris libidinem notat. Hi ut dico hominem.) Monita amicorum Verris recenſet. Faciemus ut palæſtritæ.) Conſilium amicorum Verris. Tum eum docet Heraclius.) Exceptio contra ſortitionē.

Poſteaquam ea dies uenit.) Quæ in iudicio facta ſunt, narrat. Aduerſarij poſtulant.) Contentioſo dialogiſmo exornat narrationem. Quid ego iſtius.) Correctio ſtomachabunda. Chelidone inuita.) Ad inuidiam Verris hoc facit. Quod ſupplicium dignum.) Cum magno ſtomacho hæc loquitur Cicero. Præſcriptum tibi cum eſſet.) Digreßiuncula eſt in apoſtrophen ad Verrem, in qua crimen Verris exaggerat, quòd contempta lege Rupilia iudices elegerit. Tibi nulla lex fuit.) Incrementum. Verum ut inſtitui.) Ad inſtitutam narrationem redit. Caput conſil.) Obſerua proprietatem orationis.

Vt abſentem Heraclium.) Heraclius abſens condemnatur. Præſertim tantæ pecuniæ.) A' circumſtantijs damnatio exaggeratur. Itaq; hoc dum corrigere.) Cupiditas iuxtà improbitas Verris oſtenditur. Educit ex urna.) ſcilicet in quam iniecit nomina iudicum futurorum. Quæ, malum, iſta.) Acerrimè facta quodammodo digreßiuncula, in Verrem calamum ſtringit. Ecquando his de rebus.) Dinoſis eſt. nam multus eſt Cicero in exaggeranda indignitate rei, hoc eſt, damnationis abſentis Heraclij. Profectò enim negare non.) Sic ratiocinatur Cicero: Debuiſti ex lege Ruplia ſortiri iudices, quia Heraclius id poſtulauit. quòd ſi dicis legem Rupiliam à te non obſeruatam uoluntate Heraclij, ipſe te mendacem facis, cum Heraclius adeſſe noluerit hac gratia, quòd non ex lege Rupilia iudices haberet. Ergo inquiet.) Subiectio. Primùm ſi id.) Confirmatio. Verum ex iſta.) A falſo. Paucos Syracuſanos.) A teſtimonio. Poſteaquam damnatus.) Quid Verres damnato abſente Heraclio fecerit. Eripis hæreditatem.) Iniquitatem Verris oſtendit in eripienda Heraclio hæreditate. Verum eſto.) Eſt elegans concedendi genus, quando ita aliquid concedimus, ut etiamſi iuſtum ſit, tamen aliud priori annexum, iniuſtū exiſtere dicimus. Quàm impudenter.) Exaggeratio facti. Quàm illa res calamitoſa.) Affectus narrationi aſpergit. Vt quicquid cælati.) Per diſtributionem quæ res ex bonis paternis Heraclij ad Verrem peruenerit, narrat. Dicebant ſcyphorum.) A' teſtibus Syracuſanis prædationem Verris in bonis paternis Heraclij, probat. Fit maximus clamor.) A conſequentibus cognitam prædam Verris ex bonis Heraclij, probat. Veruntamen fuit.) Verrem conuictum eſſe furti, probat. Sed proximum.) Tranſlatio furti. Vnum annum tecum fuit.) Fugam bonorum hominum à Verre oſtendit. Tamen ſumma cura.) hoc eſt, nihil unquam commiſiſſet, quod uel tuæ uel ſuæ famæ officere potuiſſet. Quid eſt quod tu.) Apoſtrophe ad Verrē: qua oſtendit, uanum eſſe quod Verres queratur ſe ſuorum comitum peccatis premi. Numerantur illa.) Repetit id quod ſuprà dixit, per commorationem. Ex hac iniquitate.) Verrem multis ad multa facinora autorē fuiſſe probat. Vt omnia ſigna.) In tranſcurſu hæc attingit. Deinde ut in curia.) Accuſat Verrem, quòd feſta Marcellorum ſuſtulit. Mithridates in Aſia.) Ab exemplo per collationem tracto, factum Verris exaggerat. Verrea ut agerent.) Verrea à Verre inſtituta ſunt. Iam in tanta iſtius.) Rhetorū more occupatione utitur. Nam me dies.) Dinoſin adhibet orationi. O Verrea præclara.) Exagitat Verrem, quòd Verrea inſtituerat. Quàm facilè ſerpat.) Apta præparatio ad ſequentē narrationem.

Bidis oppidum eſt.) Narrat Verrem Epicratem quendam hæreditate ſpoliaſſe. Nunquam uos.) Irridet Verrem. Vnctior diſcederet.) Palæſtritæ quando uolebant decertare, ungebant corpora, partim ut eſſent agiliores, partim ne alius ab alio facile apprehendi capiq; poſſet. Homines Rhegyum.) Palæſtritæ Bidenſes Rhegyum ad Epicratem proficiſcuntur. Volcatius animo.) Volcatius palæſtritis nummos reddit. Dicet aliquis.) Obiectio. Attendite.) Confutatio obiectionis. Tu qui inſtitueras.) Apoſtrophe ad Verrem uehementißima. Aut dandam.) Reſpectu Bidenſium ciuium hoc dicit. Aut accipiendam.) Reſpectu Volcatij hoc dicit. Iam intelligetis.) Coniecturis colligit, pecuniam à Bidinis inſcio Verre Volcatio datam. Argumentum primum eſt, quia Verres non in Volcatium animaduertit. Argumentum ſecundum, quia non puniuit Bidinos. Argumentū tertium, quia Volcatius Verri non ſuccenſuit, cum pecuniam acceptam reddere coactus eſt. An hoc ſolum.) Epilogus argumentorum coniecturaliū. Verum illud.) Quartum argumentum, quia Verres hæreditatem & bona paterna Epicratis Bidinis tradidit. Oſtendit nouo modo.) iniquum Verris inſtitutum. Petunt hæreditatem.) Vt ſit actum iudicium de Epicrate, narrat. Iudicatum ſol ui.) hoc eſt, ſe uelle promittere iudicatum ſolui, hoc eſt, ut daretur hoc quod lite finita à iudice pronunciaretur. pa rag. 1. Inſht. de Sa:iſdat. Inſimulare cœperunt.) Calumnia Bidinorum. Iſte amplam.) Calumnia Verris in Epicratem. Qui per ſimulationem.) hoc eſt, cognoſcebatur pecuniam redditam à Volcat:o Bidinis ciuibus

ad Verrem rediſſe. Iſte Epicratis bona.) Edictũ Verris iniquum. Vtrũ res eſt.) Crebris interrogationib. indignitatem rei exaggerat. Hic nunc de miſeria.) Attentionẽ conciliat. Et Heraclium.) Digreſsio eſt ab inſtituto. Cum L. Metell.) Metellus Verri in Sicilia ſucceſſit. In utrunſq; bonis.) Et iniquitatẽ in dicendo iure, et rapacitatẽ Verris oſtendit. Alia Lilybæi, alia Agrigenti.) Vrbes Siciliæ ſunt, de quib. Pompon. Mela libr. 2.

Non ſeruaturũ.) Narrat Metellum omnia à Verre inſtituta reſcidiſſe, ut iniquitatẽ Verris planam faciat. Simul atq; ego.) Narratiũcula. Verum quod inſtitui.) Ad inſtitutum redit, ac de Siculorũ miſerijs dicere incipit.

Heraclius ille.) Narratiuncula. & accuſatur Verres, quòd teſtes ui retinuerit. Iam Heraclij Centuripini.) Accuſatur Verres pecuniæ per calumniam extortæ. Quod ciuis Centur.) Accuſatur Verres iniuriæ maximæ, qua ciuem Centuripinũ affecit. Quæ iſtius autoritas.) Nullam fuiſſe Verris autoritatẽ oſtendit. Ignominia autem illa.) Peroratio eſt iniuriarũ Verris, quibus in rebus pecuniarijs Siculos onerauerit. Iam uerò in rerũ.) Narrat ut Verres ſe apud Siculos in cauſis capitalib. geſſerit. Ex multis ſimil.) Hæc ad attentionẽ captandam faciunt. Sopater quidã.) Narratiũcula. Cauſam Sopatri.) Laus Q. Minutij. Ad Timarchidẽ.) Accipit Timarchides pecuniam à Sopatro. Homo quanquam.) Exaggeratio partim à natione, partim à fortuna. M. Petilium.) Quem Sopatri fuiſſe accuſatorem intelligere poſſumus. Iſte homo liberalis eſt.) Ironia eſt. Minutius qui.) Excuſat Minutium. Quid ageret.) Dilemma eſt. Ita properans de ſella.) Amplificatio à circumſtantijs. Tametſi minus id quidem.) Per correctionem, non laborandum eße populo Rom. qualem Verres in iudicio ſententiam ferat, oſtendit. Illud eſt capitale.) Proſpiciendum eſſe monet, ne Verres ex hoc iudicio repetundarum elabatur. Hoc populus Rom. recuſat.) Indicat iudicibus Cicero, populum Romanum nolle Verrem iudicem habere. De ſe homines.) Populum poſſe Verrem iudicem reijcere probat. Etenim ſi illud eſt.) Exaggerat hoc, quòd Verres à Sopatro pecuniam acceperit ob abſoluendum, & tamen tandem eum condemnauerit. Vt ne prædonũ quidem.) hoc eſt, turpe eſt prædones in fide ſeruãda Prætore prouinciali fideliores eſſe. Quem tu mihi Bulbum.) Præoccupatio eſt nam præoccupat obiectionem Verris, obijcientis ſe in hac re Bulbum & Stalenum imitari. Hunc hominem.) Exaggeratio indignitatis. Qu. Minutius iuratus.) Teſtibus confirmat, Verrem à Sopatro pecuniam accepiſſe. Patre innocentiſsimo.) Pathos eſt cum antitheto. Remoto conſilio.) Exaggeratio eſt ex contentione ſententiarum. Accipite nunc.) Attentum lectorem facit. Sthenius eſt is.) Noua narratio facinoris Verris in re quadam capitali cuiuſdam ciuis Thermitani. Huius hoſpitio.) Pathos mouet. Et cum apud eum.) Semina argumentorũ ſunt, quibus indignitatem rei declarat. Studioſe, ut dixi.) Excuſat adoleſcentem, quòd illam ſupellectilem emerit. Etenim ut ſimul.) Nouam narrationem inchoatæ narrationi interſerit. Erant ſigna ex ære.) Recẽſet ſigna quæ Verres Sthenio auferre uoluerit. Etiã quod.) Laus ſtatuæ ab artifice. Verres auferre.) Obſerua aptã coniunctionem harum uocum. Hæc cum iſte.) Ad ſuprà inſtitutam narrationem redit. Sthenius uehemen.) Argumenta Sthenij, quibus probabit, non licere, neq; honeſtum eſſe, ſi Verres illa ſigna ſecum tolleret. Habebat in.) Carpit Verris libidinem. Vna nox interceſſerat.) Facetum admiſcet. Aiunt ab eo.) Calumniantur inimici Sthenij, eum literas publ. corrupiſſe. Sthenius po.) Obſerua æquitatem, qua Sthenius nixus eſt. Omnium æquiſs.) Ironia eſt. Ac ſine teſte.) Exaggeratio ab indignitate. Profugit.) Pathos mouet. Itaq; tantum.) Accuſatio Sthenij eſt. Cum iſte pronun.) Sententia Verris in Stheniũ dicta. Homo Venerius.) Exaggeratio ſententiæ iniquæ. Vt eum rei capitalis.) Hæc narrat ad augendam inuidiam Verris, quòd cui inimicus pepercerit, Prætor parcere noluerit. Aut ſi liceret.) Dialogiſmus. Veniunt domeſtici nuncij.) Hæc narrat, ut Verris improbitatem oſtendat, ut qui nec patris, nec amicorum literis ab incepto depelli potuerit. Neq; pietatis.) Exaggeratio. Sed abs te.) Apoſtrophe ad Verrem. & eſt epiplexis. Citat accuſatorem.) Pergit in narratione ſecundæ calumniæ Sthenio intentatæ. Si præſens Sthenius.) Locus communis, non oportere reũ condemnare abſente accuſatore. Etenim ſi poſſet.) Ab exẽplo confirmat. Nunciabatur illi.) Per diſtributionem narrat quæ Verri & à patre, & ab amicis præſcripta ſint in cauſa Sthenij. Vertit ſtylum.) Parœmiacẽs dixit, id eſt, mutat quod ſcripſit. inde ſumptũ, quòd antiquitus in tabellis ceratis ſcriptitabant ſtylo graphiario, cuius altera parte, nimirum acuta, literas exarabant, altera latiore rurſus obliterabant quod exaraſſent. Vnde Horatius in Sermonibus: Sæpe ſtylum uertas, etc. Primum ipſe in Sicul.) Verrem dictaſſe licere nomen abſentis recipere, teſtibus probat. Et Poſsides Matro.) Locus à teſtibus peregrinis. Dicit præterea.) Gradatio à teſtibus. Quæ cum ita eſſent.) Apoſtrophe ad Verrem cum obiurgatione. Videtis'ne.) Pyſma patheticum. Is mihi etiam.) Pathos eſt ab indignitate rei. Videte porrò.) Adhortatio ad iudices. Ciuem Romanum.) Inſectatur Cicero Verrẽ, quòd Sthenio ciuem Rom. præter morem in ſua cauſa adſcripſerit. At credo Sthenius.) Subiectio ironica. Quis in tabulis.) Occupatio. Fortaſſe enim.) Subiectio. Quid ſi omnium.) Confutatio ſubiectionis. Quàm hic C. Claud.) Claudium fuiſſe inimicum Sthenij probat. Videtis illum.) Adhortatio ad iudices. Subcriſpo capillo.) Notatio eſt. Is eſt C. Clodius.) Iuuenis alioqui nobilis & eloquens, ut teſtatur Cicero in libro de Oratoribus claris: et uide Plutarchum quoq; in uita Ciceronis. Sequeſter.) id eſt, apud quem & pecunia, & res de qua controuerſia erat, deponebatur. Propè collega Timar.) C. Clodium oratione perſtringit. Hic uos dubitatis.) Hortatur iudices, ut audaciam & iniuriam Verris puniant. Quod illi iudices.) A minori ad maius. In grauiſsima cauſa.) Nam Sthenius accuſabatur rei capitalis. Affeciſti? cuius abſentis.) ὁμοιοτέλευτον. Non dicam amicum.) Exaggerat iniuriam à Verre Sthenio illatam, à circumſtantijs. Nihil enim minus libenter.) A' perſona Sthenij exaggerat. Domum ſuam inuitauit.) Exaggerat iniuriam Verris, hoſpiti Sthenio illatam. Quare de hoſpitio.) Clauſula. Nemo enim ignorat.) A' dignitate Sthenij apud ſuos exaggerat. Eſt'ne Sthenius is.) Ab honoribus Sthenij iniuriam exaggerat. Maximis ex pecunis. A meritis in rempubl. Thermitanorum exaggerat. Eſt'ne hic.) Quòd Sthenius accuſatus à Pom-

peio abſolutus ſit, exaggerat. Quod propter C. Marij.) bellum ſcilicet gerentis aduerſus L. Syllam, ut ſcribit Eutrop. li. 5. Hiſtor. Ro. Ita porrò laudatus.) A laude omnis Siciliæ exaggerat. Poſtremò eſt ne.) A memorabili facto Sthenij exaggerat iniuriam. Attingeres.) Mioſis eſt. Denique nunc uidete.) Contentio perſonarum. Vide inquam.) Repetitio propter uehementiã orationis.

Hoc de nomine.) Verrem in Eryco monte argenteum Cupidinẽ poſuiſſe cauillatur. Faciunt hoc homines.) Omnia ad inuidiam Verris trahit. A Chelidone ueniſſet.) Inuidioſum eſt quod hic narrat. non uult libidinem Verris oſtendere. Hic ego ſi hanc cauſam.) Cur hanc cauſam Siculorũ aduerſus Verrem agere cœperit, narrat.

Exiſtimatioq; offenſa.) Nam ſenatores iudices malè audiebant in iudicijs, quòd ſe corrumpi paterẽtur, & ſæpe iniquas ſententias ferrent. hanc offenſam, exiſtimationẽq; labefactatam, Cicero in accuſando Verre recuperare conatus eſt, ut ſuprà ſæpe habitum eſt. Quid amicum.) Cur Sthenij cauſam tanta fide agat, recenſet. Atq; ut aliquando.) Epilogus criminum Verris, quæ in reb. iudicatis, & iudicijs datis, commiſit. Audiſtis ob ius.) Accuſat Verrem, quòd ob ius dicendũ, pecuniam acceperit.

Meminiſtis Q. Varij.) A teſtib. confirmat. Quod enim præterea.) Propoſitio generalis eſt: Verres omnes honores, poteſtates, procurationes, pecunia uendidit. Legati Centuripini.) Propoſitionẽ generalẽ inductione confirmat. Tota Sicilia.) A ſenatoria dignitate probat. Quamuis puer.) Quia apud Romanos ante annũ 25. nemini licebat conſulatum petere. Ab iſto & præco.) A numero præconum, propoſitionẽ generalem probat. Nam cum eſſet ex ueter.) Verres Agrigenti ſenatoriã dignitatem uendidit. Idem fecit Heracleæ.) Verres Heracleæ quoq; ſenatoriã dignitatem proſtituit. Nolite expectare.) Tranſitione utitur. Syracuſis lex eſt.) Accuſat Verrem, quòd religionem pecunia uendiderit. Homo ingenioſus.) Ironia eſt. Reſponſum, tres.) Dialogiſmus. Cephaledi menſis eſt.) Iterum accuſat Verrem uenditi ſacerdotij. Non eſt homo acutior.) Ironica hyperbole. Eſt conſuetudo Siculorum.) Ita ſcilicet, ut in trecentos quinquaginta quatuor dies, quibus duodecim lunæ curſus confici credebant, annus extenderetur. Quos illi ἐξαιρεσίμους.) Intelligit intercalationem, de qua Macrobius ita ſcribit: Cũ ergo Rom. ex hac diſtributione Põpilij, ad Lunæ curſum, ſicut Græci, annum proprium computarent, neceſſariò & intercalare menſem inſtituerunt, more Græcorum. Nam & Græci cum animaduerterent temerè ſe trecentis quinquaginta duobus diebus ordinaſſe annum: quoniam apparet de Solis curſu, qui trecentis ſexagintaquinq; dieb. & quadrante zodiacũ conficit, deeſſe anno ſuo 12. dies, & quadrantem, intercalares ſtatuta ratione commenti ſunt: ita ut octauo quoq; anno nonaginta dies, ex quib. tres menſes tricenûm dierum cõpoſuerunt, intercalarent. Vide quoq; hac de re Libanium Sophiſtam in argumento orationis Demoſthenis contra Androtionẽ. Qui non tã.) Eſt feſtiua agnominatio in etymologia cæli. nam cælum à cælatura ſiderum & ſtellarum dictum eſt, ut ſcribit Plin. lib 2. cap. 3. Iã uerò Cenſores.) Accuſat Verrem, quòd cenſuram accepta pecunia uendiderit. In Sicilia iſto Prætore creati ſunt.) Cur Siculi cenſuram accuratè gerendam mandent. In cenſu habẽdo.) Officia cenſorum indicat. Flagrabat domus tota.) Amplificatio eſt inſignis. Sed ne miremini.) Præoccupatio. Exponam uobis breuiter.) Captat attentionem. In mulierum corruptelis.) Proſopographia eſt. & ſimul cur Timarchides Verri tam unicè charus fuerit, oſtendit. Eundem mira quædam.) Digreßione utitur in deſcribendo Timarchide.) Hæc uerò eius erat ars.) Studia Timarchidis exponit, & cur Verres eum tam plurimi fecerit, narrat. In Timarchidis poteſtate.) Amplificatio ab indignitate rei. Is igitur, ut dico.) Ad inſtitutam narrationem redit. Denarij treceni.) Denarius Rom. ualebat duos groſſos & ſeptem & dimidiatum nummos, qualib. Miſnenſes utuntur, autore Budæo. Primum quo tantam pec.) Expoſtulat cum Verre Cicero, ob pecuniã à Cenſorib. ad ſtatuam acceptã. Nam aut publicè.) Probat non licere Cenſorib. ad ſtatuã Prætoris pecuniam conferre. Quiſquam dubitabit.) Infirmat quòd Verres dixerat, beneficij cauſa cenſuram Cenſoribus permiſiſſe. Extenuarant, auxerant.) Contentio uocum. Itaq; in tributis.) Cenſum iniquum Cenſorum Verris inſectatur. Nam L. Metellus.) Iniquitatem cenſus Cenſorum Verris probat inde quòd eum Metellus reſciderit. Te autem Prætore.) A' conſequentibus. Teneat iam ſanè.) Conceßio ſimulata. & incipit exaggerare hoc, quòd Metellus cenſum Verris reſciderit. Fecit amicus recẽs.) Exaggeratio rei à perſona quæ fecit. Sed antequam.) Præoccupatio. Tantum conficitur ex.) Confirmatio à teſtibus. Quare cuiuſmodi.) A' minori ad maius. Verùm ubi tandem.) Exaggerat factum Verris, quòd pecuniam iſtam non ad ſtatuas conſumpſerit. Si hoc interuallo) Dilemma. Si à uobis.) A malo exẽplo Verris factum exaggerat. Sed cum genera.) A' facto manifeſtè odioſo, factum illud Verris exaggerat. Etenim ſi C. Ver.) Eſt locus à pari. nam ita uult argumentari: par delictũ eſt, populum poſcere pecuniam, & eam auferre: & poſcere populum pecuniã ſtatuarũ nomine, et eam auferre: ergo ex utroq; delicto condemnãdus eſt. Quòd ſi quem ſtatuæ.) Enumeratione utitur, qua docet quid in ſtatuis ponendis faciendum ſit. Deſine quæſo.) Modum in ſtatuis Verrem nõ ſeruaſſe probat. Bella hæc pietatis.) Ironia eſt. Verùm quoties.) Interpretatio eſt. Vna ciuitas cum.) Probat ab inuitis ciuitatibus pecuniã ad ſtatuas à Verre extortam. Quin etiam ſi quis.) Amplificatio à circunſtantia. Primum igitur.) A' teſtib. probat, Siciliam coactam Verri ad ſtatuas pecuniam contuliſſe. Nam cætera quæ.) Collatio eſt aliorum poſtulatorum, cum hoc nouo poſtulandi genere. Rogant et orant.) Exemplũ collationis rerum. Propter tuos ternos denarios.) quos in ſingulos modios frumenti, qui tibi in tuam cellam dabãtur, imperaueras. Poſtulãt enim.) Poſtulatum de ſtatuis, quod & quale ſit commemorat, & utitur commoratione. Petis à me quòd.) Hoc eſt, cum in Siculorũ poteſtate ſit ſtatuas ponere, uel non ponere, cur petunt ne id liceat? Mihi impone iſtam.) Summa eſt: uult probare Cicero Siculos propterea tam nouo modo poſtulare de ſtatuis: quòd à Verre ſæpe coacti ſint per uim ſtatuam ei ponere. ob id dicit, Mihi impone iſtam uim, &c, quaſi diceret, non mirum eſt Siculos poſtulare, ne liceat eis inuitis polliceri ſtatuam, cum antea ſæpe à Verre ui ad ſtatuas promittendas adducti ſint: & ſi ego Cicero ita ui cogerer ad ſtatuas promittendas, exemplo Siculorum idem peterem. Mihi enim renunciatur.)

Exceptio

Exceptio Verris contra teſtes contra ſe productos, ut quos inimicos eſſe dicere ſolitus fuerit, proinde illorum teſtimonium nihil ponderis habere. Te ſtatim hoc.) Enthymema falſo concludens. Ergo aratores.) Ex perſona Verris hæc dicit. Omnino præclarè te.) Reſpondet Cicero ad exceptionē Verris. Atq; id genus hominū.) Laus aratorum. Id accipio, eos tibi.) Repetit Verris exceptionem contra teſtes aratores, per commorationē. Quid ergo illæ.) A facto aratorū Verri nō inimicos eſſe probat.

Vtrum tibi commodū.) Nempe quòd uel honoris gratia ſtatuam tibi erexerūt, uel quòd tu per uim ac metū pecuniam ad ſtatuas extorſeris. O cauſam ſingularem.) Exclamatio uehemētiſſima. Eum reum qui.) Exaggeratio à perſona rei. Certè ita uobis iudicandum.) Explicat tandem hoc, quod hactenus adeò inuoluit, oſtendens cur nam aratores Verri ſtatuam ſtatuerint. Atq; ut hoc tamen.) A teſtib. probat. Quem uoles eorū teſtium.) id eſt, cum adeò iniurius fueris aratoribus: proinde nō credibile eſt, ut ſua uoluntate pecunias ad ſtatuas dederint. Etenim omnes ded.) Subiectio Verris eſt. Vi atq; imperio adductus.) Reiectio eſt. Et huius ego.) Peroratio criminis de ſtatuis. Venio nunc ad ciuitates.) Verrem à Siculis quoq; inuitis pecuniam ad ſtatuas exegiſſe, confirmare incipit. Itaq; cum non ſolum.) Præoccupat ea quæ obſtare poterant, ne crederetur Siculos inuitos pecuniam ad ſtatuas contuliſſe. Pulchra illa Verrea.) Ironia. Poſuiſſe, abſtuliſſe.) Antitheton uerborum. Vtrum tibi Siculos.) Dilemma. Qui, quòd nullo.) Cur Siculi inimici Verris ſint, probat. Etenim cum propter uirtutem.) Cur Andron legatus à Siculis electus ſit, narrat. Si in iſtū animaduerſum, non.) Metum iudicib. inijcit. Qui te in tua ciuitate.) A minori. Vtrum uoluerint.) Siculi ſtatuas Verri erectas deiecerūt, ergo inuiti pecuniā ad ſtatuas dederūt. Tot homines in Aſia.) Exaggerat factū à nouitate. Apud omnes Græcos.) Exaggeratio facti Siculorū à more Græcorum. Itaq; cum Rhodij.) Ab exēplo cōfirmat morem Græcorū. A mœnibus, litorib.) Diſtributio. Videtis igitur.) Clauſula argumenti eſt à more Græcorum ducti. Quæ monumenta hoſtium.) Argumentum ab exēplo contrario. Taurominitani, quorū.) Inductione quadam colligit. Nam quid ego.) Occupatio. Quanta illuc multitudo.) Exaggerat factum Siculorum, quòd Verris ſtatuas euerterint. At quo loco.) Exaggeratio à loco. Atque ego.) Cauſam deiectionis ſtatuarū Verris deprecatur Cicero. Centuripinorum ſenatus.) Narratiuncula eſt. Videte grauitatē.) Exaggeratio facti Centuripinorum. Cum hoc cōſilio.) Ad narratiunculam redit. Statuæ, quæ iſtius.) Extenuatio. Metello homini.) Modeſtè reprehendit Metellum. Non erat in hoc.) Enthymematiō.

Ego, ſi Metellus.) Occupatio. Videte iudices.) Exaggeratio iniuriarū Verris: & eſt locus à cauſa. Hæc tum dicerē.) Occupatio eſt. Velim quærere nunc.) In Metellum liberè dicit, & eſt Parrheſia. Sed ego Metello non.) Mitigat orationem ſuam. Iam igitur.) Clauſula eſt argumentorū, quib firmauit, nullam ſtatuā Siculorum uoluntate Verri datam. Quo quidem in crimine.) Quantum odiū Verres ex pecunia ad ſtatuas exacta adeptus ſit, narrat. Quæ ueſtra defenſio.) Hæc ad patronos Verris referenda. Cur oderunt? cur Haleſini.) Inductione quadā utitur. Quem omnes mortales.) Ab æquo. An hoc dicere audebis) Præoccupatio Verrina. Quis enim tibi moleſtus.) Præoccupat quædam etiam ſuprà acta. Ab negotiatorib.) A partib. ad totum. Potes igitur dicere.) Non contemnendos Siculos, & oratores docet. An quorū autoritate.) A pari. Niſi fortè.) Alia ſubiectio Verris eſt. En tua ſapientia.) id eſt, ſtultitia. Nam Verres cuidam magiſtro publicanorū ſcripſerat, ut diligenter caueret atq; proſpiceret, ne quid eſſet in literis publicanorum, quod contra ſuum caput atq; exſtimationem ualere poſſet, atq; ita ſua ſtultitia Verres penè ſe perdidiſſet. Etenim rem.) Narratio eſt, qua narrat cur nam Verres publicanis gratioſus fuerit. Quæ ſine portorio.) Portorium dicitur pecunia quæ datur pro traiectione trans aquam. Itaq; ſocij fecerunt.) Hic uides cur publicani de Verre tam bene ſenſerint. Carpinatium ſæpe ad ſe.) Dialogiſmus. Itaq; ille multitudine.) Narrat decumanos decreuiſſe, ut hæ literæ quib. exiſtimatio Verris læderetur, tollerentur. Quid expectatis amplius.) Pyſma eſt. At quorum iudicio.) Subiectio. Arbitrentur reos iudicari.) Exaggeratio à iudicibus. Nō noſtri generis.) Ironia in Verrem eſt. Decumani, hoc eſt.) Decumani qui fuerint. Habeo ex his qui.) A teſtib. confirmat, literas remotas eſſe. Vos nunc utrum.) id eſt, etſi decumani non uerbis te condemnarūt, tamen uoluntate condēnarunt. Et hic eſt contentio de ſcripto, nempe de iudicio decumanorum. Dico te maximum.) Multa Verrem abſq; portorio Syracuſis exportaſſe commemorat. Quid defendet Hortenſius.) Diluit Hortenſij defenſoris Verris obiectiones. Quod cum ita ſit. Nihil ſe fingere uelle proponit, & hoc attentionē facit. Meminero me non.) De ſuo in accuſando Verre officio obiter diſſerit. Quapropter nihil eſt.) Ad inſtitutum redit, non metuendum Verri, ne quid fingat. Multa quæ ſcio.) Callida occupatio. Tantum agam.) Proponit quædam, quæ ordine tractaturus eſt. Ac ne fortè.) Præoccupatio. Nam quod in publicanorū.) Cicero literas ſocietatis remotas eſſe confirmat. Itaq; hoc ut comperi.) Quo pacto literas remotas intellexerit, oſtēdit. Itaq; ad L. Vibium.) A teſte. Iam nō quæro unde.) Furta Verris exaggerat. Quaſi etiam amicorum.) Subiectionibus utitur. Cum hæc paucorum.) A minori ad maius. Cuiuſmodi præda.) Amplificatio. Nūc hoc attendite.) Adhortatio ad iudices. Furta Prætoris.) furta Verris ex portorio. Cogitate nunc.) Amplificatio eſt per diſtributionem. Nunc ad ſociorum.) De tabulis accepti & expenſi publicanorum, & de Carpinatio commemorat. Inſpiciebamus.) Narratio. Erit uobis luce clarius.) Digreſſiuncula à narratione. Cum hic maximè.) Ad inſtitutam narrationē redit. Repentè aſpicimus.) De lituris tabularum diſſerit. Verſuram feciſſe.) Donatus in Phorm. Terētij ſcribit, Verſurā facere, eſſe æs alienum ære alieno ſoluere, aut minore fœnore maiorem acceptam pecuniam occupare. Hinc ducta uoce, ut autor eſt Feſtus Pompeius, quòd uertatur creditum. Atq; hæc poſtulabam.) Mitigat factum ſuum Cicero. Videtis Verrutium.) Alloquitur circumſtantes. Sic habent ſe tabulæ.) Peroratio uehementiſſima, in qua & Verrem & defenſorem eius Hortenſium inſectatur. Tu ipſe Verres.) Fingit Verrem præſentem, qui abfuerit. Craſſi & Antonij.) De quibus Cicero in lib. de Oratoribus claris. Nimirum illi.) Collatio ueterum oratorum,

& ſui ſeculi. Nemo ita uiuebat.) Explicat cur nam ueteres oratores iſtis patronis ſui ſeculi fortunatiores fuerunt. Nunc uerò quid.) Subiectionibus uarijs utitur. An ab hac infamia.) hoc eſt, an infamiam & nequitiam Verris poterit egregijs factis Verres obſcurare.

IOACHIMI CAMERARII IN QVARtam Verrinam Annotatio.

Vt poßim aliquo modo aliquando.) In Venetis, aliquando omittitur. *& ſanè de ſcriptura corruptiore, cum utrunq; à librarijs legeretur, ita in orationis contextum irrepſiſſe uideri poßit. Dionis, hominis pudentißimi.) id quod retinendum uidetur: cum Veneti & alij libri habeant, prudentißimi. Quo de agitur ex iure æquum P. Seru.) Veneti ſenſu manifeſtiore, ex iure, cum P. Seru. Argenti fabrefacti.) Veneti & alij quoque libri habent, Argenti benefacti: quod neſcio quo pacto alteri & nos præferimus. Id quod nos Romæ cogn.) Satis plana de hac lectione omnia. Veneti tamen, & alij, Item ut uos Romæ cogn. quod neq; ipſum repudiamus. Sed cum genera quædam pecuniarum capiendarum comprobauerimus.) Veneti, comprobaremus: itidemq́; alij. Sed apparet, hoc de comprobarimus factum, & hoc contractum uerbum in noſtris libris ſolutum eſſe. Ante ipſum Iouem in primo aditu ueſtibuloq́; templi.) Sic & in Venetis libris. Alij Sepim, aut neſcio quid habent. Ac fit in ſexta Actione mentio ſacerdotij Iouis, qui honos apud Syracuſanos ampliß. eſſet. Conſiderandū tamen putauimus, an fortè in archetypo fuerit talis quædā ſcriptura, quā imperiti librarij poſtea deprauarint, Ante ipſum Zena: aut, Ante ipſum Zana: id eſt, τὸν ζῆνα, uel Doricè ζᾶνα.*

IN EANDEM ACTIONEM Bartholomæi Latomi Partitio.

Qvatuor ſequentes actiones propriè ad cauſam Siculorum pertinent, ſicut in partitione præcedenti dictum eſt & continent crimina commiſſa à Verre in prætura Sicilienſi. Diuiduntur ſecundum quatuor genera criminum, quib. ſingulæ orationes attribuuntur, ut: de iure dicendo, de re frumentaria, de ſignis ablatis, & de ſupplicijs. Status omnium coniecturales ſunt, ſicut prædixi, & totidem quot ſunt crimina. In prima explicantur crimina quæ in iure dicendo commiſit Verres, eaq́; exordium habet cum digreßione. deinde & criminum explicationē, quæ perpetua narratione interpoſitis confirmationibus tractatur. Exordio reddit attentos iudices, indicās ſe multa prætermittere, ut maturius ad cauſam ueniat. Sed prius quàm accedat, digreditur ad Siciliæ laudationē, ut & eo ipſo excitet iudices, & præparet animos ad futuram criminationem. Subnectit digreßioni ſtudium Siciliæ in hac cauſa perſequenda: & Mamertinos Syracuſanosq́; excuſat, quòd laudant Verrem. Explicatio criminum tractatur ſicut in ſuperiori oratione, interpoſitis, ut dixi, tū probationibus ad fidem, tum amplificationibus ad indignationem, poſt ſingulas ferè narrationis partes. Amplificationes inducuntur crebris excurſibus, & à perſonis, locis, rebus, cauſis, temporibus ſumuntur. Crimina omnia quæ recenſentur, partim ſunt in rebus cognitis & iudicatis, iudicijsq́; datis ob pecuniā, partim in uenditis honoribus et ſacerdotijs, partim in exactis pecunijs ſtatuarum nomine, partim in ablatis rebus, quaſi pro his portoriū datū non eſſet. Eaq́; omnia in Dionem Haleſinū, Heracliū Syracuſanū, Epicratē Bidinū, Sopatrū Halicienſem, Sthenium Thermitanū, et in ciuitates plurimas, publicanos, aratores, et negociatores commiſſa demōſtrantur.

PETRI NANNII IN QVARtum Verrinarum librum Caſtigationes.

Itaq; ad omnes res Sicilia prouincia ſemper uſi ſumus, ut quicquid ex ſeſe poſſet efferre, id non apud nos naſci, ſed domi noſtræ conditum putaremus.) Vetus codex ſic habet: Sed domi noſtræ conditū iam putaremus. Magiſtratuū autem noſtrorū iniurias ita multorum tulerūt, ut nunquā ante hoc tempus ad aram legum, præſidiumq́; ueſtrum, publico iudicio confugerent.) Vetus: Confugerint, abſolutè, non pendenti tempore. Indicatur enim, eam rem nunquam antè actam fuiſſe. Aut ſi uobis indignè eſſent uiſi, quibus opem auxiliumq́; ferretis, urbes ac ſedes relinquerēt, quandoquidē iam antè iſtius iniurijs exagitati reliquiſſent.) Vetus: Quandoquidē agros iam antè iſtius iniurijs exagitati reliquiſſent. Vox, agros, planè neceſſaria eſt ad ſupplementum ſententiæ. Facilè enim illi relinquunt patriā, qui agris exuti ſunt. Vt obiter indicem, exagitatos hic eſſe, quod exturbatos, non autem ſimpliciter uexatos. Quid illa quæ forſitan ne ſentimus quidem, quanta ſunt, quòd multis locupletioribus ciuibus utimur.) Neſcio an legendum, multo locupletioribus ciuibus utimur: ſed deeſt mihi ſuffragiū & atteſtatio aliorum codicum. Ecquem exiſtimatis unquā ulla in prouincia abſentem.) Vet. Et quem exiſtimatis, &c. idq́; perpetuò, quamobrē uiſum eſt adnotare. Virg. Et quiſquam, pro ecquis uſurpare uidetur: Et quiſquam numen Iunonis adoret. quanquā Linacer ibi, & pro ita exponat. Videte quid potuerit, qui quatuor in prouincia quæſtores, ſtudioſiß. defenſores, propugnatoresq́; habuerit.) Vetus: Qui quatuor in una prouincia quæſtores, &c. atq; ita dinoſis illa antitheſi numeri inualeſcit. Fuit aūt Sicilia, teſte Pediano, in duas quæſturas diuiſa, Lilybætanā & Syracuſanam: idemq́; credit, hos quæſtores omnes Verris fuiſſe, ut qui per ſingulos annos quæſtores immutauerit. Mihi ſi cōtra tantā autoritatē diſſētire liceret, libēs crederē duos quæſtores Verris fuiſſe, duos itē Metelli. Nō enim uerſimile eſt, retectos à Verre tam acriter pro illius ſalute contra Cic. coortos eſſe: præſertim cum Cic. poſtmodū adiungat, ipſum prætorē Metellū, totamq́; eius cohortē Verri addictiß. fuiſſe. Preclara laudatio, cū duabus in reb. legatorū una opera cōſumitur.) Omnia hic integra. ſed Aſconij interpretatio in hunc locū mihi uicioſiß. uidetur. Vna opera, inquit, quòd Romā uenerūt, aut quòd proceſſerūt in conſpectū iudicū. Nihil falſius. Ad hoc enim miſsi erāt, ut laudarent Verrē, atq; ad hanc unicā operam deſtinati: ſed ea duplex facta eſt. dum & ſua à Verre repetunt, & ipſum laudit. Vis illa ſummi imperij tantū potuit apud perpaucos homines, nō ciuitates, ut aut leuißimi quidā ex miſerrimis deſertißimisq; oppidis inuenirētur, qui iniuſſu populi ac ſenatus proficiſcerētur: aut hi qui cōtra iſtū legatos decreuerant, & teſtimoniū publicū mandataq́; acceperant, ui ac metu retinerentur.) Vetus: Aut hi qui contra iſtū legati decreti erant, et teſtimoniū publicū ac mandata acceperant, ui ac metu retinerētur. Omnino id rectius. Nō enim qui legatos decreuerant, retēti: ſed illi qui delecti erant, ut legationes obirēt. Cum uideritis nulla ui retineri, nullo periculo prohiberi poſſe.) Vetus: Nullo periculo prohiberi potuiſſe. Intelligetis enim, nullis hominib. quenquam tanto odio, quanto iſtum, Syracuſanis eſſe, & fuiſſe.)

fuiſſe.) Vetus: *Vetus hic anadiploſim habet coniunctionis, & : Quanto iſtum Syracuſanis & eſſe, & fuiſſe.* Primùm ſi ita eſſet, tamen nos in quæſtione.) *Vetus: Tamen nos in hac quæſtione.* Si cuiquã denique ulla in re unquam temperauerit, ut uos quoq; temperetis.) *Vetus: Vt uos quoq; ei temperetis. expreſſa perſona, cui temperandum ſit. quanquam ea facilè ſubintelligatur: ſed quia numeroſius eſt, ſaltem uiſum eſt admonere.* Qui ſimulatq; ſorte ei prouincia Sicilia obuenit, ſtatim Romæ & ad urbem antequã proficiſceretur, quærere ipſe ſecum, & cum ſuis cogitare cœpit. *Vetus: Quærere ipſe ſecũ, & cũ ſuis agitare cœpit. Cogitamus animo, agitamus cum in deliberatione conſilia tractamus: utrumq; tolerabile, ſecundum tamen malim. Quid aũt differat, Romæ eſſe, & ad urbẽ, explanat Pedianus. Omnis, inquit, magiſtratus qui intramuranus nõ eſt, nec urbanus, etiamſi adminiſtrator eius Romæ eſt, ad urbem dicitur. In uerbis iſtis nihil uitij, in diſtinctione culpa eſt. ſic enim legendum, Nec urbanus etiam: hypoſtygme poſt etiã ſixa, non antè. ſi adminiſtrator eius, etc. Nam prouincialis magiſtratus cum peregrè eſt, nunquam ad urbem dicitur eſſe, ſed tum cum Romæ, uel circa Romam uerſatur. Legendum ergo ad iſtum modum: Omnis magiſtratus qui intramuranus nõ eſt, nec urbanus etiã, ſi adminiſtrator eius Romæ eſt, ad urbem eſſe dicitur.* Quibus nam rebus in ea prouincia maximam uno anno pecuniã facere poſſet.) *Nihil hic deprauatum. ſed quia Aſconius hic mendoſus uidetur, addã meã diuinationem. Cur uno anno, inquit, an quia diuinabat Arrium ſibi non ſucceſſurum? per triennium ſe in Sicilia futurum. Ego ita legendum puto: An quia diuinabat Arrium ſibi ſucceſſurum, nõ per triennium ſe in Sicilia futurum. Ideo enim unius anni conſilia habuit, quia annuam ſuã præturam, nõ triennalem fore expectabat: alioqui de toto triennio conſilia iniiſſet.* Cũ ex nomine iſtius quod in prouincia facturus eſſet, perridiculi homines augurabãtur.) *Vetus: Perridiculè homines augurabantur. ut illud perridiculum, in faceta alluſione ad nomen Verris, qui à uerrendo dictus uidetur, non in ipſis ſit perſonis diceriũ.* Quo die Siciliam tetigit, uidete ſuis ne paratus ex illo nomine urbano ad euertendam prouinciam uenerit.) *Vetus: Ad euerrendam prouinciam uenerit. Hic ipſa paronomaſia indicat, quid dicaces homines præſagierint ex etymo Verris. Cæterùm M. Tullius nonnihil paronomaſiæ uim dilutam reddidit, quum tam longo ſpacio Verrẽ, & euerrere, diſſeparauerit. id ideo factũ, quia in ſeriis & graui oratione luſus paronomaſiæ parũ idoneus.* HS undecies numeratũ eſſe.) *Vetus: D numeratũ eſſe. ea nota ſolet eſſe quingentenaria, maximè ſi ſit tribus æquis laterib. deſcripta, & græcum Δ triangulari forma repræſentet. Vt enim X decem ſignificat. ita utrinq; ſuperinducta baſi, millenarij numeri ſignificationẽ præ ſe fert, hoc modo, X̄. cuius dimidia pars ſubtracta, Δ quingenta ſignificat. librarij tamen pro hoc charactere |X| hac forma utuntur ∞ commoditatẽ ſcribẽdi ſequẽtes. Nonnunquã pro centenis millibus hanc notulã ponũt, C o. ſed de hoc alibi latius.* Niſi poſuiſſet Veneri Erycinæ eſſe multatũ.) *Ego legendũ cenſeo Multandũ, etiamſi omnes codices in diuerſum ſentiãt.* Quoniã Veneris nomen eſſet, cauſam calumniæ ſe reperturũ.) *Vetus: Cauſam pecuniæ ſe reperturũ. hoc nonnihil ὁμοιόπτωτον, prius tamen rectius puto.* Is qui Erycũ montem obtinebat.) *Eadẽ quoq; lectio in ſequẽtibus. Vetus autem ſic habet: Is qui Erycium montem obtinebat. Plinius hunc montem ſemper Erycem appellat. ita quoq; Virgil. Siue Erycis fines, regnumq; optatis Aceſtis.* Nihil de Dione, nil de ſocru tua, fœmina primaria, Seruilia, uetere Dionis hoſpita audiſtis.) *Vetus: Nihil ex Dione, nihil ex ſocru tua, &c. quam lectionẽ puriorem cenſemus. De eo enim audimus, ſuper quo nobis aliquid enarratur. Ex eo audimus, qui hoc ipſum nobis enarrat. Contemnitur quidẽ aliquando hæc differẽtia, ſed rarius. quale fermè illud eſt Plautinũ in Pœnul. De te quidẽ didici hæc omnia.* Horũ pater abhinc duos & xx. annos eſt mortuus.) *Vet. Horum pater abhinc duo & uiginti annos eſt mortuus. ἰδιωτισμός. ſic & Virgil. Si duo præterea tales Idæa tuliſſet Terra uiros.* Quæ uis erat Volcatio tanta.) *Vet. Quæ uis erat in Volcatio tãta.* Mox deinde, Vt HS. CCCC millia duobus homin.b. auferret.) *Vet. Duobus nominibus auferret. Nomina ſunt debitores, ipſa quoq; debita atque adeò tituli expenſæ & acceptæ pecuniæ. Superiorẽ tamẽ lectionẽ puto meliorẽ eſſe.* Comites illi tui delecti.) *Vet. delecti. quod niſi ironicè intelligas, multo melior eſt uulgata lectio.* Quo quiſq; te maximè cognatione, affinitate, neceſſitudine aliqua attingebat.) *Vetus: Vt quiſq; te maximè, &c.* Primùm omniũ opera danda eſt, ut eos nobiſcũ ducamus.) *Vetus: Educamus.* Africani eſt hoc, hominis liberaliſſ.) *Ego legendum puto: Africani, hoc eſt, hominis, &c.* Cum ab illo uetus aſſectator ex numero amicorũ.) *Vetus: Aſſectator, & ex numero amicorum.* Etenim re uera multo magis petendũ ab hominibus, ſi ſalui eſſe uolumus.) *Vetus: Si ſalui & honeſti eſſe uolumus. quod omnino requiritur.* Cum hos ſibi quæſtus conſtituiſſet, magnos atq; uberes, ex his cauſis quas ipſe inſtituerat in conſilio.) *Vet. Quas ipſe inſtituerat eũ in conſilio. Id quoq; integritas ſententiæ requirit, ob ἀνακόλουθον eam quæ ſequitur, Tum infinitum genus inuenerat, &c.*

Si cum hæc à quopiam ueſtrûm petita ſunt, prætor improbus, cui nemo interdicere poſſit.) *Multo iſta ſyncerius antiquũ exẽplar: Prætor improbus, cui nemo intercedere poſſit. Romæ prætori intercedere licet. In prouincijs ubi nec parem, nec ſuperiorem habet, uis eius à nullo magiſtratu impediri poteſt.* Si apparet fundum Capenatem, quo de agitur, ex iure eum P. Seruilij eſſe.) *Vetus: Ex iure Quiritium eum P. Seruilij eſſe. Olim triplices erant domini: Domini bonorum, qui à Theophilo Bonitarij dicuntur: domini ex iure Quiritium, & pleno iure domini. Cæterùm in hoc loco ingens difficultas, quæ haud ſcio an explicari poſſit: conabimur tamen, quatenus dabitur. Prætor formulã iudicãdi iudicib. præſcribere ſolebat, ad quam illi ſententiã ſuã adtemperare cogebantur: quæ res ab ipſis uſq; regib. ortum trahit. Liu. primæ Dec. li. 1. de rege Tullio: Duumuiros, inquit, qui Horatio perduellionẽ iudicẽt, ſecundũ legẽ facio. Hac lege Duũuiri creati, qui ſe abſoluere nõ rebantur ea lege, ne innoxiũ quidẽ poſſe, quũ condẽnaſſet, etc. Vides hic quaſi dictatã ſententiam condemnationis, quare iſtiuſmodi iudices ſui arbitrij nõ ſunt, ac tantũmodo pronũciatores alienæ ſentẽtiæ. Videamus nunc quæ ſit neceſſitas certo modo iudicandi in formula Verrina. L. Octauius iudex eſto: Si apparet fundum Capenatem, de quo agitur, ex iure Quiritium eum P. Seruilij eſſe, neq; is fundus à Q. Catulo reſtituetur. Hactenus formula dictati iudicij: nunc uerba Ciceronis expendamus.* Non neceſſe erit L. Octauio iudici coge-

re P. Seruilium Q. Catulo fundũ reſtituere? aut condemnare eum quem nõ oporteat? Neceſsitas igitur ex uerbis Ciceronis talis ex dictatione iſta ſententiæ naſcitur, ut iudex cogat Seruiliũ, ſiue bono iure, ſiue malo ſit, fundum Capenatem Q. Catulo reſtituere, aut eum condemnare quem non oporteat. Cæterùm quomodo hanc ſententiam ex formula præſcripti iudicij ratiocinari poßimus, parũ deprehendo. Ergo in tantis tenebris mihi ad diuinationẽ confugiendũ uidetur, non quidẽ ſacram anchorã, ſed tabulam in deſperatiß. naufragio, ut hoc modo legamus: Si apparet fundum Capenatem, quo de agitur, P. Seruilij eſſe, neq; is fundus reſtituetur, tũ ad preciũ fundi damnas eſto. aut ſimile aliquid: ut ex priore parte formulæ iudex cogat Seruiliũ, etiãſi eius ager appareat eſſe, reſtituere: ſi nõ reſtituat, in preciũ eius rei condemnet. Iam ad hanc formulã uerba Cic. nõ malè quadrabunt: Non'ne neceſſe erit L. Octauio iudici cogere Seruiliũ, Q. Catulo fundũ reſtituere: aut eũ condemnare quem non oporteat? Siue [illegible] ſint iſta, ſiue [illegible], alij uiderint: coniecturã certè meliorem nõ habeo. Sequitur ſtatim non minor nodus. Si nõ accipit, quod te debere dicis, accuſes: ſi petitur, ducas.) Nihil hic uariãt exẽplaria. ſed eſt hic aliquid auxilij à Pediano, quod in ſuperiori perplexitate nõ fuit: quanquã hoc ipſum ita uitijs inquinatũ eſt, ut ad mentẽ hominis penetrare nõ liceat. Subijciam igitur omnia eius uerba. Senſus, inqt, hic eſt: Si nõ acceperit creditor, quod ſe debere debitor dicit, accuſetur: ſi petitur, condẽnetur idẽ, ſcilicet q duci iußit, uel reũ fieri, & accuſari eũ qui petitor eſſet, uel etiã dãnari. Hoc ſaltẽ boni ex iſtis uerbis habemus, quod duci, ſiue quod idẽ eſt, educi, uel damnari, uel in carcerẽ rapi ſignificat, qualẽ abductionẽ Græci ἀπαγωγὴν dicunt. quod in ſequentibus apparebit: & ſuo loco, quia nõ ſemel obuiũ eſt, admonebimus. Deinde ex uerbis Aſconij uideor mihi colligere, eum nõ Petitur, ſed Petitor legiſſe, cum inquit: & accuſari eum qui petitor eſſet. quamobrẽ neſcio an ad iſtum modũ legi oporteat: Si nõ accipit, quod te debere dicis, accuſes: ſi petitor ducas. hoc ſenſu: Si nõ accipit creditor pro plena ſolutione, in quod te obligatum agnoſcis, nec tua profeßione contentus eſt, accuſes creditorem, qui ſibi ſolui nõ patitur: ſin petitor eſt eius ſummæ, quæ ſibi debetur (ſiue, ut omnia exẽplaria habent, Si petitur, nimirũ ea ſumma à creditore, quam tu nõ agnoſcis te debere) ducas eum, hoc eſt, abducas in uincula, ita ut anceps periculum circumſtet creditorẽ: quippe ſi nõ tantundem accipiat, quantum à debitore in ſolutum offertur, ſit accuſandus: ſin petat quantum ſibi debetur, in uinculis habendus ſit. Supereſt tertia difficultas ita ænigmatodes, ut Sphyngis quæſtionẽ ſuperet, in quo egregius opitulator eſt Aſconius. Qui ciues Rom. erant, ſi Siculi eſſent, tũ ſi eorum legib. oporteret, qui Siculi ſi ciues Rom. eſſent. Qui ciues Rom. erant, ſubauditur, addebantur. Si Siculi eſſent, ſubauditur, rei. Tum ſi eorum legibus dari oporterent, ſubauditur, iudicia. Qui Siculi, ſubauditur, erant iudices: ſi ciues Rom. eſſent, ſubauditur, rei. Sic Terent. Hic in noxia eſt, ille ad defendendã cauſam adeſt: cum ille abeſt, hic adeſt, tradunt operas mutuas. Ex his uerbis facile intelligimus, petitore Siculo Romanos fuiſſe iudices, petitore Romano Siculos iudices inuicem creatos eſſe: haud dubiè contra iura Siculorum, quæ iubent, quod ciuis cum ciue agat, ciuem eſſe iudicẽ: quod Siculus cum Siculo, non ciue, iudicem Rupilianũ deſtinari: quod Romanus cum Siculo, iudicem Siculum oportere eſſe. nunc mutatis omnibus ex edicto Prætoris Siculus Romanum, Romanus Siculũ iudicat. atq; hoc eſt quod dicit Aſconius, Tradunt operas mutuas. Si quis perperam iudicaſſet.) Vetus: Si qui perperam iudicaſſet. idq; perpetuò, ut appareat, inter Quis & Qui nullam olim differentiam fuiſſe. Primũ ſuæ leges, quòd ciuis cum ciue ageret, &c.) Locus haud dubiè deprauatus. Vetus nihilo meliora habet, primum ſeu leges quòd ciuis cum ciui ageret. Cum remedium nõ inueniam, ſaltem libet admonere, num legendum ſit, Primum non ſecundum leges, quòd ciuis cum ciue ageret: ut indiligens lector, ſecundũ, ſuæ fecerit: deinde alius uidens negatiuam particulã, non, nihil habere loci in tali lectione, omnino eam de medio ſuſtulerit. Faciemus, ut Palæſtritæ negent ex teſtamento eſſe poſitas, petant hæreditatem, quod eam Palæſtritæ commiſiſſe dicant.) Vet. Quòd eam Palæſtritæ commiſſam eſſe dicãt. quod magis canonicum eſt, ſecundũ genus uerbi. niſi fortaſſe cõmiſiſſe paſſiuè poſitum eſt, ut uariat pro uariatur. Quid ego iſtius in iure dicendo libidinem commonſtrem?) Vetus, Libidinem & ſcelera commonſtrem. Quid huic homini facias?) Vetus: Quid hoc homine facias. idq; ἀρχαϊκῶς Profectò enim negare non potes, te ex lege Rupilia ſortiri iudicium debuiſſe.) Vetus: Sortiri iudices debuiſſe. Nihil autem intereſſe inter ſortiri dicas, iudices, iudicium, in noſtris Cõmentarijs planum faciemus: quæ res intellecta, miram adfert lucem locis ſuperioribus, in quib. alioqui miſerè & fruſtrà conflictandum eſſet. Nam quod magni quidam uiri putant, ſortiri dicam, eſſe ſortitò ex urna educere, quæ cauſa prius ſit iudicanda, ex iſtis locis omnino refellitur. Paucos Syracuſanos eos, qui nunc publicæ laudationis cauſa uenißè dicunt, & tunc participes prædæ fuiße, et nunc nõ ad iſtius laudationem, ſed ad cõmunem litium æſtimationem uenißè.) Sex ultima uerba in ueteri exemplari deſunt, ſed omnino requiruntur ad integritatem ſententiæ. Eſt autem huius loci iſtiuſmodi intellectus: Paucos Syracuſanos uenißè Romam, non tam ut laudent Verrem, quàm ut communem cauſam defendant. ſi enim damnabitur Verres repetundarum, ipſi quoq; recuperatorio iudicio conuenientur ad reſtituenda bona Heraclij: & quanti ea res in iudicio æſtimata fuerit, tantum cogentur refundere. Numerantur illa HS ducenta quinquaginta Syracuſanis, ea quemadmodũ ad iſtũ poſtea per pſeudothyron reuertãtur, tabulis & teſtibus, iudices, planũ faciã.) Vet. Numerãtur illa HS, CCC quinquaginta. Vterq; codex in ſuo numero etiã in ſequentib. conſtãs eſt. Eſt aũt pſeudothyrõ, latẽs ianua, & fallax, et quæ ſpeciẽ oſtij nõ præbet: qualẽ Virg. deſcripſit 2. Aen. Limen erat, cæcæq; fores, & peruius uſus Tectorũ inter ſe Priami. Atq; ita ſcitiß. poeta ueriſimile facit, obſeſſa domo Aeneã introire in regiã potuiſſe. O' Verrea præclara quoquã ſi acceßiſti, quò nõ attuleris tecum iſtũ diem.) Vetus cod. Quò acceßiſti, quaſi quò non attuleris. Et illa quoq; inquinata lectio eſt. Cenſeo autem legendum, Quò acceßiſti quæſo, quò nõ attuleris. ut dictio Quæſo, in altero exemplari ſit corrupta, in quam ſi, in altero in quaſi. Bidẽnos autem contra Prætoris famam ac fortunas dediſſe.) Vet. cod. plenius: Bidinos aũt pecuniã contra Prætoris famã ac fortunas dediſſe. Inſimulãt homines fraudãdi cauſa deceßiſſe.) Vet. Inſimulant hominẽ. Poſtulãt, ut bona poßidere liceat.) Vet. Poßidere iubeat. Debebat Epicrates ullum

tes ullũ nummum nemini.) Vetus: Debebat Epicrates nullum nummum nemini. Græcorũ more, ubi geminata negatio fortius inficiatur. Deinde neſcio quid ignaui & ſupini eſt in illis uerbis, Debebat Epicrates ullum nummum nemini. *Vbi uidet eſſe aliquid, quod amici abſentem Epicratem nollent defendere.)* Vetus codex hic ſyncerior eſt: Vbi uidet eſſe aliquid, quod amici abſente Epicrate nollent defendere. *Quiſquis erat ductus Senator Syracuſanus, ab Heraclio duci iubebat.)* Vetus codex: Quiſquis erat ductus Senator ab Heraclio, educi iubebat. Puto aũt utrumq; uocabulum paris eſſe momenti. Nam in ſequentibus dicet: Ita illi non procraſtinant, Sthenũ ſtatim educunt. rurſus, eum rem ita expoſuiſſem, quemadmodũ nunc apud uos, hanc damnationẽ duci non oportere. Eſt aũt ſenſus iſtius loci: Quiſquis erat ductus Senator ab Heraclio, hoc eſt reus factus, duci iubebat Metellus: hoc eſt, pro damnato eſſe, uel in carcerem duci. Triũ enim iſtarũ ſignificationũ iſta uox Ducere particeps eſt. *Omnia erant Metelli eiuſmodi, ut totam ſuam præturam retexere uideretur.)* Vetus: Vt non tum ſuam præturam retexere uideretur. Neutrum placet. Nam ſuam, pro eius, uix tolerabile: quanquam ita nonnunquã uſurpari uideas, ſed mehercule perquàm inſolenter. Magna in ſuſpicione ſum, huic loco integritatẽ deeſſe: quam opinionem mihi adfert illud Tum, quod in ueteri codice reperitur. quamobrem neſcio an ita Cicero ſcripſerit: Omnia Metelli eiuſmodi erant, ut non tam ſuam, quàm totam illius prætvrã retexere uideretur. Sed hanc meam diuinationẽ fides aliorum codicum uel ſubruet, uel cõſirmabit. *Vt nomine iudiciorũ omniũ bona atq; fortunæ in iſtius unius eſſent poteſtate.)* Vet. In unius iſtius eſſent poteſtatẽ. Id minus canonicũ, ſecundũ leges grãmaticas, non tamen inuentu rarũ. Cicero in orat. de C. Pompeij imperio: Quum noſtros portus, atq; eos portus quib. uitam ac ſpiritũ ducitis, in prædonum fuiſſe poteſtatẽ ſciatis. quæ lectio aſtruitur etiã ab ipſo A. Gellio. *M. Petiliũ equitem Rom. quem habuit in conſilio.)* Vetus: Quem habebat in conſilio. [illegible] ſecundum rationẽ temporis. dicit enim, quod tum fiebat.

Et qui ſciret ſe ita in prouincia rem augere oportere.) Vet. Rem agere oportere. quod rectius puto: ſequitur enim, Ne quid de libertate deperderet. quæ ætiologia minimè conuenit cum re augenda, bene aũt cum eo qui noluit obnoxiè loqui. *Pòſt illis adhibitis, quos ablegarat.)* Vetus: Pòſt illis adhibitis in conſiliũ, &c. quod uel addendũ, uel ſubaudiendũ. *Vt intelligere poſſent, in animo eius metum cupiditatẽ pugnare.)* Vetus: Metum cum cupiditate pugnare. utrumq; rectum, niſi quòd in uetuſti codicis lectione metus cum cupiditate uideatur cõmitti, quaſi in monomachia: in uulgata, ſingula inter ſe, uel ſeorſim pugnã inire. *Hominẽ innocentẽ à Sacerdote abſolutũ, indicta cauſa, de ſentẽtia ſcribæ, medici, aruſpicis cõdẽnauit.)* Vetus: Condemnat. Obſeruandum autẽ, recuperatores plerunq; ternos eſſe. *Iſtum de uobis iudicẽ, ſi uultis, habeatis.)* Vetus: Iſtum etiã de uobis iudicẽ habeatis. ut ſit accumulatio uoti. Primum enim illis Verrẽ ſenatorẽ, deinde etiã iudicem optat. *Etenim ſi illud tam eſt flagitioſum, quod mihi omnium rerũ turpiſſ. uidetur.)* Vetus: Si illud flagitioſum. omiſſa coniunctione, tam. & rectè meo iudicio: uix enim latinum eſt, aut omnino non latinum. Non enim dicere ſolemus, Tam flagitioſum, quod mihi omniũ rerum turpiſſimũ uidetur. [illegible] enim quiddã in hac ſententia, non [illegible]. Cæterùm ſi licitũ eſſet diuinare, nõ abhorrerem à tali lectione: Etenim ſi illud eſt tam flagitioſum, quàm mihi omniũ rerum turpiſſimum uidetur.

Cum uerò fidem ac religionẽ tuã alteri addictam pecunia accepta habueris.) Vetus: Cum uerò fidẽ ac religionẽ tuã iam alteri addictã habueris. *Hunc hominẽ numero iudicum habebimus?)* Vetus: In numero iudicũ habebimus. *Qui in cõſilio C. Sacerdotis fuerant.)* Vetus: Qui in conſilio C. Sacerdotis fuerant. *Attendite enim diligenter, inuenietis id facinus, &c.)* Vetus: Attendite diligenter, inuenietis enim id facinus. Omnino rectius. addit enim ætiologiam, cur ſit attendendũ: idq; operæprecium facit ut qui inuenturi ſint id facinus, etc. *Et cum apud eum non modò Thermis ſæpenumero fuiſſet, ſed etiã habitaſſet.)* Vetus: Et cum ſolum apud eum non modò nõ fuiſſet, etc. Indicat enim unius Sthenij hoſpitem fuiſſe, nec ullius alterius domicilio uſum: quod neruoſius eſt, ad pathos ex iniuria. *Etenim Sthenius ab adoleſcẽtia hæc paulo ſtudioſius comparabat.)* Vetus: Paulò ſtudioſius compararat, ut ſtudiũ elegantiarum deſiiſſe eum adoleſcentia ſubindicet, nõ adhuc inhærere. Eſt enim hic quædam tacita ſpecies [illegible], non eſſe Sthenium elegantiarum ſtudioſum affectatorem. Male enim ea res apud Romanos audiebat. *Ferebat Sthenius, ut poterat, tangebatur tamen animi dolore neceſſario.)* Vetus: Angebatur tamen dolore, &c. Priorẽ tamen lectionem magis approbo. nimius enim dolor iſtarum rerum, etiam in uitio eſt apud eandem gentem. Malim igitur, tangebatur, quàm angebatur, ob mediocritatem doloris. *Interea cupiditate iſte ille ſua, nota, atq; apud omnes peruulgata.)* Vet. Nota, atque apud omnes peruagata In priore epalleſis dictionum ferè idem ſignificantiũ, in ſecundo eſt aliquid diuerſitatis. ea enim cupiditas apud omnes peruagata dicitur, quæ ubiq; obuerſata eſt. Vix ſcio quid melius. *Etenim ut ſimul P. Africani quoq; humanitatẽ cognoſcatis.)* Vetus: Humanitatem & æquitatem agnoſcatis. Quod addendũ exiſtimo. apodoſis enim iſtius loci, indicat in facto Africani & humanitatem, qui profugos ciues in coloniam reduxerit: & æquitatẽ, quòd ablata per hoſtes, ueteribus dominis reſtituerit. *Erat etiã Steſichori poetæ ſtatua, ſenilis, incurua, cum libro, ſummo (ut putant) artificio facta, ab eo qui fuit Hymeræ.)* Vetus aliquãto caſtigatius: Summo (ut putant) artificio facta, qui fuit Hymeræ. Eſt enim illa nimis ignaua indicatio, deſcribere artificẽ ſuppreſſo nomine, à loco ubi aliquãdo fuerit. ſed mentio tota eſt de poeta, qui Hymeræ, ut aliqui uolũt, habitauit: ut alii qui, natus fuit. Interim etiam illud, Qui fuit Hymeræ, me malè habet: nimis quoq; id ſegne & frigidum eſt, cum Ciceronis propoſitũ ſit, dolorẽ oſtendere eius ciuitatis, propter ablatã ſtatuam, in quam tantopere affecti erant. Arbitrorq; legendũ, Qui fuit Hymeræ, uel ciuis, uel natus, aut certè aliquid ſimile. *Nõ, quo ipſe hortos, aut ſuburbanũ, aut locũ omnino ubi ea poneret, nullũ haberet, ſed ſi domũ abſtuliſſet, nõ diu Scipionis appellarẽtur.)* Vetus: Sed quod ſi domum abſtuliſſet, non diu Scipionis appellarentur. Videtur illud (quod) additum, melius ſuſpẽdere orationẽ, ut illa cõmodius ſequãtur, Non diu Scipionis appellarẽtur. *Aiũt ab eo literas eſſe corruptas.)* Vetus exprimit, quales eæ literæ eſſent: Aiunt ab eo literas publicas eſſe corruptas. quæ uox in prima propoſitione criminis omitti non debuit. nam poſtea ex prænarratione

utcunq;

utcunq; ſubintelligi poſſet Vrbem, agros, legeſq; ſuas reddidiſſet.) *Vetus: Vrbem & agros. & meritò loquitur de una ciuitate Thermitana, non de prouincia multarum urbium.* Iſte homo æquiſs. atq; à cupiditate omniū remotiſsimus.) *Vetus: Atq; à cupiditate remotiſsimus. omiſſa uoce, omnium. Ambigo hic mecum, an ſit legendum, Atq; à cupiditatc omni, etc.* Quæ Sthenio facta eſſet, eos ſtatuiſſe, ut quod dico poſtularetur.) *Vet. Vt hoc quod dico.* Vt omnib. nobis tacentibus ipſæ tuæ te tabulæ condemnare poſſent. quæſo codicem circumfer.) *Vetus: Cedo quæſo, codicem circumfer. Verba ſunt Ciceronis ad ſcribam, uel aliquem miniſtrum, ut librum per oculos iudicū circumferat.* Quin eum potiſsimum ex omni numero delegerit, cui improbam perſonā imponeret.) *Vetus: Cui improbam falſi cognitoris perſonā imponat.* Hic uos dubitatis iudices.) *Vetus: Hic uos dubitabitis iud.* Quæ tabula tū imperio tuo reuulſa, nunc à me reportata eſt.) *Vetus: Inde à me deportata eſt. & rectius. Non enim tabulam in locū ſuum Thermis reſtituit, ſed Romā eam ſecum ad iudiciū extulit.* Quicunq; ſenator uolueris fieri.) *Vetus: Voluerat fieri. Mox deinde:* Quamuis indignus, quamuis ex eo loco, ex quo non liceret, ſi is precio apud iſtum fieret idoneus, ut uinceret, factū eſſe ſemper.) *Vetus: Si is precio apud iſtum idoneus uinceret, factū eſſe ſemper. Neutrū ualde arridet. Fortaſsis ſic legendū, reſeruatis uerbis, ſed ordine mutato: Si is precio apud iſtū ut fieret idoneus, uinceret, factū eſſe ſemper.* Quas enim leges dat is qui habet imperium à pop. Rom. autoritatem legum dandarū à ſenatu.) *Deeſt hic coniunctio, &: ut ſit, & autoritatem legū dandarum.* Ne quis minor trigin ginta annis.) *Vetus: Ne qui minor triginta annis.*

. Cautum eſt in Scipionis legibus, ne plures eſſent ex colonorū numero, quàm ex uetere Agrigentinorum.) *Mutilum hoc, in uetere plenū: Ne plures eſſent in ſenatu ex colonorum numero. De ſenatorum enim numero, non de ciuium præſcribitur.* Vt hic amplius numerus eſſet.) *Vet. Vt his amplior numerus eſſet.* Cuius nomē exiſſet, ut is haberet Sacerdotiū.) *Vetus: Cuiū nomen exiſſet. Sic Virg. Cuiū pecus? an Melibei? neq; infrequens eſt in hac locutione Cicero.* In ea re nihil obſcurè facere uoluit.) *Vetus: In ea re iſte nihil obſcurè, &c.* Eo die Kalend. Martias proſcriberet.) *Vetus: Proſcribere iuberet. Eſt aūt hic proſcribere, alterū pro altero ſcribere, & in ipſius locum ſubſtituere: nō aūt uenale proponere, aut preciū in alicuius caput ſcripto publicè indicare.* Itaq; fit omnib. recuſantib. & implorantib.) *Mihi plenū nō uidetur, nec eſt ullum ſubſidiū ex alijs codicibus. fortaſſe talia quædā deſunt: Itaq; id fit omnibus recuſantibus, & deos hominesq; implorantibus.* Herodotus cum Roma reuertitur, dies, ut ipſe putabat, quindecim ante comitia, offendit eum menſem comitialē, comitijs iam abhinc triginta dieb. habitis.) *Vetus: Diebus, ut ipſe putabat, quindecim, &c. reliqua conſentiunt, neq; hic omnia integra eſſe exiſtimo. Addam meam diuinationem, non quò ſcopum me putem attigiſſe, ſed ut ſentiatur quid nam requiram: Herodotus cum Roma reuertitur, dies, ut ipſe putabat, quindecim ante comitia, offendit eum menſem comitialem fuiſſe, comitijs iam abhinc triginta diebus habitis.* Timarchides is ſuo labore, ſuiſq; acceſsionibus.) *Vetus: Suis acceſſionibus. idq; multo ſyncerius. fuerat enim Timarchides accenſus. ac ſtatim ibidem:* Huius negocij atq; operis moleſtiam conſequebatur.) *Vetus: Moleſtia conſequebatur.*

Hæc uerò eius ars & malitia admiranda, quòd acutiſſimè tota prouincia quid cuique eſſet neceſſe, indagari et odorari ſolebat.) *Vetus: Hæc eius ars & malitia admiranda, quòd accuratiſsimè, quid cuique accidiſſet, quid cuique opus eſſet, indagari & odorari ſolebat. Neſcio an legendum, Huius uerò ars, pro, Hæc eius ars.* Video enim eius pecuniæ ſummam eſſe pergrandem ad HS CXX millia tantum conficitur.) *Vetus: Conficietur. & in numero pecuniæ, in hoc loco uetus codex cum uulgatis conſentit. Cæterùm ſub finem orationis, ubi Cicero hanc ſummam his uerbis repetit: Nullam pecuniam ſtatuarum nomine niſi ui expreſſam, & coactam, quo quidem in crimine nō illud ſolum intelligi uolo, te ad ſtatuas HS CXX millia coegiſſe: Habet ſcriptus codex has notulas, Co Co Co coegiſſe, ut ſint trecenta millia. qui numerus, ut triplo fermè maior eſt, ita conuenit cum hoc loco qui mox ſequitur: Etenim ſi C. Verres CXX millia populum uerbi gratia Centuripinum popoſciſſet, eamq; pecuniam abſtuliſſet, non opinor eſſet dubium, quin eum, ſi tum id planū fieret, cōdemnari neceſſe eſſet. Hactenus per hypotheſim finxit minorem ſummam captam, unde tamē damnandus eſſet, ut argumentum à minore ad maius colligeretur. deinde ponit ſummam maiorem, quam ueram arbitror: Quid ſi eundem populum HS CCC millia popoſciſſet, eaq; coegit, atq; abſtulit, nū idcirco abſoluetur? quod adſcriptum eſt, eam pecuniam datam ſtatuarum nomine. Hactenus Cicero. Quòd ſi hæc ſumma non illa ipſa eſt quam exegit Verres, friget ἐπιχείρημα, quod nonnulli [illegible] uocant. Eſſe autem ſuperiorem ſummā fictitiam, indicat Cicero, cum dicit uerbi gratia, ſi ergo apodoſis quoque ficta erit, quid efficiet iſtiuſmodi illatio?*

Poſt quinquennium ſtatuarum nomine accerſat.) *Vetus: Arceſsat, quod de accuſatione frequentius dicitur.*

Ac de auertenda pecunia quæro abs te.) *Vetus: Age de auertenda pecunia quæro abs te. Mox deinde:* Vtrum ipſæ ciuitates ſolitæ ſint ſtatuas tibi faciundas locare, & ei qui poſſent optima conditione locare.) *Vbi, qui, pro, cui, uetuſto more. Qui nō riſere parētes, Nec deus hunc menſa, dea nec dignata cubili. Declinabant enim ueteres, Quis, quiuis uel quoius, qui, quem: uel ad iſtum modum, is, cuius, cui, cuem.* Cum in manifeſto furto teneare.) *Vetus: In manifeſtiſsimo furto teneare.* Sed tamen non nouo modo poſtulantur, rogant & orant.) *Vetus: Sed tamen non nouo modo poſtulant, ſed rogant & orant. Vulgata tamen meliora arbitror.* Pete potius, ne quis te inuitum polliceri aut facere cogat, nihil ergo.) *Vetus: Nihil rogo, & rectè. Nihil enim Siculus tale à Senatu uult petere, aut rogare.* Hic tibi etiam multo magis quàm antè in aratoribus uidēdum, & conſiderandum.) *Vetus: Hic tibi etiā multo magis quàm paulo antè, &c.* Quem uoles eorum teſtium quos produxero, qui in Sicilia teſtes ſint.) *Mihi iſta uerba (qui in Sicilia teſtes ſint) ocioſa uidentur, & ſuperflua.* Modò aratorū, honeſtiſsimorū hominum, & locupletiſs. maximum numerū abalienaſti.) *Vetus: Modò aratorū, honeſtiſsimorū & locupletiſs. hominum, & Siculorū, & ciuiū Rom. maximum numerū abs te alienaſti. Sed malo uulgata: poſtea enim de alienandis Siculis tractatur.* Qui maximè ab iniurijs noſtrorum magiſtratuum remotiſsimi conſueuerunt eſſe.) *Vetus: Qui maximè ab iniuria noſtrorū magiſtratuum remot*

moti eſſe conſueuerunt. Idq́; ſyncerius. nam malè cohærent duo ſuperlatiua, maximè remotiſsimi. Quòd niſi Metellum hoc tam grauiter tuliſſet, atq; illã imperio edictoq́; prohibuiſſet.) Vetus: Atq; illam rem imperio, &c. In quem ipſi cum grauiſsimo teſtimonio, quòd nunquam antea Romam mandata, legatosq́, miſiſſent.) Vetus: In quem ipſi cum grauiſsimo teſtimonio publicè, quòd nunquam antea, &c. Statuæ quæ iſtius cauſæ nihil prodeſſent, reponuntur, hic ego aliud alij concedo.) Locus hic planè mutilus, quem Vetus integritati hoc modo reſtituit: Statuæ quæ iſtius cauſæ nihil prodeſſent, reponuntur: decreta Centuripinorum, quæ de ſtatuis erant facta, non tolluntur. Hic ego aliud alij, &c. Sed multo etiam illud magis, quod ſimul demonſtrandum eſt.) Vetus: Quod ſimul demonſtratũ eſt. Et rectius. nam hoc ipſum iam oſtenderat. An hoc dicere audebis, utrũ de te aratores, utrum deniq; Siculi uniuerſi bene exiſtimẽt, ad rem id nõ pertinere.) Vetus. Vtrũ deniq; ſimul uniuerſi bene exiſtimẽt, aut quomodo exiſtimẽt, ad rem id nõ pertinere. Omnẽ te ſperabas inuidiã atq; infamiã tuã extinguere poſſe.) Vetus: Omnem te ſperaras inuidiam. Portum autem & ſcripturas eadem ſocietas habebat.) Vetus: Portum autem & ſcripturam. Loquitur autem de rationibus & uectigalib. rerum pecuariarum. Verùm accidit, ut Carpinatius, qui iam cum iſto ſumma conſuetudine, ac præterea ratione coniunctus eſſet) Vetus: Præterea re ac ratione coniunctus eſſet. Habeo ex his qui affuerant, quos producam homines honeſtiſsimos ac locupletiſsimos, iſtos principes equeſtris ordinis.) Vetus: Habeo ex his qui affuerunt, quos producam, quibus hæc committam, homines honeſtiſsimos ac locupletiſsimos, ipſos principes equeſtris ordinis. Quorum ſplendore, uel maximè iſtius qui legem promulgauit, oratio & cauſa nitatur.) Vetus: Oratio et cauſa nititur. Ergo equites Rom. qui te ſuo iudicio condemnari noluerunt.) Vetus: Ergo equites Rom. qui te ſuo iudicio condemnarant, horum iudicio condemnari noluerunt. Vides ingentem lacunam expletam. Dicam paulo amplius, nec enim iam uereor.) Vet. Dicã paulo promptius. id eſt, minus obnoxiè. Vult enim, uideri ſe hactenus metu offenſionũ nonnihil contraxiſſe libertatem loquendi. Vobis ſi facultatẽ uerè atq; honeſtè iudicandi fide & diligentia mea fecero, mihi in eo ſi ne minimum de eo curriculo uitæ.) Vetus: Si ne minimũ quidem de meo curriculo uitæ. Ne quid mecum fingam.) Vetus: Ne quid in te fingam. Qui per eos annos magiſtri iſtius ſocietatis fuiſſent. ſciebam enim hanc.) Vetus: Qui per eos annos magiſtri iſtius ſocietatis fuiſſent, apud quos tabulæ fuiſſent, ſciebam enim. En bonam partem ſententiæ in uulgatis exemplaribus omiſſam. Cum hæc paucorũ menſium.) Vetus: Paucorũ menſum. quod quia ſæpius occurrit, uiſum eſt ſemel annotare. Certè multos genitiuos in ium ita uidebis contractos in uetuſtis codicibus. Nunc hoc attendite, his exportationibus quæ recitatæ ſunt, ſcribit HS L X ſocios perdidiſſe.) Vetus: HS D C. ſocios perdidiſſe. Mirũ ſexaginta, uel in ſexagies, uel in ſexcentos uiciſsim permutata eſſe: quod noſtris temporibus ob uſum notularũ, quas cipheras uocant, procliue eſſet. Furta Prætoris quæ eſſent HS duodecies.) Vet. HS ∞ C C. Eadẽ hæc res eſt. hæc enim notula ∞ millenarij, quib. ſi addas C C, duodecies ſeſtertiũ feceris. Cæterùm hæc ſumma conſurgit ex L X millibus HS, quæ erant uigeſimæ portorio debitæ. quem numerum ſi per 20 multiplicaueris, fiunt in totum 1200000. Omnes igitur Cicero merces complectitur, non ſolummodo nudas uigeſimas. Erãt acceptæ pecuniæ è C. Verrutio, ſic tamen, ut uſq; ad alterum R. literæ conſtarent.) Vetus: à C. Verrutio, C. F. ſic tamen, ut uſq;, &c. Quid ſibi characteres uelint, nõ intelligo, nec uideo quem uſum habeant in hoc loco: tamen ut inuenti fuerunt, uiſum eſt reponere. Fortaſſe C. Caius eſt, F. Verrutius, V conſonante in digamma Aeolicum mutato. Tabulas ſocietatis in forum defero.) Vetus: Tabulas ſocietatis in forum defert. Poſtulo mihi reſpõdeat, qui ſit iſte Verrutius, mercator, an arator, an pecuarius?) Vetus: Mercator, an negociator, an arator, an pecuarius. In Sicilia an deceſſerit.) Vetus: An iam deceſſerit. Videtis extremam partem nominis, caudam illam Verris tanquam in luto demerſam.) Vetus: Partem nominis codam illam tanquam, &c. Id ſapit eam antiquitatem, quæ Ciceronis tempore in uſu erat. ſic codex, uel caudex dicitur: ola, aula: lorus, laurus. inde etiam Adrianus uiciſsim eum qui Florus erat, Flaurum appellauit. Feſtiuiter autẽ Verrem caudatũ fecit, alludens ad id quod uerres ſuem ſignificat. Magis uir inter mulieres nequam, quàm impura inter uiros muliercula.) Vetus: Magis uir inter mulieres, quàm inter uiros muliercula. ſed neſcio an uulgata exemplaria rectius ſeſe habeant. uidetur enim in hac anthypallage, ſiue anaclaſi, nequam uir & impura mulier ſeſe mutuò reſpicere, & ad contentionem committi. Non abſimile eſt illud Curionis de Iulio Cæſare, eum eſſe omnium mulierum uirum, & omnium uirorum mulierem.

ACTIONIS IN VERREM QVINTAE PARTITIO, per Barthol. Latomum.

Hæc actio rem frumentariam continet, & in tres partes diuiditur: frumentũ decumanum, emptũ, & æſtimatum. Exordio beneuolentiã captat ab accuſandi periculo, quam legem ſibi præſcribat is, non præſentis modò exiſtimationis, ſed etiam in futuram uitam, qui ad alios accuſandũ deſcenderit. Deinde reſpondet obiectionẽ Hortenſij, & reddit rationẽ accuſationis huius, nõ quam in Diuinat. poſuit, ſed à communi bonorum uirorum officio ſumptam: eandemq́; exaggerat indignando contra aduerſariorũ improbitatem. Poſtremò poſtulat attentionẽ, eoq́; ipſo accedit ad propoſitionem. Propoſitio tripartita conſtituitur, de frumẽto decumano, de empto, de æſtimato: quem ordinem in confirmatione perſequitur. Cõtentio ſiue criminũ explicatio tractatur ſicut in præcedentibus actionibus, narratione uniuſcuiuſq; criminis, ac ſubiecta cõfirmatione, interpoſitis interim amplificationibus. De frumẽto decumano initiũ ſumit à narratione generali, exponens breuiter iura et uectigalia agri Sicilienſis, ad intelligendã criminũ rationẽ: quæ multa et uaria deinde perſequitur cõmiſſa in ciuitates et aratores, partim in exigẽdis decumis ad arbitriũ decumanorũ, ſublata lege Hieronica: partim in pecunia frumẽtario nomine exigẽda. Eumq́; locũ grauiter amplificat, à perdita et uaſtata prouincia: coniecturisq́; ac teſtimonijs oſtẽdit, Verrẽ ſociũ decumanorũ fuiſſe. In empto frumento oſtẽdit pecuniã publicam ad emendum frumentum interuerſam fuiſſe à Verre, & ad commoda ipſius redactam. Idq́; triplici furtorum genere, fœnerando apud ſocietates, à quibus pecunia attributa fuerit:

fuerit: non ſoluendo aratoribus, & detrahendo quantum collibuiſſet. Item totam pecuniā & datam ex publico frumenti nomine, & acceptam ab Haleſinis, ab eodem ablatam fuiſſe. Tum deductiones factas ſcribæ, & collybi, & ærarij nomine, cum pecunias aratoribus pro frumento numeraret. Eoq́; in loco inuehitur tam in ſcribam, quàm in Verrem pluribus uerbis, & commouet indignationem. Circa æſtimatum frumentum ita improbè & iniquè actū eſſe demonſtrat, ut doceat dimidio pluris Verrem, quàm Senatum in cellam æſtimaſſe. Quo in loco occurrit ad omnem aditum defenſionis, ad confirmādam improbitatem: & indignitatem iniuriæ oſtendit in aratores: & indicat quanta licentia peccādi futura ſit, ſi huic crimini ignoſcatur: & profert diſsimilium exemplorum collationem. Concluſio habet indignationem ab iniuriæ magnitudine, et ab incerto ruſtici laboris euentu: admiſcetq́; criminum explicatorum enumerationem.

IN EANDEM ACTIONEM in Verrem quintam, Eubuli Dynateri Scholia.

ARGVMENTVM.

C. Verres Siciliæ Prætor, *cum multa nefanda, impia & crudeliſsima in Siculos facinora perpetraſſet, pretura defunctus, à Siculis repetundarum reus in iudicium uocatus eſt. Siculorum enim opes multis fraudibus, dolo, ui in priuatum uſum transtulerat. Conſcium facinorum ſuorum, auaritiæ atq; rapacitatis, habuit Apronium, uix liberum (ut Cicero inquit) hominem, cui ſumma rerum commiſſa erat, ut decumas uendere, frumentum emere, æſtimare, & lucrum ſibi placitum hinc ſumere liceret. Accuſabatur & multis alijs nominibus Verres, quorum ſcelerum capita in prioribus orationibus habentur. Quarum prima tantum & ſecunda in iudicio habitæ ſunt. Reliquas posteriores domi ſcripſit Cicero, in iudicio Verrē adeſſe, & à ſe accuſari fingens. Summa autē totius quintæ actionis, Res frumentaria eſt. Diuidit hanc in tria capita. primum enim de decumano, hinc de empto, poſtremò de æſtimato frumento diſſerit. Vehemens in his omnibus Cicero eſt. multis enim, uarijsq́; argumentis eum iniuſtè egiſſe conuincit. Quare ſtatus orationis huius eſt iudicialis, omnia penè eius conſtitutionis capita continens. ipſum enim contra naturam, legem, conſuetudinem, iudicatum, æquū et bonum pactumq́; feciſſe indicat. Cōparatione interdū utitur: Num penes ipſum fuerit, immutare antiquas leges Siculorū, & conſuetudines. Criminis translationē nullā hic eſſe docet, quia Apronium Verris cōſilio, Verris imperio, et Verris autoritate omnia egiſſe oſtēdit. Conceſsionē (quæ tertia Aſſumptiuæ Iuridicialis conſtitutionis pars eſt) omnino proſternit, cum eum non neceſsitudine, non imprudentia, non fortuna aut caſu in horū ſcelerum colluuiem incidiſſe conuincit. Reliquū ergo eſt, omnia hæc conſilio ſano, & auaritiæ ſtimulis facta eſſe. Quæ purgationis confutatio tam uehemens, nullū etiam deprecationi locum relinquit. Coniecturæ uerò hic plurimæ coincidunt, utpote cum auaritia & lucro ſuo permotum fuiſſe ad hæc oſtendit. Affert ibi ſigna rei euidentiſsima, quæ cum eò uentum fuerit, exponemus.*

Reliqua abundè in Partitionibus ſuis Latomus.

Omnes qui alterum Iudices.) Exordiū orationis huius mirificè tractatur. Incipit à generali ſententia, quam Pronunciatorū loco quaſi teſtimonium proponit. Cum etenim beneuolentiæ, attentionis & docilitatis ratio in omni oratione imprimis habenda ſit, & nihil perinde beneuolentiam apud honeſtos iuſtosq́; Iudices quàm honeſtatis rationes pariant, rectiſsimè Cicero iiſdem quam uult iudicum beneuolentiam ſibi conciliare parat. Gnomen ergo, ut dixi, præmittit, quæ oſtendit quidnam is qui accuſatoris partes ſuſcipere inſtituit, obſeruare debeat. hunc enim ſibi omnium actionum liberam poteſtatem præſcindere, & uiuendi exactiſsimum moleſtiſsimumq́; modum ſibimet iniungere docet. Hoc quàm periculoſum ſit, exemplo Craſsi eleganter indicat. Exponit deniq; ſe omnium grauiſsimum onus ſuſcepiſſe, quoniam nullius criminis defenſionem ſibi in poſterum reſeruare poßit, qui talem reum peragat, qui omnibus criminibus obrutus, & cunctorum ſcelerum mancipium ſit. In eo ergo omnia ſcelera accuſare cogitur. Qua ratione itaq; beneuolentiam iudices huic negarent, quem honeſti rationibus permotum, & uirtute impulſum, tam graue & moleſtum ſuis humeris onus imponere uident? Secunda beneuolentiæ captandæ ratio à Republica deſumpta eſt, cum eum ſe accuſare dicit, quem omnes odio & inuidia perſequantur: Romanæ ſcilicet reipublicæ peſtem, ſummamq́; infamiam. Attentionem parat, cum quid antehac Verres egerit, oſtendit: & grauia eſſe hæc de quibus nunc dicturus ſit. Docilitas hic multis inculcatur. oſtendit enim plurimis, quæ Verris crimina, & quæ nam in hoc accuſanda ſint. Eſt etiā Exordij pars, obiectionis confutatio contra Hortenſium. Se etenim iuſtè accuſare conuincit, argumentans ab officio, & enumeratione Verrinorum facinorum, quam pulchra antitheſi exornat. Hæc exordij ſumma: nunc ſingula diligentius excutiamus. Omnes qui alterum Iudices, &c.) Quoniā nihil in perfecta oratione mutilum, & ſuo deſtitutum præſidio proponi debet, uideamus quomodo primam illam exordij ſententiam Cicero & probet & exornet. Omnis argumentatio, ut autor ad Herennium docet, quæ abſolutiſsima eſt, quinq; cōſtat partibus: Propoſitione, ratione, rationis confirmatione, exornatione, & complexione. Propoſitio hic eſt: Omnis accuſator, quid negocij in omnem uitam ſuſcipiat, conſiderare debet. Ratio breui ſubiectione hoc uerū eſſe demonſtrat: Legem enim ſibi indicunt omnium uirtutū, qui ab alio rationem uitæ repoſcunt. Satis nunc hoc uehemens uidebatur. Quàm enim hoc moleſtum & graue ſit, nemo eſt qui non intelligat. Sed mox rationis confirmationem ſubiungit, qua cauſam ponit, ob quam accuſator omnium uirtutū legem ſibi indicat. Si quis enim hoc ſibi ſumpſit, ut corrigat mores aliorum, quis huic, ſi quādo ipſe ab religione officij diſceſſerit, ignoſcat? Hinc deinde concludit, id quod ad beneuolentiam ſpectare uidebatur, hunc ſcilicet ciuem utiliſsimū eſſe, qui ſeipſum neceſsitate quadam ad bene agendum cogat. Sed mox ſuperiorum rationum Exornatio ſequitur, quæ in Craſsi & iuuenum oratorum exemplis conſiſtit, & in qua partium enumeratione probat quàm exactam uiuēdi normam is ſibi præſcribat, qui aliorum morum cenſor haberi uult. Complexio omnium horū breuis eſt, & generalis ſententia: Turpe eſt doctori, cum culpa redarguit ipſum. Nullis impulſi inimicitijs.)

citijs.) Repetitio hic eſt, & exornatio uerborum, quam Membrum uocant, quæ cum triplex eſt, (ut hoc loco) eſt perfectiſſima. Appellatur autem membrum, res breuiter abſoluta, ſine totius ſententiæ demonſtratione: quæ alio membro orationis deinde excipitur. In omnem uitam negotij.) Oneri hic negotium, utpote maius opponitur. hoc enim magis diuturnum, illud minus uidetur. Et onus præſentium, negotium plerunque futurorum temporum eſt. & pro cura, moleſtia, & ſolicitudine ponit, ut apud Terentium: Poeta cum primum animum ad ſcribendum appulit, id ſibi negotij credidit ſolum dari, &c. Quapropter hoc etiam.) Argumentum ab effectu eius, qui aliquem Reipub. cauſa accuſat. Vtilitas enim, quæ à pluribus ſpectatur, duplex eſt. Nam ciuem improbum à Republica remouet, & ſeipſum bonum fore profitetur, & præſtare cogitur. Communi uoluntate uirtutis.) Eſt in hominibus aliquod adhuc à natura uirtutis ſtudium nam (ut Cicero lib. 1. de Natura deorum ait) uirtute nihil amabilius. & 1. de Finibus bonorum & malorum oſtendit, uirtutes propter uoluptatem expeti. Sed cum corrupta in homine natura plus quàm latens illa in nobis uirtutis ſcintillula ualeat, non modò communi illa qua omnes afficimur erga uirtutem uoluntate, ſed neceſſitate quadam opus eſt: quam qui habuerit, eum Cicero aliquid in uirtute præſtanda poſſe exiſtimat. Hæc autem utraq; parantur tum, ſi aliorum morum ueri correctores eſſe uoluerimus.

Ex homine clariſſ.) In exemplis adducendis commendatione opus eſt, quam & hic obſeruat: ſed breuibus abſoluit, quia erat notiſſimus. nam (ut Valerius Max. ait) tantus erat apud iudices L. Craſſus, quantus apud P. C. Aemilius Scaurus. ſiquidem eorum ſuffragia robuſtiſſimis & fœliciſſimis eloquentiæ ſtipendijs regebat: eratq; ſic fori, ut ille curiæ princeps. Quo minus etiam perſpicitur.) Secundum exemplum oratorum iuuenum quod latentem habet obiectionem. Ardua res accuſare nō eſt. quia hoc tritum & uulgare eſt. Diluit hoc, dicens ab his fieri, qui non curarum & periculorū rationem tantam, quantam gloriæ & laudis habeant. Atq; hoc ego plus.) Tranſit ad ſuam perſonam. hactenus enim de omnibus accuſatoribus in genere dixit: nunc ſuam hanc actionem oſtendit omnium eſſe periculoſiſſimam. Argumenti uis eſt in comparatione minoris ad maius, ſiue unius partis ad totum. ut, Si onus hic ſuſcipit, qui unius criminis reum peragit: An non ego maximum onus ſubeo, qui in uno homine omnia ſcelera accuſo? Minus autem illud comparationis membrum, accurata commoratione & expolitione tractat, partes nonnullas ſcelerum enumerans. nam ſi ea cum quibus noſtra comparamus, humiliora fuerint, exornationibus expolienda erunt. Vnde & Cicero hac minoris expolitione, ſuam actionem (quod maximè oſtendere conatur) periculoſiſſimam eſſe conuincit. Ego in uno homine omnia.) Emphaſim hoc habet, quod has quaſi contrarias particulas coniungit, Vnum ſcilicet & Omne. facit hoc ad clariorem rei ſenſum, & argumenti uehementiā. Sed etiam oris.) In odium Verrem rapit. eum enim in iudicio quoq;, & aduerſæ fortunæ caſibus contumacem & ſuperbum eſſe demonſtrat. Eſt autem effictio, ſeu notatio quædam: quæ utilitatem magnam habet, ſi quid oſtendere uelis: & uenuſtatem, ſi breuis ſit, & dilucida. Patior non moleſtè.) Idem quod antè dicit, per expolitionem, in qua iucundum & neceſſarium inter ſe confert, quod huius actionis grauitas magis eluceſcat. Et in hoc homine.) Hæc illa exordij pars eſt, cuius ſuprà meminimus, qua Hortenſij obiectioni reſpondet, cauſam adducens, ob quam hanc accuſationem intendat. Mitto iam rationem.) Occupatio, qua ſummas huius accuſationis cauſas ſe præteriturum dicit, non tamen ſine ratione harum mentionem faciens. Has autem cauſas nunc omittit, quia de his in prima oratione (quæ Diuinatio inſcribitur) abundè diſſeruit. Inimicitiæ cauſam iam declaraturus eſt. An tu maiores ullas.) Obijcit Hortenſius: Indignum eſt, Ciceronem tam acriter in Verrem inuehi, nulla priuata adductum inimicitia. Diluit Cicero, per definitionem inimicitiarum, & enumerationem facinorum Verris: quæ ſingula cum ſua uoluntate, ſui animi affectu & uirtute confert: ut hinc pateat iuſtiſſimas ei cum Verre inimicitias eſſe. Argumenti forma hæc eſt: Inimicitiæ maiores non ſunt, quàm contrariæ hominum ſententiæ, ſtudiorum et uoluntatum diſſimilitudines: Mihi cum Verre contrariæ ſententiæ, & nullæ ſtudiorum ſimilitudines ſunt: Ergo inimicitia mihi cum eo iuſta & maxima eſt. Maiorem non probat: per ſe enim clara eſt. Si enim amicitia bonorū conſenſio eſt in diuinis & humanis, & ſi ſine uirtute nulla amicitia cōſtat, quemadmodum multis locis diſputat Cicero) manifeſtum eſt, bonis cum malis amicitiam ne minimam quidem poſſe exiſtere. Minorē, quia ad cauſæ ſuæ confirmationē & odiū Verri conciliandū plurimū ualebat, copioſe tractat: pulchra cōparās antitheſi Verris facinora, ſuūq; ſtudiū. Et hiſce rite inter ſe collatis, colligitur iuſtas contra Verrem inimicitias Ciceronē exercere, quod erat probandum. Cauet aūt Cicero, ne inſolentior uideri poſſit, & ob hoc in comparatione illa tam ſuum quàm Verris nomen reticuit. Propria enim laus ſordet: & Verris facinora erant notiſſima, celato licet autoris nomine. Obſeruanda autem hic mira uerborū copia, qua orationem & & auget & intendit. Primum enim ponit, Non inimicum eſſe: deinde, Animo æquo uidere, non infeſtiſſimum eſſe, non concitari, non plus etiam quàm inimicum eſſe, et alia hiſce ſimilia. Videmus quantum ornatus, elegantiæ, acrimoniæ & uehemētiæ, hæc copiæ uarietas pariat: quæ & in aliorum ſcriptis examinandis, & in noſtris maximè obſeruanda erit. Ex thenſarum orbitis.) Thenſæ, ut Aſconius tradit, ſunt ſacra uehicula, pompa ordinum & officiorum. Notat autem hic ſacrilegia Verris, quib. ne minimis quidem leuiſſimiſq; rebus, unde lucrum ſperabat, pepercit. An ſi qua in re.) Aliud argumentum à minori ad maius. Si una tantum in re me priuatim læſiſſet, iure ei inimicus eſſem: Cum omnes in omnib. rebus læſerit, me inimicum iure eſſe negabis? Probat etiam ab exemplo, ſe meritò odiſſe, cum totus hunc populus & omnes boni oderint. Adiungit hiſce in eadem periodo & tertium argumentum, ab officio ſuo deſumptum. Quid illa, quæ.) Recriminatio ponitur. Non enim Ciceroni ſufficit, oſtendiſſe ſe hunc meritò accuſare, niſi etiam conuincat Hortenſium & reliquos Verris fautores iniquiſſimè agere, quòd tam impuram beluam amplectātur. Nam (ut Aſconius tradit) defendebatur Verres à Metellis, Scipionibus, & multis alijs uiris nobilibus: inprimis aūt Hortenſio, qui tunc princeps curiæ ob nobilitatē, & rex fori ob eloquentiam uidebatur. Hos ergo cum nulla alia ratione liceat refutare, iniquiſſimè agere oſtendendum eſt, & in contemptum, inuidiam, odiumq; rapere oportet. quod hic

uehementiſſimè Cicero facit, cum nouos homines contemni, induſtriam proculcari, frugalitatem deſpici, ingenium & uirtutem deprimi ab illis clamitat: cumq́; auaritiam illorum detegit, quod non uirtute & honeſtis ſtudijs ipſius Verris, ſed muneribus adducti, eum in fidem ſuam receperint. Nam (ut Plutarchus teſtatur) inter alia & ſphinga eburneam à Verre Hortenſius accepit. Hæc autem cum à bonis æquo animo audiri non poſſint, quin ſummam hiſce indignationem concitent, copioſius exponuntur. non enim minimus ad uictoriam gradus hic eſt, ſi nos gratos, aduerſarios autem inuiſos reddere poſſimus.

Quid hoc cuiquam.) Deplorat temporum illorum miſeram conditionem, ubi non uirtute, ſed auro honores compenſabantur. Poſſunt hæc non ineptè de noſtris quoque temporibus dici. nam, Aurea nunc planè ſunt ſecula, plurimus auro Venit honos. Ridiculam autem & inuiſam facit Verris cauſam, iocoſa illa eiuſdem cum L. Mummio comparatio. Verum hæc dicentur.) Comminatio, quæ plurimum ualet in indignationibus. terret enim malè ſibi conſcios. Superiore omni.) Sequitur alia exordij pars, attentio ſcilicet. Rogat ab anteactis, & rei ipſius magnitudine. Addit poſtremò honeſti rationem, quam uelut aculeum ultimo loco ponit, ut hoc commoti, non dedignentur grauiſſimam accuſationis partem audire, qui antea in leuioribus attenti fuerint. Nunc tractare.) Docilitas hiſce paratur, quæ non plurimum ab attentione differt, niſi quod orationis ſcopum paucis adumbrat. Dociles enim auditores habebimus, ſi attenti fuerint. Obſeruantur autem hic attentionis præcepta ferè omnia. De magnis enim grauibusq́;, de nouis & ad rempublicam pertinentibus ſe dicturum promittit. Obſeruandum porrò eſt, quòd in enumeratione eorum quæ hic obſeruanda eſſe ait, hoc quod maximum, & ad perſuadendum uehementiſſimum eſt, poſtremo loco poſuit, uitam ſcilicet uictumq́;: ut hoc non modò ſuaderet, ſed & cogeret iudices attentos eſſe, cum ſe uitam uictumq́; aliter retenturos non eſſe audirent. Neminem ueſtrûm præterit.) Narrationis loco pauca in Siciliæ encomium præmittit, quòd hæc ſcilicet re frumentaria Romanam rempublicam ſubleuet. Teſtantur hoc inter alios hiſtoricos multis in locis Liuius, & Appianus. Ea cauſa tripertita.) Secunda huius orationis pars eſt, Partitio, qua breuiter proponit, quæ nam de re dicturus ſit. Et diſtributa eſt expoſitio eorum quæ hic tractantur. Tria in hac ſunt capita, frumentum emptum, decumanum, & æſtimatum: quæ ſingula eo quo propoſuit ordine perſequitur. Nam ut Cicero de Inuentione libro primo inquit, meminiſſe oportet, ut & prima quæque pars, ut expoſita eſt in partitione, ſic ordine tranſigatur, & omnibus explicatis peroratum ſit hoc modo, ut ne quid poſterius præter concluſionem inferatur. Facit hæc dilucida partiendi ratio plurimum ad auditoris iudicium: certas enim res auditor animo percipit, & quando peroratum ſit, intelligit. Inter Siciliam.) Initium hic ſumit tertia orationis pars, quæ contentio ſiue criminum explicatio uocatur. Tractatur in hac tota res frumentaria perperam & iniquiſſimè à C. Verre adminiſtrata, quam (ut modò diximus) eo ordine quem ſuprà propoſuit perſequitur. & primùm de decumis diſſerit: oſtendit grauiſſimas C. Verris iniurias, quibus ciuitates Siciliæ, ciues Romanos & aratores afflixit. Quo autem clarior iniuriarum expoſitio eſſet, priſtinum Siciliæ ſtatum, antiqua iura & maiorum leges exponit: ut hinc intelligi poſſit, quomodo ante ſub regibus, poſtea ſub Romanis, quibus legibus moribusq́; & qua conſuetudine uixerint, deinde in quam miſeriam à Verre Prætore redacti ſint. Faciunt hæc ad miſericordiam Siculis, Verri inuidiam odiumq́; concitandum.

Stipendiariū.) Vectigal hoc erat, quod Romani ijs quos bello deuicerant, mulctæ loco imponebant, ut belli præteriti pœnam & ſeditionis rebellionis' ue terrorem illis incuterent: quale Carthaginenſium tributum fuit apud Appianum, in libro qui Libycus inſcribitur. Siciliæ ciuitates.) Potentiſſimi olim fuerunt Siculi, maximè cum prima Aphricani belli origo contra Romanos exoriretur. Regem tum habuerunt Hieronem uirtutibus inſignem, qui Carthaginenſiū ſocius cum multis aduerſis cum Romanis prælijs conſeruiſſet, pacem petens in Romanorum amicitiam receptus eſt. Rege autem hoc mortuo, & Hieronymo regnante, defecere ad Hannibalem, & à Marcello rurſum Romanorum imperio ſubiecti ſunt. Vide Liuium libro quinto, Decadis tertiæ: & Flori epitomen Decadis ſecundæ: & libro ſecundo, capite ſexto, de Bello Punico. Notandæ autem hic dictiones ſunt, quibus Cicero utitur. Siculos enim in amicitiam fidemq́; receptos eſſe dicit, ut eodē quo antea iure eſſent. Latet in hoc quædam argumenti uis, quæ Verrem iniquiſſimū fuiſſe oſtendit, quod Romanæ fidei creditos tam malè tractauerit. Perpaucæ Siciliæ ciuitates.) Inter quas & eius regni metropolis Syracuſa fuit, uetuſtate & diuitijs conſpicua, quæ Archimede mathematico aliquandiu defenſa, tandem capta eſt, ad cuius captiuitatem Marcellum illacrymaſſe tradit Liuius. Videte nunc.) Applicatio ſuperiorum ad actionem ipſam, qua oſtendit Verris iniquitatem, qui tam antiqua inſtituta immutare auſus fuit. Facit autem hoc amplificatione quadam, qua Siciliam laudat, & Romani magiſtratus diligentiam fidemq́; in Siculos depingit. Subſidium belli.) Vnde & Florus libro quarto, capite ſecundo, Siciliam Sardiniamq́; annonæ pignora uocat. Hic primus inſtituta.) Hæc in ipſum Verrem diriguntur magna emphaſi, & enumeratione eorum quæ Verres ſubuertit: quæ fit per aſyndeton, cuius magna in oratione uehementia eſt. celeri enim ictu corpus aduerſarij quaſi ſauciari uidetur. Sed & incrementum hic animaduertendum eſt: nam ueluti gradatione quadam ſingula ſeſe conſequuntur. Inſtituta enim omnium, maiorum conſuetudo uincit, hanc amicitiæ conditio ſuperat: ſed his omnibus ius ſocietatis tanquam ſacroſanctum anteponendum eſt. Verris uerò crudelitatem, & furentem immutandi libidinem, Conuellendi uerbo graphicè deſcribit, quo rabiem crudelem, non tamen imprudentia commiſſam oſtendit. Qua in re primùm.) Duo in hoc facto reprehendit. primum, quod noui aliquid in re tam uetuſta excogitarit: ſecundum, quod excogitatam rem nouam ſine magiſtratus conſilio iuſſuq́; promulgauerit. In omnibus enim factis, non modò ipſum factum per ſe, ſed & modum quo aliquid factum eſt, inſpicere oportet. unde ſæpe colligemus, factum per ſe bonum, peſſimo modo adminiſtratum, perniciosiſſimum fuiſſe. Primum autem illud eludit magis Cicero quàm confutat. Facit enim hoc ad inuidiam & contemptum Verri conciliandum. Sarcaſmos autem eſt, quo antecactam eius uitā mirè irridet & uituperat, ingenioſum eum appellans per ironiam,

niam, qui in bonis legibus peruertendis, & nouis ſanciendis peſtilentiſſimus fuit. Sed in ſecundo illo crimine hæret diutius. In edictis prætorijs.) Edicta prætoria & cenſorias leges ſuprà quoque poſuerat: nunc uerò emphaſis cauſa repetit, quo eius impudentiam plenius demonſtret. Prudentem uerò & exercitatum, ut ſuprà, per ironiam uocat. Sed quod tua ſponte.) Intentio criminis uehemens. duplici enim interpretatione exponit, quid ſit ſua ſponte aliquid agere. Deinde cum reprehendo dixit, mox accuſo ſubiungit. Hoc autor ad Herennium interpretationem uocat, & efficacem eſſe ait. Neceſſe enim eſt auditoris animum commoueri, cum grauitas prioris dicti renouatur interpretatione uerborum. L. Octauio & C. Cottæ.) Secundæ reprehenſionis pars eſt, cur ſua ſponte iura Siciliæ immutarit? Hoc quàm iniquè fecerit, exemplo declarat Conſulum, qui cum à Senatu permiſſam poteſtatem haberent, legem tamen Hieronicam immutare noluerunt. Tractatur hoc exemplum comparatione pulcherrima minoris ad maius. Opponuntur autem hic & comparantur inter ſe, omnes utriuſq; partis circumſtantiæ, Conſules ſcilicet & Verres, hoc modo: Prudentiſſimi uiri, & homo minimi conſilij: ſumma autoritate præditi, & nullius autoritatis exiſtens: hi quibus Senatus & populus permiſerat, & is qui iniuſſu populi & Senatus fecit: Siculus unus recuſans, & tota recuſans Sicilia: amplificatio & detrimentum uectigalium: nomen Hieronicæ legis, & lex tota. Poſtremum uerò illud de lege Hieronica caput, quia plurimum ad huius cauſæ confirmationem faciebat, fuſius tractat. Non enim ſatis ualidum argumentum eſt: Hæc res tot ſeculis & inter tot eximios uiros immutabilis ſemper fuit, ergo ne nunc quidem mutari debebat. Deplorandum enim eſt magis, quàm exultandum, ſi res aliqua pernicioſa tanto temporis ſpacio incolumis perſtitit. Quare niſi rem pernicioſam fuiſſe oſtenderimus, malam eius rei commutationem fuiſſe non apparet. Diutinæ enim & bonæ conſuetudinis abrogatio damnanda eſt: ne ergo idem Verres obijcere poſſet, legem hanc Hieronicam mirè commendat, autorem eius iuſtitiam & æquitatem prædicans. Summa itaque argumenti in hoc eſt: Quæ multis ſeculis immutata non ſunt, & ad reipublicæ ſalutem faciunt, immutare iniquum eſt: Lex Hieronica reipublicæ ſalutaris, & multis ſeculis immutata perſtitit: Ergo legem Hieronicam immutare iniquũ fuit. Maior manifeſta eſt, nec ulla probatione indiget. Minorẽ mirè amplificat & probat: Quia nec arator decumanum fraudare, nec decumanus aratorem iniuria afficere per hanc legem poterat: Colligitur ergo, Verrem in legis ſublatione iniquiſſimum fuiſſe, quod erat probandum. Vt neque in ſegetibus.) Probat legem Hieronicam talem fuiſſe, ut arator decumanum fraudare non potuerit. Argumentum à partibus ſumptum eſt. Obſeruandum autem eſt, tribus modis ex partium conſideratione argumenta duci: nam ex remotione ſingularum & omnium refellimus, aut uniuerſale ex unius reiectione refutatur, aut idem ex coaceruatione omnium, aut magnæ partis affirmatur. Primus modus ex negatione eſt, quo & hic Cicero utitur: omnes enim negat partes fraudis & doli, quibus decumanus ab aratore decipi poſſet. Qui enim ex partiũ remotione argumẽtari uoluerit, cautus ſit oportet, ut omnes partes enumeret: ſi etenim una tantũ neglecta ab eo fuerit, uniuerſale eius unius partis negatione infringi poterit. Cũ hæc eſſent.) Adaptatio ſuperiorum ad Verris cauſam, quæ iniquitatem eius mirè amplificat. Vehementiam habet hæc correctio, quòd eum non commutauiſſe; ſed euertiſſe dicit. Odium quoq; parit Verri comparatio hæc, quæ cum ad publicam ſalutem comparata, in priuatos & turpiſſimos uſus conuertiſſe ait. Poſtremò à decumanorum perſona oſtendit, quàm iniquè egerit: quoniam non decumanos, ſed cupiditatum miniſtros inſtituiſſe demonſtrat. Per quos oſtendam.) Promiſſio hæc attentionem parit. Solent enim rhetores, ſi ad arduum aliquod actionis caput peruenerint, attentionem paucis ſibi conciliare.

Eorum omnium qui.) Copioſe deſcribit per proſopopœiam, uel notationem (ut autor ad Herennium uocat) perſonam Apronij, cui ſummam rerum in decumis Verris crediderat. Hæc autem ſic inter ſe miſcet, ut ex Verris perſona Apronius, & ex Apronij Verres cognoſci poſſit. Apronium uerò ſceleſtiſſimum eſſe, argumento à pronunciatis probat: quia grauiſſimæ legationes de eo conqueſtæ ſunt. Secundò ab adiacentibus eum deſcribit: quia impudens & ſalax, contumax & ſuperbus. Hoc autem probat argumento à comparatis: An non eum in Siciliæ præfectura ſceleſtiſſimum fuiſſe iudicabitis, qui nunc in aduerſa fortuna tantam oris proteruiam præ ſe fert? Spiritus.) id eſt, ſuperbiam & arrogantiam: ut & Homerus Græcos μένεα πνείοντας appellat. Sui ſimiles.) Graculus enim aſſidet graculo, & ὡς τὸν ὅμοιον ἄγει πρὸς ὅμοιον. neque parum ad animorum coniunctionem morum ſimilitudo facit. Si poteſtis.) Magna in hiſce duabus dictionibus energia latet. his etenim oſtendit, Verrem Aproniumq; tam profligatæ uitæ fuiſſe, ut nullus hiſce alius ſimilis conferri potuerit. Immenſa aliqua uorago.) Rem ipſam quam hic tractat oſtenſiurus Cicero, uerbis rei conuenientibus utitur. Faciunt hæc orationem grauem, & uehementiorem. Ille erat.) Complexio breuis eorum quæ hactenus deſcripſit. Res etenim non proponenda modò, exponenda & expolienda eſt, uerumetiam in ſummam per complexionem eſt redigenda: ut ea quæ hactenus fuſe auditor audiens minus intellexit, poſtremò in unum locum conſtipata, quaſi ob oculos poſita uideat. Cum accubante.) Rem turpem commodis uerbis proponit, quibus Verri odium conciliat. Sed & Plutarchus teſtatur, Verris filium pudicitiæ minus liberaliter proſtitutæ infamiam tuliſſe. Vnde & Cicero alicubi à Verre molliciei damnatus, reſpondit: Intus cum filijs hæc tranſigenda ſunt. Hunc, uti dicere.) Perſonam ſuis notis deſcriptam, nunc ipſi cauſæ accommodat. Hac, inquit, perſona non modò ad libidinis ſeruitium uſus eſt priuatim, ſed & huic publicè ſocios Romani populi Siculos uexandos præbuit. Oſtendit ergo Cicero, hactenus cauſam ipſam efficientem horum ſcelerum, Verrem ſcilicet, turpiſſimam fuiſſe: cauſam præterea adiuuantem (quam Rodolphus Agricola miniſtrantem uocat) fuiſſe pernicioſiſſimam. Nunc qui finis harum cauſarum fuerit, docet. Per ſe autem manifeſtum eſt, malarum cauſarum malos eſſe fines. Quorumcunque enim efficientia bona fuerint, eorum effecta bona ſunt, & contrà. Huius audaciæ.) Amplificationem ſingulorum adhibet, cum Apronium non audacem, ſed audaciam: non nequam, ſed nequitiam: non crudelem, ſed ipſam crudelitatem uocat. Opponuntur autem hiſce atrociſſimis dictionibus non

ſine miſericordiæ commotione, fideliſſimi ſocij & optimi ciues. Traditos iudices, atque addictos fuiſſe, nouis.) Modum facti amplificat, non ſubdidit modò aut tradidit Apronio Siculos, ſed addixit, quod grauiſſimum eſt. Addicere enim, aliquid certo alicui deſtinare ſignificat. & addicere Prætor dicebatur, ſi debitorē creditori tradebat, ut in ipſum & uitæ & necis haberet poteſtatem. Preterea autem egregiè & breuiter quæ hactenus dixit repetuntur. Addixit, inquiens, Apronij audaciæ, nequitiæ, & crudelitati, nouis inſtitutis & edictis, tota Hieronica lege ſublata. Quæ cum ſingula per ſe pondus habeant, in unum condenſata plurimum ualent.

Primum edictum Iudices audite præclarum.) Hactenus uniuerſalia, nunc ipſa ſingularia tractat. huc uſque enim non aliud quàm Verris iniquitatem & flagitia oſtendit, quibus legem optimam (Hieronicam ſcilicet) ſuſtulerit, & iniquiſſimam ſua libidine conſtituerit. nunc uerò ſingula huius Decumanæ legis capita examinat, quid'ue iniquitatis in his reconditum ſit, diſcutit. Primum itaque proponit legis caput, quo tantum arator dare cogebatur, quantum imperaſſet Apronius. In cuius ſententia exponenda, pulchra uerborum exornatione utitur, quam autor ad Herennium ratiocinationem uocat. ſæpius enim ſe interrogat, & uniuſcuiuſque propoſitionis rationem petit. Hæc autem exornatio ad ſermonem uehementem accommodata eſt, & animum auditoris retinet attentum, tum uenuſtate ſermonis, tum rationum expectatione. Hoc uerò caput confutat, quia tyrannicum, & quia contra Siculos ſocios conſtitutum eſt.

Per deos immortales.) Exclamatio, propter rei indignitatem. hæc etenim ſi in loco adhibeatur, plurimum in indignationibus ualet. Ad amplificationem autem hoc plurimum facit, quòd ſe licet inimicus ſit, hoc non crediturum ait, niſi tota Sicilia & ipſius Verris edictum approbaret. Vnde ad huius probationem argumento à pronunciatis utitur, & ſuo hunc gladio iugulat. Obſeruandus autem hic ueterum mos eſt, quo edicta & chirographa, non oratores, ſed ſcribæ illis aſtantes recenſere ſolebant, quemadmodum & apud Demoſthenem uidere licet.

Iudicio ut arator decumanum perſequatur?) Octupli iudicium decumano iniquo Verres conſtituerat, non quòd eos punire in animo haberet, ſed prætextum iniquitati ſuæ obducere conabatur. Poterat autem hoc Ciceroni obijci. Verùm & hoc diluit argumentis, ex omnibus iuridicialis ſtatus capitibus deductis. Primò enim oſtendit, hoc eſſe contra conſuetudinem & pactum: quod exemplis aliarum prouinciarum probat. Secundò, contra legem eſſe dicit: iniquum enim aratorem petere, cum id decumani ſit officium. Tertiò, contra naturæ leges & communes animis hominum inſcriptas ſententias, hoc eſt ut quis de re perdita iudicium inſtituat, quod re integra facillimè præcaueri poterat. Quartò, id æquo & bono contrarium eſt, ut is poßideat qui eripuit, & non is qui manu ſua acquiſiuit. Deinde quintam rationem ex deliberatiuo genere deſumptam addit: Quia plurimi ſunt, qui ſine maximo incommodo labores ſuos & familiam relinquere non poſſunt. Sexta eiuſdem generis eſt: quia periculoſum foret, Apronium tuas delicias, imò & uitam tuam coram te accuſare. Verùm & alia reſtabat obiectio: aliquem ſcilicet fortem extiturum aratorem, qui bona erepta repeteret, & octupli litem intenderet. Concedit hoc, ſed ita ut iniquitatem huius iudicij plenius oſtendat. Aratorem enim plus damni quàm commodi hinc accepturum docet ab ipſa iudicij forma, iudicum & rei ipſius, Apronij ſcilicet, perſona. Iudicium enim Syracuſis in Verris conſpectu erit, iudices erunt ex Verris cohorte electi, Reus erit, quem ob potentiam & libidinem Verrem ipſum, & Siculorum tyrannum appellare poſſes.

Ex his omnibus ergo concluditur ſic: Iudicia uera ſunt, quæ liberam iudicandi poteſtatem & ſceleratorum pœnam habent: Iudicium illud octupli à Verre inſtitutum hæc non habet: Ergo iudicium hoc nec uerum, nec iuſtum eſt. Maiorem probare uel ponere, opus non eſt. eſt enim notiſſima, & ex iudiciorum fine & officio deſumpta. Ad minoris probationem omnia ea faciunt, quæ ſuprà enumerauimus: & illud quod poſtea dicit, neminem hoc edicto aut in iudicium uocatum, aut pœna mulctatum eſſe, cum tamen non defuerint, qui aratores per uim ſpoliarint, & fraudib. defraudauerint. Atq; hæc eſt de iudicij illius iniquitate tractatio. Tu de optimo, de iuſtiſſimo, de honeſtiſſimo genere hominum.) Odium hoc concitat. Illos enim maximè odiſſe ſolent omnes boni, qui uiros bonos, iuſtos & ſimplices affligunt, quib. titulis apud ueteres agricolæ inſignes erant. Vtrū eſt æquius, decumanum petere, an aratorem repetere?) Reliqua argumenta quæ ſuprà recenſuimus, interrogatione eloquitur. hæc enim uerborum exornatio, ad rei indignitatem indicandam confert. Iubet recuperatores.) Deſcriptio iudicij, qua oſtēdit nihil hinc utilitatis aratores manſurū. Recuperatores aūt erant iudices, qui de bonorum iniquè ablatorū recuperatione iudicabant. Reijcere pro eligere dixit: unde & reiecti iudices, pro electis ponuntur, ut docet Aſconius. Viles autem & contemptos facit iudices, quòd canes eos nominat, concinna ſanè metaphora, utpote qui Verri non alia de cauſa quàm gulæ gratia adulabantur. O' præclarum.) Ironia, qua iudicij illius iniquitatem proſequitur. Damnatus? immo.) Correctio eſt, quæ plus intendit orationis uehementiā, quàm ſi primo loco uehementior illa dictio poſita fuiſſet.

Etenim quòd eſſet.) Pulchra iudicij corrupti deſcriptio per hypotypoſin, quā alij hypographen uel energiā uocant: quæ deſcriptio eſt Rhetorica, & oratio exprimens rem, perſonam, affectum, &c. Scripſit de hac multis Eraſmus libro ſecundo de Copia rerum. Ineſt autem hic et Perſonæ deſcriptio, Apronij ſcilicet: quæ non minimas uires ad iudicij illius iniuſtitiam arguendam habet.

Colluſio.) Onomatothesia hæc eſt. Hactenus enim facti, id eſt iudicij deſcriptionem poſuit. nunc genus eius exponit, & rei nomen dat, non tamen ſine incremento.

Erit tamen in aratores lenior quàm uidetur.) Alia eſt obiectio, qua ſe Verres agricolis non infenſum fuiſſe dicere poterat, quòd minorem aratoribus quàm decumanis pœnam conſtituiſſet. Falſo hoc inſtitutum fuiſſe Cicero docet, quia magiſtratus officium erat, ea ab aratoribus quæ decumanus edixiſſet, exigere. Illa uerò præclara eſt clauſula edicti, quòd.) Alium iniquitatis prætextum Verres habebat, permittendo ut uter uellet recuperatores ſe daturum, ſi controuerſia incidiſſet. Duo hic reprehendit. Primò controuerſiam, id eſt, actionem aut cauſam ciuilem nullam hic eſſe. Secundò, & ſi ſit actio ciuilis, hanc tamen optionem decumanorum propriam eſſe. Primum probat ex definitione actionis ciuilis, quamuis eam

ipſam

ipſam non ponit, partes tamen eius aliquot recenſet: quibus oſtendit controuerſiam ciuilem quæ in iudicium uſtum uenire poßit, nullam eſſe. Eius definitionem ex Hermogene petas licet. Cum autem in hac actione nec is qui debebat reus ſit, nec iuſtitiæ locus ſit, nec leges & conſuetudinis ratio ualeat, non immeritò ciuilis actio hæc eſſe negabitur, & ἀνυπόστατος κατηγορία eſt. Secundæ partis reprehenſio à periculo probatur. Nemo enim aratorum periculi adeò eſt amans, ut recuperatores à te poſtulet. Hæc autem ea faciunt, quæ ſuprà de recuperatorum iniquitate dixit. Et ſic primum illud Verrinæ legis caput confutatum eſt. Quid? illa cuiuſmodi ſunt, quæ ex temp) Tranſitio ad aliam legem, per interrogationem. Coniunguntur autem hic duæ leges, & utræque iniuſtæ eſſe conuincuntur, quia ſibi inuicem repugnent. hæc etenim uetat, illa iubet, imò cogit, ut huic legum contrarietati non alia ratione, quàm ſummo aratorum damno ſubueniri poßit. Sed ad huius amplificationem eorum deſcriptio ſit, contra quos maximè lata eſt, contra Equites ſcilicet Romanos, qui ſuo iure Apronij iniquitatem fugituros ſeſe ſperabant. Ex tempore ab Apronio admonitus.) Prima huius legis circumſtantia, quæ iniquitatem eius arguit, quia ſine ulla præmeditatione tulit, propria impulſus libidine, quod contra legiſlationum rationem communem eſt. αἱ νομοθεσίαι (ut Ariſtoteles inquit) ἐκ πολλοῦ χρόνου σκεψαμένων γίνονται. Q. Septitio honeſtißimo homine.) Secunda circumſtantia, quod ob certas quaſdam perſonas legem hanc tulit: non (ut reuera eſſe debebat) uniuerſalem, ſed ſingularem. Vtraque ergo hæc contra legiſlatorum ſolennem conſuetudinem inſtituta ſunt, quæ demde duobus nominibus egregiè comprehendit, dicens: Exoritur PECVLIARE edictū REPENTINVM.

Iam uerò illud non ſolum contra legem Hieronicam.) Alia lex, quæ non minus iniqua eſſe quàm ſuperiores, conuincitur argumentis ex pronunciatorum loco deductis. Lex enim Hieronica, conſuetudo & iura inter pronunciata numerantur. Oſtendit quænam aratores uexandi ratio inuenta à Verre fuerit: & certo exemplo rem incertam oſtendit, cum ex Leontino Lilybæum uſque aliquem uocari poſſe docet. Quæ loca cum inter ſe maximo interuallo diſtent, Lilybæum enim promontorium uerſus Aphricam tendit, & Leontini Italiam uerſus habitant, manifeſtum eſt, ſine aratorum ſummo damno hæc perfici non poſſe. Argumenti forma hæc eſt: Quæ contra leges, conſuetudinem, iura & priuilegia Siculorum ſunt, non ſunt ſtatuenda: Lex Verris de uadimonijs promittendis, & legibus & priuilegijs conſuetudiniq; Siculorum repugnabat: Ergo non erat ferenda. Maiorem, ut & in alijs ferè ſemper, non ponit, quia notißimam. Minorem ponit, & amplificat. Aliud deinde ſubiungit iniquum, quo ſationum iugera profiteri aratores cogebat. Quid igitur eſt quod ex hac iniquitate nouorum edictorum.) Concludit ea quæ hactenus dixit, uehementi uerborum exornatione quam ſubiectionem uocant. Seipſum enim interrogat, deinde quid factum ſit per reſponſionem exponit. Sed cum maximum aduerſarij argumentum aggreſſurus eſſet, attentionem parare neceſſe erat, quam pulchra circumductione conſequitur, ſe de his dicturum promittens, quæ magis ad rem facere uidebantur, ſi prius hanc partem explicauiſſet. Magno, inquit, decumas uendidi.) Obijcit Verres: Quæ feci, Reipublicæ cauſa feci, uolui magno uendere decumas, ut maius hinc Rempublicam emolumentum maneret. Iniuſtè eum feciſſe, ſic demonſtrat Cicero. Primò, iniquè egiſti, quia non decumas, ſed bona & fortunas omnes aratorum uendidiſti. Eſt hoc contra iuſtitiæ regulam. Iuſtitiæ enim eſt, ſuum cuique tribuere. Probat hoc, quòd cum plus quàm dimidias, non decumas uendidiſſe ait. Secundò, iniquum eſt pluris uendere id quod non licebat, quàm cæteri id quod oportebat. Tertiò, oſtendit eum nec innocentia, nec diligentia, nec ingenio ut hoc faceret conſecutum eſſe. Innocentiam & ingenium argumento ab antecactis ſumpto refutat: diligentiam per pronunciata diluit. Quartò, docet hoc eſſe contra conſuetudinem, quia nemo antehac fecerit. Quintò, exemplum Metelli adducit. Sextò, euentu & fine probat quàm iniquè, aſtutè & perniciosè Verres egerit. Quibus rebus.) Subiectio. Vide inter importunitatem tuam, Senatusq; bonitatem.) Argumentum ab exemplo Senatus, quod tractat comparatione minoris ad maius. Iungit his quoque exempla Hortenſij, Pompeij, & Marcelli. Quid effeciſti, quid aſſ.) Ab euentu & fine docet, iniquißimam hanc legem fuiſſe, nec utilem quoque: quia dum minus commodum adipiſci conatur, maius perdidit. Succeßit tibi L. Metellus.) In Metelli exemplo diutius immoratur, tum propter uiri huius dignitatem, tum quia à Metellis Verres defendi uidebatur. Hoc autem exemplo id probat quod ſuprà dixit, Verrem agris ſuis aratores pepuliſſe. Verris etiam iniurias amplificat, quòd contra omnem conſuetudinem & morem abſens accuſatus ſit à Siculis, quibus imperitabat. Non mehercle.) Obteſtatio, ne affectibus commotus hæc dicere uideatur. Teſtimonium autem proprium Cicero ponit, & oculatus teſtis eſt. Nam (ut Aſconius tradit) inquiſitionis tempus in Siciliam Cicero poſtulauit, & totam prouinciam colligendis in Verrem literis & teſtimonijs peragrauit. Nam cum quadriennio pòſt in Sic.) Amplificatio à circumſtantia temporis. Ager ipſe.) Emphaſis & hyperbole rhetorica. Deſiderare ac lugere.) Metaphora ab animato ad inanimatum. Herbitēſis ager.) Species eius nunc enumerat, cuius genus antea poſuit. Satis dictum eſſe uideri poterat, ſi Siciliam aratoribus deſtitutam per huius iniquitatem dixiſſet. Sed ut & ueritas rei, & huius negotij grauitas conſtaret plenius, recenſet primarios agros, qui huius iniuria ſuis aratoribus ſpoliati erant. Tu in tanta.) Popularem illum non fuiſſe oſtendit, partium earum enumeratione, quæ popularitati maximè repugnant. Addit poſtea argumentum à pronunciatis, cum dicit ſe hac ratione uoluiſſe popularem eſſe, quam nec populus Romanus, nec Sen[…] mandauerit. Atque hæc perinde loquor.) Aliud dilu[…] quod obijci poterat: quod licet iniuſtum eſſet, leuius tamen eſt quàm hoc quod Cicero intendit. Dicerent enim: Gloriæ cupiditate commotus, decumarum precio omnes prætores priſtinos uincere uoluit. Hoc Cicero negat, hac ratione interim ad id à quo ſuprà digreßus erat rediens. Promiſerat enim ſuprà ſe oſtenſurum, lucri cauſa hæc à Verre inſtituta eſſe: id nunc exequitur. Quid ſi doceo.) Propoſitio hic eſt: Tu tui lucri cauſa tantum nefas, tantas iniurias & rapinas inſtituiſti. Coniecturalis ferè hic actio inſtituitur. coniecturis enim probandum eſt, quo animo Verres fuerit. probatur principali ratione factorū, quia plus ipſe frumenti reſeruauit, quàm

ſine miſericordiæ commotione, fideliſsimi ſocij & optimi ciues. Traditos iudices, atque addictos fuiſſe, nouis.) Modum facti amplificat, non ſubdidit modò aut tradidit Apronio Siculos, ſed addixit, quod grauiſsimum eſt. Addicere enim, aliquid certo alicui deſtinare ſignificat. & addicere Prætor dicebatur, ſi debitorẽ creditori tradebat, ut in ipſum & uitæ & necis haberet poteſtatem. Præterea autem egregiè & breuiter quæ hactenus dixit repetuntur. Addixit, inquiens, Apronij audaciæ, nequitiæ, & crudelitati, nouis inſtitutis & edictis, tota Hieronica lege ſublata. Quæ cum ſingula per ſe pondus habeant, in unum condenſata plurimum ualent. Primum edictum iudices audite præclarum.) Hactenus uniuerſalia, nunc ipſa ſingularia tractat. huc uſque enim non aliud quàm Verris iniquitatem & flagitia oſtendit, quibus legem optimam (Hieronicam ſcilicet) ſuſtulerit, & iniquiſsimam ſua libidine conſtituerit. nunc uerò ſingula huius Decumanæ legis capita examinat, quid'ue iniquitatis in his reconditum ſit, diſcutit. Primum itaque proponit legis caput, quo tantum arator dare cogebatur, quantum imperaſſet Apronius. In cuius ſententia exponenda, pulchra uerborum exornatione utitur, quam autor ad Herennium ratiocinationem uocat. ſæpius enim ſe interrogat, & uniuſcuiuſque propoſitionis rationem petit. Hæc autem exornatio ad ſermonem uehementem accommodata eſt, & animum auditoris retinet attentum, tum uenuſtate ſermonis, tum rationum expectatione. Hoc uerò caput confutat, quia tyrannicum, & quia contra Siculos ſocios conſtitutum eſt. (Per deos immortales.) Exclamatio, propter rei indignitatem. hæc etenim ſi in loco adhibeatur, plurimum in indignationibus ualet. Ad amplificationem autem hoc plurimum facit, quòd ſe licet inimicus ſit, hoc non crediturum ait, niſi tota Sicilia & ipſius Verris edictum approbaret. Vnde ad huius probationem argumento à pronunciatis utitur, & ſuo hunc gladio iugulat. Obſeruandus autem hic ueterum mos eſt, quo edicta & chirographa, non oratores, ſed ſcribæ illis aſtantes recenſere ſolebant, quemadmodum & apud Demoſthenem uidere licet. Iudicio ut arator decumanum perſequatur?) Octupli iudicium decumano iniquo Verres conſtituerat, non quòd eos punire in animo haberet, ſed prætextum iniquitati ſuæ obducere conabatur. Poterat autem hoc Ciceroni obijci. Verùm & hoc diluit argumentis, ex omnibus iuridicialis ſtatus capitibus deductis. Primò enim oſtendit, hoc eſſe contra conſuetudinem & pactum: quod exemplis aliarum prouinciarum probat. Secundò, contra legem eſſe dicit: iniquum enim aratorem petere, cum id decumani ſit officium. Tertiò, contra naturæ leges & communes animis hominum inſcriptas ſententias, hoc eſt ut quis de re perdita iudicium inſtituat, quod re integra facillimè præcaueri poterat. Quartò, id æquo & bono contrarium eſt, ut is poſsideat qui eripuit, & non is qui manu ſua acquiſiuit. Deinde quintam rationem ex deliberatiuo genere deſumptam addit: Quia plurimi ſunt, qui ſine maximo incommodo labores ſuos & familiam relinquere non poſſunt. Sexta eiuſdem generis eſt: quia periculoſum foret, Apronium tuas delicias, imò & uitam tuam coram te accuſare. Verùm & alia reſtabat obiectio: aliquem ſcilicet fortem extiturum aratorem, qui bona erepta repeteret, & octupli litem intenderet. Concedit hoc, ſed ita ut iniquitatem huius iudicij plenius oſtendat. Aratorem enim plus damni quàm commodi hinc accepturum docet ab ipſa iudicij forma, iudicum & rei ipſius, Apronij ſcilicet, perſona. Iudicium enim Syracuſis in Verris conſpectu erit, iudices erunt ex Verris cohorte electi, Reus erit, quem ob potentiam & libidinem Verrem ipſum, & Siculorum tyrannum appellare poſſes. Ex his omnibus ergo concluditur ſic: Iudicia uera ſunt, quæ liberam iudicandi poteſtatem & ſceleratorum pœnam habent: Iudicium illud octupli à Verre inſtitutum hæc non habet: Ergo iudicium hoc nec uerum, nec iuſtum eſt. Maiorem probare uel ponere, opus non eſt. eſt enim notiſsima, & ex iudiciorum fine & officio deſumpta. Ad minoris probationem omnia ea faciunt, quæ ſuprà enumerauimus: & illud quod poſtea dicit, neminem hoc edicto aut in iudicium uocatum, aut pœna mulctatum eſſe, cum tamen non defuerint, qui aratores per uim ſpoliarint, & fraudib. defraudauerint. Atq; hæc eſt de iudicij illius iniquitate tractatio. Tu de optimo, de iuſtiſsimo, de honeſtiſsimo genere hominum.) Odium hoc concitat. Illos enim maximè odiſſe ſolent omnes boni, qui uiros bonos, iuſtos & ſimplices affligunt, quib. titulis apud ueteres agricolæ inſignes erant. Vtrũ eſt æquius, decumanum petere, an aratorem repetere?) Reliqua argumenta quæ ſuprà recenſuimus, interrogatione eloquitur. hæc enim uerborum exornatio, ad rei indignitatem indicandam confert. Iubet recuperatores.) Deſcriptio iudicij, qua oſtẽdit nihil hinc utilitatis aratores manſurũ. Recuperatores aũt erant iudices, qui de bonorum iniquè ablatorũ recuperatione iudicabant. Reijcere pro eligere dixit: unde & reiecti iudices, pro electis ponuntur, ut docet Aſconius. Viles autem & contemptos facit iudices, quòd canes eos nominat, concinna ſanè metaphora, utpote qui Verri non alia de cauſa quàm gulæ gratia adulabantur. O' præclarum.) Ironia, qua iudicij illius iniquitatem proſequitur. Damnatus? immo.) Correctio eſt, quæ plus intendit orationis uehementiã, quàm ſi primo loco uehementior illa dictio poſita fuiſſet. Etenim quòd eſſet.) Pulchra iudicij corrupti deſcriptio, per hypotypoſin, quã alij hypographen uel energiã uocant: quæ deſcriptio eſt Rhetorica, & oratio exprimens rem, perſonam, affectum, &c. Scripſit de hac multis Eraſmus libro ſecundo de Copia rerum. Ineſt autem hic et Perſonæ deſcriptio, Apronij ſcilicet: quæ non minimas uires ad iudicij illius iniuſtitiam arguendam habet. Colluſio.) Onomatothesia hæc eſt. Hactenus enim facti, id eſt iudicij deſcriptionem poſuit. nunc genus eius exponit, & rei nomen dat, non tamen ſine incremento. Erit tamen in aratores lenior quàm uidetur.) Alia eſt obiectio, qua ſe Verres agricolis non infenſum fuiſſe dicere poterat, quòd minorem aratoribus quàm decumanis pœnam conſtituiſſet. Falſo hoc inſtitutum fuiſſe Cicero docet, quia magiſtratus officium erat, ea ab aratoribus quæ decumanus edixiſſet, exigere. Illa uerò præclara eſt clauſula edicti, quòd.) Alium iniquitatis prætextum Verres habebat, permittendo ut uter uellet recuperatores ſe daturum, ſi controuerſia incidiſſet. Duo hic reprehendit. Primò controuerſiam, id eſt, actionem aut cauſam ciuilem nullam hic eſſe. Secundò, & ſi ſit actio ciuilis, hanc tamen optionem decumanorum propriam eſſe. Primum probat ex definitione actionis ciuilis, quamuis eam

ipſam

ipſam non ponit, partes tamen eius aliquot recenſet: quibus oſtendit controuerſiam ciuilem quæ in iudicium iuſtum uenire poßit, nullam eſſe. Eius definitionem ex Hermogene petas licet. Cum autem in hac actione nec is qui debebat reus ſit, nec iuſtitiæ locus ſit, nec leges & conſuetudinis ratio ualeat, non immeritò ciuilis actio hæc eſſe negabitur, & [illegible] eſt. Secundæ partis reprehenſio à periculo probatur. Nemo enim aratorum periculi adeò eſt amans, ut recuperatores à te poſtulet. Huc autem ea faciunt, quæ ſuprà de recuperatorum iniquitate dixit. Et ſic primum illud Verrinæ legis caput confutatum eſt. Quid? illa cuiuſmodi ſunt, quæ ex temp.) *Tranſitio ad aliam legem, per interrogationem. Coniunguntur autem hic duæ leges, & utræque iniuſtæ eſſe conuincuntur, quia ſibi mutuò repugnent. hæc etenim uetat, illa iubet, imò cogit, ut huic legum contrarietati non alia ratione, quàm ſummo aratorum damno ſubueniri poßit. Sed ad huius amplificationem eorum deſcriptio fit, contra quos maximè lata eſt, contra Equites ſcilicet Romanos, qui ſuo iure Apronij iniquitatem fugituros ſeſe ſperabant.* Ex tempore ab Apronio admonitus.) *Prima huius legis circumſtantia, quæ iniquitatem eius arguit, quia ſine ulla præmeditatione tulit, propria impulſus libidine, quod contra legiſlationum rationem communem eſt.* αἱ τῶν νομοθετῶν *(ut Ariſtoteles inquit)* ἐκ πολλοῦ χρόνου σκεψαμένων γίνονται. Q. Septitio honeſtißimo homine.) *Secunda circumſtantia, quod ob certas quaſdam perſonas legem hanc tulit: non (ut reuera eſſe debebat) uniuerſalem, ſed ſingularem. Vtraque ergo hæc contra legiſlatorum ſolennem conſuetudinem inſtituta ſunt, quæ deinde duobus nominibus egregiè comprehendit, dicens: Exoritur* PECVLIARE *edictũ* REPENTINVM.

Iam uerò illud non ſolum contra legem Hieronicam.) *Alia lex, quæ non minus iniqua eſſe quàm ſuperiores, conuincitur argumentis ex pronunciatorum loco deductis. Lex enim Hieronica, conſuetudo & iura inter pronunciata numerantur. Oſtendit quæ nam aratores uexandi ratio inuenta à Verre fuerit: & certo exemplo rem incertam oſtendit, cum ex Leontino Lilybæum uſque aliquem uocari poſſe docet. Quæ loca cum inter ſe maximo interuallo diſtent, Lilybæum enim promontorium uerſus Aphricam tendit, & Leontini Italiam uerſus habitant, manifeſtum eſt, ſine aratorum ſummo damno hæc perfici non poſſe. Argumenti forma hæc eſt: Quæ contra leges, conſuetudinem, iura & priuilegia Siculorum ſunt, non ſunt ſtatuenda: Lex Verris de uadimonijs promittendis, & legibus & priuilegijs conſuetudiniq; Siculorum repugnabat: Ergo non erat ferenda. Maiorem, ut & in alijs ferè ſemper, non ponit, quia notißimam. Minorem ponit, & amplificat. Aliud deinde ſubiungit iniquum, quo ſationum iugera profiteri aratores cogebat.* Quid igitur eſt quod ex hac iniquitate nouorum edictorum.) *Concludit ea quæ hactenus dixit, uehementi uerborum exornatione quam ſubiectionem uocant. Seipſum enim interrogat, deinde quid factum ſit per reſponſionem exponit. Sed cum maximum aduerſarij argumentum aggreſſurus eſſet, attentionem parare neceſſe erat, quam pulchra circumductione conſequitur, ſe de his dicturum promittens, quæ magis ad rem facere uidebantur, ſi prius hanc partem explicauiſſet.* Magno, inquit, decumas uendidi.) *Obijcit Verres: Quæ feci, Reipublicæ cauſa feci, uolui magno uendere decumas, ut maius hinc Rempublicam emolumentum maneret. Iniuſtè eum feciſſe, ſic demonſtrat Cicero. Primò, iniquè egiſti, quia non decumas, ſed bona & fortunas omnes aratorum uendidiſti. Eſt hoc contra iuſtitiæ regulam. Iuſtitiæ enim eſt, ſuum cuique tribuere. Probat hoc, quòd eum plus quàm dimidias, non decumas uendidiſſe ait. Secundò, iniquum eſt pluris uendere id quod non licebat, quàm cæteri id quod oportebat. Tertiò, oſtendit eum nec innocentia, nec diligentia, nec ingenio ut hoc faceret conſecutum eſſe. Innocentiam & ingenium argumento ab antecactis ſumpto refutat: diligentiam per pronunciata diluit. Quartò, docet hoc eſſe contra conſuetudinem, quia nemo antehac fecerit. Quintò, exemplum Metelli adducit. Sextò, euentu & fine probat quàm iniquè, aſtutè & perniciosè Verres egerit.* Quibus rebus.) *Subiectio.* Vide inter importunitatem tuam, Senatusq; bonitatem.) *Argumentum ab exemplo Senatus, quod tractat comparatione minoris ad maius. Iungit his quoque exempla Hortenſij, Pompeij, & Marcelli.* Quid effeciſti, quid aſſ.) *Ab euentu & fine docet, iniquißimam hanc legem fuiſſe, nec utilem quoque: quia dum minus commodum adipiſci conatur, maius perdidit.* Succeßit tibi L. Metellus.) *In Metelli exemplo diutius immoratur, tum propter uiri huius dignitatem, tum quia à Metellis Verres defendi uidebatur. Hoc autem exemplo id probat quod ſuprà dixit, Verrem agris ſuis aratores depuliſſe. Verris etiam iniurias amplificat, quòd contra omnem conſuetudinem & morem abſens accuſatus ſit à Siculis, quibus imperitabat.* Non mehercle.) *Obteſtatio, ne affectibus commotus hæc dicere uideatur. Teſtimonium autem proprium Cicero ponit, & oculatus teſtis eſt. Nam (ut Aſconius tradit) inquiſitionis tempus in Siciliam Cicero poſtulauit, & totam prouinciam colligendis in Verrem literis & teſtimonijs peragrauit.* Nam cum quadriennio pòſt in Sic.) *Amplificatio à circumſtantia temporis.* Ager ipſe.) *Emphaſis & hyperbole rhetorica.* Deſiderare ac lugere.) *Metaphora ab animato ad inanimatum.* Herbitenſis ager.) *Species eius nunc enumerat, cuius genus antea poſuit. Satis dictum eſſe uideri poterat, ſi Siciliam aratoribus deſtitutam per huius iniquitatem dixiſſet. Sed ut & ueritas rei, & huius negotij grauitas conſtaret plenius, recenſet primarios agros, qui huius iniuria ſuis aratoribus ſpoliati erant.* Tu in tanta.) *Popularem illum non fuiſſe oſtendit, partium earum enumeratione, quæ popularitati maximè repugnant. Addit poſtea argu[...]tum à pronunciatis, cum dicit ſe hac ratione uoluiſſ[...]pularem eſſe, quam nec populus Romanus, nec Sen[...]mendauerit.* Atque hæc perinde loquor.) *Aliud dil[...] quod obijci poterat: quod licet iniuſtum eſſet, leuius tamen eſt quàm hoc quod Cicero intendit. Dicerent enim: Gloriæ cupiditate commotus, decumarum precio omnes prætores priſtinos uincere uoluit. Hoc Cicero negat, hac ratione interim ad id à quo ſuprà digreſſus erat rediens. Promiſerat enim ſuprà ſe oſtenſurum, lucri cauſa hæc à Verre inſtituta eſſe: id nunc exequitur.* Quid ſi doceo.) *Propoſitio hic eſt: Tu tui lucri cauſa tantum nefas, tantas iniurias & rapinas inſtituiſti. Coniecturalis ferè hic actio inſtituitur. coniecturis enim probandum eſt, quo animo Verres fuerit. probatur principali ratione factorũ, quia plus ipſe frumenti reſeruauit, quàm*

populo Romano miſerit. Facultatem autem (quæ non minimum in coniectura caput eſt) probare non eſt neceſſe. Per ſe enim liquebat, Verrem in Sicilia fuiſſe potentiſſimum. In uoluntate ergo probanda omnis actio conſiſtit. Primum in hac demonſtranda argumentum uel ſignum eſt, uox ipſa Verris, qui uno decumarum quæſtu ſe omnia pericula redempturum promiſit. Secundum, è communi hominum ſenſu deſumptum eſt: Nemo omnia iura & conſuetudinem omnium cum uituperatione ſine quæſtu mutare conatur. Tertium, à temporis circumſtantia, & edictorum qualitate deducitur: Quia tum noua naſcebantur edicta, anno uidelicet tertio, quibus ad decumarum ſummam nihil, ad quæſtum autem eius multum accedere poterat. Quartum ſimile eſt ſecundo: Nemo ſine quæſtu tantam infamiam, capitis & fortunarum periculum ſuſcipit. quæ propoſitio maior eſt. Minor: Tu tantam infamiam, capitis & fortunarum periculum ſuſcepiſti: Ergo tui quæſtus gratia feciſti. Maior licet non neceſſaria, probabilis tamen eſt. Rhetores enim non tam neceſſarijs quàm probabilibus rationibus utuntur. Nam & Ariſtoteles Rhetoricam facultatem eſſe ait, uidendi id quod in ſingulis actionibus probabile incidit. Et Hermogenes in tractatu de Statibus: Quod enim reuera (inquit) & uniuerſaliter honeſtum aut utile eſt, aut alia huiuſmodi inquirere, Rhetoricæ officium non eſt. Minorem uerò Cicero probat, per Siculorum querimonias, & ipſius Verris teſtimonium, qui ipſe dixerat ſe reum fore. Concluditur ergo, hæc tanta pericula, infamiam & turpitudinem, illum nunquam ſuſcepturum fuiſſe, niſi maximũ hinc quæſtum habuiſſet. Atqui hoc erat quod ſuprà ſe declaraturum eſſe promiſerat. Etenim quoniam ſummam.) Hactenus quid innouauerit, quas iniquas tulerit leges, & quòd ſui lucri gratia hæc fecerit, oſtenſum eſt. Nunc ſingulatim iniurias Siculis & Romanis ciuibus illatas recenſet, in quibus circumſtantiarum rationes & amplificationum modi diligenter conſiderandi ſunt. Exempla Siculorum quinque, Romanorum duo adfert: quorum poſtremum mira narrationis uenuſtate, circumſtantiarum amplificatione, & uerborum exornatione commendatur. Hæc omnia autem ad hunc ſcopum referuntur, ut eum ne Romanis quidem æquiorem quàm Siculis fuiſſe oſtendat. Iſte ciues Romanos?) Interrogatio cum indignatione, cui per ſubiectionem ipſe reſpondet. Mitto uincla.) Occupatione Verris facinora & crudelitatem in Romanos recenſet. Facit autem hic enumerandi modus plurimum ad indignitatem rei demonſtrandam. plus enim in ſuſpicione relinquit, quàm uerbis dictum ſit. Clara res eſt.) Quoniam exemplum hoc illuſtre & horrendum etiam erat, iudicũ animos breui attentionis formula conciliat, ut rem tantam, tam atrocem, diligentius perciperent. Nam (ut Rhetores tradunt) non modò in exordijs, ſed in tota oratione, beneuolentiæ, attentionis & docilitatis ratio habenda eſt. Iam ne intelligitis Iudices, quæ peſtis, quæ imm.) Concluſio exemplorum. Opponuntur hic non ſine maxima energia, peſtis & immanitas, atque antiquiſſima, fideliſſima, proximaq́; prouincia. Antiquiſſima autẽ prouincia dupliciter dici poteſt, uel pro nobiliſſima: ut uirtute nihil antiquius dicere ſolemus, pro eo quod eſt nobilius, quod & apud Græcos inuenitur. apud Platonem enim πρεσβεύειν pro honorare dicitur: & οὐδὲν ἦν πρεσβύτερον, pro eo quod οὐδὲν ἐντιμότερον. Vel etiam ad tempus referri poteſt. Nam ut Cicero in initio quartæ Verrinæ teſtatur, Sicilia omnium prouincia appellata eſt. Tot hominum antea.) Quòd tyrannis Sicilia olim afflicta fuerit, multi hiſtorici tradunt, inprimis autem Valerius Maximus libro ſexto, capite ſecundo, in exemplo mulieris cuiuſdam Syracuſanæ, quæ cũ omnes Dionyſij tyranni Syracuſani exitium expeterent, ſola ut incolumis eſſet orabat. Et à Dionyſio hanc non debitam ſibi beneuolentiam admirante, acerſita & rogata, ſemper peiorem malo, & peiori peſſimum tyrannum ſuccedere, ſe iam olim animaduertiſſe dicebat. cupere ergo, eum hoc præſenti infortunio quàm diutiſſimè conflictari, ne crudelius fortè experiatur. Vnde apparet fatale quodammodo fuiſſe, Siculos tyrannorum libidini ſuccumbere. Tot homines.) Impudentiam Apronij ſingularem ipſorum iudicum exemplo comprobare nititur, cum ait nullum antehac huic ſimilem à quoquam uiſum eſſe. Hæc tu omnium.) Vehemens apoſtrophe ad C. Verrem, in qua idem argumentũ quod ſuprà poſitum eſt repetitur: Sine quæſtu ſuo hæc nunquam Verrem admiſiſſe. Et tantum.) Inuidiam, odium & contemptum Verri hæc pariunt, ne iudices de hoc ualde ſoliciti ſint, qui ipſe Apronij turpiſſimum commercium ſalutis ſuæ ſtudio prætulerit. Quæ ſi Athenio.) Exemplo amplificat Verris crudelitatẽ. Fuit autem Athenio dux ſeruilis belli, quod Siciliam plus quàm Punicum bellum uaſtauit. uide Florum libro tertio, capite decimonono. meminit huius obiter Appianus libro primo, de Bellis ciuilibus. Priuatim hoc modo.) Quid in priuatos homines commiſerit Verres, hactenus multis oſtenſum eſt. grauiora nunc ſequuntur, qualis ſcilicet in publicis inferendis iniurijs ipſe fuerit: ut hinc manifeſtè pateat, eum non minus Reipublicæ Siculæ, quàm priuatis quibuſdam infenſum fuiſſe. Ponuntur autem huius rei exempla uel teſtimonia decem & nouem, quæ nunc ordine recenſebimus. Primum exemplum Agyrinenſium eſt, quos non minus crudeliter quàm iniquè Verres tractauit. Probatur hoc, ut & ſequentia ferè omnia, teſtimonijs legatorũ & publicis Agyrinenſium literis. Additur et teſtimoniorum commendatio. Secundum, Herbitenſes citantur, quos ſcortorum cauſa iniquiſſimè afflixerat. Scorta erant, Pippa, & Tertia Iſidori Mimi filia. Pippæ maritus, Aeſchrio, Tertiæ tutor Docimus fuit. Hiſce duabus Herbitenſium agrum miſerè uexandum propoſuit, non alia cauſa quàm fœda impulſus libidine. Odium autem Verri conciliat, quòd Perſarum reges & Barbarorum ipſum imitatum fuiſſe tradit. Sed in ipſo exempli initio docet, quàm iniquum hoc fuerit, à perſona Herbitenſium, & Verris officio. Concludit exemplo L. Syllæ, quod mirè amplificat comparatione maioris ad minus. Tertio, Segeſtenſes ponuntur, quos Tertiæ meretricis cauſa afflixit. Publicas mutauit tabulas, de uectigalium neruis detraxit, & donauit Tertiæ. Probatur hoc teſtimonio publico. Quarto, minorum urbium exempla ponuntur, ut eum ne minimis quidem pepercíſſe conſtet. Liparenſes per Aulum Valentium afflixit, quod idem publico teſtimonio probatur. Quinto, Tiſſenſium numerantur iniuriæ, qui plus quàm arauerint, dare coacti ſunt à Diogneto Decumano. Probatur & hoc ut ſuperiora. Concludit per apoſtrophen ad Verrem, qua eius iniquitatem & rerum confuſionem oſtendit. Sexto, Ameſtratini duobus annis ad maximas decumas etiam pecu-

niam

niam addere coacti ſunt. Concludit non ad decumanos, ſed ad ipſum Prætorem prædam hanc deueniſſe. Septimò: Petrini quoque pecunias dare coacti ſunt Turpioni homini turpiſſimo, antea iniuriarum damnato. Octauò, Halycienſium iniuriæ recenſentur. quibus oſtendit, licet nihil ad ſe huius prædæ perueniſſet, Verrem tamẽ ſupplicio dignum, qui tantum ſeruis permiſerit. Nonum, Segeſtenſium eſt, qui extra forum uadimonium dare coacti ſunt. Hoc iniquum eſſe, ipſius iuridicialis ſtatus capitibus probatur, quia contra iura & leges. Sed aratorum uexationes exponit exemplis duobus, Dioclis ſcilicet, & Annei Brochi Senatoris. Poſtremum autem hoc mirè amplificat exemplis aliorum. Sententia generali indicat, quàm minimè ferenda ſit contumelia Senatorio ordini illata. Commonitionem poſtea ponit, qua Senatores terret, ne tantum ſui contemptum ſibijpſis concilient. Cauſam ponit, quia per ſe inuidiæ uentis ordo ueſter expoſitus eſt. Decimum Thermitanorum exemplum docet, quantùm prædæ ex horum agris ablatum ſit, cum Venuleio qui decumas emerat eas non permiſerunt. Probatur & hoc publicis Thermitanorum tabulis. Vndecimum Imacharenſium eſt, qui omni frumento ablato, tributum ferre coacti ſunt. Probat ipſo decreto tributi, & teſtimonio publico. Duodecimum Ennenſium eſt, qui plus dare ſunt coacti, quàm decumæ uenditæ ſunt. Sed in huius exempli tractatione attentionem ſibi parat, & docilitatem, ne in una orationis forma diutius inhærentem moleſtius ferrent, ne'ue ignorarent ad quem ſcopum hæc deberent referri. Decimotertio Calatinorum exemplo docet, Verrem contra morem publicum, contra iura, contra ſua ipſius denique inſtituta egiſſe. Decimumquartum, quod Mutiecnſium eſt, indicat, hos à Theomaſto ſic uexatos, ut ad decumas omnes perſoluendas triticum emere coacti ſint. Decimoquinto Hyblenſium, oſtendit ſexies tantum ablatum eſſe, quàm quantum ſatum ſit. Probat hoc literis publicis. Decimumſextum, quod Menenorum eſt, huic ſimili modo connectitur. Probatur literis publicis. Subiungit pulchram à Romanorum officio, & Siculorum perſona commonitionem. Addit deinde aliam beneuolentiæ & attentionis formulam. In decimoſeptimo plurimorum agrorum uexationes coniunguntur, ut uehementius Iudicum animos tot agrorum catalogo commoueat. Proponit quid poſtea dicturus ſit, de duorum ſcilicet agrorum miſerrimis afflictionibus. Et primum quidem illud quod in hoc ordine decimumoctauum eſt, Aetnenſium exponit iniurias mira uerborum amplificatione. Probantur hæc omnia Aetnenſium teſtimonio, & Centuripinorum teſtibus, quorum commendatio ſubiungitur. Decimumnonum exemplum Leontinorum eſt, in quo cum & publico Leontinorum teſtimonio, & literis tabulis'que Apronij deſtitueretur, ne ea res ſibi fraudi eſſet, cauſam præmittit, quæ, quo minus teſtimonia hic nanciſci potuerit, obſtitit. Deinde ex iugerum cum decumis comparatione docet, quantum à Leontinis ablatum ſit, per fraudem & iniquitatem, cum tamen ſummo affecti beneficio uiderentur. Subiungit breuem de numerorum additione diſputationem, quam iniquã eſſe docet argumentis ex Pronunciatorum loco ductis, quia neq; exemplo cuiuſquam, nec iure fecit. Deinde & finẽ huius exactionis iniquum eſſe docet, quoniã hanc pecuniam nõ in ærariũ retulit. Hæc itaq; ſunt exempla, quib. Verris iniquitatẽ, auaritiam crudelem, & effrenem libidinem taxat. Timens autem Cicero, ne iudices utilitatis rationib. perſuaſi, has honeſti rationes negligerent: ut omnium ſatiſfaceret obiectionibus, Verrem non modò iniquè, ſed pernicioſe præturam ſuam adminiſtrauiſſe docet. Abſtulit quidem frumenti plurimum, Romam miſit, urbem impleuit, populo res gratiſſima fuit: hoc tamen egit interim, ut Sicilia aratoribus deſtituta, in poſteros annos omnem ferè frumenti copiam negaret. Exemplum ponit fictũ, quo oſtendit quàm iniquum ſit hoc modo agere. Secundò docet hoc ſic actum eſſe, & id exemplis nonnullorum agrorum probat, qui maxima aratorum parte deſtituti erant. Habemus ergo hoc exemplorum catalogo, hanc Verris adminiſtrationem & iniquam & pernicioſam fuiſſe. Priuatim hoc modo.) Tranſitio per interrogationem, ad publicas iniurias. Populo fideli.) Ad iudicum animos commouendum, hoc Agyrmenſiũ encomium facit. Breuiter.) Attentionem parat. Agyrmenſis.) Horũ laudes celebrat, quibus iniurias illatas eſſe oſtendit. Vehementiam autem habet tacita illa & occulta ſignificatio, qua dicit, Hominum ante hunc prætorem locupletium. Hæc enim oſtendunt, ipſos à Verre eſſe ſpoliatos. Minis ac ui.) Vehemens Apronianæ libidinis expoſitio, quæ docet, quales nam eius appatitores fuerint. Odioſum hoc facit Verrẽ. Omnis enim poteſtas, nedum uis, odioſa eſt. Iſtum.) ſcilicet Verrem. huius enim agebatur negocium. Hac lege.) Interponuntur hæc Agyrinenſium exẽplo, ut Verris iniquitas, & aratorum miſeria clarius eluceſcat. Et diſſimulate.) Conceſſio ſeu permiſſio quædam, huic loco maximè idonea. quia ſecuritatẽ animi noſtri, confidentiam accuſatoris, & cauſam rei iniquam ex hac Iudices intelligunt, cum nos non rationibus magis, quàm ipſorum ſententijs, omniũmque communi conſenſu inniti uident. Imperat Agyrmenſibus.) Verrem iniquis rationibus, ui & imperio pecunias ab Agyrinenſibus corraſiſſe docet. Argumentatur à definitione hoc modo: Vi & imperio cogere inuitos ut lucrum dent alteri, eſt pecunias contra legem capere: Verres ui & imperio Agyrinenſes inuitos Apronio lucrum dare coegit: Ergo Verres contra legem Agyrinenſium pecunias abſtulit. Maiorem per interrogationem effert. Minor per ſe manifeſta eſt: nam hactenus hoc exemplo non aliud, quàm huius minoris comprobationem ponere conatus eſt. Magna præda.) Attentionem renouat. An hæc obſcura.) Teſtimonia, quibus quæ hactenus dicta ſunt, probantur. Concludit hoc exemplum minis, hoc modo: Vnica hæc Agyrmenſibus illata iniuria te condemnare poſſet: Sed etiam aliarum urbium incommoda recenſebo. At quorum hominum?) Encomium Herbitenſium, quo Verris iniquitatem magis amplificat. Argumentum ſumitur ab Herbitenſium perſona, uel (ut Dialectici uocant) à ſubiecto. Herbitenſes enim ſunt quaſi ſubiectum iniuriarum earum, quas ipſi pertulerunt. Quibus parcere.) Ab officio Verris, ſeu cauſa finali Prætoris. Primo anno uenierunt eius agri decumæ tritici medimna.) Duorum annorum iniquam exactionem decumarum co oſtẽdit, quod plus lucri dare coacti ſint, quàm decumæ uenierint. Tertij anni iniurias, quia magis inuiſæ & grauiores ſunt, copioſius tractat. Vnus adhuc fuit.) Exemplo Syllæ docet, iniquam illam de capite rennßionẽ eſſe.

Tractatur comparatione maioris ad minus. Comparantur autem inter ſe, uiri fortiſsimi, & mulieres deterrimæ: Sylla, cuius uoluntas pro lege erat: & Verris libido, quæ omnibus legibus implicata tenebatur: pecunia acquiſita, & populi Romani uectigalia. De Syllæ porrò monarchia, præter Plutarchum, multa quoque ſcribit Appianus libro primo. De crudelitate eius Valerius Maximus libro nono, capite ſecundo Florus multis in locis, & cap. quinto, libri quarti. Ad peculatus iudicium.) *Peculatus, rerum publicarum furtum eſt. Sed Verres cum ea quæ publica erant, ut rapuiſſet, peculatus iudiciũ ſuſtinere cogebatur.* Qui cum.) *Hactenus celebrium agrorũ exactiones expoſuit, nunc minores perſequitur. Lipara autẽ inſula eſt iuxta Siciliam, una ex ſeptem Aeoli inſulis, aut (ut alij uocant) Vulcanijs. uide Melam libro ſecundo, capite ſeptimo: Solinum capite duodecimo. Defenſionem huius facti nullã eſſe, dilemmate conuincit. Si enim eo minoris ſe decumas uendidiſſe inquit, ut eo maius lucrum reciperet: peculatus reus fit, quia publica bona imminuit, ut priuatum lucrum augeret. Sin maximo ſe decumas uendidiſſe ait, inſignis iniuſtitiæ arguitur, qui per ſe magno uenditis decumis tantum lucrum addidit.* Etiám ne hæc.) *Vehemens concluſio, à circumſtantijs ipſius inſulæ Liparæ amplificata.* Quæ eſt iſta præda?) *Repetitio ſeu anaphora. quæ ſi interrogatione commixta fuerit, plurimum habet uirium. Notandum etiam hoc loco orationis incrementum, quo ſemper leniu uocabulum hoc quod grauius eſt, ſubſequitur: ut præda, uis, direptio. Inſuper tota huius exempli expoſitio ſermocinatione, uel* διαλογισμῷ *uariatur.* Venerio ne ſeruo.) *Amplificat exemplum Annei Brochi per comparationem, & inſtituta maiorum, qui equeſtrem ordinem, nedum Senatorium, maioris dignitatis eſſe uoluerunt. Addit huic aliud exemplum C. Caſsij, ut appareat ſe non in uno ſaltem Anneo Senatorium ordinem uiolauiſſe.* Attendite iudices.) *Breuis attentionis formula à circumſtantijs loci, tẽporis & perſonæ ipſius Apronij.* Nihil de luxuria.) *Occupatio per* ἀνθυποφοράν. Per deos.) *Exclamatio uehemens, rei indignitatem demonſtrans.* Quæſtũ ſiue adeò.) *Correctio, quam Græci* ἐπανόρθωσιν *uocant.* Proh dij immortales.) *Comparatio à minori ad maius.* Iam uerò ſi Siculorum.) *Communem facit Siculorum cauſam, cum cauſa Reipublicæ. Facit hoc multum ad perſuadendum. non enim utile modò, ſed & honeſtum uidetur, Rempublicam defendere. Obijci autem poterat: fruſtra hæc, & falſo clamitas Cicero. Siciliam exinanitam eſſe ais: quod non tui, ſed Metelli, qui huic prouinciæ ſucceſsit, officij eſt. Falſa itaque hæc uidentur, cum is nihil conquæratur, qui hoc maximè debebat. Reſpõdet Cicero per paragraphen, & permiſsionẽ. Primò enim hanc obiectionẽ ceu leuem & inanem, nihilq́; ad rem pertinentem repellere conatur, argumento à Metelli perſona ſic ducto: Amici contra amicos teſtimonium non ferunt: Metellus Verris amicus eſt: Ergo Metellus contra Verrem teſtimonium non fert. Maior patet per ſe. ueræ enim amicitiæ fructus non niſi in capitis periculo percipiuntur. Minor probatur ex factis ipſius Metelli: quia multos ne contra hunc teſtarentur prohibuit. Secundò concedit hoc quod aduerſarij obijciebant, & paragraphen hanc omittit. Sed hanc ipſam obiectionem in Verris iugulũ reflectit, oſtendens Metellum ſuis literis ad Conſules datis, contra Verrem teſtimonium tuliſſe. Literarum ſenſum interpretatur. Argumentatione ducente ad abſurdum aut impoſsibile (ut uocant) utitur ſic: Si Metelli non creditis epiſtolæ, aut Metellum falſa ſcribere, aut amicum lædẽdi cupidum eſſe, aut prætorem, qualis prouincia ſit, ignorare putabitis. Si horum nullum in Metellum competit, quia integer, amicus, & prouinciæ ſtudioſus: Ergo literis eius credendum eſt. Et hoc modo totum ferè negocium peractum eſſe uidetur. Si enim illi non aliud quam Metelli teſtimonium quærebant, hoc præſente aliud quod cauſarentur non erat. Notandum autem eſt, quanta uerborum uarietate per ſermocinationem Metelli teſtimonium citet, quo auditorum animos ad hoc audiendum, & quaſi ad caput cauſæ cognoſcendum attentiores redderet. Eos etiam nominat, ad quos literæ ſcriptæ ſunt, ut certior illis fides haberi poſsit. Non enim ſcriptorem modò, & rei ſcriptæ materiam, ſed etiam eum ad quem ſcriptum aliquid eſt, in epiſtolis conſiderare oportet.* Qui reliqui?) *Breuitas hic mira, ſed magna latẽs energia ineſt. Synecdoche eſt. ex conſequentibus enim intelliguntur præcedentia. Reliquos enim aliquos eſſe dicere non poſſumus, niſi aliquos ſublatos eſſe intelligamus. Licet autem non eo fortaſſe animo hæc Metellus, ut Verri detrimento eſſent, ſcripſerit: hinc tamen, quod res ipſa eſt, Cicero colligit. Si reliqui quidã ſunt, alios aut fame, aut bello periſſe, aut aufugiſſe neceſſe eſt: Sed nec fame, nec bello pulſi ſunt, nec interierunt: Tua ergo iniquitate pulſi ſunt. Et hoc modo unica hac dictione omnem Siciliæ uaſtitatem, urbium deſolationes, agrorũ deſerta, aratorumq́; luctus comprehendit. Sicut Virgilius uniuerſam Troiæ ruinam abſoluit, dicens, Et campos ubi Troia fuit. Per exempla autem hoſtium Verris crudelitatem amplificat, qui Siculis plus quàm crudeliſsimi hoſtes nocuerit.* Peſtis.) *Amplificatio. Adiectiuũ loco ſubſtantiuum ponit, peſtem ſcilicet pro peſtilenti.* Aratorum, inquit, penuria.) *Aliud nunc æquè uehemens nactus, ſimili modo tractat. Sed quo fortius feriret aduerſarium, præcedentia repetens, per* συναθροισμὸν *omnia huc colligit, non ſine magno uerborum incremento. Addit deinde argumentationem à minori ad maius, quæ ab utili & Reipublicæ commodo deducta eſt.* Ac ne miremini.) *Ne hyperbolicè nimis de Verris facinoribus dicere uideretur, comparatione maiorum facinorum hæc minora, quæ hactenus poſuit, uera eſſe demonſtrat. Mirúm ne ſi tot profugerunt, cum multi ſibi mortem conſciuerint? Hoc exemplis probat. Concludit recepta & certa ſententia, quam & ſuprà poſuit, hæc Verrẽ ſine maximo quæſtu nunquã inſtituiſſe.* Quid? illud perpeterére.) *Rem grauem, quam & ſuperius attigerat, nunc abſoluere aggreditur. Attentionis igitur captationem præmittit. Propoſitio eſt: Verres decumanorum fuit ſocius, & ad hunc omne ex decumanorum uenditione lucrum peruenit. Primò hoc probat teſtimonijs decumanorum, & inprimis Apronij, quem tamen certum erat nihil niſi coactum dicturum fuiſſe contra Verris ſalutem. Concludit hinc: Niſi uera dixiſſent, tu tam atrocem non tuliſſes iniuriam. Obiectio autem eſt: Hæc clàm me fecerunt, non audiui hæc, nec quiſquam ad me retulit. Falſam hanc obiectionem eſſe docet exemplis Siculorum, Romanorum, & altero Apronij teſtimonio, quod palàm coram ipſo Prætore, & ante tribunal eius dictum eſt. Subiungit huic Imperatorum exemplum,*

exemplum, qui Collegas ſuos magiſtratu pepulere, ſi autoritatem ſuam horum uicijs aut incuria obfuſcari uidebant. Secundum quod huic obiectioni reſpondet, exemplum Scandilij eſt, quod pulchra uerborum uarietate Cicero tractat: Scandilij integritatem & fortitudinem, Verris contrà terguerſationem & iudicij metum, quem abſurdum fuiſſe mercatorum exemplo oſtendit. Poſtremò Verris iniquitatem & commercium, quod cum decumanis habuit, conuincit inde, quòd Apronium, qui omni cruce dignus erat, muneribus honorauerit. Concludit deinde, Verrem decumanorum ſocium fuiſſe: nec hoc crimen à ſe aut alio inimicorum excogitatum, ſed iam olim, dum Prætor erat, uulgatum fuiſſe. Pecunia redimere.) Nam ut ſuprà ex Plutarcho docuimus, pecunia & iudices & alios quoque Verres oppugnabat, quoniam ſolenni & iuſto iudicij proceſſu ſe abſolui non poſſe intelligebat. Querebant cum luctu.) Subiectio iucunda, qua oſtendit Verrem hæc ignorare non potuiſſe.

Hæc te uox non.) Aſyndeton, ſeu diſſolutio, ut autor ad Herennium uocat. Habet autem hoc ſchema & acrimoniæ multum, & ad breuitatem ualde accommodatum eſt. Cum enim iratos nos eſſe & commotos oſtendimus, inciſis maximè utimur. Hæc autem magis intenduntur exclamatione, quæ ſequitur. Quid eſt hoc?) Expolitio exempli ſuperioris, per uerborum & tractandi uarietatem. Quæſtores.) Multa de his Valerius Maximus libro ſecundo, capite ſecundo. Spectata autem apud omnes nationes fuit diſciplina militaris Romanorum, qua quandiu floruerunt, tamdiu imperij ſui caput extulerunt. Hac enim efficiebant, ut non modò miles, ſed ne collegæ quidem, Tribuni, Quæſtores, & Præfecti, Imperatoris edictum contemnere conarentur. Nam ut Valerius tradit, Q. Fuluius Flaccus Fuluium fratrem Tribunum militum, quòd cohortem ſuam domum mittere iniuſſu Conſulis auſus erat, magiſtratu mouit. Papirius quoque dictator, cum Fabius Rutilianus equitum magiſter Samnites proſpero prælio fugaſſet, ſecures tamen expediri, & ipſum denudari iuſsit, quòd contra ſuum edictum cum hoſte eſset congreſſus, de quo uide Liuium libro octauo, Decadis primæ, & cætera. Hinc autem Verris diſſoluta diſciplina colligitur, qui plus ſuis decumanis conceſsit, quàm collegis ſuis Imperatores permittere ſolebant. Verùm ut iſtos.) Hortatur iudices, & officij ſui admonet. non enim ignorabat, aliquot eorum muneribus corruptos eſſe. Verùm ne auaritiæ libido plus uirium quàm æquitatis & iuſtitiæ obſeruātia haberet, breui repetitione omnia quæ hactenus dicta ſunt adducit, ut omnia ea in unum locum coacta, uehementius commouerent iudicum animos. Argumenta habet ab honeſto ducta. Poſtremò Albæ teſtimonium profert: quem cum Verris amicus eſſet, non recuſat iudicem habere Cicero, ut animi ſui in hac cauſa ſecuritatem & Verris immenſam iniquitatem oſtenderet. Verùm hoc, ut opinor.) Summum defenſionis caput conuincere aggreditur. Obijciebat Verres, ſe populi Romani cauſa magno decumas uendidiſſe. Et in hoc ſummam ſalutis ſuæ conſtituebat: è re enim populi erat. Quod unico tantum exemplo falſum eſſe Cicero oſtendit. Syllogiſmus eſt: Qui pluris uendere poteſt, nec uendit, is magno uendere non ſtudet: Tu Leontini agri decumas pluris uendere potuiſti, nec uendidiſti tamen: Ergo ut magno uenderes, non ſtuduiſti.

Maior nota eſt, & è communi hominum conſenſu ſumpta. Minorem pronunciatis teſtium probat. Concludit hinc non modò id quod intendit, ſed & alia quæ antea quoq; tractauit. Primò, Verris hoc fuiſſe negociū conſtat, quia Apronio minori uendidit precio, quoniam totum ſe ab illo auferre poſſe nō ignorabat, à Minutio præter decumas nihil recepiſſet. Secundò, Ingentis prædæ ſpes & ſtudium hic fuit apud eum, qui tantum præſens lucrum tam facilè neglexit. Tertiò, non Hieronica lege, nec decumas tantum, ſed aratorum fortunas uendidiſti. Minutius enim tanti non emiſſet decumas, niſi tuis legibus plus inde ſe auferre poſſe cognouiſset. Et huic poſtremo ſecundum illud denuò innectit comparatione quadam, qua oſtendit quantum hinc lucri habuiſſet: cui quiduis permiſſum erat, ſi is qui minus poterat, tantum lucrum inde ſperabat. Concluſio eſt uehemens, qua ceu uictor Verri inſultat. Quid ſi hæc.) Actionem decumarum ualidiſsimis teſtimonijs concludere nititur. Validiora autem ſunt nulla iis, quæ ab amicis contra amicos dicuntur. In his enim nulla inuidiæ, odij, aut ſimultatis ſuſpicio eſt, & nemo quin ueriſsima ſint dubitat. His ergo Cicero utitur. Ne autem nimia uerborum copia obtunderet, duobus contentus, reliqua omittit: quorum alterum L. Metelli grauiſsimi uiri eſt, qui tamen Verri beneuolus erat: alterum Timarchidis eſt, qui Verris accenſus erat. Primum quidem non è uerbis, ſed ex Metelli factis petitur. Is enim, dum Apronium condemnare non uult, ne præiudicium contra Verrem ferat, teſtatur hoc facto Apronij cauſam eandem eſſe cum Verre. Secundum uerò ex Timarchidis literis profertur, quibus Apronio Verris negocia commendat, monet, hortatur & inſtruit, quæ ſingula ipſe interpretatur. Non paruam autem ſpem de Metelli filio Verres conceperat, hunc ſcilicet pecunia corrumpi poſſe, ut cauſam ſuam apud patrem defenderet. Hoc Cicero uanum eſſe oſtendit, ab ipſa filij perſona. Occaſione etiam tam idonea data, de Verris filio quedā adijcit, quibus Verris iniquitatem & perniciem docet, qui non modò ipſe pernicioſus ciuis ſit, ſed etiam pernicioſum filium relinquat. Et hæc eſt concluſio eorum, quæ de decumano frumento in hac oratione diſputantur, quæ prima contentionis pars eſt. Sequitur empti frumenti tractatio. Sequitur ut de.) Secunda orationis huius pars, de frumento quod à Siculis emi oportebat, diſputat. Iniunxerat autem Senatus Verri, ut è publica pecunia frumentum emeret, & Romam mitteret. Hoc quanta cum fraude adminiſtrarit, ſatis copioſe explicat. Attentionem præmittit, cum ſe de magnis rebus & breuiter dicturum eſſe promittit. Narrationem ſubiungit, quæ Senatuſconſulti ſententiam, & emendi modum continet. Propoſitio principalis eſt: Tu pecuniam publicam ad domum tuam auertiſti. Tria furtorum genera fuiſſe docet: Binis centeſimis fœneratus es, pro frumento multis nihil ſoluiſti, & multa ijs quibus ſoluebas, detraxiſti.

Primum genus teſtimonio Vectij equitis Romani probat. Concludit dilemmate: Aut negabis, aut licitum eſſe docebis: Sed neutrum potes facere: Iurè ergo damnaberis. Secundum genus, quòd non ſoluerit, probat Haleſinorum teſtimonio: Frumentum improbauit, ut pecuniam poſset exigere. Iniquè improbatum eſſe docet, communi axiomate: Nihil ſimul bonum & malum eſſe

poteſt:

poteſt: Frumentum Siculum cum decumæ darentur, bonum erat, & iuſtum: Bonum ergo erat, cum emeretur. frumentum enim idem eſt. Secundum, quo iniquitatem oſtendit, eſt, quod non modò non dedit quod debebat, ſed quod non debebat abſtulit. Probatur id literis publicis. Obijcere Verres poterat, non ſe, ſed mancipes ſuos feciſſe. Sed cum ſtultum magis hoc ſit, quàm ualidũ, à Cicerone eluditur. Subijcitur generalis ſententia de peccandi conſuetudine, & anteacta uita Verris, ut eius improbitas magis pateat. Tertium iniquitatis argumentum eſt, quod ex uno eodem'que frumento multiplicem fructum habuit. Probatur, qui ab Apronio ſuo proprium frumentum emit. non enim aratores multi, quod ei uenderent, habebant. Deinde tertium furtorum genus ſequitur, de precij detractione. Dilemma ponit: *Detrahere licitum eſt, aut licitum non eſt: ſi licitum eſt, ad populum hoc quod redundabat referendum erat, præſertim in tanta ærarij anguſtia: Sin licitum non eſt, nemo non uidet quàm iniquè hoc à tuis ſcribis factum ſit.* Inuehitur in ſcribam, & de his copioſius diſſerit: & quàm iniquum ſit, ſi hoc concedatur, Catonis exemplo demonſtrat. Poſtremò quàm iniquis muneribus ſcribam honorauerit, argumentis ex conſuetudine ſeu pronunciatis (ut Dialectici uocant) deductis docet. Et hæc omnium eorum ſumma eſt, quæ de empto frumento hic tractantur. Dictum iudices eſt.) Vltima contentionis pars, frumentum æſtimatum continet, cuius principales partes hæ ſunt. Vſitatum Romanis fuit, ut à Siculis aratoribus frumentũ quod in cellam reconderetur, per prætorem exigerent. Cum autem (ut fieri ſolet) multi aratorum frumentum aut commodè dare, aut facilè aduehere nõ poſſent, nõnulli Prætorum tantum pecuniæ, quanti frumentum tum uendebatur ab aratoribus, quibus hoc beneficij loco erat, accipiebant. Proceßit tandem auaritia Prætorum longius, ut cellam frumentariam in remotißima quæque loca transponerent, quo maiorem æſtimationem poſſent iniungere. Quos Verres ſecutus, ſingulari ſua auaritia incitatus, pluris æſtimauit frumentum quàm uſquam uenderetur, præterea plus multo quàm oportebat, abſtulit. Tractatur hoc factum à Cicerone grauiter, quoniam etiam alij in hanc cauſam trahi uidebantur. Verres enim quod negaret non habebat: Iniuriam hanc non eſſe, dicere non poterat. Refugium itaque huius unicum erat hoc, quod & alij idem feciſſent. Concedit Cicero, multos id feciſſe, uiros bonos, ſed tanti quanti uendebatur æſtimauiſſe: Verrem autem omnes iuſtæ æſtimationis limites tranſilijſſe. Magnam præterea defendendi copiam facit, ut uel hinc huius ſceleris improbitas pateret. Hiſce pulchra ſermocinatione modum æſtimandi enarrat: cuius concluſio eſt, aratorum fortunas euerſas, & horum inſtrumenta quoq; dilapidata eſſe, quoniam prioribus iniurijs exinaniti non habuerint, ut hanc æſtimationem perſoluere poßint. Hoc immeritò factum eſſe, tribus iudicialis generis argumentis oſtendit, mira breuitate, ſingulis uerbis ſingula argumenta abſoluens hoc modo: QVO MODO? QVO IVRE? QVO EXEMPLO? Quæ tria nec conſuetudinem obſeruatã, nec legibus ſatisfactum, nec exemplis hoc probatum eſſe conuincunt. Poſſunt autem hoc loco exempla inter iuris caput numerari, quod autor ad Herennium iudicatum uocat. Deinde quàm incommodum ſit aratorem nummos dare, ab effectis aratorum oſtendit: quoniam non nummi, ſed frumenta aratro quæruntur. Præterea tantam hanc iniquitatem, tantum incommodum fuiſſe docet, ut frumentum gratis in cellam dare aratoribus utilius fuiſſet: quod teſtimonio Soſitei Entellini probat. Secundò, ut concedat hanc æſtimationem licitam fuiſſe, non tamen Verris hanc, ſed populi fuiſſe docet. cui Verres quod obijceret non habebat, præterquàm quòd prouinciæ hoc intolerandum eſſe aiebat. Hunc ſuo gladio Cicero iugulans, etiam ſuum factum intolerandum fuiſſe docet, cum non grauitate iniuriæ, ſed pecuniæ magnitudine à publico illo facto differat. His Sophoclis teſtimonium ſubijcitur. Hac interim æſtimationis tractatione, cum à propoſito ſuo digreſſus aliquantum eſſet, commoda electione (quam Hortenſio concedit, ad inſtitutum reuertitur, exemplorum ſcilicet aliorum multitudine Verrem non poſſe abſolui. Primum quo diluit obiectionem eſt, quòd multa in Verre ſint ſingularia facinora, & ob id aliorum exemplis illum non liberari. Secundò, peccantium multitudo non abſoluit. Tertiò, hunc damnare utile erit. ſic enim improbi minus poterunt. Quartò, miſerum hoc eſt, ſi prætorum iniquorum multitudo eorum iniquitatem impunem reddit. Quintò, periculoſum erit. Sextò, iniquum eſt, nec ipſi hoc probare poteſtis. Septimò, duo proponit, ut utrum melius ſit, eligant: An propter multos uni parcendum, aut unius damnatione multorum iniquitas coercenda ſit. Quid ſit eligendum, iudicis officium docet, quod iniuſtitiæ pœnam, iuſtitiæ præmium conſtitui uult. Octauò, exempla hæc ad defendendum inutilia ſunt: non enim autoritatem habent. Quæcunq; enim damnantur per ſe, alia approbare non poßunt: Hæc exempla damnantur, Ergo ipſa non probant. Exemplis enim huiuſmodi utendum eſt, quæ & recepta ſint, & autoritate ſua ad noſtri facti defenſionem faciant. Quemadmodum enim in comparatione (ut Ariſtoteles ait) oportet πρὸς εὐδήλους συγκρίνειν, ſic etiam exempla clara, manifeſta & approbata, ad probationem adhibenda ſunt. Nonò, ab ipſo ſubiecto deſumptum eſt: iniquißimum eſt, quia in Sicilia factum, quæ uetuſtate, fidelitate & propinquitate inclita eſt. Sequitur Verris obiectio, qua ſuam iniquitatem Antonij et Sacerdotis exemplo defendere conabatur. Vbi primum ad Antonij exemplum reſpondet, oſtendens Antonij facta, nec à Senatu nec populo probata, non imitanda fuiſſe. Sacerdotem uerò rectè feciſſe docet. hoc enim ut faceret, aratores petierunt: & ipſe remißior fuit, cum plus exigere poſſet: quare Verris factum cum hoc minimè conferri poterit. Generalis deinde ſolutio ponitur: non nuda exempla, ſed & temporum illorum ſtatum conſiderandum eſſe, quoniam (ut ſuprà quoque dixit) æſtimatio non per ſe, ſed aratorum commodo & uoluntate perpenditur. Id & Antonij & Hortenſij exẽplo probat. Præterea ut commune hoc eſſe facinus concedat, etiam hoc ipſi concedant neceſſe eſt, omnes illos peccauiße, & eße mulctandos, patronumq; omnium prouinciarum ſe profitetur. Subiungit his argumentum à fine ſeu iudicum officio ductum. *Omnis iniquè agens, ſi in iudicium uenit, à uobis damnandus eſt: Verres iniquus in iudicium uenit: Ergo hic damnandus eſt.* Vnde & hoc colligitur: Quod ſi & alij Prætores Verri ſimiles rei fuerint, ſimili iudicio damnandos eße. Ponuntur poſtea quædam, quæ quàm periculoſum hoc ſit oſtendunt,

ſi Verrem

ſi Verrem abſoluerint. Non enim furem modò abſoluent, ſed & alios ut furari pergant, incitabunt. Poſtremò hoc quod ualidiſsimum eſt collocat, quo uno breui, ſed acerrimo dicto, omnē eius iniquitatē non ſine magna indignationis commotione proponit. Quinquies enim plus cum abſtuliſſe inquit, quàm imperatum aut licitum ſit. Cum enim accuſatori iudicis ira & commotio tanquam ſcopus propoſita ſit, curandum eſt, ut poſtremo argumento ceu acerrimo telo iudicis animum penetremus: quoniam ea quæ ultimò dicuntur, firmius memoriæ inhærent, & aculeum fortem in auditorum animo relinquunt. Vnde hoc in omnibus Ciceronis orationibus obſeruari uidemus, ut extremū locum ualidiſsima quæq; argumēta, & ad commouendū idonea, occupent. Hæc ad huius loci expoſitionem nunc ſufficiant. Quapropter cognita tota.) Concluſio ſequitur, quæ breuem & luculentam facinorum enumerationem complectitur. Immiſcet denuo rationes à periculo ſumptas. Oſtendit, ad quos hæc pertineant: ad aratores ſcilicet. quibus ut miſericordiæ affectum cōciliaret, paucis ruſtici laboris euentum dubium eſſe oſtendit, argumento à Cauſſa efficiente deducto: quoniā cum uentis & tēpeſtatibus, quibus inconſtantius nihil eſt, conflictantur. Commiſerationem autem (quæ tertia concluſionum pars eſt) breuem facit. nam (ut Cicero de Inuentione inquit) commotis animis, diutius in conqueſtione morari non oportet. nihil enim lachryma citius areſcit. Concludit deinde totam orationem argumento, quo honeſtum eſſe oſtendit, ut ſocijs ſuccurratur.

IOACHIMI CAMERARII IN V. Verrinam Annotatio.

In cubiculo ſocius.) Veneti, ac alij: In cubiculo ſolus: quod non incommodo ſenſu legi uidetur. In hoc homo luteus, etiam callidus & ueterator eſſe uult.) id eſt, homo nihili. ut in Piſonem, ex luto & argilla factus. & in VI. Actione, luteum negotium, id eſt futile. Sed Veneti, et alij quoq; libri, Lynceus, perpetua ironia. Sui quæſtus cauſa conſtituiſſe.) In Veneto exemplo, irrepiſſe: quod cuiuſmodi ſit, aut eſſe debeat, mihi quidem parum liquet. Cum trib. decumis pro una defungeretur) id quod ſeſe rectè habere ſentio. Veneti, defringetur, id eſt, carperetur: haud ſcio an ſine cauſa repoſito uerbo, quāuis ruſtico, inuſitatiore tamen & hoc loco tranſlato. Eius uocem improbam agnoſcetis.) Ita & Veneti, & uerum eſſe iudico. Aliqui, probam, [illegible]. quod cum aliqui non animaduertiſſent, probroſam ſuppoſuere. Fundum elocatum eſſe dicebat, dabat iſte iudiciū.) Veneti, Fundum eum locatum eſſe, dabat teſtes, iudicium. Fortè legendū, Dabat teſtes, iſte iudicium. Primo anno uenierunt eius agri decumæ tritici medimna X VIII. Attidius iſtius, &c.) Veneta lectio huic ſimilis, præterquàm quòd in illis nō eſt Attidius, ſed accenſus: quod ſanè placet. De numeris uerò quid & hoc loco, & deinceps per totam ferè orationem fiet? Ego quidem eos qui diligenter attenderint, facilè animaduerſuros eſſe aliquam horum rationem exiſtimo. Mutare autem, uel corrigere ſine autoritate exemplorum ueterum, cum alicubi deprauatio manifeſta ſit, nō auſim. Videlicet igitur non Turpioni lucrum datum, ſed pete.) Veneti ita: Videlicet gloriatur. Non Turpioni lucrū, etc.

Sunt hæc iam ad HS CCCXL. mod. tritici.) Ita et Veneti, & alij libri. Sed quis HS locus? Verū à numeris abſtinēdæ manus, ac iſtorū ſupputatio relinquēda ſtudioſo lectori. Sine enim uel exemplaribus ueterib. & incorruptis, uel doctorum uirorum communicato ſtudio atq; collata opera reſtitui non poſsint. Ex eo fundo qui HS dena meritaſſet.) Plautus quidem ſimiliter Pſeudolo, Quid meret machæra. Sed neſcio tamen quo pacto hæc figura alienior uidetur: magisq; placet Veneta hæc lectio, Ex fundo cui HS dena merces eſſet. Maximosq; agros populabatur Apronius, perparum ex illis magnis lucris ad ſe peruenire) Veneti, perparum, [illegible]. Id enim hac figura dicitur perparum lucrum, ex illis magnis lucris. Non aliqua ſe ſimulatione populi Romani exiſtimationi hominum uendicaſſet.) Locum corruptum eſſe ſatis apparet. Veneti ita: Non aliqua ſe ſimulatione exiſtimationi hominum uindicaſſet. Poſſe non incommodo ſenſu ita legi puto: Non aliqua ſe ſimulatiōe populari exiſtimationi hominū uendicaſſet. Nam ſi XXX mod tritici tu commotus non eſſes.) Veneti rectius DXXX. ſed et hoc conſiderandū. Quid accidit tandem, ut horum populorum agri frumentum eiuſmodi te Prætore ferrent, quod nunquam antea, quod neq; tibi, etc.) Veneta lectio elegātior, Quid accidit tamen, &c. &, ut nunquam antea. Præco qui adeſſe iuſsit.) Alij, adire. Veneti minus rectè, niſi fallor, abire. M. Caſtcitium ſummo ſplendore, ingenio, gratia prædiū.) Veneti, & alij, gloria, pro gratia: quod & ipſe cur mutare debuerit, non uideo. Nam cum ex S. C. & ex legibus.) Veneti & alij, ex Sicilia: non rectè, ut uidetur. Quid enim ſit, ex Sicilia, & ex legibus? Sed ex coniunctione annonæ atq; æſtimationis.) Illud quidem, coniunctione, quid ſibi uelit, non eſt certè manifeſtū. Veneti, coauctione: ut intelligatur precij multiplicatio. Nō omnes, ſi quæ ſunt præterea facultates, ſed arat, etc.) Veneti eleganter, & uerè, ut puto: Nō hominis quæ ſunt, &c. Vt poſt hæc tantas pecunias.) Planius Veneti, Ne poſthac tantas pecunias magiſtratibus ueſtris decerneremus. id eſt, hoc decreto emptionis infinitas pecunias conficiendi poteſtatem daremus.

PETRI NANNII IN LIBRVM QVINtum in Verrem, Caſtigationes.

IN ueteri codice ita titulus aſsignatus fuit: LIBER SECVNDVS DE LEGE FRVMENTARIA. Ita hoc iudices ex homine clariſsimo.) Vet. Itaque hoc iudices. ut ſit ætiologicon, non ſimilitudinis aduerbium. Et quamulum iudicare poſſemus, oſtēdimus.) Vetus: Et quantillam dicere poſſemus, oſtēdimus. Sed ſuperior lectio magis arridet. diſsimilem enim ſe facit adoleſcentibus, qui accuſationes temerè ſine iudicio ſuſcipiunt. Quod ita poſtulatur ab omnibus, ut ab ijs ſe abſtineant maximè uitijs, in quibus alterum deprehenderunt.) Vetus: Quod ita poſtulatur ab hominibus, ut ab ijs ſe abſtineant maximè uitijs, in quibus alterum reprehenderint. Vt in omnibus, mihi magis placet, quàm illud, hominibus: ita reprehenderint, malim, quàm deprehenderint. qui enim accuſat, non deprehendit, ſed reprehendit.

Scio te Romæ cum prætor eſſes, edicto tuo poſſeſsiones hæreditatum ad alienos.) Vet. cod. Edicto tuo poſſeſſiones hæreditatum à liberis ad alienos. quæ pars orationis haud dubiè requiritur in hac triplicata contentione, à liberis ad alienos, à primis hæredibus ad ſecundos, à legibus ad libidinem. Romæ uenderēt, legemq; his rebus, quam ipſis uideretur, edicerent.) Vetus: Legemq; rebus, quæ ipſis uideretur, edicerent. Sed uideo hanc ſyllepſim

apud

apud caſtiſſimos autores in magno & multo uſu. Horatius in Satyris, notante Iudice quo noſti, populo. Nam ita diligenter conſtituta ſunt iura Decumani.) Vetus: Conſtituta ſunt iuraa Decumano. Qui hoc non commutarit, ſed euerterit, eaq́; quæ iam diu ad ſalutem ſociorũ, utilitatemq́; reipublicæ compoſita comparataq́; eſſent, ad ſuos improbiſſimos quæſtus conuerteret.) Ves. Qui hæc non commutaret, ſed euerteret, atque ita idem eſt [illegible] uerborum, Commutaret, euerteret, conuerteret. quanquam ille ipſe non eſt tam ſanctæ religionis, quàm quidam Grammatici uolunt. Fingite uobis, ſi poteſtis, aliquem qui in omnibus iſtis rebus par ad omnium flagitiorum nefarias libidines eſſe poſſet, is erat Apronius.) Vetus: Is erit Apronius. haud dubiè melius. fingitur enim is qui talis futurus eſſet, non qui iam eſſet. Hunc in omnibus ſtupris, in ſanorũ expilationibus, hunc impuris conuiuijs principem adhibebat.) Vetus: Hunc in omnib. ſtupris, hunc in ſanorum expilationibus, hunc impuris, etc. atq; ita Epanaphora triplici repetitione per tria commata pulcherrimè contexitur. At ego omnes dico plus quàm decumas abſtuliſſe.) Vetus: At ego omnes dico plus, ac multo plus quàm decumas, &c. Non mediocrem acrimoniam affert iſtiuſmodi [illegible]. Vna illa cauſa, iudices, quam uidetis: quòd ultro etiam illuſos ſe, & irritos ab iudicio deceſſuros uidebant.) Vetus: Quòd ultro etiam inluſos ſe & irriſos, ab iudicio deceſſuros uidebant. Sed quærerent, quomodo petitorem ipſum Apronio permiſiſſent, ut quantum uellet, poſceret.) Vetus codex integra ferè periodo plenior eſt: Sed quærerent, quomodo petitorem ipſum Apronio condemnarent, hanc tu licentiam diripiendorum aratorum, cum decumanis, hoc eſt, Apronio permiſiſſes, ut quantum uellet, poſceret. Ingens hic uulnus perſanatũ eſt. Tamen audes illius iudicij mentionem facere.) Vetus: Tamen audes ullius iudicij mentionem facere. Sed uulgata magis placent. non enim de numero agitur iudiciorum, ſed de ipſa natura iudicij.

Quã ab aſſeclis tuis quadrupli condemnari.) Vetus: Quadruplo condemnari. Arator enim tuos iſtos recuperatores nunquid uolet?) Vetus: Tuos iſtos recuperatores nunquam uolet. Puto rectius eſſe ſi aſſertiuè, quàm ſi interrogatiuè legatur. At iſta ui Septitium, & nonnullos Septitij ſimiles non coercet.) Vetus: At iſta uis Septitium, &c. Ne tollam potius, quàm paciſcar.) Vetus: Non tollam potius, quàm paciſcar. ſuperius magis antiquè, qui Ne pro non uſurpabant. Sic deportandi dies præſtituta tollere cogebat ex area, cohibitio tollẽdi niſi pactus eſſet.) Vetus codex: Probibitio tollendi niſi pactus, &c.

Statuit iſte, ut arator decumano quod uellet decumanus uadimonium promitteret.) Vetus: Statuit iſte, ut arator decumano quo uellet decumanus. Longè id caſtius, ſed non opus eſt ſemper accinere ſuffragium quaſi [illegible].

Docebo cepiſſe maximas, omneſq́; eas iniquitates, de quibus antè dixi, ſui quæſtus cauſa irrupiſſe conuincã.) Vetus: Sui quæſtus cauſa conſtituiſſe conuincam. Cum trib. decumis pro una defrugeretur.) Vet. Pro una defungeretur. Quam M. Marcellus.) Vetus: Quam C. Marcellus. Salus prouinciæ commoda rei frumentariæ ratio Reipublicæ, ut ſatis frumenti in Sicilia ſuppeditaretur.) Vetus defectum, quem aſteriſcus * indicat, eumq́; permagnũ, integerrimè reſarcit: Ratio Reip. in poſteritatẽ fuit negligẽda, cũ rem ita conſtitutã accepiſſes, ut et po. Rom. ſatis frumenti ex Sicilia ſuppeditaretur. Quid aſſecutus es? ut Prætore te, neſcio quid ad decumas accederet.) Vetus: Quid aſſecutus es, ut pop. Rom. Prætore te neſcio quid, &c. Literas ad Siciliæ ciuitates miſit, per quas hortatur, & rogat, ut arent, & ſerant in beneficio pop. Ro.) Vet. Literas ad Siciliæ ciuitates miſerit, p quas hortatur, et rogat, ut ſerãt beneficio pop. Rom. Vt uel in ſubintelligas, uel beneficio, hoc eſt, ad beneficiũ ſiue in beneficiũ interpreteris, ut ſit ſeptimus caſus. Cõtinuò deinde, Hoc petit aliquanto ante ſuum aduentũ.) Vetus: Propter hoc petit aliquanto ante ſuum aduentum. Quàm non de iſtius prauitate & iniurijs deplorare.) Vetus: Quàm non de iſtius improbitate & iniurijs deplorare.

Tamen antiquum modum ſationis nulla ex parte exequi potuit.) Vetus: Nulla ex parte aſſequi potuit. Campus Leontinus, cuius antea ſpes hæc erat, ut cum obſitum uidiſſes, annonæ caritatem non metueres) Vetus: Cuius antea ſpecies hæc erat, ut cum eum obſitum uidiſſes, &c. Infinitis partibus rectius iſtud quàm illud. loquitur enim de uultu, ut ſic dicam, illius loci: qui talis erat, ut ubertatem uideretur polliceri. Tu etiam audes mihi mentionem facere decumarum, tu in tanta acerbitate.) Vet. Tu mihi etiam audes mentionem facere decumarũ, tu in tanta improbitate, tu in tanta acerbitate. Tamen ne putamus patronum tuum in hoc crimine ceruiculam iactaturum, & pop. ad coronam daturum?) Vetus: In hoc crimine ceruiculam iactaturum, ac populo ac coronæ ſe daturum. Procuratores iſtius quæſtus & miniſtros rapinarum duos fuiſſe.) Vetus: Procuratores iſtius quæſtus & adminiſtros rapinarum duo fuiſſe. Vt ex area, niſi pactus eſſet arator, ne tolleret, kal. Sextilibus decumas deportatas haberent.) Vetus: Arator ne tolleret, ut ante kal. Sextiles, decumas, &c. Quod erat imprudentia prætermiſſum, id quæſtu ac tẽpore admonitus, reprehẽdiſti.) Vet. Tẽpore admonitus deprehẽdiſti. puto utrũq; tolerabile, ut reprehendere ſit retrahere, quod omiſſum erat, et quaſi ſub manus reuocare: deprehendere, ſentire quod antea nondum intellectum erat. Tantum tui capitis fortunarumq́; periculum neglexiſſe, cum totius Siciliæ quotidie gemitus querimoniaſq́; audires.) Vetus: Tantum capitis tui fortunarumq́; periculum neglexiſſe, ut cum totius Siciliæ quotidie gemitus, &c. Tamen abs te totam alienari prouinciam, tot honeſtiſſimos tibi inimiciſſimos fieri nolles.) Vetus: Tamen totam abs te alienari prouinciã, tot homines honeſtiſſimos tibi inimiciſſimos fieri nolles. Etenim quoniam ſummam & numerum iniuriarum iudices uobis nõ poſſem exponere, ſigillatim autẽ.) Vetus: Etenim quoniam ſummam & numerum iniuriarum uobis iudices nõ poſſum expromere, ſingillatim autem, &c. Sed tritici ſeptem milia medimnûm ex Nymphonis arationibus edicta pœna.) Vetus: Edicti pœna. Fundum eum locatum dicebat.) Vetus: Fundum eum elocatum dicebat. Si patêret iugera eiuſmodi fundi eſſe plura, quàm colonus eſſet profeſſus, tum Xeno damnaretur. Dicebat ille non modò non araſſe ſe.) Vetus: Quàm colonus profeſſus eſſet, tum uti Xeno damnaretur, dicebat ille non modò ſe non araſſe id quod ſatis. Mox deinde,

Sed nec dominum eius fundi eſſe, nec locatorẽ, uxorem eſſe.) Vetus: Nec locatorem, uxoris eſſe. Omitto ubique addere meum ſuffragium. facilè enim ſentitur in re liquida à non mucoſo lectore, quid prauum aut rectum,

mutiʼum

mutilum aut integrum, genuinum aut ſuppoſititium. M. Coſſutius iſte nihilominus iudicium HS. LXXX. dabat.) Vetus: M. Coſſutius iſte nihilominus iudicium dabat. omiſſo numero ſeſtertiorum. neſcio an rectè: certè iudicium non fuiſſe tum peractum, ſequentia indicant. ſed fieri poteſt, ut in iactandis minis, etiam ſummam mulctæ oſtentauerit. Tum iſte magna uoce Venerijs imperat, ut Xenonē adirent, dum res dijudicaretur.) Vetus: Tum iſte maxima uoce Venerijs imperat, ut Xeno audiret, dū res iudicaretur. quod rectius arbitror. uoluit enim minas ſuas exaudibiles eſſe ad terrorem reo. Demum ad iſtum in ius deductus eſt.) Vetus: Eductus eſt. hic plenum eſt, quod ſæpius antea nunc duci, nunc educi nominauit.

Quæ eſt arbor Iudices in foro.) Vetus: Quæ eſt arbor, iudices, Aetnæ in foro. Quæ non uiri fortes magno & libero animo affecti ferenda arbitremur.) Vetus: Arbitraremur. Id quod ego illi iam in Sicilia pollicitus ſum uenire.) Vetus: Peruenire. Neq; ante dimiſſum, quàm ad conditiones eius depactus eſt.) Vetus: Ad conditiones eius deiectus eſt. Sed puto uulgatum melius. quia in turpibus et malis conditionibus depaciſcimur, ſiue depeciſcimur. utrumq; enim inuenitur. quanquam id ipſum & in bonam partem quandoque uſurpatum uideas.

Qui cum araret in Aetnenſi, cum is ager in Apronio cum cæteris agris eſſet traditus.) Vetus: Qui cum araret in Aetnenſi, cumq; is ager Apronio, &c. Refertur eius ſermo Apronio.) Vetus: Refertur eius ſermo ad Apronium. Apparitores à Prætore aſſignatos habuiſſe decumanum, ſi mediocre argumentum uideri poteſt.) Vetus: Si hoc mediocre argumentum uideri poteſt. Non mehercule quæ loquor crederem, tametſi uulgo audirē.) Vetus codex: Non mehercule hæc quæ loquor crederem, tametſi uulgo audieram. Nemo hoc non neſcit, nemo tuorum amicorum. nemo abs te interrogatus, nunc ſe primum hoc dicet audire.) Vetus: Nemo tuorum amicorum, nemo promptè abductus, nemo abs te interrogatus, nunc ſe primum hoc diceret audire. Nō magni momenti id, ſed ex fide mihi referendum uidebatur, quicquid diuerſum, aut amplius inueniſſem, modò non planè abſurdū uideretur. Huius uerba auditis. nam Qu. Lollius filius eius.) Vetus: Huius uerba audietis. nam Qu. Lollius eius filius. Incredibile genus iniuriarum, contumeliarumq; ferre.) Vetus: Perferre. Vt quo eum inire conuiuium, nemo unquam niſi turpis, impuruſq; uoluiſſet.) Vetus: Vt qui cum inire conuiuium, &c. Quæ ſi Athenio uiciſſet, in Sicilia non feciſſet.) Vetus: Quæ ſi Athenio uiciſſet, rex fugitiuorum in Sicilia, &c. Sed puto, ex gloſſemate marginali in contextum irrupiſſe. Si appareat aduerſus edictum feciſſe, quæ in iudicio dicturum eſſe dicebat.) Vetus: Quare ſe in iudicio dicturum aiebat. Dicat licet Hortentius, ſi audet, magno Verrem uendidiſſe.) Vetus: Dicat licet Hortentius, ſi uolet, magno Verrem uendidiſſe. Atque adeò aratorum dominum ac regem fuiſſe.) Vetus: Arationū dominū ac regem fuiſſe. Sed hoc languidius, quia perſonis caret. Apronio dent lucrum tritici medimna XXXIIII.) Vetus pro hoc numero, XXXIII. medimna habet: eandemq; ſummam in ſequentibus retinet. Tum cum uendebas decem medimna potius addidiſſent, quàm HS, DC.) Hanc pecuniæ ſummam uidetur Cicero conſtituere pro medimnis XXXIII. ſi enim medimna in modios reſolueris, deinde ſingulis modijs ternos ſeſtertios attribueris, prouenient HS, DXCIIII. Deſunt ergo integritati iſtius ſummæ, non niſi ſex ſeſtertia. Cæterùm medimna ſingula, ſingula millia ſignificant: quo more ſeſtertia, mille ſeſtertios. Vt probaret Apronius, hoc triticum imperat Argyrinenſibus Verres.) Vetus: Vt probaret Apronius hoc triticum, quod ei dabatur, imperat. Tanto numero frumenti in lucri nomen imperato.) Vetus: Lucri nomine imperato. Iniuria prætoris eripiuntur tritici medimna XXXIII.) Hic numerus conuenit cum ſuperiori uetuſti codicis lectione. Præterea HS, LX.) Vetus: Præterea HS, L. Quos tui quæſtus cauſa euocaſti.) Vetus: Quos tu tui quæſtus cauſa euocaſti.

Apollodorum cui Pyragri cognomen eſt.) Vetus: Cui Pyragro nomen eſt. Tanta authoritas eſt in eorum hominum fidelitate, tantus dolor iniuriæ.) Vetus: Tanta autoritas eſt in eorum hominum fidelitate, tātus dolor in iniuria. τοῦτο τοῦ ὁμοιοπτώτου concinnius apparet, & minus flexuoſum. Verùm non una, ſed uniuerſæ ſimilibus.) Vetus: Verùm non una te tantum te, ſed uniuerſæ ſimilibus. Accenſus iſtius item miniſter.) Vetus: Atidius item iſtius miniſter. Coguntur Horbitenſes ei lucri dare modiûm XXXVII. millia.) Vetus: Coguntur Herbitenſes ei lucri dare tritici mod. XXXVII. millia. Cæterùm hanc notulam M° obſeruaui in ueteri codice, nunc pro medimnis, nunc pro modijs capi, ſed confuſis ſignis. M° enim modios, M^c medimna indicat. Dictum autem eſt eadem figura lucri dare, qua acceſſionis dare: ut ſubintelligas, nomine, uel cauſa. Eiuſdem rationis propemodū uidetur, quod noxæ dare appellamus. quanquam aliqui noxæ datiuum potius quàm genitiuum malint. Atque hoc triticum lucri coguntur publicè dare, cum iam priuatim aratores ex agris ſpoliati.) Vetus: Atque hoc tantum triticum lucri coguntur dare publicè, cum iam priuati aratores ex agris, &c. Et ipſe Herbitam cum illa prædonis copia.) Vetus: Prædonum copia. Publicè coactus eſt ei conferre lucri tritici modiûm XXVI. & acceſſionem HS. MM.) Vetus: Populus publicè coactus eſt ei conferre modiûm XXI. acceſſionis ∞ ∞. Ex qua nota quantum datum ſit intelligas: ſed quid datum ſit, nō exprimitur. Iſtius, qui ſe regem Siculorum eſſe dicebat.) Vetus: Qui ſe regem Siculorum eſſe ducebat. Alterum iactationis, alterum perſuaſionis, utrumque tamen rectum eſſe poteſt. Aeſchrionis Syracuſani uxor eſt Pippa.) Vetus: Pipa. Hoc nomen adulteræ Cicero libenter inculcat, & quia mimi filia, & quia uox Pippa cum Chelidone non parum conuenit: alterum auis nomen, alterum ſoni quo aues utuntur. Catullus de paſſere, Ad ſolam dominam uſque pipiebat. Si ad Aeſchrionem precium rediſſet.) Vetus: Si ad Aeſchrionem precium recidiſſet. Suprà adiecit Aeſchrio, neq; enim metuebat, ne Prætore Verre decumana mulier damno affici poſſet, addicitur medimnis MM.) Vetus: Addicitur medimnis VIIIC. Melius hæc octo milliū ſumma, quàm illa duorum millium, conueniet cum ſequentibus locis, ubi bis eundem numerum repetit his uerbis: Addicitur medimnis MM. dimidio ferè pluris quàm ſuperiore anno. Quantum autem in decumis fuit ſuperiore anno, ex his uerbis patebit: Anno ſecundo (inquit) cum emiſſet Apronius decumas tritici modiûm XXV. millibus: quæ ſumma ferè dimidio minor, quàm octo millia medimnorum, quæ

in ſe continent quadraginta octo modiorum millia.

Ac rurſus: Intellexit iſte ita magno uendidiſſe, ut amplius ex Herbitenſibus exprimi non poſſet: demit de capite medimna DC. iubet in tabulas pro medimnis MMMVIII. referri, &c. Pro hoc numero habet uetus codex, VIII. Iam ſingulas monadas in his libris pro totidem millibus capi, ſuprà admonitum, idemq; annotatum à Georgio Agricola. Cæterùm hunc numerum MMMVIII. octo tantummodo millia ſignificare, hac ratione mihi perſuadeo, ſcriptum ſcilicet olim fuiſſe MMMV. inſolenti certè modo, ſed non ſemel in Verrinis obuio. Alius librarius, qui uoluit indicare has literas omnes eſſe millenarias, pro tribus MMM. tres notas in margine aſſcripſit: id alius rurſus in contextum retulit, atque ita nobis ex ſuperfluo iſtæ tres monades accreuerūt. Coniecturā meam uel uero, uel uerisimili niti, ſequētia indicabūt. Verres enim iſtā licitationē octo milliū iubet ad ſexcēta diminui, ac pro eo numero in tabulas referri DMMDIIII. hoc eſt, ut ego computo, ſeptem millia, quingenta & quadringenta. Cur autem factum ſit ut D redundet, hanc, quæ mihi certè utcunq; probabilis uidetur, cauſam accipe. Librarius, cum uidiſſet in hoc numero D ante MM. præponi, & notam eſſe credens quingentenariam, eam in tergum poſt M reiecit hoc modo, MMDIIII. Alius qui alibi offenderet DMMIIII, alibi MMDIIII, credens D deeſſe, quod utrobiq; inuenerat, in unum contulit, & ſuo codici DMMDIIII aſſcripſit. Pergamus nunc ad tertium locum, unde plus fidei noſtræ opinioni accumulabitur: Promittunt Herbitenſes uadimonium Syracuſas, eò poſtquam uentum eſt, coguntur Aeſchrioni, id eſt Pippæ, dare tantum, quantum erat de capite demptum, tritici modios MMMDC. Audiuimus ſuprà, ſexcenta medimna de capite eſſe detracta octo millium, ea debent contineri in iſtis MMMDC modiorum. id an ita ſit, iam ſtatim liquebit. Continēt enim ſingula medimna ſenos modios. quamobrem ſi ſexcenta medimna per ſenarium multiplices, abſolutè conficient tria millia modiorum, & ſexcentos. Vides egregium æquamentum utriuſq; ſummæ.

Mulierculàrum deterrimarū improbiſſimi cognitores.) Vetus: Mulierculàrum teterrimarum improbiſſimi cognitores. Sunt autem hic cognitores, non procuratores ad litem, qui cauſam familiarius cognitam habent: ſed procuratores, ad negotia decimarum ſcilicet. uxores enim illorum decumanæ erant reuera, ipſi in re uxoria procuratores. Non audio enumerate HS. XV.) Vetus: HS. XII. Nam per deos immortales, quod de capite ipſi dempſit, quo tandem modo ferendum, uerumetiam animaduertendū uidetur.) Vetus: Quo tandem modo nobis non modò ferendum, uerùm etiam audiendum uidetur. Malim uulgatam lectionem, quæ indicat id nullo modo ferri debere, & inſigniter puniendum. quanquam uetus exemplar etiam magni ponderis uerba habeat, ſcilicet ne audiendum quidem, tantum abeſſe ut ſit ferendū. Cui Reſpub. totam ſe tradidit.) Vetus: Cui Reſpub. ſe totam traderet. L. Sylla.) Vetus: L. Sulla, ſic cypreſſus & cupreſſus. Illum uiris fortiſſimis iudicarunt Patres conſcripti dimittere de ſumma non potuiſſe.) Vetus: Remittere de ſumma non potuiſſe. Quas cum addixiſſet eidem illi Docimo, hoc eſt, tritici modiûm quinq; millia. Mutilum hoc eſſe credo. uidetur enim aliquid præceſſiſſe, cui iſta interpretatio, hoc eſt tritici modiûm, &c. adhibenda ſit. ut exempli cauſa ita fingamus, quas cum addixiſſet eidem illi Docimo HS, XV. millibus addixiſſet: hoc eſt, in tritici modiûm quinque millia. id obiter annotandum, non legi debere quinque millia, ſed quinq; millibus. Vitium hoc frequenter obuiū ex notulis oritur. nam V. M. cum nullum certum caſum deſignent, errorem dedere librarijs, ut id in eos caſus, in quos non congruebat, deſcriberent. Hoc nomine uidetis tritici modiûm MMM. de capite eſſe dempta.) Vetus: Hoc nomine uidetis tritici modiûm VIII, de capite eſſe dempta. ſed hic numerus mihi ob hyperbolem detractionis non ualde arridet, maloq; ſummam uulgatæ lectionis, uel ob id quòd tacita alluſio uidetur in hoc nomine Tertia, cui tria millia modiûm donauit. Ex horum ſeueritate te ulla uis eripiet, aut ulla largitio eripiet.) Ignaua eſt iſta repetitio: ac proinde addubito, num ſit legendum, Ex horum ſeueritate te ulla uis, aut largitio eripiet. Sed ſi eripuerit, non intelligit hæc, quæ iamdudum loquor, ad aliam quæſtionē, atq; peculatus iudicium pertinere.) Vetus: Sed ſi eripueris, non intelligis, &c. Mihi hæc perſeuerantia apoſtrophes ualde arridet. Aulus Valentinus eſt in Sicilia interpres.) Vetus: Aulus Valentius eſt in Sicilia. & rectius: nam poſtea eundem Valentium nominat. Recita, inquit, teſtimonium Liparenſium, deinde quemadmodum Valentio nummi ſint dati. Emit agri Liparenſis miſeri atq; ieiuni medimnis DC.) Vetus: Miſeri atque ieiuni M° DC. ſed malè. de medimnis enim loquitur, ut ſtatim patebit. Hoc eſt tritici medimna II. millia.) Vetus: Hoc eſt tritici M° ꝏ ꝏ. Sed & hoc quoq; malè. nam XXX millia HS, lucri cauſa data, ſi deni quini ſeſtertij in medimna ſingula imputentur, duo millia medimnûm faciunt, HS XXX millia. Seiūcta à Sicilia in inſula inculta.) Vetus: Seiuncta à Sicilia in inſula inculta. Itaque qui tot annos agellos ſuos ante te prætorem redimere à prædatis ſolebant, ijdem ſeipſos à te precio impoſito redemerunt.) Vetus longè rectius: Itaq; qui tot annis agellos ſuos ante te prætorem redimere à piratis ſolebant. Prætorem enim in eodem maleficio ponit, quo prædones. Quid ergo à Tiſſenſibus perparua ac tenui ciuitate, & aratoribus laborioſiſſimis.) Vetus: Quid uerò à Tiſſenſibus perparua ac tenui ciuitate, ſed aratorib. laborioſiſſimis. Cur hoc autore non Romæ ſerui publici ad uectigalia accedant.) Vet. Cur hoc authore non Romæ quoq; ſerui ad publica uectigalia accedant. Tertio anno HS. MM. modiûm tritici lucri Diogeneto Venerio dare coacti ſunt.) Vetus: Tertio anno HS. XII modiûm tritici lucri Diogeneto. ut diuinare nō poſſim, uter numerus rectior (pro more tamen animo in hoc, ut malim XII millia, quàm duo, quia ſuperiore anno exegerat HS, XXI) ita facilè ſentio, utrobiq; uel ſeſtertios, uel modios delendos eſſe. Quòd ſi in iſta deletione mihi optio detur, modios expungere uelim: quia ſecundo anno ſeſtertij dati ſunt, non modij. ergo uerisimilius, anno tertio quoq; ſeſtertios datos. Deinde quod Verres lucri uult dari, id plerunq; ſeſtertijs, rarò modijs conſummatur. Aliquanto plus ipſi auferrent, quàm quantum pop. Rom. Decumarum nomine daturi ſunt.) Vetus cum maiore integritate: Aliquanto plus ipſi lucri auferant, quàm quantum pop. Rom. &c.

Dant Banobali medimna DCCC, HS. MD.) Vetus: Dant Banobali medimna DCCCL. Numeros qualeſcunque libuit aſcribere, ut ſtudioſis diuinādi materiā ſuppeditarem:

ditarem. Venditæ erant decumæ D C C C. hæc ſi multiplicaueris per quindecim ſeſtertios (tanti enim, ut in ſuperioribus patet, medimnum ueniebat) fient in totum duodecim millia ſeſtertiûm. Cæterum illi plus lucri, quàm decumarum nomine, coacti erant dare Banobali. quamobrem hic numerus, qui multo minor eſt, ſcilicet HS M.D. nequaquã conuenire poteſt. Neſcio ergo num legendũ ſit X D. hoc eſt, quindecim millia. Numerus certè ultra decuplum exaugendus eſt, ſi eum maiorem uelimus reddere. Profectò nũquam iſte tam amens fuiſſet, ut ex agro Po. R. plus frumenti ſeruo Venerio, quàm Prætori tribui pateretur.) Vetus: Seruo Venerio quàm Populo Romano tribui pateretur. idq́; ſincerius eſt. Feſellit librarios, quòd ſæpe in antiquis codicibus P R. nunc Prætorem ſignificet, nunc Populum Romanum. Accuratiores libri, ubi Prætorem indicant, has literas PR non diſtinguunt: ubi populum Romanum, diſcrimen interijciunt hoc modo, P.R. Petrini cum eorum decumæ magno addictæ eſſent, tamen inuitiſsimi P. Neuio Turpioni improbiſsimo homini, qui iniuriarum, Sacerdote prætore, damnatus eſt HS, V I I. dare coacti ſunt.) Vetus: HS, L I I dare coacti ſunt. qui numerus legitimus eſt, ut mox docebimus. Cur autem ex quinquaginta facta ſint quinq́;, parum liquet, niſi fortaſſe olim notulæ fuerunt, quibus ſimplices numeri ad decuplum aſſurgerent. Vt exempli cauſa, V ſit quinq́;, $\overline{V}$ quinquaginta, $\overline{\overline{V}}$ quingenta. Certè Budæus author eſt in ſecundo de Aſſe, apicem porrectum ſuper quemcunque numerum, millia ſignificare. Cur autem id ſuſpicer, in cauſa eſt, quod plerũq́; hunc ſcriptum codicem in decuplum diſſentire uideo. Sequitur deinde: Ita ne diſſolutè decumas uendidiſti, ut cum medimnum quindecim millibus ueniſſet, hoc eſt HS. XXXXV. falſum id eſſe, ipſa computatio oſtendit. nam cum medimnum conſtet quindecim ſeſtertijs, fient ex quindecim millibus medimnorum, ducenta uigintiquinque millia ſeſtertiorum. Rectè igitur hic uetuſtus codex, qui ita habet: Vt cum Medimnum eſſet quindecim ſeſtertijs (intelligit autem ſeſtertios nummos, quibus ſingula medimna comparabantur) Decumæ autem ueniſſent medimnum $\overline{III}$ (haud dubiè millibus) hoc eſt HS. XXXXV. Si tria iſta millia medimnorum multiplices per quindecim ſeſtertios (hoc enim eſt precium uniuſcuiuſq́; medimni) reſultat inde ſumma quadringentaquinque millium. Sequitur deinde, ut lucri decumano HS. MMM, darentur. Hæc tria millia non ſeſtertiorum, ſed medimnorum ſunt: nec lucri, ſed decumarum, ut ex uetuſto codice, quem ſuprà citauimus, patet. Habet in hoc loco uetuſtum exemplar ad iſtum modum: Vt lucri decumano HS, LII darentur, ut etiã ſuprà dixit. nam hic eandem ſummam repetit. Partes igitur, ut mihi legendum uidetur, in unum contraham: Petrini, cum eorum decumæ magno addictæ eſſent, tamen inuitiſsimi P. Næuio Turpioni improbiſsimo homini, qui iniuriarum Sacerdote prætore damnatus eſt, HS, L II dare coacti ſunt. Ità ne diſſolutè decumas uendidiſti, ut cum medimnum eſſet HS, X V. decumæ autem $\overline{III}$ ueniſſent. hoc eſt HS, XXXXV. ut lucri decumano HS, $\overline{LII}$ darentur. Videlicet gloriatur, non Turpioni lucrum datum, ſed Petrinis pecuniæ ereptæ.) Vetus: Videlicet gloriatur nõ Turpioni lucrum datum, ſed Petrinis pecuniam ereptam. Is ab iſto literas adfert, ut ſibi contra iura omnia, contraq́; legẽ Rupiliã.) Vet. Vt ſibi cõtra omnia SC. contra omnia iura, contraq́; legẽ Rupiliam. Hic Venerius quemadmodũ aratores cluſerit.) Vetus: Quemadmodũ in aratores cluſerit. Panormitanus Phimes cognomine, homo illuſtris ac nobilis arator.) Vox arator in ueteri exemplari deeſt. Is agrum in Segeſtano (nam commercium in eo Panormitanis eſt) conductum habebat: haud dubiè malè.) Vetus: Is agrum in Segeſtano, nam commercium in eo agro nemini eſt. Excuſat autem Cicer. cur conductum, non ſuum arauerit, nimirum qui caruerit iure commercandi. Neſcio an legendum: Nam commercium in eo agro nemini Panormitanorum eſt. ut ſoli Panormitani ſint excluſi. Pro decuma cum pulſatus à Venerio eſſet, dedit HS ſexdecim millia, & DCLIIII.) Vetus: Pro decuma cum pulſatus à Venerio eſſet, decidit $\overline{XS}$. $\overline{DC}$. L I I I I. Mihi illud Decidit, ad oſtendendam iniuriam neruoſius uidetur. qui enim poſt longam licitationem, paulatim detrahendo de ſumma quæ petitur, ad eum numerum uenit quem uoluit, atq́; ita tranſigit, decidere dicitur, ut ægrè uideatur ea mulcta ſalutem redemiſſe. In numero uerò exemplaria conueniunt: ſexdecim enim millia & $\overline{XS}$ paris momenti ſunt. Id nonnihil contra Budæanam obſeruationem, quò 1 ut $\overline{XS}$ chiliades ſignificant, ita $\overline{DC}$ non chiliadas, ut ſint ſexcenta millia, ſed ſex tantummodo centurias denotant. Hunc ordinem, ſi dignitate antecellere non exiſtimabas, ne hoc quidem ſciebas iudicare.) Vetus: Si dignitate antecellere non exiſtimabas, nec hoc quidem ſciebas iudicare. Neutrum placet. arbitror autem ſic legendum: Hunc ordinem ſi dignitate antecellere nõ exiſtimabas, ne hunc quidem ſciebas iudicare. Vocat enim Cicero in inuidiam Verrem, quòd ordinem de ſe aliquando iudicaturum contempſerit, atq́; ita in eo tractando ſe geſſerit, tanquam neſciret penes eos iudicia eſſe. Ornabant eos quicũq́; in operis erant, quẽcunq́; equitẽ Rom. in prouincia uiderant.) Vetus: Ornabant eos qui in operis erant, quemcunq́;, &c. Parum, uel nihil iſta differunt, ſed tamen idipſum uiſum eſt annotare. Omnes qui habitarant in Sicilia, aut qui Siciliam attigiſſent.) Vetus: Omnes qui haberent in Sicilia. Quod incommodum eſt: niſi haberent, pro habitarent interpreteris. ſic enim Plautus in Aulularia loquitur: Patri auoq́; amicus huius, qui nunc hic habet. Habet enim quendam aculeum contumelia, quem pati prudentes ac uiri boni difficillimè poſſunt.) Vetus: Quem pati pudentes ac uiri boni difficillimè poſſunt. idq́; rectius. Nam uerecundus acerrimum ſenſum doloris in ſui ignominia percipit. Spoliaſti Siculos. ſolẽt enim multi eſſe in iniurijs graues.) Vox iſta graues, in ueteri non habetur, & obeſt ſententiæ: niſi pro graues legas grauibus, mutato caſu: ut intelligatur, Siculos ne in magnis quidem iniurijs uindictam affectare. Cedo mihi etiam iſtum ſenatorẽ.) Vetus: Cede mihi etiã iſtum ſenatorium. In hac tam miſera & indigna conditione uitæ.) Vetus: In hac tam miſera et iniqua conditione. Congruentius id multo. in ſenatoria fortuna nulla indignitas, ſed iniquitas multa, dum temporũ culpam coguntur præſtare. Addicitur Venuleio tritici mod. V I I C.) Vetus: Addicitur Venulcio tritici mod. $\overline{VIII}$. Imacharenſes iam omni frumento ablato.) Vetus: Acharenſes iam omni.) Vulgata lectio ſyncerior uidetur, quanquam in ſequentibus mentionem faciat Acharinorũ. Tributum ferre miſeros ac perditos coegiſti.) Vetus: Tributum facere miſeros ac perditos coegiſti. Etſi utrumq́; rectum, mirè ta-

men mihi blanditur illud facere tributum: quòd populus, cum tantum nec in ærario, nec in uectigalibus haberet, tributim coactus ſit eam pecuniam conferre.

Ennenſes, cum decumæ ueniſſent, agri Ennenſis medimnûm MMMCC. Apronio coacti ſunt dare tritici mod. LXXMMM, & HS, III millia.) Vetus codex: Ennenſes, cum decumæ ueniſſent, agri Ennenſis medimnûm v̄ı̄ı̄ı̄ CC Apronio coacti ſunt dare tritici mod. xv̄ı̄ı̄ı̄, & HS III millia. Vulgatæ lectionis numerus præter alia incommoda, uix quid ſibi uelit, ad liquidum diuinare poſſes. Si enim LXXMMM pro ſeptuaginta tribus millibus intelligas, modios´que ad medimna contrahas, duodecim millia medimnorum continent, ſuperexcreſcente uno modio, qui numerus, ſi ad medimnorum III millia & ducenta reſpicias, ultra quadrupli habet proportionem: ſin LXXMMM, non niſi tria millia & ſeptuaginta monadas interpreteris, ut minor numerus maiori præpoſitus ſit: iſta mediocritas mihi magis arrideret, intelligóque id totum præter decumas acceſsionis nomine datum eſſe. Iam quod uetuſtus liber habet, redemptas eſſe decimas v̄ı̄ı̄ı̄, & ducenis, coactos autem dare Ennenſes tritici modios xv̄ı̄ı̄ı̄. & HS, III millia, aliquam anſam nobis uidetur adferre ad coniecturam faciẽdam. Tria enim millia medimnorum, ut habent libri impreſsi, XVIII millia modiorum faciunt. Superſunt CC medimna. quibus HS, III millia reſpondent. quòd ſi in unum coniungere uelis, quod in utroque exemplari ſanum uidetur, ita textus concinnandus eſſet: Ennenſes, cum decumæ ueniſſent agri Ennenſis medimnûm tribus millibus & ducenis, Apronio coacti ſunt dare tritici modiorum XVIII millia, & HS III millia. atque ita fieret, ut tantundem eſſet in acceſsione, quantum in capite. Nam per omnes ciuitates, quæ decumas debent, præcurrit oratio mea.) *Vetus hic ſyncerior: Nam per omnes ciuitates quæ decumas debent, percurrit oratio mea. Theomnaſtus Syracuſanus in agrum Muticenſem cur abs te immiſſus eſt.) Vetus: Theomnaſtus Syracuſanus in agrum Mutienſem cur abs te immiſſus eſt. Cognoſcite pactiones Menenorum.) Vetus cod. Cognoſcite pactiones Meneniorum. Ab his per ſummam iniuriam, per ſummas contumelias.) Vetus: Ab his per ſummam iniuriam, per acerbiſsimas contumelias, & cætera. Et ita cætera de oratione tollam mea, ut in cauſa relinquam.) Vetus codex: Vt tamen in cauſa relinquam. Audictis Agrigentinorum fortiſsimorum uirorum, diligentiſsimorum´que querimonias.) Vetus codex: Audietis Agrigentinorum, fortiſsimorum uirorum, diligentiſsimorum´que & locupletiſsimorum hominum querimonias. ſed quia poſtea inquit, Catinenſium locupletiſsimorum, non puto Ciceronem tam coniunctim duas gentes eodem titulo ornare uoluiſſe. Eggynam, Capitinam, perditas eſſe hac iniquitate decumanorum.) Vetus: Hac iniquitate decumarum. Quibus quodtum aut remiſſum, aut relictum ſit.) Vetus codex: Si cui quid aut remiſſum, aut relictum ſit. Duarum ciuitatum reliquos feci agros, iudices, ferè optimos, ac nobiliſsimos, Aetnenſium & Leontinorum.) Vetus cod. Aetnenſem ac Leontinum.

L. medimna, per deos immortales unus ager uno anno CCC mod. tritici, & praeterea L. millia lucri dat Apronio.) Vetus: HS, L per deos immortales, unus ager uno anno CCC millia mod. tritici, & præterea L millia lucri dat Apronio. Cæterùm incorruptiorem credimus uulgatam lectionem. Moris enim eſt Ciceronis, quod antea per medimna breuiore numero contraxit, id poſtea, ut res maior uideatur, in modios diffundat. L autem medimna ex ſe reddunt CCC millia modiorum. Cæterùm iſta ſumma tota eſt lucri, neque nomine decimarum, ſed acceſsionis data: quod Cicero poſtea euidentiſſimè declarat. Centuripini, quòd in omnibus ferè finibus habent poſſeſsiones, etiam cæterarum ciuitatum damna.) Vetus codex: Centuripini, quòd in omnium ferè finibus habent poſſeſsiones, etiam cæterarum ciuitatum damna. Verùm, ut dixi, ratio certa eſt.) Vet. Verùm, uti dixi, &c. Quid ſi C? quid ſi CC? quid ſi CCCC?) Vetus hic ſine ullo ſaltu per ſeriem numeri decurrit: Quid ſi C? quid ſi CC? quid ſi CCC? quid ſi CCCC? Qui ex lucri magnitudine coniecturam faciam furti.) Vetus: Qui ex lucri magnitudine coniecturam capiam furti. Quid ſi docebo, iudices eos qui CCCC millia mod. lucri faciunt, damnũ facturos fuiſſe, ſi tua iniquitas ſit, ut ex cohorte recuperatores non intercedant.) Vetus codex hic omnia ſarta tecta facit: Si tua iniquitas, ſi tui ex cohorte recuperatores non intercedant. Librarij cum legiſſent coniunctis & conſertis uerbis SITVI, ultimam literam T ſuſpicati, ex SI TVI, SIT V.T fecere. Quin propter iniquitatem tam magnos quæſtus feceris: propter magnitudinem quæſtus, improbus eſſe uolueris.) Vetus codex: Quin propter improbitatem tam magnos quæſtus feceris, propter magnitudinem quæſtus, improbus eſſe uolueris. Vtrobique anthypallage, ſed ea abſolutior eſt in ſecundo loco, omnibus undecunque uerbis mutuò inuerſis. quale eſt illud: Non uiuendum ut edas, ſed edendum ut uiuas. Cum tot cruces, tot iudicia, tot ex cohorte recuperatores proponerentur.) Vetus: Cum tot cruces, tot ſupplicia, tot ex cohorte recuperatores. Alteram lectionem commendat uarietas, alteram uis amplificandi. Hoc cum ita eſſet, primùm illud dico, pluribus medimnûm ueniſſe decumas.) Vetus: Pluribus millibus modiorum ueniſſe decumas. ſed uulgatum melius. Quod ſi fieri non poterat, ut plus quàm decem medimna ex iugere ararent.) Vetus: Ex iugero ararent. idq́; conſtanter. Verùm ego legendum arbitror, non ararent, ſed exararent: hoc eſt, cultu agrorum obtinerent. ita enim Cicero perpetuò loquitur. Profeſsio eſt agri Leontini ad iugera XXX millia. Hic iam approbatur, ſingulas monadas ſingula millia ſignificare. nã quod ſuprà dixerat ad iugera XXX, hic dicit XXX millia. Vetus autem codex, ut ſuprà XXX, ita hic quoque eaſdem notulas reſeruat. Hæc ſunt ad tritici medimna XC.) Rurſus hic per nonaginta intelligimus nonaginta millia. Deductis tritici modijs CCXVI, quanti decumæ uenierant.) In hoc numero nullum eſt uitium. triginta enim ſex medimna per ſenarium multiplicata, hanc ſummam conficiunt. ille qui ſequitur, uitio laborat. Reliqua tritici CCCXXIII.) Vetus codex: Reliqua tritici CCCXXIIII. idq́; rectè. nam nonaginta ſexcuplata (tantum enim medimnorum ex triplicata decimatione colligitur) reddunt ex ſe quingentos quadraginta modios: quibus ſi detrahas ducentos & ſexdecim, quanti publicanus redemit, manent in reſiduo trecenti uigintiquatuor. Adde to-

tius ſummæ quingenta quadraginta millia modiorum tres quinquageſimas, id eſt, tritici mod. X X X I I. C C C C. una quinquageſima totius ſummæ decem millium eſt, & octingentorum modiorum: quæ triplicatæ, hunc numerum abſoluunt, 32400. Sunt hæc iam ad ſeſtertia trecenta quadraginta mod. tritici.) Primum delenda eſt hæc uox Seſtertia, ut planè ſuperuacua: deinde numerus iſte infra magnitudinem iuſtam conſiſtit. Vetuſtus autem codex excedit, in quo habentur trecenta ſexaginta. Ex enim trecentis uigintiquatuor, & triginta duobus millibus, ac quadringentis, coit ſumma C C C L V I millium & quadringentorum. Iam ut quadringenta millia conficias (is enim eſt ſcopus Ciceronis, & tantum in lucrum refertur) opus eſt adhuc X X X I I I millibus, & D C. ea complenda ſunt ex X C millibus ſeſtertiorum: quos ſi binos cum dimidio in modium imputes, non multum deerit ſummæ iſtius integritati, quam Cicero conſtituit. Hunc defectum ille, ut non magnum, in maximo numero negligendum putauit. Vt enim numerum rotundent exceſſus, defectus'que, non magnos autores contemnere aſſueuerunt. Hoc minimum ut ſequamur, quoniam X C medimnas diximus, accedant eo nouo peßimóque exemplo ad H S, X C millia.) In ueteri deeſt Ad præpoſitio. Cum ex eodem agro dimidio plus abſtulerit.) Vetus: Cum ex eodem agro dimidio plus ipſe abſtulerit. Atq; tum neque iudicium de modo iugerum dabatur.) Vetus: Atqui tum neque iudicium de modo iugerum dabatur.

Iam iſte homo amentißimus in uendundis decumis nummorum faciebat acceßiones ad ſingulas decimas.) Vetus: H S. faciebat acceßiones. Cæterùm res eadem, uox diuerſa. idem enim ſeſtertius & nummus apud Romanos. Vt ſi quis uillicus ex fundo, cui H S dena merces eſſet.) Vetus: Vt ſi quis uillicus, cui HS dena meritaſſet. Id ſi rectum erit, qui pro quis, cui pro qui, meritaſſet pro meruiſſet, capi neceſſum eſt. Eſt autem hic merces, fructus, ſiue prouentus, nonnunquam & uſura. Horatius: Quinas hic capiti mercedes exigit. Neque id ſolum actum eſt, uti hi minus multis iugis ararent.) Vetus: Neque id ſolum accidit. Paruum id, ſed tamen rectius. id enim actum eſt, quod effici uoluimus: id accidit quod fortuito contigit. Argyrinenſis ager quorum hominum quàm honeſtorum, quàm locupletum.) Vetus: Argyrinenſis ager quorum hominum quàm honeſtorum, quàm locupletium. Eos in agris minore inſtrumento, minus multis locis, minores remanſiſſe.) Vetus: Eos in agris minore inſtrumento, minus multis iugis remanſiſſe. Vt ſererent quàmplurimum, quod illi ſemper ſua cauſa fecerant.) Vetus: Vt ſererent quàmplurimũ, quod illi ſemper ſui cauſa fecerãt. Iam uerò, ſi Siculorum fortunas negligitis.) Vetus: Iam uerò, Iudices, ſi Siculorum fortunas negligitis. Hæc omnia doceo ciuitatum, & priuatis primariorum uirorum teſtimonijs.) Vetus: Hæc omnia doceo literis ciuitatum, & priuatis primariorum uirorum teſtimonijs. An prætorem quemadmodum prouincia affecta ſit.) Vetus: An prætorem quemadmodum prouincia afflicta ſit. Quas ad urbis quæſtores miſit.) Vetus: Quas ad urbanos quæſtores miſit. Summa data eſt opera à me.) Vetus cod. Summa ui opera data eſt à me. Tantum non aratoribus Metellus obſides dedit, ſe in ulla in re Verri ſimilẽ futurum.) Deeſt hic negatiua particula non. Rectius ergo uetus codex: Se non ulla in re Verri ſimilem futurum.

Expectare etiam Iudices, ſi poteſtis.) Vetus: Expectare etiam, expectate ſi poteſtis. Cum uerò perditis profligatisq; ſocijs uectigalia populi Romani ſint diminuta.) Vetus: Sint deminuta. Saltem commoda ueſtra reſpicite.) Vetus: Saltem commoda populi Romani reſpicite. Quid cæteri Siculi, quid ille maximus numerus aratorum, qui non modò ex agris reiecti ſunt.) Vetus: Qui non modò ex agris eiecti ſunt. Tamen nunquam perpeterere, quòd ille gemitus luctúsque, &c.) Vetus: Tamen nunquam perpeterere, propterea quòd illi gemitus luctusq;, &c. Omnibus enim neruis mihi contendendum eſt.) Vetus: Omnibus enim neruis mihi conniuendum eſt. Sed conſcientia ſceleris auaritiæq; ſuæ frenaret.) Vetus: Sed conſcientia ſceleris auaritiæq; ſuæ refrenaret. Non aliqua ſe ſimulatione exiſtimationi hominum uindicaſſet.) Vetus: Non aliqua ſe ſimulatione exiſtimationi hominum uenditaſſet: id eſt, uendibilem ac probabilem aliquo modo reddidiſſet. Quod quo mihi magis adlubeſcit, ſed tamen optio in medio eſt, eligat quiſque quod malit. Ego in rebus ferè paribus meam cenſuram libentius addo. nam in multum uariante pondere quid opus eſt, cum id omnibus conſtet.

Teneo in medijs uectigalibus populi Romani in ipſis fructibus prouinciæ Siciliæ furem manifeſto auertentem rem frumentariam.) Vetus: Teneo, teneo inquam, in medijs uectigalibus Populi Romani in ipſis fructibus prouinciæ Siciliæ furem manifeſtè auertentem. Vt mihi anadiploſis in teneo admodum placet, ita facetia [ex paronomaſia] auertentem, importunior uidetur in tam atroci oratione, quæ delicias omnes aſpernatur. Sponſio facta eſt cum cognitore tuo Apronio de fortunis tuis omnibus, ni ſocium tibi in decumis eſſe dictitaret.) Vetus: Sponſio facta eſt cum cognitore tuo Apronio de fortunis omnibus, ni ſocium ſe tibi in decumis eſſe dictitaret. Cogit Scandilium Apronio ob ſingularem improbitatem atque audaciam, prædicationemq; nefariæ ſocietatis H S, D millia mercedis nomine ac præmij dare.) Vetus: H S, quingenta millia mercedis ac præmij dare. Eadem forma qua ſuprà annotauimus, Lucri dare.

Quid interfuit homo audacißime, utrum hoc decerneres quod Apronius dictabat, an tu de te proferres.) Vetus: An tu de te profiterere. Agri uerò Leontini, qui plurimum efficit tritici mod. C C V I.) Vetus: Qui plurimum efficit tritici mod. C C X V I. qui numerus uerus eſt. repetit enim eandem ſummam quam ſuprà bis uerbis poſuit, deductis tritici mod. C C X V I. quanti decumæ uenierunt. Sed ad unas unius agri decumas tritici mod X X X uoluiſſe addere.) Vetus: Tritici mod. mill. X X X uoluiſſe addere. Nihil in hoc boni, niſi ut planum faciamus, inuerſo ordine aliquando ſcribi à librarijs, M X X X. nunc rurſus X X millia. Quot & quàm maximis in rebus teneare, non uides.) Vetus: Quot & quàm manifeſtis in rebus teneare, non uides.

Nam ſi D X X X mod. tritici commotus non eſſes.) Nota quingẽtenaria, D ſcilicet, extereñda. Vet. aũt multo rectius: Nam ſi X X X mod. tritici commotus non eſſes. Si unius agri decumas X X X mod minoris quàm potuerit uẽdidiſſe.) Vetus: Si unius agri decumas X X X millia modiorum minoris quàm potuerit, &c.

Sed legendum XXX millibus. uerùm id uitium obuium ubiq;, & facilè animaduertitur. Quod ego expecto, cupioq́; te illud defendere.) Vetus: Quod ego expecto, cupioq́; te ita illud defendere. Tenetur igitur iam iudices.) Vetus: Tenetur ergo iam iudices. Leuiculum hoc, ſed hic numerus conſtantior aliquanto, & minus effluens uidetur. Aduentu L. Metelli, cum omnes eius comites iſte ſibi ſuo illo panchreſto medicamento amicos reddidiſſet.) Vet. Cum omnes eius comites iſte ſibi ſuo illo panchreſto medicamento amicos reddidiſſet. quod ſincerius puto. Eſt autem panchreſtũ medicamentum, quod ad omnes morbos ſit utile, qualẽ poetæ ſuam panacen fingunt. Eductus eſt Apronius, eduxit uir primarius C. Gallus ſenator à L. Metello, ut ex edicto ſuo iudicium daret in Apronium.) Vetus: Eductus eſt Apronius, eduxit uir primarius C. Gallus ſenator, poſtulauit à Metello, ut ex edicto iudicium faceret in Apronium. Hic rurſum uides, educere, eſſe reum facere, ſiue accuſare. Præiudicium ſe de capite C. Verris per hoc iudicium nolle fieri.) Et hic uox neceſſaria deeſt. Vetus: Præiudicium à ſe de capite C. Verris nolle fieri.

Totum hoc crimen decumanum perorabo.) Vetus: Totum hoc crimen decumanum peroraro. Neceſſe eſt quòd redundaret de ueſtro frumentario quæſtu.) Lege hic, redundarit. Iam hoc cæde, concide, non uerba domo patroni depromere uidetur.) Vetus: Cæde, concide, nónne uerba domo. Volo mihi fraterculo tuo credas.) Vetus adhuc blandius: Volo mi frater fraterculo tuo credas. In cohorte charus habeare.) Vetus: In cohorte charus habebere. & rectius. non enim illi optat gratiam apud cohortem, ſed eius gratiæ illi ſpem & fiduciam facit, quò audacius tentet. Si Vulteium habebis, omnis ludibundus perficies.) Vetus: Omnia ludibundus conficies. Concedes, non hoc crimen nos in te confingere.) Vetus: Concedés ne, non hoc crimen nos in te confingere. Quibus rebus ac muneribus inſinuet in familiaritatem Metelli.) Vetus: Quibus rebus ac muneribus ſe inſinuet in familiaritatem Metelli. Verùm in hoc erat uno, quòd eaſdem exiſtimat uias ad omnium familiaritates eſſe munitas.) Defectus unius literæ r, ſententiam totam corrumpit. Vetus: Verùm in hoc errat uno, quòd eaſdem exiſtimat uias ad omnium familiaritates eſſe munitas. Apronius ipſum Metellum nõ precio, ut Verrem, non conuiuio, non muliere, non ſermone incauto atq; improbo poſſet corrumpere.) Vetus caſtiorem lectionem habet: Non conuiuio, non muliere, non ſermone impuro atque improbo poſſet corrũpere. Quid enim incautus ſermo facit ad corruptelam prætoris? Atq; moderatè ad iſtius amicitiã arrepſerat.) Vetus uetuſtè, adrepſerat. Ex qua recuperatores nulli dabantur.) Vetus hic redundantior eſt, ſed (ut puto) ocioſe: Ex qua in aratorem recuperatores nulli dabantur. Mihi generalitas magis placet, ut in nullos recuperatores ex cohorte ſint dati, potius quàm id ſolummodo contrahi ad ſpeciem aratorum. Fac enim fuiſſe in iſto C. Lelij, M. Catonis materiem atq; indolem.) Vetus: Fac enim in eo aut C. Lelij, aut M. Catonis, & cætera. Nihil unquã à patre audiuit, quo pudentior, aut melior eſſet: nihil unquã patrem agere uidit, quod cum imitatus eſſet, non, id quod turpiſſimum eſt, patri ſimilis putaretur.) Vetus nihilo rectius: Nihil unquam audiuit à patre, quo prudentior aut melior eſſet: nihil unquam patrẽ facere uidit, quod cum imitatus eſſet, non id quod turpiſſimum eſt, patri ſimilis putaretur. Mutila haud dubiè utrobiq; lectio, nec quomodo reſtituam uideo. Cæterùm quod mihi proximum uideatur ueræ ſententiæ, per diuinationem ſubijciam, quo acutior aliquis uel ingenio, uel melioribus exemplaribus inſtructus, mea iſta hariolatione admonitus, ad certiora inuenienda contendat: Nihil unquam à patre audiuit quo pudentior, aut melior: nihil unquam patrem agere uidit, quod cum imitatus eſſet, non honeſtior: ſed quod turpiſſimum eſt, patri ſimilis putaretur. Eſſet inerti atque impuro & improbo parente, nauus & pudens & probus filius.) Vetus plenius ac melius: Eſſet ex inerti atque impuro & improbo parente, nauus & pudens & probus filius. Ex quo intellexiſtis innumerabilem frumenti numerũ per triennium auerſum à Republica eſſe, abreptumq́; aratoribus.) Vetus: Ereptumq́; aratoribus. Emendi duo genera fuerunt, unum certarũ decumarum.) Vetus: Emendi duo genera fuerunt, unum decumarum: omiſſa dictione, certarum. Cæterùm Budæus in ſecundo de Aſſe, legit non certarum, ſed cæterarum. Illius decumani tantum, quantum ex primis decumis fuiſſet, tritici mod. DCCC.) Si hic textus purus eſſet, mirum diligenti lectori uideretur, cur certus numerus modiorum in primis decimis ſtatuatur, cum pro anni ubertate neceſſe ſit, eos nunc pauciores, nunc plures eſſe. rurſus in ſecundis decimis, quæ gratuitæ non ſunt, ſed emuntur, ne ibi quoq; certa ſumma definiri poteſt, quum ipſæ primarum decumarum prouentum imitentur. quamobrem magis libet uetuſto codici attendere, qui poſt uerbum fuiſſet, hypoſtigmen habet, deinde hæc uerba ſubiungit: Huius imperati tritici mod. DCCC, ut octingenta illa millia ſolummodo pertineant ad tertium frumentum, quod Cicero imperatum uocat, quod non à ſingulis colonis, ſed à ciuitatibus petebatur. Sed tamen fieri nequit, quin Cicero etiam in decumano frumento certum numerum poſuerit. quod poſt euentum temporis commodè fieri licuit. tum enim pro re nata pecuniæ attemperantur: alioqui ſupputatio ſeſtertiorum qui pro illis impenſi ſunt, nulla ratione induci potuiſſent. Cætera quæ ſequuntur, quantum ad numerum attinet, mirè inter ſeſe collidunt. Precium autem conſtitutum decumano in modios ſingulos HS ternos, imperato HS quaternos, ita in frumentum imperatum HS duodetricies in annos ſingulos Verri decernebantur, quod aratoribus ſolueret. Hactenus Cicero. Si pro DCCC quaterni ſeſtertij in ſingulos modios ſunt dandi, fient HS nõ duodetricies, ſed tricies bis. Atq; eandem ſummam effici ex his numeris, annotauit Budæus. Cæterùm ego arbitror, faciliorem lapſum fuiſſe in notulis iſtis numerarijs, DCCC, quàm in dictione iſta ad plenum deſcripta duodetricies. Quod ſi ſtatuamus modiorum fuiſſe DCC millia, ex quadruplicatu exurgit illa ſumma, quam Cicero poſuit, nimirum duodetricies. Subiunguntur deinde illa uerba Ciceronis: In alteras decumas fermè ad nonagies. Ego opinor hanc ſummam non confici ex ratione ſecundarum decimarum, ſed ex frumento imperato: quod cum in ſingulos annos ſit duodetricies, intra triennium ſit octuagies quater: cui ſexies deeſt, ut plenè abſoluat nonagies: ac proinde dictum eſſe à Cicerone fermè nonagies. atq; ita iſta

uerba,

uerba, In alteras decumas, è ſuis ſedibus detorta in alienum locum immigraſſe. Hæc mea opinio eſt, quam caſtigatiores libri aliquando inuenti, uel aſtruent, uel infirmabunt. Si quis malit Budæũ ſequi, illi ſecundus et quintus liber de Aſſe adeundus eſt. Iam ſi quis ſummam omnium conficere uelit, quam Cicero his uerbis deſcribit: Sic per triennium ad hanc frumenti emptionem Sicilienſem propè centies tricies erogatum eſt: ſi ergo ex octuagies quater, uelis efficere centies tricies, addendum eſt quadragies ſexies. Sed nos ſtatuemus, quadragies quinquies adiungẽdum eſſe, ne ad plenũ ſit centies tricies: ut cũ uerbis Ciceronis cõuenire queamus, qui ait propè centies & tricies erogatum eſſe. Si hanc hypotheſin admittamus, erunt in frumento decumano D. millia mod. pro quibus ſeſtertij terni dati in modios ſingulos decies quinquies efficiunt: ij rurſus intra triennium triplicati, quadragies quinquies ex ſe reddunt. Sed hoc me malè habet, quòd tam exiguum numerum in frumento decumano ſtatuere compellamur. Cæterùm mutilum eſſe locum, mecum ſentit doctiſſimus ille Guilielmus Budæus. Fingam igitur lectionem nouam, nõ quòd id probem, cum fatear hoc ipſum meram eſſe hariolationem: ſed ut imperitior aliquis ſentiat, hic omnia ſarta tecta nõ eſſe. Illius decumani tantum quantum ex primis decumis fuiſſet, huius imperati tritici mod. DCC millia. Precium aũt conſtitutum decumano in modios ſingulos HS ternos, imperato HS quaternos: ita in frumentũ imperatum HS duodetricies, in annos ſingulos Verri decernebatur, quod aratoribus ſolueret, id ter repetitum intra triennũ fermè ad nonagies exurgit. In alteras item decumas pro D. millibus modiorum in ſingulos annos HS, decies quinquies attributum, id recurſu triennali triplicatum quadragies quinquies efficit. Sic per triennium ad hanc frumenti emptionem Sicilienſem propè centies & tricies erogatum eſt. In alteras decumas fermè ad nonagies, ſic per triennium ad hanc frumenti emptionem Sicilienſem propè centies & tricies erogatum.) Vetus: In alteras decumas ferè ad nonagies, ſic per triennũ ad hanc frumenti emptionem Sicilienſem propè centiens & triciens erogatum. Id libuit annotare, quia obſeruaui iſtiuſmodi aduerbia non minus in ens, quàm in es, in ueteribus codicibus ſcribi. Nihil probare uelim me dicente, quod non antè mihimetipſi probatum ſit.) Vetus: Nihil cuiquam probari uelim me dicente, quod non antè mihimetipſi probatum ſit. Tu cui publicani ex Arpinati literis gratias egerunt.) Tametſi uetus codex non refragetur, legendum, Tu cui publicani ex Carpinatij literis gratias egerunt. & ſic quidã libri impreſſi habent. Quas ego Syracuſis apud Carpinatium in literarum allatarum libris, Romæ in literarum miſſarum apud magiſtrum Tullium familiarẽ inueni.) Vetus breuius, citra iſtam ſpeciem battologiſmi: Quas ego Syracuſis in literarum miſſarum libris apud magiſtrum L. Tullium familiarem tuum inueni. Quibus ex literis impudentiam fœnerationis quæſo cognoſcite.) Vetus: Quibus ex literis impudentiam fœneratoris quæſo cognoſcite. Poſſumus P. Seruilij & C. Anciſtitis magiſtrorum, primorum hominum atq; honeſtiſſimorum.) Vetus: Poſſumus P. Seruilij, & C. Antiſtitis magiſtrorum literis, primorum hominum, &c. Vectius frater tui quæſtoris impudentiſſimum tuum furtum.) Vetus codex integrior: Vectius frater tui quæſtoris teſtatur tuum impudentiſſimum furtum. Scribam tuũ dicit Verres huius præſcriptorem fœnerationis fuiſſe.) Vetus: Huius perſcriptorem fœnerationis fuiſſe. quod rectius puto, ut ſcriba rationes earum uſurarum confecerit. Huic iſte annos ſingulos cũ ſexaginta tritici millia modiûm imparauiſſet.) Vetus: Huic iſte in annos ſingulos cum ſexagena tritici millia modiûm imparauiſſet.

Obſtupui iudices, cum hoc primum mihi Halefæ demonſtrauit.) Vetus: Obſtipui iudices. atq; ad eum modum nõ ſemel ſcriptum repperi. Haleſinus Aenias.) Vetus cod. Aenæas. Video frumenti granum Haleſinos, quibus ſexaginta millia modiûm.) Vetus: Video frumenti granum Haleſinos, quibus ſexagena millia modiûm. Sed monſtrum ac prodigium uidebatur, ciuitatum frumentum improbare, precium ei frumento conſtituere: quod conſtituiſſet, id ciuitatibus auferre.) Ingens hic defectus, ſed iuſtum ſupplementum habes ex uetri exemplari. Ciuitatum frumentum improbare, ſuum probare: cum ſuum probaſſet, precium ei frumento conſtituere: quod cum conſtituiſſet, id ciuitatibus auferre. Quot uultis eſſe in uno furto peccatorum gradus?) Quot uoltis eſſe in uno. Retines ſeſtertia duodecim: tanti enim eſt frumentum Siculenſe ex lege æſtimatum.) Vetus: Retines ſeſtertia XXI. & eundem numerum in ſequentibus habet: Iterum, Pop. Roman. à quo HS, XXI in medimna pro eodem illo frumento abſtuliſti. Sed fuerit HS, III. quoniã tu tantum à ciuitatibus in ſingulos modios exegiſti.) Vetus: Sed fuerit HS, IIIS. hoc eſt, trium & ſemis. Atq; hæc ita geſta eſſe iudices cognoſcite ex literis publicis ciuitatũ, & ex teſtimonijs publicis.) Vetus anadiploſim facit in coniunctione, &: Atq; hæc ita geſta eſſe iudices cognoſcite, & ex literis publicis, et ex teſtimonijs publicis. Deinde continuò ſequitur, In quibus nihil fictum, nihil ad tempus accommodatum intelligatis.) Vetus: In quibus nihil fictum, nihil ad tempus accommodatum intelligitis.

Mancipes in iſtis rebus eſſe uerſatos.) Vetus: Mancupes in iſtis rebus. Magna olim affinitas inter i & u. ſic paulo pòſt, Proxumè, pro proximè. Quas proxumè meruiſſet ſoluere. Ego frumentum neque attigi, neque aſpexi.) Vetus cod. Ego frumentum neque attigi, neque inſpexi. Inſpicere diligentioris curæ eſt, aſpicere negligentioris, & quaſi primoribus (ut ſic dicam) oculis delibare. Communem tamen lectionem præfero ob alluſionem, quæ eſt in præpoſitione Ad: unde ambo uerba incipiunt, neque attigi, neque aſpexi. Indicat autem Verres, uel nullam ſibi eius rei, uel minimam curam fuiſſe. Iterum geſſit hæreditariã quæſturam cum Dolabella.) Vetus: Iterum geſſit hæreditariam quæſturam cum A. Dolabella. Nam ut illud miſſum faciam, permultos aratores in alteras decumas, & in hæc DCCC mod. & cætera.) Hic apertè demonſtrat, DCCC mod. ad imperatum frumentum pertinere. Alter, quod id frumentum improbiſſimè partum, non ſemel, ſed bis.) Vetus: Alter, quod frumentum improbiſſimè per triennium partum, non ſemel, ſed bis. Vnum inquam da mihi ex illis aratoribus, qui uel ad ſtatuam pecuniam contulerunt.) Vetus: Vnum, inquam, da mihi ex illis aratoribus, qui tibi uel ad ſtatuam, &c. Nam collybus eſſe qui poteſt? cum utantur omnes uno genere

nummorum.) Vetus: Nam collybus qui non eſſe poteſt? cum utantur omnes uno genere nummorum. Eſt autem hic collybus precium, quod accipit argentarius pro opera impenſa in pecunijs permutandis. aliquando eſt liuor ex ærugine nummorum, digitis computantium adhæreſcens. Cerarium uerò quid uocas, quomodo hoc uomen ad rationes magiſtratus?) Vetus: Cerarium uerò quid? quomodo hoc nomen ad rationes magiſtratus? Videtur autem hic cerarium eſſe precium, quod exigunt ſcribæ pro impenſis ceræ. Vt tantam pecuniam ſcriba tuus auferret.) Vetus: Vt tantam pecuniam ſcriba tuus auerreret: ut ad etymon Verris alluſum ſit. Et eórum commoda à me labefactari atq; oppugnari iniuria dicet.) Vetus, & fortaſſe rectius: Labefactari atque oppugnari iura dicet. quaſi cerarij ius iam ſcribis quæſitum ſit, quod ſequentia probant, cum inquit: Quaſi uerò hoc ſcribis ullo exemplo ſit, aut ullo iure conceſſum. Mecum duos frugaliſsimos homines ſcribas haberem, L. Mamilium, & L. Segeium.) Vetus: L. Mamiliũ, & L. Sergium. Præco qui abire iuſsit, uiator ac Venerius, qui fiſcum ſuſtulit.) Vetus: Præco qui adire iuſsit, uiator ac Venerius, qui, &c. Quæ pars operæ aut opportunitatis in ſcriba eſt, cui rei non modò merces tanta detur, ſed cur eum eo tantæ pecuniæ partitio fiat?) Vetus: Quæ pars operæ, aut opportunitatis in ſcriba eſt, cur ei nõ modò merces tanta detur, ſed, etc. Qui ordo induſtriæ propoſitus eſt, & dignitati, mirabimur turpes aliquot in eo eſſe? quo cuiuis precio peruenire licet.) Vetus: Mirabimur turpes aliquos in eo eſſe. Vtrumque rectum, & haud ſcio an aliqui nonnunquam pro aliquot ponantur, ut aliquanti nonnunquam pro aliquot, & quantum pro quotquot. Catullus, O' quantum eſt hominum uenuſtiorum: pro, quotquot homines uenuſtiores. Tu ex pecunia publica HS, tredecies.) Vetus: Tu ex pecunia publica HS, ter deciens. de qua terminatione aduerbiorum ſuperius dixi. Conſulari homini HS, X V I I I millibus æſtimata ſit.) Vetus: Hic omiſſo nomine ſeſtertiorum, has notulas habet, G I I ∞ ∞ ∞ lis æſtimata. Arbitror autem G I I pro ſeſtertijs eſſe poſitum, ut ſit ſigma cum duobus iota. nam certum eſt etiam hanc eſſe notam ſeſtertiorum, IIS. ut hic ſit ordo hyſteroproteros. Vt HS, uno nomine tredecies auferret.) Vetus: Vt HS ter decies auferret. Optimè Republica geſta.) Vetus: Optume Republica geſta. Qu. Rubrium excellenti uirtute, autoritate, copijs, & cætera.) Vetus: Qu. Rubrum excellentem uirtute, autoritate, copiji, &c. Prius illud magis arridet, ut uox Excellenti per zeugma à ſuperiori ad omnia referatur. M. Caſtritium ſummo ſplendore, ingenio, gloria præditum.) Vetus: M. Caſtritium ſummo ſplendore, ingenio, gratia prædiuum. Quod tum magnitudine pecuniæ, tum iniuriæ genere quemuis debet commouere: tum uerò eo magis, quòd ad hoc crimen non ingenioſa aliqua defenſio, ſed improbiſsima confeſsio comparatur.) Vetus codex: Quod cum magnitudine pecuniæ, tum iniuriæ genere quemuis debet commouere, tum uerò eo magis, quòd ad hoc crimen non ingenioſa aliqua defenſio, ſed, &c. Multos ſæpe uiros bonos, & fortes, & innocentes, cum aratoribus & cum ciuitatibus frumentum in cellam quod ſumi oporteret.) Vetus: Frumenti in cellam quod ſumi oporteret. Cæterùm hoc uix excuſes à uitio, niſi ſubintelligas id, ut ſit, id frumenti in cellam quod ſumi oporteret. An quoniam hoc non audes dicere.) Vetus: An quoniam hoc cum non audes dicere. Nam ego tribus HS non poſſum uendere.) Vetus: Nam ego HS ternis non poſſum uendere.

Cum Senatus tibi quaternos nummos dederit.) Vetus: Cum Senatus tibi quaternos HS dederit. quod re idem, ſed uerbis diuerſum eſt. Dic, inquit ille, planum.) Vetus: Dic, dic, inquit ille, planus. ut indignatio appareat ex anadiploſi. Hæc deerat iniuria, & hæc calamitas aratoribus te prætore.) Vetus: Hoc deerat iniuriæ, & hæc calamitas. Sed primum magis arridet, ob ὁμοιοτέλευτον in commatibus. Pro alteris decumis, emptoq; frumento, aut nihil datum: aut tantum datum, quantum reliqui ſcriba fecerat: aut ultro etiam id quod dideciſtis ablatum.) Nihil uariat antiquum exemplar. exiſtimo tamẽ omnino legendum, Aut ultro etiam id, quod dediſtis, ablatum. ut indicet, aut nihil datum, aut parum datum: aut hoc ipſum quod ultro dederit, ab aratore reuulſum eſſe. Nummos uerò ut daret arator, quos non aratro ac manu quærit.) Vetus: Nummos uerò ut daret arator, quos non exarat. Alterum haud dubiè alterius interpretamentũ. nam fructus aratro ac manu quærere, hoc ipſum eſt, quod toties antea exarare dixit. Placet ne uobis, in cellam magiſtratibus noſtris frumentum Siculos gratis dare.) Vetus: Placet ne uobis, in cellam magiſtratibus ueſtris frumentum Siculos gratis dare. Idem nunc pro eodem numero frumenti HS, V I I I millia dare coactus eſt.) Vet. Idem nunc pro eodem numero frumenti G I I ∞ ∞ ∞ dare coactus eſt. Hic clarè liquet, eam notam G H, ſeſtertiorum eſſe, ut ſuperius diximus. ſed ibi respondebat hic numerus X V I I I millibus, hic V I I I millibus. uidetur ſcriba notulam hanc attemperaſſe ad uocem HS. ubi ſemis præit.

Sicilia decumas det pro ſingulis tritici modijs ternos denarios.) Vetus: Sicilia decumas det pro ſingulis tritici modijs ternos X. quod ſignum denarij eſt, id que diligenter obſeruatum eſt à Budæo. Non ex iure, nõ ex æquitate, non ex lege, non ex eo quod licuerit, ſed ex eo quod aliquis fecerit, id quod reprehenditur, factum eſſe defendes?) Vetus: Non ex iure, non ex æquitate, non ex lege, non ex eo quod oportuerit, nõ ex eo quod licuerit, ſed ex eo quod aliqui fecerit, id quod reprehenditur, factum eſſe defendes? Sequitur deinde: Fecerunt aliqui alia quàm multa.) Vetus: Fecerunt alij alia quàm multa. Hæc plurimum ſolent & autoritatis ad probandum, & iucunditatis ad audiendum.) Vetus: Hæc enim plurimum ſolent & autoritatis ad probandum, et iucunditatis ad audiendum. An cum eos non poteris proferre, hos recentes, & cætera.) Vetus: An cum eos non poteris proferre, proferes hos recentes. Ex omnibus igitur populi Romani prætoribus, conſulibus, imperatoribus.) Vetus: Ex omnibus igitur populi Romani prætoribus, proconſulibus, imperatoribus. Vt multo iſti pernicioſius ſit dicere, ſe in re improbiſsima uoluiſſe Antonium imitari, quàm ſe defendere poſſet, nihil in uita ſe M. Antonio ſimile feciſſe.) Vetus caſtigatior hic eſt: Vt multo iſti pernicioſius ſit dicere, ſe in re improbiſsima uoluiſſe Antonium imitari, quàm ſi defendere poſſit, nihil in uita ſe M. Antonio ſimile feciſſe. Sed haud ſcio an ſit lapſus typographi. ſenſus enim manifeſtè

nſiſtè exigit, etiamſi refragarentur omnia exemplaria.

Antonium cum multa contra ſociorum ſalutem, multa contra uoluntatem prouinciarum, & faceret & cogitaret.) Vetus & hic quoque meo iudicio caſtigatior eſt: Multa contra ſociorum ſalutem, multa contra utilitatem prouinciarum. Quomodo enim pro crimine obijci poteſt, ſi conſul contra prouincialium uoluntatem fecerit, qui onera omnis uectigalium ſubeunt non uoluntate, ſed neceſſitate. Ita Antonij exemplo iſtius audaciam defendis.) Vetus codex: Ita M. Antonij exemplo iſtius audaciam defendis. Remiſſior aliquanto eius fuit æſtimatio, quàm annona.) Vetus codex, Quàm annonæ. In pari propemodum pondere, ſuperius prætulerim. eſt enim ipſa annona, quædam æſtimatio rerum promercalium. quanti enim per aliquod tempus frumentum uendi ſolet, id eius annona eſt: quæ ſi grauis eſt, chara dicitur. Terentius in Andria: Tum annona chara eſt. Græci ἀγορὰν uocant. Cum eſſet ante nouum tritici mod. HS, XV.) Sic omnia exemplaria, tam uetera quàm noua, quæ mihi uidere contigit. Ego hanc mutilam orationem ita farciri poſſe arbitror: Cum eſſet ante nouam meſſem tritici modius HS, XV, ut charitas iſta annonæ fuerit ante meſſem. nam poſtea ſubiungit: Eodem tempore Antonius ternis denarijs æſtimauit poſt meſſem. Nam æſtimauit denarijs X III.) Vetus codex: Nam æſtimauit X III. non expreſſo genere numiſmatis. Cæterùm X non eſt hic nota numeri, ut decem ſit, ſed nummi denarij. ternos autem fuiſſe denarios, etiam ſequens locus coarguit. nam Antonius, qui ternis denarijs æſtimauit, tantidem Verres ſe æſtimaſſe dicit. Quoniam non eo tempore, neque ſimili fecit anno.) Vetus: Quoniam non eo tempore, neque ſimili fecit annona. Quid dicitis.) Vetus: Quid dicetis. Biennio prouinciam obtinuit.) Vetus codex: Biennium obtinuit.

Vnum aut in uilitate nummum arator quiſquam dedit?) Vetus codex: Num aut in uilitate nummum arator quiſquam dedit? Viuidius hoc, & rectius. Permagnam ex cibarijs pecuniam reportare.) Vetus: Permagnam ex cibarijs pecuniam deportare. Improbitatem arguo.) Vetus: Improbitatem coarguo. Quaternos denos denique, aut uicenos coget alius.) Vetus: Quaternos, quinos, denos denique. Quantus erit iſte denarius, qui non ſit deferendus.) Vetus: Qui non ſit ferendus. hoc eſt, tolerandus, non adnumerandus. Non enim à nobis ſumma, ſed genus æſtimationis eſt comprobatum.) Vetus: Non enim à nobis ſumma, ſed genus æſtimationis erit comprobatum. quod conuenientius huic loco. res enim nondum acta erat, ſed ſemel admiſſa hypotheſi, futura. Neque hoc poteſtis iudicare ternis denarijs æſtimare licere.) Vetus quod deeſt ſententiæ adiungit: Neque hoc poteſtis iudicare, ternis denarijs æſtimari licere, denis non licere. Non eſt iam in lege atque officio, ſed in uoluntate hominum, atque audacia, poſitus modus æſtimandi.) Vetus: Non eſt iam in lege atq; officio, ſed in uoluntate hominum, atque auaritia, poſitus modus æſtimandi. Vt non iudicio quàm plurimos impios liberetis.) Vetus: Vt non quàmplurimos improbos liberetis. Quid poſſumus contra illum prætorem dicere, qui quotidie templum tenet, qui Rempublicam ſiſtere negat poſſe.) Vetus: Qui rempublicam ſubſiſtere negat poſſe. Quo genere ab ſocijs maxima pecunia auferatur.) Vetus: Quo genere ab ſocijs maxima pecunia auerratur. Quis obſtet, quis erit tam cupidus ueſtri.) Vetus: Quis obſiſtet, quis erit tam cupidus ueſtrûm. Hinc cum unæ decumæ lege & conditione trahantur.) Vetus: Hinc cum unæ decumæ lege & conſuetudine trahantur.

ACTIONIS IN VERREM SEXTAE PARTITIO, per Bartholomæum Latomum.

HAEC actio ſignorum & rerum precioſarum furta rapinasq; continet. Exordium nullum habet, nec perorationem: ſed ſtatim à re ipſa incipit. Explicantur crimina, ſicut in ſuperioribus actionibus, & interpoſitis amplificationib. confirmantur: Digreſſiones crebræ ubiq;, ſed duobus in locis inſignes: De raptu Proſerpinæ, ad augendum Ennenſe crimen: & Syracuſarum deſcriptio, qua furta in eandem urbem & rapinæ amplificantur. Inter cætera improbiſſimum crimen eſt in Antiochum regem Syriæ, quem hoſpitem in Sicilia ac ſpoliatum rebus precioſiſſimis, Verres prouincia excedere iuſſit. Item incredibilia in deorum ædes, è quibus ſpreto omni numine antiquiſſima quæque, ac religioſiſſima abſtulit. Maxima uerò, & innumerabilia in ciuitates, notos, amicos, & alienos commemorantur, à quibus non modò argentum & aurum, ſigna'que & tabulas, & ueſtes, uaſaq; precioſa per ſummam iniuriam abſtulit: ſed quicquid omnino concupiuiſſet ex quouis genere ſupellectilis, ita improbè & impudenter eripuit, ut monſtri inſtar eſſe uideatur.

IN EANDEM SCHOLIA, Bartholomæo Latomo prelegente excepta.

VEnio nunc ad iſtius quemad.) A' re ipſa incipit, quam incremento nominum amplificat. Penditote.) æſtimate. Deliacum.) æreum, à Delo inſula. Textilem.) ut in ueſte ſtragula, quam et Pictam uocamus. Magnum uideor dicere.) Negat ſe quicquam affingere, & obiectionem ſuam explanat. Vnde igitur incip.) Incipit à Mamertina ciuitate, & ſigna ab Heio ablata commemorat. Nimirum didici.) Hoc dicit, ne & ipſe harum rerum ſtudioſus eſſe uideatur. Theſpijs.) in Græcia. Canephoræ.) Virgines nubiles Athenis ſacra in caneſtris ferre ſolebant.

Sed earum artificem quem'nam?) Et id diſſimulat, ſe harum rerum ſtudioſum eſſe. fingit enim ſibi nomen excidiſſe, ne antè ſciſſe uideatur, & ſimul orationem minimè præmeditatam eſſe oſtendit. Quintus Claudius.) Amplificat contrarijs exemplis. Commodis.) Rebus commodatò acceptis ab hoſpitibus. Proh deûm hominum'que fidem.) Inuehitur, & commouet indignationem. Meretriciam.) Propter Chelidonem libertum Verris, cuius mentio facta eſt in tertia Actione. Sed quid ego tam uehementer inuehor?) Occurrit defenſioni, quam primò reprehendit, deinde argumentis, & teſtimonio Heij confutat. Repellar.) à defenſione.

deſenſione. Videte maiorum.) Oſtendit eum contra legem feciſſe, quam interpretatur & amplificat. Dicet aliquis.) Negat Heium eas res uendidiſſe, idq́; argumentis colligit. Religionis.) diſciplinæ. Aes alienum habuerit.) id eſt, debuerit pecuniam. Patrios.) quos à maioribus ſuis acceperat. Præter fructus.) ſcilicet prædiorum. HS.VI, mil.) id eſt, centũ quinquaginta coronatorum. HS.MDC.) id eſt, quadraginta coronatis. Malo emere quàm rogare.) Prouerbium de re uili. Dicet aliquis.) Occurrit infirmationi, & ſe à ſuſpicione cupiditatis liberans, à perſona Verris quæ dicta ſunt, confirmat. HS.CXX.) id eſt, tribus millibus coronatorum. Quid mihi tam optandum.) Profert teſtimonium Heij, priore actione dictum. Quid ſedes Verres.) Agitat amicitiam Mamertinæ ciuitatis, & teſtimonij pondus amplificat. Cybea.) Nomen nauis, quam Mamertini Verri ædificauerant. Quæ quia dixit.) Adiungit aliud crimẽ in Heium, & eius occaſione digreditur in Mamertinam ciuitatem, à qua laudabatur Verres, & grauiſſimè in eam inuehitur. Tẽpore dato.) opportunè. Quia religioni ſuæ.) Sicut affinis crimini, pro religionis obſeruans, cui contrarium eſt à religione, à crimine abeſſe, uel alienum eſſe. Homo amentiſſime.) Increpat ſtultitiam hominis, quod hac animaduerſione in Heium laudationi ſuæ incitatus fuerit. Quæ neceſſe erit.) ſcilicet dicere.

Integra.) intacta. Hæc tibi laudatio.) Negat laudationem Mamertinorum omnino ualere oportere, quia ſocij criminum fuerint. 'Commodaſti.) commodè feciſti.

At publicè commodaſti.) Occurrit defenſioni, & ipſam in crimen uertit. Phaſelus illa.) Amplificat ſimili exemplo. Mamertinam.) Dicit Mamertinam ciuitatem degeneraſſe à maioribus ſuis, quæ in C. Catonem ſeuera, in Verrem indulgens fuerit. HS.XVIII.) id eſt, quadringentis quinquaginta coronatis. Lis æſtimata eſt.) Certæ ſummæ condemnare, eſt litem æſtimare. Timarchidis.) aſſeclæ Verris. Vacatio.) immunitas. Munere.) officio. Verrea.) feſta ſolennia. Sextum Cominium.) De Cominio, item de cruce ciuis Ro. dicitur in ſequenti actione. Laudatum etiam.) Acriter inuehitur in Mamertinos, & aliud etiã delictũ eorũ in Senatorium ordinem commemorat. Nec prius illam crucem.) Redit ad crucem, & uehementer exaggerat. Verum hæc emiſſe.) Obijcit aliud crimen in eundem Heium, de peripetaſmatis ablatis. Peripetaſmata.) puta ueſtis, quæ circumtenditur parietibus, Attalica appellata: quòd eam auro intertextam Attalus inſtituerit. Eadem antè & tapetia dicta. Referret.) in tabulis ſcriberet. HS.D.) Centum uigintiquinque coronatis. HS.CC.) id eſt, quinque millibus coronatorum. Expedias.) defendas. Quid? à Philarcho.) Alia & alia eiuſdem generis crimina. Gratis.) ſine precio. Excurrit in Cybiratas fratres, per quos Verres omnia inueſtigare ſolitus fuerit, eoq́; ipſe hominem odioſiorem facit. Re.) uſu.

Verre me Hercules.) Subtexit criminis narrationem.

Hydriam.) Vas aquarium. Venereus.) unus ex miniſtris Verris. Sigillatos.) ſignis ornatos. At ita ſtudioſus eſt.) Inſerit narrationem de impotenti cupiditate Verris, quam in coniecturam criminum conuertit. Comperendinatus.) id eſt, ad ſecundam actionem citatus, quod fiebat, cum mala cauſa uidebatur iudicibus, ne ſtatim damnarent reum, ſed quantum poſſent, parcerent.

Inſimularetur.) argueretur. Verum uti Lilybæum) Aliud crimen, in Lilybætanos commiſſum. Abaci.) Abacus menſa, in qua uaſa in triclinio exponebantur. Erat etiam mathematicorum tabula, in qua deſcriptis lineis calculorum ratio ducebatur. Dicat ſe emiſſe.) Occupat defenſionem, quam tanquam uanam exagitat, requirendo tabulas Verris, quas ille metu furtorum non confecerat. In donatione hiſtrionum.) Hiſtriones leuius donari ſolent. unde & donationes eorum leuius æſtimantur. Tranſigere.) euertere. Collum in laqueum inſerenti.) Scilicet uitæ tædio, bonis conſumptis. Gaudeo etiam ſi quid.) Ironica approbatio. Primo homine.) primario. HS.M.) Vigintiquinq; coronatis. Scaphia.) Vaſa, à ſcapharum ſimilitudine. Cum emblematis.) Ornamenta intelligit extrinſecus addita, ut ſigna, & cælaturæ, quæ eximi poſſunt, ab ἐμβάλλειν. Toreumata.) ſunt opera cælata, à τορεύω. Eriphylam.) Eriphyla accepto monili Amphiaraum maritũ bello Thebano latentem prodidit, qui profectus hiatu terræ abſorptus eſt. Vaſa collegerat.) Vaſa colligere militare uerbum eſt, cum caſtra mouentur. ad quod facetè alludit, ſignificans Diodorum toreumata ſecum aſportaſſe. Apponit.) inſtituit, adornat. Nomen deferri.) reum fieri. Primũ.) Quia etiam Stheneii abſentis nomẽ poſtea recepit, ut Act. 2. ſignificatum eſt. Imprudens huc.) Confutat defenſionem, & ridet falſam. Cn. Calidio.) Amplificat crimen comparatione aliorum Prætorum. Tu dignior.) Auget inuidiam à ſuperbia. Thuribulum.) Thuribulũ eſt uas, in quo thus accenditur. Emblemate.) ſignis, quibus ornatum erat. Credo tum.) Amplificat à copia prouinciæ. Peræqua.) Peræquè legendum puto. Proportione.) pro comparationis æqualitate, incerta certis conferendo.

Fortuna.) ſcilicet belli. Hoc crimen, &c.) id eſt, dum per ſingulas familias crimen confirmem. Argentum illi.) Aliquid deeſſe uidetur. Argentum purum.) ſine cruſtis & emblematis. Acroama.) Res auditu digna, uel ſententia, uel feſtiua narratio, etiam homo feſtiuus: ſed hic pro re ponitur. Sine corollario) Corollarium additamentum, quod præter debitum addi ſolet: ut quæ in conuiuijs apophoreta uocabãtur, Saturnalibus dari ſolita, qualia deſcribit Martialis. De loco ſuperiore.) de tribunali.

Thecis.) repoſitorijs. Cruſtæ.) Cruſta, tectoriũ durius, quo res ornandi ſeu tegendi cauſa operitur. Euerriculum.) Alludit ad nomen Verris. Per magiſtratum.) per poteſtatem. Quem in luto uolutatum.) Et hic alludit ex ambiguitate nominis, ad ſuem. Poſteaquam.) officina Syracuſis inſtituta. Nata.) facta.

Cum faceret.) id eſt, cum curaret ſibi fieri. Non laborauit.) non metuit, non ſollicitus fuit. Genera.) Hoc ſchemate oſtendit minimè præparatam eſſe orationem, ſed tanquam extemporalem. In cretula.) terra argilloſa & candida, qua ueteres in epiſtolis ſignandis uti ſolebant, ſicut & cera. Textrinam.) Textrinæ ad ueſtem ſtragulam inſtitutæ. Comparare.) emere. Venio nunc.) Candelabrum ab Antiocho rege ablatum, quod in Capitolium ponendum erat. Temporibus.) difficultatibus. Exponit.) in abacis. Trulla.) nomen uaſis.

Quæ uox.) Amplificat crimẽ, & inſtigat iudices in reũ. Interuerſo.) intercepto. Hoc loco.) Appellat & Catulum, qui Capitolium dedicauerat. More omnium.) Veteres patroni, ab inuocatione deorum incipere ſolebant,

quod

quod negat licere Verri. Concepto.)commiſſo,perpetrato. Segeſta eſt oppidum.)Signum Dianæ à Segeſtanis ablatum. Facem præferebat.)Quia luna in cœlo eſt,& noctem illuſtrat. Hanc tu tantum.)Inuehitur, & audaciam increpat. Te nunc P. Scipio) Obiurgat Scipionem,quòd Verrem defendat,qui Africani monimentum ſuſtulerit. Depeculatus eſt.)ſuſtulit. Obſtruxit.)obſcurauit. Potes domeſticæ.) Occurrit tacitæ defenſioni. Non præcerpo.) non anteuerto,non obſto, quo minus tibi integrum ſit accuſare ſi uelis. Si iſtius amicitia.)Inuidioſe taxat aduerſariorũ querelam, & ſuas partes defendit,ſe meritò etiam inuito Scipione & cæteris Verris defenſoribus,nomen Africani tueri. Sit apud alios.)Hoc dicit ex perſona aduerſariorum, & mox reprehendit. Audiſtis nuper.)Aliud crimen eiuſdem generis,& aliud multo grauius adiunctum. Anniuerſarijs.)ſolennibus. Stipatum.)circundatum. Obduruiſſet.)obriguiſſet. Non poſſum diſpoſitè.)Amplificatio à criminum multitudine,& nomine Marcellorum. Quid Agrigento.) Signum Apollinis Agrigento ablatũ, & idem tentatum in Herculem,qui tandem defenſus fuit. Victoriæ)contra Carthaginenſes. Vectibus.) palis ferreis,quibus utuntur operarij in ſaxis,& grauioribus oneribus moliendis. Nutabat.)uacillabat. Facta manu.)comparata. Deſideratum.)amiſſum. Ire in conſilium.)dimittere partes cauſa perorata, ad ſententiam ferendam. Inſula eſt.)Templum Iunonis in Melita ſpoliatum. Prædonum.) Quos uicit,& mari expulit Pompeius. Nimium mihi diu.)Tranſit ad aliud crimen,cum præparatione commemorans fabulam de raptu Proſerpinæ. Liberæ.) Proſerpinæ. Inflammaſſe.) accendiſſe. Propter.) iuxta. Myoparom.)Myoparo nomen nauigij. Gramineas haſtas.) Puto legendum, fraxineas. Ad deferenda.)id eſt,ad deportanda, quod eſt operariorum, qui operam ſuam mercede locant. Nimio opere.)immodicè. Licet iſte dicat.)Adimit defenſionem. Stipendiarios.)Stipendiarij erant, qui ſtipendia militibus nomine Romano dabant. Viſenda.) ſpectatu digna,inſignia. Atque ut cæteros.) Narrat de Syracuſanis, quomodo teſtimonia furtorum perſcripta, & de laudatione Verris ex illis cognouerit. Appellatur.)Appellatur pro Verre,ad prohibendum ne Senatuſconſultum perficiatur. Laudent te ſanè.) Redit ad laudationem Mamertinã,& unà cum Syracuſana confutat. Verrea.)ſacra. Diem feſtum ludorũ.) Marcelliorum.

IOACHIMI CAMERARII IN VI. Verrinam Annotatio.

Nihil apud ciuem Rom. denique uiſum,quod ad oculos animumq; acciderit.)id eſt,quod conſpexerit, atq; concupiuerit. Sed alia lectio, quam & Veneti libri retinent, mihi ſanè placet: Quod oculos animumq; accenderit.id eſt,cupiditate permouerit. Modò ut bona ratione emerit,nihil pro poteſtate, nihil ab inuito.) Hæc mihi quidẽ admodum probantur. in emptionibus enim quantum ualeat poteſtas, quis non uidet? Poteſtatem autem dicit magiſtratus, ut pro Cluentio: At neque priuatus accuſare, nec ſedata iam inuidia uolebat. Videtis igitur non in cauſa,ſed in tempore ac poteſtate ſpem omnem accuſatoris fuiſſe. In Venetis tamen,& alijs quibuſdam libris,nihil pro poteſtate,omiſſum. Sed in ſuis nummis multos eſſe.) Sic & Veneti. Sed eſt locutio profectò alienior. Et quàm facilè potuit fieri ut eius,in ſuis,mutaretur? Qua iudiciũ eſt,communi arce ſociorum.) quaſi defenſione & præſidio. Sed Veneti libri melior & euidentior lectio: Qua iudicium eſt,communis ac priuatæ rei ſociorum. Dicent quæ neceſſe erit ingratis.) Hoc uerum puto,ut pro Quintio, Extorquendum eſt inuito atq; ingratis quod non debet: apud Plautum Curculione,& alibi ſæpe. ſed [illegible]:,ingratijs,id eſt non libenter. Veneti tamen, & alij, gratis habent. Quæ malo integra reſeruare, ut quàm minimum.) Omnino melior lectio Venetorum, ſed & aliorum quorundam librorum: Quæ modò integra reſeruare uolui,ut quàm minimum. Quod celari opus erat.) Veneti,& alij,oportuerat. Quid autem eſt aliud, opus erat,niſi oportuerat? In Sicilia quidem cum eſſem, ſic à Cen(ſ)ur.) Veneti & alij, Siciliæ quidem. & memorantur ſanè de Cicerone ſimiles locutiones. ſed ipſe tamen de his ita diſſerit ad Atticum libro ſeptimo, ut præpoſitionem non eſſe omittendam,ſentire uideatur. Eſſet autem ſimile illud huic Virgiliano: Aut Cretæ iuſsit conſidere Apollo. Ne multa HS CC, me, inquit, popoſcerunt,dixi me daturum C.)Hæc eſt perquàm elegans lectio,& uera etiam uidetur. Veneti & alij ita: Ne multa HS M.me inquit,dixi daturum. quæ profectò ſumma pecuniæ in quãuis pretioſos ſcyphos minus fuerit. Seſtertia enim mille,fuerint decies: id eſt, coronati,ut nunc loquimur,circiter X X V.M. Dionyſiarchum ad ſe proagorum.) Hoc eſt, ſummum magiſtratum uocari iubet. Veneti & alij,pardiorũ: ſed re incerta. illud retinuimus. & mox, Vt ipſe de me detraham: elegantiora Veneta, Vt egomet mihi detraham. Sed illa tamen non poſſum improbare. Qui non obtruſit aliqua ex parte monumenta P. Scip.)Alij,obſtruxit. id eſt,illa obſcurauit. trãſlatione ab ædificationibus ducta,quibus officitur luminibus,aut commoditati aliarum ædium. idq; uerum puto. Atque illius fani antiſtitæ.)ut, Propter hoſpitæ huiuſce conſuetudinem. Veneti tamen [illegible], antiſtites. ſed antiſtitæ legit & Priſcianus libro quinto. Ac iam illa omitto.) Veneti, Nunc iam: itidemq; alij. Sed nobis tamen noſtrum probatur. Signumq; Apollinis,qui Tenites uocatur.) Forte à tenijs. Veneti, Theſmotes. ſed de hoc cognomine nihil habeo dicere. Vt ex marmore Iacchum autem Paralũ.) Hæc uera ſcriptura. Nam quod alij,ut & Veneti, Parthalum habent,ex eo (ut opinor) euenit, quod in archetypo reperiſſent librarij, inſerta aſpiratione, Parhalos: ut in Exhedra quoque, & ſimilibus factum animaduertimus. Eorum tabulas exquirebam.) Veneti,& alij, ſcribebam: quod ſenſum minus commodè abſoluere uidetur. Excribebam quidẽ erat planè aptũ. Atq; adeò cum iam non ſolũ diſceſſio facta eſſet.) Veneti [illegible], At uerò.

ACTIONIS IN VERREM SEPTIMAE PARTITIO, PER Bartholomæum Latomum.

Continet hæc actio rem bellicam flagitioſe adminiſtratam, & ſupplicia in Siculos & Romanos ciues. Exordiũ ironia cõſtat in reum, ad commouendũ odiũ & indignationẽ. Deinde ad rem accedit, & accuſat negligentiã in cuſtodiẽda prouincia, & crimina improbitatis, luxuriæ et crudelitatis cõmemorat, interpoſitis probationib. et amplificationib. crebris, ſicut in præcedẽtib. actionibus. Primò enim docet, prouinciã Siciliam nulla opera

Verris

Verris, ſed natura loci & inſtitutis ſuis ſatis tutam fuiſſe ab omni contagione ſeditionum ac bellorum. Deinde illum non ſolum non defendiſſe prouinciam, ſed etiam pecunia accepta coniuratis comprehenſis & prædonibus pepercıſſe. Poſt hæc partitur in capita reliquam criminationem, & demonſtrat itinera luxurioſi imperatoris in obeunda prouincia, & quòd pecuniam auarè ex claſſe quæſiuerit, & quòd crudelitatem immanem exercuerit in nauarchos & ciues Romanos: quorum alios uirgis ad necem conciderit, alios necauerit in carcere, alios contra ius & libertatem Romanæ ciuitatis in crucem ſuſtulerit. Ex quibus omnibus Nauarchorum caſum, & ciuis Romani ſupplicium magna commiſeratione deplorat. Peroratio habet commendationem totius cauſæ ad iudices, comminationem in aduerſarios, & poſtremò inuocationem ad deos: in qua rénouationem omnium criminum inducit, atq; ita concludit.

IN EANDEM SCHOLIA, BARtholomæo Latomo prelegente excepta.

NEMINI *uideo dubium eſſe iudices.*) Orditur κατὰ περίληψιν, occurrens defenſioni quam irridet. *Conſtituitur.*) ab Hortenſio. *Fugitiuis.*) ſeruis, qui Spartaco duce ad bellum concitati fuerant.

Quid agam.) Dubitatio ironica. *Impetus.*) accuſationis. *Iactaturus.*) amplificando, & uerbis exornando.

Talem.) Emphaſin habet. *Obteri.*) opprimi, obrui.

In iudicio M. Aquilij.) Defenſio Aquilij commemoratur in ſecundo de Oratore. *Sed ita quæram.*) Negat ullam operam Verris fuiſſe, in prouincia tuenda: quoniam ipſa per ſe, & ſitu ab hoſtibus, & diſciplina aliorū prætorum, ſatis tuta fuerit. *Cum M. Craſſo.*) Craſſus & Pompeius ſeruile bellū confecerunt in Italia. *Nam poſteaquàm.*) Seueritatem diſciplinæ exemplo confirmat. *Quid igitur, nullisne.*) Docet Verrem peperciſſe facinoroſis, accepta à dominis pecunia, eaq; re cauſas etiam motuum & coniurationum in prouincia aluiſſe. *Seruitium.*) ſeruos. *Tricalino.*) regione Siciliæ. *Dicta.*) cognita & iudicata. *Quid deinde? quid cenſetis?*) Suſpendit expectationem, quo rei indignitatem amplificet. Nam acrius feriunt animos, quæ inopinata accidunt. Celſus, ut Fabius tradit, uocat ſuſtentationem. *Nundinatio.*) pactio pecuniaria. *Quid hoc loco.*) Inuehitur in improbitatem, & rem amplificat. *Indemnatis ciuibus.*) Illum intelligit, quem Meſſanæ crucifixerat. de quo poſterius dicetur.) *Res iudicatæ.*) id eſt, ſententiæ latæ. *Hoc uerò nouum.*) Facit Verris factum grauius. *O præclarum.*) Ironica exclamatio. *Feciſſe uideri.*) Quæ forma erat pronunciādi. *Quid? hoc in Apollonienſe.*) Colligit alia plura eiuſdem generis facinora. *HS. LX.*) Seſtertia ſexaginta, hoc eſt mille quingentos coronatos. *HS. centies.*) id eſt, duo millia quingentos coronatos. *Integer.*) ſine iniuria. *Excogitauit.*) Sermo hominum de Verre. *Exanimatus.*) conſternatus. *Magiſtrum pecoris.*) id eſt paſtorem. *Exhiberi.*) produci. *Videte conſtantiam.*) Amplificat rem quam narrauit. deinde ad probationem criminis accedit. *Quid? ſi ab Apollonio.*) Ironicôs ſe corrigit: & quaſi remittens ſeueritatem accuſatoriam, multa prætermittit quæ in re ſunt, ut acrius ad unum perueniat, quo ex indicio ipſius Verris crimen conuincit, propter pecuniam Apolloniū in carcerem coniectum fuiſſe, ac dimiſſum. *Diſſolutè.*) improbè.

Omnia igitur.) Colligit in ſummam quæ enumerauit, & proponit Hortenſij actionem, ut quod contrà deſtinauit, acrius inferat. *Nam quæ iſte.*) Oſtendit quantum hac ratione prædatus ſit Verres, & coniecturam ex Apollonij cauſa facit. *Vnum hæſiſſe Apollonium.*) qui pecuniam in tempore non dederat. *Cupio mihi iudices.*) Abſoluit hunc locum de pacata prouincia, & ad alium tranſit. *Subijci.*) ſuggeri, in memoriam redigi. *Itinerum primum.*) Commemorat ignauiam & luxum hominis in prouincia obeunda. *Octophoro.*) quam octo homines ferebant. *Fartus.*) impletus. *Reticulum.*) id eſt, folliculum lineum, rariore textura. *Fuſi.*) proſtrati. *Nequitiæ.*) luxuriæ. *In areis.*) Area locus planus in agro, in quem fruges demeſſæ comportantur ad trituram faciendam. *Carbaſeis.*) lineis. *Hunc igitur tu Imperatorem.*) Increpat Hortenſium, & à defenſione deterret, obiter percurrendo uitam anteactā Verris.

Aera illa.) id eſt flagitia. Nam ad ſtipendia alludit, in quibus æs militare ſoluebatur. *Abduci.*) ſponte ſua. *Perduci.*) inuito. unde perductores, qui inuitas perſonas ad libidinem alicuius ducunt. *Aleatoris Placentini.*) Quem intelligat, incertum eſt. Significat ſtupratorem Verris adoleſcentis. *Aere dirutus eſt.*) id eſt, ad inopiā redactus, ita ut ſoluendo non eſſet. nam æs alienum intelligitur. *In ſtipendijs damna.*) Aes alienum flagitioſæ adoleſcentiæ. *Aetatis fructu.*) Stuprum intelligit, quo uult eum æs alienum flagitioſe contractum diſſoluiſſe. *Obduruiſſet.*) exoletus factus fuiſſet. *Quot præſidia.*) id eſt, honeſtas matronas expugnauerit. *L. Lucullo, M. Cotta Coſs.*) Quo anno prætor urbanus fuit Verres.

Vadimonij.) id eſt, ſiſtendi in iudicio, ut promiſerat.

Paludatus.) paludamento indutus, de more Romano.

In urbem intrò ferri.) Magiſtratui ex urbe egreſſo, nō licebat in urbem redire, niſi confecta prouincia: quod ſi contrà feciſſet, cenſebatur contra auſpicia facere. *O dij immortales.*) Amplificat neglectam religionem à Verre, diſſimili exemplo, quod de ſe ſumit. *Datum.*) ad dignitatem. *Creditum ac commiſſum.*) ad fidem & induſtriam. *Habeo rationem.*) æſtimo. *Libero.*) Apollini, ut opinor. ut Vergilius: Liber & alma Ceres. *Liberæ.*) Proſerpinæ. *Floram.*) Flora dea florum, cui celebrabantur floralia, ritu parum uerecundo. *Ius imagines.*) cuiuſmodi in atrijs nobilium diſponebantur, & præferebantur in funere ijs, qui ex ea familia mortui fuiſſent. Hodie arma uocant, nempè inſignia familiarum, ut picti in ſcutis leones, lupi, urſi, gryphes, &c. *Prodendam.*) propagandam. *Alicui.*) id eſt, ſibi ex cæteris: non quod neceſſe fuerit ſibi dari, ſed quòd oportuerit eam alicui dare ex candidatis. *In loco.*) Commodo ſcilicet, & idoneo: id eſt, in idonea perſona. *Mitto enim & prætereo.*) Significat, quomodo ſuffragia pecunia corruperit.

Illud rationis habuiſti.) reputaſti. *Itaque non modò.*) Prætexit cætera, & ordinem temporis ſeruat. *Thempſanum.*) Thempſa oppidum in Brutijs, quod apparet à fugitiuis captum fuiſſe, diſcedente Verre ex prouincia. *O diuina Senatus.*) Profert tacitum iudicium Senatus. *Eſto, nihil ex.*) Venit ad bellum Piraticum. in quo docet maxima auaritiæ & crudelitatis crimina commiſſa

commiſſa fuiſſe. Rem naualem.) Proponit nauale crimen, & obijcit nauem à Mamertinis ſumptu publico ædificatam fuiſſe. Quid mihi hoc loco.) Occupat defenſionem, & ab omni parte excludit. Senatori.) Mamertino, qui naui ædificandæ præfuerat. Publicè.) publico nomine. Naucculariam facere.) Sicut argentariam, & Medicinã facere. At Mamertini.) Occurrit argumento, & docet non effici quod intendatur. At enim idcirco.) Remouet aliam defenſionem, & maieſtatem commiſſam eſſe docet in naue Mamertinis remittẽda. Deniq; cum.) Addit & aliud crimen, de frumento remiſſo Mamertinis, & alijs imperato. R. C.) id eſt, Rerũ Commentarijs. Ac de conſilij ſententia.) Verba ſunt decreti in Commentarijs perſcripti. Nomina.) iudiciũ. Nam ſtatim L.) Contrarium exemplum loco præiudicij. Iſtam à Netinis.) Iſti legendum. Hic mihi etiam.) Repetit mentionem Mamertinæ laudationis, & cõſpirationem exagitat. Vulnera.) uitia. Verùm ut ad claſſem.) Redit ad inſtitutum, & crimen nauis remiſſæ amplificat.

Precario.) precibus, Aduerb. Cognoſcite nunc nouam.) Tranſit ad aliud crimen in re nauali commiſſum. Nauarcho.) Nauarchus, qui præeſt naui. Qui poteſt eſſe.) Verrem alloquitur. Lucrari.) lucrabatur. Hunccine hominem, &c.) Subaudi feretis. Sexcentenos nummos.) Tantum dabatur à nautis pro miſſione, ex inſtituto prætoris. Quos qui dederat.) Locus eſt corruptus. Quum propter iſtius.) Docet prædam ex hoſtibus captam, ſibi ſeruaſſe, & ducem hoſtium cum cæteris captiuis pecunia accepta dimiſiſſe. Facti.) in operibus precioſis. Signati.) in pecunijs. Archipiratam.) Vult, Archipiratam dimiſſum fuiſſe, idq; coniectura credibile facit. Iudex eſſe bonus.) Monet iudices, ne eiuſmodi coniecturæ genus negligant. Vnus plures.) Diſſimili exemplo Seruilij coniecturam amplificat. Autorem tui facti.) Autorem, qui idem fecerit, & quem Verres ſit imitatus. Age porrò.) Quaſi priore inſectatione remiſſa, ac recepta defenſione nihilominus inſtat, & docet alium captiuum in locum Archipiratæ ſuppoſitum fuiſſe. idq; probat ex cuſtodiæ ratione. Quum maximus.) Admiſcet aliud crimen interfectorum ciuium Romanorum. Myoparone.) naue ſcilicet. At quemadmodum.) Confirmat obiectum crimen ex ipſius Verris confeſſione, & uehementer amplificat. Induit.) illaqueauit. Fit.) id eſt factus eſt. Aliquam manum contra populum Romanum facere.) aliquem numerum hoſtium contra populum Romanum legere. At etiam qui triumphant.) Amplificat diſſimili exemplo. Et nunc credo eſſe dubium.) Hoc per ironiam dicitur. Probat enim expediſſe Verri ut ſuppoſitum Archipiratam ſeruaret, neq; aliter facere potuiſſe, ſiquidem fidem in indicio ſuo facere conaretur. Virum.) Vult Verrem inter mulieres potius quàm uiros habendum eſſe, uel propter mores, uel quia muliebria adoleſcens paſſus ſit. Erat Nice.) Incipit narrare aliud crimen de claſſe amiſſa, libidine & auaritia prætoris. Quid primum.) Amplificat Cleomenem præfectum fuiſſe claſſi. Sagum.) ueſtem militarem. Lampſaceni periculi.) De Lampſaceno periculo uide tertiam Actionem. De Adriano.) Hic Adrianus cum auarè imperaret Vticæ, uiuus in prætorio exuſtus fuit. Imperium.) prætorium. Crepidines.) Crepido ora ripæ uel litoris, ad quam aqua alluit: dicta, quòd ibi fluctus crepitet. Aſpirare.) attingere. Athenienſium claſſis.) Nicia duce, ut eſt apud Thucydidem. Quid Cleomeni.) Inducit Verris deliberationem de Cleomene, ut oſtendat improbitatem, & euidentius exprimat.

Diſſolutus.) remiſſus. Exinanitam.) euacuatam. Phalargum.) Philargum legendum puto. Apponitur.) ſubornatur. Emiſſarium.) furtorum interpretem.

In commeatu.) in immunitate nauigandi ex permiſſione prætoris. Vnde commeatum dicimus habere milites, cum eis ad tempus permiſſum eſt abeſſe ab exercitu. In qua docet, quot.) Colligit inuidiam, & mouet affectum ex ſcripta oratione unius ex Nauarchis. Talem uirum.) Talem ad laudem pertinet. Hic cuncti Siculi.) Amplificat ab exiſtimatione Siculorum de populo Romano. Leuia ſunt hæc.) Cõcedit ironicôs id quod etiam iniquum uidetur cauſæ fiducia pari. Obſoletis.) uulgaribus, leuibus. Vt adeas.) Fingit uerba inhumani lictoris, atq; hinc acerbitatem etiam colligit. Eſt ne aliquid.) Facit ſchema, quod uocant præter expectationem, augendi cauſa. Nam illorum liberi.) Verba quaſi ex perſona Verris. Deſunt.) in malam partem. Per deos immortales.) Amplificat ſupplicium nauarchorum, & accendit iudices. In ſeptemdecim populis.) qui defecerant ad Carthaginenſes. Quid uerò ille.) A Segeſtanorum cognatione amplificat. Vbi pecunias exterarum.) Amplificat ex comparatione criminum, quæ in unum contrahit. Metuunt homines.) Addit cauſam inuidioſam in eos, qui ex prouinciarum ſpolijs ditati erant.

Hoc iam ornatu.) Auget inuidiam ex mœrore parentum in iudicio, & eſt reddito contentionis. Ex litibus æſtimatis.) id eſt damnatione tui. Quapropter ſi quem.) Occurrit defenſioni, quam ex omni parte adimit.

Offenderint.) impegerint. Quod ſi fortunã.) Conuertit defenſionem in aduerſarium. Ego culpam non in Nauarchis.) Vrget, & probat culpam in prætore fuiſſe. Nullum uacuum tractum.) id eſt, nullum uacuum fuiſſe inter eos qui trahebantur. Hic tu etiam dicere.) Redit ad inſtigandos iudices, & rurſum crimina colligit acri inſectatione. Neceſſitudine.) quia quæſtor in Sicilia fuit. Reliqua eſt ea cauſa.) Deinceps commemorat animaduerſiones & ſupplicia in ciues Romanos. Non enim Charybdim.) De Scylla & Charybdi tertio Aeneidos. Pluribus & maioribus.) Alludit ad Scyllã, quæ inferiori parte canibus ſuccincta eſſe dicitur. intelligit autem emiſſarios Verris, & furtorũ interpretes, quos actione tertia commemorauit. Sertorianos milites.) Sertorius hoſtis erat, & reliquias belli Mariani perſequebatur in Hiſpania. Odores.) aromata. Quid eſt Verres.) Profert teſtimonia. Si quis rex.) Inſtigat iudices, & crimen amplificat. Circumretitum.) tanquam laqueis & retibus circundatum. Maiores plagas.) grauius iudicium, ſcilicet maieſtatis. Superiore ex loco.) quoniam deſignatus eſt ædilis, & magiſtratu inito de loco ſuperiore, hoc eſt apud populum in concione cauſam acturus. Quid enim defendit.) Adimit defenſionem, quam primùm reprehendit, deinde inficiatione tollit. Tranſlator quæſturæ.) A Carbone & Sylla. Adſunt enim Puteoli.) Negat Sertorianos fuiſſe, & teſtimonijs confirmat. Nam quid ego de P. Gauio.) Tranſit ad aliud crimen: quod quia grauiſſimum eſt, ad eius cognitionem præparat iudices. Gauius hic, quem dico.) Nar-

Verris,ſed natura loci & inſtitutis ſuis ſatis tutam fuiſſe ab omni contagione ſeditionum ac bellorum. Deinde illum non ſolum non defendiſſe prouinciam, ſed etiam pecunia accepta coniuratis comprehenſis & prædonibus pepercisse. Poſt hæc partitur in capita reliquam criminationem, & demonſtrat itinera luxurioſi imperatoris in obeunda prouincia,& quòd pecuniam auarè ex claſſe quæſiuerit, & quòd crudelitatem immanem exercuerit in nauarchos & ciues Romanos: quorum alios uirgis ad necem conciderit, alios necauerit in carcere, alios contra ius & libertatem Romanæ ciuitatis in crucem ſuſtulerit. Ex quibus omnibus Nauarchorum caſum, & ciuis Romani ſupplicium magna commiſeratione deplorat. Peroratio habet commendationem totius cauſæ ad iudices, comminationem in aduerſarios, & poſtremò inuocationem ad deos: in qua rẽnouationem omnium criminum inducit, atq; ita concludit.

IN EANDEM SCHOLIA, BARtholomæo Latomo prælegente excepta.

NEMINI uideo dubium eſſe iudices.) Orditur κατὰ πρόληψιν, occurrens defenſioni quam irridet. Conſtituitur.) ab Hortenſio. Fugitiui.) ſerui, qui Spartaco duce ad bellum concitati fuerant.

Quid agam.) Dubitatio ironica. Impetus.) accuſationis. Iactaturus.) amplificando, & uerbis exornando. Talem.) Emphaſin habet. Obteri.) opprimi, obrui. In iudicio M. Aquilij.) Defenſio Aquilij commemoratur in ſecundo de Oratore. Sed ita quæram.) Negat illam operam Verris fuiſſe, in prouincia tuenda: quoniam ipſa per ſe, & ſitu ab hoſtibus, & diſciplina aliorũ prætorum, ſatis tuta fuerit. Cum M. Craſſo.) Craſſus & Pompeius ſeruile bellũ confecerunt in Italia. Nam poſtea quàm.) Seueritatem diſciplinæ exemplo confirmat. Quid igitur, nullisne.) Docet Verrem pepercisse facinoroſis, accepta à dominis pecunia, eaq; re cauſa etiam motuum & coniurationum in prouincia aluiſſe. Seruitium.) ſeruos. Tricalino.) regione Siciliæ. Dicta.) cognita & iudicata. Quid deinde? quid cenſetis?) Suſpendit expectationem, quo rei indignitatem amplificet. Nam acrius feriunt animos, quæ inopinata accidunt. Celſus, ut Fabius tradit, uocat ſuſtentationem. Nundinatio.) pactio pecuniaria. Quid hoc loco.) Inuehitur in improbitatem, & rem amplificat. Indemnatis ciuibus.) Illum intelligit, quem Meſſanæ crucifixerat. de quo poſterius dicetur.) Res iudicatæ.) id eſt, ſententiæ latæ. Hoc uerò nouum.) Facit Verris factum grauius. O' præclarum.) Ironica exclamatio. Feciſſe uideri.) Quæ forma erat pronunciãdi. Quid? hoc in Apollonienſe.) Colligit alia plura eiuſdem generis facinora. HS. LX.) Seſtertia ſexaginta, hoc eſt mille quingentos coronatos. HS. centies.) id eſt, duo millia quingentos coronatos. Integer.) ſine iniuria. Excogitauit.) Sermo hominum de Verre. Exanimatus.) conſternatus. Magiſtrum pecoris.) id eſt paſtorem. Exhiberi.) produci. Videte conſtantiam.) Amplificat rem quam narrauit. deinde ad probationem criminis accedit. Quid? ſi ab Apollonio.) Ironicôs ſe corrigit: & quaſi remittens ſeueritatem accuſatoriam, multa prætermittit quæ in re ſunt, ut acrius ad unum perueniat, quo ex iudicio ipſius Verris crimen conuincit, propter pecuniam Apolloniũ in carcerem coniectum fuiſſe, ac dimiſſum. Diſſolutè.) improbè. Omnia igitur.) Colligit in ſummam quæ enumerauit, & proponit Hortenſij actionem, ut quod contrà deſtinauit, acrius inferat. Nam quæ iſte.) Oſtendit quantum hac ratione prædatus ſit Verres, & coniecturam ex Apollonij cauſa facit. Unum hæſiſſe Apollonium.) qui pecuniam in tempore non dederat. Cupio mihi iudices.) Abſoluit hunc locum de pacata prouincia, & ad alium tranſit. Subijci.) ſuggeri, in memoriam redigi. Itinerum primum.) Commemorat ignauiam & luxum hominis in prouincia obeunda. Octophoro.) quam octo homines ferebant. Farctus.) impletus. Reticulum.) id eſt, folliculum lineum, rariore textura. Fuſi.) proſtrati. Nequitiæ.) luxuriæ. In areis.) Area locus planus in agro, in quem fruges demeſſæ comportantur ad trituram faciendam. Carbaſeis.) lineis. Hunc igitur tu imperatorem.) Increpat Hortenſium, & à defenſione deterret, obiter percurrendo uitam anteactã Verris. Aera illa.) id eſt flagitia. Nam ad ſtipendia alludit, in quibus æs militare ſoluebatur. Abduci.) ſponte ſua. Perduci.) inuito. unde perductores, qui inuitas perſonas ad libidinem alicuius ducunt. Aleatoris Placentini.) Quem intelligat, incertum eſt. Significat ſtupratorem Verris adoleſcentis. Aere dirutus eſt.) id eſt, ad inopiã redactus, ita ut ſoluendo non eſſet. nam æs alienum intelligitur. In ſtipendijs damna.) Aes alienum flagitioſe adoleſcentiæ. Aetatis fructu.) Stuprum intelligit, quo uult eum æs alienum flagitioſe contractum diſſoluiſſe. Obduruiſſet.) exoletus factus fuiſſet. Quos præſidia.) id eſt, honeſtas matronas expugnauerit. L. Lucullo, M. Cotta Coſſ.) Quo anno prætor urbanus fuit Verres.

Vadimonij.) id eſt, ſiſtendi in iudicio, ut promiſerat.

Paludatus.) paludamento indutus, de more Romano.

In urbem intrò ferri.) Magiſtratui ex urbe egreſſo, nõ licebat in urbem redire, niſi confecta prouincia: quod ſi contrà feciſſet, cenſebatur contra auſpicia facere. O' dij immortales.) Amplificat neglectam religionem à Verre, diſſimili exemplo, quod de ſe ſumit. Datum.) ad dignitatem. Creditum ac commiſſum.) ad fidem & induſtriam. Habeo rationem.) æſtimo. Libero.) Apollini, ut opinor. ut Vergilius: Liber & alma Ceres. Liberæ.) Proſerpinæ. Floram.) Flora dea florum, cui celebrabantur floralia, ritu parum uerecundo. Ius, imagines.) cuiuſmodi in atrijs nobilium diſponebantur, & præferebantur in funere ijs, qui ex ea familia mortui fuiſſent. Hodie arma uocant, nempè inſignia familiarum, ut picti in ſcutis leones, lupi, urſi, gryphes, &c. Prodendam.) propagandam. Alicui.) id eſt, ſibi ex cæteris: non quod neceſſe fuerit ſibi dari, ſed quòd oportuerit eam alicui dare ex candidatis. In loco.) Commodo ſcilicet, & idoneo: id eſt, in idonea perſona. Mitto enim & prætereo.) Significat, quomodo ſuffragia pecunia corruperit.

Illud rationis habuiſti.) reputaſti. Itaque non modò.) Prætexit cætera, & ordinem temporis ſeruat. Thempſanum.) Thempſa oppidum in Brutijs, quod apparet à fugitiuis captum fuiſſe, diſcedente Verre ex prouincia. O' diuina Senatus.) Profert tacitum iudicium Senatus. Eſto, nihil ex.) Venit ad bellum Piraticum. in quo docet maxima auaritiæ & crudelitatis crimina

commiſſa

commiſſa fuiſſe. Rem naualem.)*Proponit nauale crimen, & obijcit nauem à Mamertinis ſumptu publico ædificatam fuiſſe.* Quid mihi hoc loco.)*Occupat defenſionem, & ab omni parte excludit.* Senatori.)*Mamertino, qui naui ædificandæ præfuerat.* Publicè.)*publico nomine.* Nauicularium facere.)*Sicut argentariam, & Medicinã facere.* At Mamertini.)*Occurrit argumento, & docet non effici quod intendatur.* At enim idcirco.)*Remouet aliam defenſionem, & maieſtatem commiſſam eſſe docet in naue Mamertinis remittẽda.* Deniq; cum.)*Addit & aliud crimen, de frumento remiſſo Mamertinis, & alijs imperato.* R. C.)*id eſt, Rerũ Commentarijs.* Ac de conſilij ſententia.)*Verba ſunt decreti in Commentarijs perſcripti.* Nomina.)*iudiciũ.* Nam ſtatim L.)*Contrarium exemplum loco præiudicij.* Iſtam à Netinis.)*Iſti legendum.* Hic mihi etiam.)*Repetit mentionem Mamertinæ laudationis, & cõſpiratione exagitat.* Vulnera.)*uitia.* Verùm ut ad claſſem.)*Redit ad inſtitutum, & crimen nauis remiſſæ amplificat.*

Precario.)*precibus, Aduerb.* Cognoſcite nunc nouam.)*Tranſit ad aliud crimen in re nauali commiſſum.* Nauarcho.)*Nauarchus, qui præeſt naui.* Qui poteſt eſſe.)*Verrem alloquitur.* Lucrari.)*lucrabatur.* Huncine hominem, &c.)*Subaudi feretis.* Sexcentenos nummos.)*Tantum dabatur à nautis pro miſſione, ex inſtituto prætoris.* Quos qui dederat.)*Locus eſt corruptus.* Quum propter iſtum.)*Docet prædam ex hoſtibus captam, ſibi ſeruaſſe, & ducem hoſtium cum cæteris captiuis pecunia accepta dimiſiſſe.* Facti.)*in operibus precioſis.* Signati.)*in pecunijs.* Archipiratam.)*Vult, Archipiratam dimiſſum fuiſſe, idq; coniectura credibile facit.* Iudex eſſe bonus.)*Monet iudices, ne eiuſmodi coniecturæ genus negligant.* Vnus plures.)*Diſſimili exemplo Seruilij coniecturam amplificat.* Autorem tui facti.)*Autorem, qui idem fecerit, & quem Verres ſit imitatus.* Age porrò.)*Quaſi priore inſectatione remiſſa, ac recepta defenſione nihilominus inſtat, & docet alium captiuum in locum Archipiratæ ſuppoſitum fuiſſe. idq; probat ex cuſtodiæ ratione.* Quum maximus.)*Admiſcet aliud crimen interfectorum ciuium Romanorum.* Myoparone.)*naue ſcilicet.* At quemadmodum.)*Confirmat obiectum crimen ex ipſius Verris confeßione, & uehementer amplificat.* Induit.)*illaqueauit.* Fit.)*id eſt factus eſt.* Aliquam manum contra populum Romanum facere.)*aliquem numerum hoſtium contra populum Romanum legere.* At etiam qui triumphant.)*Amplificat dißimili exemplo.* Et nunc credo eſſe dubium.)*Hoc per ironiam dicitur. Probat enim expediſſe Verri ut ſuppoſitum Archipiratam ſeruaret, neq; aliter facere potuiſſe, ſiquidem fidem in iudicio ſuo facere conaretur.* Virum.)*Vult Verrem inter mulieres potius quàm uiros habendum eſſe, uel propter mores, uel quia mulicbria adoleſcens paſſus ſit.* Erat Nice.)*Incipit narrare aliud crimen de claſſe amiſſa, libidine & auaritia prætoris.* Quid primum.)*Amplificat Cleomenem præfectum fuiſſe claßi.* Sagum.)*ueſtem militarem.* Lampſacení periculi.)*De Lampſaceno periculo uide tertiam Actionem.* De Adriano)*Hic Adrianus cum auarè imperaret Vticæ, uiuus in prætorio exuſtus fuit.* Imperium.)*prætorium.* Crepidines.)*Crepido ora ripæ uel litoris, ad quam aqua alluit: dicta, quòd ibi fluctus crepitet.* Aſpirare.)*attingere.* Athenienſium claßis.)*Nicia duce, ut eſt apud Thucydidem.* Quid Cleomeni.)*Inducit Verris deliberationem de Cleomene, ut oſtendat improbitatem, & euidentius exprimat.*

Diſſolutus.)*remiſſus.* Exinanitam.)*euacuatam.* Phalargum.)*Philargum legendum puto.* Apponitur.)*ſubornatur.* Emiſſarium.)*furtorum interpretem.*

In commeatu.)*in immunitate nauigandi ex permiſſione prætoris. Vnde commeatum dicimus habere milites, cum eis ad tempus permiſſum eſt abeſſe ab exercitu.* In qua docet, quot.)*Colligit inuidiam, & mouet affectum ex ſcripta oratione unius ex Nauarchis.* Talem uirum.)*Talem ad laudem pertinet.* Hic cuncti Siculi.)*Amplificat ab exiſtimatione Siculorum de populo Romano.* Leuia ſunt hæc.)*Cõcedit ironicôs id quod etiam iniquum uidetur cauſæ fiducia pari.* Obſoletis.)*uulgaribus, leuibus.* Vt adeas.)*Fingit uerba inhumani lictoris, atq; hinc acerbitatem etiam colligit.* Eſt ne aliquid.)*Facit ſchema, quod uocant præter expectationem, augendi cauſa.* Nam illorum liberi.)*Verba quaſi ex perſona Verris.* Deſunt.)*in malam partem.* Per deos immortales.)*Amplificat ſupplicium nauarchorum, & accendit iudices.* In ſeptemdecim populis.)*qui defecerant ad Carthaginenſes.* Quid uerò illa.)*A Segeſtanorum cognatione amplificat.* Vbi pecunias exterarum.)*Amplificat ex comparatione criminum, quæ in unum contrahit.* Metuunt homines.)*Addit cauſam inuidioſam in eos, qui ex prouinciarum ſpolijs ditati erant.*

Hoc iam ornatu.)*Auget inuidiam ex mœrore parentum in iudicio, & eſt redditio contentionis.* Ex litibus æſtimatis.)*id eſt damnatione tui.* Quapropter ſi quem.)*Occurrit defenſioni, quam ex omni parte adimit.*

Offenderint.)*impegerint.* Quod ſi fortunã.)*Conuertit defenſionem in aduerſarium.* Ego culpam non in Nauarchis.)*Vrget, & probat culpam in prætore fuiſſe.* Nullum uacuum tractum.)*id eſt, nullum uacuum fuiſſe inter eos qui trahebantur.* Hic tu etiam dicere.)*Redit ad inſtigandos iudices, & rurſum crimina colligit acri inſectatione.* Neceßitudini.)*quia quæſtor in Sicilia fuit.* Reliqua eſt ea cauſa.)*Deinceps commemorat animaduerſiones & ſupplicia in ciues Romanos.* Non enim Charybdim.)*De Scylla & Charybdi tertio Aeneidos.* Pluribus & maioribus.)*Alludit ad Scyllã, quæ inferiori parte canibus ſuccincta eſſe dicitur. intelligit autem emiſſarios Verris, & furtorũ interpretes, quos actione tertia commemorauit.* Sertorianos milites.)*Sertorius hoſtis erat, & reliquias belli Mariani perſequebatur in Hiſpania.* Odores.)*aromata.* Quid eſt Verres.)*Profert teſtimonia.* Si quis rex.)*Inſtigat iudices, & crimen amplificat.* Circumretitum.)*tanquam laqueis & retibus circundatum.* Maiores plagas.)*grauius iudicium, ſcilicet maieſtatis.* Superiore ex loco.)*quoniam deſignatus eſt ædilis, & magiſtratu inito de loco ſuperiore, hoc eſt apud populum in concione cauſam acturus.* Quid enim defendit.)*Adimit defenſionem, quam primùm reprehendit, deinde inficiatione tollit.* Translator quæſturæ.)*A Carbone & Sylla.* Adſunt enim Puteoli.)*Negat Sertorianos fuiſſe, & teſtimonijs confirmat.* Nam quid ego de P. Gauio.)*Tranſit ad aliud crimen: quod quia grauißimum eſt, ad eius cognitionem præparat iudices.* Gauius hic, quem dico.)*Nar-*

rat de Gauio, & per totũ admixtis adfectibus. Meruiſſe.) *militaſſe, ſtipendia feciſſe.* Speculandi.) *exploran di.* Deſiderata.) *poſt Syllanam uictoriã, deinde à Pom peio reſtituta.* Nunc quoniam.) *Probat teſtimonijs.* Hoc in Verris.) *Ex confeßione ipſius Verris factum exaggerat.* Induatur.) *capiatur, illaqueetur.* Ac iuguletur.) *Alludit ad nomen Verris.* Cognitoribus.) *Sic dicuntur, qui aliquem defendunt, cum de ſtatu eius agitur.*

Eſſe futurum.) *Verbum eſt hoc in loco infinitum, futuri temporis. alioqui futuram erat dicendum, ſi eſſet participium. Fit mentio apud Gellium.* Cognoſceret hominem.) *de ſtatu eius teſtaretur.* Facinus eſt.) *Amplificatio per incrementum.* Cauſam.) *conditionẽ.* Si hæc non ad ciues.) *Graui & uehementi contentione mouet animos iudicum, & eſt hyperbolica amplificatio.* Autores) *præſides.* Hoc loco.) *iudicij ueſtri.* A me, tametſi ſatis.) *Monet iudices, ut rectè iudicent: & metũ illis adhibet, quoniam accedit ad totius accuſationis perorationem.* Si res aliter acciderit.) *id eſt, ſi abſolutus fuerit Verres.* Nam & ſi qua uis.) *Significat ſe iterum accuſaturum eſſe, ſi Verres ex hoc iudicio euadat.* Poteſtatem dedit.) *Quia deſignatus eſt ædilis, quo in honore cũ populo pro concione agere potuit.* Creſcere.) *magnus fieri.* Notatos.) *infamia ſcilicet.* Quamobrem te quoq;.) *Monet Hortenſium, & ei minatur.* Regiam ueſtram dominationem.) *Alludit ad id quòd Hortenſius rex fori appellabatur.* Sed quo die.) *per Cn. Pompeiũ, cum à Sylla ſublati fuiſſent.* Vnumquemq; noſtrûm.) *Eos qui in hoc iudicio erant intelligit.* Ea lege iudicijs.) *Aurelia de iudicijs, quam M. Aurelius Cotta prætor ferebat.* Promulgata.) *in publicũ propoſita.* Quam de nobis habet.) *poſſe uos corrumpi.* Reſponſurus.) *compariturus in iudicio.* Veſtra dignitas.) *Senatoria.*

Quod reprehẽdatur.) *ſi quid peccetur.* Propter offenſionem.) *propter iudicia malè adminiſtrata.* Qui tanto, &c.) *in abſoluendo Verre.* Quæret aliquis fortaſſe.) *Occurrit obiectioni, & oſtendit ſe quia nouus ſit homo, neceſſariò quod dixerit facturum eſſe: & nobilitatem interim, à qua defendebatur Verres, in inuidiam adducit.* Tot hominum.) *à quibus defendebatur Verres.* Omnia beneficia.) *omnes magiſtratus.* M. Catonis.) *Cenſorij.* Pompeius.) *Strabo opinor, Magni Pompeij pater, qui floruit Italico bello, ante Syllam & Marium.* Nouorum hominum.) *Noui homines appellabantur, quorum parentes nullum magiſtratum geſſerant.* Quamobrem mihi iudices.) *Hunc locum concludit.* Receptum.) *promiſſum.* Ad quos, &c.) *Intelligit Hortenſium.* Diſceptante.) *iudicante.* Nunc te Iupiter.) *Peroratio totius accuſationis, in qua deos omnes implorat, quos uiolauerat Verres, teſtes & ultores criminum, ut illi quidem tribuant dignum factis ſuis exitium: ſibi autem, fidei ſuæ & diligentiæ in accuſando iuſtam apud pop. Rom. approbationem. Locus plenus eſt grauitatis, & interim criminum repetitionem continet.* Donum regale.) *Regis Antiochi. de quo uide Actione 6.* Pulcherrimum ſimulacrum.) *Iouis.* Latona.) *mater Apollinis & Dianæ.* Deli.) *Nomen urbis in inſula eiuſdem nominis.* Chio.) *ex oppido Chio.* P. Africani.) *Maioris.* Idæa) *in Phrygia.* In celeberr. loco.) *in foro Romano.* Libera.) *Proſerpina.* Sanctißimæ deæ.) *Proſerpinæ.* In iudicanda.) *in puniendo Verre.*

IOACHIMI CAMERARII IN VII. Verrinam Annotatio.

Qui in rebus non ita defendatur.) *Alij, in reis. Sed Venetam ſcripturã probo, Qui nunc reus.* Fuit iſta reſp. quondam.) *Alij, reſponſio: quod falſum eſſe apparet. Eſt & Veneta commodi ſenſus ſcriptura, reprehenſio.* Latomias Syracuſanas omnes audiſtis.) *Sic eſt forma nominis uſitata. Sed alij, Latumias. Veneti Lautumias, antiqua forma. ut Laumedon pro Laomedon, & mutata u in o, quod in Græcis nominibus facere Latini conſueuere: ut πρίαμος, Priamus. Sic igitur Lautumiam illi ueteres, ὑπὸ τ λατομίαν.* Sed urbe portus ipſe cingitur et includitur.) *Non poſſum hoc ullo modo reijcere. Veneti tamen, & alij, concluditur.* Ne multa, iudices, libertate, quam uos ſocijs dediſtis, hæc ille, &c.) *Venetum & aliorum librorum lectio uera eſt: Libertatem, quam uos. ut hoc, Vrbem quam ſtatuo ueſtra eſt. &, Populo ut placerent quas feciſſet fabulas.* Vtrum ego deſipio, & plus quam ſatis eſt.) *Veneti, & alij, Et plus quàm ſatis opus eſt. quorum alterum de explicatione inculcatum uidetur.* Non ut aliquid ex huius bonis uſurparet.) *Veneti uerius, recuperaret.* Tuus hoſpes Cleomenes hoc dicit, ſe, e in terram eſſe egreſſum.) *Veneti & alij, In terra eſſe proiectũ. Hoc mutandum quidam putarunt, eſſe profectum. Sed illa noſtra lectio ſanè longè abducta uidebatur: non exponere tamen uoluimus.* Quibus argumentis ſe ad ſalutem uti arbitrabantur.) *id eſt, quibus rebus demonſtrare nitebantur ſe mercatores, non milites Sertorianos eſſe. Sed Veneti nõ minus rectè, Quibus adiumentis ſe, &c.* Hæccine plebi Rom. te prætore eſt conſtituta conditio.) *Hanc ueram lectionem eſſe, nemo (ut opinor) dubitare poterit. quamuis Venetus liber, quem eſſe emendatiß. uolunt, et nos magnifacimus, uulgarẽ retineat: Hæc in plebe Rom. te præt.* Non enim certè iacere hoc loco orationẽ oportet. Vt dubitationẽ aliquã crucis.) *Rectè. id eſt, ut tibi afferret dubitationẽ, an crucis illum ſupplicio ſe ſtatim afficere uelles. Veneti non deterius, dilationem: id eſt, ut ſupplicium ſaltem differre uelles.* Vt ille in dolore cruciatuq; moriens, per anguſto freto.) *Veneti ſimiliter. Alij, fretu. ſed nos uſitatius illud huic antiquiori prætulimus. Et mox, Supplicio affectum. nota figura ſermonis. Veneti, & alij, ſupplicio affixum: de crucis ſupplicio minus ſimpliciter.*

IN INVECTIVAM PRIMAM CONTRA L. CATILInam, ad Senatũ, Franciſci Syluij Ambiani Commentarius.

ARGVMENTVM.

DE Catilinæ cõiuratione amplius dicere poſt Salluſtium, Plutarchum in uita Ciceronis, Appianum in lib. ſecundo Bellorũ ciuilium, mihi uidetur ſuperuacaneum. Ideo quæ huic noſtræ rei propiora ſunt, ea ſolum attingam. L. igitur Catilinæ denunciatione, quum iam longius proceßiſſet coniuratio, coniurati in domum M. Leccæ VIII Id. Nouẽb. nocte conſequente conuenerũt. Ea nocte dies Catilinæ exeundi, cæteris manendi conditio, cædis atq; incendiorum per totam urbem deſcriptio cõſtituta eſt. Iam ſe exiturum Catilina dixit, ſed paululum ſibi eſſe moræ, quòd Cicero conſul uiueret. Tum C. Cornelius & L. Varguntejus equites

quites Romani polliciti ſunt ſe illa ipſa nocte paulo ante lucem uenturos, tanquã ſalutatum Conſulem, & intromiſſos more Conſulis & iure amicitiæ, in lecto eum interfecturos. Huius conſilij Cicero per Fuluiã factus certior, domum ſuam præſidijs ualidiorib. firmat, duos equites ad cædem, ut conſtitutum erat, uenientes aditu prohibet. Eo ipſo die in templo Iouis Statoris Senatũ habet, ut ad eum referat de coniuratione, deq́; reip. periculo. In Senatũ Catilina uenit, aut diſsimulandi cauſa, aut ſui expurgãdi, tanquam iniuria laceſsitus foret. Tum cum nemo amicorum, nemo propinquorũ ſalutauit. ij, prope quos aſſedit, in alia ſubſellia ſeſſum ierunt. Cicero ſiue præſentiã eius timẽs, ſiue ira commotus, luculentã hanc (id quod ait Salluſtius) atq; utilem reip. habuit orationem: cuius hoc eſt argumentum. Hortatur Cicero, impellitq́; Catilinam, ut cum ſocijs coniuratis ex urbe egrediatur in exiliũ, uel in caſtra Manlij, quòd conſilia eius de cæde Conſulis, Senatus, ciuium, urbisq́; incendio, & Italiæ uaſtatione, ſibi & Senatui cognita ſint: quòd eius conatibus omnib. priuato conſilio obſtiterit. nihil in urbe eſſe quod eum delectare poſsit, quem omnes boni ciues metuunt & oderunt. Miſerũ eum oſtendit, quòd quum ueniret eo ipſo die in Senatum, nemo eum Senator ſalutauerit, nemo ei aſsidere uoluerit. Vitandæ ſuſpicionis cauſa, antè Catilina ſe multis uiris clariſsimis in cuſtodiã dare uoluit: nullus eum aſſeruare uoluit. tanto metu omniũ & odio flagrabat. Pollicitus eſt Catilina ſocijs, abire ad Manlium in caſtra: ab eo poſtulat Cicero, ut id faciat, quòd in caſtris Manlij cum improbis et ſui ſimilib. uerſari iucundũ ei futurum ſit. Catilinã in Manlij caſtra proficiſci, quàm à ſe Conſule interfici Cicero putat utilius. Nam primum ſi proficiſcatur, nemo de coniuratione dubitabit: deinde eum ſequentur omnes cõiurati. Si in urbe necaretur, improbè factum putarent ij, qui de coniuratione dubitant, & coniuratorum grex totus in urbe remaneret. Quocirca hortatur eum cum coniuratis, ut exeat cum ſuo & ſuorum exitio, reiq́; publicæ ſalute.

QVOVSQVE tandẽ.) Quamuis id fiat ſæpius, ut in orationis proœmio ad auditores ſermo dirigatur: aliquando tamen ad aduerſarium directus acrior fit atq; uehementior. Cicero pro Q. Ligario: Habes igitur Tubero, quod eſt accuſatori maximè optandum. Salluſtius in Ciceronem: Grauiter & iniquo animo maledicta tua paterer Marce Tulli. Sicut & Cicero fecerat in Catilinã: Quouſq; tandem abutere Catilina patientia noſtra? autor eſt Quintilianus lib. 4. Idem lib. 9. præcipiens, interrogatione acriorem & uehementiorẽ fieri probationẽ: Figuratum eſt, inquit, quoties nõ ſciſcitandi gratia aſſumitur, ſed inſtandi. ut pro Ligario: Quid tuus ille Tubero diſtrictus in acie Pharſalica gladius agebat? &: Quouſq; tandem abutere Catilina patientia noſtra? &, Patére tua cõſilia nõ ſentis? Et totus deniq; hic locus, quanto (inquit) magis ardet, q̃ ſi diceretur, Diu abuteris patientia noſtra: &, Patent tua conſilia. Tandem.) Priſciano autore libro decimoquinto, hic repletiua coniunctio eſt. autore Seruio, cauſa ornatus ponitur. Vtriuſq; ſententia Vallæ non probatur. Nam oratio interrogatiua plus habet uirium, quàm quæ figurata nõ eſt. Orationis interrogatiuæ uim particula tandem facit uehementiorem. Abutere patientia noſtra.) qui tamdiu furores tuos æquo animo patiamur. Patientia.) id eſt tolerantia. Quouſq; tandẽ abutere.) Nam furor fit læſa ſæpius patientia. Et ueterem patiendo iniuriam inuitas nouam, ut ait Publius Syrus. Eludere, ut ait Donatus in Eunuch. Terentij, enarrans illud, Eludet ubi te uictum ſenſerit: propriè gladiatorũ eſt, quum uicerint. citatq́; hunc locum, additq́;: Eludere eſt, ludo finem imponere. Quem ad finem.) id eſt quouſq;, id eſt, quando audaciæ tuæ finem facies. Audacia ferè in mala re dicitur. Nihil'ne te nocturnũ.) Quintil. lib. 9. ab iiſdẽ uerbis plures acriter & inſtanter incipere docẽs, hoc Ciceronis exemplo rem probat, ubi nihil repetitur. Nihil urbis uig.) Vbi de cõiuratione auditum certius eſt, decreuit Senatus, uti Romæ per totam urbem uigiliæ haberentur, hisq́; minores magiſtratus præeſſent, ut ait Salluſtius. Nihil timor.) Nam immutata urbis facies erat. Triſtitia inuaſit omnes, neq; loco, neq; cuiquã ſatis fidebant. Nihil concurſus bonorũ.) Qui tum eſſe ſolet, quum peſtis reip. opprimenda eſt. Conſenſus, nõ concurſus legit Quintil. Nihil hic munitiſs.) Senatus legitimus, qui ſingulorũ menſium calendis & idibus haberi ſolebat, in curia habebatur. Indictus aũt, qui ſcilicet noua cauſa adueniente indicebatur, in loco augurato haberi ſolebat. Inde pro Senatu ſæpe templum dicitur. Senatum aũt in templo Iouis Statoris tum habuit Cicero, quum hanc in Catilinam orationem habuit. Id templũ ad initium ſacræ uiæ, quæ ad Palatium ſpectat, ædificatũ fuiſſe, Plutarchus in uita Ciceronis tradit. De hoc templo apud T. Liuiũ lib. 1. multa licet legere. Horum Senatorũ.) quos ſcilicet uereri debueras. Conſc. teneri.) id eſt, ab his omnibus Senatorib. cognoſci. Conſtrictã rem cõſcientia tenere, eſt rem ita certò ſcire, ut ea ex animo noſtro extorqueri nõ poſsit. Quid prox. nocte.) in domo M. Porcij Leccæ. à quo conſilio infrà dicet. Quid ſuperiore nocte.) id eſt, proximã præcedente. Sua enim cõſilia nocte cũ cõiuratis Catilina capiebat, quo illa nocturnis tenebris forent occultiora. Quid eg.) Illud ex arte eſt, ut quũ aduerſariorũ nobis conſiliũ patefactum eſſe totum ſignificare uolumus, ex eo pauca dicamus. Tum enim reliqua nobis cognita ſuſpicabuntur. Quid conſilij cep.) id eſt, quid deliberaueris. O tempora.) In magna rei quam tractat indignatione, Cicero id dicere ſolet. ut in actione in C. Verrẽ 6. & in oratione pro Domo ſua ad pontifices. Priſc. lib. 16. ſcribit hoc loco O eſſe particulam indignandi. Quintil. li. 9. ſcribit, indignationis ſimulatione affectus auditorũ moueri. ut, O tempora, ô mores. Viuit, uiuit.) Repetitio eſt, in qua prioris ſententiæ uerbũ ultimũ ac ſequentis primum eſt idem. qua figura utuntur poetæ ſæpius: Pierides uos hæc facietis maxima Gallo, Gallo cuius amor tantũ mihi creſcit in horas. Sed ne oratores quidẽ raro: Hic tamen uiuit, uiuit? immo etiam in Senatũ uenit. Publici conſil.) quod Senatus capit. Nos autem.) Ignauiã ſuam aliorumq́; ciuium accuſat, qui ſibi reip. ſatisfacere uidentur, ſi Catilinæ tela declinent, quem interficere debeant. Quamuis enim uiri fortis ſit, nonnunquã periculis ſe ſubtrahere, ſeq́; reip. reſeruare: in hoc tamen Catilinæ furore non licebat. Vir ampliſs.) Argumentũ à minore ad maius per comparationẽ. Vbi, ut ait Quintilianus lib. 8. non ſolum totum toti, ſed etiam partes partibus cõparantur. Nam Catilina Graccho, ſtatus reip. orbi terrarum, mediocris labefactatio cædi & incendijs & uaſtationi, & priuatus Conſulib. com-

in ſe continent quadraginta octo modiorum millia.

Ac rurſus: Intellexit iſte ita magno uendidiſſe, ut amplius ex Herbitenſibus exprimi non poſſet: demit de capite medimna DC. iubet in tabulas pro medimnis MMMVIII. referri, &c. Pro hoc numero habet uetus codex, VIII. Iam ſingulas monadas in his libris pro totidem millibus capi, ſuprà admonitum, idemq; annotatum à Georgio Agricola. Cæterùm hunc numerum MMMVIII. octo tantummodo millia ſignificare, hac ratione mihi perſuadeo, ſcriptum ſcilicet olim fuiſſe MMMV. inſolenti certè modo, ſed non ſemel in Verrinis obuio. Alius librarius, qui uoluit indicare has literas omnes eſſe millenarias, pro tribus MMM. tres notas in margine aſſcripſit: id alius rurſus in contextum retulit, atque ita nobis ex ſuperfluo iſtæ tres monades accreuerũt. Conjecturã meam uel uero, uel ueriſimili niti, ſequẽtia indicabũt. Verres enim iſtã licitationẽ octo milliũ iubet ad ſexcẽta diminui, ac pro eo numero in tabulas referri DMMDIIII. hoc eſt, ut ego computo, ſeptem millia, quingenta & quadringenta. Cur autem factum ſit ut D redundet, hanc, quæ mihi certè utcunq; probabilis uidetur, cauſam accipe. Librarius, cum uidiſſet in hoc numero D ante MM. præponi, & notam eſſe credens quingentenariam, eam in tergum poſt M reiecit hoc modo, MMDIIII. Alius qui alibi offenderet DMMIIII, alibi MMDIIII, credens D deeſſe, quod utrobiq; inuenerat, in unum conſulit, & ſuo codici DMMDIIII aſſcripſit. Pergamus nunc ad tertium locum, unde plus fidei noſtræ opinioni accumulabitur: Promittunt Herbitenſes uadimonium Syracuſas, eò poſtquam uentum eſt, coguntur Aeſchrioni, id eſt Pippæ, dare tantum, quantum erat de capite demptum, tritici modios MMMDC. Audiuimus ſuprà, ſexcenta medimna de capite eſſe detracta octo millium, ea debent contineri in iſtis MMMDC modiorum. id an ita ſit, iam ſtatim liquebit. Continẽt enim ſingula medimna ſenos modios. quamobrem ſi ſexcenta medimna per ſenarium multiplices, abſolutè conficient tria millia modiorum, & ſexcentos. Vides egregium æquamentum utriuſq; ſummæ.

Mulierculárum deterrimarũ improbiſſimi cognitores.) Vetus: Mulierculárum teterrimarum improbiſſimi cognitores. Sunt autem hic cognitores, non procuratores ad litem, qui cauſam familiarius cognitam habent: ſed procuratores, ad negotia decimarum ſcilicet. uxores enim illorum decumanæ erant reuera, ipſi in re uxoria procuratores. Non audio enumerate HS. XV.) Vetus: HS. XII. Nam per deos immortales, quod de capite ipſi dempſit, quo tandem modo ferendum, uerumetiam animaduertendũ uidetur.) Vetus: Quo tandem modo uobis non modò ferendum, uerùm etiam audiendum uidetur. Malim uulgatam lectionem, quæ indicat id nullo modo ferri debere, & inſigniter puniendum. quanquam uetus exemplar etiam magni ponderis uerba habeat, ſcilicet ne audiendum quidem, tantum abeſſe ut ſit ferendũ. Cui Reſpub. totam ſe tradidit.) Vetus: Cui Reſpub. ſe totam traderet. L. Sylla.) Vetus: L. Sulla. ſic cypreſſus & cupreſſus. Illum uiris fortiſſimis iudicarunt Patres conſcripti dimittere de ſumma non potuiſſe.) Vetus: Remittere de ſumma non potuiſſe. Quas cum addixiſſet eidem illi Docimo, hoc eſt, tritici modiûm quinq; millia. Mutilum hoc eſſe credo. uidetur enim aliquid præceſſiſſe, cui iſta interpretatio, hoc eſt tritici modiûm, &c. adhibenda ſit. ut exempli cauſa ita fingamus, quas cum addixiſſet eidem illi Docimo HS, XV. millibus addixiſſet: hoc eſt, in tritici modiûm quinque millia. id obiter annotandum, non legi debere quinque millia, ſed quinq; millibus. Vitium hoc frequenter obuiũ ex notulis oritur. nam V. M. cum nullum certum caſum deſignent, errorem dedere librarijs, ut id in eos caſus, in quos non congruebat, deſcriberent. Hoc nomine uidetis tritici modiûm MMM. de capite eſſe dempta.) Vetus: Hoc nomine uidetis tritici modiûm VIII, de capite eſſe dempta. ſed hic numerus mihi ob hyperbolem detractionis non ualde arridet, maloq; ſummam uulgatæ lectionis, uel ob id quòd tacita alluſio uidetur in hoc nomine Tertia, cui tria millia modiûm donauit. Ex horum ſeueritate te ulla uis eripiet, aut ulla largitio eripiet.) Ignaua eſt iſta repetitio: ac proinde addubito, num ſit legendum, Ex horum ſeueritate te ulla uis, aut largitio eripiet. Sed ſi eripuerit, non intelligis hæc, quæ iamdudum loquor, ad aliam quæſtionẽ, atq; peculatus iudicium pertinere.) Vetus: Sed ſi eripueris, non intelligis, &c. Mihi hæc perſeuerantia apoſtrophes ualde arridet. Aulus Valentinus eſt in Sicilia interpres.) Vetus: Aulus Valentius eſt in Sicilia. & rectius: nam poſtea eundem Valentium nominat. Recita, inquit, teſtimonium Liparenſium, deinde quemadmodum Valentio nummi ſint dati. Emit agri Liparenſis miſeri atq; ieiuni medimnis DC.) Vetus: Miſeri atque ieiuni M° DC. ſed malè. de medimnis enim loquitur, ut ſtatim patebit. Hoc eſt tritici medimna II. millia.) Vetus: Hoc eſt tritici M° ∞ ∞. Sed & hoc quoq; malè. nam XXX millia HS, lucri cauſa data, ſi deni quini ſeſtertij in medimna ſingula imputentur, duo millia medimnûm faciunt, HS XXX millia. Seiũcta à Sicilia in inſula inculta.) Vetus: Seiuncta à Sicilia in inſula inculta. Itaque qui tot annos agellos ſuos ante te prætorem redimere à priuatis ſolebant, ijdem ſeipſos à te precio impoſito redemerunt.) Vetus longè rectius: Itaq; qui tot annis agellos ſuos ante te prætorem redimere à piratis ſolebant. Prætorem enim in eodem maleficio ponit, quo prædones. Quid ergo à Tiſſenſibus perparua ac tenui ciuitate, & aratoribus laborioſiſſimis.) Vetus: Quid uerò à Tiſſenſibus perparua ac tenui ciuitate, ſed aratorib. laborioſiſſimis. Cur hoc autore non Romæ ſerui publici ad uectigalia accedant.) Vet. Cur hoc authore non Romæ quoq; ſerui ad publica uectigalia accedant. Tertio anno HS. MM. modiûm tritici lucri Diogeneto Venerio dare coacti ſunt.) Vetus: Tertio anno HS. XII modiûm tritici lucri Diogeneto. ut diuinare nõ poſſim, uter numerus rectior (pro more tamen animo in hoc, ut malim XII millia, quàm duo, quia ſuperiore anno exegerat HS, XXI) ita facilè ſentio, utrobiq; uel ſeſtertios, uel modios delendos eſſe. Quòd ſi in iſta deletione mihi optio detur, modios expungere uelim: quia ſecundo anno ſeſtertij dati ſunt, non modij. ergo uerìſimilius, anno tertio quoq; ſeſtertios datos. Deinde quod Verres lucri uult dari, id plerunq; ſeſtertijs, rarò modijs conſummatur. Aliquanto plus ipſi auferrent, quàm quantum pop. Rom. Decumarum nomine daturi ſunt.) Vetus cum maiore integritate: Aliquanto plus ipſi lucri auferant, quàm quantum pop. Rom. &c.

Dant Banobali medimna DCCC, HS. MD.) Vetus: Dant Banobali medimna DCCCL. Numeros qualeſcunque libuit aſcribere, ut ſtudioſis diuinãdi materiã ſuppeditarem:

ditarem. Venditæ erant decumæ D C C C. *hæc ſi multiplicaueris per quindecim ſeſtertios (tanti enim, ut in ſuperioribus patet, medimnum ueniebat) fient in totum duodecim millia ſeſtertiûm. Cæterum illi plus lucri, quàm decumarum nomine, coacti erant dare Banobali. quamobrem hic numerus, qui multo minor eſt, ſcilicet* HS M. D. *nequaquã conuenire poteſt. Neſcio ergo num legendũ ſit* X D. *hoc eſt, quindecim millia. Numerus certè ultra decuplum exaugendus eſt, ſi eum maiorem uelimus reddere.* Profectò nũquam iſte tam amens fuiſſet, ut ex agro Po. R. *plus frumenti ſeruo Venerio, quàm Prætori tribui pateretur.) Vetus: Seruo Venerio quàm Populo Romano tribui pateretur. idq́; ſincerius eſt. Feſellit librarios, quòd ſæpe in antiquis codicibus* P R. *nunc Prætorem ſignificet, nunc Populum Romanum. Accuratiores libri, ubi Prætorem indicant, has literas* PR *non diſtinguunt: ubi populum Romanum, diſcrimen interijciunt hoc modo,* P.R. Petrinis cum eorum decumæ magno addictæ eſſent, tamen inuitiſſimi P. Neuio Turpioni improbiſſimo homini, qui iniuriarum, Sacerdote prætore, damnatus eſt HS, V I I. *dare coacti ſunt.) Vetus:* HS, L I I *dare coacti ſunt. qui numerus legitimus eſt, ut mox docebimus. Cur autem ex quinquaginta facta ſint quinq;, parum liquet, niſi fortaſſe olim notulæ fuerunt, quibus ſimplices numeri ad decuplum aſſurgerent. Vt exempli cauſa,* V *ſit quinq;,* $\overline{V}$ *quinquaginta,* $\overline{\overline{V}}$ *quingenta. Certè Budæus author eſt eſt in ſecundo de Aſſe, apicem porrectum ſuper quemcunque numerum, millia ſignificare. Cur autem id ſuſpicer, in cauſa eſt, quod plerũq; hunc ſcriptum codicem in decuplum diſſentire uideo. Sequitur deinde:* Ita ne diſſolutè decumas uendidiſti, ut cum medimnum quindecim millibus ueniſſet, hoc eſt HS. XXXXV. *falſum id eſſe, ipſa computatio oſtendit. nam cum medimnum conſtet quindecim ſeſtertijs, fient ex quindecim millibus medimnorum, ducenta uigintiquinque millia ſeſtertiorum. Rectè igitur hic uetuſtus codex, qui ita habet: Vt cum Medimnum eſſet quindecim ſeſtertijs (intelligit autem ſeſtertios nummos, quibus ſingula medimna comparabantur) Decumæ autem ueniſſent medimnum* $\overline{III}$ *(haud dubiè millibus) hoc eſt* HS. XXXXV. *Si tria iſta millia medimnorum multiplices per quindecim ſeſtertios (hoc enim eſt precium uniuſcuiuſq; medimni) reſultat inde ſumma quadringentaquinque millium. Sequitur deinde, ut lucri decumano* HS. MMM, *darentur. Hæc tria millia non ſeſtertiorum, ſed medimnorum ſunt: nec lucri, ſed decumarum, ut ex uetuſto codice, quem ſuprà citauimus, patet. Habet in hoc loco uetuſtum exemplar ad iſtum modum: Vt lucri decumano* HS, LII *darentur, ut etiã ſuprà dixit. nam hic eandem ſummam repetit. Partes igitur, ut mihi legendum uidetur, in unum contraham: Petrini, cum eorum decumæ magno addictæ eſſent, tamen inuitiſſimi* P. Neuio Turpioni *improbiſſimo homini, qui iniuriarum* Sacerdote *prætore damnatus eſt,* HS, L II *dare coacti ſunt. Itáne diſſolutè decumas uendidiſti, ut cum medimnum eſſet* HS, X V. *decumæ autem* $\overline{III}$ *ueniſſent. hoc eſt* HS, XXXXV. *ut lucri decumano* H S, $L\overline{II}$ *darentur.* Videlicet gloriatur, non Turpioni lucrum datum, ſed Petrinis pecuniæ ereptæ.) *Vetus: Videlicet gloriatur nõ Turpioni lucrum datum, ſed Petrinis pecuniam ereptam.* Is ab iſto literas adfert, ut ſibi contra iura omnia, contraq́; legẽ Rupiliã.) *Vet. Vt ſibi cõtra omnia* SC. *contra omnes iura, contraq́; legẽ* Rupiliam. Hic Venerius quemadmodũ aratores cluſerit.) *Vetus: Quemadmodũ in aratores eluſerit.* Panormitanus Phimes cognomine, homo illuſtris ac nobilis arator.) *Vox arator in ueteri exemplari deeſt.* Is agrum in Segeſtano (nam commercium in eo Panormitanis eſt) conductum habebat: *haud dubiè malè.) Vetus: Is agrum in Segeſtano, nam commercium in eo agro nemini eſt. Excuſat autem Cicer. cur conductum, non ſuum arauerit, nimirum qui caruerit iure commercandi. Neſcio an legendum: Nam commercium in eo agro nemini Panormitanorum eſt. ut ſoli Panormitani ſint excluſi.* Pro decuma eum pulſatus à Venerio eſſet, dedit HS ſexdecim millia, & D C L I I I I.) *Vetus: Pro decuma cum pulſatus à Venerio eſſet, decidit* $\overline{XS}$ $\overline{DC.}$ L I I I I. *Mihi illud Decidit, ad oſtendendam iniuriam neruoſius uidetur. qui enim poſt longam licitationem, paulatim detrahendo de ſumma quæ petitur, ad eum numerum uenit quem uoluit, atq; ita tranſigit, decidere dicitur, ut ægrè uideatur ea mulcta ſalutem redemiſſe. In numero uerò exemplaria conueniunt: ſexdecim enim millia &* $\overline{XS}$ *paris momenti ſunt. Id nonnihil contra Budæanam obſeruationem, quò*[illegible] *ut* $\overline{XS}$ *chiliades ſignificant, ita* $\overline{DC}$ *non chiliadas, ut ſint ſexcenta millia, ſed ſex tantummodo centurias denotant.* Hunc ordinem, ſi dignitate antecellere non exiſtimabas, ne hoc quidem ſciebas iudicare.) *Vetus: Si dignitate antecellere non exiſtimabas, nec hoc quidem ſciebas iudicare. Neutrum placet. arbitror autem ſic legendum: Hunc ordinem ſi dignitate antecellere nõ exiſtimabas, ne hunc quidem ſciebas iudicare. Vocat enim Cicero in inuidiam Verrem, quòd ordinem de ſe aliquando iudicaturum contempſerit, atq; ita in eo tractando ſe geſſerit, tanquam neſciret penes eos iudicia eſſe.* Ornabant eos quicũq; in operis erant, quẽcunq; equitẽ Rom. in prouincia uiderant.) *Vetus: Ornabant eos qui in operis erant, quemcunq;, &c. Parum, uel nihil iſta diſſerunt, ſed tamen idipſum uiſum eſt annotare.* Omnes qui habitarent in Sicilia, aut qui Siciliam attigiſſent.) *Vetus: Omnes qui haberent in Sicilia. Quod incommodum eſt: niſi haberent, pro habitarent interpreteris. ſic enim Plautus in Aulularia loquitur: Patri auoq́; amicus huius, qui nunc hic habet.* Habet enim quendam aculeum contumelia, quem pati prudentes ac uiri boni difficillimè poſſunt.) *Vetus: Quem pati pudentes ac uiri boni difficillimè poſſunt. idq́; rectius. Nam uerecundus acerrimum ſenſum doloris in ſui ignominia percipit.* Spoliaſti Siculos. ſolẽt enim inulti eſſe in iniurijs graues.) *Vox iſta graues, in ueteri non habetur, & obeſt ſententiæ: niſi pro graues legas grauibus, mutato caſu: ut intelligatur, Siculos ne in magnis quidem iniurijs uindictam affectare.* Cedo mihi etiam iſtum ſenatorẽ.) *Vetus: Cede mihi etiã iſtum ſenatorium.* In hac tam miſera & indigna conditione uitæ.) *Vetus: In hac tam miſera et iniqua conditione. Congruentius id multo. in ſenatoria fortuna nulla indignitas, ſed iniquitas multa, dum temporũ culpam coguntur præſtare.* Addicitur Venuleio tritici mod. V I I C.) *Vetus: Addicitur Venuleio tritici mod.* $V\overline{III}$. Imachareniſes iam omni frumento ablato.) *Vetus: Acharenſes iam omni.) Vulgata lectio ſyncerior uidetur, quanquam in ſequentibus mentionem faciat Acharinorũ.* Tributum ferre miſeros ac perditos coegiſti.) *Vetus: Tributum facere miſeros ac perditos coegiſti. Etſi utrumq; rectum, mirè ta*

men mihi blanditur illud facere tributum: quòd populus, cum tantum nec in ærario, nec in uectigalibus haberet, tributim coactus ſit eam pecuniam conferre.

Ennenſes, cum decumæ ueniſſent, agri Ennenſis medimniûm M M M C C. Apronio coacti ſunt dare tritici mod. L X X M M M, & HS, I I I millia.) Vetus codex: Ennenſes, cum decumæ ueniſſent, agri Ennenſis medimniûm v I I I C C Apronio coacti ſunt dare tritici mod. x v I I I, & H S I I I millia. Vulgatæ lectionis numerus præter alia incommoda, uix quid ſibi uelit, ad liquidum diuinare poſſes. Si enim L X X M M M pro ſeptuaginta tribus millibus intelligas, modios que ad medimna contrahas, duodecim millia medimnorum continent, ſuperexcreſcente uno modio, qui numerus, ſi ad medimnorum I I I millia & ducenta reſpicias, ultra quadrupli habet proportionem: ſin L X X M M M, non niſi tria millia & ſeptuaginta monadas interpreteris, ut minor numerus maiori præpoſitus ſit: iſta mediocritas mihi magis arrideret, intelligó que id totum præter decumas acceſsionis nomine datum eſſe. Iam quod uetuſtus liber habet, redemptas eſſe decimas v I I I, & ducentis, coactos autem dare Ennenſes tritici modios x v I I I. & HS, I I I millia, aliquam anſam nobis uidetur adferre ad coniecturam faciẽdam. Tria enim millia medimnorum, ut habent libri impreſsi, X V I I I millia modiorum faciunt. Superſunt C C medimna. quibus H S, I I I millia reſpondent. quòd ſi in unum coniungere uelis, quod in utroque exemplari ſanum uidetur, ita textus concinnandus eſſet: Ennenſes, cum decumæ ueniſſent agri Ennenſis medimniûm tribus millibus & ducentis, Apronio coacti ſunt dare tritici modiorum X V I I I millia, & HS I I I millia. atque ita fieret, ut tantundem eſſet in acceſsione, quantum in capite. Nam per omnes ciuitates, quæ decumas debent, præcurrit oratio mea.) *Vetus hic ſyncerior: Nam per omnes ciuitates quæ decumas debent, percurrit oratio mea. Theomnaſtus Syracuſanus in agrum Muticenſem cur abs te immiſſus eſt.) Vetus: Theomnaſtus Syracuſanus in agrum Mutienſem cur abs te immiſſus eſt. Cognoſcite pactiones Menenorum.) Vetus cod. Cognoſcite pactiones Meneniorum. Ab his per ſummam iniuriam, per ſummas contumelias.) Vetus: Ab his per ſummam iniuriam, per acerbiſsimas contumelias, & cætera. Et ita cætera de oratione tollam mea, ut in cauſa relinquam.) Vetus codex: Vt tamen in cauſa relinquam. Audietis Agrigentinorum fortiſsimorum uirorum, diligentiſsimorum que querimonias.) Vetus codex: Audietis Agrigentinorum, fortiſsimorum uirorum, diligentiſsimorum que & locupletiſsimorum hominum querimonias. ſed quia poſtea inquit, Catinenſium locupletiſsimorum, non puto Ciceronem tam coniunctim duas gentes eodem titulo ornare noluiſſe. Eggynam, Capitinam, perditas eſſe hac iniquitate decumanorum.) Vetus: Hac iniquitate decumarum. Quibus quod tum aut remiſſum, aut relictum ſit.) Vetus codex: Si cui quid aut remiſſum, aut relictum ſit. Duarum ciuitatum reliquos feci agros, iudices, ferè optimos, ac nobiliſsimos, Aetnenſium & Leontinorum.) Vetus cod. Aetnenſem ac Leontinum.

L. medimna, per deos immortales unus ager uno anno C C C mod. tritici, & præterea L. millia lucri dat Apronio.) Vetus: HS, L per deos immortales, unus ager uno anno C C C millia mod. tritici, & præterea L millia lucri dat Apronio. Cæterùm incorruptiorem credimus uulgatam lectionem. Moris enim eſt Ciceronis, quod antea per medimna breuiore numero contraxit, id poſtea, ut res maior uideatur, in modios diffundat. L autem medimna ex ſe reddunt C C C millia modiorum. Cæterùm iſta ſumma tota eſt lucri, neque nomine decimarum, ſed acceſsionis data: quod Cicero poſtea euidentiſſimè declarat. Centuripini, quòd in omnibus ferè finibus habent poſſeſsiones, etiam cæterarum ciuitatum damna.) Vetus codex: Centuripini, quòd in omnium ferè finibus habent poſſeſsiones, etiam cæterarum ciuitatum damna. Verùm, ut dixi, ratio certa eſt.) Vet. Verùm, uti dixi, &c. Quid ſi C? quid ſi C C? quid ſi C C C C?) Vetus hic ſine ullo ſaltu per ſeriem numeri decurrit: Quid ſi C? quid ſi C C? quid ſi CCC? quid ſi C C C C? Qui ex lucri magnitudine coniecturam faciam furti.) Vetus: Qui ex lucri magnitudine coniecturam capiam furti. Quid ſi docebo, iudices eos qui C C C C millia mod. lucri faciunt, damnũ facturos fuiſſe, ſi tua iniquitas ſit, ut ex cohorte recuperatores non intercedant.) Vetus codex hic omnia ſarta tecta facit: Si tua iniquitas, ſi tui ex cohorte recuperatores non intercedant. Librarij cum legiſſent coniunctis & conſertis uerbis S I T V I, ultimam literam T ſuſpicati, ex S I T V I, S I T V.T fecere. Quin propter iniquitatem tam magnos quæſtus feceris: propter magnitudinem quæſtus, improbus eſſe uolueris.) Vetus codex: Quin propter improbitatem tam magnos quæſtus feceris, propter magnitudinem quæſtus, improbus eſſe uolueris. Vtrobique anthypallage, ſed ea abſolutior eſt in ſecundo loco, omnibus undecunque uerbis mutuò inuerſis. quale eſt illud: Non uiuendum ut edas, ſed edendum ut uiuas. Cum tot cruces, tot iudicia, tot ex cohorte recuperatores proponerentur.) Vetus: Cum tot cruces, tot ſupplicia, tot ex cohorte recuperatores. Alteram lectionem commendat uarietas, alteram uis amplificandi. Hoc cum ita eſſet, primùm illud dico, pluribus medimniûm ueniſſe decumas.) Vetus: Pluribus millibus modiorum ueniſſe decumas. ſed uulgatum melius. Quod ſi fieri non poterat, ut plus quàm decem medimna ex iugere ararent.) Vetus: Ex iugero ararent. idq; conſtanter. Verùm ego legendum arbitror, non ararent, ſed exararent: hoc eſt, cultu agrorum obtinerent. ita enim Cicero perpetuò loquitur. Profeſsio eſt agri Leontini ad iugera X X X millia. Hic iam approbatur, ſingulas monadas ſingula millia ſignificare. nã quod ſuprà dixerat ad iugera X X X, hic dicit X X X millia. Vetus autem codex, ut ſuprà X X X, ita hic quoque eaſdem notulas referuat. Hæc ſunt ad tritici medimna X C.) Rurſus hic per nonaginta intelligimus nonaginta millia. Deductis tritici modijs C C X V I, quanti decumæ uenierant.) In hoc numero nullum eſt uitium. triginta enim ſex medimna per ſenarium multiplicata, hanc ſummam conficiunt. ille qui ſequitur, uitio laborat. Reliqua tritici C C C X X I I I.) Vetus codex: Reliqua tritici C C C X X I I I I. idq; rectè. nam nonaginta ſexcuplata (tantum enim medimnorum ex triplicata decimatione colligitur) reddunt ex ſe quingentos quadraginta modios: quibus ſi detrahas ducentos & ſexdecim, quanti publicanus redemit, manent in reſiduo trecenti uigintiquatuor. Adde to-

tius

tius ſummæ quingenta quadraginta millia modiorum tres quinquageſimas, id eſt, tritici mod. X X X I I. C C C C. *una quinquageſima totius ſummæ decem millium eſt, & octingentorum modiorum: quæ triplicatæ, hunc numerum abſoluunt,* 3 2 4 0 0. *Sunt hæc iam ad ſeſtertia trecenta quadraginta mod. tritici.)* Primum delenda eſt hæc uox Seſtertia, ut planè ſuperuacua: deinde numerus iſte infra magnitudinem iuſtam conſiſtit. Vetuſtus autem codex excedit, in quo habentur trecenta ſexaginta. Ex enim trecentis uigintiquatuor, & triginta duobus millibus, ac quadringentis, fit ſumma C C C L V I millium & quadringentorum. Iam ut quadringenta millia conficias (is enim eſt ſcopus Ciceronis, & tantum in lucrum refertur) opus eſt adhuc X X X I I I millibus, & D C. ea complenda ſunt ex X C millibus ſeſtertiorum: quos ſi binos cum dimidio in modium imputes, non multum deerit ſummæ iſtius integritati, quam Cicero conſtituit. Hunc defectum ille, ut non magnum, in maximo numero negligendum putauit. Vt enim numerum rotundent exceſſus, defectus'que, non magnos autores contemnere aſſueuerunt. *Hoc minimum ut ſequamur, quoniam* X C *medimnas duximus, accedit eo nouo peſſimóque exemplo ad* H S, X C *millia.)* In ueteri deeſt Ad præpoſitio. *Cum ex eodem agro dimidio plus abſtulerit.)* Vetus: *Cum ex eodem agro dimidio plus ipſe abſtulerit.* *Atq; tum neque iudicium de modo iugerum dabatur.)* Vetus: *Atqui tum neque iudicium de modo iugerum dabatur.*

Iam iſte homo amentiſſimus in uendundis decumis nummorum faciebat acceſſiones ad ſingulas decimas.) Vetus: H S. *faciebat acceſſiones.* Cæterùm res eadem, uox diuerſa. idem enim ſeſtertius & nummus apud Romanos. *Vt ſi quis uillicus ex fundo, cui* H S *dena merces eſſet.)* Vetus: *Vt ſi quis uillicus, cui* HS *dena meritaſſet.* Id ſi rectum erit, qui pro quis, cui pro qui, meritaſſet pro meruiſſet, capi neceſſum eſt. Eſt autem hic merces, fructus, ſiue prouentus, nonnunquam & uſura. Horatius: Quinas hic capiti mercedes exigit. *Neque id ſolum actum eſt, uti hi minus multis iugis ararent.)* Vetus: *Neque id ſolum accidit.* Paruum id, ſed tamen rectius. id enim actum eſt, quod effici uoluimus: id accidit quod fortuitò contigit. *Argyrinenſis ager quorum hominum quàm honeſtorum, quàm locupletum.)* Vetus: *Argyrinenſis ager quorum hominum quàm honeſtorum, quàm locupletium.* *Eos in agris minore inſtrumento, minus multis locis, minores remanſiſſe.)* Vetus: *Eos in agris minore inſtrumento, minus multis iugis remanſiſſe.* *Vt ſererent quàmplurimum, quod illi ſemper ſua cauſa fecerant.)* Vetus: *Vt ſererent quàmplurimũ, quod illi ſemper ſui cauſa fecerãt.* *Iam uerò, ſi Siculorum fortunas negligitis.)* Vetus: *Iam uerò, Iudices, ſi Siculorum fortunas negligitis.* *Hæc omnia doceo ciuitatum, & priuatis primariorum uirorum teſtimonijs.)* Vetus: *Hæc omnia doceo literis ciuitatum, & priuatis primariorum uirorum teſtimonijs.* *An prætorem quemadmodum prouincia affecta ſit.)* Vetus: *An prætorem quemadmodum prouincia afflicta ſit.* *Quas ad urbis quæſtores miſit.)* Vetus: *Quas ad urbanos quæſtores miſit.* *Summa data eſt opera à me.)* Vetus cod. *Summa ui opera data eſt à me.* *Tantum non aratoribus Metellus obſides dedit, ſe in ulla in re Verri ſimilẽ futurum.)* Deeſt hic negatiua particula non. Rectius ergo uetus codex: *Se non ulla in re Verri ſimilem futurum.*

Expectare etiam Iudices, ſi poteſtis.) Vetus: *Expectate etiam, expectate ſi poteſtis.* *Cum uerò perditis profligatisq; ſocijs uectigalia populi Romani ſint diminuta.)* Vetus: *Sint deminuta.* *Saltem commoda ueſtra reſpicite.)* Vetus: *Saltem commoda populi Romani reſpicite.* *Quid cæteri Siculi, quid ille maximus numerus aratorum, qui non modò ex agris reiecti ſunt.)* Vetus: *Qui non modò ex agris eiecti ſunt.* *Tamen nunquam perpeterere, quòd ille gemitus luctúsque, &c.)* Vetus: *Tamen nunquam perpeterere, propterea quòd illi gemitus luctusq;, &c.* *Omnibus enim neruis mihi contendendum eſt.)* Vetus: *Omnibus enim neruis mihi connitendum eſt,* *Sed conſcientia ſceleris auaritiæq; ſuæ frenaret.)* Vetus: *Sed conſcientia ſceleris auaritiæq; ſuæ refrenaret.* *Non aliqua ſe ſimulatione exiſtimationi hominum uindicaſſet.)* Vetus: *Non aliqua ſe ſimulatione exiſtimationi hominum uenditaſſet*: id eſt, uendibilem ac probabilem aliquo modo reddidiſſet. Quod quo mihi magis adlubeſcit, ſed tamen optio in medio eſt, eligat quiſque quod malit. Ego in rebus ferè paribus meam cenſuram libentius addo. nam in multum uariante pondere quid opus eſt, cum id omnibus conſtet.

Teneo in medijs uectigalibus populi Romani in ipſis fructibus prouinciæ Siciliæ furem manifeſto auertentem rem frumentariam.) Vetus: *Teneo, teneo inquam, in medijs uectigalibus Populi Romani in ipſis fructibus prouinciæ Siciliæ furem manifeſtè auerrentem.* Vt mihi anadiploſis in teneo admodum placet, ita facetia ex paronomaſia ꝧ auerrentem, importunior uidetur in tam atroci oratione, quæ delicias omnes aſpernatur. *Sponſio facta eſt cum cognitore tuo Apronio de fortunis tuis omnibus, ni ſocium tibi in decumis eſſe dictitaret.)* Vetus: *Sponſio facta eſt cum cognitore tuo Apronio de fortunis omnibus, ni ſocium ſe tibi in decumis eſſe dictitaret.* *Cogit Scandilium Apronio ob ſingularem improbitatem atque audaciam, prædicationemq; nefariæ ſocietatis* H S, D *millia mercedis nomine ac præmij dare.)* Vetus: H S, *quingenta millia mercedis ac præmij dare.* Eadem forma qua ſuprà annotauimus, Lucri dare.

Quid interfuit homo audaciſſime, utrum hoc decerneres quod Apronius dictabat, an tu de te proferres.) Vetus: *An tu de te profiterere.* *Agri uerò Leontini, qui plurimum efficit tritici mod.* CCVI.) Vetus: *Qui plurimum efficit tritici mod.* C C X V I. *qui numerus uerus eſt. repetit enim eandem ſummam quam ſuprà bis uerbis poſuit, deductis tritici mod.* C C X V I. *quanti decumæ uenierunt.* *Sed ad unas unius agri decumas tritici mod.* X X X *uoluiſſe addere.)* Vetus: *Tritici mod. mill.* X X X *uoluiſſe addere.* Nihil in hoc boni, niſi ut planum faciamus, inuerſo ordine aliquando ſcribi à librarijs, M X X X. nunc rurſus X X millia. *Quot & quàm maximis in rebus teneare, non uides.)* Vetus: *Quot & quàm manifeſtis in rebus teneare, non uides.*

Nam ſi D X X X *mod. tritici commotus non eſſes.)* Nota quingẽtenaria, D ſcilicet, exterẽda. Vet. aũt multo rectius: *Nam ſi* X X X *mod. tritici commotus non eſſes.* *Si unus agri decumas* X X X *mod minoris quàm potuerit uẽdidiſſe.)* Vetus: *Si unius agri decumas* X X X *millia modiorum minoris quàm potuerit, &c.*

Sed legendum XXX millibus. uerùm id uitium obuium ubiq; & facilè animaduertitur. Quod ego expecto, cupioq́; te illud defendere.) Vetus: Quod ego expecto, cupioq́; te ita illud defendere. Tenetur igitur iam iudices.) Vetus: Tenetur ergo iam iudices. Leuiculum hoc. ſed hic numerus conſtantior aliquanto, & minus effluens uidetur. Aduentu L. Metelli, cum omnes eius comites iſte ſibi ſuo illo panchreſto medicamento amicos reddidiſſet.) Vet. Cum omnes eius comites iſte ſibi ſuo illo panchreſto medicamento amicos reddidiſſet. quod ſincerius puto. Eſt autem panchreſtũ medicamentum, quod ad omnes morbos ſit utile, qualẽ poetæ ſuam panacen fingunt. Eductus eſt Apronius, eduxit uir primarius C. Gallus ſenator à L. Metello, ut ex edicto ſuo iudicium daret in Apronium.) Vetus: Eductus eſt Apronius, eduxit uir primarius C. Gallus ſenator, poſtulauit à Metello, ut ex edicto iudicium faceret in Apronium. Hic rurſum uides, educere, eſſe reum facere, ſiue accuſare. Præiudicium ſe de capite C. Verris per hoc iudicium nolle fieri.) Et hic uox neceſſaria deeſt. Vetus: Præiudicium à ſe de capite C. Verris nolle fieri.

Totum hoc crimen decumanum perorabo.) Vetus: Totum hoc crimen decumanum peroraro. Neceſſe eſt quòd redundaret de ueſtro frumentario quæſtu.) Lege hic, redundarit. Iam hoc cæde, concide, non uerba domo patroni depromere uidetur.) Vetus: Cæde, concide, nónne uerba domo. Volo mihi fraterculo tuo credas.) Vetus adhuc blandius: Volo mi frater fraterculo tuo credas. In cohorte charus habeare.) Vetus: In cohorte charus habebere. & rectius. non enim illi optat gratiam apud cohortem, ſed eius gratiæ illi ſpem & fiduciam facit, quò audacius temet. Si Vulteium habebis, omnia ludibundus perficies.) Vetus: Omnia ludibundus conficies. Concedes, non hoc crimen nos in te confingere.) Vetus: Concedés ne, non hoc crimen nos in te confingere. Quibus rebus ac muneribus inſinuet in familiaritatem Metelli.) Vetus: Quibus rebus ac muneribus ſe inſinuet in familiaritatem Metelli. Verùm in hoc erat uno, quòd eaſdem exiſtimat uias ad omnium familiaritates eſſe munitas.) Defectus unius literæ r, ſententiam totam corrumpit. Vetus: Verùm in hoc errat uno, quòd eaſdem exiſtimat uias ad omnium familiaritates eſſe munitas. Apronius ipſum Metellum nõ precio, ut Verrem, non conuiuio, non muliere, non ſermone incauto atq; improbo poſſet corrumpere.) Vetus caſtiorem lectionem habet: Non conuiuio, non muliere, non ſermone impuro atque improbo poſſet corrũpere. Quid enim incautus ſermo facit ad corruptelam prætoris? Atq; moderatè ad iſtius amicitiã arrepſerat.) Vetus uetuſtè, adrepſerat. Ex qua recuperatores nulli dabantur.) Vetus hic redundantior eſt, ſed (ut puto) ocioſe: Ex qua in aratorem recuperatores nulli dabantur. Mihi generalitas magis placet, ut in nullos recuperatores ex cohorte ſint dati, potius quàm id ſolummodo contrahi ad ſpeciem aratorum. Fac enim fuiſſe in iſto C. Lelij, M. Catonis materiem atq; indolem.) Vetus: Fac enim in eo aut C. Lelij, aut M. Catonis, & cætera. Nihil unquã à patre audiuit, quo pudentior, aut melior eſſet: nihil unquã patrem agere uidit, quod cum imitatus eſſet, non, id quod turpiſſimum eſt, patri ſimilis putaretur.) Vetus nihilo rectius: Nihil unquam audiuit à patre, quo prudentior aut melior eſſet: nihil unquam patrẽ facere uidit, quod cum imitatus eſſet, non id quod turpiſſimum eſt, patri ſimilis putaretur. Mutila haud dubiè utrobiq; lectio, nec quomodo reſtituam uideo. Cæterùm quod mihi proximum uideatur ueræ ſententiæ, per diuinationem ſubijciam, quo acutior aliquis uel ingenio, uel melioribus exemplaribus inſtructus, mea iſta bariolatione admonitus, ad certiora inuenienda contendat: Nihil unquam à patre audiuit quo pudentior, aut melior: nihil unquam patrem agere uidit, quod cum imitatus eſſet, non honeſtior: ſed quod turpiſſimum eſt, patri ſimilis putaretur. Eſſet inerti atque impuro & improbo parente, nauus & pudens & probus filius.) Vetus plenius ac melius: Eſſet ex inerti atque impuro & improbo parente, nauus & pudens & probus filius. Ex quo intellexiſtis innumerabilem frumenti numerũ per triennium auerſum à Republica eſſe, abreptumq́; aratoribus.) Vetus: Ereptumq́; aratoribus. Emendi duo genera fuerunt, unum certarũ decumarum.) Vetus: Emendi duo genera fuerunt, unum decumarum: omiſſa dictione, certarum. Cæterùm Budæus in ſecundo de Aſſe, legit non certarum, ſed cæterarum. Illius decumani tantum, quantum ex primis decumis fuiſſet, tritici mod. D C C C.) Si hic textus purus eſſet, mirum diligenti lectori uideretur, cur certus numerus modiorum in primis decimis ſtatuatur, cum pro anni ubertate neceſſe ſit, eos nunc pauciores, nunc plures eſſe. rurſus in ſecundis decimis, quæ gratuitæ non ſunt, ſed emuntur, ne ibi quoq; certa ſumma definiri poteſt, quum ipſæ primarum decumarum prouentum imitentur. quamobrem magis libet uetuſto codici attendere, qui poſt uerbum fuiſſet, hypoſtigmen habet, deinde hæc uerba ſubiungit: Huius imperati tritici mod. D C C C, ut octingenta illa millia ſolummodo pertineant ad tertium frumentum, quod Cicero imperatum uocat, quod non à ſingulis colonis, ſed à ciuitatibus petebatur. Sed tamen fieri nequit, quin Cicero etiam in decumano frumento certum numerum poſuerit. quod poſt euentum temporis commodè fieri licuit. tum enim pro re nata pecuniæ attemperantur: alioqui ſupputatio ſeſtertiorum qui pro illis impenſi ſunt, nulla ratione induci potuiſſent. Cætera quæ ſequuntur, quantum ad numerum attinet, mirè inter ſeſe colliduntur. Precium autem conſtitutum decumano in modios ſingulos H S ternos, imperato H S quaternos, ita in frumentum imperatum HS duodetricies in annos ſingulos Verri decernebantur, quod aratoribus ſolueret. Hactenus Cicero. Si pro D C C C quaterni ſeſtertij in ſingulos modios ſunt dandi, fient H S nõ duodetricies, ſed tricies bis. Atq; eandem ſummam effici ex his numeris, annotauit Budæus. Cæterùm ego arbitror, faciliorem lapſum fuiſſe in notulis iſtis numerarijs, D C C C, quàm in dictione iſta ad plenum deſcripta duodetricies. Quod ſi ſtatuamus modiorum fuiſſe D C C millia, ex quadruplicatu exurgit illa ſumma, quam Cicero poſuit, nimirum duodetricies. Subiunguntur deinde illa uerba Ciceronis: In alteras decumas fermè ad nonagies. Ego opinor hanc ſummam non confici ex ratione ſecundarum decimarum, ſed ex frumento imperato: quod cum in ſingulos annos ſit duodetricies, intra triennium fit octuagies quater: cui ſexies deeſt, ut plenè abſoluat nonagies: ac proinde dictum eſſe à Cicerone fermè nonagies. atq; ita iſta

uerba,

uerba, In alteras decumas, è ſuis ſedibus detorta in alienum locum immigraſſe. Hæc mea opinio eſt, quam caſtigatiores libri aliquando inuenti, uel aſtruent, uel infirmabunt. Si quis malit Budæū ſequi, illi ſecundus et quintus liber de Aſſe adeundus eſt. Iam ſi quis ſummam omnium conficere uelit, quam Cicero his uerbis deſcribit: Sic per triennium ad hanc frumenti emptionem Sicilienſem propè centies tricies erogatum eſt: ſi ergo ex octuagies quater, uelis efficere centies tricies, addendum eſt quadragies ſexies. Sed nos ſtatuemus, quadragies quinquies adiungēdum eſſe, ne ad plenū ſit centies tricies: ut cū uerbis Ciceronis cōuenire queamus, qui ait propè centies & tricies erogatum eſſe. Si hanc hypotheſin admittamus, erunt in frumento decumano D. millia mod. pro quibus ſeſtertij terni dati in modios ſingulos decies quinquies efficiunt: ij rurſus intra triennium triplicati, quadragies quinquies ex ſe reddunt. Sed hoc me malè habet, quòd tam exiguum numerum in frumento decumano ſtatuere compellamur. Cæterùm mutilum eſſe locum, mecum ſentit doctiſſimus ille Guilielmus Budæus. Fingam igitur lectionem nouam, nō quòd id probem, cum fatear hoc ipſum meram eſſe hariolationem: ſed ut imperitior aliquis ſentiat, hic omnia ſarta tecta nō eſſe. Illius decumani tantum quantum ex primis decumis fuiſſet, huius imperati tritici mod. DCC millia. Precium aūt conſtitutum decumano in modios ſingulos HS ternos, imperato HS quaternos: ita in frumentū imperatum HS duodetricies, in annos ſingulos Verri decernebatur, quod aratoribus ſolueret, id ter repetitum intra triennū fermè ad nonagies exurgit. In alteras item decumas pro D. millibus modiorum in ſingulos annos HS, decies quinquies attributum, id recurſu triennali triplicatum quadragies quinquies efficit. Sic per triennium ad hanc frumenti emptionem Sicilienſem propè centies & tricies erogatum eſt. In alteras decumas fermè ad nonagies, ſic per triennium ad hanc frumenti emptionem Sicilienſem propè centies & tricies erogatum.) Vetus: In alteras decumas ferè ad nonagies, ſic per triennū ad hanc frumenti emptionem Sicilienſem propè centiens & triciens erogatum. Id libuit annotare, quia obſeruaui iſtiuſmodi aduerbia non minus in ens, quàm in es, in ueteribus codicibus ſcribi. Nihil probare uelim me dicente, quod non antè mihimetipſi probatum ſit.) Vetus: Nihil cuiquam probari uelim me dicente, quod non antè mihimetipſi probatum ſit. Tu cui publicani ex Arpinati literis gratias egerunt.) Tametſi uetus codex non refragetur, legendum, Tu cui publicani ex Carpinatij literis gratias egerunt. & ſic quidā libri impreſſi habent. Quas ego Syracuſis apud Carpinatium in literarum allatarum libris, Romæ in literarum miſſarum apud magiſtrum Tullium familiarē inueni.) Vetus breuius, citra iſtam ſpeciem battologiſmi: Quas ego Syracuſis in literarum miſſarum libris apud magiſtrum L. Tullium familiarem tuum inueni. Quibus ex literis impudentiam fœnerationis quæſo cognoſcite.) Vetus: Quibus ex literis impudentiam fœneratoris quæſo cognoſcite. Poſſumus P. Seruilij & C. Antiſtijs magiſtrorum, primorum hominum atq; honeſtiſſimorum.) Vetus: Poſſumus P. Seruilij, & C. Antiſtiis magiſtrorum literis, primorum hominum, &c. Vectius frater tui quæſtoris impudentiſſimum tuum furtum.) Vetus codex integrior: Vectius frater tui quæſtoris teſtatur tuum impudentiſſimum furtum. Scribam tuū dicit Verres huius præſcriptorem fœnerationis fuiſſe.) Vetus: Huius perſcriptorem fœnerationis fuiſſe. quod rectius puto, ut ſcriba rationes earum uſurarum confecerit. Huic iſte annos ſingulos cū ſexaginta tritici millia modiûm imparauiſſet.) Vetus: Huic iſte in annos ſingulos cum ſexagena tritici millia modiûm imparauiſſet.

Obſtupui iudices, cum hoc primum mihi Haleſæ demonſtrauit.) Vetus: Obſtipui iudices. atq; ad eum modum nō ſemel ſcriptum repperi. Haleſinus Aenias.) Vetus cod. Aeneas. Video frumenti granum Haleſinos, quibus ſexaginta millia modiûm.) Vetus: Video frumenti granum Haleſinos, quibus ſexagena millia modiûm. Sed monſtrum ac prodigium uidebatur, ciuitatum frumentum improbare, precium ei frumento conſtituere: quod conſtituiſſet, id ciuitatibus auferre.) Ingens hic defectus, ſed iuſtum ſupplementum habes ex uetere exemplari. Ciuitatum frumentum improbare, ſuum probare: cum ſuum probaſſet, precium ei frumento conſtituere: quod cum conſtituiſſet, id ciuitatibus auferre. Quot uultis eſſe in uno furto peccatorum gradus?) Quot uoltis eſſe in uno. Retines ſeſtertia duodecim: tanti enim eſt frumentum Sicilienſe ex lege æſtimatum.) Vetus: Retines ſeſtertia XXI. & eundem numerum in ſequentibus habet: Iterum, Pop. Roman. à quo HS, XXI in medimna pro eodem illo frumento abſtuliſti. Sed fuerit HS, III. quoniā tu tantum à ciuitatibus in ſingulos modios exegiſti.) Vetus: Sed fuerit HS, III S. hoc eſt, trium & ſemis. Atq; hæc ita geſta eſſe iudices cognoſcite ex literis publicis ciuitatū, & ex teſtimonijs publicis.) Vetus anadiploſim facit in coniunctione, &: Atq; hæc ita geſta eſſe iudices cognoſcite, & ex literis publicis, et ex teſtimonijs publicis. Deinde continuò ſequitur, In quibus nihil fictum, nihil ad tempus accommodatum intelligatis.) Vetus: In quibus nihil fictum, nihil ad tempus accommodatum intelligitis.

Mancipes in iſtis rebus eſſe uerſatos.) Vetus: Mancupes in iſtis rebus. Magna olim affinitas inter i & u. ſic paulo pòſt, Proxumè, pro proximè. Quas proxumè meruiſſet ſoluere. Ego frumentum neque attigi, neque aſpexi.) Vetus cod. Ego frumentum neque attigi, neque inſpexi. Inſpicere diligentioris curæ eſt, aſpicere negligentioris, & quaſi primoribus (ut ſic dicam) oculis delibare. Communem tamen lectionem præſtro ob alluſionem, quæ eſt in præpoſitione Ad: unde ambo uerba incipiunt, neque attigi, neque aſpexi. Indicat autem Verres, uel nullam ſibi eius rei, uel minimam curam fuiſſe. Iterum geſſit hæreditariā quæſturam cum Dolabella.) Vetus: Iterum geſſit hæreditariam quæſturam cum A. Dolabella. Nam ut illud miſſum faciam, permultos aratores in alteras decumas, & in hæc DCCC mod. & cætera.) Hic apertè demonſtrat, DCCC mod. ad imperatum frumentum pertinere. Alter, quod id frumentum improbiſſimè partum, non ſemel, ſed bis.) Vetus: Alter, quod frumentum improbiſſimè per triennium partum, non ſemel, ſed bis. Vnum inquam da mihi ex illis aratoribus, qui uel ad ſtatuam pecuniam contulerunt.) Vetus: Vnum, inquam, da mihi ex illis aratoribus, qui tibi uel ad ſtatuam, &c. Nam collybus eſſe qui poteſt? cum utantur omnes uno genere nummorum.)

nummorum.) Vetus: Nam collybus qui nam eſſe poteſt? cum utantur omnes uno genere nummorum. Eſt autem hic collybus precium, quod accipit argentarius pro opera impenſa in pecunijs permutandis. aliquando eſt liuor ex ærugine nummorum, digitis computantium adhæreſcens. Cerarium uerò quid uocas, quomodo hoc nomen ad rationes magiſtratus?) *Vetus: Cerarium uerò quid? quomodo hoc nomen ad rationes magiſtratus? Videtur autem hic cerarium eſſe precium, quod exigunt ſcribæ pro impenſis ceræ.* Vt tantam pecuniam ſcriba tuus auferret.) *Vetus: Vt tantam pecuniam ſcriba tuus auerreret: ut ad etymon Verris alluſum ſit.* Et eorum commoda à me labefactari atq; oppugnari iniurius dicet.) *Vetus, & fortaſſe rectius: Labefactari atque oppugnari iura dicet. quaſi cerarij ius iam ſcribis quæſitum ſit, quod ſequentia probant, cum inquit: Quaſi uerò hoc ſcribis ullo exemplo ſit, aut ullo iure conceſſum.* Mecum duos frugaliſſimos homines ſcribas haberem, L. Mamilium, & L. Segetum.) *Vetus: L. Mamiliũ, & L. Sergium.* Præco qui abire iuſſit, uiator ac Venerius, qui fiſcum ſuſtulit.) *Vetus: Præco qui adire iuſſit, uiator ac Venerius, qui, &c.* Quæ pars operæ aut opportunitatis in ſcriba eſt, cui rei non modò merces tanta detur, ſed cur eum eo tanta pecuniæ partitio fiat?) *Vetus: Quæ pars operæ, aut opportunitatis in ſcriba eſt, cur ei nõ modò merces tanta detur, ſed, etc.* Qui ordo induſtriæ propoſitus eſt, & dignitati, mirabimur turpes aliquot in eo eſſe? quo cuiuis precio peruenire licet.) *Vetus: Mirabimur turpes aliquos in eo eſſe. Vtrumque rectum, & haud ſcio an aliqui nonnunquam pro aliquot ponantur, ut aliquanti nonnunquam pro aliquot, & quantum pro quotquot. Catullus, O quantum eſt hominum uenuſtiorum: pro, quotquot homines uenuſtiores.* Tu ex pecunia publica HS, tredecies.) *Vetus: Tu ex pecunia publica HS, ter deciens. de qua terminatione aduerbiorum ſuperius dixi.* Conſulari homini HS, XVIII millibus æſtimata ſit.) *Vetus: Hic omiſſo nomine ſeſtertiorum, has notulas habet, GII ∞ ∞ ∞ lis æſtimata. Arbitror autem GII pro ſeſtertijs eſſe poſitum, ut ſit ſigma cum duobus iota. nam certum eſt etiam hanc eſſe notam ſeſtertiorum, IIS. ut hic ſit ordo hyſteroproteros.* Vt HS, uno nomine tredecies auferret.) *Vetus: Vt HS ter decies auferret.* Optimè Republica geſta.) *Vetus: Optume Republica geſta.* Qu. Rubrium excellenti uirtute, autoritate, copijs, & cætera.) *Vetus: Qu. Rubrum excellentem uirtute, autoritate, copijs, &c. Prius illud magis arridet, ut uox Excellens per zeugma à ſuperiori ad omnia referatur.* M. Caſtritium ſummo ſplendore, ingenio, gloria præditum.) *Vetus: M. Caſtritium ſummo ſplendore, ingenio, gratia præditum.* Quod tum magnitudine pecuniæ, tum iniuriæ genere quemuis debet commouere: ite uerò eo magis, quòd ad hoc crimen non ingenioſa aliqua defenſio, ſed improbiſſima confeſſio comparatur.) *Vetus codex: Quod cum magnitudine pecuniæ, tum iniuriæ genere quemuis debet commouere, tum uerò eo magis, quòd ad hoc crimen non ingenioſa aliqua defenſio, ſed, &c.* Multos ſæpe uiros bonos, & fortes, & innocentes, cum aratoribus & cum ciuitatibus frumentum in cellam quod ſumi oporteret.) *Vetus: Frumenti in cellam quod ſumi oporteret. Cæterùm hoc uix excuſes à uitio, niſi ſubintelligas id, ut ſit, Id frumenti in cellam quod ſumi oporteret.* An quoniam hoc non audes dicere.) *Vetus: An quoniam hoc cum non audes dicere.* Nam ego tribus HS non poſſum uendere.) *Vetus: Nam ego HS ternis non poſſum uendere.*

Cum Senatus tibi quaternos nummos dederit.) *Vetus: Cum Senatus tibi quaternos HS dederit. quod re idem, ſed uerbis diuerſum eſt.* Dic, inquit ille, planum.) *Vetus: Dic, dic, inquit ille, planius. ut indignatio appareat ex anadiploſi.* Hæc deerat iniuria, & hæc calamitas aratoribus te prætore.) *Vetus: Hoc deerat iniuriæ, & hæc calamitas. Sed primum magis arridet, ob ὁμοιοτέλευτον in commatibus.* Pro alteris decumis, emptoq; frumento, aut nihil datum: aut tantum datum, quantum reliqui ſcriba fecerat: aut ultro etiam id quod didiciſtis ablatum.) *Nihil uariat antiquum exemplar. exiſtimo tamẽ omnino legendum, Aut ultro etiam id, quod dediſtis, ablatum. ut indicet, aut nihil datum, aut parum datum: aut hoc ipſum quod ultro dederit, ab aratore reuulſum eſſe.* Nummos uerò ut daret arator, quos non aratro ac manu quærit.) *Vetus: Nummos uerò ut daret arator, quos non exarat. Alterum haud dubiè alterius interpretamentũ. nam fructus aratro ac manu quærere, hoc ipſum eſt, quod toties antea exarare dixit.* Placet ne uobis, in cellam magiſtratibus noſtris frumentum Siculos gratis dare.) *Vetus: Placet ne uobis, in cellam magiſtratibus ueſtris frumentum Siculos gratis dare.* Idem nunc pro eodem numero frumenti HS, VIII millia dare coactus eſt.) *Vet. Idem nunc pro eodem numero frumenti GII ∞ ∞ ∞ dare coactus eſt. Hic clarè liquet, eam notam GH, ſeſtertiorum eſſe, ut ſuperius diximus. ſed ibi reſpondebat hic numerus XVIII millibus, hic VIII millibus. uidetur ſcriba notulam hanc attemperaſſe ad uocem HS, ubi ſemis præit.*

Sicilia decumas det pro ſingulis tritici modijs ternos denarios.) *Vetus: Sicilia decumas det pro ſingulis tritici modijs ternos X. quod ſignum denarij eſt, id quod diligenter obſeruatum eſt à Budæo.* Non ex iure, nõ ex æquitate, non ex lege, non ex eo quod licuerit, ſed ex eo quod aliquis fecerit, id quod reprehenditur, factum eſſe defendes?) *Vetus: Non ex iure, non ex æquitate, non ex lege, non ex eo quod oportuerit, nõ ex eo quod licuerit, ſed ex eo quod aliquis fecerit, id quod reprehenditur, factum eſſe defendes? Sequitur deinde:* Fecerunt aliqui alia quàm multa.) *Vetus: Fecerunt alij alia quàm multa.* Hæc plurimum ſolent & autoritatis ad probandum, & iucunditatis ad audiendum.) *Vetus: Hæc enim plurimum ſolent & autoritatis ad probandum, et iucunditatis ad audiendum.* An cum eos non poteris proferre, hos recentes, & cætera.) *Vetus: An cum eos non poteris proferre, proferes hos recentes.* Ex omnibus igitur populi Romani prætoribus, conſulibus, imperatoribus.) *Vetus: Ex omnibus igitur populi Romani prætoribus, proconſulibus, imperatoribus.* Vt multo iſti pernicioſius ſit dicere, ſe in re improbiſſima uoluiſſe Antonium imitari, quàm ſe defendere poſſet, nihil in uita ſe M. Antonio ſimile feciſſe.) *Vetus caſtigatior hic eſt: Vt multo iſti pernicioſius ſit dicere, ſe in re improbiſſima uoluiſſe Antonium imitari, quàm ſi defendere poſſit, nihil in uita ſe M. Antonio ſimile feciſſe. Sed haud ſcio an ſit lapſus typographi. ſenſus enim manifeſtè*

nifeſtè exigit, etiamſi refragarentur omnia exemplaria.

Antonium cum multa contra ſociorum ſalutem, multa contra uoluntatem prouinciarum, & faceret & cogitaret.) Vetus & hic quoque meo iudicio caſtigatior eſt: Multa contra ſociorum ſalutem, multa contra utilitatem prouinciarum. Quomodo enim pro crimine obijci poteſt, ſi conſul contra prouincialium uoluntatem fecerit, qui onera omnis uectigalium ſubeunt non uoluntate, ſed neceſſitate. Ita Antonij exemplo iſtius audaciam defendis.) Vetus codex: Ita M. Antonij exemplo iſtius audaciam defendis. Remiſſior aliquanto eius fuit æſtimatio, quàm annona.) Vetus codex, Quàm annonæ. In pari propemodum pondere, ſuperius prætulerim. eſt enim ipſa annona, quædam æſtimatio rerum promercalium. quanti enim per aliquod tempus frumentum uendi ſolet, id eius annona eſt: quæ ſi grauis eſt, chara dicitur. Terentius in Andria: Tum annona chara eſt. Græci ἀγορὰν uocant. Cum eſſet ante nouum tritici mod. HS, XV.) Sic omnia exemplaria, tam uetera quàm noua, quæ mihi uidere contigit. Ego hanc mutilam orationem ita farciri poſſe arbitror: Cum eſſet ante nouam meſſem tritici modius HS, XV, ut charitas ipſa annonæ fuerit ante meſſem. nam poſtea ſubiungit: Eodem tempore Antonius ternis denarijs æſtimauit poſt meſſem. Nam æſtimauit denarijs XIII.) Vetus codex: Nam æſtimauit XIII. non expreſſo genere numiſmatis. Cæterùm X non eſt hic nota numeri, ut decem ſit, ſed nummi denarij. ternos autem fuiſſe denarios, etiam ſequens locus coarguit. nam Antonius, qui ternis denarijs æſtimauit, tantidem Verres ſe æſtimaſſe dicit. Quoniam non eo tempore, neque ſimuli fecit anno.) Vetus: Quoniam non eo tempore, neque ſimuli fecit annona. Quid dicitis.) Vetus: Quid dicetis. Biennio prouinciam obtinuit.) Vetus codex: Biennium obtinuit.

Vnum aut in uilitate nummum arator quiſquam dedit?) Vetus codex: Num aut in uilitate nummum arator quiſquam dedit? Viuidius hoc, & rectius. Permagnam ex cibarijs pecuniam reportare.) Vetus: Permagnam ex cibarijs pecuniam deportare. Improbitatem arguo.) Vetus: Improbitatem coarguo. Quaternos denos denique, aut uicenos coget alius.) Vetus: Quaternos, quinos, denos denique. Quantus erit iſte denarius, qui non ſit deferendus.) Vetus: Qui non ſit ferendus. hoc eſt, tolerandus, non adnumerandus. Non enim à nobis ſumma, ſed genus æſtimationis eſt comprobatum.) Vetus: Non enim à nobis ſumma, ſed genus æſtimationis erit comprobatum. quod conuenientius huic loco. res enim nondum acta erat, ſed ſemel admiſſa hypotheſi, futura. Neque hoc poteſtis iudicare ternis denarijs æſtimare licere.) Vetus quod deeſt ſententiæ adiungit: Neque hoc poteſtis iudicare, ternis denarijs æſtimari licere, denis non licere. Non eſt iam in lege atque officio, ſed in uoluntate hominum, atque audacia, poſitus modus æſtimandi.) Vetus: Non eſt iam in lege atq; officio, ſed in uoluntate hominum, atque auaritia, poſitus modus æſtimandi. Vt non iudicio quàm plurimos impios liberetis.) Vetus: Vt non quàmplurimos improbos liberetis. Quid poſſumus contra illum prætorem dicere, qui quotidie templum tenet, qui Rempublicam ſiſtere negat poſſe.) Vetus: Qui rempublicam ſubſiſtere negat poſſe. Quo genere ab ſocijs maxima pecunia auferatur.) Vetus: Quo genere ab ſocijs maxima pecunia auerratur. Quis obſtet, quis erit tam cupidus ueſtri.) Vetus: Quis obſiſtet, quis erit tam cupidus ueſtrûm. Hinc cum unæ decumæ lege & conditione trahantur.) Vetus: Hinc cum unæ decumæ lege & conſuetudine trahantur.

ACTIONIS IN VERREM SEXTAE PARTITIO, per Bartholomæum Latomum.

HAEC actio ſignorum & rerum precioſarum furta rapinaſq; continet. Exordium nullum habet, nec perorationem: ſed ſtatim à re ipſa incipit. Explicantur crimina, ſicut in ſuperioribus actionibus, & interpoſitis amplificationib. confirmantur: Digreſſiones crebræ ubiq;, ſed duobus in locis inſignes: De raptu Proſerpinæ, ad augendum Ennenſe crimen: & Syracuſarum deſcriptio, qua furta in eandem urbem & rapinæ amplificantur. Inter cætera improbiſſimum crimen eſt in Antiochum regem Syriæ, quem hoſpitem in Sicilia ac ſpoliatum rebus precioſiſſimis, Verres prouincia excedere iuſſit. Item incredibilia in deorum ædes, è quibus ſpreto omni numine antiquiſſima quæque, ac religioſiſſima abſtulit. Maxima uerò, & innumerabilia in ciuitates, notos, amicos, & alienos commemorantur, à quibus non modò argentum & aurum, ſignaque & tabulas, & ueſtes, uaſaq; precioſa per ſummam iniuriam abſtulit: ſed quicquid omnino concupiuiſſet ex quouis genere ſupellectilis, ita improbè & impudenter eripuit, ut monſtri inſtar eſſe uideatur.

IN EANDEM SCHOLIA, Bartholomæo Latomo prælegente excepta.

VEnio nunc ad iſtius quemad.) A' re ipſa incipit, quam incremento nominum amplificat. Penditote.) æſtimate. Deliacum.) æreum, à Delo inſula. Textilem.) ut in ueſte ſtragula, quam et Pictam uocamus. Magnum uideor dicere.) Negat ſe quicquam affingere, & obiectionem ſuam explanat. Vnde igitur incip.) Incipit à Mamertina ciuitate, & ſigna ab Heio ablata commemorat. Nimirum didici.) Hoc dicit, ne & ipſe harum rerum ſtudioſus eſſe uideatur. Theſpijs.) in Græcia. Canephoræ.) Virgines nubiles Athenis ſacra in caniſtris ferre ſolebant.

Sed earum artificem quem nam?) Et id diſſimulat, ſe harum rerum ſtudioſum eſſe. fingit enim ſibi nomen excidiſſe, ne antè ſciſſe uideatur, & ſimul orationem minimè præmeditatam eſſe oſtendit. Quintus Claudius.) Amplificat contrarijs exemplis. Commodis.) Rebus commodatò acceptis ab hoſpitibus. Prob deûm hominumque fidem.) Inuehitur, & commouet indignationem. Meretriciam.) Propter Chelidonem libertum Verris, cuius mentio facta eſt in tertia Actione. Sed quid ego tam uehementer inuehor?) Occurrit defenſioni, quam primò reprehendit, deinde argumentis, & teſtimonio Heij confutat. Repellar.) à defenſione.

defenſione. Videte maiorum.) Oſtendit eum contra legem feciſſe, quam interpretatur & amplificat. Dicet aliquis.) Negat Heium eas res uendidiſſe, idq́; argumentis colligit. Religionis.) diſciplinæ. Aes alienum habuerit.) id eſt, debuerit pecuniam. Patrios.) quos à maioribus ſuis acceperat. Præter fructus.) ſcilicet prædiorum. HS. VI, mil.) id eſt, centū quinquaginta coronatorum. HS. MDC.) id eſt, quadraginta coronatis. Malo emere quàm rogare.) Prouerbium de re utili. Dicet aliquis.) Occurrit infirmationi, & ſe à ſuſpicione cupiditatis liberans, à perſona Verris quæ dicta ſunt, confirmat. HS. CXX.) id eſt, tribus millibus coronatorum. Quid mihi tam optandum.) Profert teſtimonium Heij, priore actione dictum. Quid ſedes Verres.) Aggitat amicitiam Mamertinæ ciuitatis, & teſtimonij pondus amplificat. Cybea.) Nomen nauis, quam Mamertini Verri ædificauerant. Quæ quia dixit.) Adiungit aliud crimē in Heium, & eius occaſione digreditur in Mamertinam ciuitatem, à qua laudabatur Verres, & grauiſſimè in eam inuehitur. Tēpore dato.) opportunè. Quia religioni ſuæ.) Sicut affinis crimini, pro religionis obſeruans, cui contrarium eſt à religione, à crimine abeſſe, uel alienum eſſe. Homo amentiſſime.) Increpat ſtultitiam hominis, quod hac animaduerſione in Heium laudationi ſuæ incitatus fuerit. Quæ neceſſe erit.) ſcilicet dicere.

Integra.) intacta. Hæc tibi laudatio.) Negat laudationem Mamertinorum omnino ualere oportere, quia ſocij criminum fuerint. Commodaſti.) commodè feciſti.

At publicè commodaſti.) Occurrit defenſioni, & ipſam in crimen uertit. Phaſelus illa.) Amplificat ſimili exemplo. Mamertinam.) Dicit Mamertinam ciuitatem degeneraſſe à maioribus ſuis, quæ in C. Catonem ſeuera, in Verrem indulgens fuerit. HS. XVIII.) id eſt, quadringentis quinquaginta coronatis. Lis æſtimata eſt.) Certæ ſummæ condemnare, eſt litem æſtimare. Timarchidis.) aſſeclæ Verris. Vacatio.) immunitas. Munere.) officio. Verrea.) feſta ſolennia. Sextum Cominium.) De Cominio, item de cruce ciuis Ro. dicitur in ſequenti actione. Laudatum etiam.) Acriter inuehitur in Mamertinos, & aliud etiā delictū eorū in Senatorium ordinem commemorat. Nec prius illam crucem.) Redit ad crucem, & uehementer exaggerat. Verum hæc emiſſe.) Obijcit aliud crimen in eundem Heium, de peripetaſmatis ablatis. Peripetaſmata.) puta ueſtis, quæ circumtenditur parietibus, Attalica appellata: quòd eam auro intertextam Attalus inſtituerit. Eadem anè & tapetia dicta. Referret.) in tabulis ſcriberet. HS. D.) Centum uigintiquinque coronatis. HS. CC.) id eſt, quinque millibus coronatorum. Expedias.) defendas. Quid? à Philarcho.) Alia & alia eiuſdem generis crimina. Gratis.) ſine precio. Excurrit in Cybiratas fratres, per quos Verres omnia inueſtigare ſolitus fuerit, eoq́; ipſe hominem odioſiorem facit. Re.) uſu.

Verre me Hercules.) Subtexit criminis narrationem.

Hydriam.) Vas aquarium. Venereus.) unus ex miniſtris Verris. Sigillatos.) ſignis ornatos. At ita ſtudioſus eſt.) Inſerit narrationem de impotenti cupiditate Verris, quam in coniecturam criminum conuertit. Comperendinatus.) id eſt, ad ſecundam actionem citatus, quod fiebat, cum mala cauſa uidebatur iudicibus, ne ſtatim damnarent reum, ſed quantum poſſent, parcerent.

Inſimularetur.) argueretur. Verum uti Lilybæum) Aliud crimen, in Lilybætanos commiſſum. Abaci.) Abacus menſa, in qua uaſa in triclinio exponebantur. Erat etiam mathematicorum tabula, in qua deſcriptis lineis calculorum ratio ducebatur. Dicat ſe emiſſe.) Occupat defenſionem, quam tanquam uanam exagitat, requirendo tabulas Verris, quas ille metu furtorum non confecerat. In donatione hiſtrionum.) Hiſtriones leuius donari ſolent. unde & donationes eorum leuius æſtimantur. Transfigere.) euertere. Collum in laqueum inſerenti.) Scilicet uitæ tædio, bonis conſumptis. Gaudeo etiam ſi quid.) Ironica approbatio. Primo homine.) primario. HS. M.) Vigintiquinq; coronatis. Scaphia.) Vaſa, à ſcapharum ſimilitudine. Cum emblematis.) Ornamenta intelligit extrinſecus addita, ut ſigna, & cælaturæ, quæ eximi poſſunt, ab ἐμβάλλειν. Toreumata.) ſunt opera cælata, à τορεύω. Eriphylam.) Eriphyla accepto monili Amphiaraum maritū bello Thebano latentem prodidit, qui profectus hiatu terræ abſorptus eſt. Vaſa collegerat.) Vaſa colligere militare uerbum eſt, cum caſtra mouentur. ad quod facetè alludit, ſignificans Diodorum toreumata ſecum aſportaſſe. Apponit.) inſtituit, adornat. Nomen deferri.) reum fieri. Primū.) Quia etiam Stheniei abſentis nomē poſtea recepit, ut Act. 3. ſignificatum eſt. Imprudens huc.) Confutat defenſionem, & ridet falſam. Cn. Calidio.) Amplificat crimen comparatione aliorum Prætorum. Tu dignior.) Auget inuidiam à ſuperbia. Thuribulum.) Thuribulū eſt uas, in quo thus accenditur. Emblemate.) ſignis, quibus ornatum erat. Credo tum.) Amplificat à copia prouinciæ. Peræqua.) Peræquè legendum puto. Proportione.) pro comparationis æqualitate, incerta certis conferendo. Fortuna.) ſcilicet belli. Hoc crimen, &c.) id eſt, dum per ſingulas familias crimen confirmem. Argentum illi.) Aliquid deeſſe uidetur. Argentum purum.) ſine cruſtis & emblematis. Acroama.) Res auditu digna, uel ſententia, uel feſtiua narratio, etiam homo feſtiuus: ſed hic pro re ponitur. Sine corollario) Corollarium additamentum, quod præter debitum addi ſolet: ut quæ in conuiuijs apophoreta uocabātur, Saturnalibus dari ſolita, qualia deſcribit Martialis. De loco ſuperiore.) de tribunali.

Thecis.) repoſitorijs. Cruſtæ.) Cruſta, tectoriū durius, quo res ornandi ſeu tegendi cauſa operitur. Euerriculum.) Alludit ad nomen Verris. Per magiſtratum.) per poteſtatem. Quem in luto uolutatum.) Et hic alludit ex ambiguitate nominis, ad ſuem. Poſteaquam.) officina Syracuſis inſtituta. Nata.) facta. Cum faceret.) id eſt, cum curaret ſibi fieri. Non laborauit.) non metuit, non ſollicitus fuit. Genera.) Hoc ſchemate oſtendit minimè præparatam eſſe orationem, ſed tanquam extemporalem. In cretula.) terra argilloſa & candida, qua ueteres in epiſtolis ſignandis uti ſolebant, ſicut & cera. Textrinam.) Textrinæ ad ueſtem ſtragulam inſtitutæ. Comparare.) emere. Venio nunc.) Candelabrum ab Antiocho rege ablatum, quod in Capitolium ponendum erat. Temporibus.) difficultatibus. Exponit.) in abacis. Trulla.) nomen uaſis.

Quæ uox.) Amplificat crimē, & inſtigat iudices in reū. Interuerſo.) intercepto. Hoc loco.) Appellat & Catulum, qui Capitolium dedicauerat. More omnium.) Veteres patroni, ab inuocatione deorum incipere ſolebant,

quod

quod negat licere Verri. Concepto.)*commiſſo, perpetrato.* Segeſta eſt oppidum.)*Signum Dianæ à Segeſtanis ablatum.* Facem præferebat.)*Quia luna in cœlo eſt, & noctem illuſtrat.* Hanc tu tantum.)*Inuehitur, & audaciam increpat.* Te nunc P. Scipio)*Obiurgat Scipionem, quòd Verrem defendat, qui Africani monimentum ſuſtulerit.* Depeculatus eſt.)*ſuſtulit.* Obſtruxit.)*obſcurauit.* Potes domeſticæ.)*Occurrit tacitæ defenſioni.* Non præcerpo.)*non anteuerto, non obſto, quo minus tibi integrum ſit accuſare ſi uelis.* Si iſtius amicitia.)*Inuidioſe taxat aduerſariorū querelam, & ſuas partes defendit, ſe meritò etiam inuito Scipione & cæteris Verris defenſoribus, nomen Africani tueri.* Sit apud alios.)*Hoc dicit ex perſona aduerſariorum, & mox reprehendit.* Audiſtis nuper.)*Aliud crimen eiuſdem generis, & aliud multo grauius adiunctum.* Anniuerſarijs.)*ſolennibus.* Stipatum.)*circundatum.* Obduruiſſet.)*obriguiſſet.* Non poſſum diſpoſitè.)*Amplificatio à criminum multitudine, & nomine Marcellorum.* Quid Agrigento.)*Signum Apollinis Agrigento ablatū, & idem tentatum in Herculem, qui tandem defenſus fuit.* Victoriæ)*contra Carthaginenſes.* Vectibus.)*palis ferreis, quibus utuntur operarij in ſaxis, & grauioribus oneribus moliendis.* Nutabat.)*uacillabat.* Facta manu.)*comparata.* Deſideratum.)*amiſſum.* Ire in conſilium.)*dimittere partes cauſa perorata, ad ſententiam ferendam.* Inſula eſt.)*Templum Iunonis in Melita ſpoliatum.* Prædonum.)*Quos uicit, & mari expulit Pompeius.* Nimium mihi diu.)*Tranſit ad aliud crimen, cum præparatione commemorans fabulam de raptu Proſerpinæ.* Liberæ.)*Proſerpinæ.* Inflammaſſe.)*accendiſſe.* Propter.)*iuxta.* Myoparoni.)*Myoparo nomen nauigij.* Gramineas haſtas.)*Puto legendum, fraxineas.* Ad deferenda.)*id eſt, ad deportanda, quod eſt operariorum, qui operam ſuam mercede locant.* Nimio opere.)*immodicè.* Licet iſte dicat.)*Adimit defenſionem.* Stipendiarios.)*Stipendiarij erant, qui ſtipendia militibus nomine Romano dabant.* Viſenda.)*ſpectatu digna, inſignia.* Atque ut cæteros.)*Narrat de Syracuſanis, quomodo teſtimonia furtorum perſcripta, & de laudatione Verris ex illis cognouerit.* Appellatur.)*Appellatur pro Verre, ad prohibendum ne Senatusconſultum perficiatur.* Laudem te ſanè.)*Redit ad laudationem Mamertinā, & unà cum Syracuſana confutat.* Verrea.)*ſacra.* Diem feſtum ludorū.)*Marcelliorum.*

IOACHIMI CAMERARII IN VI. Verrinam Annotatio.

Nihil apud ciuem Rom. denique iſtum, quod ad oculos animumq; acciderit.)*id eſt, quod conſpexerit, atq; concupiuerit. Sed alia lectio, quam & Veneti libri retinent, mihi ſanè placet:* Quod oculos animumq; accenderit. *id eſt, cupiditate permouerit.* Modò ut bona ratione emerit, nihil pro poteſtate, nihil ab inuito.) *Hæc mihi quidē admodum probantur. in emptionibus enim quantum ualeat poteſtas, quis non uidet? Poteſtatem autem dicit magiſtratus, ut pro Cluentio:* At neque priuatus accuſare, nec ſedata iam inuidia uolebat. Videtis igitur non in cauſa, ſed in tempore ac poteſtate ſpem omnem accuſatoris fuiſſe. *In Venetis tamen, & alijs quibuſdam libris, nihil pro poteſtate, omiſſum.* Sed in ſuis nummis multos eſſe.) *Sic & Veneti. Sed eſt locutio profectò alienior. Et quàm facilè potuit fieri ut eius, in ſuis, mutaretur?* Qua iudicium eſt, communi arce ſociorum.) *quaſi defenſione & præſidio. Sed Veneti libri melior & euidentior lectio:* Qua iudicium eſt, communis ac priuatæ rei ſociorum. Dicent quæ neceſſe erit ingratis.) *Hoc uerum puto, ut pro Quintio,* Extorquendum eſt inuito atq; ingratis quod non debet: *apud Plautum Curculione, & alibi ſæpe. ſed* [illegible] [illegible]*, ingratijs, id eſt non libenter. Veneti tamen, & alij, gratis habent.* Quæ malo integra reſeruare, ut quàm minimum.) *Omnino melior lectio Venetorum, ſed & aliorum quorundam librorum:* Quæ modò integra reſeruare uolui, ut quàm minimum. Quod celari opus erat.) *Veneti, & alij, oportuerat.* Quid autem eſt aliud, opus erat, niſi oportuerat? In Sicilia quidem cum eſſem, ſic à Centur.) *Veneti & alij, Siciliæ quidem. & memorantur ſanè de Cicerone ſimiles locutiones. ſed ipſe tamen de his ita diſſerit ad Atticum libro ſeptimo, ut præpoſitionem non eſſe omittendam, ſentire uideatur. Eſſet autem ſimile illud huic Virgiliano:* Aut Cretæ iuſſit conſidere Apollo. Ne multa HS CC, me, inquit, popoſcerunt, dixi me daturum C.) *Hæc eſt perquàm elegans lectio, & uera etiam uidetur. Veneti & alij ita:* Ne multa HS M. me inquit, dixi daturum. *quæ profectò ſumma pecuniæ in quāuis precioſos ſcyphos nimia fuerit. Seſtertia enim mille, fuerint decies: id eſt, coronati, ut nunc loquimur, circiter XXV.M.* Dionyſiarchum ad ſe proagorum.) *Hoc eſt, ſummum magiſtratum uocari iubet. Veneti & alij, pardiorū: ſed re incerta. illud retinuimus. & mox,* Vt ipſe de me detraham: *elegantiora Veneta,* Vt egomet mihi detraham. *Sed illa tamen non poſſum improbare.* Qui non obtruſit aliqua ex parte monumenta P. Scip.) *Alij, obſtruxit. id eſt, illa obſcurauit. trāſlatione ab ædificationibus ducta, quibus officitur luminibus, aut commoditati aliarum ædium. idq; uerum puto.* Atque illius fani antiſtitæ.) *ut, Propter hoſpitæ huiuſce conſuetudinem. Veneti tamen* [illegible]*, antiſtites. ſed antiſtitæ legit & Priſcianus libro quinto.* Ac iam illa omitto.) *Veneti,* Nunc iam: *itidemq; alij. Sed nobis tamen noſtrum probatur.* Signumq; Apollinis, qui Tenites uocatur.) *Fortè à tenijs. Veneti, Theſmotes. ſed de hoc cognomine nihil habeo dicere.* Vt ex marmore Iacchum autem Paralū.) *Hæc uera ſcriptura. Nam quod alij, ut & Veneti, Parthalum habent, ex eo (ut opinor) euenit, quod in archetypo reperiſſent librarij, inſerta aſpiratione, Parhalos: ut in Exhedra quoque, & ſimilibus factum animaduertimus.* Eorum tabulas exquirebam.) *Veneti, & alij, ſcribebam: quod ſenſum minus commodè abſoluere uidetur. Excribebam quidē erat planè aptū.* Atq; adeò cum iam non ſolū diſceſſio facta eſſet.) *Veneti* [illegible]*, At uerò.*

ACTIONIS IN VERREM SEPTIMAE PARTITIO, PER Bartholomæum Latomum.

Continet hæc actio rem bellicam flagitioſe adminiſtratam, & ſupplicia in Siculos & Romanos ciues. Exordiū ironia cōſtat in reum, ad commouendū odiū & indignationē. Deinde ad rem accedit, & accuſat negligentiā in cuſtodiēda prouincia, & crimina improbitatis, luxuriæ et crudelitatis cōmemorat, interpoſitis probationib. et amplificationib. crebris, ſicut in præcedētib. actionibus. Primò enim docet, prouinciā Siciliam nulla opera

Verris

Verris, ſed natura loci & inſtitutis ſuis ſatis tutam fuiſſe ab omni contagione ſeditionum ac bellorum. Deinde illum non ſolum non defendiſſe prouinciam, ſed etiam pecunia accepta coniuratis comprehenſis & prædonibus pepercisse. Poſt hæc partitur in capita reliquam criminationem, & demonſtrat itinera luxurioſi imperatoris in obeunda prouincia, & quòd pecuniam auarè ex claſſe quæſiuerit, & quòd crudelitatem immanem exercuerit in nauarchos & ciues Romanos: quorum alios uirgis ad necem conciderit, alios necauerit in carcere, alios contra ius & libertatem Romanæ ciuitatis in crucem ſuſtulerit. Ex quibus omnibus Nauarchorum caſum, & ciuis Romani ſupplicium magna commiſeratione deplorat. Peroratio habet commendationem totius cauſæ ad iudices, comminationem in aduerſarios, & poſtremò inuocationem ad deos: in qua rénouationem omnium criminum inducit, atq; ita concludit.

IN EANDEM SCHOLIA, BARtholomæo Latomo prelegente excepta.

NEMINI *uideo dubium eſſe iudices.*) Orditur ἀντὶ πρόληψιν, occurrens defenſioni quam irridet. *Conſtituitur.*) ab Hortenſio. *Fugitiuis.*) ſeruis, qui Spartaco duce ad bellum concitati fuerant.

Quid agam.) Dubitatio ironica. *Impetus.*) accuſationis. *Iactaturus.*) amplificando, & uerbis exornando.

Talem.) Emphaſin habet. *Obteri.*) opprimi, obrui.

In iudicio M. Aquilij.) Defenſio Aquilij commemoratur in ſecundo de Oratore. *Sed ita quæram.*) Negat ullam operam Verris fuiſſe, in prouincia tuenda: quoniam ipſa per ſe, & ſitu ab hoſtibus, & diſciplina aliorũ prætorum, ſatis tuta fuerit. *Cum M. Craſſo.*) Craſſus & Pompeius ſeruile bellũ confecerunt in Italia. *Nam poſtesquàm.*) Seueritatem diſciplinæ exemplo confirmat. *Quid igitur, nullene.*) Docet Verrem peperciſſe facinoroſis, accepta à dominis pecunia, eaq; re cauſas etiam motuum & coniurationum in prouincia aluiſſe. *Seruitum.*) ſeruos. *Tricalino.*) regione Siciliæ. *Dicta.*) cognita & iudicata. *Quid deinde? quid cenſetis?*) Suſpendit expectationem, quo rei indignitatem amplificet. Nam acrius feriunt animos, quæ inopinata accidunt. Celſus, ut Fabius tradit, uocat ſuſtentationem. *Nundinatio.*) pactio pecuniaria. *Quid hoc loco.*) Inuehitur in improbitatem, & rem amplificat. *Indemnatis ciuibus.*) Illum intelligit, quem Meſſanæ crucifixerat. de quo poſterius dicetur.) *Res iudicatæ.*) id eſt, ſententiæ latæ. *Hoc uerò nouum.*) Facit Verris factum grauius. *O' præclarum.*) Ironica exclamatio. *Feciſſe uideri.*) Quæ forma erat pronunciãdi. *Quid? hoc in Apollonienſe.*) Colligit alia plura eiuſdem generis facinora. *HS. LX.*) Seſtertia ſexaginta, hoc eſt mille quingentos coronatos. *HS. centies.*) id eſt, duo millia quingentos coronatos. *Integer.*) ſine iniuria. *Excogitauit.*) Sermo hominum de Verre. *Exanimatus.*) conſternatus. *Magiſtrum pecoris.*) id eſt paſtorem. *Exhiberi.*) produci. *Videte conſtantiam.*) Amplificat rem quam narrauit. deinde ad probationem criminis accedit. *Quid? ſi ab Apollonio.*) Ironicôs ſe corrigit: & quaſi remittens ſeueritatem accuſatoriam, multa prætermittit quæ in re ſunt, ut acrius ad unum perueniat, quo ex iudicio ipſius Verris crimen conuincit, propter pecuniam Apolloniũ in carcerem coniectum fuiſſe, ac dimiſſum. *Diſſolutè.*) improbè.

Omnia igitur.) Colligit in ſummam quæ enumerauit, & proponit Hortenſij actionem, ut quod contrà deſtinauit, acrius inferat. *Nam quæ iſte.*) Oſtendit quantum hac ratione prædatus ſit Verres, & coniecturam ex Apollonij cauſa facit. *Vnum hæſiſſe Apollonium.*) qui pecuniam in tempore non dederat. *Cupio mihi iudices.*) Abſoluit hunc locum de pacata prouincia, & ad alium tranſit. *Subijci.*) ſuggeri, in memoriam redigi. *Itinerum primum.*) Commemorat ignauiam & luxum hominis in prouincia obeunda. *Octophoro.*) quam octo homines ferebant. *Farctus.*) impletus. *Reticulum.*) id eſt, folliculum lineum, rariore textura. *Fuſi.*) proſtrati. *Nequitiæ.*) luxuriæ. *In areis.*) Area locus planus in agro, in quem fruges demeſſæ comportantur ad trituram faciendam. *Carbaſeis.*) lineis. *Hunc igitur tu Imperatorem.*) Increpat Hortenſium, & à defenſione deterret, obiter percurrendo uitam anteactã Verris. *Aera illa.*) id eſt flagitia. Nam ad ſtipendia alludit, in quibus æs militare ſoluebatur. *Abduci.*) ſponte ſua. *Perduci.*) inuito. unde perductores, qui inuitas perſonas ad libidinem alicuius ducunt. *Aleatoris Placentini.*) Quem intelligat, incertum eſt. Significat ſtupratorem Verris adoleſcentis. *Aere dirutus eſt.*) id eſt, ad inopiã redactus, ita ut ſoluendo non eſſet. nam æs alienum intelligitur. *In ſtipendijs damna.*) Aes alienum flagitioſæ adoleſcentiæ. *Aetatis fructu.*) Stuprum intelligit, quo uult eum æs alienum flagitioſe contractum diſſoluiſſe. *Obduruiſſet.*) exoletus factus fuiſſet. *Quot præſidia.*) id eſt, honeſtas matronas expugnauerit. *L. Lucullo, M. Cotta Coſs.*) Quo anno prætor urbanus fuit Verres.

Vadimonij.) id eſt, ſiſtendi in iudicio, ut promiſerat.

Paludatus.) paludamento indutus, de more Romano.

In urbem intrò ferri.) Magiſtratui ex urbe egreſſo, nõ licebat in urbem redire, niſi confecta prouincia: quod ſi contrà feciſſet, cenſebatur contra auſpicia facere. *O' dij immortales.*) Amplificat neglectam religionem à Verre, diſsimili exemplo, quod de ſe ſumit. *Datum.*) ad dignitatem. *Creditum ac commiſſum.*) ad fidem & induſtriam. *Habeo rationem.*) æſtimo. *Libero.*) Apollini, ut opinor. ut Vergilius: Liber & alma Ceres. *Liberæ.*) Proſerpinæ. *Floram.*) Flora dea florum, cui celebrabantur floralia, ritu parum uerecundo. *Ius, imagines.*) cuiuſmodi in atrijs nobilium diſponebantur, & præferebantur in funere ijs, qui ex ea familia mortui fuiſſent. Hodie arma uocant, nempè inſignia familiarum, ut picti in ſcutis leones, lupi, urſi, gryphes, &c. *Prodendam.*) propagandam. *Alicui.*) id eſt, ſibi ex cæteris: non quod neceſſe fuerit ſibi dari, ſed quòd oportuerit eam alicui dare ex candidatis. *In loco.*) Commodo ſcilicet, & idoneo: id eſt, in idonea perſona. *Mitto enim & prætereo.*) Significat, quomodo ſuffragia pecunia corruperit.

Illud rationis habuiſti.) reputaſti. *Itaque non modò.*) Prætexit cætera, & ordinem temporis ſeruat.

Thempſanum.) Thempſa oppidum in Brutijs, quod apparet à fugitiuis captum fuiſſe, diſcedente Verre ex prouincia. *O' diuina Senatus.*) Profert tacitum iudicium Senatus. *Eſto, nihil ex.*) Venit ad bellum Piraticum. in quo docet maxima auaritiæ & crudelitatis crimina

commiſſa

commiſſa fuiſſe. Rem naualem.)Proponit nauale crimen, & obijcit nauem à Mamertinis ſumptu publico ædificatam fuiſſe. Quid mihi hoc loco.) Occupat defenſionem, & ab omni parte excludit. Senatori.) Mamertino, qui naui ædificandæ præfuerat. Publicè.) puplico nomine. Nauiculariam facere.) Sicut argentariam, & Medicinā facere. At Mamertini.) Occurrit argumento, & docet non effici quod intendatur. At enim idcirco.) Remouet aliam defenſionem, & maieſtatem commiſſam eſſe docet in naue Mamertinis remittēda. Deniq; cum.) Addit & aliud crimen, de frumento remiſſo Mamertinis, & alijs imperato. R. C.) id eſt, Rerū Commentarijs. Ac de conſilij ſententia.) Verba ſunt decreti in Commentarijs perſcripti. Nomina.) iudiciū. Nam ſtatim L.) Contrarium exemplum loco præiudicij. Iſtam à Netinis.) Iſti legendum. Hic mihi etiam.) Repetit mentionem Mamertinæ laudationis, & cōſpirationem exagitat. Vulnera.) uitia. Verùm ut ad claſſem.) Redit ad inſtitutum, & crimen nauis remiſſæ amplificat.

Precario.) precibus, Aduerb. Cognoſcite nunc nouam.) Tranſit ad aliud crimen in re nauali commiſſum. Nauarcho.) Nauarchus, qui præeſt naui. Qui poteſt eſſe.) Verrem alloquitur. Lucrari.) lucrabatur. Huncine hominem, &c.) Subaudi feretis. Sexcentenos nummos.) Tantum dabatur à nautis pro miſſione, ex inſtituto prætoris. Quos qui dederat.) Locus eſt corruptus. Quum propter iſtius.) Docet prædam ex hoſtibus captam, ſibi ſeruaſſe, & ducem hoſtium cum cæteris captiuis pecunia accepta dimiſiſſe. Facti.) in operibus precioſis. Signati.) in pecunijs. Archipiratam.) Vult, Archipiratam dimiſſum fuiſſe, idq; coniectura credibile facit. Iudex eſſe bonus.) Monet iudices, ne eiuſmodi coniecturæ genus negligant. Vnus plures.) Diſſimili exemplo Seruilij coniecturam amplificat. Autorem tui facti.) Autorem, qui idem fecerit, & quem Verres ſit imitatus. Age porrò.) Quaſi priore inſectatione remiſſa, ac recepta defenſione nihilominus inſtat, & docet alium captiuum in locum Archipiratæ ſuppoſitum fuiſſe. idq; probat ex cuſtodiæ ratione. Quum maximus.) Admiſcet aliud crimen interfectorum ciuium Romanorum. Myoparone.) naue ſcilicet. At quemadmodum.) Confirmat obiectum crimen ex ipſius Verris confeſſione, & uehementer amplificat. Induit.) illaqueauit. · Fit.) id eſt factus eſt. Aliquam manum contra populum Romanum facere.) aliquem numerum hoſtium contra populum Romanum legere. At etiam qui triumphant.) Amplificat diſsimili exemplo. Et nunc credo eſſe dubium.) Hoc per ironiam dicitur. Probat enim expediſſe Verri ut ſuppoſitum Archipiratam ſeruaret, neq; aliter facere potuiſſe, ſiquidem fidem in iudicio ſuo facere conaretur. Virum.) Vult Verrem inter mulieres potius quàm uiros habendum eſſe, uel propter mores, uel quia muliebria adoleſcens paſſus ſit. Erat Nice.) Incipit narrare aliud crimen de claſſe amiſſa, libidine & auaritia prætoris. Quid primum.) Amplificat Cleomenem præfectum fuiſſe claſsi. Sagum.) ueſtem militarem. Lampſacem periculi.) De Lampſaceno periculo uide tertiam Actionem. De Adriano) Hic Adrianus cum auarè imperaret Vticæ, uiuus in prætorio exuſtus fuit. Imperium.) prætorium. Crepidines.) Crepido ora ripæ uel litoris, ad quam aqua alluit: dicta, quòd ibi fluctus crepitet. Aſpirare.) attingere. Athenienſium claſsis.) Nicia duce, ut eſt apud Thucydidem. Quid Cleomeni.) Inducit Verris deliberationem de Cleomene, ut oſtendat improbitatem, & euidentius exprimat.

Diſſolutus.) remiſſus. Exinanitam.) euacuatam. Phalargum.) Philargum legendum puto. Apponitur.) ſubornatur. Emiſſarium.) furtorum interpretem.

In commeatu.) in immunitate nauigandi ex permiſſione prætoris. Vnde commeatum dicimus habere milites, cum eis ad tempus permiſſum eſt abeſſe ab exercitu. In qua docet, quot.) Colligit inuidiam, & mouet affectum ex ſcripta oratione unius ex Nauarchis. Talem uirum.) Talem ad laudem pertinet. Hic cuncti Siculi.) Amplificat ab exiſtimatione Siculorum de populo Romano. Leuia ſunt hæc.) Cōcedit ironicôs id quod etiam iniquum uidetur cauſæ fiducia pari. Obſoletis.) uulgaribus, leuibus. Vt adeas.) Fingit uerba inhumani lictoris, atq; hinc acerbitatem etiam colligit. Eſt ne aliquid.) Facit ſchema, quod uocant præter expectationem, augendi cauſa. Nam illorum liberi.) Verba quaſi ex perſona Verris. Deſunt.) in malam partem. Per deos immortales.) Amplificat ſupplicium nauarchorum, & accendit iudices. In ſeptemdecim populis.) qui defecerant ad Carthaginenſes. Quid uerò illa.) A Segeſtanorum cognatione amplificat. Vbi pecunias exterarum.) Amplificat ex comparatione criminum, quæ in unum contrahit. Metuunt homines.) Addit cauſam inuidioſam in eos, qui ex prouinciarum ſpolijs ditati erant.

Hoc iam ornatu.) Auget inuidiam ex mœrore parentum in iudicio, & eſt redditio contentionis. Ex litibus æſtimatis.) id eſt damnatione tui. Quapropter ſi quem.) Occurrit defenſioni, quam ex omni parte adimit.

Offenderint.) impegerint. Quod ſi fortunā.) Conuertit defenſionem in aduerſarium. Ego culpam non in Nauarchis.) Vrget, & probat culpam in prætore fuiſſe. Nullum uacuum tractum.) id eſt, nullum uacuum fuiſſe inter eos qui trahebantur. Hic tu etiam dicere.) Redit ad inſtigandos iudices, & rurſum crimina colligit acri inſectatione. Neceſsitudine.) quia quæſtor in Sicilia fuit. Reliqua eſt ea cauſa.) Deinceps commemorat animaduerſiones & ſupplicia in ciues Romanos. Non enim Charybdim.) De Scylla & Charybdi tertio Aeneidos. Pluribus & maioribus.) Alludit ad Scyllā, quæ inferiori parte canibus ſuccincta eſſe dicitur. intelligit autem emiſſarios Verris, & furtorū interpretes, quos actione tertia commemorauit. Sertorianos milites.) Sertorius hoſtis erat, & reliquias belli Mariani perſequebatur in Hiſpania. Odores.) aromata. Quid eſt Verres.) Profert teſtimonia. Si quis rex.) Inſtigat iudices, & crimen amplificat. Circumretitum.) tanquam laqueis & retibus circundatum. Maiores plagas.) grauius iudicium, ſcilicet maieſtatis. Superiore ex loco.) quoniam deſignatus eſt ædilis, & magiſtratu inito de loco ſuperiore, hoc eſt apud populum in concione cauſam acturus. Quid enim defendit.) Adimit defenſionem, quam primùm reprehendit, deinde inficiatione tollit. Translator quæſturæ.) A Carbone & Sylla. Adſunt enim Puteolis.) Negat Sertorianos fuiſſe, & teſtimonijs confirmat. Nam quid ego de P. Gauio.) Tranſit ad aliud crimen: quod quia grauiſsimum eſt, ad eius cognitionem præparat iudices. Gauius hic, quem dico.) Nar-

rat de Gauio, & per totũ admixtis adfectibus. Meru iſſe.)militaſſe,ſtipendia feciſſe. Speculandi)exploran di. Deſiderata.)poſt Syllanam uictoriã,deinde à Pompeio reſtituta. Nunc quoniam.)Probat teſtimonijs. Hoc in Verris.)Ex confeßione ipſius Verris factum exaggerat. Induatur.)capiatur,illaqueetur. Ac iugu letur.)Alludit ad nomen Verris. Cognitoribus.)Sic di cuntur,qui aliquem defendunt,cum de ſtatu eius agitur.

Eſſe futurum.) Verbum eſt hoc in loco infinitum,futuri temporis.alioqui futuram erat dicendum.ſi eſſet participium. Fit mentio apud Gellium. Cognoſceret hominem.)de ſtatu eius teſtaretur. Facinus eſt.)Amplificatio per incrementum. Cauſam.)conditionẽ. Si hæc non ad ciues.)Graui & uehementi contentione mouet animos iudicum,& eſt hyperbolica amplificatio. Autores)præſides. Hoc loco.)iudicij ueſtri. A me, tametſi ſatis.)Monet iudices,ut rectè iudicent: & metũ illis adhibet,quoniam accedit ad totius accuſationis perorationem. Si res aliter acciderit.)id eſt, ſi abſolutus fuerit Verres. Nam & ſi qua uis.)Significat ſe iterum accuſaturum eſſe,ſi Verres ex hoc iudicio euadat. Poteſtatem dedit.)Quia deſignatus eſt ædilis, quo in honore cũ populo pro concione agere potuit. Creſcere.) magnus fieri. Notatos.) infamia ſcilicet. Quamobrem te quoq;.) Monet Hortenſium, & ei minatur. Regiam ueſtram dominationem.) Alludit ad id quòd Hortenſius rex fori appellabatur. Sed quo die.)per Cn.Pompeiũ, cum à Sylla ſublati fuiſſent. Vnumquemq; noſtrûm.). Eos qui in hoc iudicio erant intelligit. Ea lege iudicijs.)Aurelia de iudicijs,quam M. Aurelius Cotta prætor ferebat. Promulgata.)in publicũ propoſita. Quam de uobis habet.) poſſe uos corrumpi. Reſponſurus.) compariturus in iudicio. Veſtra dignitas.) Senatoria.

Quod reprehẽdatur.)ſi quid peccetur. Propter offenſionem.) propter iudicia malè adminiſtrata. Qui tanto,&c.)in abſoluendo Verre. Quæret aliquis fortaſſe.)Occurrit obiectioni, & oſtendit ſe quia nouus ſit homo,neceſſariò quod dixerit facturum eſſe: & nobilitatem interim, à qua defendebatur Verres,in inuidiam adducit.)Tot hominum.)à quibus defendebatur Verres. Omnia beneficia.) omnes magiſtratus. M.Catonis.) Cenſorij. Pompeius.)Strabo opinor, Magni Pompeij pater,qui floruit Italico bello,ante Syllam & Marium. Nouorum hominum.)Noui homines appellabantur,quorum parentes nullum magiſtratum geſſerant. Quamobrem mihi iudices.) Hunc locum concludit. Receptum.)promiſſum. Ad quos,&c.)Intelligit Hortenſium. Diſceptante.)iudicante. Nunc te Iupiter.) Peroratio totius accuſationis, in qua deos omnes implorat,quos uiolauerat Verres, teſtes & ultores criminum, ut illi quidem tribuant dignum factis ſuis exitium: ſibi autem, fidei ſuæ & diligentiæ in accuſando iuſtam apud pop. Rom. approbationem. Locus plenus eſt grauitatis, & interim criminum repetitionem continet. Donum regale.)Regis Antiochi. de quo uide Actione 6. Pulcherrimum ſimulacrum.)Iouis. Latona.)mater Apollinis & Dianæ. Deli.)Nomen urbis in inſula eiuſdem nominis. Chio.)ex oppido Chio. P. Africani.)Maioris. Idæa) in Phrygia. In celeberr.loco.) in foro Romano. Libera.)Proſerpina. Sanctißimæ deæ.) Proſerpinæ. In iudicanda.)in puniendo Verre.

IOACHIMI CAMERARII IN VII. Verrinam Annotatio.

Qui in rebus non ita defendatur.)Alij, in reis. Sed Venetam ſcripturã probo,Qui nunc reus. Fuit iſta reſp. quondam.) Alij,reſponſio:quod falſum eſſe apparet. Eſt & Veneta commodi ſenſus ſcriptura,reprehenſio. Latomias Syracuſanas omnes audiſtis.) Sic eſt forma nominis uſitata. Sed alij, Latumias. Veneti Lautumias, antiqua forma.ut Laumedon pro Laomedon, & mutata u in o,quod in Græcis nominibus facere Latini conſueuere: ut πρίαμος, Priamus. Sic igitur Lautumiam illi ueteres, ἀπὸ τ λατομίων. Sed urbe portus ipſe cingitur et includitur.) Non poſſum hoc ullo modo reijcere. Veneti tamen, & alij,concluditur. Ne multa,iudices,libertate,quam uos ſocijs dediſtis,hæc ille,&c.)Venetum & aliorum librorum lectio uera eſt: Libertatem,quam uos.ut hoc, Vrbem quam ſtatuo ueſtra eſt. &, Populo ut placerent quas feciſſet fabulas. Vtrum ego deſipio, & plus quàm ſatis eſt.) Veneti, & alij,Et plus quàm ſatis opus eſt. quorum alterum de explicatione inculcatum uidetur. Non ut aliquid ex huius bonis uſurparet.) Veneti uerius,recuperaret. Tuus hoſpes Cleomenes hoc dicit,ſeſe in terram eſſe egreſſum.) Veneti & alij,In terra eſſe proiectũ. Hoc mutandum quidam putarunt,eſſe profectum. Sed illa noſtra lectio ſanè longè abducta uidebatur: non exponere tamen uoluimus. Quibus argumentis ſe ad ſalutem uti arbitrabantur.)id eſt, quibus rebus demonſtrare nitebantur ſe mercatores,non milites Sertorianos eſſe. Sed Veneti nõ minus rectè,Quibus adiumentis ſe,&c. Hæccine plebi Rom.te prætore eſt conſtituta conditio.) Hanc ueram lectionem eſſe,nemo (ut opinor) dubitare poterit. quamuis Venetus liber,quem eſſe emendatiß. uolunt, et nos magni facimus,uulgarẽ retineat: Hæc in plebe Rom.te præt. Non enim certè iacere hoc loco orationẽ oportet. Vt dubitationẽ aliquã crucis.)Rectè. id eſt,ut tibi afferret dubitationẽ,an crucis illum ſupplicio ſe ſtatim afficere uelles. Veneti non deterius,dilationem: id eſt, ut ſupplicium ſaltem differre uelles. Vt ille in dolore cruciatuq; moriens,per anguſto freto.)Veneti ſimiliter. Alij, fretu. ſed nos uſitatius illud huic antiquiori prætulimus. Et mox, Supplicio affectum. nota figura ſermonis. Veneti, & alij, ſupplicio affixum: de crucis ſupplicio minus ſimpliciter.

IN INVECTIVAM PRIMAM CONTRA L. CATILInam, ad Senatũ, Franciſci Syluij Ambiani Commentarius.

ARGVMENTVM.

DE Catilinæ cõiuratione amplius dicere poſt Salluſtium, Plutarchum in uita Ciceronis, Appianum in lib. ſecundo Bellorũ ciuilium, mihi uidetur ſuperuacaneum. Ideo quæ huic noſtræ rei propiora ſunt, ea ſolum attingam. L. igitur Catilinæ denunciatione, quum iam longius proceßiſſet coniuratio, coniurati in domum M. Leccæ VIII Id. Noueb. nocte conſequente conuenerũt. Ea nocte dies Catilinæ exeundi, cæteris manendi conditio, cædis atq; incendiorum per totam urbem deſcriptio cõſtituta eſt. Iam ſe exiturum Catilina dixit, ſed paululum ſibi eſſe moræ, quòd Cicero conſul uiueret. Tum C. Cornelius & L. Vargunteius e-

quites

quites Romani polliciti ſunt ſe illa ipſa nocte paulo ante lucem uenturos, tanquã ſalutatum Conſulem, & intromiſſos more Conſulis & iure amicitiæ, in lecto eum interfecturos. Huius conſilij Cicero per Fuluiã factus certior, domum ſuam præſidijs ualidiorib. firmat, duos equites ad cædem, ut conſtitutum erat, uenientes aditu prohibet. Eo ipſo die in templo Iouis Statoris Senatũ habet, ut ad eum referat de coniuratione, deq́; reip. periculo. In Senatũ Catilina uenit, aut diſsimulandi cauſa, aut ſui expurgãdi, tanquam iniuria laceſsitus foret. Tum eum nemo amicorum, nemo propinquorũ ſalutauit. ij, prope quos aſſedit, in alia ſubſellia ſeſſum iuerunt. Cicero ſiue præſentiã eius timẽs, ſiue ira commotus, luculentã hanc (id quod ait Salluſtius) atq; utilem reip. habuit orationem: cuius hoc eſt argumentum. Hortatur Cicero, impellitq́; Catilinam, ut cum ſocijs coniuratis ex urbe egrediatur in exiliũ, uel in caſtra Manlij; quòd conſilia eius de cæde Conſulis, Senatus, ciuium, urbisq́; incendio, & Italiæ uaſtatione, ſibi & Senatui cognita ſint: quòd eius conatibus omnib. priuato conſilio obſtiterit. nihil in urbe eſſe quod eum delectare poſsit, quem omnes boni ciues metuunt & oderunt. Miſerũ eum oſtendit, quòd quum ueniret eo ipſo die in Senatum, nemo eum Senator ſalutauerit, nemo ei aſsidere uoluerit. Vitandæ ſuſpicionis cauſa, antè Catilina ſe multis uiris clariſsimis in cuſtodiã dare uoluit: nullus eum aſſeruare uoluit. tanto metu omniũ & odio flagrabat. Pollicitus eſt Catilina ſocijs, abire ad Manlium in caſtra: ab eo poſtulat Cicero, ut id faciat, quòd in caſtris Manlij cum improbis et ſui ſimilib. uerſari iucundũ ei futurum ſit. Catilinã in Manlij caſtra proficiſci, quàm à ſe Conſule interfici Cicero putat utilius. Nam primum ſi proficiſcatur, nemo de coniuratione dubitabit: deinde eum ſequentur omnes cõiurati. Si in urbe necaretur, improbè factum putarent ij, qui de coniuratione dubitant, & coniuratorum grex totus in urbe remaneret. Quocirca hortatur eum cum coniuratis, ut exeat cum ſuo & ſuorum exitio, reiq́; publicæ ſalute.

QVOVSQVE tandẽ.) Quamuis id fiat ſæpius, ut in orationis proœmio ad auditores ſermo dirigatur: aliquando tamen ad aduerſarium directus acrior fit atq; uehementior. Cicero pro Q. Ligario: Habes igitur Tubero, quod eſt accuſatori maximè optandum. Salluſtius in Ciceronem: Grauiter & iniquo animo maledicta tua paterer Marce Tulli. Sicut & Cicero fecerat in Catilinã: Quouſq; tandem abutere Catilina patientia noſtra? autor eſt Quintilianus lib. 4. Idem lib. 9. præcipiens, interrogatione acriorem & uehementiorẽ fieri probationẽ: Figuratum eſt, inquit, quoties nõ ſciſcitandi gratia aſſumitur, ſed inſtandi. ut pro Ligario: Quid tuus ille Tubero diſtrictus in acie Pharſalica gladius agebat? &: Quouſq; tandem abutere Catilina patientia noſtra? &, Patére tua cõſilia nõ ſentis? Et totus deniq; hic locus, quanto (inquit) magis ardet, q̃ ſi diceretur, Diu abuteris patientia noſtra: &, Patent tua conſilia. Tandem.) Priſciano autore libro decimoquinto, hic repletiua coniunctio eſt. autore Seruio, cauſa ornatus ponitur. Vtriuſq; ſententia Vallæ non probatur. Nam oratio interrogatiua plus habet uirium, quàm quæ figurata nõ eſt. Orationis interrogatiuæ uim particula tandem facit uehementiorem. Abutere patientia noſtra.) qui tamdiu furores tuos æquo animo patiamur. Patientia.) id eſt tolerantia. Quouſq; tandẽ abutere.) Nam furor fit læſa ſæpius patientia. Et ueterem patiendo iniuriam inuitas nouam, ut ait Publius Syrus. Eludere, ut ait Donatus in Eunuch. Terentij, enarrans illud, Eludet ubi te uictum ſenſerit: propriè gladiatorũ eſt, quum uicerint. citatq́; hunc locum, additq́;: Eludere eſt, ludo finem imponere. Quem ad finem.) id eſt quouſq;, id eſt, quando audaciæ tuæ finem facies. Audacia ferè in mala re dicitur. Nihil'ne te nocturnũ.) Quintil. lib. 9. ab iiſdẽ uerbis plura acriter & inſtanter incipere docẽs, hoc Ciceronis exemplo rem probat, ubi nihil repetitur. Nihil urbis uig.) Vbi de cõiuratione auditum certius eſt, decreuit Senatus, uti Romæ per totam urbem uigiliæ haberentur, hisq́; minores magiſtratus præeſſent, ut ait Salluſtius. Nihil timor.) Nam immutata urbis facies erat. Triſtitia inuaſit omnes, neq; loco, neq; cuiquã ſatis fidebant. Nihil concurſus bonorũ.) Qui tum eſſe ſolet, quum peſtis reip. opprimenda eſt. Conſenſus, nõ concurſus legit Quintil. Nihil hic munitiſs.) Senatus legitimus, qui ſingulorũ menſium calendis & idibus haberi ſolebat, in curia habebatur. Indictus aũt, qui ſcilicet noua cauſa aduemente indicebatur, in loco augurato haberi ſolebat. Inde pro Senatu ſæpe templum dicitur. Senatum aũt in templo Iouis Statoris tum habuit Cicero, quum hanc in Catilinam orationem habuit. Id templũ ad initium ſacræ uiæ, quæ ad Palatium ſpectat, ædificatũ fuiſſe, Plutarchus in uita Ciceronis tradit. De hoc templo apud T. Liuiũ lib. 1. multa licet legere. Horum Senatorũ.) quos ſcilicet uereri debueras. Conſc. teneri.) id eſt, ab his omnibus Senatorib. cognoſci. Conſtrictã rem cõſcientia tenere, eſt rem ita certò ſcire, ut ea ex animo noſtro extorqueri nõ poſsit. Quid prox. nocte.) in domo M. Porcij Leccæ. à quo conſilio infrà dicet. Quid ſuperiore nocte.) id eſt, proximã præcedente. Sua enim cõſilia nocte cũ cõiuratis Catilina capiebat, quo illa nocturnis tenebris forent occultiora. Quid eg.) Illud ex arte eſt, ut quũ aduerſariorũ nobis conſiliũ patefactum eſſe totum ſignificare uolumus, ex eo pauca dicamus. Tum enim reliqua nobis cognita ſuſpicabuntur. Quid conſilij cep.) id eſt, quid deliberaueris. O tempora.) In magna rei quam tractat indignatione, Cicero id dicere ſolet. ut in actione in C. Verrẽ 6. & in oratione pro Domo ſua ad pontifices. Priſc. lib. 16. ſcribit hoc loco O eſſe particulam indignandi. Quintil. li. 9. ſcribit, indignationis ſimulatione affectus auditorũ moueri. ut, O tempora, ô mores. Viuit, uiuit.) Repetitio eſt, in qua prioris ſententiæ uerbũ ultimũ ac ſequentis primum eſt idem. qua figura utuntur poetæ ſæpius: Pierides uos hæc facietis maxima Gallo, Gallo cuius amor tantũ mihi creſcit in horas. Sed ne oratores quidẽ raró: Hic tamen uiuit, uiuit? immo etiam in Senatũ uenit. Publici conſil.) quod Senatus capit. Nos autem.) Ignauiã ſuam aliorumq́; ciuium accuſat, qui ſibi reip. ſatisfacere uidentur, ſi Catilinæ tela declinent, quem interficere debeant. Quamuis enim uiri fortis ſit, nonnunquã periculis ſe ſubtrahere, ſeq́; reip. reſeruare: in hoc tamen Catilinæ furore non licebat. Vir ampliſs.) Argumentũ à minore ad maius per comparationẽ. Vbi, ut ait Quintilianus lib. 8. non ſolum totum toti, ſed etiam partes partibus cõparantur. Nam Catilina Graccho, ſtatus reip. orbi terrarum, mediocris labefactatio cædi & incendijs & uaſtationi, & priuatus Conſulib. com

paratur. P. Scipio Naſica.) *De Tiberij Gracchi cæde quum alij multi, tum Plutarchus in uita Gracchorum ſcripſit.* Vir ampliſſ.) *Hunc Scipionem T. Liuius libr. 49. ait uirum optimum à Senatu iudicatũ eſſe.* Priuatus.) *id eſt, nullum gerens magiſtratum. autore Cicerone libro de Officijs primo, priuatum oportet æquo & pari cum ciuibus iure uiuere: neq; ſubmiſſum & abiectum, neq; efferentem ſe nimis: tamen in repub. ea uelle, quæ tranquilla & honeſta ſint. Hic tamen attende, priuatũ dici eum qui ſit Pontifex maximus: ut T. Liuius libro 21. C. Flaminium Conſulem deſignatum appellat priuatum.* Nam illa nimis antiqua prætereo.) *Id ſolet facere Cicero, quum multa exempla citat, ut antè externa quàm domeſtica, antè antiqua quàm recentia memoret. hæc enim magis quàm illa mouent. Halæ exemplum, quod antiquius eſt, præterire ſe dicit: alioqui ante Scipionẽ Hala citatus fuiſſet. Hæc Sp. Melij cædes facta eſt circa annum ab Vrbe condita CCCXVI. de qua T. Liuius multa in lib. 4.* Q. Seruilius.) *Hunc Caium Seruilium Liuius appellat.* Nouis rebus ſtudentẽ.) *id eſt, regnum affectantẽ.* Fuit, fuit.) *Hæc geminatio amplificãdi gratia fit. ut, Occidi, occidi nõ Sp. Melium.* Iſta quondam.) *Quondam hic præteriti temporis eſſe, Priſcianus lib. 15. docet, ut pro futuro Vergil. dixit in Buc. Quondã tua dicere facta, Tempus erit. & pro præſenti: idem in 2. Aeneid. Quondam etiam uictis redit in præcordia uirtus.* Habemus enim ſic.) *Enim hic eſt particula continuatiua, non cauſalis. In qua ſignificatione nonnunquam, ſed ſæpius nam à Cicerone dicitur.* Senatuſconſultum in te.) *In atroci negocio reip. Senatus decernere ſolebat, ut uiderent Conſules, ne quid reſpub. detrimenti caperet. Tum licebat Conſulibus exercitum parare, bellum gerere, ſocios ac ciues ad bellum cogere, domi militiæq; imperium ſummũ atq; iudicium habebant. Aliter iniuſſu pop. Rom. harum rerum nulla conſuli poteſtas erat. Autor eſt Salluſtius in bello Catilinario.* Hoc ſenatuſconſultum.) *Quando S. C. datum ſit, non conuenit. Dicit enim Salluſtius, id datum poſtquam C. Cornelius & L. Vargunteius Ciceronem Cos. opprimere domi conati ſunt. Antea factũ Plutarchus in uita Ciceronis dicit. Quam ſententiã ſecutus mihi Cicero uidetur, quòd eoipſo die, quo coniuratorum manus effugit Cicero, habita ſit hæc oratio.* Vehemens.) *id eſt, urgens.*

Et graue.) *id eſt, ſeuerum & triſte.* Non deeſt reip. conſilium.) *quo conſilio hæc autoritas Senatuſconſulti faciendi Senatui permiſſa eſt.* Nos nos Coſſ.) *Priſcianus lib. 17. ſcribit, pronomen aliquando amplioris ſignificationis cauſa poni, ubi tantum ad alios omnes uidetur fieri diſcretio. ut Cicero in 1. lib. Inuectiuarum: Nos, nos, dico apertè, Conſules deſumus. Intelligimus enim, quòd nemo alius niſi nos deſit.* Vt L. Opimius Cos.) *Id apud Plutarchum in Gracchorum uita amplius ſcriptum eſt.*

Nox nulla interceſſit.) *id eſt, eo ipſo die, quo id S. C. mandatum eſt, C. Gracchus interẽptus fuit.* Propter quaſdam.) *Hoc dicit, ut C. Gracchi facinus, propter quod occiſus eſt, oſtendat leuius eſſe Catilinæ facinore.* Clariſſimo patre.) *T. Sempronio Graccho, qui duobus Conſulatibus, duob. triumphis & Cenſura ornatus fuit.*

Auis.) *quorum auus maternus fuit Scipio Africanus maior.* M. Fuluius Flaccus.) *C. Gracchi in ferendis legibus ſeditioſis ſocius, quia cum Graccho contra ſalutem reipublicæ fecerat, Senatus ſententia interfectus eſt eodem die quo Gracchus, eius domus euerſa & publicata eſt. In qua porticum pòſt aliquanto Q. Catulus de manubijs Cimbricis fecit, ut ait Cicero in oratione ad Pontifices de domo ſua.* Cum liberis.) *id eſt, cum filio, cui facta optio eſt, ut genus mortis eligeret: ut ait Appianus in libro 1. Liberos autem etiam pro unico filio dici, A. Gellius ſcribit.* C. Mario & L. Valerio Flacco Coſſ.) *De quo pluribus agit Cicero in oratione Pro C. Rabirio perduellionis reo. C. Seruilium Glauciam, & L. Saturninum ſeditioſis legibus remp. lacerantes, & comitia cædibus diſcutientes, C. Marius ſextum Cos. in curia Hoſtilia morte multauit, ut Velleius lib. 2. autor eſt.* Nam unum diem mors remorata eſt.) *id eſt, Nunquid interempti ſunt eo ipſo die quo factum eſt S. C.* Reip. pœna.) *quia ſcilicet reſpub. ſeditioſos ciues multare ſolet.* Viceſimum iam diem.) *Negligentiam ſuam uel nimiam patientiam arguit. Quo, inquit, die hæc S. C. data ſunt, pernicioſi ciues interfecti ſunt. Viceſimus iam dies eſt, quum hoc S. C. habemus, necdum eo in Catilinam uſi ſumus.* Hebeſcere aciem.) *Vnde ſit metaphora, ſatis patet, quòd hoc S. C. datum ſit tanquam gladius, quo necetur Catilina. Quòd autem tamdiu quieſcat, uelut rubigine acies eius hebeſcit & obtunditur. Ferrum enim, ut apud A. Gellium Cato ait, ſi non exerceas, rubigo inficit.* Horum Senatorũ.) *Conuenit accentu acuto in media, alioqui interfici dicendum eſſet.* Viuis & uiuis.) *Hanc uocis geminationem, ubi aliquid interponitur, uehementiorem eſſe Quintilianus lib. 9. præcepit. ut: Bona, miſerum me, conſumptis enim lachrymis tamen infixus animo hæret dolor: bona, inquã, C. Pompeij acerbiſſimæ uoci ſubiecta præconis. Viuis et uiuis non ad deponendam, ſed ad confirmandã audaciam.*

Non diſſolutum.) *id eſt, non inertem, nõ diffluentem, non negligentem, tanquam reip. cura ſolutus ſim. Cicero Actione in Verrem 7. Intelligo maluiſſe Domitium crudelem in animaduertendo, quàm in prætermittendo diſſolutum uideri.* Inertiæ.) *id eſt, ſtultitiæ, quòd ſolertiam quæ inertiæ contraria eſt, prudentiam Cicero appellet. Inertiæ igitur: id eſt, ſtultitiæ, quòd clemens & humanus eſſe uelim in eum, qui parricida patriæ eſſe cogitet, quæ mea quoq; nequitia eſt.* Caſtra ſunt.) *Cneus Manlius, qui ſub L. Sylla ſtrenuè militauerat, in Etruria Fæſulis cùm alios multos, tum L. Syllæ ueteranos milites imperio Catilinæ habebat, qui princeps fuit belli faciendi.*

In Etruriæ faucibus.) *id eſt Fæſulis, prope quas Florentia non multo pòſt deducta colonia eſt.* In Etruriæ faucibus.) *id eſt, in ingreſſu Etruriæ.* In dies ſingulos *dicit, quum indies obtineat dicendi conſuetudo.* Imperatorem eorum.) *id eſt Catilinam.* Ne hoc potius.) *Apud Quintilianum libro nono lego, Ne non potius: Vtimur, inquit, uulgo comparatiuis pro abſolutis, ut cum ſe quis infirmiorem eſſe dixerit, duo inter ſe comparatiua committimus. Si te Catilina comprehendi, ſi interfici iuſſero, credo erit uerendũ mihi, ne non potius omnes boni ſerius à me, quàm quiſquam crudelius factum eſſe dicant? Hoc enim uerbum credo à Cicerone ſæpe dicitur in oratione interrogatiua, cum ironia, tanquam per parentheſin. ut in oratione contra Rullum in Senatu: Vos hæc, niſi euertere remp. cuperetis, ac nobis nouam dominationem comparare, credo quàm pernicioſa eſſent, non uideretis? Idem: Hoc motu atq; hac perturbatione animorum atq; rerum, cum po. Ro. uox & autoritas Conſulis, oſten-*

dent,

derit, ſummam tranquillitatem pacis & ocij, uerendum (credo) nobis erit, ne ueſtra iſta præclara lex agraria magis popularis eſſe uideatur? Quum uerò ſcelera conſiliorum ueſtrorum, fraudemq́; legis & inſidias, quæ ipſi populo Romano à popularib. Trib. plebis fiant, oſtendero, pertimeſcam (credo) ne mihi non liceat contra uos in concione conſiſtere? Omnes boni.) Ciues boni dicuntur, qui reip. ſtudioſi ſunt, etiã ſi improbi ſint homines. Nam bonus ciuis & bonus homo, eodem modo non dicuntur. Ariſtoteles lib. Politicorum 3. ubi docet boni ciuis & boni hominis eandem uirtutem non eſſe, boni ciuis uirtutem eſſe dicit, conſeruationem communis ſocietatis: ſocietatem uerò eſſe remp. quocirca ciuis boni uirtutem ad remp. ſpectare. Sententia igitur eſt: Si te interfici iuſſero, nemo ex bonis ciuibus id à me factum crudelius dicet, ſed omnes potius dicent prius factum oportuiſſe. Iampridem factum eſſe oportuit.) id eſt, te Catilinam interfectum. Firmis præſidijs.) quæ ſcilicet in urbe collocaui, ut nocturnum præſidium Palatij & uigilias. Oppreſſus.) id eſt, circundatus, & circumuallatus, & circumcluſus. Cõmouere.) id eſt, mouere. ut paulo infrà: Num inficiari potes, te illo ipſo die meis præſidijs, mea diligentia circumcluſum, commouere te contra remp. non potuiſſe? Non ſentientem.) id eſt, quum non animaduertes. Adhuc.) id eſt, hucuſq;: quæ eius propria ſignificatio eſt, in qua Cicero uſurpare ſolet. Speculabuntur atq; cuſtodient.) id eſt, obſeruabunt. id eſt, attentè uidebunt & audient, quæ facies aut conſultabis. Illuſtrantur.) id eſt, declarantur & patefiunt. Teneris undiq;.) id eſt, arcana tua conſilia, quæ nocte in priuatis parietibus cepiſti, tenemus & ſcimus: id eſt, ut uulgo dicunt, tu decelaris. Mecum licet recognoſcas.) id eſt, ſi oblitus es, ea tibi in mentem reuocabo. Quo uerbo Cicero tum utitur, quum aduerſarij uitia ſibi cognita dicit. Ante diem V. Calend. Nou.) Hoc die Cicerone Cos. futura erant comitia conſularia. Sed pridie Cicero ad ſenatum retulit, quoniam multa narrabãtur quæ Catilina facturus erat, ut per uim fieret Conſul, factum eſt S.C. referente Cicerone, ne eo die comitia haberentur. Quo die frequenti ſenatu Catilinam Cicero excitauit, eumq́; de his rebus iuſſit, ſi quid uellet, quæ ad ſe allatæ eſſent, dicere. Tum hæc Cicero Catilinæ prædixit. Ante diem XII. Cal.) Autore Priſciano lib. 18. dicimus tertium & tertio Cal. uel Non. uel Idus, uel Calendarum, No. Iduum, pro in 3. die ante Cal. uel Non. uel Idus. Cicero in 1. Inuectiuarũ: Meminiſti ne me ante diem 12. Cal. Nouembrium dicere in Senatu, fore in armis certo die, qui dies futurus eſſet ante diem 6. Cal. Nouemb. Ante diem 6. Cal. pro ante Cal. dictum eſſe, idem Priſcianus eodem libro ſcribit. Adminiſtrum.) id eſt, magnum & præcipuum miniſtrum: qua uoce uſus ſæpe Cicero eſt. Ad enim habet uim intendendi: ut adamare, amirari, aduigilare. Contuliſſe.) id eſt, propoſuiſſe & deſtinaſſe. In ante diem.) id eſt, in die qui eſſet ante diem. Tuorum conſiliorum reprimendorum cauſa.) id eſt, ne optimates, ut conſulueras, occideres. Illo ipſo die.) id eſt, ante diem 5. Calẽ. Nouemb. Cum te Præneſte.) Hoc Præneſte & hæc Præneſtis, autore Seruio lib Cõment. 7. dicitur. Superiorem noctẽ.) qua conueniſti in domum M. Porcij Leccæ Senatoris cum cõiuratis: quæ nox omnium temporum coniurationis acerrima fuit, atq; acerbiſſima, ut ait Cicero pro P. Sylla. Priori nocte.) id eſt, ſuperiore. Inter falcarios.) Falcarij à falce dicti ſunt, qui falce metunt. Hos aũt coniuratos appellat falcarios, propterea quòd ciuitatem omnem, adeoq́; ipſa urbis ædificia tanquam falce metere, id eſt, ferro igniq́; omnia uaſtare: ut fœniſeca demetit omnia, ita hi nihil erant relicturi. Inter falcarios.) id eſt, cum falcarijs: uel ut exponit hunc locum Priſc. lib. 18. in eum locum ubi erant falcarij. Hoc dicendi genere Cicero utitur etiam in oratione pro P. Sylla: Quid tandem, inquit, de illa nocte dicit, cum inter falcarios ad M. Leccã nocte ea quæ conſecuta eſt poſterũ diem No. Nouemb. me Cos. Catilinæ denunciatione conuenit? Conſilio.) id eſt, Senatu. Video eſſe hic.) Salluſt. nominat XI Senatores, qui fuerunt ex cõiuratione, Lentulum, Antronium, Longinũ, Cethegum, P. & Ser. Syllas, Varguntcium, Annium, Leccam, Beſtiam, & Curium. Diſtribuiſti partes Italiæ.) Nam Cn. Manlium Fæſulas, Septimium in agrum Picenum, C. Iulium in Apuliã dimiſit, autore Sall. qui tamen ſcribit, has Italiæ partes antè diſtributas, quàm in domum Leccæ cõuenerint. Cic. tamẽ pro P. Sylla, dicit ea nocte Catilinæ exeundi, cæteris manẽdi conditionem, per urbem totam cædis atq; incendiorũ deſcriptionẽ conſtitutã eſſe. Quos Romæ relinqueres.) Hac nocte conſtituit Catilina, ut cum egrederetur ad exercitum, Lentulus in urbe relinqueretur: Caßius incendijs, Cethegus cædi præponeretur, ut ait Cic. pro P. Sylla. Deſcripſit urbis partes ad incẽdia.) Duodecim opportuna urbis loca ad incendia deſcripta eſſe, quibus Statilius & Gabinius præfecti eſſent, Salluſt. ſcribit.. Confirmaſti.) id eſt, affirmaſti. Paululum tibi moræ.) id eſt, nihil te remorari, niſi quòd uiuerẽ. Reperti ſunt duo equites Rom.) Hos Salluſt. C. Cornelium & L. Varguntcium, Plutar. & Appianus cum Cornelio M. Cethegum nominant. Dimiſſo.) id eſt, diſſoluto. ut dimitti Senatum, dimitte exercitũ, dimitti diſcipulos dicimus.

Comperi per Fuluiam.) quæ omnia Ciceroni patefaciebat. Excluſi.) id eſt, aditu probibui: id eſt, in domum meam non recepi. Quos tu mane ad me.) Hi enim duo equites Romani ceperant conſilium, ut prima luce Ciceronem Conſulem tanquam ſalutatum uenirent, ut intromiſſi Ciceronis more & iure amicitiæ, eum in lecto ſuo trucidarent: ut ait Cicero pro P. Sylla. Hi ianua prohiberi ſe indignè ferentes, in ipſis foribus ita acclamauerunt, ut in apertam ſuſpicionem uenerint. Id temporis.) Id temporis & id ætatis, pro eo tempore, & ea ætate ſæpe dicit Cicero. libro Epiſtolarum ad Atticum decimotertio: Venit ad me, & quidem id temporis, ut retinendus eſſet. Idem de Finibus quinto: Is locus ab omni turba id temporis uacuus eſſet. Idem libro Epiſtolarum familiarium ſexto: Ita uiximus, & id ætatis iam ſumus, ut omnia quæ non noſtra culpa nobis acciderint, fortiter ferre debeamus. Perge quò cœpiſti.) Quintilianus libro nono, ubi de dictionum repetitione præcipit: Congregantur, inquit, uerba idem ſignificantia. Quæ quum ita ſint Catilina, perge quò cœpiſti, egredere aliquando ex urbe, patent portæ, proficiſcere. Et in eodem, alio libro: Abijt, exceßit, erupit, euaſit, nimium iamdiu. Iulius Rufinianus Epitropem eſſe dicit, quũ figuratè concedimus, ut quod uelit quis faciat. Virgilius: I, ſequere Italiam uentis, pete regna per undas. Et Cicero: Proficiſcere: Nimium iamdiu te imperatorem illa tua Manliana caſtra deſiderant. Murus interſit.) parietes pri-

uati ſunt, muri uerò & mœnia publica ſunt: ut ianua priuatorum ædificiorum eſt, porta publicorum, murus urbis. Huic ipſi Ioui Statori.) cuius in templo ſenatus hic habebatur. Antiquiſſimo cuſtodi huius urbis.) Quum Sabini cum Romulo bellum gerentes, Capitolium Tarpeiæ proditione occupaſſent, Romulus inclinata ſua acie, fuſáque ad ueterem portam Palatij, ab Ioue precatus eſt, ut fœdam ſuorum fugam ſiſteret: ibíque Ioui Statori templum uouit, quod monumentum eſſet poſteris, Iouis præſenti ope urbem ſeruatam eſſe. ut ait Titus Liuius libro primo. Nec ob id credas primum Romæ hoc templum fuiſſe. Iouis enim Feretrij ante hoc primum Romæ templum ſacratum fuiſſe, idem ſcribit. Stator Iupiter à ſiſtēdo dicitur, quod autore Gellio habet præteritum ſtiti, & habet ſupinum ſtatum. Inde ſtatus condictúſque cum hoſte dies, in lege tabularum duodecim, & in primo de Officijs dicitur. Tanquam infeſtam Reipublicæ peſtem.) Infeſtum, ut ait Aulus Gellius libro nono, id dicitur, quod malum infert cuipiam. Cicero peſtem & perniciem appellare ſolet, id quod damnum afferat maximum. Periclitanda.) id eſt, in periculis uerſanda, & ad exitium petenda. In uno homine.) id eſt, in me Cicerone, cuius ſalus cum Reipublicæ ſalute coniuncta eſt. Proximis comitijs.) quibus, Cicerone conſule, D. Syllanus, & L. Murena conſules deſignati ſunt. Anno enim ſuperiore Catilina conſulatus repulſam paſſus, in hunc annum petiuit conſulatum. Quo die haberentur comitia, Cicero quòd homines iam tum coniuratos cum gladijs in campum deduci à Catilina ſciret, deſcendit in campum cum firmiſſimo præſidio fortiſſimorum uirorum, & cum illa lata & inſigni lorica: ut idem ait in oratione pro L. Murena. In campo.) Martio. Nullo tumultu.) id eſt, nullo bello, aut belli apparatu, aut nulla publica ciuium perturbatione concitata. Me petiſti.) Petere honorem, famam, fortunas alicuius, iugulum, caput; hominem, Rempublicam, ferè in re mala dicimus. Perniciem meam.) id eſt, meam perniciem redundaturam in Reipublicæ calamitatem. Id quod primum.) id eſt præcipuum, ut uocem populum Romanum ad arma ex S. C. téque interficiam. Diſciplinæ que maiorum.) Hæc enim autoritas S. C. in atrociore periculo Reipublicæ à maioribus inſtituta eſt. Ad ſeueritatem lenius.) id eſt, minus ſeuerum. Sentina Reipublicæ.) Quemadmodum uſuuenire ſolet, ut quicquid humoris corrupti in corpore ſit, id totum hulcus ad ſe contrahat: quicquid aquæ in naui eſt, id ad ſentinam confluat: ita in ciuitate quotquot improbi ſunt, ad aliquem unum improbitate inſignem concurrunt. Id in hac Catilinæ coniuratione factum eſt. Nam, ut ait Salluſtius, qui ubique probro atque petulantia maximè præſtabant, qui per dedecora patrimonium amiſerant, omnes denique quos flagitium aut facinus domo expulerant, ij Romam ſicuti in ſentinam confluxerunt. Quintilianus lib. octauo de Metaphor. ſcribens, dicit Ciceronem rectè ſentinam Reipublicæ dixiſſe, quam fœditatem hominum ſignificaret.

Non iubeo.) Nam id inuidioſum eſſet Romæ, & penè regium, ſi Conſul iuberet ciuem in exilium ire. Extra iſtam coniurationem.) id eſt, exceptis tuis coniuratis. Extra enim pro præter dicitur. Cicero libro Epiſtolarum familiarium octauo ad Curionem: Derideri te putas. nunc demum intelligo te ſapere. Sed, mehercule, extra iocum ualde mihi tuæ literæ facetæ elegantésque uiſæ ſunt. Idem in oratione pro Domo ſua: Ciuis eſt nemo in tanto populo extra contaminatam illam & cruentam P. Clodij manum, qui rem ullam de bonis meis attigerit: qui te non metuat ut parricidam patriæ, qui te non oderit ut improbum hominem, & flagitioſum. Vel quia quem metuunt, oderunt: quem quiſque odit, periſſe expetit. ut ex aliquo poeta Cicero ait de Officijs libro ſecundo. Domeſticæ turpitudinis.) Nam tu fratrem occidiſti, quem mortuum ut uiuum à Sylla proſcribi impetraſti, ut legum pœnas euitares. Tu filium necaſti, ut Aureliam Oreſtillam uxorem haberes. Tu cum filia concubuiſti. Hæc ſunt partim apud Salluſtium, partim apud Plutarchum in uita Ciceronis. Nota non inuſta.) Inurere notam, pro eo quod eſt ignominiam & dedecus afferre, ſæpe Latini ſcriptores dicunt. Cicero pro Aulo Cluentio: Qui precio adductus eripuerit patriam, fortunas, liberos ciui innocenti, is Cenſoriæ ſeueritatis nota non inuretur? Idem pro P. Sylla: Neque enim nunc propulſandæ calamitatis ſuæ cauſa ſupplex ad uos iudices confugit, ſed ne qua generi ac nomini ſuo nota neceſſariæ turpitudinis inuratur. Inurere maculam, odium, dolorem, uulnus, aliáque eiuſdem generis multa dicimus. Non hæret.) id eſt inſidet, & infixum eſt, & manet. Cicero pro P. Sextio: Si iſti Cypriæ rogationi ſceleratiſſimæ non paruiſſet, hæreret illa nihilominus in Republica turpitudo. Idem pro M. Cælio: Quare iſta conditio iudices reſpuatur, nec Catilinæ familiaritatis crimen hæreat. id eſt, Cælio infixum ſit, & noceat. Terentius in Hecyra: Sola hic fuiſti: In te omnis hæret culpa Soſtrata. Non ad audaciam ferrum.) Catilina, authore Salluſtio, maximè iuuenum, uel adoleſcentium familiaritates appetebat: eorum animi molles, & ætate fluxi, dolis haud difficulter capiebantur. Nam ut cuiuſque ſtudium ex ætate flagrabat, alijs ſcorta præbere, alijs canes atque equos mercari. poſtremò neque modeſtiæ ſuæ parcere, dum illos obnoxios fidóſque ſibi faceret. Ad audaciam ferrum.) id eſt arma, tela, ſicas. Ad libidinem facem.) id eſt ſcorta. Superioris uxoris.) id eſt, prioris. Domum uacuam feciſſes.) id eſt, filium ex ea ſuperiore uxore necaſſes. Catilina captus amore Aureliæ Oreſtillæ, cuius præter formam nihil unquam bonus laudauit, quòd ea nubere illi dubitabat, timens priuignum adultum ætate, pro certo creditur, necato filio uacuam domum ſceleſtis nuptijs feciſſe. autor Salluſtius. Alio incredibili ſcelere.) id eſt, coitu cum filia. Quam ex ſtupro filiam Catilina ſuſtulit, eam poſtea habuit uxorem, ut ait Aſconius Pedianus in Commentarijs in orationes Ciceronis in Catilinam & Antonium. Cumulaſti.) id eſt, præter hoc ſcelus grauius aliud commiſiſti. Sileri.) id eſt, à me non dici. Proximis Idibus.) id eſt, Idibus Nouembris. Senatus enim legitimus ſingulorum menſium Calendis & Idibus habebatur, ut iam diximus. Spiritus cœli.) id eſt, ſpiratio aeris: id eſt, hæc uita, quæ ſine ſpiritu eſſe non poteſt. Pridie Calend. Ianuar.) Mos fuit Romanorum, ut noui Conſules in concione, quam primam haberent, populo Romano gratias agerent, quòd ſuffragio ipſius facti eſſent Conſules, maiorúmque laudes expo-

des expo-

des exponerent. ut ait Cicero in oratione Contra legem agrariam Rulli, quam Calend. Ianuar. habuiſſe ſe dicit in oratione in L. Piſonem. Pridie Calen. Ianuar.) L. Torquatus, & L. Cotta deſignati Conſules actionem primam habituri erant. L. Catilina, P. Antronius, & Cn. Piſo circa Nonas Decembris communicauerunt conſilium, ut eos Conſules interficerent. Ea re cognita, rurſus in Nonas Februar. conſilium cædis tranſtulerunt. Iam tum non Conſulibus modò, ſed plerisque Senatoribus perniciem machinabantur. Quod ni Catilina maturaſſet pro curia ſignum ſocijs dare, ex eo die poſt conditam urbem Romam, peßimum facinus patratum foret: quia nondum frequentes armati, conuenerant, ea res conſilium diremit. author eſt Salluſtius. Pridie Calend.) Priſcianus libro decimoquarto: Pridie, inquit, more præpoſitionis accuſatiuo adiungitur. Cicero in primo Inuectiuarum: Pridie Calend. Ian. Calend. tamen Ianuarias cædi Conſulum deſtinatas fuiſſe, Salluſtius ſcribit. Lepido & Tullio Coſſ.) De horum Coſſ. nomine inter ſcriptores non conuenit. Aſconius Pedianus L. Volcatium & Tullium: Salluſtius L. Tullium, & M. Lepidum: Cicero pro Sylla, Lepidum & Volcatium. Idem hic Lepidum & Tullium appellat. In comitio.) ubi habenda concio erat. Cum telo.) quod neque in comitium, neque in forum, neque in curiam ferri licebat. Principum.) id eſt, Senatorum, & ciuium primariorum. Vt enim dux belli eſt, ita princeps eſt ciuitatis. Aliquam mentem.) Alij legunt, metum aliquem. Fortunam Reipublicæ obſtitiſſe.) Reipublicæ fortunæ id tribuit, quòd Catilina ſignum dare maturauerit. Ac iam illa.) ſcilicet quæ ſequuntur. Non multo pòſt commiſſa.) id eſt, anno ſecundo. Nam Conſules Torquatum & Cottam Catilina necare conatus eſt. Poſt hos Conſules facti ſunt L. Cæſar, & C. Figulus. His Conſulibus Cicero & C. Antonius Conſules deſignati ſunt. Petitiones conijcere gladiatores dicuntur, quum aduerſario uulnus infligere conantur. Ictum gladij iacere uulgò dicunt. Petere hominem quid ſit, antè diximus. inde petitio appellata eſt. Hæc igitur metaphora à gladiatoribus tota facta eſt. Gladiatorem poſtea Catilinam appellat. Petitiones coniectas aduerſarij qui ſunt nudi, id eſt, ſine armis & clypeis, aut parua declinatione euitant, aut corpore effugiunt. Seruius enarrans illud Vergilij ex libro Aeneidos nono: At Niſus ruit in medios, ſolum'que per omnes Volſcentem petit. Petit, inquit, id eſt, appetit. Petitiones enim propriè dicimus impetus gladiatorum. Vnde Cicero, Quot ego tuas petitiones ita coniectas: declinationem intelligit, quum ad eludendum ictum aduerſarij corpus in hanc uel in illam partem inclinamus. Inde factum eſt, ut declinare pro eo quod eſt uitare, dicamus. Cicero in primo de Officijs: Declinetque ea quæ ei nocitura uideantur. Corpora effugere prouerbiali ſententia eſt, periculum tam imminens, ac penè premens arte quadam declinare. Tranſlatum à gladiatoribus, ictum modico flexu corporis fallentibus. author eſt Eraſmus. Mihi latêre.) id eſt, mihi incognitum eſſe. Vergilius tamen in libro Aeneidos primo dixit, Nec latuere doli fratrem Iunonis, & iræ. quod uſitatius eſt. In tempore.) id eſt opportunè, quo ſcilicet tempore ſcire mihi utile ſit. Terentius in Hecyra: Opportunè te mihi Phidippe. & in ipſo tempore oſtendis. Idem in Heautontimorumeno: In tempore ad eam ueni, quod rerum omnium eſt primum. Quoties tibi extorta eſt ſica de manibus.) id eſt: Quoties tuis conatibus reſtiti. Et tanquam tua tibi è manibus extorta fuiſſet ſica, nihil confeciſti. ut in primo libro de Officijs Cicero de oppreſſa coniuratione: Conſilio, inquit, diligentia'que noſtra celeriter de manibus audaciſſimorum ciuium delapſa ipſa arma ceciderunt. Caſu aliquo.) id eſt: Quoties conatus tuus caſu aliquo, & fortuna Reipublicæ eluſus eſt, ut pridie Calend. Ianuar. & Non. Februar. Sica à ſecando, quaſi ſeca, genus erat gladij parui, ad cædem faciendam, quod facilè occultari poſſet. Inde ſicarius, qui ſica hominem occidit. Sed per abuſionem, autore Quintiliano libro decimo, ſicarios etiam omnes uocamus, qui cædem telo quocunque commiſerint. homicidas dicunt. Initiata ſacris.) id eſt, ſacrata. Cultris enim utebantur in mactandis uictimis. ut Aenea Hecatæ ſacrificante apud Vergilium libro Aeneidos ſexto: Supponunt alij cultros, tepidum'que cruorem Suſcipiunt pateris. Authore Seruio in Commentarijs in librum Aeneidos ſecundum: frons uictimæ, & foci, & cultri, mola ſalſa aſpergebantur. Huiuſmodi cultro uictimario in profana re uti non licebat. Deuota.) id eſt, addicta ſacris & deſtinata: ut in libro Aeneidos duodecimo: Ille quidem ad ſuperos, quorum ſe deuouet aris, Succedet fama, uiuusq; pro ora feretur. Conſulis in corpore.) Eam enim primum uoluit defigere in corporibus Torquati et Cottæ Conſulum. poſtea ſæpe in corpore Ciceronis Conſulis.

Paulo antè.) ſed hoc ipſo die. Neceſſarijs.) id eſt, propinquis. Quis te ſalutauit?) In Senatum uenit Catilina, ut coniurationis ſuſpicione ſe purgaret. Sed adeò creuerat eius odium, ut id fruſtrà tentaret; quippe quum prope eum nemo Senator aſſidere uoluerit, ſed ab eo ſe quiſque auerterit longius, ut antè diximus.

Si hoc poſt hominum memoriam contigit nemini, uocis expectas contumeliam.) Morem fuiſſe ſignificat, ut qui in Senatum intret, eum ſaltem amici & propinqui ſalutarent. Grauißimo iudicio taciturnitatis.) Quid te amici & propinqui non ſalutauerunt, id eorum ſilentium, tacitum de te iudicium erat. Conſtituti tibi.) id eſt, à te. Partem iſtam ſubſelliorum.) id eſt, ne tibi aßiderent, ſurrexerunt, alióque ſeſſum iuerunt. Serui mehercule mei.) Authore Quintiliano libro octauo, amplificatio per comparationem incrementum ex minoribus petit. Augendo enim quod infrà eſt, ex quo ſumitur comparatio, neceſſe eſt extollat id quod ſuprà poſitum eſt. Cicero in Catilinam: Serui mehercule mei, & cætera. Vrbem non arbitraris?) relinquendam. Agnoſcas conſcientia ſcelerum tuorum.) id eſt, quòd tu tibi ipſe conſcius ſis.

Odium iuſtum.) ut apponat ei quod dixit, iniuria ſuſpectum. Omnium noſtrûm parens.) pro eo quod eſt, noſtra omnium parens dicit. ut paulo antè: Ad omnium noſtrûm uitam ſalutémque pertinent. Item: Qui de meo noſtrûmq; omnium interitu cogitent. Odit ac metuit.) Alium antè ſeruauit ordinem: Nemo qui te non metuat, nemo qui te non oderit. Si te parentes timerent atque odiſſent tui. Parricidio ſuo.) id eſt, interitu ſuo, quæ communis eſt omnium noſtrûm parens.

Sic agit.) id eſt, ſic loquitur. Tacita) uſitatius quàm tacens. ut paulo pòſt: Quorum uoluntatem tacitorum perſpicis. Ad rei amplificationem proſopopœia, id eſt, perſonæ fictione nonnunquam utimur, quum ſcilicet abſenti, aut mortuo, aut mutæ rei, aut inanimæ ſermonē damus. In qua ſeruari decorum illud poeticum oportet, hoc eſt, ut ficta perſona dicat, quod ſi uiua adeſſet, diceret. Vtimur enim fictione perſonarum, ut ait Quintilianus libro undecimo, & uelut alieno ore loquimur: dandiq́; ſunt ijs quibus uocem accommodamus ſui mores. de hac non pauca idem cùm alijs in locis, tum in libro tertio ſcribit.

Tot annos.) ut in 1. Aeneid. Vna cum gente tot annos Bella gero. Hoc tamen in loco Quintilianus libro nono legit, Aliquot annis. Nullum flagitium ſine te.) L. Syllam in crudeli proſcriptione ſecutus eſt. Prioris & poſterioris coniurationum autor fuit. Tibi uni, &c.) id eſt, nemo ciuem Romanum præter te occidit, qui multos occidiſti. Direptio uexatioq́;.) L. Catilina Prætor obtinuit Africam. inde quum rediſſet Cotta & Torquato Coſſ. à P. Clodio adoleſcente repetundarū accuſatus, abſolutus eſt, ut ait Aſconius Ped. in commentarijs in orationem Ciceronis in L. Catilinam, & C. Antonium competitores. Impunitam) Cicero libro Epiſtolarum ad Atticum primo, & in oratione in L. Piſonem, dicit Catilinam bis abſolutum fuiſſe. Quæſtiones.) id eſt iudicia. de qua uoce in Ciceronis Milonianā ſcribimus. & Quintilianus libro tertio. Tuliſſes reſponſum.) id eſt, accepiſſes. ut ferre punctū, & ferre tribum: id eſt, accipere tribus ſuffragia. Horatius: Omne tulit punctum, qui miſcuit utile dulci. Cicero pro Cn. Plāco: Quòd quæſtus es plures te teſtes habere de Volitinia, quàm quot in ea tribu puncta tuleris. Idem: Quamcunq; tribum inquam delegeris, quam tulerit Plancus, tu oſtendito ſi poteris uitium: ego qua ratione tulerit, docebo. Repulſam ferre idem dicit in lib. de Finibus bon. 5. Auano populo repulſam fert. Morari.) non habitare, ſed moram trahere. Aequo animo.) id eſt, pacato & quieto. Abire in aliquas terras.) id eſt, regiones. T. Liuius lib. 21. terras in hac ſignificatione dixit. Aut in alias terras transferendum bellum. Ereptam.) liberatam, ſubtractam. Fugæ ſolitudiniq́; mandare.) Qui enim deliquerunt, ſtimulo conſcientiæ, aut pœnæ metu exagitati profugiunt, latentes'que ſolitudinem quærunt. Mandare ſe fugæ, eſt profugere: mandare ſe ſolitudini, eſt ſe occultare, & ſolitudinem quærere: id eſt, hominum aſpectum euitare. Refert, inquis, & cætera.) Quum habebatur Romæ Senatus, conſulum alter ad Senatum referebat id de quo faciendū Senatuſconſultum erat. nec aliter ullum fieri S.C. licebat. Ideoq́; Cicerone exulante, P. Clodius lege cauit, ne quis Conſulum ad Senatum referret de reuocando Cicerone. Referre ad Senatum eſt, ponere in deliberationem Senatus, ut fiat Senatuſconſultum: ut ferre ad populum eſt, ponere in deliberationem populi, ut ferat ſuffragium. Hic ordo.) id eſt Senatus. Sibi placere decreuerit.) id eſt, Senatuſconſultum fecerit. Abhorret à meis moribus.) Dicebat antè Cicero, cupere ſe clementem eſſe, & in tantis reip. periculis non diſſolutum uideri. Idem in oratione pro P. Sylla, ſe natura eſſe dicit lenem & miſericordem. Si igitur in Senatum referret Cicero de Catilinæ exilio, ſeueritatem contra naturam ſuam aſſumere uideretur. Quid hi.) Senatores. Animaduertis horum ſilentiū.) Sententia eſt: Quum dico tibi, Egredere in exiliū, Senatores tacent: id ſi dicerem uiro bono, ut Sextio uel Marcello, in hoc loco Senatus iure optimo mihi uim afferret. Tacito itaq; iudicio Senatus dignum te exilio putat, hoc ipſo in templo Iouis Statoris. Rem enim differendam Senatus non putaret, nec loci ſanctitas tueri me poſſet. tanta eſſet dicti atrocitas. Paulo antè.) quum uenires in Senatum. Quorū ego.) id eſt, quos uix iamdiu retineo, quin tibi uim & manus inferant. Meditere.) cogites. Tibi iſtam mentem.) ut in exilium fugere uelles. Mea uoce.) id eſt, mea oratione. Animum induxeris ire.) Inducere animum, & inducere in animum cum infinitiuo, eſt putare, arbitrari, uelle, perſuaderi. Terentius in Andria: Per ego te deos oro, ut ne illis animum inducas credere, quibus id maximè utile eſt. Idem in Eunucho: Qui huic aſſentari animum induxeris, ex flamma te petere cibum poſſe arbitror. Idem in Hecyra: Leuia ſunt, quæ tu pergrauia eſſe in animum induxti tuum. Idem in Andria poſuit cum gerundio: Quum illa animum induxti tuum, hoc quod cuperes aliquo pacto efficiundū tibi. In præſens tempus.) pro eo quod eſt in præſenti tempore. Nam ut ait Priſcianus libro decimooctauo, Latini præpoſitionem In accuſatiuo ſæpe adiungunt loco ablatiui. Terentius in Eunucho, In quem exempla fient: pro, in quo. Idē in Adelphis: Vereor in os te laudare amplius: pro in ore. Cicero Inuectiuarum primo: Si minus in præſens tempus, at in poſteritatem impendeat. Salluſtius in bello Catilinæ, hoc dicendi genere uſus eſt: Si cauſa peccandi in præſens minus ſuppetebat, nihilominus inſontes ſicuti ſontes circumuenire & iugulare. Recenti memoria ſcelerum tuorum.) id eſt, quum adhuc erit recens memoria ſcelerum tuorum. In poſteritatem.) quod in poſterum ſæpe dicit. Vulgare magis eſt in futurum, qua uoce Liuius rarò utitur. Quanta tempeſtas inuidiæ.) id eſt, uis inuidiæ. Inuidia autem hic ea eſt, quæ mala gratia uulgò dicitur. Non eſt mihi tanti.) Ariſtoteles libro Ethicorum tertio dicit inuidiam uiro forti metuendam: quæ tamen reipublicæ cauſa ſuſcipitur metuenda non eſt. Iſta igitur inuidia mihi tanti non eſt: id eſt, eam tanti non facio. Sed tu ut uitijs, & cætera.) Sententia eſt, Non eſt poſtulandum, ut commoueare tuis uitijs: is enim nō es, ut à turpitudine unquam te pudor reuocauerit. non eſt poſtulandum, ut pœnas legum pertimeſcas: is enim non es, ut te à periculo metus reuocauerit, et cætera. ut etiā poſtremum poſtremo reſpondeat. Vt temporibus Reipublicæ concedas.) id eſt, ut ad Reipublicæ tempora te accommodes: & quum te res ipſa publica timeat, diſceſſu ex urbe eam metu liberes. Vt te aut pudor unquam) Quintilianus libro nono de detractione præcipiens, & eius tertiam eſſe ſpeciem dicit, in qua unum ad uerbum plures ſententiæ referuntur, quarum unaquæque deſideraret illud, ſi ſola poneretur. Id accidit aut præpoſito uerbo, ad quod reliqua reſpiciant. ut pro A. Cluentio: Vicit pudorem libido, timorem audacia, rationem amentia. Aut illato, quo plura clauduntur: Neq; enim is es Catilina, ut te aut pudor à turpitudine, aut metus à periculo, aut ratio à furore unquā reuocauerit. Vt ſæpe iam dixi proficiſcere.) Primum enim dixit: Perge quò cœpiſti, egredere aliquando ex urbe, patent portæ, proficiſcere. deinde: Egredere ex urbe Catilina, libera Rempublicam metu. Proficiſcere.) Proficiſci in re ægra & difficili dicitur,

ut ait

ut ait Donatus, exponens illud Daui Terentiani in Andria: Quid cauſæ eſt, quin hinc in piſtrinũ rectà proficiſcar uia? Recta uia, & rectà dicit Terent. non rectè, quando locale eſt. In Phormione: Vt modò argentum tibi dedimus apud forum, rectà domum ſumus profecti. Si mihi inimico.) id eſt, uis mihi conflare uel inuidiã, uel gloriam: ſi inuidiam, proficiſcere in exilium: ſi gloriam, in caſtra Manliana cum manu coniuratorum diſcede. Iubere ciuem Romanum proficiſci in exilium, eſſe uidetur nimiam ſibi potentiam uſurpantis. Ideo Ciceroni inuidiam conflaturus Catilina ſit, ſi in exilium egrediatur. Conflare pro eo quod eſt facere, quum alij multi, tum ſæpe Cicero dicit. ut pro M. Cælio, conflare inuidiam: in Verrem Act. 4. conflare crimen & inuidiam: id eſt, ob crimen homini inuidiam facere. Ibidem conflare negocium, id eſt, facere & exhibere. de Reſponſis aruſpicum, conflare pactiones & ſocietates: id eſt, facere. Pro Deiotaro, conflare conſenſum: id eſt, facere conſenſionem. Pro Roſcio, conflare iniuriam, id eſt facere. Pro eodem, conflare iudiciũ, id eſt, litem facere: Pro Cluentio, conflare ſeditionem. Pro P. Sylla, conflare exercitum, & conflare tumultum. Libro Epiſtolarum familiarium quinto, conflare bellum. In Partitionibus, conflare crimen & ſuſpiciones. Pro Cælio, conflatum monſtrum, id eſt compoſitum. Vnde facta ratio ſit, promptius eſt quàm ut dici debeat. Sermones hominum.) id eſt famam. Molem.) id eſt, onus iſtius quã tu mihi conflaueris. Nam pronomen iſtud, & à Cicerone & à Terentio, ad perſonam ſecundam referri ſæpius attendimus. Seruire laudi meæ.) id eſt, laudem mihi facere. Importuna manu.) Cicero importunum pro malo, crudeli & inhumano, ſæpe dicit in orationibus. ut pro P. Seſtio, dicitur manus Catilinæ importuna. Ibidem, prodigia importuna, & ciuis importunus. Pro Murena, importunus Catilina gladiator. In Verrem actione tertia, importunum animal. In Piſonem, importuna bellua. In Rullum, importuna auaritia. Pro C. Rabirio, importuna uectio regia. Pro Cluentio, importuna mulier. Pro domo ſua, importuna peſtis. De aruſpicum reſponſis, importunum ſcelus. De prouincijs conſularibus, importuna crudelitas. Inde importunitas facta, in his ſæpe rebus dicitur.

Perditos.) improbos, ſceleratos homines appellare ſolet Cicero. rarò appellat malos, quo nomine uulgò appellantur. Infer patriæ bellum.) uſitatius quàm illud uulgare, Fac bellum contra patriam. Latrocinium.) Latro is eſt, qui ſpe prædæ hominũ uitæ inſidiatur, quales ſunt graſſatores, & uiarum obſeſſores. Latrocinio impio.) id eſt, contra patriam facto. Qui te ad forum Aureliũ.) Tibi, non te legendum hic eſſe Priſcianus docet: qui libro octauo dici latinè præcipit, præſtolor te & tibi. Terent. in Eunucho, Quem præſtolare Parmeno. Cicero in primo Inuectiuarum, Qui tibi ad forum Aurelium præſtolarentur. Ad forum Aurelium.) Forum pro tribunali dicit. Nam ſæpe Cicero appellat tribunal Aurelium: & pro L. Flacco, & A. Cluentio gradus Aurelios. Ante id Aurelium tribunal magnam fuiſſe plateam, quò etiam improbi homines conuenirent, coniectare licet: quòd autore Cicerone in oratione quam habuit ad Quirites poſt reditum, homines pro tribunali Aurelio palàm conſcribebantur, ac centuriabantur, quum Clodianæ inuidiæ tempeſtas in ipſum Ciceronem impendebat. Non modò liberi, ſed etiam ſerui homines ex uicis omnibus concitati, tũ pro hoc tribunali conſcribebantur, ut ait idẽ pro P. Seſtio, pro Domo ſua, & in L. Piſonem. Via Aurelia profectum Catilinam in caſtra Manlij, Cicero dicit oratione proxima ad Quirites. Aquilam illam argenteam.) Catilinæ. Aquilam C. Marius bello Cimbrico in exercitu habuiſſe dicebatur, ut ait Salluſtius. Aquila hic non dicitur pro uexillo, in quo depicta aquila ſit: ſed erat ſignũ aquilæ conflatum. autore enim Vegetio libro de Re militari ſecundo, tria Romani in exercitu ſignorũ genera habebant: aquilam, dracones, & uexilla. Aquila totius legionis ſignum eſt, quam portat aquilifer. Dracones ſunt ſingularum cohortium. legio enim in cohortes decem diuiditur: quos qui ferunt, draconarij dicuntur. Cohortes uerò in centenarias diuidebantur. Singulis centenarijs ſuum erat uexillum. In uexillis ſingulis notatum erat ex quota cohorte, quota centuria eſſet, ne quid milites à ſigno aberrarent. Prætermitto ueteres in legionibus Minotaurum habuiſſe, quòd ducis conſilium ſemper occultum eſſe deberet, ut in labyrintho ille abditus erat, ut idem ait in libro tertio. Aquilæ igitur & draconum ſigna erant conflata, non picta. Vexillum autem à uelo factũ eſt: ut ab ala axilla, à mala maxilla. Funeſtam, id eſt feralem, mortiferam. Sacrarium, ſacrorum eſſe repoſitorium Valla dicit. Hic pro ſacello dici uidetur. Vt poſsis.) id eſt, quomodo poſſis. ut apud Terentium, Vt is ualet? Tandem aliquando.) ſæpe ſimul dicit Cicero. Meditati.) exercitati. Qui feruntur.) id eſt, uulgo dicuntur. Catilina patiens inediæ, algoris, uigiliæ erat, ſuprà quàm cuiquam credibile eſt, ut ait Saluſtius. Iacere humi, & uigilare ad obſidendũ ſtuprum, maritorumq; ſomno inſidiandum, et ad facinus obeundum, ad bonis occiſorum inſidiandum: id eſt, ad expectandum quoad mariti dormiant, ut uxorib. eorum potiare: & ad inſidiandum hominibus, ut interfectos eos ſpolies. Conſulatu repuli.) id eſt, quum te accuſaui ambitus, effeciq; ne Conſul eſſes. L. Catilinam & C. Antoniũ ambitus Cicero accuſauit. Huius oratio quamuis deſideretur, in eam tamen commentarij Aſconij Pediani extant. Tentare.) id eſt, experiri an poſſes uexare. Nam te Conſule, iſta tua coniuratio bellum appellari poſſet. Alioqui latrocinium, non bellum appellabitur. Deprecer.) id eſt, depellã & euitem prece adhibita. Percipite quæſo.) Exordium ſpeciale eſt, in quo auditores facit attentos. Eo utendum eſt, quum quid dicturi ſumus, quod noſtra multum interſit auditores cognoſcere. M. Tulli quid agis?) Hæc proſopopœia patriæ ad Ciceronẽ mollior eſt, quàm ſuperior illa eiuſdem patriæ ad Catilinam: Nullum iam aliquot annis facinus extitit niſi per te. Natura enim Cicero erat humanior, Catilina audacior.

Hunc fictum perſonæ ſermonem conuenire decet, non ſolum perſonæ cui datur, ſed etiam perſonæ ad quam datur. De utraque proſopopœia eſt apud Quintilianum libro nono. M. Tulli.) Vocatiuum caſum in principio ſolutæ orationis rarò inuenias. illud tamen ſine ueterum imitatione non fiat, ut quum alienum ſermonem allegamus, in orationis principio uocatiuum collocemus. L. Piſo (ut eſt apud Aulum Gellium libro undecimo) eundem, inquit, Romulum dicunt ad cœnam uocatum, ibi non multum bibiſſe, quia poſtridie negocium haberet. Et dicunt: Romule, ſi iſtuc omnes homines faciant, uinum uilius ſit. Euocatorem ſeruorum.) Seruius libro Commentariorum in Aeneidos Vergilij octauo,

tria

nummorum.) Vetus: Non collybus qui nam eſſe poteſt? cum utantur omnes uno genere nummorum. Eſt autem hic collybus precium, quod accipit argentarius pro opera impenſa in pecunijs permutandis. aliquando eſt limor ex ærugine nummorum, digitis computantium adhæreſcens. Cerarium uerò quid uocas, quomodo hoc nomen ad rationes magiſtratus?) Vetus: Cerarium uerò quid? quomodo hoc nomen ad rationes magiſtratus? Videtur autem hic cerarium eſſe precium, quod exigunt ſcribæ pro impenſis ceræ. Vt tantam pecuniam ſcriba tuus auferret.) Vetus: Vt tantam pecuniam ſcriba tuus auerreret: ut ad etymon Verris alluſum ſit. Et eorum commoda à me labefactari atq; oppugnari iniuria dicet.) Vetus, & fortaſſe rectius: Labefactari atque oppugnari iura dicet. quaſi cerarij ius tam ſcribis quæſitum ſit, quod ſequentia probant, cum inquit: Quaſi uerò hoc ſcribis ullo exemplo ſit, aut ullo iure conceſſum. Mecum duos frugaliſſimos homines ſcribas haberem, L. Manilium, & L. Segetum.) Vetus: L. Maniliũ, & L. Sergium. Præco qui abire iuſſit, uiator ac Venerius, qui fiſcum ſuſtulit.) Vetus: Præco qui adire iuſſit, uiator ac Venerius, qui, &c. Quæ pars operæ aut opportunitatis in ſcriba eſt, cui rei non modò merces tanta detur, ſed cur eum eo tantæ pecuniæ partitio fiat?) Vetus: Quæ pars operæ, aut opportunitatis in ſcriba eſt, cur ei nõ modò merces tanta detur, ſed, etc. Qui ordo induſtriæ propoſitus eſt, & dignitati, mirabimur turpes aliquot in eo eſſe? quo cuiuis precio peruenire licet.) Vetus: Mirabimur turpes aliquos in eo eſſe. Vtrumque rectum, & haud ſcio an aliqui nonnunquam pro aliquot ponantur, ut aliquanti nonnunquam pro aliquot, & quantum pro quotquot. Catullus, O quantum eſt hominum uenuſtiorum: pro, quotquot homines uenuſtiores. Tu ex pecunia publica HS, tredecies.) Vetus: Tu ex pecunia publica HS, ter deciens. de qua terminatione aduerbiorum ſuperius dixi. Conſulari homini HS, XVIII millibus æſtimata ſit.) Vetus: Hic omiſſo nomine ſeſtertiorum, has notulas habet, GII ∞ ∞ ∞ lis æſtimata. Arbitror autem GII pro ſeſtertijs eſſe poſitum, ut ſit ſigma cum duobus iota. nam certum eſt etiam hanc eſſe notam ſeſtertiorum, IIS. ut hic ſit ordo hyſteroproteros. Vt HS, uno nomine tredecies auferret.) Vetus: Vt HS ter decies auferret. Optimè Republica geſta.) Vetus: Optume Republica geſta. Q. Rubrium excellenti uirtute, autoritate, copijs, & cætera.) Vetus: Q. Rubrum excellentem uirtute, autoritate, copijs, &c. Prius illud magis arridet, ut uox Excellenti per zeugma à ſuperiori ad omnia referatur. M. Caſtritium ſummo ſplendore, ingenio, gloria præditum.) Vetus: M. Caſtritium ſummo ſplendore, ingenio, gratia præditum. Quod tum magnitudine pecuniæ, tum iniuriæ genere quemuis debet commouere: te uerò eo magis, quòd ad hoc crimen non ingenioſa aliqua defenſio, ſed improbiſſima confeſſio comparatur.) Vetus codex: Quod cum magnitudine pecuniæ, tum iniuriæ genere quemuis debet commouere, tum uerò eo magis, quòd ad hoc crimen non ingenioſa aliqua defenſio, ſed, &c. Multos ſæpe uiros bonos, & fortes, & innocentes, cum aratoribus & cum ciuitatibus frumentum in cellam quod ſumi oporteret.) Vetus: Frumenti in cellam quod ſumi oporteret. Cæterùm hoc uix excuſes à uitio, niſi ſubintelligas id, ut ſit, id frumenti in cellam quod ſumi oporteret. An quoniam hoc non audes dicere.) Vetus: An quoniam hoc eum non audes dicere. Nam ego tribus HS non poſſum uendere.) Vetus: Nam ego HS ternis non poſſum uendere.

Cum Senatus tibi quaternos nummos dederit.) Vetus: Cum Senatus tibi quaternos HS dederit. quod re idem, ſed uerbis diuerſum eſt. Dic, inquit ille, planius.) Vetus: Dic, dic, inquit ille, planius. ut indignatio appareat ex anadiploſi. Hæc deerat iniuria, & hæc calamitas aratoribus te prætore.) Vetus: Hoc deerat iniuriæ, & hæc calamitas. Sed primum magis arridet, ob [illegible] in commatibus. Pro alteris decumis, emptoq; frumento, aut nihil datum: aut tantum datum, quantum reliqui ſcriba fecerat: aut ultro etiam id quod dideciſtis ablatum.) Nihil uariat antiquum exemplar. exiſtimo tamẽ omnino legendum, Aut ultro etiam id, quod dediſtis, ablatum. ut indicet, aut nihil datum, aut parum datum: aut hoc ipſum quod ultro dederit, ab aratore reuulſum eſſe. Nummos uerò ut daret arator, quos non aratro ac manu quærit.) Vetus: Nummos uerò ut daret arator, quos non exarat. Alterum haud dubiè alterius interpretamentũ. nam fructus aratro ac manu quærere, hoc ipſum eſt, quod toties antea exarare dixit. Placet ne uobis, in cellam magiſtratibus noſtris frumentum Siculos gratis dare.) Vetus: Placet ne uobis, in cellam magiſtratibus ueſtris frumentum Siculos gratis dare. Idem nunc pro eodem numero frumenti HS, VIII millia dare coactus eſt.) Vet. Idem nunc pro eodem numero frumenti GII ∞ ∞ ∞ dare coactus eſt. Hic clarè liquet, eam notam GH, ſeſtertiorum eſſe, ut ſuperius diximus. ſed ibi reſpondebat hic numerus XVIII millibus, hic VIII millibus. uidetur ſcriba notulam hanc attemperaſſe ad uocem HS, ubi ſemis præit.

Sicilia decumas det pro ſingulis tritici modijs ternos denarios.) Vetus: Sicilia decumas det pro ſingulis tritici modijs ternos X. quod ſignum denarij eſt, id que diligenter obſeruatum eſt à Budæo. Non ex iure, nõ ex æquitate, non ex lege, non ex eo quod licuerit, ſed ex eo quod aliquis fecerit, id quod reprehenditur, factum eſſe defendes?) Vetus: Non ex iure, non ex æquitate, non ex lege, non ex eo quod oportuerit, nõ ex eo quod licuerit, ſed ex eo quod aliqui fecerit, id quod reprehenditur, factum eſſe defendes? Sequitur deinde: Fecerunt aliqui alia quàm multa.) Vetus: Fecerunt alij alia quàm multa. Hæc plurimum ſolent & autoritatis ad probandum, & iucunditatis ad audiendum.) Vetus: Hæc enim plurimum ſolent & autoritatis ad probandum, et iucunditatis ad audiendum. An cum eos non poteris proferre, hos recentes, & cætera.) Vetus: An cum eos non poteris proferre, proferes hos recentes. Ex omnibus igitur populi Romani prætoribus, conſulibus, imperatoribus.) Vetus: Ex omnibus igitur populi Romani prætoribus, proconſulibus, imperatoribus. Vt multo iſti pernicioſius ſit dicere, ſe in re improbiſſima uoluiſſe Antonium imitari, quàm ſe defendere poſſet, nihil in uita ſe M. Antonio ſimile feciſſe.) Vetus caſtigatior hic eſt: Vt multo iſti pernicioſius ſit dicere, ſe in re improbiſſima uoluiſſe Antonium imitari, quàm ſi defendere poſſit, nihil in uita ſe M. Antonio ſimile feciſſe. Sed haud ſcio an ſit lapſus typographi. ſenſus enim manifeſtè

neſtſtè exigit, etiamſi refragarentur omnia exemplaria.

Antonium cum multa contra ſociorum ſalutem, multa contra uoluntatem prouinciarum, & faceret & cogitaret.) Vetus & hic quoque meo iudicio caſtigatior eſt: Multa contra ſociorum ſalutem, multa contra utilitatem prouinciarum. Quomodo enim pro crimine obijci poteſt, ſi conſul contra prouincialium uoluntatem fecerit, qui onera omnia uectigalium ſubeunt non uoluntate, ſed neceſſitate. Ita Antonij exemplo iſtius audaciam defendis.) Vetus codex: Ita M. Antonij exemplo iſtius audaciam defendis. Remiſſior aliquanto eius fuit æſtimatio, quàm annona.) Vetus codex, Quàm annonæ. In pari propemodum pondere, ſuperius prætulerim. eſt enim ipſa annona, quædam æſtimatio rerum promercalium. quanti enim per aliquod tempus frumentum uendi ſolet, id eius annona eſt: quæ ſi grauis eſt, chara dicitur. Terentius in Andria: Tum annona chara eſt. Græci ἀγορὰν uocant. Cum eſſet ante nouum tritici mod. HS, XV.) Sic omnia exemplaria, tam uetera quàm noua, quæ mihi uidere contigit. Ego hanc mutilam orationem ita farciri poſſe arbitror: Cum eſſet ante nouam meſſem tritici modius HS, XV, ut charitas iſta annonæ fuerit ante meſſem. nam poſtea ſubiungit: Eodem tempore Antonius ternis denarijs æſtimauit poſt meſſem. Nam æſtimauit denarijs XIII.) Vetus codex: Nam æſtimauit X I I I. non expreſſo genere numiſmatis. Cæterùm X non eſt hic nota numeri, ut decem ſit, ſed nummi denarij. ternos autem fuiſſe denarios, etiam ſequens locus coarguit. nam Antonius, qui ternis denarijs æſtimauit, tantidem Verres ſe æſtimaſſe dicit. Quoniam non eo tempore, neque ſimili fecit anno.) Vetus: Quoniam non eo tempore, neque ſimili fecit annona. Quid dicitis.) Vetus: Quid dicetis. Biennio prouinciam obtinuit.) Vetus codex: Biennium obtinuit.

Vnum aut in uilitate nummum arator quiſquam dedit?) Vetus codex: Num aut in uilitate nummum arator quiſquam dedit? Viuidius hoc, & rectius. Permagnam ex cibarijs pecuniam reportare.) Vetus: Permagnam ex cibarijs pecuniam deportare. Improbitatem arguo.) Vetus: Improbitatem coarguo. Quaternos denos denique, aut uicenos coget alius.) Vetus: Quaternos, quinos, denos denique. Quantus erit iſte denarius, qui non ſit deferendus.) Vetus: Qui non ſit ferendus. hoc eſt, tolerandus, non adnumerandus. Non enim à nobis ſumma, ſed genus æſtimationis eſt comprobatum.) Vetus: Non enim à nobis ſumma, ſed genus æſtimationis erit comprobatum. quod conuenientius huic loco. res enim nondum acta erat, ſed ſemel admiſſa hypotheſi, futura. Neque hoc poteſtis iudicare ternis denarijs æſtimare licere.) Vetus quod deeſt ſententiæ adiungit: Neque hoc poteſtis iudicare, ternis denarijs æſtimari licere, denis non licere. Non eſt iam in lege atque officio, ſed in uoluntate hominum, atque audacia, poſitus modus æſtimandi.) Vetus: Non eſt iam in lege atq; officio, ſed in uoluntate hominum, atque auaritia, poſitus modus æſtimandi. Vt non iudicio quàm plurimos impios liberetis.) Vetus: Vt non quàmplurimos improbos liberetis. Quid poſſumus contra illum prætorem dicere, qui quotidie templum tenet, qui Rempublicam ſiſtere negat poſſe.) Vetus: Qui rempublicam ſubſiſtere negat poſſe. Quo genere ab ſocijs maxima pecunia auferatur.) Vetus: Quo genere ab ſocijs maxima pecunia auerratur. Quis obſtet, quis erit tam cupidus ueſtri.) Vetus: Quis obſiſtet, quis erit tam cupidus ueſtrûm. Hinc cum unæ decumæ lege & conditione trahantur.) Vetus: Hinc cum unæ decumæ lege & conſuetudine trahantur.

ACTIONIS IN VERREM SEXTAE PARTITIO, per Bartholomæum Latomum.

HAEC actio ſignorum & rerum precioſarum furta rapinaſq; continet. Exordium nullum habet, nec perorationem: ſed ſtatim à re ipſa incipit. Explicantur crimina, ſicut in ſuperioribus actionibus, & interpoſitis amplificationib. confirmantur: Digreſſiones crebræ ubiq;, ſed duobus in locis inſignes: De raptu Proſerpinæ, ad augendum Ennenſe crimen: & Syracuſarum deſcriptio, qua furta in eandem urbem & rapinæ amplificantur. Inter cætera improbiſſimum crimen eſt in Antiochum regem Syriæ, quem hoſpitem in Sicilia ac ſpoliatum rebus precioſiſſimis, Verres prouincia excedere iuſſit. Item incredibilia in deorum ædes, è quibus ſpreto omni numine antiquiſſima quæque, ac religioſiſſima abſtulit. Maxima uerò, & innumerabilia in ciuitates, notos, amicos, & alienos commemorantur, à quibus non modò argentum & aurum, ſigna'que & tabulas, & ueſtes, uaſaq; precioſa per ſummam iniuriam abſtulit: ſed quicquid omnino concupiuiſſet ex quouis genere ſupellectilis, ita improbè & impudenter eripuit, ut monſtri inſtar eſſe uideatur.

IN EANDEM SCHOLIA, Bartholomæo Latomo prelegente excepta.

VEnio nunc ad iſtius quemad.) A' re ipſa incipit, quam incremento nominum amplificat. Penditote.) æſtimate. Deliacum.) æreum, à Delo inſula. Textilem.) ut in ueſte ſtragula, quam et Pictam uocamus. Magnum uideor dicere.) Negat ſe quicquam affingere, & obiectionem ſuam explanat. Vnde igitur incip.) Incipit à Mamertina ciuitate, & ſigna ab Heio ablata commemorat. Nimirum didici.) Hoc dicit, ne & ipſe harum rerum ſtudioſus eſſe uideatur. Theſpijs.) in Græcia. Canephoræ.) Virgines nubiles Athenis ſacra in caniſtris ferre ſolebant.

Sed earum artificem quem'nam?) Et id diſſimulat, ſe harum rerum ſtudioſum eſſe. fingit enim ſibi nomen excidiſſe, ne antè ſciſſe uideatur, & ſimul orationem minimè præmeditatam eſſe oſtendit. Quintus Claudius.) Amplificat contrarijs exemplis. Commodis.) Rebus commodatò acceptis ab hoſpitibus. Prob deûm hominum'que fidem.) Inuehitur, & commouet indignationem. Meretriciam.) Propter Chelidonem libertum Verris, cuius mentio facta eſt in tertia Actione. Sed quid ego tam uehementer inuehor?) Occurrit defenſioni, quam primò reprehendit, deinde argumentis, & teſtimonio Heij confutat. Repellar.) à defenſione.

defenſione. Videte maiorum.) Oſtendit eum contra legem feciſſe, quam interpretatur & amplificat. Dicet aliquis.) Negat Heium eas res uendidiſſe, idq; argumentis colligit. Religionis.) *diſciplinæ.* Aes alienum habuerit.) *id eſt, debuerit pecuniam.* Patrios.) *quos à maioribus ſuis acceperat.* Præter fructus.) *ſcilicet prædiorum.* HS. VI. mil.) *id eſt, centũ quinquaginta coronatorum.* HS. MDC.) *id eſt, quadraginta coronatis.* Malo emere quàm rogare.) Prouerbium de re uili. Dicet aliquis.) Occurrit infirmationi, & ſe è ſuſpicione cupiditatis liberans, à perſona Verris quæ dicta ſunt, confirmat. HS. CXX.) *id eſt, tribus millibus coronatorum.* Quid mihi tam optandum.) Profert teſtimonium Heij, priore actione dictum. Quid ſedes Verres.) Agitat amicitiam Mamertinæ ciuitatis, & teſtimonij pondus amplificat. Cybea.) Nomen nauis, quam Mamertini Verri ædificauerant. Quæ quia dixit.) Adiungit aliud crimẽ in Heium, & eius occaſione digreditur in Mamertinam ciuitatem, à qua laudabatur Verres, & grauiſſimè in eam inuehitur. Tẽpore dato.) *opportunè.* Quia religioni ſuæ.) Sicut affinis crimini, pro religionis obſeruans, cui contrarium eſt à religione, à crimine abeſſe, uel alienum eſſe. Homo amentiſſime.) Increpat ſtultitiam hominis, quod hac animaduerſione in Heium laudationi ſuæ incitatus fuerit. Quæ neceſſe erit.) *ſcilicet dicere.*

Integra.) *intacta.* Hæc tibi laudatio.) Negat laudationem Mamertinorum omnino ualere oportere, quia ſocij criminum fuerint. ' Commodaſti.) *commodè feciſti.*

At publicè commodaſti.) Occurrit defenſioni, & ipſam in crimen uertit. Phaſelus illa.) Amplificat ſimili exemplo. Mamertinam.) Dicit Mamertinam ciuitatem degeneraſſe à maioribus ſuis, quæ in C. Catonem ſeuera, in Verrem indulgens fuerit. HS. XVIII.) *id eſt, quadringentis quinquaginta coronatis.* Lis æſtimata eſt.) Certæ ſummæ condemnare, eſt litem æſtimare. Timarchidis.) *aſſeclæ Verris.* Vacatio.) *immunitas.* Munere.) *officio.* Verrea.) *feſta ſolennia.* Sextum Cominium.) De Cominio, item de cruce ciuis Ro. dicitur in ſequenti actione. Laudatum etiam.) Acriter inuehitur in Mamertinos, & aliud etiã delictũ eorũ in Senatorium ordinem commemorat. Nec prius illam crucem.) Redit ad crucem, & uehementer exaggerat. Verum hæc emiſſe.) Obijcit aliud crimen in eundem Heium, de peripetaſmatis ablatis. Peripetaſmata.) puta ueſtis, quæ circumtenditur parietibus, Attalica appellata: quòd eam auro intertextam Attalus inſtituerit. Eadem anæ & tapetia dicta. Referret.) *in tabulis ſcriberet.* HS. D.) *Centum uigintiquinque coronatis.* HS. CC.) *id eſt, quinque millibus coronatorum.* Expedias.) *defendas.* Quid? à Philarcho.) Alia & alia eiuſdem generis crimina. Gratis.) *ſine precio.* Excurrit in Cybiratas fratres, per quos Verres omnia inueſtigare ſolitus fuerit, eoq; ipſe hominem odioſiorem facit. Re.) *uſu.*

Verre me Hercules.) Subtexit criminis narrationem.

Hydriam.) *Vas aquarium.* Venereum.) *unus ex miniſtris Verris.* Sigillatos.) *ſignis ornatos.* At ita ſtudioſus eſt.) Inſerit narrationem de impotenti cupiditate Verris, quam in coniecturam criminum conuertit. Comperendinatus.) *id eſt, ad ſecundam actionem citatus, quod fiebat, cum mala cauſa uidebatur iudicibus, ne ſtatim damnarent reum, ſed quantum poſſent, parcerent.*

Inſimularetur.) *argueretur.* Verum uti Lilybæum) Aliud crimen, in Lilybætanos commiſſum. Abaci.) Abacus menſa, in qua uaſa in triclinio exponebantur. Erat etiam mathematicorum tabula, in qua deſcriptis lineis calculorum ratio ducebatur. Dicat ſe emiſſe.) Occupat defenſionem, quam tanquam uanam exagitat, requirendo tabulas Verris, quas ille metu furtorum non confecerat. In donatione hiſtrionum.) Hiſtriones leuius donari ſolent. unde & donationes eorum leuius æſtimantur. Transfigere.) *euertere.* Collum in laqueum inſerenti.) Scilicet uitæ tædio, bonis conſumptis. Gaudeo etiam ſi quid.) Ironica approbatio. Primo homine.) *primario.* HS. M.) *Vigintiquinq; coronatis.* Scaphis.) Vaſa, à ſcapharum ſimilitudine. Cum emblematis.) Ornamenta intelligit extrinſecus addita, ut ſigna, & cælaturæ, quæ eximi poſſunt, ab ἐμβάλλω. Toreumata.) *ſunt opera cælata, à τορεύω.* Eriphylam.) Eriphyla accepto monili Amphiaraum maritũ bello Thebano latentem prodidit, qui profectus hiatu terræ abſorptus eſt. Vaſa collegerat.) Vaſa colligere militare uerbum eſt, cum caſtra mouentur. ad quod facetè alludit, ſignificans Diodorum toreumata ſecum aſportaſſe. Apponit.) *inſtituit, adornat.* Nomen deferri.) *reum fieri.* Primũ.) Quia etiam Sthenei abſentis nomẽ poſtea recepit, ut Act. 1. ſignificatum eſt. Imprudens huc.) Confutat defenſionem, & ridet ſalſam. Cn. Calidio.) Amplificat crimen comparatione aliorum Prætorum. Tu dignior.) Auget inuidiam à ſuperbia. Thuribulum.) Thuribulũ eſt uas, in quo thus accenditur. Emblemate.) *ſignis, quibus ornatum erat.* Credo tum.) Amplificat à copia prouinciæ. Peræqua.) Peræquè legendum puto. Proportione.) *pro comparationis æqualitate, incerta certis conferendo.*

Fortuna.) *ſcilicet belli.* Hoc crimen, &c.) *id eſt, dum per ſingulas familias crimen confirmem.* Argentum illi.) Aliquid deeſſe uidetur. Argentum purum.) *ſine cruſtis & emblematis.* Acroama.) Res auditu digna, uel ſententia, uel feſtiua narratio, etiam homo feſtiuus: ſed hic pro re ponitur. Sine corollario) Corollarium additamentum, quod præter debitum addi ſolet: ut quæ in conuiuijs apophoreta uocabãtur, Saturnalibus dari ſolita, qualis deſcribit Martialis. De loco ſuperiore.) *de tribunali.*

Thecis.) *repoſitorijs.* Cruſtæ.) Cruſta, tectoriũ durius, quo res ornandi ſeu tegendi cauſa operitur. Euerriculum.) Alludit ad nomen Verris. Per magiſtratum.) *per poteſtatem.* Quem in luto uolutatum.) Et hic alludit ex ambiguitate nominis, ad ſuem. Poſteaquam.) *officina Syracuſis inſtituta.* Nata.) *facta.*

Cum faceret.) *id eſt, cum curaret ſibi fieri.* Non laborauit.) *non metuit, non ſollicitus fuit.* Genera.) Hoc ſchemate oſtendit minimè præparatam eſſe orationem, ſed tanquam extemporalem. In cretula.) *terra argilloſa & candida, qua ueteres in epiſtolis ſignandis uti ſolebant, ſicut & cera.* Textrinam.) *Textrinæ ad ueſtem ſtragulam inſtitutæ.* Comparare.) *emere.* Venio nunc.) Candelabrum ab Antiocho rege ablatum, quod in Capitolium ponendum erat. Temporibus.) *difficultatibus.* Exponit.) *in abacis.* Trulla.) *nomen uaſis.*

Quæ uox.) Amplificat crimẽ, & inſtigat iudices in reũ. Interuerſo.) *intercepto.* Hoc loco.) Appellat & Catulum, qui Capitolium dedicauerat. More omnium.) Veteres patroni, ab inuocatione deorum incipere ſolebant, quod

quod negat licere Verri. Concepto.)commiſſo,perpetrato. Segeſta eſt oppidum.)Signum Dianæ à Segeſtanis ablatum. Facem præferebat.) Quia luna in cœlo eſt,& noctem illuſtrat. Hanc tu tantum.) Inuehitur, & audaciam increpat. Te nunc P. Scipio) Obiurgat Scipionem,quòd Verrem defendat,qui Africani monimentum ſuſtulerit. Depeculatus eſt.) ſuſtulit. Obſtruxit.)obſcurauit. Potes domeſticæ.) Occurrit tacitæ defenſioni. Non præcerpo.) non anteuerto,non obſto, quo minus tibi integrum ſit accuſare ſi uelis. Si iſtius amicitia.) Inuidioſe taxat aduerſariorũ querelam, & ſuas partes defendit,ſe meritò etiam inuito Scipione & cæteris Verris defenſoribus,nomen Africani tueri. Sit apud alios.) Hoc dicit ex perſona aduerſariorum, & mox reprehendit. Audiſtis nuper.) Aliud crimen eiuſdem generis,& aliud multo grauius adiunctum. Anniuerſarijs.)ſolennibus. Stipatum.)circundatum. Obduruiſſet.)obriguiſſet. Non poſſum diſpoſitè.) Amplificatio à criminum multitudine,& nomine Marcellorum. Quid Agrigento.) Signum Apollinis Agrigento ablatũ, & idem tentatum in Herculem,qui tandem defenſus fuit. Victoriæ)contra Carthaginenſes. Vectibus.) palis ferreis,quibus utuntur operarij in ſaxis,& grauioribus oneribus moliendis. Nutabat.)uacillabat. Facta manu.)comparata. Deſideratum.)amiſſum. Ire in conſilium.)dimittere partes cauſa perorata, ad ſententiam ferendam. Inſula eſt.)Templum Iunonis in Melita ſpoliatum. Prædonum.) Quos uicit,& mari expulit Pompeius. Nimium mihi diu.) Tranſit ad aliud crimen,cum præparatione commemorans fabulam de raptu Proſerpinæ. Liberæ.) Proſerpinæ. Inflammaſſe.) accendiſſe. Propter.) iuxta. Myoparoni.) Myoparo nomen nauigij. Gramineas haſtas.) Puto legendum, fraxineas. Ad deferenda.) id eſt,ad deportanda, quod eſt operariorum, qui operam ſuam mercede locant. Nimio opere.)immodicè. Licet iſte dicat.) Adimit defenſionem. Stipendiarios.)Stipendiarij erant, qui ſtipendia militibus nomine Romano dabant. Viſenda.) ſpectatu digna,inſignia. Atque ut cæteros.) Narrat de Syracuſanis, quomodo teſtimonia furtorum perſcripta, & de laudatione Verris ex illis cognouerit. Appellatur.) Appellatur pro Verre,ad prohibendum ne Senatuſconſultum perficiatur. Laudem te ſanè.) Redit ad laudationem Mamertinã,& unà cum Syracuſana confutat. Verrea.)ſacra. Diem feſtum ludorũ.) Marcelliorum.

IOACHIMI CAMERARII IN VI. Verrinam Annotatio.

Nihil apud ciuem Rom. denique tũtum,quod ad oculos animumq́; acciderit.)id eſt,quod conſpexerit, atq; concupiuerit. Sed alia lectio, quam & Veneti libri retinent, mihi ſanè placet: Quod oculos animumq́; accenderit.id eſt, cupiditate permouerit. Modò ut bona ratione emerit, nihil pro poteſtate, nihil ab inuito.) Hæc mihi quidẽ admodum probantur. in emptionibus enim quantum ualeat poteſtas, quis non uidet? Poteſtatem autem dicit magiſtratus, ut pro Cluentio: At neque priuatus accuſare, nec ſedata iam inuidia uolebat. Videtis igitur non in cauſa,ſed in tempore ac poteſtate ſpem omnem accuſatoris fuiſſe. In Venetis tamen,& alijs quibuſdam libris,nihil pro poteſtate,omiſſum. Sed in ſuis nummis multos eſſe.) Sic & Veneti. Sed eſt locutio profectò alienior. Et quàm facilè potuit fieri ut eius,in ſuis, mutaretur? Qua iudiciũ eſt,communi arce ſociorum.) quaſi defenſione & præſidio. Sed Veneti libri melior & euidentior lectio: Qua iudicium eſt,communis ac priuatæ rei ſociorum. Dicent quæ neceſſe erit ingratis.) Hoc uerum puto,ut pro Quintio, Extorquendum eſt inuito atq; ingratis quod non debet: apud Plautum Curculione,& alibi ſæpe. ſed [illegible]; ingratijs,id eſt non libenter. Veneti tamen,& alij, gratis habent. Quæ malo integra reſeruare, ut quàm minimum.) Omnino melior lectio Venetorum, ſed & aliorum quorundam librorum: Quæ modò integra reſeruare uolui,ut quàm minimum. Quod celari opus erat.) Veneti,& alij,oportuerat. Quid autem eſt aliud, opus erat,niſi oportuerat? In Sicilia quidem cum eſſem, ſic à Cenetur.) Veneti & alij, Siciliæ quidem. & memorantur ſanè de Cicerone ſimiles locutiones. ſed ipſe tamen de his ita diſſerit ad Atticum libro ſeptimo, ut præpoſitionem non eſſe omittendam,ſentire uideatur. Eſſet autem ſimile illud huic Virgiliano: Aut Cretæ iuſsit conſidere Apollo. Ne multa HS CC, me, inquit, popoſcerunt,dixi me daturum C.) Hæc eſt perquàm elegans lectio,& uera etiam uidetur. Veneti & alij ita: Ne multa HS M.me inquit,dixi daturum. quæ profectò ſumma pecuniæ in quãuis precioſos ſcyphos nimia fuerit. Seſtertia enim mille,fuerint decies: id eſt; coronati,ut nunc loquimur,circiter XXV.M. Dionyſiarchum ad ſe proagorum.) Hoc eſt, ſummum magiſtratum uocari iubet. Veneti & alij,pardiorũ: ſed re incerta. illud retinuimus. & mox, Vt ipſe de me detrahebam: elegantiora Veneta, Vt egomet mihi detrahebam. Sed illa tamen non poſſum improbare. Qui non obtruſit aliqua ex parte monumenta P. Scip.) Alij, obſtruxit. id eſt, illa obſcurauit. trãſlatione ab ædificationibus ducta, quibus officitur luminibus, aut commoditati aliarum ædium. idq́; uerum puto. Atque illius fani antiſtitæ.) ut, Propter hoſpitæ huiuſce conſuetudinem. Veneti tamen κοινῶς, antiſtites. ſed antiſtitæ legit & Priſcianus libro quinto. Ac iam illa omitto.) Veneti, Nunc iam: itidemq́; alij. Sed nobis tamen noſtrum probatur. Signumq́; Apollinis,qui Tenites uocatur.) Fortè à tenijs. Veneti, Theſmotes. ſed de hoc cognomine nihil habeo dicere. Vt ex marmore Iacchum autem Paralũ.) Hæc uera ſcriptura. Nam quod alij,ut & Veneti, Parthalum habent, ex eo (ut opinor) euenit, quod in archetypo reperiſſent librarij, inſerta aſpiratione, Parhalos: ut in Exhedra quoque, & ſimilibus factum animaduertimus. Eorum tabulas exquirebam.) Veneti,& alij, ſcribebam: quod ſenſum minus commodè abſoluere uidetur. Excribebam quidẽ erat planè aptũ. Atq; adeò cum iam non ſolũ diſceſsio facta eſſet.) Veneti ὑπομνηματικῶς, At uerò.

ACTIONIS IN VERREM SEPTIMAE PARTITIO, PER Bartholomæum Latomum.

Continet hæc actio rem bellicam flagitioſe adminiſtratam,& ſupplicia in Siculos & Romanos ciues. Exordiũ ironia cõſtat in reum, ad commouendũ odiũ & indignationẽ. Deinde ad rem accedit, & accuſat negligentiã in cuſtodiẽda prouincia,& crimina improbitatis, luxuriæ et crudelitatis cõmemorat, interpoſitis probationib. et amplificationib. crebris, ſicut in præcedẽtib. actionibus. Primò enim docet, prouinciã Siciliam nulla opera

Verris

Verris, ſed natura loci & inſtitutis ſuis ſatis tutam fuiſſe ab omni contagione ſeditionum ac bellorum. Deinde illum non ſolum non defendiſſe prouinciam, ſed etiam pecunia accepta coniuratis comprehenſis & prædonibus pepercisſe. Poſt hæc partitur in capita reliquam criminationem, & demonſtrat itinera luxurioſi imperatoris in obeunda prouincia, & quòd pecuniam auarè ex claſſe quæſiuerit, & quòd crudelitatem immanem exercuerit in nauarchos & ciues Romanos: quorum alios uirgis ad necem conciderit, alios necauerit in carcere, alios contra ius & libertatem Romanæ ciuitatis in crucem ſuſtulerit. Ex quibus omnibus Nauarchorum caſum, & ciuis Romani ſupplicium magna commiſeratione deplorat. Peroratio habet commendationem totius cauſæ ad iudices, comminationem in aduerſarios, & poſtremò inuocationem ad deos: in qua renouationem omnium criminum inducit, atq; ita concludit.

IN EANDEM SCHOLIA, BARtholomæo Latomo prælegente excepta.

NEMINI *uideo dubium eſſe iudices.) Orditur* ἀντὶ προλήψεως, *occurrens defenſioni quam irridet. Conſtituitur.) ab Hortenſio. Fugitiuis.) ſeruis, qui Spartaco duce ad bellum concitati fuerant. Quid agam.) Dubitatio ironica. Impetus.) accuſationis. Iactaturus.) amplificando, & uerbis exornando. Talem.) Emphaſin habet. Obteri.) opprimi, obrui. In iudicio M. Aquilij.) Defenſio Aquilij commemoratur in ſecundo de Oratore. Sed ita quæram.) Negat ullam operam Verris fuiſſe, in prouincia tuenda: quoniam ipſa per ſe, & ſitu ab hoſtibus, & diſciplina aliorũ prætorum, ſatis tuta fuerit. Cum M. Craſſo.) Craſſus & Pompeius ſeruile bellũ confecerunt in Italia. Nam poſteaquàm.) Seueritatem diſciplinæ exemplo confirmat. Quid igitur, nullíne.) Docet Verrem pepercisſe facinoroſis, accepta à dominis pecunia, caq; re cauſas etiam motuum & coniurationum in prouincia aluiſſe. Seruitium.) ſeruos. Tricalino.) regione Siciliæ. Dicta.) cognita & iudicata. Quid deinde? quid cenſetis?) Suſpendit expectationem, quo rei indignitatem amplificet. Nam acrius feriunt animos, quæ inopinata accidunt. Celſus, ut Fabius tradit, uocat ſuſtentationem. Nundinatio.) pactio pecuniaria. Quid hoc loco.) Inuehitur in improbitatem, & rem amplificat. Indemnatis ciuibus.) Illum intelligit, quem Meſſanæ crucifixerat. de quo poſterius dicetur.) Res iudicatæ.) id eſt, ſententiæ latæ. Hoc uerò nouum.) Facit Verris factum grauius. O' præclarum.) Ironica exclamatio. Feciſſe uideri.) Quæ forma erat pronunciãdi. Quid? hoc in Apollonienſe.) Colligit alia plura eiuſdem generis facinora. HS. LX.) Seſtertia ſexaginta, hoc eſt mille quingentos coronatos. HS. centies.) id eſt, duo millia quingentos coronatos. Integer.) ſine iniuria. Excogitauit.) Sermo hominum de Verre. Exanimatus.) conſternatus. Magiſtrum pecoris.) id eſt paſtorem. Exhiberi.) produci. Videte conſtantiam.) Amplificat rem quam narrauit. deinde ad probationem criminis accedit. Quid? ſi ab Apollonio.) Ironicôs ſe corrigit: & quaſi remittens ſeueritatem accuſatoriam, multa prætermittit quæ in re ſunt, ut acrius ad unum perueniat, quo ex iudicio ipſius Verris crimen conuincit, propter pecuniam Apolloniũ in carcerem coniectum fuiſſe, ac dimiſſum. Diſſolutè.) improbè. Omnia igitur.) Colligit in ſummam quæ enumerauit, & proponit Hortenſij actionem, ut quod contrà deſtinauit, acrius inferat. Nam quæ iſte.) Oſtendit quantum hac ratione prædatus ſit Verres, & coniecturam ex Apollonij cauſa facit. Vnum hæſiſſe Apollonium.) qui pecuniam in tempore non dederat. Cupio mihi iudices.) Abſoluit hunc locum de pacata prouincia, & ad alium tranſit. Subijci.) ſuggeri, in memoriam redigi. Itinerum primum.) Commemorat ignauiam & luxum hominis in prouincia obeunda. Octophoro.) quam octo homines ferebant. Farctus.) impletus. Reticulum.) id eſt, folliculum lineum, rariore textura. Fuſi.) proſtrati. Nequitiæ.) luxuriæ. In areis.) Area locus planus in agro, in quem fruges demeſſæ comportantur ad trituram faciendam. Carbaſeis.) lineis. Hunc igitur tu Imperatorem.) Increpat Hortenſium, & à defenſione deterret, obiter percurrendo uitam anteactã Verris. Aera illa.) id eſt flagitia. Nam ad ſtipendia alludit, in quibus æs militare ſoluebatur. Abduci.) ſponte ſua. Perduci.) inuito. unde perductores, qui inuitas perſonas ad libidinem alicuius ducunt. Aleatoris Placentini.) Quem intelligat, incertum eſt. Significat ſtupratorem Verris adoleſcentis. Aere dirutus eſt.) id eſt, ad inopiã redactus, ita ut ſoluendo non eſſet. nam æs alienum intelligitur. In ſtipendijs damna.) Aes alienum flagitioſæ adoleſcentiæ. Aetatis fructu.) Stuprum intelligit, quo uult eum æs alienum flagitioſe contractum diſſoluiſſe. Obduruiſſet.) exoletus factus fuiſſet. Quot præſidia.) id eſt, honeſtas matronas expugnauerit. L. Lucullo, M. Cotta Coſſ.) Quo anno prætor urbanus fuit Verres. Vadimonij.) id eſt, ſiſtendi in iudicio, ut promiſerat. Paludatus.) paludamento indutus, de more Romano. In urbem intrò ferri.) Magiſtratui ex urbe egreſſo, nõ licebat in urbem redire, niſi confecta prouincia: quod ſi contrà feciſſet, cenſebatur contra auſpicia facere. O' dij immortales.) Amplificat neglectam religionem à Verre, diſſimili exemplo, quod de ſe ſumit. Datum.) ad dignitatem. Creditum ac commiſſum.) ad fidem & induſtriam. Habeo rationem.) æſtimo. Libero.) Apollini, ut opinor. ut Vergilius: Liber & alma Ceres. Liberæ.) Proſerpinæ. Florem.) Flora dea florum, cui celebrabantur floralia, ritu parum uerecundo. Ius, imagines.) cuiuſmodi in atrijs nobilium diſponebantur, & præferebantur in funere ijs, qui ex ea familia mortui fuiſſent. Hodie arma uocant, nempè inſignia familiarum, ut picti in ſcutis leones, lupi, urſi, gryphes, &c. Prodendam.) propagandam. Alicui.) id eſt, ſibi ex cæteris: non quod neceſſe fuerit ſibi dari, ſed quòd oportuerit cum alicui dare ex candidatis. In loco.) Commodo ſcilicet, & idoneo: id eſt, in idonea perſona. Mitto enim & prætereo.) Significat, quomodo ſuffragia pecunia corruperit. Illud rationis habuiſti.) reputaſti. Itaque non modò.) Prætexit cætera, & ordinem temporis ſeruat. Thempſanum.) Thempſa oppidum in Brutijs, quod apparet à fugitiuis captum fuiſſe, diſcedente Verre ex prouincia. O' diuina Senatus.) Profert tacitum iudicium Senatus. Eſto, nihil ex.) Venit ad bellum Piraticum. in quo docet maxima auaritiæ & crudelitatis crimina*

commiſſa

commiſſa fuiſſe. Rem naualem.) Proponit nauale crimen, & obijcit nauem à Mamertinis ſumptu publico ædificatam fuiſſe. Quid mihi hoc loco.) Occupat defenſionem, & ab omni parte excludit. Senatori.) Mamertino, qui naui ædificandæ præfuerat. Publicè.) puplico nomine. Nauicularium facere.) Sicut argentariam, & Medicinã facere. At Mamertini.) Occurrit argumento, & docet non effici quod intendatur. At enim idcirco.) Remouet aliam defenſionem, & maieſtatem commiſſam eſſe docet in naue Mamertinis remittẽda. Deniq; cum.) Addit & aliud crimen, de frumento remiſſo Mamertinis, & alijs imperato. R. C.) id eſt, Rerũ Commentarijs. Ac de conſilij ſententia.) Verba ſunt decreti in Commentarijs perſcripti. Nomina.) iudiciũ. Nam ſtatim L.) Contrarium exemplum loco præiudicij. Iſtam à Netinis.) Iſti legendum. Hic mihi etiam.) Repetit mentionem Mamertinæ laudationis, & cõſpirationem exagitat. Vulnera.) uitia. Verùm ut ad claſſem.) Redit ad inſtitutum, & crimen nauis remiſſæ amplificat.

Precario.) precibus, Aduerb. Cognoſcite nunc nouam.) Tranſit ad aliud crimen in re nauali commiſſum. Nauarcho.) Nauarchus, qui præeſt naui. Qui poteſt eſſe.) Verrem alloquitur. Lucrari.) lucrabatur. Huncine hominem, & c.) Subaudi feretis. Sexcentenos nummos.) Tantum dabatur à nauis pro miſſione, ex inſtituto prætoris. Quos qui dederat.) Locus eſt corruptus. Quum propter iſtum.) Docet prædam ex hoſtibus captam, ſibi ſeruaſſe, & ducem hoſtium cum cæteris captiuis pecunia accepta dimiſiſſe. Facti.) in operibus precioſis. Signati.) in pecunijs. Archipiratam.) Vult, Archipiratam dimiſſum fuiſſe, idq; coniectura credibile facit. Iudex eſſe bonus.) Monet iudices, ne eiuſmodi coniecturæ genus negligant. Vnus plures.) Diſſimili exemplo Seruilij coniecturam amplificat. Autorem tui facti.) Autorem, qui idem fecerit, & quem Verres ſit imitatus. Age porrò.) Quaſi priore inſectatione remiſſa, ac recepta defenſione nihilominus inſtat, & docet alium captiuum in locum Archipiratæ ſuppoſitum fuiſſe. idq; probat ex cuſtodiæ ratione. Quum maximus.) Admiſcet aliud crimen interfectorum ciuium Romanorum. Myoparone.) naue ſcilicet. At quemadmodum.) Confirmat obiectum crimen ex ipſius Verris confeßione, & uehementer amplificat. Induit.) illaqueauit. Fit.) id eſt factus eſt. Aliquam manum contra populum Romanum facere.) aliquem numerum hoſtium contra populum Romanum legere. At etiam qui triumphant.) Amplificat dißimili exemplo. Et nunc credo eſſe dubium.) Hoc per ironiam dicitur. Probat enim expediſſe Verri, ut ſuppoſitum Archipiratam ſeruaret, neq; aliter facere potuiſſe, ſiquidem fidem in iudicio ſuo facere conaretur. Virum.) Vult Verrem inter mulieres potius quàm uiros habendum eſſe, uel propter mores, uel quia muliebria adoleſcens paſſus ſit. Erat Nice.) Incipit narrare aliud crimen de claſſe amiſſa, libidine & auaritia prætoris. Quid primum.) Amplificat Cleomenem præfectum fuiſſe claßi. Sagum.) ueſtem militarem. Lampſaceni periculi.) De Lampſaceno periculo uide tertiam Actionem. De Adriano) Hic Adrianus cum auarè imperaret Vticæ, uiuus in prætorio exuſtus fuit. Imperium.) prætorium. Crepidines.) Crepido ora ripæ uel litoris, ad quam aqua alluit: dicta, quòd ibi fluctus crepitet. Aſpirare.) attingere. Athenienſium claßis.) Nicia duce, ut eſt apud Thucydidem. Quid Cleomeni.) Inducit Verris deliberationem de Cleomene, ut oſtendat improbitatem, & euidentius exprimat.

Diſſolutus.) remiſſus. Exinanitam.) euacuatam. Phalargum.) Philargum legendum puto. Apponitur.) ſubornatur. Emiſſarium.) furtorum interpretem.

In commeatu.) in immunitate nauigandi ex permiſſione prætoris. Vnde commeatum dicimus habere milites, cum eis ad tempus permiſſum eſt abeſſe ab exercitu. In qua docet, quot.) Colligit inuidiam, & mouet affectum ex ſcripta oratione unius ex Nauarchis. Talem uirum.) Talem ad laudem pertinet. Hic cuncti Siculi.) Amplificat ab exiſtimatione Siculorum de populo Romano. Leuia ſunt hæc.) Cõcedit ironicôs id quod etiam iniquum uidetur cauſæ fiducia pari. Obſoletis.) uulgaribus, leuibus. Vt adeas.) Fingit uerba inhumani lictoris, atq; hinc acerbitatem etiam colligit. Eſt ne aliquid.) Facit ſchema, quod uocant præter expectationem, augendi cauſa. Nam illorum liberi.) Verba quaſi ex perſona Verris. Deſunt.) in malam partem. Per deos immortales.) Amplificat ſupplicium nauarchorum, & accendit iudices. In ſeptemdecim populis.) qui defecerant ad Carthaginenſes. Quid uerò illa.) A Segeſtanorum cognatione amplificat. Vbi pecunias exterarum.) Amplificat ex comparatione criminum, quæ in unum contrahit. Metuunt homines.) Addit cauſam inuidioſam in eos, qui ex prouinciarum ſpolijs ditati erant.

Hoc iam ornatu.) Auget inuidiam ex mœrore parentum in iudicio, & eſt redditio contentionis. Ex litibus æſtimatis.) id eſt damnatione tui. Quapropter ſi quem.) Occurrit defenſioni, quam ex omni parte adimit.

Offenderint.) impegerint. Quod ſi fortunã.) Conuertit defenſionem in aduerſarium. Ego culpam non in Nauarchis.) Vrget, & probat culpam in prætore fuiſſe. Nullum uacuum tractum.) id eſt, nullum uacuum fuiſſe inter eos qui trahebantur. Hic tu etiam dicere.) Redit ad inſtigandos iudices, & rurſum crimina colligit acri inſectatione. Neceßitudini.) quia quæſtor in Sicilia fuit. Reliqua eſt ea cauſa.) Deinceps commemorat animaduerſiones & ſupplicia in ciues Romanos. Non enim Charybdim.) De Scylla & Charybdi tertio Aeneidos. Pluribus & maioribus.) Alludit ad Scyllã, quæ inferiori parte canibus ſuccincta eſſe dicitur. intelligit autem emiſſarios Verris, & furtorũ interpretes, quos actione tertia commemorauit. Sertorianos milites.) Sertorius hoſtis erat, & reliquias belli Mariani perſequebatur in Hiſpania. Odores.) aromata. Quid eſt Verres.) Profert teſtimonia. Si quis rex.) Inſtigat iudices, & crimen amplificat. Circumretitum.) tanquam laqueis & retibus circundatum. Maiores plagas.) grauius iudicium, ſcilicet maieſtatis. Superiore ex loco.) quoniam deſignatus eſt ædilis, & magiſtratu inito de loco ſuperiore, hoc eſt apud populum in concione cauſam acturus. Quid enim defendit.) Adimit defenſionem, quam primùm reprehendit, deinde inficiatione tollit. Translator quæſturæ.) A Carbone & Sylla. Adſunt enim Puteoli.) Negat Sertorianos fuiſſe, & teſtimonijs confirmat. Nam quid ego de P. Gauio.) Tranſit ad aliud crimen: quod quia grauißimum eſt, ad eius cognitionem præparat iudices. Gauius hic, quem dico.) Narrat de

rat de Gauio, & per totū admixtis adfectibus. Meruiſſe.) militaſſe, ſtipendia feciſſe. Speculandi) explorandi. Deſiderata.) poſt Syllanam uictoriā, deinde à Pompeio reſtituta. Nunc quoniam.) Probat teſtimonijs. Hoc in Verris.) Ex confeßione ipſius Verris factum exaggerat. Induatur.) capiatur, illaqueetur. Ac iuguletur.) Alludit ad nomen Verris. Cognitoribus.) Sic dicuntur, qui aliquem defendunt, cum de ſtatu eius agitur.

Eſſe futurum.) Verbum eſt hoc in loco infinitum, futuri temporis. alioqui futuram erat dicendum. ſi eſſet participium. Fit mentio apud Gellium. Cognoſceret hominem.) de ſtatu eius teſtaretur. Facinus eſt.) Amplificatio per incrementum. Cauſam.) conditionē. Si hæc non ad ciues.) Graui & uehementi contentione mouet animos iudicum, & eſt hyperbolica amplificatio. Autores) præſides. Hoc loco.) iudicij ueſtri. A me, tametſi ſatis.) Monet iudices, ut rectè iudicent: & metū illis adhibet, quoniam accedit ad totius accuſationis perorationem. Si res aliter acciderit.) id eſt, ſi abſolutus fuerit Verres. Nam & ſi qua uis.) Significat ſe iterum accuſaturum eſſe, ſi Verres ex hoc iudicio euadat. Poteſtatem dedit.) Quia deſignatus eſt ædilis, quo in honore cū populo pro concione agere potuit. Creſcere.) magnus fieri. Notatos.) infamia ſcilicet. Quamobrem te quoq;.) Monet Hortenſium, & ei minatur. Regiam ueſtram dominationem.) Alludit ad id quòd Hortenſius rex fori appellabatur. Sed quo die.) per Cn. Pompeiū, cum à Sylla ſublati fuiſſent. Vnumquemq; noſtrûm.) Eos qui in hoc iudicio erant intelligit. Ea lege iudicijs.) Aurelia de iudicijs, quam M. Aurelius Cotta prætor ferebat. Promulgata.) in publicū propoſita. Quam de uobis habet.) poſſe uos corrumpi. Reſponſurus.) compariturus in iudicio. Veſtra dignitas.) Senatoria.

Quod reprehēdatur.) ſi quid peccetur. Propter offenſionem.) propter iudicia malè adminiſtrata. Qui tanto, &c.) in abſoluendo Verre. Quæret aliquis fortaſſe.) Occurrit obiectioni, & oſtendit ſe quia nouus ſit homo, neceſſariò quod dixerit facturum eſſe: & nobilitatem interim, à qua defendebatur Verres, in inuidiam adducit.) Tot hominum.) à quibus defendebatur Verres. Omnia beneficia.) omnes magiſtratus. M. Catonis.) Cenſorij. Pompeius.) Strabo opinor, Magni Pompeij pater, qui floruit Italico bello, ante Syllam & Marium. Nouorum hominum.) Noui homines appellabantur, quorum parentes nullum magiſtratum geſſerant. Quamobrem mihi iudices.) Hunc locum concludit. Receptum.) promiſſum. Ad quos, &c.) Intelligit Hortenſium. Diſceptante.) iudicante. Nunc te Iupiter.) Peroratio totius accuſationis, in qua deos omnes implorat, quos uiolauerat Verres, teſtes & ultores criminum, ut illi quidem tribuant dignum factis ſuis exitium: ſibi autem, fidei ſuæ & diligentiæ in accuſando iuſtam apud pop. Rom. approbationem. Locus plenus eſt grauitatis, & interim criminum repetitionem continet. Donum regale.) Regis Antiochi. de quo uide Actione 6. Pulcherrimum ſimulacrum) Iouis. Latona.) mater Apollinis & Dianæ. Deli.) Nomen urbis in inſula eiuſdem nominis. Chio.) ex oppido Chio. P. Africani.) Maioris. Idæa) in Phrygia. In celeberr. loco.) in foro Romano. Libera.) Proſerpina. Sanctißimæ deæ.) Proſerpinæ. In iudicanda.) in puniendo Verre.

IOACHIMI CAMERARII IN VII. Verrinam Annotatio.

Qui in rebus non ita defendatur.) Alij, in reis. Sed Venetam ſcripturā probo, Qui nunc reus. Fuit iſta reſp. quondam.) Alij, reſponſio: quod falſum eſſe apparet. Eſt & Veneta commodi ſenſus ſcriptura, reprehenſio. Latomias Syracuſanas omnes audiſtis.) Sic eſt forma nominis uſitata. Sed alij, Latumias. Veneti Lautumias, antiqua forma. ut Laumedon pro Laomedon, & mutata u in o, quod in Græcis nominibus facere Latini conſueuere: ut πρίαμος, Primus. Sic igitur Lautumiam illi ueteres, ἀπὸ τ λατομίαν. Sed urbe portus ipſe cingitur et includitur.) Non poſſum hoc ullo modo reijcere. Veneti tamen, & alij, concluditur. Ne multa, iudices, libertate, quam uos ſocijs dediſtis, hæc ille, &c.) Venetum & aliorum librorum lectio uera eſt: Libertatem, quam uos. ut hoc, Vrbem quam ſtatuo ueſtra eſt. &, Populo ut placerent quas feciſſet fabulas. Vtrum ego deſipio, & plus quàm ſatis eſt.) Veneti, & alij, Et plus quàm ſatis opus eſt. quorum alterum de explicatione inculcatum uidetur. Non ut aliquid ex huius bonis uſurparet.) Veneti uerius, recuperaret. Tuus hoſpes Cleomenes hoc dicit, ſeſe in terram eſſe egreſſum.) Veneti & alij, In terra eſſe proiectū. Hoc mutandum quidam putarunt, eſſe profectum. Sed illa noſtra lectio ſanè longè abducta uidebatur: non exponere tamen uoluimus. Quibus argumentis ſe ad ſalutem uti arbitrabantur.) id eſt, quibus rebus demonſtrare nitebantur ſe mercatores, non milites Sertorianos eſſe. Sed Veneti nō minus rectè, Quibus adiumentis ſe, &c. Hæccine plebi Rom. te prætore eſt conſtituta conditio.) Hanc ueram lectionem eſſe, nemo (ut opinor) dubitare poterit. quamuis Venetus liber, quem eſſe emendatiß. uolunt, et nos magnifacimus, uulgarē retineat: Hæc in plebe Rom. te præt. Non enim certè iacere hoc loco orationē oportet. Vt dubitationē aliquā crucis.) Rectè. id eſt, ut tibi afferret dubitationē, an crucis illum ſupplicio ſe ſtatim afficere uelles. Veneti non deterius, dilationem: id eſt, ut ſupplicium ſaltem differre uelles. Vt ille in dolore cruciatuq; moriens, per anguſto freto.) Veneti ſimiliter. Alij, fretu. ſed nos uſitatius illud huic antiquiori prætulimus. Et mox, Supplicio affectum. nota figura ſermonis. Veneti, & alij, ſupplicio affixum: de crucis ſupplicio minus ſimpliciter.

IN INVECTIVAM PRIMAM CONTRA L. CATILLINAM, ad Senatū, Franciſci Syluij Ambiani Commentarius.

ARGVMENTVM.

DE Catilinæ cōiuratione amplius dicere poſt Salluſtium, Plutarchum in uita Ciceronis, Appianum in lib. ſecundo Bellorū ciuilium, mihi uidetur ſuperuacaneum. Ideo quæ huic noſtræ rei propiora ſunt, ea ſolum attingam. L. igitur Catilinæ denunciatione, quum iam longius proceßiſſet coniuratio, coniurati in domum M. Leccæ VIII Id. Nouēb. nocte conſequente conuenerūt. Ea nocte dies Catilinæ exeundi, cæteris manendi conditio, cædis atq; incendiorum per totam urbem deſcriptio cōſtituta eſt. Iam ſe exiturum Catilina dixit, ſed paululum ſibi eſſe moræ, quòd Cicero conſul uiueret. Tum C. Cornelius & L. Varguntcius equites

quites Romani polliciti ſunt ſe illa ipſa nocte paulo ante lucem uenturos, tanquã ſalutatum Conſulem, & intromiſſos more Conſulis & iure amicitiæ, in lecto eum interfecturos. Huius conſilij Cicero per Fuluiã factus certior, domum ſuam præſidijs ualidiorib. firmat, duos equites ad cædem, ut conſtitutum erat, uenientes aditu prohibet. Eo ipſo die in templo Iouis Statoris Senatũ habet, ut ad eum referat de coniuratione, deq; reip. periculo. In Senatũ Catilina uenit, aut diſsimulandi cauſa, aut ſui expurgãdi, tanquam iniuria laceßitus foret. Tum cum nemo amicorum, nemo propinquorũ ſalutauit. ij, prope quos aſſedit, in alia ſubſellia ſeſſum ierunt. Cicero ſiue præſentiã eius timẽs, ſiue ira commotus, luculentã hanc (id quod ait Salluſtius) atq; utilem reip. habuit orationem: cuius hoc eſt argumentum. Hortatur Cicero, impellitq; Catilinam, ut cum ſocijs coniuratis ex urbe egrediatur in exiliũ, uel in caſtra Manlij; quòd conſilia eius de cæde Conſulis, Senatus, ciuium, urbisq; incendio, & Italiæ uaſtatione, ſibi & Senatui cognita ſint: quòd eius conatibus omnib. priuato conſilio obſtiterit. nihil in urbe eſſe quod eum delectare poßit, quem omnes boni ciues metuunt & oderunt. Miſerũ eum oſtendit, quòd quum ueniret eo ipſo die in Senatum, nemo eum Senator ſalutauerit, nemo ei aßidere uoluerit. Vitandæ ſuſpicionis cauſa, antè Catilina ſe multis uiris clarißimis in cuſtodiã dare uoluit: nullus eum aſſeruare uoluit. tanto metu omniũ & odio flagrabat. Pollicitus eſt Catilina ſocijs, abire ad Manlium in caſtra: ab eo poſtulat Cicero, ut id faciat, quòd in caſtris Manlij cum improbis et ſui ſimilib. uerſari iucundũ ei futurum ſit. Catilinã in Manlij caſtra proficiſci, quàm à ſe Conſule interfici Cicero putat utilius. Nam primum ſi proficiſcatur, nemo de coniuratione dubitabit: deinde eum ſequentur omnes cõiurati. Si in urbe necaretur, improbè factum putarent ij, qui de coniuratione dubitant, & coniuratorum grex totus in urbe remaneret. Quocirca hortatur eum cum coniuratis, ut exeat cum ſuo & ſuorum exitio, reiq; publicæ ſalute.

QVOVSQVE tandẽ.) Quamuis id fiat ſæpius, ut in orationis proœmio ad auditores ſermo dirigatur: aliquando tamen ad aduerſarium directus acrior fit atq; uehementior. Cicero pro Q. Ligario: Habes igitur Tubero, quod eſt accuſatori maximè optandum. Salluſtius in Ciceronem: Grauiter & iniquo animo maledicta tua paterer Marce Tulli. Sicut & Cicero fecerat in Catilinã: Quouſq; tandem abutere Catilina patientia noſtra? autor eſt Quintilianus lib. 4. Idem lib. 9. præcipiens, interrogatione acriorem & uehementiorẽ fieri probationẽ: Figuratum eſt, inquit, quoties nõ ſciſcitandi gratia aſſumitur, ſed inſtandi. ut pro Ligario: Quid tuus ille Tubero diſtrictus in acie Pharſalica gladius agebat? &: Quouſq; tandem abutere Catilina patientia noſtra? &, Patere tua cõſilia nõ ſentis? Et totus deniq; hic locus, quanto (inquit) magis ardet, q̃ ſi diceretur, Diu abuteris patientia noſtra: &, Patent tua conſilia. Tandem.) Priſciano autore libro decimoquinto, hic repletiua coniunctio eſt. autore Seruio, cauſa ornatus ponitur. Vtriuſq; ſententia Vallæ non probatur. Nam oratio interrogatiua plus habet uirium, quàm quæ figurata nõ eſt. Orationis interrogatiuæ uim particula tandem facit uehementiorem. Abutere patientia noſtra.) qui tamdiu furores tuos æquo animo patiamur. Patientia.) id eſt tolerantia. Quouſq; tandẽ abutere.) Nam furor fit læſa ſæpius patientia. Et ueterem patiendo iniuriam inuitas nouam, ut ait Publius Syrus. Eludere, ut ait Donatus in Eunuch. Terentij, enarrans illud, Eludet ubi te uictum ſenſerit: propriè gladiatorũ eſt, quum uicerint. citatq; hunc locum, additq;: Eludere eſt, ludo finem imponere. Quem ad finem.) id eſt quouſq;, id eſt, quando audaciæ tuæ finem facies. Audacia ferè in mala re dicitur. Nihil'ne te nocturnũ.) Quintil. lib. 9. ab iiſdẽ uerbis pluris acriter & inſtanter incipere docẽs, hoc Ciceronis exemplo rem probat, ubi nihil repetitur. Nihil urbis uig.) Vbi de cõiuratione auditum certius eſt, decreuit Senatus, uti Romæ per totam urbem uigiliæ haberentur, hisq; minores magiſtratus præeſſent, ut ait Salluſtius. Nihil timor.) Nam immutata urbis facies erat. Triſtitia inuaſit omnes, neq; loco, neq; cuiquã ſatis fidebant. Nihil concurſus bonorũ.) Qui tum eſſe ſolet, quum peſtis reip. opprimenda eſt. Conſenſus, nõ concurſus legit Quintil. Nihil hic munitiß.) Senatus legitimus, qui ſingulorũ menſium calendis & idibus haberi ſolebat, in curia habebatur. Indictus aũt, qui ſcilicet noua cauſa adueniente indicebatur, in loco augurato haberi ſolebat. Inde pro Senatu ſæpe templum dicitur. Senatum aũt in templo Iouis Statoris tum habuit Cicero, quum hanc in Catilinam orationem habuit: Id templũ ad initium ſacræ uiæ, quæ ad Palatium ſpectat, ædificatũ fuiſſe, Plutarchus in uita Ciceronis tradit. De hoc templo apud T. Liuiũ lib. 1. multa licet legere. Horum Senatorũ.) quos ſcilicet uereri debueras. Conſc. teneri.) id eſt, ab his omnibus Senatorib. cognoſci. Conſtrictã rem cõſcientia tenere, eſt rem ita certò ſcire, ut ea ex animo noſtro extorqueri nõ poßit. Quid prox. nocte.) in domo M. Porcij Lecca. à quo conſilio infrà dicet. Quid ſuperiore nocte.) id eſt, proximã præcedente. Sua enim cõſilia nocte cũ cõiuratis Catilina capiebat, quo illa nocturnis tenebris forent occultiora. Quid eg.) Illud ex arte eſt, ut quũ aduerſariorũ nobis conſiliũ patefactum eſſe totum ſignificare uolumus, ex eo pauca dicamus. Tum enim reliqua nobis cognita ſuſpicabuntur. Quid conſilij cep.) id eſt, quid deliberaueris. O tempora.) In magna rei quam tractat indignatione, Cicero id dicere ſolet. ut in actione in C. Verrẽ 6. & in oratione pro Domo ſua ad pontifices. Priſc. lib. 16. ſcribit hoc loco O eſſe particulam indignandi. Quintil. li. 9. ſcribit, indignationis ſimulatione affectus auditorũ moueri. ut, O tempora, ô mores. Viuit, uiuit.) Repetitio eſt, in qua prioris ſententiæ uerbũ ultimũ ac ſequentis primum eſt idem. qua figura utuntur poetæ ſæpius: Pierides uos hæc facietis maxima Gallo, Gallo cuius amor tantũ mihi creſcit in horas. Sed ne oratores quidẽ rarò: Hic tamen uiuit, uiuit? immo etiam in Senatũ uenit. Publici conſil.) quod Senatus capit. Nos autem.) Ignauiã ſuam aliorumq; ciuium accuſat, qui ſibi reip. ſatisfacere uidentur, ſi Catilinæ tela declinent, quem interficere debeant. Quamuis enim uiri fortis ſit, nonnunquã periculis ſe ſubtrahere, ſeq; reip. reſeruare: in hoc tamen Catilinæ furore non licebat. Vir ampliß.) Argumentũ à minore ad maius per comparationẽ. Vbi, ut ait Quintilianus lib. 8. non ſolum totum toti, ſed etiam partes partibus cõparantur. Nam Catilina Graccho, ſtatus reip. orbi terrarum, mediocris labefactatio cædi & incendijs & uaſtationi, & priuatus Conſulib. comparatur.

paratur. P. Scipio Naſica.) De Tiberij Gracchi cæde quum alij multi, tum Plutarchus in uita Gracchorum ſcripſit. Vir ampliſs.) Hunc Scipionem T. Liuius libr. 49. ait uirum optimum à Senatu iudicatũ eſſe. Priuatus.) id eſt, nullum gerens magiſtratum. autore Cicerone libro de Officijs primo, priuatum oportet æquo & pari cum ciuibus iure uiuere: neq; ſubmiſſum & abiectum, neq; efferentem ſe nimis: tamen in repub. ea uelle, quæ tranquilla & honeſta ſint. Hic tamen attende, priuatũ dici eum qui ſit Pontifex maximus: ut T. Liuius libro 22. C. Flaminium Conſulem deſignatum appellat priuatum. Nam illa nimis antiqua prætereo.) Id ſolet facere Cicero, quum multa exempla citat, ut antè externa quàm domeſtica, antè antiqua quàm recentia memoret. hæc enim magis quàm illa mouent. Halæ exemplum, quod antiquius eſt, præterire ſe dicit: alioqui ante Scipionẽ Hala citatus fuiſſet. Hæc Sp. Melij cædes facta eſt circa annum ab Vrbe condita CCCXVI. de qua T. Liuius multa in lib. 4. Q. Seruilius.) Hunc Caium Seruilium Liuius appellat. Nouis rebus ſtudentẽ.) id eſt, regnum affectantẽ. Fuit, fuit.) Hæc geminatio amplificãdi gratia fit. ut, Occidi, occidi nõ Sp. Melium. Iſta quondam.) Quondam hic præteriti temporis eſſe, Priſcianus lib. 15. docet, ut pro futuro Vergil. dixit in Buc. Quondã tua dicere facta, Tempus erit. & pro præſenti: idem in 2. Aeneid. Quondam etiam uictis redit in præcordia uirtus. Habemus enim ſic.) Enim hic eſt particula continuatiua, non cauſalis. In qua ſignificatione nonnunquam, ſed ſæpius nam à Cicerone dicitur. Senatuſconſultum in te.) In atroci negocio reip. Senatus decernere ſolebat, ut uiderent Conſules, ne quid reſpub. detrimenti caperet. Tum licebat Conſulibus exercitum parare, bellum gerere, ſocios ac ciues ad bellum cogere, domi militiæq; imperium ſummũ atq; iudicium habebant. Aliter iniuſſu pop. Rom. harum rerum nulla conſuli poteſtas erat. Autor eſt Salluſtius in bello Catilinario. Hoc ſenatuſconſultum.) Quando S.C. datum ſit, non conuenit. Dicit enim Salluſtius, id datum poſtquam C. Cornelius & L. Varguntcius Ciceronem Cos. opprimere domi conati ſunt. Antea factũ Plutarchus in uita Ciceronis dicit. Quam ſententiã ſecutus mihi Cicero uidetur, quòd eoipſo die, quo coniuratorum manus effugit Cicero, habita ſit hæc oratio. Vehemens.) id eſt, urgens.

Et graue.) id eſt, ſeuerum & triſte. Non deeſt reip. conſilium.) quo conſilio hæc autoritas Senatuſconſulti faciendi Senatui permiſſa eſt. Nos nos Coſſ.) Priſcianus lib. 17. ſcribit, pronomen aliquando amplioris ſignificationis cauſa poni, ubi tantum ad alios omnes uidetur fieri diſcretio. ut Cicero in 1. lib. Inuectiuarum: Nos, nos, dico apertè, Conſules deſumus. Intelligimus enim, quòd nemo alius niſi nos deſit. Vt L. Opimius Cos.) Id apud Plutarchum in Gracchorum uita amplius ſcriptum eſt.

Nox nulla interceſsit.) id eſt, eo ipſo die, quo id S. C. mandatum eſt, C. Gracchus interẽptus fuit. Propter quaſdam.) Hoc dicit, ut C. Gracchi facinus, propter quod occiſus eſt, oſtendat leuius eſſe Catilinæ facinore. Clariſsimo patre.) T. Sempronio Graccho, qui duobus Conſulatibus, duob. triumphis & Cenſura ornatus fuit.

Auis.) quorum auus maternus fuit Scipio Africanus maior. M. Fuluius Flaccus.) C. Gracchi in ferendis legibus ſeditioſis ſocius, quia cum Graccho contra ſalutem reipublicæ fecerat, Senatus ſententia interfectus eſt eodem die quo Gracchus, eius domus euerſa & publicata eſt. In qua porticum pòſt aliquanto Q. Catulus de manubijs Cimbricis fecit, ut ait Cicero in oratione ad Pontifices de domo ſua. Cum liberis.) id eſt, cum filio, cui facta optio eſt, ut genus mortis eligeret: ut ait Appianus in libro 1. Liberos autem etiam pro unico filio dici, A. Gellius ſcribit. C. Mario & L. Valerio Flacco Coſſ.) De quo pluribus agit Cicero in oratione Pro C. Rabirio perduellionis reo. C. Seruilium Glauciam, & L. Saturninum ſeditioſis legibus remp. lacerantes, & comitia cædibus diſcutientes, C. Marius ſextum Cos. in curia Hoſtilia morte multauit, ut Velleius lib. 2. autor eſt. Nam unum diem mors remorata eſt.) id eſt, Nunquid interempti ſunt eo ipſo die quo factum eſt S.C. Reip. pœna.) quia ſcilicet reſpub. ſeditioſos ciues multare ſolet. Viceſimum iam diem.) Negligentiam ſuam uel nimiam patientiam arguit. Quo, inquit, die hæc S.C. data ſunt, pernicioſi ciues interfecti ſunt. Viceſimus iam dies eſt, quum hoc S.C. habemus, necdum eo in Catilinam uſi ſumus. Hebeſcere aciem.) Vnde ſit metaphora, ſatis patet, quòd hoc S.C. datum ſit tanquam gladius, quo necetur Catilina. Quòd autem tamdiu quieſcat, uelut rubigine acies eius hebeſcit & obtunditur. Ferrum enim, ut apud A. Gellium Cato ait, ſi non exerceas, rubigo inficit. Horum Senatorũ.) Conuenit accentu acuto in media, alioqui interfici dicendum eſſet. Viuis & uiuis.) Hanc uocis geminationem, ubi aliquid interponitur, uehementiorem eſſe Quintilianus lib. 9. præcepit. ut: Bona, miſerum me, conſumptis enim lachrymis tamen infixus animo hæret dolor: bona, inquã, C. Pompeij acerbiſsimæ uoci ſubiecta præconis. Viuis et uiuis non ad deponendam, ſed ad confirmandã audaciam.

Non diſſolutum.) id eſt, non inertem, nõ diffluentem, non negligentem, tanquam reip. cura ſolutus ſim. Cicero Actione in Verrem 7. Intelligo maluiſſe Domitium crudelem in animaduertendo, quàm in prætermittendo diſſolutum uideri. Inertiæ.) id eſt, ſtultitiæ, quòd ſolertiam quæ inertiæ contraria eſt, prudentiam Cicero appellet. Inertiæ igitur: id eſt, ſtultitiæ, quòd clemens & humanus eſſe uelim in eum, qui parricida patriæ eſſe cogitet, quæ mea quoq; nequitia eſt. Caſtra ſunt.) Cneus Manlius, qui ſub L. Sylla ſtrenuè militauerat, in Etruria Fæſulis cùm alios multos, tum L. Syllæ ueteranos milites imperio Catilinæ habebat, qui princeps fuit belli faciendi.

In Etruriæ faucibus.) id eſt Fæſulis, prope quas Florentia non multo pòſt deducta colonia eſt. In Etruriæ faucibus.) id eſt, in ingreſſu Etruriæ. In dies ſingulos dicit, quum indies obtineat dicendi conſuetudo. Imperatorem eorum.) id eſt Catilinam. Ne hoc potius.) Apud Quintilianum libro nono lego, Ne non potius: Vtimur, inquit, uulgo comparatiuis pro abſolutis, ut cum ſe quis infirmiorem eſſe dixerit, duo inter ſe comparatiua committimus. Si te Catilina comprehendi, ſi interfici iuſſero, credo erit uerendũ mihi, ne non potius omnes boni ſerius à me, quàm quiſquam crudelius factum eſſe dicant? Hoc enim uerbum credo à Cicerone ſæpe dicitur in oratione interrogatiua, cum ironia, tanquam per parentheſin. ut in oratione contra Rullum in Senatu: Vos hæc, niſi euertere remp. cuperetis, ac uobis nouam dominationem comparare, credo quàm pernicioſa eſſent, non uideretis? Idem: Hoc motu atq; hac perturbatione animorum atq; rerum, cum po. Ro. uox & autoritas Conſulis oſten-

dent,

derit, ſummam tranquillitatem pacis & ocij, uerendum (credo) nobis erit, ne ueſtra iſta præclara lex agraria magis popularis eſſe uideatur? Quum uerò ſcelera conſiliorum ueſtrorum, fraudemq́; legis & inſidias, quæ ipſi populo Romano à popularib. Trib. plebis fiant, oſtendero, pertimeſcam (credo) ne mihi non liceat contra uos in concione conſiſtere? Omnes boni.) Ciues boni dicuntur, qui reip. ſtudioſi ſunt, etiã ſi improbi ſint homines. Nam bonus ciuis & bonus homo, eodem modo non dicuntur. Ariſtoteles lib. Politicorum 3. ubi docet boni ciuis & boni hominis eandem uirtutem non eſſe, boni ciuis uirtutem eſſe dicit, conſeruationem communis ſocietatis: ſocietatem uerò eſſe remp. quocirca ciuis boni uirtutem ad remp. ſpectare. Sententia igitur eſt: Si te interfici iuſſero, nemo ex bonis ciuibus id à me factum crudelius dicet, ſed omnes potius dicent prius factum oportuiſſe. Iampridem factum eſſe oportuit.) id eſt, te Catilinam interfectum. Firmis præſidijs.) quæ ſcilicet in urbe collocaui, ut nocturnum præſidium Palatij & uigilias. Oppreſſus.) id eſt, circundatus, & circumuallatus, & circumcluſus. Cõmouere.) id eſt, mouere. ut paulo infrà: Num inficiari potes, te illo ipſo die meis præſidijs, mea diligentia circumcluſum, commouere te contra remp. non potuiſſe? Non ſentientem.) id eſt, quum non animaduertes. Adhuc.) id eſt, hucuſq;: quæ eius propria ſignificatio eſt, in qua Cicero uſurpare ſolet. Speculabuntur atq; cuſtodient.) id eſt, obſeruabunt. id eſt, attentè uidebunt & audient, quæ facies aut conſultabis. Illuſtrantur.) id eſt, declarantur & patefiunt. Teneris undiq;.) id eſt, arcana tua conſilia, quæ nocte in priuatis parietibus cepiſti, tenemus & ſcimus: id eſt, ut uulgo dicunt, tu decelaris. Mecum licet recognoſcas.) id eſt, ſi oblitus es, ea tibi in mentem reuocabo. Quo uerbo Cicero tum utitur, quum aduerſarij uitia ſibi cognita dicit. Ante diem V. Calend. Nou.) Hoc die Cicerone Cos. futura erant comitia conſularia. Sed pridie Cicero ad ſenatum retulit, quoniam multa narrabãtur quæ Catilina facturus erat, ut per uim fieret Conſul, factum eſt S. C. referente Cicerone, ne eo die comitia haberentur. Quo die frequenti ſenatu Catilinam Cicero excitauit, eumq́; de his rebus iuſsit, ſi quid uellet, quæ ad ſe allata eſſent, dicere. Tum hæc Cicero Catilinæ prædixit. Ante diem XII. Cal.) Autore Priſciano lib. 18. dicimus tertium & tertio Cal. uel Non. uel Idus, uel Calendarum, No. Iduum, pro in 3. die ante Cal. uel Non. uel Idus. Cicero in 1. Inuectiuarũ: Meminiſti ne me ante diem 12. Cal. Nouembrium dicere in Senatu, fore in armis certo die, qui dies futurus eſſet ante diem 6. Cal. Nouemb. Ante diem 6. Cal. pro ante Cal. dictum eſſe, idem Priſcianus eodem libro ſcribit. Adminiſtrum.) id eſt. magnum & præcipuum miniſtrum: qua uoce uſus ſæpe Cicero eſt. Ad enim habet uim intendendi: ut adamare, amirari, aduigilare. Contuliſſe.) id eſt, propoſuiſſe & deſtinaſſe. In ante diem.) id eſt, in die qui eſſet ante diem. Tuorum conſiliorum reprimendorum cauſa.) id eſt, ne optimates, ut conſulueras, occideres. Illo ipſo die.) id eſt, ante diem 5. Calẽ. Nouemb. Cum te Præneſte.) Hoc Præneſte & hæc Præneſtis, autore Seruio lib Cõment. 7. dicitur. Superiorem noctẽ.) qua conueniſti in domum M. Porcij Leccæ Senatoris cum cõiuratis: quæ nox omnium temporum coniurationis acerrima fuit, atq; acerbiſsima, ut ait Cicero pro P. Sylla. Priori nocte.) id eſt, ſuperiore. Inter falcarios.) Falcarij à falce dicti ſunt, qui falce metunt. Hos aũt coniuratos appellat falcarios, propterea quòd ciuitatem omnem, adeoq́; ipſa urbis ædificia tanquam falce metere, id eſt, ferro igniq́; omnia uaſtare: ut fœniſeca demetit omnia, ita hi nihil erant relicturi. Inter falcarios.) id eſt, cum falcarijs: uel ut exponit hunc locum Priſc. lib. 18. in eum locum ubi erant falcarij. Hoc dicendi genere Cicero utitur etiam in oratione pro P. Sylla: Quid tandem, inquit, de illa nocte dicit, cum inter falcarios ad M. Leccã nocte ea quæ conſecuta eſt poſterũ diem No. Nouemb. me Cos. Catilinæ denunciatione conuenitẽ? Conſilio.) id eſt, Senatu. Video eſſe hic.) Salluſt. nominat XI Senatores, qui fuerunt ex cõiuratione, Lentulum, Antronium, Longinũ, Cethegum, P. & Ser. Syllas, Vargunteium, Annium, Leccam, Beſtiam, & Curium. Diſtribuiſti partes Italiæ.) Nam Cn. Manlium Fæſulas, Septimium in agrum Picenum, C. Iulium in Apuliã dimiſit, autore Sall. qui tamen ſcribit, has Italiæ partes antè diſtributas, quàm in domum Leccæ cõuenerint. Cic. tamẽ pro P. Sylla, dicit ea nocte Catilinæ exeundi, cæteris manẽdi conditionem, per urbem totam cædis atq; incendiorũ deſcriptionẽ conſtitutã eſſe. Quos Romæ relinqueres.) Hac nocte conſtituit Catilina, ut cum egrederetur ad exercitum, Lentulus in urbe relinqueretur: Caſsius incendijs, Cethegus cædi præponeretur, ut ait Cic. pro P. Sylla. Deſcripſit urbis partes ad incẽdia.) Duodecim opportuna urbis loca ad incendia deſcripta eſſe, quibus Statilius & Gabinius præfecti eſſent, Salluſt. ſcribit. Confirmaſti.) id eſt, affirmaſti. Paululum tibi moræ.) id eſt, nihil te remorari, niſi quòd uiuerẽ. Reperti ſunt duo equites Rom.) Hos Salluſt. C. Cornelium & L. Vargunteium, Plutar. & Appianus cum Cornelio M. Cethegum nominant. Dimiſſo.) id eſt, diſſoluto. ut dimitti Senatum, dimitte exercitũ, dimitti diſcipulos dicimus.

Comperi per Fuluiam.) quæ omnia Ciceroni patefaciebat. Excluſi.) id eſt, aditu prohibui: id eſt, in domum meam non recepi. Quos tu mane ad me.) Hi enim duo equites Romani ceperant conſilium, ut prima luce Ciceronem Conſulem tanquam ſalutatum uenirent, ut intromiſsi Ciceronis more & iure amicitiæ, eum in lecto ſuo trucidarent: ut ait Cicero pro P. Sylla. Hi ianua prohiberi ſe indignè ferentes, in ipſis foribus ita acclamauerunt, ut in apertam ſuſpicionem uenerint. Id temporis.) Id temporis & id ætatis, pro eo tempore, & ea ætate ſæpe dicit Cicero. libro Epiſtolarum ad Atticum decimotertio: Venit ad me, & quidem id temporis, ut retinendus eſſet. Idem de Finibus quinto: Is locus ab omni turba id temporis uacuus eſſet. Idem libro Epiſtolarum familiarium ſexto: Ita uiximus, & id ætatis iam ſumus, ut omnia quæ non noſtra culpa nobis acciderint, fortiter ferre debeamus. Perge quò cœpiſti.) Quintilianus libro nono, ubi de dictionum repetitione præcipit: Congregantur, inquit, uerba idem ſignificantia. Quæ quum ita ſint Catilina, perge quò cœpiſti, egredere aliquando ex urbe, patent portæ, proficiſcere. Et in eodem, alio libro: Abijt, exceſsit, erupit, euaſit, nimium iamdiu. Iulius Rufinianus Epitropem eſſe dicit, quũ figuratè concedimus, ut quod uelit quis faciat. Vergilius: I, ſequere Italiam uentis, pete regna per undas. Et Cicero: Proficiſcere: Nimium iamdiu te imperatorem illa tua Manliana caſtra deſiderant. Murus interſit.) parietes pri-

uſti ſunt, muri uerò & mœnia publica ſunt: ut ianua priuatorum ædificiorum eſt, porta publicorum, murus urbis. Huic ipſi Ioui Statori.) *cuius in templo ſenatus hic habebatur.* Antiquiſsimo cuſtodi huius urbis.) *Quum Sabini cum Romulo bellum gerentes, Capitolium Tarpeiæ proditione occupaſſent, Romulus inclinata ſua acie, fuſá que ad ueterem portam Palatij, ab Ioue precatus eſt, ut fœdam ſuorum fugam ſiſteret: ibi que Ioui Statori templum uouit, quod monumentum eſſet poſteris, Iouis præſenti ope urbem ſeruatam eſſe. ut ait Titus Liuius libro primo. Nec ob id credas primum Romæ hoc templum fuiſſe. Iouis enim Feretrij ante hoc primum Romæ templum ſacratum fuiſſe, idem ſcribit. Stator Iupiter à ſiſtẽdo dicitur, quod autore Gellio habet præteritum ſteti, & habet ſupinum ſtatum. Inde ſtatus condictúſque cum hoſte dies, in lege tabularum duodecim, & in primo de Officijs dicitur.* Tanquam infeſtam Reipublicæ peſtem.) *Infeſtum, ut ait Aulus Gellius libro nono, id dicitur, quod malum infert cuipiam. Cicero peſtem & perniciem appellare ſolet, id quod damnum afferat maximum.* Periclitanda.) *id eſt, in periculis uerſanda, & ad exitium petenda.* In uno homine.) *id eſt, in me Cicerone, cuius ſalus cum Reipublicæ ſalute coniuncta eſt.* Proximis comitijs.) *quibus, Cicerone conſule, D. Syllanus, & L. Murena conſules deſignati ſunt. Anno enim ſuperiore Catilina conſulatus repulſam paſſus, in hunc annum petiuit conſulatum. Quo die haberentur comitia, Cicero quòd homines iam tum coniuratos cum gladijs in campum deduci à Catilina ſciret, deſcendit in campum cum firmiſsimo præſidio fortiſsimorum uirorum, & cum illa lata & inſigni lorica: ut idem ait in oratione pro L. Murena.* In campo.) *Martio.* Nullo tumultu.) *id eſt, nullo bello, aut belli apparatu, aut nulla publica ciuium perturbatione concitata.* Me petiſti.) *Petere honorem, famam, fortunas alicuius, iugulum, caput; hominem, Rempublicam, ferè in re mala dicimus.* Perniciem meam.) *id eſt, meam perniciem redundaturam in Reipublicæ calamitatem.* Id quod primum.) *id eſt præcipuum, ut uocem populum Romanum ad arma ex S. C. té que interficiam.* Diſciplinæ que maiorum.) *Hæc enim autoritas S. C. in atrociore periculo Reipublicæ à maioribus inſtituta eſt.* Ad ſeueritatem lenius.) *id eſt, minus ſeuerum.* Sentina Reipublicæ.) *Quemadmodum uſuuenire ſolet, ut quicquid humoris corrupti in corpore ſit, id totum hulcus ad ſe contrahat: quicquid aquæ in naui eſt, id ad ſentinam confluat: ita in ciuitate quotquot improbi ſunt, ad aliquem unum improbitate inſignem concurrunt. Id in hac Catilinæ coniuratione factum eſt. Nam, ut ait Salluſtius, qui ubique probro atque petulantia maximè præſtabant, qui per dedecora patrimonium amiſerant, omnes denique quos flagitium aut facinus domo expulerant, ij Romam ſicuti in ſentinam confluxerunt. Quintilianus lib. octauo de Metaphor. ſcribens, dicit Ciceronem rectè ſentinam Reipublicæ dixiſſe, quum fœditatem hominum ſignificaret.*

Non iubeo.) *Nam id inuidioſum eſſet Romæ, & penè regium, ſi Conſul iuberet ciuem in exilium ire.* Extra iſtam coniurationem.) *id eſt, exceptis tuis coniuratis. Extra enim pro præter dicitur. Cicero libro Epiſtolarum familiarium octauo ad Curionem: Derideri te putas. nunc demum intelligo te ſapere. Sed, mehercule, extra iocum ualde mihi tuæ literæ facetæ elegantéſque uiſæ ſunt. Idem in oratione pro Domo ſua: Cuius eſt nemo in tanto populo extra contaminatam illam & cruentam P. Clodij manum, qui rem ullam de bonis meis attigerit: qui te non metuat ut parricidam patriæ, qui te non oderit ut improbum hominem, & flagitioſum. Vel quia quem metuunt, oderunt: quem quiſque odit, periſſe expetit. ut ex aliquo poeta Cicero ait de Officijs libro ſecundo.* Domeſticæ turpitudinis.) *Nam tu fratrem occidiſti, quem mortuum ut uiuum à Sylla proſcribi impetraſti, ut legum pœnas euitares. Tu filium necaſti, ut Aureliam Oreſtillam uxorem haberes. Tu cum filia concubuiſti. Hæc ſunt partim apud Salluſtium, partim apud Plutarchum in uita Ciceronis.* Nota non inuſta.) *Inurere notam, pro eo quod eſt ignominiam & dedecus afferre, ſæpe Latini ſcriptores dicunt. Cicero pro Aulo Cluentio: Qui precio adductus eripuerit patriam, fortunas, liberos ciui innocenti, is Cenſoriæ ſeueritatis nota non inuretur? Idem pro P. Sylla: Neque enim nunc propulſandæ calamitatis ſuæ cauſa ſupplex ad uos iudices confugit, ſed ne qua generi ac nomini ſuo nota nefariæ turpitudinis inuratur. Inurere maculam, odium, dolorem, uulnus, aliáque eiuſdem generis multa dicimus.* Non hæret.) *id eſt inſidet, & infixum eſt, & manet. Cicero pro P. Sextio: Si iſti Cypriæ rogationi ſceleratiſsimæ non paruiſſet, hæreret illa nihilominus in Republica turpitudo. Idem pro M. Cælio: Quare iſta conditio iudices reſpuatur, nec Catilinæ familiaritatis crimen hæreat. id eſt, Cælio infixum ſit, & noceat. Terentius in Hecyra: Sola hic fuiſti: In te omnis hæret culpa Soſtrata.* Non ad audaciam ferrum.) *Catilina, authore Salluſtio, maximè iuuenum, uel adoleſcentium familiaritates appetebat: eorum animi molles, & ætate fluxi, dolis haud difficulter capiebantur. Nam ut cuiuſque ſtudium ex ætate flagrabat, alijs ſcorta præbere, alijs canes atque equos mercari. poſtremò neque modeſtiæ ſuæ parcere, dum illos obnoxios fidóſque ſibi faceret.* Ad audaciam ferrum.) *id eſt arma, tela, ſicas.* Ad libidinem facem.) *id eſt ſcorta.* Superioris uxoris.) *id eſt, prioris.* Domum uacuam feciſſes.) *id eſt, filium ex ea ſuperiore uxore necaſſes. Catilina captus amore Aureliæ Oreſtillæ, cuius præter formam nihil unquam bonus laudauit, quòd ea nubere illi dubitabat, timens priuignum adultum ætate, pro certo creditur, necato filio uacuam domum ſceleſtis nuptijs feciſſe. autor Salluſtius.* Alio incredibili ſcelere.) *id eſt, coitu cum filia. Quam ex ſtupro filiam Catilina ſuſtulit, eam poſtea habuit uxorem, ut ait Aſconius Pedianus in Commentarijs in orationes Ciceronis in Catilinam & Antonium.* Cumulaſti.) *id eſt, præter hoc ſcelus grauius aliud commiſiſti.* Sileri.) *id eſt, à me non dici.* Proximis Idibus.) *id eſt, Idibus Nouembris. Senatus enim legitimus ſingulorum menſium Calendis & Idibus habebatur, ut iam diximus.* Spiritus cœli.) *id eſt, ſpiratio aeris: id eſt, hæc uita, quæ ſine ſpiritu eſſe non poteſt.* Pridie Calend. Ianuar.) *Mos fuit Romanorum, ut noui Conſules in concione, quam primam haberent, populo Romano gratias agerent, quòd ſuffragio ipſius facti eſſent Conſules, maiorum que laudes expo-*

des exponerent. ut ait Cicero in oratione Contra legem agrariam Rulli, quam Calend. Ianuar. habuiſſe ſe dicit in oratione in L. Piſonem. Pridie Calen. Ianuar.) L. Torquatus, & L. Cotta deſignati Conſules actionem primam habituri erant. L. Catilina, P. Antronius, & Cn. Piſo circa Nonas Decembris communicauerunt conſilium, ut eos Conſules interficerent. Ea re cognita, rurſus in Nonas Februar. conſilium cædis tranſtulerunt. Iam tum non Conſulibus modò, ſed plerisque Senatoribus perniciem machinabantur. Quod ni Catilina maturaſſet pro curia ſignum ſocijs dare, ex eo die poſt conditam urbem Romam, peſſimum facinus patratum foret: quia nondum frequentes armati, conuenerant, ea res conſilium diremit. author eſt Salluſtius. Pridie Calend.) Priſcianus libro decimoquarto: Pridie, inquit, more præpoſitionis accuſatiuo adiungitur. Cicero in primo Inuectiuarum: Pridie Calend. Ian. Calend. tamen Ianuarias cædi Conſulum deſtinatas fuiſſe, Salluſtius ſcribit. Lepido & Tullio Coſſ.) De horum Coſſ. nomine inter ſcriptores non conuenit. Aſconius Pedianus L. Volcatium & Tullium: Salluſtius L. Tullum, & M. Lepidum: Cicero pro Sylla, Lepidum & Volcatium. Idem hic Lepidum & Tullium appellat. In comitio.) ubi habenda concio erat. Cum telo.) quod neque in comitium, neque in forum, neque in curiam ferri licebat. Principum.) id eſt, Senatorum, & ciuium primariorum. Vt enim dux belli eſt, ita princeps eſt ciuitatis. Aliquam mentem.) Alij legunt, metum aliquem. Fortunam Reipublicæ obſtitiſſe.) Reipublicæ fortunæ id tribuit, quòd Catilina ſignum dare maturauerit. Ac iam illa.) ſcilicet quæ ſequuntur. Non multo pòſt commiſſa.) id eſt, anno ſecundo. Nam Conſules Torquatum & Cottam Catilina necare conatus eſt. Poſt hos Conſules facti ſunt L. Cæſar, & C. Figulus. His Conſulibus Cicero & C. Antonius Conſules deſignati ſunt. Petitiones conijcere gladiatores dicuntur, quum aduerſario uulnus infligere conantur. Ictum gladij iacere uulgò dicunt. Petere hominem quid ſit, antè diximus. inde petitio appellata eſt. Hæc igitur metaphora à gladiatoribus tota facta eſt. Gladiatorem poſtea Catilinam appellat. Petitiones coniectas aduerſarij qui ſunt nudi, id eſt, ſine armis & clypeis, aut parua declinatione euitant, aut corpore effugiunt. Seruius enarrans illud Vergilij ex libro Aeneidos nono: At Niſus ruit in medios, ſolum'que per omnes Volſcentem petit. Petit, inquit, id eſt, appetit. Petitiones enim propriè dicimus impetus gladiatorum. Vnde Cicero, Quot ego tuas petitiones ita coniectas: declinationem intelligit, quum ad eludendum ictum aduerſarij corpus in hanc uel in illam partem inclinamus. Inde factum eſt, ut declinare pro eo quod eſt uitare, dicamus. Cicero in primo de Officijs: Declinetque ea quæ ei nocitura uideantur. Corpora effugere prouerbiali ſententia eſt, periculum tam imminens, ac penè premens arte quadam declinare. Tranſlatum à gladiatoribus, ictum modico flexu corporis fallentibus. author eſt Eraſmus. Mihi latêre.) id eſt, mihi incognitum eſſe. Vergilius tamen in libro Aeneidos primo dixit, Nec latuere doli fratrem Iunonis, & iræ. quod uſitatius eſt. In tempore.) id eſt opportunè, quo ſcilicet tempore ſcire mihi utile ſit. Terentius in Hecyra: Opportunè te mihi Philippe, & in ipſo tempore oſtendis. Idem in Heautontimorumeno: In tempore ad eam ueni, quod rerum omnium eſt primum. Quoties tibi extorta eſt ſica de manibus.) id eſt: Quoties tuis conatibus reſtiti. Et tanquam tua tibi è manibus extorta fuiſſet ſica, nihil confeciſti. ut in primo libro de Officijs Cicero de oppreſſa coniuratione: Conſilio, inquit, diligentia'que noſtra celeriter de manibus audaciſſimorum ciuium delapſa ipſa arma ceciderunt. Caſu aliquo.) id eſt: Quoties conatus tuus caſu aliquo, & fortuna Reipublicæ eluſus eſt, ut pridie Calend. Ianuar. & Non. Februar. Sica à ſecando, quaſi ſeca, genus erat gladij parui, ad cædem faciendam, quod facilè occultari poſſet. Inde ſicarius, qui ſica hominem occidit. Sed per abuſionem, autore Quintiliano libro decimo, ſicarios etiam omnes uocamus, qui cædem telo quocunque commiſerint. homicidas dicunt. Initiata ſacris.) id eſt, ſacrata. Cultris enim utebantur in mactandis uictimis. ut Aenea Hecatæ ſacrificante apud Vergilium libro Aeneidos ſexto: Supponunt alij cultros, tepidum'que cruorem Suſcipiunt pateris. Authore Seruio in Commentarijs in librum Aeneidos ſecundum: frons uictimæ, & foci, & cultri, mola ſalſa aſpergebantur. Huiuſmodi cultro uictimario in profana re uti non licebat. Deuota.) id eſt, addicta ſacris & deſtinata: ut in libro Aeneidos duodecimo: Ill: quidem ad ſuperos, quorum ſe deuouet aris, Succedet fama, uiuusq; per ora feretur. Conſulis in corpore.) Eam enim primum uoluit defigere in corporibus Torquati et Cottæ Conſulum. poſtea ſæpe in corpore Ciceronis Conſulis.

Paulo antè.) ſed hoc ipſo die. Neceſſarijs.) id eſt, propinquis. Quis te ſalutauit?) In Senatum uenit Catilina, ut coniurationis ſuſpicione ſe purgaret. Sed adeò creuerat eius odium, ut id fruſtrà tentaret; quippe quum prope eum nemo Senator aſſidere uoluerit, ſed ab eo ſe quiſque auerterit longius, ut antè diximus.

Si hoc poſt hominum memoriam contigit nemini, uocis expectas contumeliam.) Morem fuiſſe ſignificat, ut qui in Senatum intret, eum ſaltem amici & propinqui ſalutarent. Grauiſſimo iudicio taciturnitatis.) Quòd te amici & propinqui non ſalutauerunt, id eorum ſilentium, tacitum de te iudicium erat. Conſtituti tibi.) id eſt, à te. Partem iſtam ſubſelliorum.) id eſt, ne tibi aſſiderent, ſurrexerunt, alioque ſeſſum iuerunt. Serui mehercule mei.) Authore Quintiliano libro octauo, amplificatio per comparationem incrementum ex minoribus petit. Augendo enim quod infrà eſt, ex quo ſumitur comparatio, neceſſe eſt extollat id quod ſuprà poſitum eſt. Cicero in Catilinam: Serui mehercule mei, & cætera. Vrbem non arbitraris?) relinquendam. Agnoſcas conſcientia ſcelerum tuorum.) id eſt, quòd tu tibi ipſe conſcius ſis.

Odium iuſtum.) ut apponat ei quod dixit, iniuria ſuſpectum. Omnium noſtrûm parens.) pro eo quod eſt, noſtra omnium parens dicit. ut paulo antè: Ad omnium noſtrûm uitam ſalutémque pertinent. Item: Qui de meo noſtrûmq; omnium interitu cogitent. Odit ac metuit.) Alium antè ſeruauit ordinem: Nemo qui te non metuat, nemo qui te non oderit. Si te parentes timerent atque odiſſent tui. Parricidio ſuo.) id eſt, interitu ſuo, quæ communis eſt omnium noſtrûm parens.

ut ait Donatus, exponens illud Daui Terentiani in Andris: Quid cauſæ eſt, quin hinc in piſtrinū rectà proficiſcar uia? Recta uia, & rectà dicit Terent. non rectè, quando locale eſt. In Phormione: Vt modò argentum tibi dedimus apud forum, rectà domum ſumus profecti. Si mihi inimico.) id eſt, uis mihi conflare uel inuidiā, uel gloriam: ſi inuidiam, proficiſcere in exilium: ſi gloriam, in caſtra Manliana cum manu coniuratorum diſcede. Iubere ciuem Romanum proficiſci in exilium, eſſe uidetur nimiam ſibi potentiam uſurpantis. Ideo Ciceroni inuidiam conflaturus Catilina ſit, ſi in exilium egrediatur. Conflare pro eo quod eſt facere, quum alij multi, tum ſæpe Cicero dicit. ut pro M. Cælio, conflare inuidiam: in Verrem Act. 4. conflare crimen & inuidiam: id eſt, ob crimen homini inuidiam facere. Ibidem conflare negocium, id eſt, facere & exhibere. de Reſponſis aruſpicum, conflare pactiones & ſocietates: id eſt, facere. Pro Deiotaro, conflare conſenſum: id eſt, facere conſenſionem. Pro Roſcio, conflare iniuriam, id eſt facere. Pro eodem, conflare iudiciū, id eſt, litem facere: Pro Cluentio, conflare ſeditionem. Pro P. Sylla, conflare exercitum, & conflare tumultum. Libro Epiſtolarum familiarium quinto, conflare bellum. In Partitionibus, conflare crimen & ſuſpiciones. Pro Cælio, conflatum monſtrum, id eſt compoſitum. Vnde facta ratio ſit, promptius eſt quàm ut dici debeat. Sermones hominum.) id eſt famā. Molem.) id eſt, onus iſtius quā tu mihi conflaueris. Nam pronomen iſtud, & à Cicerone & à Terentio, ad perſonam ſecundam referri ſæpius attendimus. Seruire laudi meæ.) id eſt, laudem mihi facere. Importuna manu.) Cicero importunum pro malo, crudeli & inhumano, ſæpe dicit in orationibus. ut pro P. Seſtio, dicitur manus Catilinæ importuna. Ibidem, prodigia importuna, & ciuis importunus. Pro Murena, importunus Catilina gladiator. In Verrem actione tertia, importunum animal. In Piſonem, importuna bellua. In Rullum, importuna auaritia. Pro C. Rabirio, importuna actio regia. Pro Cluentio, importuna mulier. Pro domo ſua, importuna peſtis. De aruſpicum reſponſis, importunum ſcelus. De prouincijs conſularibus, importuna crudelitas. Inde importunitas facta, in his ſæpe rebus dicitur.

Perditos.) improbos. ſceleratos homines appellare ſolet Cicero. rarò appellat malos, quo nomine uulgò appellantur. Infer patriæ bellum.) uſitatius quàm illud uulgare, Fac bellum contra patriam. Latrocinium.) Latro is eſt, qui ſpe prædæ hominū uitæ inſidiatur, quales ſunt graſſatores, & uiarum obſeſſores. Latrocinio impio.) id eſt, contra patriam facto. Qui te ad forum Aureliū.) Tibi, non te legendum hic eſſe Priſcianus docet: qui libro octauo dici latinè præcipit, præſtolor te & tibi. Terent. in Eunucho, Quem præſtolare Parmeno. Cicero in primo Inuectiuarum, Qui tibi ad forum Aurelium præſtolarentur. Ad forum Aurelium.) Forum pro tribunali dicit. Nam ſæpe Cicero appellat tribunal Aurelium: & pro L. Flacco, & A. Cluentio gradus Aurelios. Ante id Aurelium tribunal magnam fuiſſe plateam, quò etiam improbi homines conuenirent, coniectare licet: quòd autore Cicerone in oratione quam habuit ad Quirites poſt reditum, homines pro tribunali Aurelio palàm conſcribebantur, ac centuriabantur, quum Clodianæ inuidiæ tempeſtas in ipſum Ciceronem impendebat. Non modò liberi, ſed etiam ſerui homines ex uicis omnibus concitati, tū pro hoc tribunali conſcribebantur, ut ait idē pro P. Seſtio. pro Domo ſua, & in L. Piſonem. Via Aurelia profectum Catilinam in caſtra Manlij, Cicero dicit oratione proxima ad Quirites. Aquilam illam argenteam.) Catilinæ. Aquilam C. Marius bello Cimbrico in exercitu habuiſſe dicebatur, ut ait Salluſtius. Aquila hic non dicitur pro uexillo, in quo depicta aquila ſit: ſed erat ſignū aquilæ conflatum. autore enim Vegetio libro de Re militari ſecundo, tria Romani in exercitu ſignorū genera habebant: aquilam, dracones, & uexilla. Aquila totius legionis ſignum eſt, quam portat aquilifer. Dracones ſunt ſingularum cohortium. legio enim in cohortes decem diuiditur: quos qui ferunt, draconarij dicuntur. Cohortes uerò in centenarias diuidebantur. Singulis centenarijs ſuum erat uexillum. In uexillis ſingulis notatum erat ex quota cohorte, quota centuria eſſet, ne quid milites à ſigno aberrarent. Prætermitto ueteres in legionibus Minotaurum habuiſſe, quòd ducis conſilium ſemper occultum eſſe deberet, ut in labyrintho ille abditus erat, ut idem ait in libro tertio. Aquilæ igitur & draconum ſigna erant conflata, non picta. Vexillum autem à uelo factū eſt: ut ab ala axilla, à mala maxilla. Funeſtam, id eſt feralem, mortiferam. Sacrarium, ſacrorum eſſe repoſitorium Valla dicit. Hic pro ſacello dici uidetur. Vt poſſis.) id eſt, quomodo poſſis. ut apud Terentium, Vt is ualet? Tandem aliquando.) ſæpe ſimul dicit Cicero. Meditati.) exercitati. Qui ferūtur.) id eſt, uulgo dicuntur. Catilina patiens inediæ, algoris, uigiliæ erat, ſuprà quàm cuiquam credibile eſt, ut ait Saluſtius. Iacere humi, & uigilare ad obſidendū ſtuprum, maritorumq; ſomno inſidiandum, et ad facinus obeundum, ad bonis occaſorum inſidiandum: id eſt, ad expectandum quoad mariti dormiant, ut uxorib. eorum potiare: & ad inſidiandum hominibus, ut interfectos eos ſpolies. Conſulatu repuli.) id eſt, quum te accuſaui ambitus, effeciq; ne Conſul eſſes. L. Catilinam & C. Antoniū ambitus Cicero accuſauit. Huius oratio quamuis deſideretur, in eam tamen commentarij Aſconij Pediani extant. Tentare.) id eſt, experiri an poſſes uexare. Nam te Conſule, iſta tua coniuratio bellum appellari poſſet. Alioqui latrocinium, non bellum appellabitur. Deprecer.) id eſt, depellā & euitem prece adhibita. Percipite quæſo.) Exordium ſpeciale eſt, in quo auditores facit attentos. Eo utendum eſt, quum quid dicturi ſumus, quod noſtra multum interſit auditores cognoſcere. M. Tulli quid agis?) Hæc proſopopœia patriæ ad Ciceronē mollior eſt, quàm ſuperior illa eiuſdem patriæ ad Catilinam: Nullum iam aliquot annis facinus extitit niſi per te. Natura enim Cicero erat humanior, Catilina audacior.

Hunc fictum perſonæ ſermonem conuenire decet, non ſolum perſonæ cui datur, ſed etiam perſonæ ad quam datur. De utraque proſopopœia eſt apud Quintilianum libro nono. M. Tulli.) Vocatiuum caſum in principio ſolutæ orationis rarò inuenias. illud tamen ſine ueterum imitatione non fiat, ut quum alienum ſermonem allegamus, in orationis principio uocatiuum collocemus. L. Piſo (ut eſt apud Aulum Gellium libro undecimo) eundem, inquit, Romulum dicunt ad cœnam uocatum, ibi non multum bibiſſe, quia poſtridie negocium haberet. Et dicunt: Romule, ſi iſtuc omnes homines faciant, uinum uilius ſit. Euocatorem ſeruorum.) Seruius libro Commentariorum in Aeneidos Vergilij octauo,

tria

tria militiæ genera ſcribens, euocationem genus tertium fuiſſe dicit, quum ad diuerſa loca mittebantur multi ad cogendos milites. Euocatorem igitur, id eſt, ad militiam uocatorem, per conquiſitores. Seruos tamen à Catilina repudiari, quamuis initio magnæ copiæ ad eum concurrerẽt, Saluſtius ſcribit: partim quòd opibus coniurationis fretus erat, partim quòd alienum ſuis rationibus exiſtimabat uideri, ſi cauſam ciuiũ cum ſeruis fugitiuis communicaret. Lentulus in eius exercitu ſeruos non fuiſſe oſtendit in literis, quæ ad eum miſſæ deprehenſæ fuerunt. In quib. hortatur eum, curet, ut omnium ſibi auxilia adiungat, etiam infimorum. Infima autem conditio & fortuna ſeruorum eſt, ut ait Cicero in lib. de Offic. 1. Non emiſſus ex urbe.) Antanaclaſis eſt: cuius multas ſpecies Quintil. li. 9. ponit. ſed elegantius eſſe dicit, quod eſt poſitum ad diſtinguendam rei proprietatem: Hanc reip. peſtem pauliſper reprimi, non in perpetuum comprimi poſſe. quod exemplum paulo infrà eſt. Et quæ propoſitionibus in contrarium mutantur: Non emiſſus ex urbe, ſed immiſſus in urbem eſſe uideatur. Mactari.) id eſt, occidi. ut apud Virg. in lib. Aeneid. 10. Hic mactat Lacona, Pheretaq́; Demodocumq́;. Id aũt uerbum à ſacrificijs tractũ eſt. Mactus enim, unde mactare dicitur, eſt quaſi magis auctus. Quum aut thus aut uinũ ſuper uictimam fundebatur, dicebãt mactus eſt taurus thure aut uino, id eſt, cumulata eſt hoſtia, & magis aucta. autor eſt Seru. lib. Comment. in Aeneid. Virgilij 9. In Sacris aũt, ut idem lib. 6. ait, uerba mali ominis uitabantur. Hinc mactare uictimas, pro occidere dicimus, id eſt, magis augere. Virgil. lib. Aen. 4. Mactant lectas de more bidentes. Vel ad hominem ſacrum alludit. Apud Romanos ueteres à Duumuiris rerum capitalium ad pop. Rom. prouocatio erat. Qui à pop. Rom. ob maleficium damnabatur, is homo ſacer dicebatur. Eum qui occiderit, Tribunitia lege, parricida nõ ſit, id eſt homicida. Ex quo quiuis homo improbus ſacer dicitur. autor eſt Sex. Pomp. qui tamen negat hominem ſacrũ immolari fas fuiſſe. Legem à Valerio Publicola Coſ. latam fuiſſe de prouocatione aduerſus magiſtratus ad populum, ſacrandoq́; cũ bonis capite eius, qui regni occupandi conſilia iniuiſſet, Titus Liu. ſcribit 2. lib. Mós ne maiorum.) qui morte ciuem non multabant, iniuſſu pop. Rom. Etiam priuati, id eſt, non ſolum magiſtratus, ſed etiam priuati, ut P. Scipio Naſica Pontifex Max. Quæ de ciuium reorum ſupplicio.) Lex Porcia uirgas ab omnium ciuium Romanorum corpore amouit. Eadem libertatem ciuium lictori eripuit. Lex Sempronia, quam C. Sempronius Gracchus tulit, cauebat ne iniuſſu pop. Rom. ciuis Romanus morte multaretur, ut ait Cicero in orat. pro C. Rabirio. Præclaram uerò.) Ironia eſt. autore Donato in Comment. in Eunuchum Terentij, Verò ſæpe dicitur in Ironia. ut, Egregiam uerò laudem & ſpolia ampla refertis, &c. Id apud Terent. ſæpe inuenias. Qui te hominem per te cognitum.) Commemorat populi Rom. in Ciceronem beneficia, ut oſtendat Ciceronem pro ſalute pop. Rom. nõ debere inuidiam metuere. Hominem per te cognitum.) id eſt, qui maioribus tuis præluxiſti, à quo ſplendorem maiores accepêrunt: uel nouũ hominem. qua ratione maius fuit populi Romani in te beneficium. Nam pleraq; nobilitas, ut ait Saluſt. in bello Catilinario de Conſulatu Ciceronis quaſi pollui Conſulatum credebat, ſi eum nouus homo, quantumuis egregius, adeptus foret. De ſuo Conſulatu Cicero in Rullum ad pop. Romanum: Me, inquit, perlongo interuallo propè memoriæ temporumq́; noſtrorũ primum hominem nouum Conſulem feciſtis, & eum locum quem nobilitas præſidijs firmatum, atq; omni ratione obuallatum tenebat, me duce reſcidiſtis, uirtutiq́; in poſterũ patêre uoluiſtis. Tam maturè.) Certa quædam & legitima ætas gerendi Conſulatus erat, antequam ætatem ſuſcipere non licebat. Cicero anno ſuo.) id eſt, eo quo ei licebat gerere, Conſulatum petijt, eſtq́; factus Conſul. quod nemini nouo homini ante ſe contigiſſe, dicit in Rullum ad Quirites. Ad ſummum imperium.) id eſt, conſulare, qui honos ampliſſimus etiam dicitur. Per omnes honorum gradus.) Honorum, id eſt, magiſtratuum illi gradus ſunt, Quæſtura, Aedilitas, Prætura, Conſulatus, Cenſura. Cicero fuit primùm Quæſtor, deinde Aedilis, deinde Prætor, anno ſecundo pòſt Conſul. Quam inertiæ.) Magiſtratus inuidiam ſuſcipit, ſi eſt nimiũ acer & ſeuerus, aut iners & deſidioſus, & negligens in uindicandis maleficijs. Leuiorem ſuperiore poſteriorem dicit inuidiam. Tecta.) id eſt, ædificia. Eſt autem ſynecdoche. ibi enim pars pro toto ponitur. Hæc aũt figura quamuis ſit poetis familiarior, tamen in proſa mucronem pro gladio, & tectum pro domo recipi, Quintilianus libr. 8. ſcribit. Vſuram unius horæ.) id eſt, tempus: uel ut exponit Donatus, id eſt uitam. Is enim exponens illud ex Adelphis, Tu tuum officium facies, atq; huic aliquid paululum præ manu dederis, unde utatur: Vtatur, inquit, id eſt uiuat: unde uſura uita dicitur. ut, Vnius uſurã horæ gladiatori iſti ad uiuendum nõ dediſſem. ut uſuram lucis pro tempore uitæ, aut pro uita ipſa ſæpe dicit Cicero. In Verrem actione ſeptima: Cur inquam ciuibus Romanis, quos piratæ ceperant, ſecuri ſtatim percuſſis, ipſis piratis lucis uſuram tam diuturnã dediſti? Pro P. Sylla: Lucis'ne hanc uſuram eripere uis, plenam lachrymarum atq; mœroris? Et pro Rabirio Poſthumo: Vſuram huius lucis, & ueſtrũ conſpectum ne eripiatis. In oratione ad Quirites in Rullum ſecunda: Paruam exigui temporis uſuram bonæ de me opinionis poſtulo, prò parua parte utenda. Gladiatori.) Catilinæ. Parricida à Latinis priſcis dicebatur, non ſolum qui parentem, ſed etiam qui alienum occidiſſet, ut ait Sextus Pompeius. Hic uerò parricida amplificationis cauſa dicitur. patria enim communis parens omnium eſt. Ciues igitur ſunt ueluti fratres: qui igitur ciues necat, ciuium parricida eſt. Virtute.) id eſt, animi magnitudine, id eſt fortitudine. In qua ſignificatione à Cicerone ſæpe dicitur. In hoc ordine.) id eſt, Senatores. Imperiti) id eſt idiotæ, ſtulti, & uulgò ut dicunt, ſimplices. Nam poſtea ſtultum refert ad imperitos. Coniur. eſſe patet.) Factam, nõ patefactam hoc loco apud Priſcianum lego, lib. 18. Quæ lectio placet. Pauliſper reprimi.) Locus hic uidetur oſtendere, quid diſtet inter reprimere & comprimere: ut ſit reprimere ad tempus, comprimere in perpetuum. Idem Quintilianus ſentire uidetur libro nono, ubi de antanaclaſi ſcribit. Quod ſi ſe eiecerit.) id eſt, tanquam ex naufragio in Manliana caſtra appulerit. Eiectus enim is eſt, qui litori ex naufragio tabulæ, uenti aut fortunæ beneficio ſaluus ſe applicat. Terent. in Andria: Atticus quidam olim naui fracta apud Andrũ eiectus eſt. Virgilius libro Aeneidos quarto: Eiectum, & litore egentem Excepi, & regni demens in parte locaui. Idem in primo: Si quibus eiectus ſyluis aut urbibus errat.

errat. Eiectus, inquit Seruius, id eſt, naufragus. Adulta peſtis.) id eſt, matura. Verumetiam ſtirpis.) Stirps quum eſt generis fœminini, genus ſignificat. Virgilius in lib. Aen. 7. Heu ſtirpem inuiſam, & fatis contraria noſtris Fata Phrygum. In maſculino arborem ſignificat. Idẽ 12. Sed ſtirpem Teucri nullo diſcrimine ſacrũ Suſtulerant. autores ſunt Priſcianus lib. 5. & Seruius lib. 3. Comment. in Aen. Vergilij. Stirpem ſacrum pro oleaſtro, ubi nautæ ſeruati ex undis, ſua figere dona ſolebant. Paulo pòſt pro oleaſtri trunco uel radice ſtirpem dicit: Nanq; diu luctans, lentoq́; in ſtirpe moratus, Virib. haud ullis ualuit diſcludere morſus Roboris Aeneas. Idem in eodem lib. ſtirpem dicit pro caudice, id eſt ea trunci parte unde aguntur radices. Is enim de Latini ſceptro: Vt ſceptrũ hoc, inquit, dextra ſceptrũ nam fortè gerebat, Nunquam fronde leui fundet uirgulta, nec umbras, Quũ ſemel in ſyluis imo de ſtirpe reciſum. Columella in lib. 4. dicit pro ramo eo ab arbore auulſo uel deciſo, q terræ infixus radicat: Nulla ſtirps, inquit, antequã dꝑonatur, uexata et infracta melius prouenit, quàm quæ integra & inuiolata ſine iniuria compoſita eſt. Stirpem in genere fœminino poſuit, ut Horat. ſtirpes raptas dicit. Eſt igitur hic ſumpta ſimilitudo ex ſtirpe pro caudice, uel pro ramo ab arbore auulſo. Huiuſmodi ſtirps in certo arborũ genere, quum plantatur, agit radices. Stirpes Seruius plantas appellat libr. Georgic. 2. Plantæ, inquit, & plantaria differunt. nam plantæ raptæ ſunt de arborib. plantaria uerò ex ſeminib. nata, cum radicibus & terra propria transferuntur. Malorum omnium.) id eſt, omnium incommodorũ. ne de improbis hominib. intelligas. Ac ueteris furoris.) Biennio ante conceptam hanc coniurationẽ in conſulatu ſuo emerſiſſe, Cicero dicit in oratione pro P. Sylla. Maturitas erupit.) Perſtat in tranſlatione peſtis adultæ. Peſtis aut aliud quoduis ulcus tum demum erumpere dicitur, quum maturum ſe ſua ui, ſine ullo medicamento ſine ferro aperit. Maturitas ulceris etiam domeſtico ſermone dicitur. Ex tanto latrocinio.) id eſt, ex tanta coniuratorũ & latronum turba. Tolletur.) mactabitur. Periculum autem reſidebit.) Perſtat in tranſlatione peſtis, quæ ſi nondum matura ferro aut medicamentis aperiatur, uel opprimatur, tum ſanies ipſa in uenis atque in uiſceribus penitus reſidebit, aliaſq́; erumpet. Aegri morbo graui.) id eſt, grauiter ægrotantes. Aeger dicitur animo & corpore, ægrotus uerò corpore. Terentius tamen ægrotũ animum ſæpe dicit. ut in Andria: Priuſquam harum ſcelera & lachrymæ confictæ dolis, Reducant animum ægrotum ad miſericordiã: id eſt, triſtem & iratum. Idem in Heaut. Cœpi nõ humaniter, neq; ut animum decuit ægrotum adoleſcẽtuli tractare, ſed ui, &c. Ab alijs autoribus dici rarò inuenias. Aeſtu febriq́;.) id eſt, æſtuante febri. Releuari.) id eſt, conualeſcere. Afflictantur.) id eſt, ægrotant. Viuis reliquis.) coniuratis ſcilicet. Viuis melius quàm uiuentibus, quod uſu rariſſimum eſt, niſi participium ſit. Quare ſecedat.) Concluſio eſt. Id quod ſæpe iam dixi.) id eſt, bis primo: Magno me metu liberabis, dummodo inter me & te murus interſit. deinde: Cum à me quoq; id reſponſum tuliſſes, me nullo modo poſſe iiſdem parietibus tutum eſſe tecum, qui magno in periculo eſſem, quod iiſdem mœnibus contineremur. Domi ſuæ Conſuli.) id eſt, mihi Conſuli domi meæ. Circunſtare Tribunal Prætoris urbani.) Decretis à Senatu prouincijs, quæ Conſulares, quæ Prætoriæ eſſent, ſortiebantur Prætores qui ad quas prouincias adminiſtrandas proficiſceretur: cui ſorte obuenerat, ut in urbe remaneret ad dicendum ius Romanis ciuibus, is Prætor urbanus dicebatur. Circunſtare tribunal.) Id antè ſignificat Cicero in proſopopœia patriæ ad Catilinam: Tu, inquit, non ſolum ad negligẽdas leges & quæſtiones, uerumetiam ad deuincendas perfringendaſq́; ualuiſti. Obſidere cum gladijs curiam.) quum L. Torquatum & L. Cottam conſules & plerosq; ſenatores Nonis Februarijs necare conatus eſt, quum nimium maturauit pro Curia ſocijs ſignum dare, malleolos facesq́; ad incendendam urbem cõparare. Vegetius lib. de Re milit. 4. malleolos eſſe dicit uelut ſagittas, quas ardẽtes obſeſſi projiciunt in turres hoſtiũ ambulatorias: quæ ſi adhæſerint, uniuerſa conflagrant. Nonius uerò Marcellus eſſe dicit manipulos ſparteos, pice contextos, qui incenſi aut in muros aut in teſtudines iaciuntur. Ad incendendam urbem.) Catilina antequã in domum M. Porcij Leccæ cum coniuratis conueniret, multa moliebatur, Conſuli Ciceroni inſidias tendebat, incendia parabat, opportuna loca armatis hominib. obſidebat, cum telo erat, ut ait Salluſtius.

Inſcriptum in frontem.) Frons homini triſtitiæ, hilaritatis, clementiæ, ſeueritatis index eſt, ut ait Plinius lib. 11. Ideo à ferendo frontem appellatam putant, quòd præ ſe ferat quid in animo ſit. Sententia eſt, quid quiſq; de rep. ſentiat cognoſcatur. nam hilari fronte ciues boni ſint, triſti uerò & obnubilata coniurati. Vel improborũ diſceſſu, quid quiſq; de rep. ſentiat, ex fronte cognoſcatur, tanquam ſi id in eorum frontib. inſcriptum eſſet. Hiſce omnib.) quæ ſequuntur. Tum tu Iupiter.) εὐχὴ, id eſt, precatio eſt. ut apud Virgil. Da nunc Tymbri pater ferro quod miſsile libro. Cicero in Catilinã, quum inuocat Iouem ad pœnam coniuratorũ, atq; ita concludit: Aeternis ſupplicijs uiuos mortuoſq́; mactabis. hæc Iulius Rufinianus in li. de Figuris. Aris.) id eſt templis: partem pro toto poſuit. Cicero dicit Catilinã ad hæc ſua uerba obmutuiſſe. Is enim in libro de Oratore ad Brutum de genere dicendi ſcribens, quod Græci παθητικὸν nominant, quo perturbantur animi et concitantur, in quo uno regnat oratio: quod uehemens eſt, incenſum, incitatũ, quo cauſæ eripiuntur: quod quum rapidè fertur, ſuſtineri nullo pacto poteſt: Quo genere, inquit, nos mediocres, aut multo etiã minus, ſed magno ſemper uſi impetu, ſæpe aduerſarios de ſtatu omni deiecimus. Nobis pro familiari reo ſummus orator non reſpondit Hortenſius. à nobis homo audaciſſimus Catilina in Senatu accuſatus obmutuit. Etiam Ciceronis ingenium Catilina fugit, ut ait Plinius lib. 7. Sed autore Salluſtio, pauca quædam purgandi ſui cauſa dixit. Quum uerò in Ciceronem maledicta conijceret, cœperunt omnes obſtrepere, hoſtem ac parricidã eum uocare. Tum furibundus ille: Quoniam, inquit, circumuentus ab inimicis præceps agor, incendium meum ruina reſtinguam: deinde ſe ex curia domum proripuit. M. tamen Cicero hoc à Catilina antè dictum fuiſſe ſcribit, in oratione pro L. Murena. Paucis enim diebus ante diem XII. Cal. Nouemb. Catoni iudiciũ minitanti, & denuncianti, Catilina reſpondit: ſi quod eſſet in ſuas fortunas incendium excitatum, id ſe non aqua, ſed ruina extincturum. Nocte intempeſta cum trecentorum ſatellitum comitatu urbem egreditur, ſibiq́; conſularis dignitatis inſignia faſces atq; ſecures præcedere iubet, inq; Manliana caſtra contendit.

IN CATILINARIAM I. CAELII SEcundi Curionis Annotationes.

ARGVMENTVM.

LVcius Sergius Catilina nobili genere natus fuit magna ui & animi, & corporis, ſed ingenio malo, prauoq;. Huic ab adoleſcentia bella inteſtina, cædes, rapinæ, diſcordia ciuilis, grata fuere: ibiq; iuuentutem ſuam exercuit. Corpus patiens inediæ, uigiliæ, algoris, ſupra quàm cuiquam credibile eſt. Animus audax, ſubdolus, uarius, cuiuſlibet rei ſimulator ac diſsimulator, alieni appetens, ſui profuſus, ardens in cupiditatibus: ſatis eloquentiæ, ſapientiæ parum. Vaſtus animus immoderata, incredibilia, nimis alta ſemper cupiebat. Hunc poſt dominationem L. Syllæ, libido maxima inuaſerat Reip. capiundæ. neq; id quibus modis aſſequeretur, dum ſibi regnũ pararet, quicquam penſi habebat. Agitabatur magis magiſq; indies animus ferox, inopia rei familiaris & conſcientia ſcelerum: quæ utraq; his artibus auxerat, quas ſuprà memoraui. Incitabant eum præterea corrupti ciuitatis mores, quos peſſima ac diuerſa inter ſe mala, luxuria atq; auaritia uexabant. Sed maximè eum in furorem agebat proxima conſulatus repulſa, quòd ſibi Ciceronem prælatum uidebat. In tam itaq; corrupta ciuitate Catilina id quod factu facillimum erat, omnium flagitioſorum atq; facinoroſorum circum ſe, tanquam ſtipatorum cateruas habebat. Cum his igitur tandem ſua conſilia communicat, & breuiter in Senatus & omnium bonorum necem & exilium commorat, quo ipſe primùm, deinde alij coniurati urbe & imperio Romano potiantur. Cicero autẽ cuius diligentia coniuratio inueſtigata & deprehenſa erat, quòd tum conſul eſſet, in Iouis ſtatoris templo munitiſsimo, Senatum habet, ut ad eum referat de coniuratione, deq; magno Reip. periculo. Venit in Senatum Catilina, ſiue diſsimulãdi cauſa, ſiue expurgandi ſui. Sic uti iurgio laceſſitus foret. ubi cum nemo ſalutauit, imò ij propter quos aſſederat, in alia ſubſellia tranſierunt. Hic Cicero eo conſpectu, ſiue præſentiam eius timens, ſiue iuſtiſsima commotus ira, luculẽtam atq; utilem Reip. habuit orationem: qua Catilinam accuſat maieſtatis, eiq; ſuadet, ut urbe cedat, atque in exilium abeat, aut cum reliquis coniuratis ad Manlij caſtra properet. Quod facit Cicero eo conſilio, ut ſi Catilina diſcederet, nemo iam de coniuratione dubitaret: tum ut urbem imminenti periculo liberaret. Huic accuſationi nõ reſpondit Catilina, ut Cicero in Oratione teſtatur. A' nobis, inquit, homo audaciſsimus Catilina in Senatu accuſatus, obmutuit. At Saluſtius Catilinam reſpondiſſe ſcribit, ac poſtremum obſtrepentibus omnibus, hoſtemq; & parricidam uocantibus, uerba illa iactaſſe: Quoniam quidem circumuentus, inquit, ab inimicis præceps agor, incendium meum ruina reſtinguã. Sed obmutuiſſe, quod Cicero ſcribit, intelligendus eſt, qui ſe purgare ac defendere nõ perſeuerauerit, nec quæ obijciebantur, diluere potuerit. Nam ſe illico ex curia domum proripuit. Ibi multa ſecum ipſe uoluens, quòd neq; inſidiæ in conſulem procedebant, & ab incendio intelligebat urbem uigilijs eſſe munitam, optimũ factu credẽs, exercitũ augere, ac priuſquã legiones ſcriberentur, multa antè capere quæ bello uſui forent, nocte intempeſta cũ paucis in Manliana caſtra profectus eſt. In quibus caſtris, quas in agrum Piſtorienſem abduxerat, nõ multo pòſt cum ſuis copijs oppreſſus occubuit. Laudandus, ſi tam fortiter pro patria, quàm contra patriam depugnaſſet. Mores autem, & uitam Catilinæ, totumq; negocium tum ex Cicerone, tum ex Saluſtio, qui de coniuratione Catilinæ copioſe ſcripſit, intelligetis.

Genus orationis.

Genus orationis huius [illegible] eſt, id eſt, ut Cicero in Oratore dicit, uehemens incenſum excitatum, quo cauſæ eripiuntur: quod cum rapidè fertur, ſuſtineri nullo pacto poteſt. Cauſæ genus iudiciale, quod cũ duas contineat partes, accuſationem & defenſionem, hæc accuſatio eſt, quam alij inuectiuam uocant. Status cauſæ, facti & coniecturæ: cuius loci ſex ſunt, Probabile, collatio, ſignum, argumentum, conſecutio, approbatio: quæ omnia his duobus continentur, cauſa & euentu, & ad unum adiunctorum locum referũtur. Iudicatio, uel propria iudicij quæſtio, nulla eſt, præter ſtatum ipſum: ut feciſti, non feci, ſtatus eſt: iudicatio, an fecerit. Partes orationis ſex inſunt, ſed narratio in totam ſpargitur orationem, quo magis ſeruiat coniecturæ & ſuſpicioni.

Exordium.

Quouſq; tandem.) Abruptum & ualde incitatũ principium eſt. Exorditur enim ab aduerſarij perſona & audacia, ut eum in odium rapiat: percunctatione uerò ad eum orationem dirigit, quo uehementior ſit oratio, quoq; ei maiorem terrorem incutiat. Abutere.) quaſi dicat, non patiemur amplius. Significat hoc principio Senatum non ignorare Catilinæ uitam. Tandem.) Longã ſignificat patris expectationem, & habet magnam grauitatem. Eludet.) Eſt in hoc uerbo magnum pondus. dicuntur enim eludere ij qui per ridiculũ homines contemnunt. Affectus autem ſenſim augentur. Nam quod ſecundo loco dixit, uehementius eſt quàm quod primo. Furor.) Furor eſt, in patriam conſpirare. Catilina enim bis in eam coniurabat. Iactabit.) Amplificat tribus membris. Eſt enim auxeſis, & idem ſemper dixit. Effrenata.) Tranſlatio ab equis, qui dicũtur effrenati, cum ſine freno feruntur. quaſi dicat, audacia tua Catilina retineri nõ poteſt. Nihil'ne te.) Repetitio cum percunctatione & adiunctione. nam uno uerbo ad finem adiecto, ſex membra concludit & comprehendit. Nihil.) Differunt interrogatio & percunctatio: quòd interrogatio ſit noſcendi cauſa, percunctatio uerò reprehendendi. Ora hominum.) ſcilicet patrum. uides horum ora expallere, et te toruè aſpicere. Idcirco ſignificat eſſe ſigna deſperatæ ſalutis. Palatium.) Eſt collis Romanus, in quo Euander & Romulus habitabãt. erat enim locus munitiſsimus.

Mouerunt.) Saluſtius in Catilinæ coniuratione, dicit præter reliqua, quæ à prudentiſsimo Senatu erãt prouiſa, ſi quis aliquem ex coniuratis accuſaſſet, & oſtendiſſet coniurationem, donata illi libertas eſt, & coniurato ipſi remiſſa pœna. Nam dicit conſtitutæ in urbe uigiliæ, quibus minores magiſtratus præerant, utpote cenſores, ædiles, prætores. Nam mulieres tendere manus ad cœlos, & miſeratæ liberos, ſibi patriæq; diffidere. At Catilinæ crudelis animus ijs non mouebatur, nimirum planctibus & percuſsionibus pectorum mulierum. Quid proxima: quid ſuperiore.) Spargit coniecturæ locos à ſignis, in quibus inſunt tempus, locus, perſonæ, conſilia. Vbi fueris.) Orator ut uehementius animum crudelem Catilinæ permoueat, aperit illi quæ putabat latêre (ea enim nocte hæc admiſit) Catilina enim cõſultabat cum ſuis, ut curarent conſulem Ciceronem interficere. Saluſtius uerò

hæc

hæc explicat planius, nimirũ Catilinam caſtigaſſe ignauiam ſuorum fœderatorum. Fueris.) in Leccæ domo. Quos conuocans.) tuos coniuratos, & ſocios ſcelerum. Conſilium.) ſcilicet de opprimendo conſule, & bello gerendo contra patriã. Quid proxima nocte.) Hæc proportionis loco debent haberi. Mores.) Salluſtius memorat inter cauſas coniurationis, mores corruptos. Conſul uidet.) Locus indignationis plenus. Reprehendit Senatum, & paulo liberius. quare parrheſiam eſſe liquet, ex eo quòd magiſtratum quem uereri debebat, tam aſperè reprehendit. O tempora, ô mores.) Exclamatio. Tempora nimirum infelicia & miſera, mores corrupti & peſſimi. Senatus hoc intelligit.) Locus indignationis. Conſul uidet.) Mitior eſt caſtigatio, quòd ſeipſum reprehendit. Collega autem Ciceronis erat Caius Antonius. is erat unus ex iis ducibus, qui contra Catilinam depugnarunt. Hic tamen uiuit, uiuit?) Reuocatio uerbi cum indignatione. Viuit.) quaſi dicat, res eſt noua, & inſolens. Magiſtratus enim pœnas expetere debuiſſet. Viuit.) Cicero auget ſua ipſius interrogatione, & non eſt geminatio. Hoc enim eſt in eadem comprehenſione: ſed hoc loco fit in diuerſa. Igitur eſt reuocatio uerbi, cum nimirũ id quod in fine alicuius ſententiæ ponebatur, à principio alius ponitur. Imò uerò ocium.) Correctio. Imò in Senatum.) Facit Orator paranomaſiam, Viuit & uenit. Fit publici conſilij particeps.) Indignationem exaggerat. Publici conſilij.) Semper auget. multi enim accedunt Senatum, ut aliquid rogitent aut petant, neq; tamen fiunt participes conſilij. Sed grauius eſt, Catilinam eſſe unum ex conſiliarijs. Notat & deſignat.) Hoc poſtremum non ferendum. Nos autem uiri fortes.) Ironia & licentia. Ignaui enim non fortes ſunt, qui hoc tantũ curant, ut tela uitent, non ut hoſtem feriant. Reipublicæ.) munere noſtro. Tela.) Omnia arma intelligit, quibus minitabatur Reipublicæ. Ad mortem te Catilina duci.) Propoſitio qua proponit Catilinam tollendum eſſe: quod ſi quis neget, exemplis probat, ſumptis à minoris comparatione. Duci ad mortem.) Quod ſi quis neget, confirmat exemplis. Putauerit autem quiſpiam lege Porcia uetitum eſſe, ne quis manum afferat ciui Romano. ſed ultimum eſto ſupplicium, exilium. Cicero uerò hic excipit maieſtatem. Lex enim Porcia intelligit eum qui ira commotus, furatus ſit aut occiderit. Sed iam obſeruat pulchram hanc uariationem alternam. nam modò ad Senatum, modò ad Catilinam conuertit orationem. Ad mortẽ duci.) Reſponſio ad caſtigationẽ. Nam illa nimis antiqua prætereo.) Non præterit tamen. Eſt igitur occupatio, ſeu præteritio. Nouis rebus ſtudentem.) Suſpectum ex ſuſpectione affectati regni, id eſt, largitione frumenti in ciues Romanos. Et eſt argumentum ex minori. Fuit, fuit.) Geminatio, quæ fit, quoties idem uerbum continuò repetimus. Habemus enim in te.) Vidiſtis quemadmodum Orator tractauit cauſam Catilinæ. Debere enim illum ad mortem duci. idq; probauit & amplificauit. quorũ exemplorum uis dependebat ex minori. Deinde damnauerat ignominiam ſuorum temporum. Iam oſtendit non minus autoritatis ineſſe hoc die, quàm huic quod potuiſſet aliquis. Senatuſconſultum.) Decretum Senatus expreſſum eſt in hiſtoria Salluſtiana. Nam ibi dicit: Hæc cum Ciceroni nunciarẽtur, conſtitutus in dubio, neq; expedire potuit quid eſſet faciendum. Cicero tamen ad Senatũ retulit, qui decreuit ut conſules uiderent, ne quid reſpublica detrimenti caperet: ſcilicet C. Antonius & Cicero conſules. Salluſtius explicat in quem finem fuerit Senatus hoc decretum, cum dicit: Permittitur cohibere milites & ſocios, & ſummum ius tenere. Quæ poteſtas nulli dabatur ſine populi iuſſu. Reipublicæ conſilium.) Rempublicam ponit pro autoritate. Conſilium reipublicæ eſt populi autoritas, ordinis eſt Senatus. Nos.) Diſtinguit autoritatem à perſona. Quia ſi ſuo officio eſſet functus, iuſſiſſet Catilinam duci ad mortem. Et conſilia Ciceronis oſtendunt, ut cogat illũ excedere ex urbe, quia uidebat fugã duo bona conſequi: unum, ut aperta eſſet coniuratio: alterum, urbem liberatam à periculo fore. Copioſa ſanè, & admirabilis, plenaq; affectib. oratio. Opimius.) Exemplũ ponit quid poſsit in illo ſenatuſconſulto: quia aliquib. erat permiſſa Reſpublica, qui quidẽ ſtatim euerſores patriæ & proditores occiderunt. Probat autem Cicero inductione & exẽplis quid ſe deceat facere. Gracchus.) Quia Catilina ſe iactabat nobilem, Ciceronem uerò hominem nouum. Gracchi fuerunt, qui leges agrarias tulerunt. Fuit enim Tiberij Sempronij Gracchi filius G. Gracchus. Auis, maioribus.) Scipione Africano, genteque Corneliorum. nam familia Corneliorum fuit clariſsima. Fuluius.) qui fuerat Conſul, & cum de eo eſſet ſuſpicio, occiſus eſt. Permiſſa reſpublica.) Salluſtius ait mandatum eſſe Conſulibus, ne quid detrimenti caperet Reſpublica. Saturninus.) Varietas Ciceronis, mox interfectus, ne nox remorata, nulla nox intercesſit. antea ſine interrogatione, hic cum interrogatione profert. Remorata.) retenta. At nos.) Si quibus mandata reſpublica eſt. Caſtigat ſe ipſum & Senatum. Antonius autem & Cæſar erant quoq; ex cõiuratis. At nos Parrheſia. At nos.) Alia geminatio. Patre.) Tiber. Sempronio Graccho. Auis, maioribus) Scipione Africano, genteq; Corneliorum. Hebeſcere aciem autoritatis.) Acies autoritatis, id eſt, uim gladij, qua ſe uti licet ad tollendum Catilinam. Incluſum.) Senatuſconſultum quaſi gladium. Tabulæ.) Sunt quaſi uagina, acies, gladius, authoritas & poteſtas occidendi. Verùm tamen incluſum in tabulis, tanquam in uagina reconditum.) Declarat translationem. nam Senatuſcoſ. eſt quaſi gladius: tabulæ, uagina, acies, authoritas & facultas occidendi. Viuis & uiuis.) Obſerua geminationem coniunctam particula &, niſi iteratione eſſe magis, cuius Cicero in Part. Orat. mentionem facit.

Cupio.) Repetitio. Obſerua Oratoris officium, in eo quòd à Catilina ad P. C. ab his uiciſsim ad Catilinã flectit orationem, ut alterum in continuo metu, alteros in indignatione uerſet & contineat. Me non diſſolutum uideri.) Diſſolutus, negligens, remiſſus, frigidus, indulgens. Sed iam meipſum inertiæ nequitiæq; condemno.) Nequitia, aſotia, ab eo quòd necquicquam eſt in tali homine, ex quo idem nihili dicitur. Nequitia contrariũ uitiũ eſt frugalitati, Cicero Tuſc. Gellius multa libro ſeptimo, capite ſecundo: Nequam, aſotus homo, nihiliq;, neq; frugis bonæ. Deponendam audaciam.) Exornat contrario. Fidentia autem in bonam partem, & confidentia & audacia in malam ſumuntur partem. Audaciam.) Suprà furorem. Cicero uerò ſeipſum condemnat, ut tacitè & Senatum condemnet. Clementem.) Apoſtrophe. Clemens eſt, qui multa de iure remittit. Diſſolutum eſſe, eſt uitiũ: cum clementem eſſe, ſit uirtus. Diſſolutus.) nihil curat,

nec pœnam, nec ſupplicium, nec uitium, nec uirtutē, nec quicquā tale. Atq; adeò in Senatu.) Adeò hic ſignificat certè, & quod ſolemus dicere, quod deterius eſt. Caſtra.) Cicero hæc enumerat, ut in metum alios incitet, atque adeò indignationem. nam metus eſt cauſa indignationis, & indignatio eſt cauſa ſupplicij. Caſtra.) Nunc intelligit exercitum. Hetruriæ.) prope ſcilicet Romam. neque enim longè aberat, imò Roma eſt in ueteri Hetruria. Videtis.) Catilinā. Inteſtinam aliquam quotidie perniciem.) Solet Cicero inteſtinum cum occulto ſeu incluſo & domeſtico coniungere. ergo inteſtina pernicies eſt nō externa, ſed interna, atq; adeò periculoſior. Translatio ſumpta eſt ab animalis inteſtinis, qui ſunt uacui nerui in uentre, per quos cibus coctus & digeſtus meat. Molientem.) Cicero nititur ut oſtēdat quantum ſit perniciei ex hac coniuratione, & quanta peſtis ſit in ipſa ciuitate. Imperatorem.) Manlium fuiſſe in faucibus Hetruriæ, dictum eſt. primarius autem dux erat Catilina. Manlius ferè erat prætor Catilinæ. Molientem.) tractantem, parantem, minantem. Inteſtinam.) Hoc uerbo uehementer periculum auget. Solet enim Cicero inteſtinum appellare morbum cum incluſo & occulto ſcelere laborans. & ſolet maximè cum nominibus incluſi, & occulti, & domeſtici coniungere. Tum denuq; interficiam te.) id eſt, interfici iubebo. Sic Herodes apud Lucam, Iacobum interficit. Qui id non iure factum eſſe fateatur.) Significat ſe hoc non facturum, donec reliqui coniurati detecti, quo fiet, ut nocere non poßint. Inteſtina.) Quod ſi morbus in inteſtina corporis parte hæret, facilior eſt curatio: ſed ſi in ipſis inteſtinis morbus ineſt, tunc non facilè curatur. Itaq; cum Catilina peſtis eſſet Reipub. in ciuitate ipſa & Senatu, haud dubiè morbus erat eo periculoſior. Quia ſedes morbi erat in inteſtinis & præcordijs reipublicæ. Si enim te iam Catilina.) Significat Orator nihil ſibi timendum, etiamſi iubeat illum occidi, non eſſe timendas hominum reprehenſiones, quod nemo praue interpretaturus: imò boni dicent, tardius quàm par erat, factum eſſe. Credo uerendum.) Sententiam ſuam tractat per ironiam: credo enim uerbum, eſt nota ironiæ. Viues & uiues.) Altera uerbi à fine conuerſio. Speculabuntur.) obſeruabūt, explorabunt. nam ſpecula, eminentior locus eſt, è quo itinera & uia aliquorum obſeruari atque inſpici poſſunt. Oculi ſpeculabunt ur, aures cuſtodient. Eorum ego.) Occupatio. Catilina autem perterritus eſt. ea nocte quæ ſecuta eſt diem, abijt. Nemo improbus.) Continuationes & cōprehenſiones ſunt. Etenim quid eſt Catilina quod iam amplius expectes.) Non impellit illū ad maleficium, ſed ad bonam frugem & pœnitentiam reuocat, id quod oſtendunt illa uerba: Muta iam iſtam mentem. quaſi in hunc diceret modum: Nihil eſt Catilina quòd iam expectes te poſſe quod moliris, efficere, cum & tua conſilia iam pateant: et ſic obſerueris, ut mouere te cōtra rempublicam nō poßis. Conſultius igitur feceris, ſi cœpta deſeras, mentem que mutes. Præſidijs.) Habebat Cicero tum ex municipijs, tum ex urbe multa & firma præſidia in tota urbe. Commouere.) Hyperbolicum eſt, id eſt, ne quid agere poßis contra Rempublicam. Sentientem.) id eſt, nihil tale cogitantem. Si neque nox.) Redit ad locos coniecturæ, temporis & loci, quibus de coniuratione conſtare poßit. Muta iam iſtam mentem.) μετανοεῖν eſt mentem mutare, pœnitere: & μετάνοια pœnitentia. expreßit enim hic Cicero quod dici ſolet, pœnitentiam age, pœniteat te, reſipiſce. Eſt igitur locus obſeruandus, ut latinè id dicamus, & propriè. Sed neque nox.) Hactenus uniuerſalia tractauit, nunc delabitur ad ſingularia, certioréſque coniecturas. Oſtendet nox.) Mater ſcelerum nox eſt. qui maleſaciunt, oderunt lucem: ſed tamen tenebræ non poſſunt obſcurare ſcelera. Parietibus.) Proſopopœia. attribuit enim ſenſum parietibus. Si neq;.) In hac comprehenſione eſt compar. Luce ſunt clariora nobis tua conſilia omnia.) Coniectura ab adiunctis ijs quæ rem antecedunt. Quæ etiam mecum licet recognoſcas.) id eſt, me ſi non meminiſti ea tibi ſubijciente confitearis. Obliuiſcere.) id eſt, ne facias. eſt enim metonymia: intelligit enim id quod ſequitur ex eo quod antecedit. Teneris undique.) id eſt, quod ſuprà, multis meis præſidijs oppreſſus. Teneris.) id eſt omnia ſcelera tua ſunt nota. & eſt coniectura ab adiunctis, quæ rem antecedunt. Adminiſter.) Auget diligentiam officij. Meminiſti me.) Prædixi quod factum pòſt tuo conſilio eſt, ergo antea illud à te fuerat conſtitutum. Hoc pacto oſtendit ſe conſilio omnia Catilinæ tenere. Num me feſellit.) quo magis terreat Catilinam, urget & dicit ſe omnia reſcire, nihil clam eſſe, neq; ſolùm tempus, rem, ſed diem ipſum cognoſcere. Dicat aliquis, Quo pacto Cicero nouit? Saluſtius reſpondet: In ea coniuratione cuius coniuratus ſenator fuit Quintus Curius, flagitijs & facinoribus coopertus: deinde erat ei cum Fuluia nobili muliere uetus conſuetudo. Curius autem cum amaret Fuluiam, patefecit illi omnem rem, quæ deinde ad Ciceronem detulit. Eandem hiſtoriam habemus in ſcriptura diuina.

Dies.) Quaſi dicat: Si dies me non feſellit, ergo reliqua non tam difficilia cognoſcam. Contuliſſe ante diem.) Saluſtius ait Caium cepiſſe arma cum multitudine ante ſextum diem, ſed Cicero dicit ante quintum diem. Quinta die.) id eſt 27. Octobris. Contuliſſem.) Saluſtius: Igitur ſenatuſconſ. facto miſſi ſunt ut extra urbem reprimerent militum impetum. Circumfuſum.) oppreſſum, obſeſſum, circumuentum. Remanſiſſemus.) Saluſtius: Nam alios in alia loca Catilina miſit, qui initium facerent, ſeq; ad exercitum profecturum, ſi Ciceronem oppreßiſſent. Obſeruanda hic forma Oratoris loquendi. Poetæ hoc pacto dicunt, Noſtra remanſorum cæde. ut, Tuos flentis oculos. Qui cum te Præneſte.) Reliquas coniecturas iam omnes perſequitur, ut patefieri poßit coniuratio. Præneſte oppidum in Italia, quod uoluit occupare Catilina, tanquam munitum locum. poterat enim immunere urbi. In nocturno impetu.) tanquam latro. Nihil agis.) palàm & facto. Nihil moliris.) nihil paras clàm. Nihil cogitas.) nihil animo tecum reputas & uoluis. Quod ego non modò audiam.) audio quæ agis, uideo quæ moliris, ſentio quæ cogitas. Nihil moliris.) Epilogus totius narrationis, & facinorum coniecturæ. Cogitas.) Argumentum ex minori. Recognoſce mecum tandem.) Commoratio in loco munito & coniectura temporis & loci. Intelliges.) Vigilare ſe dicit Cicero: quia Catilina uigilabat ut perficeret inſtituta. Ideo Saluſtius: Parauit incendia, loca obſedit, cum telo fuit, alios iuſsit, etc. Nocte ueniſſe.) Incipit apertius ſigna coniecturæ tractare. Dico te priori nocte ueniſſe.) Nota priori nocte, pro ſuperiore, id eſt,

ea quæ

ea quæ illum diem cum nocte proxima anteceſſerat, quo die hanc habuit orationem Cicero. Inter falcarios.) Falx non ſolum inſtrumentum eſt quo utimur ad metendas ſegetes, ſed etiam bellica machina, ad oppugnandos muros, ut Nonius Marcellus, & Vegetius tradunt. Falces etiam quales meſſorum ſunt, curribus inſeri ſolebant ad ſtragem militum faciendam, unde currus falcati Liuio dicuntur. Sed falcarij milites dicti, qui falces gererent. ſeu translatè dixit, qui tanquam demetere ciuitatem Romanam trucidando erant parati. Non agam obſcurè.) Signa nunc clarius oſtendit, quibus coniurationem Catilinæ probet. locus, tempus, ſpacium, occaſio, ſpes perficiendi, ſpes celandi. Primùm nocte conſilia agitata fuiſſe, & qua nocte indicauit, nempe ſuperiore: deinde inter falcarios milites, quod ſpem perficiendi oſtendit: & in Leccæ domo, in qua ſpes celandi eſt. Conueniſſe autem eodem complures eiuſdem amentiæ ſceleriſq; ſocios.) Ad ſpem perficiendi eſt referendum. Leccæ domum.) Hic locus referendus ad ſpem celandi. Eiuſdem amentiæ.) Periphraſis eſt coniurationis. Num negare audes.) Percunctatio qua terret Catilinam.

Conuincam.) probabo teſtibus & conſcijs tuis. multi enim ex ſenatoribus hac peſte erant infecti. Conuincam.) Vndecim ex ſenatoribus erant in coniuratione.

Taces.) Regula: Taces, ergo aſſentiris. O' dij immortales.) Iracundia cum exclamatione, quæ ad motus animorum, & ad amplificandum plurimum ualet. & eſt etiam breuis à propoſito declinatio exaggerationis cauſa. Hic hic ſunt.) Geminatio cum uociferatione. Vrbis atque adeò orbis.) Paronomaſia, id eſt, agnominatio ſeu alluſio literæ unius mutatione. Grauiſſimo conſilio.) Senatus deſcriptio ad dignitatem rei extollendam.

Voce uulnero.) id eſt prodo, accuſo, nomino translatio à uerbo ſeu telo, cuius mentionem fecit. Fuiſti igitur apud Leccam.) Reditus concinnus ad propoſitum. & attende orationem membratim abſolutam. Diſtribuiſti partes Italiæ.) Nam C. Manlium, Fæſulas atque in eam partem Hetruriæ, Septimium quendam Camertem in agrum Picenum, C. Iulium in Apuliam demiſit: præterea alium aliò, quem ubique ſibi opportunum fore credebat. Salluſtius. Eſt autem hic demonſtratio, quam Cicero de Oratore tertio illuſtrem explanationem uocat, Græci hypotypoſin: ea eſt rerum quaſi gerantur ſub aſpectum penè ſubiectio: quæ & in exponenda re plurimum ualet, & ad illuſtrandum id quod exponitur, & ad amplificandum. unde eadem plenius expoſita in oratione pro P. Sylla. Perge quò cœpiſti.) Amara exhortatio ad rem malè cœptam perficiendam, ut & illa Virgilij primo: Sequere Italiam uentis, pete regna per undas. Incēdia.) Salluſt. Sed urbs diuiſa, ut Statilius et Gabinius cū magna ſimul manu duodecim ſimul loca incenderent, quo tumultu facilior eſſet aditus ad Coſ. cæteroſq; quibus inſidiæ parabantur: & Cethegus domum Ciceronis obſideret. Item Domini noſtri unici Seruatoris ad Iudam proditorem, Quod facis, accelera. habet autem ironiam.

Nobiſcum uerſari iam diutius non potes.) Nam aut tibi abeundum eſt, aut moriendum. idcirco addit: Delectare.) Venit ad ſuaſionis locos, quibus ſuadet ut Catilina abeat in exilium. Primus ergo locus fuit ab imperio Conſulis, ſecundus à ſuauitate & dulcedine patriæ. inuiti enim cedunt illi qui magnam uoluptatem capiunt & delectationem ex patria: facilè uerò patria carent, qui nihil iucundi habent, quo ſe oblectent. Delectare.) Propoſitio, & primus locus ab amore ciuium. Eſt autem locus communis: Quem odere, perijſſe expetunt: quem metuunt, hunc odiunt. Quæ nota domeſticæ.) Secundus locus: Si in patria ſumus in magno honore: isq; autem locus, ut etiam ſuperior, ex contrario eſt intelligendus. Nota.) Enumerat notas, ut oſtendat nullum Catilinæ tribui. Et eſt propoſitio turpitudinis: quam triplicem facit, domeſticam, priuatam & publicam, ex quibus ſuadet Catilinæ eſſe cedendum. Domeſtica quidem turpitudo, quòd filium proprium occidit, ſecundò fratres occidit, tertiò filiam duxit in uxorem. Hæc enim dicunt Saluſtius, Plutarchus, & Aſconius Pedianus. Nota.) Translatio à ferro candenti, à quo inuruntur ſtigmata. Inuſta.) id eſt, infixa. Domeſticæ turpitudines.) Domeſtica eſt, quæ intra parietes priuata, quæ domi & foris fit. Dedecus.) Nullo uerbo bis utitur, antea enim dixit: notam. Irretiſſes.) illexiſſes. Hæc Salluſtius apertius explicat. Quid uerò.) Verſatur in probabilitate coniecturæ, quæ cum in cauſam & perſonam diuidatur, uerſatur iam in eius uitia detegenda. Sed in enumeratione ſcelerum obſeruate gradus & incrementa. Quid uerò.) Saluſtius propè iiſdem uerbis uſus eſt in hoc ſcelere deſcribendo: Saluſtius tamen apertè deſcribit, Cicero tectè. Alio incredibili ſcelere.) propriam ſcilicet filiam in uxorem duxiſſe. Cumulaſſe.) auxiſſe, Colophonem addidiſſe ſceleribus tuis, & tanquam faſtigium. Cumulaſti.) Translatum à cumulis granum. nam cum metiamur modio frumentum, ſolemus baculo deijcere, ne cumulatim relinquatur. Sileri.) tum à me, tum ab alijs. Immanitas.) Duæ cauſæ propter quas omitto: primò, ut poſteri neſciant tantum ſcelus fuiſſe in ciuitate: ſecundò, ne ſciant nos non puniuiſſe ſceleſtos, primum quidem ab honeſtate, ſecundum à negligentia pœnæ. Immanitas.) Vocat ſcelus ut ab Ariſtotele in Ethicis heroicæ uirtutes, quæ humanam uirtutem ſuperant, ut Hercules, &c. ergo ut eſt uirtus heroica, ita quoque uitia infra humanitates ſunt. Prætermitto.) Enunciat Catilinæ fortunarum ſuarum ruinam ſibi proximam. Proximus.) ſcilicet in Octobri. Iam autem de priuata turpitudine dicit, id eſt de fortunis hic ſecundus locus. Prætermitto minas.) Hic eſt præteritio.

Fortunarum.) ſcilicet propter æs alienum contractum. Ad illa Manliana caſtra perge.) Ironia. & ineſt emphaſis, cum dicit, Illa tua caſtra ex nebulonibus conflata, nimirum impia & ſcelerata. Non feram, non patiar, non ſinam.) Ratio eſt cur diutius eſſe nobiſcum non poſſis, quia non feram. & eſt membrum cum interpretatione, ut ad Herennium libro quarto, Quæ non iterans, idem redintegrat uerbum, ſed id commutat quod poſitum eſt, alio uerbo quod idem ualet. Nobiſcum uerſati.) Vociferatio eſt. Ioui Statori.) Stator dictus eſt Iupiter, quòd Romuli precatione, acies eius contra Sabinos pugnans iam inclinata, in fugamq; conuerſa ſteterit, Ioue eam ſtare faciente, ut Liuius habet libro ſecundo. Cicero antequam iret in exilium: Iupiter Stator, quem uerè huius imperij ſtatorem maiores noſtri nominauerunt: cuius templum à Romulo uictis Sabinis in palatij radice cum uictoria eſt collocatum. Item de Finibus, cum Iouem ſalutarem, hoſpitalem, ſtatorem dicimus, hoc intelligi uolumus,

lumus, ſalutem hominum in eius eſſe tutela. Nunc iam aperè Rempublicam uniuerſam.) Ex uerbo dilatata oratio, ut Cicero in Partitionibus oratorijs dicit. Nam uerbum eſt, id eſt, ſimplex ſententia, Rempublicam uniuerſam petis: quæ ſequentibus dilatatur. Magna dijs immortalibus habenda eſt gratia.) Conuertit ſermonem ad Senatum. Amplificat autem ſcelera Catilinæ, dum gratias agit dijs, quo liberarint Senatum à tanto periculo. Eſt autem quoque ampla oratio, cum de dijs fiat: quod Cicero in Partit. orator. teſtatur. Antiquiſſimo cuſt.) à condita urbe. Toties iam effugimus.) Catilina enim bis coniurabat. Periclitanda.) id eſt, cum Catilina iam ſæpius coniurauit, non amplius eſt Reipublicæ ſalus ſinenda in periculo. Deſignato.) Ad Catilinam ſe conuertit, quo perterreat illum à ſuis ſceleribus. Facit autem alternis ſententijs. nam modò ad Senatum, modò ad Catilinam transfert orationem. Quamdiu mihi Conſule deſignato inſidiatus es.) Quo Catilinæ crimen maius & grauius uideatur, comparat Orator ſuas appetitiones cum Reipublicæ appetitionibus. id eſt, comparat Catilinæ ſcelus, quod in occidendo Cicerone deſignare uoluerat, cum eo ſcelere quo Rempublicam euertere conabatur: quod quanquam non apparet, tamen paulo pòſt apparebit. Altera comparationis pars hæc eſt, altera ſequetur. Non enim ita ieiunè & aridè (ut dialecticè) ſed amplè & copioſe res tractant. Non publico me præſid.) id eſt, priuato. ne fortaſſe uideatur regio more tyrannicq; ſe defendere uelle. priuatus enim ſi expetitur armis, non publicis debet ſe tueri armis. Proximis comitijs.) Probat quod dixit: eſt enim tanquam propoſitionis confirmatio. Comitijs.) In quibus comitijs maiores magiſtratus creabantur. inſequentis anni Conſules erant Decius Syllanus, & L. Murena. Catilina uerò, & L. Antonius candidati erant conſulatus. Tunc ergo curabat Catilina Ciceronem interfici: uiderat enim Ciceronem obſtare ijs quæ ipſe expetebat. In campo.) ſcilicet Martio, loco comitiorum. Quotieſcunq; me petiſti.) id eſt expetiſti: id eſt, quæſiuiſti me mali cauſa, ut petere iugulum, id eſt, uelle iugulare. quod nihil aliud eſt niſi quærere ad necem. Facere non audeo.) Quàm ſit tota exulcerata oſtendit, cum dicit ſe quod primũ & præcipuum & proprium eſt diſciplinæ maiorũ, facere non audere, id eſt, pop. Romanum ad arma uocare, ad Catilinam interficiendum. Faciam id quod eſt ad ſeueritatem lenius, ad communem ſalutem utilius.) Compar hic factum animaduertitur, cum ſimiliter cadente, idq; pari omnino numero ſyllabarum. Reſidebit in Republica reliqua coniuratorum manus.) Manus, id eſt multitudo, pars. Exhaurietur ex urbe tuorum comitum magna, & pernicioſa ſentina Reipublicæ.) Tranſlatio ſumpta à naui. nam urbem ſiue Rempublicam nauim uocat: coniuratos ſentinam, quos paulo antè manum appellauit. Eſt enim ſentina, ima pars nauis in curuo carinæ ſita, in quã nauis totius ſordes confluunt. ſic illi ſordes & fœditates totius erant ciuitatis. Nemo qui te non metuat, nemo qui te non oderit.) Oderunt quem metuunt, quem quiſque odit, perijſſe expetit, Officiorum ſecundo. Quæ nota domeſticæ turpitudinis non inuſta uitæ tuæ eſt?) Obſerua & hic ex uerbo dilatatam orationem, tum ex proprijs, tum ex aſſumptis. Propria ſunt domeſticæ turpitudinis, oculi, manus, corpus, aſſumpta reliqua uſque ad fortunarum turpitudinem. Nam turpitudinem in tria genera diſtribuit: in domeſticam, priuatam, & publicam. De domeſtica prius, mox de priuata, tertio loco de publica. Hæc autem omnia faciunt Catilinæ coniurationem probabilem. nam probabile, locus eſt unus ex ſex illis primis coniecturæ locis. Diuiditur probabile in cauſam & uitam. Cauſa eſt ea quæ induxit ad maleficiũ commodorũ ſpe, & euitatione malorũ. Vita hominis ex antea actis ſpectatur, ut facit hoc loco Cicero. Nunc iam apertè rempub. uniuerſam petis.) Altera pars comparationis ſuprà inſtitutæ. Detractis coloribus talis eſt ſenſus: Tu me non petis, ſed totam Rempublicam. Ad exitium) Refertur ad uires. Maieſtatem.) ſcilicet agrorum. Quare quoniam.) Epilogus ſuperiorum. Proprius.) ſcilicet uocare ciues ad arma ad te interficiendum. Cum telo.) quod neque in comitium, neque in forum, neq; in curiam ferri licebat. Præterea lex Cornelia de ſicarijs, homicidas ferro perſequitur, uel eos qui homines occidendi cauſa cum telo ambulant. Inſtitutionum libro quarto de public. iudic. Non aliquam mentem.) id eſt conſiliũ, rationem, uoluntatem. nam mens eſt, qua cupimus & prouidemus. Metum, quod alij legunt, alienum eſt. Ad illa uenio.) Tranſitio oratoria, qua uice epilogi utitur. nam primò enumerat duas partes turpitudinis, & ad tertiam uenit: commoratione & expolitione hæc omnia tractantur. idem enim dicit in hoc toto loco. Ad ſummam Reipublicæ.) Quæ in uita ciuium & libertate, id eſt ſalute, eſt ſita. Poteſt ne tibi huius uitæ hæc lux Catilina, aut, &c.) Propoſitio fuit in iſtis, Ad ſummam reipublicæ, &c. Hic autem explicat propoſitionem. Referuntur autem eò omnia, ut cum uideat nihil ſuauius eſſe in patria, eo citius diſcedat. Spiritus.) Eſt traiectio. ita eſt traducendum, huius cœli ſpiritus, & aciei.

Horum.) ſcilicet Senatorum. In comitio.) centuriato. Comitium erat in campo Martio. Quoties tu me deſignatum, quoties me Conſulem interficere uoluiſti?) Repetitio ad augendam uim. Quot ego tuas petitiones.) id eſt inſidias & conatus, tuos ictus, tua tela, quib. me opprimere uoluiſti. Metaphora à gladiatorib. ſumpta, qui gladio corpus hominis petunt, & uulnerare percutereq; uolunt. Ideirco addit, Parua quadam declinatione (& ut aiunt) corpore effugi. quod prouerbium fuiſſe oſtẽdit cum dicit, Et ut aiunt. Significat enim ſe facilè & magna cautione periculum à Catilina intentatum & paratum uitaſſe. Vide Chiliades D. Eraſmi. Nihil agis.) ut ſuprà: Nihil agis, nihil moliris, nihil cogitas. in qua re ſeipſum Cic. imitatur: imò tantũ immutato uerbo. Nam Nihil aſſequeris, pro eo quod ſuprà Nihil cogitas, poſuit.

Sceleri ac furori tuo.) Obiectio: Cur ergo non eſt factum, ſi ego paraui manum militum? reſpondebat Cicero, Tu nõ potuiſti ob fortunam populi Romani. Quoties tu me deſignatum.) Conſulatum Cicero diuidit in duo tempora, amplificandi gratia: in Conſulem deſignatum, & Conſulem. In tempore.) id eſt opportunè, ſiue ad tempus, ſiue per tempus. Terentius Heautont. In tempore ueni, quod rerum omnium eſt primum. Quoties iam, quoties.) Geminatio cum particula interiecta, ſiue potius iteratio. Nihil agis.) Signa deplorati animi, nolle redire ad mentem. Initiata ac deuota.) id eſt, conſecrata et deſtinata, dedicataq;. Elapſa ſica.) id eſt, quoties tui conatus ſunt fruſtrati, non aſſecuti finem quem

opta-

optabant. Sic enim iam tecum loquar, nõ ut odio permotus eſſe uid.) Præmunitio ad id quod aggreditur.

Veniſti paulo antè in Senatum.) Coniecturam capit ab euentu, non Catilinæ quidem, ſed Senatus, qui taciturnitate & ſeceßione declarauit ſe malè de Catilina ſuſpicari, cum timere & odiſſe. at hæc non fiunt ſine cauſa. Conſequitur igitur, maleficum eſſe Catilinam. Vult Catilinam prioribus & certioribus ſignis coarguere. Cum enim Catilina in Senatum purgandi cauſa ueniſſet, nemo ei aſſurrexit. & hoc euentu ſuſpiciones collegit. nemo enim te ſalutauit, & omnes in alteram partem ceſſerunt: ergo ſigni eſt, eos aliquid de te timere. Sapientes autem non fruſtra timent. Eſt igitur ſignum ab adiunctis. conſuetum enim erat, ut ingredienti Senatori aſſurgerent & ſalutarent omnes, aut ſaltem propinqui. Contumeliam uocis.) Omnia referuntur ad caput hoc rei, nimirũ ut ſuadet Catilinæ, urbe ſibi eſſe cedendum. Expectas.) ut ſcilicet patres dicant, Abi in exilium. Subſellia uacua.) illa in quibus Catilina ſedebat: non tamen alij Senatores abierunt ex Senatu, ſed in contrariam partem ceſſerant. Nam erãt ſubſellia ad dexteram, & ad ſiniſtram. fingite ergo tanquam ad dexteram ceſſerint Senatores, relictis illis ſubſellijs omnibus, tanquam illi non conſiderent ſuum corpus. ſunt enim illa ſigna ſatis grauia & τεκμήρια. Quid quòd aduentu tuo iſta ſubſell.) Omnia tractat arte, & omnia ſpargit in uarias partes. Quid quòd omnes Conſulares.) Diſtinguit Conſulares à reliquis, qui non Conſulares erant, ſed tantum prætorij. Conſulares enim in honeſtiori loco ſedebant, illi autem cedebant, quod magnum ſignum erat. nam erant ætate confecti, & ſapientes. Quo tandem animo hoc tibi ferendum putas?) Aggreditur nunc præclarum illum locum comparationis et ſimilitudinis, qui maximè accommodatus eſt ad amplificandum: nec ſolum ad amplificandum, ſed etiam ad illuſtrandum. Triplex autem eſt comparatio, altera à ſeruis, altera à ciuibus, tertia à parentibus. Eſt autem à minori. Si enim me ſerui timerent, ut ciues te, profectò mihi domum deſerendam arbitrarer. Eſt etiam enthymema.

Serui mehercule mei.) À comparatione minoris, ſuadet Catilinæ, urbem eſſe relinquendam. Tu.) quem ſcilicet oderunt. Etſi me meis ciuibus iniuria ſuſpect.) Alterum ex comparatione argumentum, in quo et paria ſunt, & imparia. Paria ſunt ciues, imparia ſunt dißimilia, iniuria ſuſpectum eſſe, & iuſtum eſſe odium. Ergo ſi iniuria eſſem meis ciuibus ſuſpectus, abirem. tu iuſtum ciuium odium agnoſcis, & non abis? Senſus.) Argumentum à maiori. Si enim animo ciues à te abhorrent, ergo etiam exterioribus ſenſibus. Si te parentes timerent atque odiſſent tui.) Comparatio eſt à parentibus, ad patriam deprompta ualde ad permouendum, animum'que frangendum apta, à pari, uel ſimili, in qua ineſt coniugatum, patria, parens. Si te.) Tertia comparatio.

Communis parens.) Ergo conuenit, ut eius reuerentia cedas aliquò. Parricidis.) Amplificat Orator auxeſi.

Huius tu neque authoritatem uerebere, neque.) Diſtributio, qua methodicôs omnes urbis locos numerat. Magiſtratus enim tres ſunt partes. Vna authoritatis, qua ferre leges poteſt: altera iudicij, quo utitur in eos qui obediunt: tertia uirium, id eſt gladij, quo poteſt punire maleficos & ſceleſtos. Hæc tamen per hypotheſin ſunt poſita. itaque locus dicetur à fictione. Quæ tecum Catilina ſic agit.) Perſonæ fictæ inductio eſt, quæ ad Herennium libro quarto confirmatio appellatur, græcè proſopopœia. inducit enim patriam, hoc eſt, Romam conquerentem. quare commiſerationem mouet, & grauitatem conciliat orationi. Per te, ſine te.) Eiuſdem uerbi in extremum conuerſio. Quodammodo tacita loquitur.) Hæc eſt elenchi ignoratio, diuiſa'ne, aut diſtinguenda. ut cum dicit, tacita, id eſt muta: quæ non loqui poteſt ſua natura, tacet: ſed me affingente illi ſermonem, loquitur. Nullum iam tot annos facinus extitit.) Incipit alloqui, & ſine exordio nullam captat beneuolentiam. loquitur enim patria pro ſua authoritate.

Tibi neces, tibi uexatio.) Eiuſdem uerbi à primo repetitio. Tu non ſolum ad negligendas leges & quæſt.) Obſerua, te, tibi, tu, polyptoton, cum idem uocabulum in multis caſibus ponitur. Direptio.) Reſpicit ad hiſtoriam hanc: Fuerat enim Catilina in Africa Prætor: obtinuerat enim eam pecuniam, ſed malè gubernabat: unde diſcedens ab ea, accuſat illum repetundarum: ſed abſolutus erat, corruptis à ſe iudicibus. Si uerus.) Complexio. Dilemma uocant, utrinque concludens argumentum. Nunc uerò.) Confert ſuperiora ſcelera cum hiſce. Quamobrem diſcede, atque, &c.) Epilogus eſt dilemmate confirmatus. Non'ne impetrare debeat.) ſua authoritate atque iudicio, etiamſi uim adhiberi non poßit. Quid? quòd tu te ipſe in cuſtodiam dediſti.) Cicero hæc trahit ad cauſæ utilitatem, quaſi conſcientiæ ſignũ malæ eſſet, quòd cuſtodiri uellet Catilina: quod tamen poſſet in alterã partem trahi, tanquã nullius ſceleris conſcius eſſet, nihilq́; timeret. Si.) Hac coniunctione (ut grammatici dicunt) indicat dictum hoc eſſe κατ᾽ ὑπόθεσιν. Cicero autem exemplum fictum refert ad ſimilitudinis locum, ſpeciemq́; ſimilitudinis facit exemplum. Exemplum in uerum & fictum diuidit. Adhibere.) quaſi dicat, debeat patria à te impetrare ſua authoritate & iudicio. Nam antea tria propoſuit, quæ patria poßit agere.

Et ad cuſtodiendum te diligentißimum.) Similiter cadens ὁμοιόπτωτον. & eſt quoque membrum. Auſus es, atque domi.) Interpretatur Cicero audaciam Catilinæ, quod cum decreuerat illum neci dare, tamen illum adibat, & iubebat Ciceronem ut ſe cuſtodiret. Quæ cum ita ſint, Catilina.) Concluſio ſuperiorum. Concludit enim detecta eius coniuratione, magniſq́; ſceleribus, nullum amplius ei locum in urbe eſſe. His parietibus tutum.) Hoc debuiſſet retundere audaciam, cum Ciceronem talia audit dicentem Catilina: nimirum Ciceronem non intra mœnia tutum eſſe poſſe. His.) ſcilicet priuatis templi huius. Omnia enim priuata dicuntur præter mœnia. Contineremur.) Conſtat hoc argumentum ex maiori. Si enim in ijſdem mœnib. non ſum tutus, & ſine timore, igitur nec priuatis parietibus.

Veniſti.) Tentauit omnes uias, uoluit eſſe apud Ciceronem, Metellum & Lepidum. à Cicerone depulſus, uoluit eſſe apud Metellum. Metellum.) Metellus unus eſt ex his qui contra Catilinam bellum ſuſceperunt.

M. Marcellum.) Is fuerat unus ex ſocijs Catilinæ. & eſt is Marcellus, pro quo Cicero habuit orationem.

Demigraſti.) id eſt, ex illorum domo migraſti in Metelli domum. Sagacißimum.) Translatio à canibus, qui

qui feras uenantur ſagacitate olfactus. Iudicauerit.) Concluſio enthymematis. *Qui ſe ſponte in cuſtodiam habere uult, dignum ſe eſſe ea putat.* Refer, inquis, ad Senatum.) Exquire, roga ſingulorum ſententias. Et egredere ex urbe, Catilina.) Hoc enim tibi taciti omnes reſpondent. Fugæ.) id eſt, dubitas in exilium abire. Refer.) Occupatio. Inquis.) Id eſt, dicere poſsis. Abhorret.) Suprà enim dixit ſe uelle eſſe clementem. Referre.) Referre ad Senatum, & ferre ad plebem dicimus. Quorum uoluntatem tacitorum perſpicis.) in qua eſt authoritas. nam in uoluntate magiſtratus authoritas ineſt maxima, ut in teſtimonijs diximus, qui loci ſunt extra artem. Quanquam quid eſt quod loquar.) Correctio, qua oſtendit ſe fruſtra aliquid ſperare de Catilina, cum ſit deploratæ ſalutis. Exilium.) ſcilicet ſi clariorem uocem expectas. Quid eſt Catilina.) Vox totius Senatus. Tacent.) Ergo probant. Colligit ex taciturnitate coniecturam. Authoritatem.) id eſt, ſententiam. At ſi hoc idem.) Probat à ficto exemplo. Conquieſcunt.) Diſtributione utitur ad copiam & uim orationis comparandam. ſatis enim fuerat dixiſſe, Clamant. Frequentans.) Diſtributio, cum tribuitur unicuique quod proprium eſt. Hæc quæ tam pridem uaſtare ſtud.) ſcilicet Rempublicam, & totam penè Italiam. Quanquam.) Adhortatus fuerat, ut Catilina diſcederet aliquò quócunque uellet, ſiue in exilium, ſiue in caſtra Manliana, ut ciuitatem metu liberaret. Verùm quamuis oſtendit ſumma diligentia nihil omnino amplius eſſe quod delectet, & idcirco citius eſſe cedendum: dubitat tamen de mentis eius mutatione, corrigitq́; quæ dixit. Tu ut.) Repetitio cum uehementi percunctatione. Vtinam tibi iſtam mentem dij immortales donarent.) Optatio, graue lumen orationis, qua oſtendit ſe Catilinæ bene precari & uelle, tantum abeſt, ut oderit. Atque in eo quòd dij ei bonam mentem dent optat, ſignificat eam à Deo tantū dari poſſe. Nam ea à Deo petimus, quæ in noſtra manu non ſunt. Etſi uideo mea uoce ire in exilium animum induxeris.) Quod ſi tua cauſa id facere non uis, ſaltem abi, ut me inuidia poſteritatis oneres. Nam tui ſimiles ſemper dicent, unius Ciceronis opera Catilinam eiectum fuiſſe è ciuitate. Loquor.) Quanquam multa loquor, tamen fruſtra. & ſubinde Orator præclara expolitione ornat. Vt.) Particula per indignationem. quaſi dicat, fruſtra loquor, et fruſtra expecto. Sic Virgilius: Vt uidi, ut perij, ut me malus abſtulit error. quæ à poeta quoque per indignationem ſunt dicta. Quanta tempeſtas inuidiæ.) Bona translatio. nam inuidia ſæpe homines opprimuntur & obruuntur, non ſecus ac tempeſtate, uiq́; aliqua imbrium & uentorum ingruente. Tempeſtas.) id eſt uis, moles, ut paulo pòſt. In præſens tempus.) in præſenti tempore, hoc tempore, pro quo dicunt indiſerti, In præſentiarum. At in poſteritatem impendeat.) in poſterum, in futurum. Sed non eſt mihi tanti, dummodo iſta tua.) Inuidiam facilè feram, modò in te unum calamitas, non etiam in Rempublicam redundet. Tanti non eſt.) id eſt, tanti non facio. Ouidius: Vix Priamus tanti, totaq́; Troia fuit. Inuidiam Reipublicæ cauſa metuendam non eſſe, docet Ariſtoteles Ethicorum tertio. Sed tu ut uitijs tuis commoueare.) Paria paribus relata, tria tribus, & contraria contrarijs hic ſunt obſeruanda. Induxeris.) id eſt conſtitueris, uolueris. Legum pœnas.) id eſt, ut te corrigas. Temporibus.) id eſt, ut fugias. Pœnas.) quæ complectuntur homines ſeditioſos. Concedas.) id eſt, accommodabis timori patriæ, tu cedes. Neque enim Catilina is es.) id eſt, non es eius ingenij. Neque enim Catilina is es, ut te pudor à turpitudine, aut, &c.) Figura quæ ad Herennium adiunctio dicitur. Quamobrem, ut ſæpe iam dixi.) Adhortatur ut cedat. & eſt dilemma. Vix feram ſermones hominum, ſi.) omnes de me loquentur, uarijsq́; contumelijs me afficient. Molem.) Amplificatio. Suprà dixit tempeſtas. Conſulis.) Refertur ad dignitatem, & non ad perſonam. Sin autem ſeruire meæ laudi & gloriæ mauis.) Altera pars dilemmatis. Seruire.) Amplificat laudem Cicero. ait autem, Apparebit Catilina te coniuraſſe, ex eo ego conſequar laudem. & membratim hic profert. & eſt disiunctio. Cicero appellat, membratim dicere. Secernere.) id eſt ſeparare.

Exulta impio latrocinio.) id eſt, impio bello. & eſt correctio: ſuprà enim dixerat, bellum. Vt.) Cum oratores membratim dicunt, non ſolum amplificationis, ſed urgendi etiam gratia faciunt. Quanquam quid ego te, &c.) Correctio. quaſi dicat, non es hortandus, qui tua ſponte curris. tardi enim hortandi ſunt. Præmiſſos.) Præmiſerat Catilina aquilam argenteam ad caſtra. Qui tibi ad forum Aurelium præſtolentur.) Præſtolor te, & tibi, dixerunt ueteres. Forum Aurelij.) Et tribunal ubi milites conſcribebantur, & oppidum ſignificat. Vnde uia Aurelia Romæ dicta eſt. A' quo etiam aquilam illam argenteam, quam tibi ac tuis omn. &c.) Hæc aquila fuit, quam Manlius habuit in bello, quod latum contra Cimbros. habent enim Romani aquilam, dracones in uexillis. Sacrarium.) id eſt ſacellum. Præmiſſam.) ſcilicet aquilam. Tu ut illa diutius carere poſsis.) Ita enim facilè ferè fit, ut qui ſpes ſuas in aliqua re collocarunt, ab ea diuelli non facilè poſsint. Quam uenerari ad cædem proficiſ.) Rectè uenerari. nam adorare uerbum poeticum eſt. A' cuius altaribus.) Idem dicit Orator quod antea, ſed mutatis uerbis. Iſtam.) ſcilicet tuam. Impiam.) Pietas enim tum erga parentes, tum patriam, tum ciues habetur. Itaque qui ciuem iniuria afficit, aut uiolat, is facit ac ſi parentem uiolaret. Ibis tandem aliquando.) Vatem imitatur. Tandem.) poſt multam ſcilicet & diuturnā expectationem. Orator ſæpius coniungit tandem & aliquando, quod dici ſolet de re diu expectata. Cnpiditas.) Cupiditas eſt tanquam indomitus equus: quæ niſi gubernetur, excurrere nos incitat in mala. Cupiditas.) tanquam una ex furijs.

Affert dolorem.) Nullum grauius crimen, quàm id quod nunc hoc loco legimus: illud eſt enim deploratæ ſalutis ſignum. Incredibilem uoluptatem.) Suprà dixerat, Exulta iſto tuo latrocinio. Incredibilem.) Hyperbolicôs. Ad hanc te amentiam natura peperit.) Ex perſonæ attributis rem uerìſimilem facit, à natura, uoluntate & fortuna. & eſt compar diſſolutum. membra enim paria ſunt, nullis coniunctionibus iuncta: & quia unus ſimiliſq́; eſt trium uerborum finis, exornatio eſt, ſimiliter deſinens appellata. Spe.) ſcilicet fortuna. Manum.) copias & multitudinem. Conflata.) Tranſlatio ſumpta à metallis & ſtatuis, cum æs colliquatum infundimus in typos,

in typos. Perfruere.) Gradus & auxeſis. Bacchabere.) Bacchari uocabulum uoluptatis longè grauiſsimum, id eſt furere. In orgijs Bacchi uibrabant caput & manus, & ſaltationibus incompoſitis furebant. Quantis.) Varietas, Quibus, quæ, quanta, etc. Iacere.) Diſtribuit patientiam in ſuos effectus. Facinus.) id eſt ad hominem occidendum. Expectabat enim per noctem unam & alteram, donec contigiſſet hominem expectatũ occidi ab illo. Hic tu qua lætitia perfruêre.) Deſcriptio eſt, quæ rerum conſequentium continet perſpicuam & dilucidam cum grauitate expoſitionem. ad Heren. 4. Ad huius uitæ ſtudium.) Artificioſe quæ uidebantur in Catilina eſſe bona, diminuit. ea uerò erat patientia. idcirco paulo pòſt dicit: Maritorum.) ut ſcilicet corrumpant ſuas uxores. Habes ubi oſtentes illam præclaram tuam patientiam.) Ironia eſt non eſt igitur patientia, ſed pertinacia quædam ex libidine nata. nam patientia (ut Cicero ipſe de Inuentione deſcribit) eſt honeſtatis aut utilitatis cauſa rerum arduarum ac difficilium uoluntaria ac diuturna perpeſsio. Occiſorum.) Similiter cadens. Senties.) Quia in caſtris erat obſeſſus, ideoq; inopia commeatus coactus fuerat pugnare. erat enim anguſtijs Hetruriæ incluſus. Tantum profeci tum.) Acclamatio, qua ſuam operam commendat in eo quòd Catilinam à Conſulatu repulit. Nam niſi hoc factum eſſet, iuſtum bellum gerere uideri poſsit Conſul, & non tentare modò, ſed etiam uexare remp. poſſet. nunc autem latrocinium potius, non bellum nominari debet ab homine priuato & exule geſtum. Vt exul potius tentare.) Tentare hoc loco laceſſere & commouere eſt. Significat etiam experiri. ut, Tento te quo animo accipias: id eſt experior, periculum facio. Epiſtolarum familiarium. Latrocinium.) Paria paribus relata. Exul cum latrocinio, bellum cum Conſule collatum. Eſt enim bellum magiſtratus legitima uindicta. Nunc ut à me P. C.) Renouat attentionem hoc quaſi exordio orationis patriæ. Nunc ut à me.) Hactenus uitæ Catilinæ fœdiſsimũ curſum nobis quaſi ante oculos poſuit, effeciq; ut uideremus in moribus ipſius, & anteacta uita nullum ſcelus tã pernicioſum eſſe, quod nõ in Catilina hæreat. Sed quo grauior ſit Catilinæ criminatio, & quo autoritas Conſulis ſit maior in decernenda in Catilinam pœna, hoc loco patriam inducit alloquentem Ciceronem, & eius (ſi qua erat) timiditatem caſtigantem. Sed antequam hoc faciat, renouat attentionem. uult enim patriæ ſermonem diligenter attendendum. Nunc.) Attentio comparatur duplici ratione hoc in loco, tum ex patriæ perſona, tũ ex eo quòd rogat, ut attentè audiant. Propè iuſtam.) Propè dixit, quoniam ex parte iuſta erat, ex parte nõ iuſta. Quoniam ſenatus hebeſcere ſuam autoritatem ſinebat, ipſe uerò non ſinebat. Nam Cicero nullos habebat, qui ſuam ſententiam ſequerentur. Deprecer.) id eſt amoueam. Deteſter.) repellam. Vnum ex alio ſequitur. quæ deteſtamur, ea precibus amolimur. Deprecor autem non ſemper ſimpliciter eſt precari, ſed etiam deteſtari, & repellere. Percipite.) Rhetores tradunt attentionem parari, rogando auditores. Percipite & mandate.) Expoliuit formulam dicendi his duabus formulis. Virgilius ita profert: Senſibus hæc imis, res eſt non parua, reponas. Etenim ſi mecum patria.) Perſonarũ ficta inductio, mitior quàm illa prior: quia illa ad Catilinam, hæc ad Ciceronem dirigitur. Seruat igitur decorum perſonarum. exornant uerò hanc orationem, frequentatio primùm, deinde ſubiectio & deſcriptio. Frequentatio eſt, cum res in tota cauſa diſperſæ coguntur unum in locum, quo grauior atq; acrior, aut criminoſior oratio ſit, id quod in coniecturali conſtitutione fermè ſemper neceſſarium eſt, ut ad Herenni. præcipitur. Subiectio uera eſt, cum percunctationi rationem ſubijcimus. Euocatorem ſeruorum) qui ſeruos ad pileum, id eſt, ad libertatem à dominis ſuis euocaret, ut his contra patriam uteretur: quod quidem facere non ſolebant, niſi Spartaci, et homines perditi. Itaq; ſumma erat ignominia, ſeruorum auxilio in bello uti, niſi id S. P. Q. R. autoritate fieret maximis periculis. Hinc apud Liuium & Suetonium fit mentio de ſeruis ad pileum uocatis. Erat enim pileus libertatis & nobilitatis ſignum. Plautus in Amph. Vt ego hodie raſo capite caluus accipiam pileum. Vt abs te non emiſſus ex urbe, ſed immiſſus.) Annominatio, quam Græci paronomaſiam dicunt quæ cum multis modis fiat, fit tamen potiſsimũ adiectione, literæ diminutione, & tranſpoſitione, ut hoc loco Immiſſus. Sunt qui antanaclaſin uocẽt. M. Tulli quid agis?) Oratores Latini uix unquam à nomine proprio orationem exordiuntur. Sed hoc loco Orator propterea facit, ut audito ſuo proprio nomine, excitet Senatum ad attentionem. Cicero tamen in ſua perſona caſtigat ignauiam Senatorum: ipſe enim erat aſsiduus. Comperiſti.) Comperire, eſt rem claram perſpicuamq; reperire. Quid tandem impediet te.) Hæc eſt illa ſubiectio, uſque ad finem proſopopœiæ. Imperabis.) Gradus ſunt. Primò enim in uincula, deinde ad mortem ducuntur, tertiò in loco deſtinato morte afficiuntur. Mactari.) Atrocitas uerbi. Eſt autem uerbum ſacrificandi, cum nimirum ſacrificatur pro auertendis malis. nam nullis uerbis utebantur, niſi quæ haberent uim amplificandi. Significat ergo ſacrum hominem Catilinam, id eſt execrabilem, in quem totius urbis maledicta conijcere debeant. Mos ne maiorum?) Subiectio eſt, in qua ſtatim quod percunctatum erat, diluit. An cum bello uaſtab.) Deſcriptio rerum conſequentium, de qua paulo antè. Tecta ardebunt.) Intellectio, quam ſynecdochen uocant. Sed ſi quis eſt inuidiæ metus.) Sententia, locusq; communis de inuidia. magnum ornamentum orationis, ſi rarò utamur. Eſt autem inuidia ægritudinis, ſeu moleſtiæ pars, quæ in eo eſt qui inuidet. Inuidia, Cicerone autore, in quarto Tuſculan. melius dicitur. Eam autem eſſe dicunt ægritudinem ſuſceptam propter alterius res ſecundas, quæ nihil noceant inuidenti. Inuidiæ incendio conflagraturam.) Translatio eſt ab igne ſumpta. nam ut flamma, ſic inuidia obuia queq; ſi poſsit, abſumit. Suprà tempeſtatem inuidiæ, & paulo pòſt molem inuidiæ dixit. Vnius uſuram horæ.) Vſura eſt uſus. unde Plautus in Amphitr. Vxorem Alcmenam dixit uſurariam, id eſt, ad uſum tantum accepta, quæ etiam concubina nominatur. Et uſura eſt, quicquid accedit ſorti pecuniariæ, id eſt, fœnus. Gladiatori iſti.) id eſt ſicario. nam gladiator duo ſignificat, & athletam, ſeu Myrmillonem: hoc eſt, qui pugnæ cruentum exhibet ſimulacrum. Significat etiam ſicarium audacem, ac ad cædes hominum aſſuefactum. unde Cicero Philip. 7. Gracchorum potentiam maiorem fuiſſe arbitramini, quàm huius gladiatoris futura ſit? quem gladiatorem non ita appellaui,

ut interdum etiam M. Antonius gladiator appellari ſolet, ſed ut appellant hi qui planè & latinè loquuntur.

Etenim ſi ſummi uiri, & clariſſimi ciues.) *Ex minori, ut ſuprà orationis huius initio: An uerò uir ampliſſimus P. Scipio Pontifex maximus Tiberium Gracchum mediocriter labefactantem, &c.* Inuidiæ mihi in poſteritatem redundaret.) *Inuidiam redundare, translatio ab aquis & fluminibus, qui redundant imbribus.* Tamen hoc animo ſemper fui, ut inuidiam uirtute part.) *Sententia altera de inuidia, inuidiam propter uirtutem non eſſe metuendam, cum potius ſit gloria, non inuidia.* Mulctarunt.) *Vim comparandi habet hæc reſponſio à minori.* An leges, quæ de ciu.) *ut Porcia & Sempronia, quæ auertebant uincula & ferra à corporibus Romanorum. ſed diluit præclarè. Cicero tamen nihil dicit contra leges, ſed occurrit ab interpretatione legum. Leges enim de ciuibus loqui ait, Catilinam uerò non eſſe ciuem, ſed proditorem.* An inuidiam poſteritatis times?) *Vtitur loco comparationis. confert enim inuidiam cum eo quod debet Reipublicæ.* Tam maturè ad ſummum imperium.) *Conſulatus erat ſummum imperium Romanum: Dictatura autem extraordinaria erat.* Præclaram uerò populo Romano refers gratiam.) *Ironia diluit, & animo ingrato Catilinæ.* Num eſt uehementius ſeueritatis.) *Magiſtratui magis timenda nota ignominiæ, quàm ſeueritatis.* Inuidiæ incendio conflagraturum?) *Hic ſumit ex igne metaphoram, ſuprà ex aqua.* Quanquam nonnulli ſunt in hoc ordine, qui.) *Quaſi correctione quadam rationem reddit, cur Catilinam non interfecerit, non ad deuitandam inuidiam, ſed ſe minus offenſe propter quoſdam qui dicebant nullam coniurationem eſſe conflatam.* Ordine.) *ſcilicet Senatorio.* Quæ uident.) *Quidam enim cum Catilina fuiſſe eadem nocte.* Non uident.) *quod ſtultitiæ eſt.* Diſſimulent.) *eſt improbitatis.* Qui ſpem Catilinæ.) *de occupando Conſulatu.* Mollibus ſententijs aluerunt.) *Senatores quidam dicebant, Fortaſſe non eſt uerum, oportet nos habere certiora ſigna.* Mollibus.) *id eſt blandis.* Corroborauerunt.) *Prouerbium uide, Amyclas perijt ſilentio. Senatores dum coniurationem non crederent, corroboratus eſt morbus.* Imperiti.) *id eſt, ut barbari, idiotæ & ſtulti.* Egregiè.) *Alij, non regiè. rex enim eſt, qui legitimis legibus imperat: qui autem ſua libidine, is eſt tyrannus.* Reprimi.) *Comprimi plus eſt quàm reprimi, id eſt, quàm refrenari & leniri.* Comprimi.) *id eſt, omnino tolli, ut fit in morbis. Medicamenta quædam ſunt parata ad morbos leniendos, & non omnino tollendos. Si uerò interfeciſſet Cicero Catilinam, fuit quidem reipſa coniuratio, ſed reliqui coniurati in urbe fuiſſent, & creaſſent periculum ciuibus.*

Quod ſi eiecerit, ſecumque ſuos eduxerit.) *Reddit rationem facti, & repellit obiurgationem patriæ.* Eiecerit.) *id eſt, ſua ſponte abiecerit. & eſt uerbũ tranſlatum. Eiecti dicuntur nautæ, qui naui fracta eijciuntur ad aliquem ſcopulum.* Eiectis.) *ſcilicet naufragis, & penè ſubmerſis.* Eiectus.) *ſcilicet à tempeſtatibus ad Manlianos ſcopulos illiſus. Translationes hæ crebræ tanquam ſtellulæ exornant orationes.* Collectos naufragos.) *id eſt, qui per ſcelera atque flagitia quaſi in altum nauigantes ſua omnia decoxerunt, & quaſi naui fracta, id eſt, patria amiſſa, eiecti ad littus ſunt. Optima tranſlatio.* Extinguetur atque delebitur.) *Crebris metaphoris quaſi ſtellulis exornat orationem, qualia ſunt illa, peſtis, ſtirps, ſemen malorum omnium, item ſcelerum, furoris, audaciæ maturitas, pro ſceleribus quæ creuerunt, & robuſta facta ſunt. etſi ulcera etiam matureſcere dicuntur.* In uenis atque uiſceribus Reipublicæ.) *Vt ſanguis aut alius humor corruptus.* Vt ſæpe homines ægri morbo graui.) *Similitudo ab ægrotis accepta. Aeger, eſt reſpublica: morbus, coniuratio: aqua gelida, pœna ſumpta de Catilina.* Aeſtu febriq; iactantur.) *Per hendyadin, cum unam rem intelligeret, id eſt, æſtuantem febrim. nam febris eſt calor præter naturam, qui à corde principium ſumens per totum corpus diffuſus, id lædit.* Releuatus pœna.) *tanquam aqua gelida.* Quare P. C. ſecedant improbi, ſecern.) *Concluſio eſt totius orationis ab enumeratione & indignatione.* Malleolos ad incendend.) *Malleoli ſunt iaculares ignes ad incendendas hoſtium munitiones parati, ſparto & pice conflati.* Polliceor uobis hoc P. C.) *Locus adhortationis. Paucis enumerat authoritatem quam habeant, & primùm diligentiam Conſulum, qui debent uigilare.* Virtutem.) *id eſt fortitudinem.* Oppreſſa.) *Eſt interpretatio.* Sit denique inſcriptum in fronte uniuſc.) *Mens à uultu fingitur: ſic dicta, quòd præ ſe ferat animi affectiones.* Tum tu Iupiter, qui iiſdem, quibus hæc urbi auſpic.) *εὐχὴ, precatio, qua permouentur animi ad indignationem.* Quem Statorem.) *quaſi dicat, ſeruatorem.* Tectis.) *Figuratè hoc eſt dictum. Vtitur autem hic diſtributione: uno enim nomine potuit cõplecti hæc omnia, ſcilicet republica.* Arcebis.) *repelles.* Coniuncta.) *Precatur ut malè puniat. Singulis autem ſuum epitheton indit: eſt igitur diſtributio quoque.* Mactabis.) *Videte religionem Ciceronis, qui fatetur Deum remuneratorem eſſe beneficiorum, maleq; factorum, animorumque hominum eſſe immortales.* Alternis ſupplicijs uiuos mortuosq; mactabis.) *Sunt qui legunt mulctabis. Ex hoc loco religio elucet Ciceronis: nam & Deum credit, & eum eſſe remuneratorem, ultorèmque malorum, & immortales eſſe animos noſtros.*

IOACHIMI CAMERARII IN Catilinariam primam Annotatio.

Quanquam quid eſt quod loquar.) *Veneti, Quanquam quid loquar. Corrigit enim ſuperiora. & mox: Etſi uideo, ſi mea uoce perterritus ire in exilium animum induxeris: Veneti, tametſi, quod magis probo. Et in iiſdem perterritus, ut in alijs quoque quibuſdam libris, non legitur, uideturq; ab explicatore irrepſiſſe.*

IN INVECTIVAM SECVNDAM IN L. CATILInam, ad Senatum, Franciſci Syluij Ambiani Commentarius.

ARGVMENTVM.

HAC oratione exultat Cicero, quòd Catilinam peſtem nefariè molientem patriæ ex urbe emiſerit. Emiſit autem potius quàm occidit, ut etiam coniurationis ſocios perſequi poſſet: quod non potuiſſet, oppreſſus inuidia, ſi Catilinã occidiſſet. Catilinam nihil eſſe foris timendum oſtendit, ſed magis pertimeſcendos eos, qui in urbe remãſerint: in quos fore ſe ſeuerũ minatur, ſi quid in Rempublicam conentur. Iis concedit, ut ad Catilinam ex urbe exeant. Id ſi fiat, rempublicam eſſe dicit fortunatam, quòd hac ratione improbis hominibus purgetur. Se conſulturum ijs qui reſipiſcentes quieſcent, aduerſus alios gerendo bello ducem ſe profitetur. Eludit eos, qui dicant à ſe Catilinam in exilium eiectum, quum ipſe ſcelerum conſcientia conuictus in Manliana caſtra abiuerit. Hanc eiecti à ſe Catilinæ inuidiam, modò eat in exilium, non in caſtra Manlij ad bellum patriæ faciendum, negat ſe unquam deprecaturum. Exponit, ex quibus hominum generibus coniuratorum copiæ ſint: deinde ſingulis medicinam conſilij affert. Has copias nihil omnino pertimeſcendas eſſe oſtendit. Populum Romanum hortatur, ut domos ſuas cuſtodijs uigilijsq́; defendant. ſibi, urbi, colonijs & municipijs ſatis prouiſum dicit. Coniuratos qui in urbe ſunt, ut exeant iterum hortatur: ſi quid in Rempublicam conentur qui remanſerint, carceris pœnam minitatur. Spem conſeruandæ urbis ſe dicit concepiſſe, deorum quibuſdam ſignificationibus, quorum opem ſuadet implorandam, ut præſentes urbem defendant. Eſt habita hæc oratio poſtero die quàm ſuperior. Deliberatiua oratio eſt.

TAndem aliquando, Quirites, L. Catilinam furentem audacia.) Tandem particula tarditatis eſt, ut demum, quum ſcilicet aliquid factum tardius dicimus, quod antè factum oportuit. Terentius: Vix tandem ſenſi ſtolidus. Idem, Modòne id demum ſenſiſti Pamphile? Tandem aliquando pro re eadem ſimul dicit ſæpe Cicero, ut dicendi ratio augeatur ut hic, & libro ſuperiore: Ibis tandem aliquando. Quamuis utrobique Priſcianus libro decimoquinto aliquando futuri eſſe temporis putet. Scelus anhelantem.) id eſt, ſummo ardore animi ſcelus committere cupientem. Ferrum uobis.) id eſt cædem. Vrbi flammam.) id eſt, incendium.

Abijt.) Verborum congregatio eſt, autore Quintiliano, ut libro ſuperiore diximus. Idem Quintilianus libro nono ſcribit hic eſſe homœoteleuton. Quæ dicendi ratio fit etiam ſingulis uerbis: Hæc cubat, dolet, piget, pudet. &, Abijt, exceſſit, erupit, euaſit. Monſtro illo.) id eſt, Catilina monſtroſo ciue, qui patriæ peſtem moliatur. Sine controuerſia.) id eſt, ne Catilina quidem repugnante. Non in campo.) Martio ſcilicet, ut comitijs Conſularibus, quum Cicero conſul armatus lorica in comitia uenit, ut Catilinæ perditos conatus eluderet. In foro.) ubi etiam ad perſtringendas leges & quæſtiones ualuit Catilina. Non in curia.) Vbi nullus Senatorum ipſi aſſidere ſuſtinuit. Loco ille motus eſt.) A' bellatoribus translatio facta uidetur, qui occupatum aliquem locum pertinaciter tuentur: unde ſi fuerint deiecti, uincuntur facilius. Motus igitur Catilina loco eſt, cum ex.) id eſt, ex urbe exceſſit. Bellum iuſtum geremus.) quia cum hoſte geritur. Ex occultis inſidijs.) Nocte enim de coniuratione Catilina conſultabat. Ea nocturna conſilia in apertum Cicero conuecit.

Quòd uerò non cruentum mucronem.) Nam punctim feriebant Romani, non cæſim. qua ratione facilius multo occiditur hoſtis. Ideo Vegetio libro primo autore, tyrones punctim, non cæſim ferire diſcebant. Punctim feriendo, cruentus fit mucro. Quòd uiuis nobis egreſſus eſt.) id eſt, me Conſule uiuo. Catilina in domo Leccæ dixit, cupere ſe ad exercitum proficiſci, ſi prius Ciceronem oppreſſiſſet, quem ſuis conſilijs officere multum ſentiret, ut ait Salluſtius. Aliàs ſæpe Ciceronem Catilina occidere conatus eſt, ut libro ſuperiore dictum eſt. Perculſum atque abiect.) id eſt, euerſum. In qua ſignificatione dici, Nonius Marcellus autor eſt. Inde perculſus pro attonito & ſtupefacto dicitur, tanquam quòd mentis eius ſedes euerſa ſit. Vergilius in primo Aeneidos: Obſtupuit ſimul ipſe, ſimul perculſus Achates. & libro octauo: Obſtupuit tanto perculſus nomine Pallas. Abiectum.) id eſt, odij cauſa eiectum. ut ablegare, amittere, amandare dicimus. ubi particula à uel ab odij quandam ſignificationem habet. Retorquet oculos profectò ſæpe ad hanc urbẽ, quam.) Hoc magis ueriſimile eſt, quàm quod Ciceroni compertum ſit. Ex ſuis faucibus erept.) A' feris translatio eſt. Luget.) magis quàm dolet. Euomuerit.) Alia translatio eſt. In hoc ipſo.) quòd Catilinam eiecerim. Triumphat.) Ad id alludit, Magnificetq́; uicimus. uel Triumphat gaudio. ut pro L. Murena Cicero de Catilina dicit: Tum erupit à Senatu, triumphans gaudio, quem omnino uiuum illinc exire non oportuerat. Idem pro Aul. Cluentio: Tum uerò illa egregia ac præclara mater palàm exultare lætitia, ac triumphare gaudio cœpit, uictrix filiæ, non libidinis. Sed ubi uictoriæ nulla mentio eſt, id uerbum Cicero uſurpat in libro Epiſtolarum ad Atticum nono: Ego quum ex ipſa re magnam capio uoluptatem, tum meum factum probari abs te triumpho & gaudeo. Quòd tam capitalẽ hoſtem non comprehenderim potius, quàm.) id eſt, tam peſtiferum & pernicioſum. ut in libro de Senectute: Nullum capitaliorem peſtem, quàm corporis uoluptatem hominibus à natura datam dicebat. Supplicio affectum.) Affectum in re bona rarò, ſæpius in mala dicitur. Mos maiorum.) Nam perſæpe etiam priuati in hac Repub. pernicioſos ciues morte mulctarunt, ut in ſuperiore dixit oratione Cicero. Huius imperij.) Conſularis ſcilicet, quod ego gero. Seueritas.) ut tanta fuit Conſulum ſeueritas in C. Gracchi, & M. Fuluij in L. Saturnini cæde, ut eo ipſo die quo ſibi decreto Senatus mandatum eſt, ut uiderent ne quid Reſpublica detrimenti caperet, hi ciues pernicioſi interempti ſint. Qui propter ſtultitiam nõ putarent.) id eſt imperitiam, & quam uulgus appellat ſimplicitatem. Qui propter improbitatem fauerent?) Nonnulli è Senatoribus pericula quæ à Catilina imminebant, non uidebant: aut ſi uidebant,

debant, diſsimulabant. Horum autoritatem ſecuti imperiti multi & improbi, Ciceronem feciſſe crudeliter dicerēt ſi Catilinam occidiſſet. Ne uobis quidem omnibus.) id eſt, eſſe ex uobis qui non crederent. Hoſtem.) Catilinam. Parum comitatus.) Eum trecenti ſatellites conſecuti ſunt, ut ait Plutarchus. Hunc in Manliana caſtra cū paucis profectum, Salluſtius ſcribit. Tongillum mihi.) Mihi cauſa ornatus hic tantum ponitur, ut pro L. Murena: Apud exercitum mihi fueris, inquit. Tongillum Publicium, & Munatium, abiectos homines & contemnendos, ſecutos eſſe Catilinam dicit, eum in urbe remanſerint coniurati nobiles & ualentes: ut oſtendat, magis metuendos qui in urbe remanſerunt, quàm Catilinam, eosq́; qui eum ſecuti ſunt. Calumnia.) Aut ocioſa eſt hæc uox & ſuperuacanea, aut hic locus emendatus non eſt. Quorum æs alienum.) Pecuniam neruos bellorum eſſe, dici ſolet. Ideoq́; Philippus Macedo caſtella omnia expugnari poſſe dicebat, in quæ modò aſellus onuſtus auro poſſet aſcendere, ut ait Cicero libro Epiſtolarum ad Atticum primo. autore Salluſtio, Catilina pecuniam ſua aut amicorum fide ſumptam mutuam Fæſulas ad Manliū mittebat. A' Publicio et Munatio ſumpta pecunia mutua eſt, ſed ea helluationibus conſumpta eſt, ne credant eam Quirites ad uſum belli conſumptum iri. Quanto ære alieno.) quæ res impellit eos potius ad ciuium & urbis cædes & incendia. Itaq; ego illum exercitum.) exaratum ex Gallicanis legionibus. Cum hoc delectu.) Et cum hoc delectu, etiam in nonnullis codicibus lego: ſed inmendata mihi lectio non uidetur. quæ illo modo mihi uidetur emendatior, Itaq; ego illum exercitum ex Gallicanis legionibus comparatum cum delectu etiam. ut oſtendat Cicero, Catilinæ exercitum nihil eſſe metuendum. Nam Gallicas legiones C. Manlius Catilinæ nomine comparandas curauerat, quæ ex contemnendis hominibus erant. Q. uero Metellus Celer Prætor à Senatu in agrū Picenum miſſus eſt, eiq́; permiſſum uti pro tempore atq; periculo exercitum compararet, ut ait Salluſtius. Ex Gallicanis legionib.) quæ ſcilicet in Gallia nobis tranſalpina, ubi tum erant Boij, comparatæ ſunt, quæ fluuio Rubicone & Alpibus continetur. In agro Piceno.) Picenum regio Italiæ eſt, quam quintam Plinius libro tertio ponit. eam uberrimæ hominum multitudinis eſſe dicit. Idem capite quinto libri eiuſdem, à Surrētino ad Silarum amnem X X X. M. paſſus agrum Picenum eſſe dicit.

Quem habuit.) Habere delectum eſt, quod dicimus congregare milites, quod bonorum & malorum delectus fit, ut mali remittantur, bonorum nomina accipiantur. Qui milites congregant, hi à Liuio conquiſitores dicuntur. Magnopere contemno.) id eſt, nihil metuo. Contemnere enim ſæpè dicitur, ut metuere ei contrarium ſit. unde artium ſcriptores præcipiunt, aduerſarium in contemptum iudicum adducendum eſſe. Senibus deſperatis.) Deſperati ſenes epitheto perpetuo dicūtur, quòd eorum uitæ diuturnitas nunquā ſperetur. Inde prouerbium apud Ariſtotelem libro Rhetoricorum ſecundo eſt, Beneficium apud ſenem collocandum non eſſe, eo quòd id propter uitæ breuitatem, quæ reliqua eſt, non referat. Deſperatam ſenectutem Cicero dicit in oratione pro Marco Cælio, pro extrema, quæ capulo proxima ſit: Conſeruate, inquit, parentes filium, ne ſenectutem propè deſperatam contempſiſſe uideamini. Deſperatus ægrotus is eſt, cuius de ſalute deſperatur: & deſperatus morbus, qui eſt grauiſsimus, & anceps maximè. Inde deſperata reſpub. & ægrota dicitur à Cicerone in Diuinatione, & pro Publio Sylla: Magni, diuturni, & deſperati reipub. morbi. Inde deſperatū hominem, pro perdito & improbo, idem ſæpe dicit, quem in uiam reduci poſſe nulla ſpes eſt. Nemo enim adeò ferus eſt, autore Horatio, ut non miteſcere poſsit. Deſperare honorem idem dicit pro L. Murena, & deſperare pacem, libro Epiſtolarum ad Atticum ſeptimo. Deſperare de honore & de fama, uulgò dicunt. Agreſti luxuria.) Vel hic locus mendoſus eſt, uel hæ duæ uoces ocioſæ ſunt: uel intelligi debet, Senibus deſperatis, id eſt, perditis agreſti luxuria. Decoctoribus.) id eſt, helluonibus, & patrimonij uoratoribus. Vadimonia deſerere.) Vadimoniū eſt ſponſio ſiſtendi in iudicio, quum quis reus citatur, isq́; dicto die in iudicium uenire ſe promittit. Promittit uadimonium, quum dicto die uenit. Obit uadimonium, quum dicto die non aduenit, & ut uulgò dicunt, ponitur in defectu, deſerit uadimonium, uel ad uadimonium non uenit: ut ex Ciceronis oratione poſsis cognoſcere, quæ pro Publio Quintio eſt. Libro Digeſtorum ſecundo, titulo, Si quis in ius uocatus non ierit, Paulus ſcribit, ut ex quacunque cauſa ad Prætorem, uel alios Præſides, qui iuriſdictioni præſunt, in ius uocatus, uenire debeat, ut hoc ipſum ſciatur an iuriſdictionis eius ſit. Si quis non ierit, à iudice qui uocauit, multa damnabitur. Deſerere uadimonium quàm exercitum malle, eſt malle (ut uulgò loquuntur) amittere multum, uel negocia multum neceſſaria relinquere, quàm exercitum non ſequi. Vadimonium enim deſeri non ſolebat, niſi iuſtiſsima ex cauſa. Concident.) id eſt, territi animum amittent. Quos etiam in Senatum uenire.) Nam Senatores undecim ex coniuratis fuerunt, quorum Curius Senatu ob probrum aliquod motus fuerat. Quid cogitent, me ſcire.) non ſolum quid dicant aut faciant. Cui Apulia ſit attributa.) C. Iulio Apuliam, Etruriam Manlio, agrum Picenum Septimio diſtributas, Cethegum cædi, Caſsium Statilium & Gabinium ad incendenda duodecim urbis loca præfectos fuiſſe, in oratione ſuperiore diximus. Superioris noctis.) nō nouiſsimæ, ſed quæ nouiſsimam præceſsit. qua in re ſuperior uix dicitur. Ideo ſuperiorem, nouiſsimam intelligere poſsis, qua ex urbe Catilina diſceſsit, qua mandauit Lentulo, Cethego, cæteris'que, ut coniurationis opes confirmarent, inſidias Conſuli maturarent, cædem atque incendia pararent, ſe propediem cum magno exercitu ad urbem acceſſurum. Catilina ipſe pertimuit.) Argumentum à minore ad maius, quo oſtendit coniuratos eos qui in urbe remanſerunt, magis quàm Catilinam timendos eſſe. Hæc enim conſilia coniuratorum quum dixit, Catilina in Senatu pertimuit & profugit. Hi.) coniurati, qui eadem audiuerunt, & noctis ſuperioris conſilia ſentire intelligunt, nihil permouentur. Hi.) coniurati, qui in urbe remanſerunt.

Meam priſtinam lenitatem perpetuam.) qua in Catilinam uſus ſum, quamuis id Senatuſconſultum uehemens & graue in eum haberem. Quod expectaui.) mea lenitate ſcilicet, hoc eſt, ut Catilina exiret, ut coniuratio uobis omnibus patefacta eſſet. Niſi ſi quis eſt, qui.) id eſt, niſi quis eſt. Vt nulli eſſe ulli, pro nulli eſſe, Aulus Gellius: Et neminem hominem, pro neminem, lucu-

lenti

lenti ſcriptores dixerunt. Non eſt iam lenitati locus.) *Vt Terentius in Andria: Enimuero Daue nihil loci eſt ſegnitiæ, neq; ſocordiæ. Locum actionis, opportunitatem eſſe temporis, Stoici dicunt, ut eſt apud Ciceronem libro de Officijs primo.* Aurelia uia.) *ad quam eſt Aurelium forum: de quo antè. Ea uenitur Roma in Etruriam.*

Releuata.) *In ſentinæ metaphora ſtat, qua nauis premitur: ea quum exhauritur, nauis releuatur. Vel ab ægrotis facta translatio eſt, ut in oratione ſuperiore: Morbus qui eſt in repub. releuatus iſtius pœna.* Recreata.) *tanquã ex morbo refecta & ſanata. ut in oratione ad Quirites poſt reditum: Bona ualetudo iucundior eſt ijs, qui è graui morbo recreati ſunt, quàm qui nunquã ægro corpore fuerunt. C. Marium inedia fluctibusq; feſſum à Minturnenſibus recreatũ, Cicero pro Cn. Planco dicit. Idem de prouincijs Conſularibus, Macedoniam exercitu ita uexatam dicit, ut uix poßit ſe diuturna pace recreare. Id uerbũ ad animum transfertur, ut libro Epiſtolarũ ad Atticum duodecimo recreare à mœrore dicit. Et libro quarto: Literis, inquit, ſuſtentor & recreor. Et pro Cn. Planco: Conſeſſus iſte reficit & recreat mentem meam. & pro Milone: Me recreat & reficit Cn. Pompeij ſapientißimi & iuſtiſſimi uiri conſilium.* Conceperit.) *id eſt admiſerit. ut pro P. Sylla: Quod flagitiũ Lentulus non cum Antronio concepit. Per abuſionem ſicarios omnes uocamus, qui cædem telo quocunque commiſerint, ut antè diximus.* Quis teſtamentorum ſubiector, etc.) *Subiector teſtamentorum eſt, qui pro teſtamento uero falſum ſupponit. ut in oratione pro A. Cluentio, quum Oppianicus Aſinij adoleſcentis pecunioſi hæreditatem captaret, Auilius Aſinium ſe nominans, ut erat conſtitutum, ſimulat ſe ægrotare, & teſtamentum facere uelle: Oppianicus obſignatores, qui neq; Aſinium, neq; Auiliũ noſſent, ad eum adducit: Aſinij nomine teſtamentum obſignatur. Auilius illico conualeſcit, Aſinius breui illo tẽpore occiditur. Subiector teſtamentorum à Cicerone appellatur in libro de Officijs tertio teſtamentarius: Neq; inquit, de ſicarijs, ueneficijs, teſtamentarijs, furibus, peculatoribus hoc loco diſſerendum eſt. Vbi paulo pòſt de falſo L. Minutij Baſilij teſtamento ſcribit, quod quidam è Græcia attulerunt. Quod quo facilius obtinerent, ſcripſerunt hæredes ſecum M. Craſſum & Q. Hortenſium, ætatis eiuſdem homines potentißimos.* Circumſcriptor.) *id eſt, impoſtor & deceptor. Circumſcribere enim fallere eſt. Cicero in libro Academicarum quarto: Alterum eſt, quòd fallacibus & captioſis interrogationibus circumſcripti atque decepti quidam, quum eas diſſoluere non poſſunt, deſciſcunt à ueritate. Idem libro de Officijs tertio: Dolus malus legibus erat uindicatus, ut tutela duodecim tabulis, & circumſcriptio adoleſcentiũ lege Lectoria. Idẽ in Philippica decima quarta: Teſtamenta credo ſubijciunt, aut eijciunt uicinos, aut adoleſcentulos circumſcribunt.* Quis ganeo.) *Ganeones, ut ait Nonius Marcellus, à ganeis dicti ſunt, quæ ſunt loca uinolentiæ, & libidini apta. Varro in Modio: Hoc intereſt inter Epicurũ & Ganeones noſtros, quibus modulus eſt uitæ culina. Citatq; hunc locum in Catilinã.*

Quæ mulier infamis.) *Catilina etiam mulieres aliquot ſibi aſciuit, quæ primò ingẽtes ſumptus ſtupro corporis tolerauerant. Per eas ſe Catilina credebat poſſe ſeruitia urbana ſollicitare, urbem incendere, uiros earum uel adiungere ſibi, uel interficere, ut ait Salluſtius.* Non familiariſſimè.) *In eadem ſententia Salluſtius eſt. Catilina, inquit, omnium flagitioſorum atque facinoroſorum hominum circum ſe tanquam ſtipatorũ cateruas habebat. nam quicunque impudicus, adulter, ganeo, alea, manu, uentre, pene, patria bona diſsipauerat, quicunque alienum æs grande conflauerat, omnes parricidæ, ſacrilegi, conuicti iudicijs, aut pro factis iudicium timentes: ad hoc quos manus atque lingua periurio, aut ciuili ſanguine alebat, poſtremò omnes quos flagitium, egeſtas, conſcius animus exagitabat, hi Catilinæ proximi familiaresq; erant.*

Sine illo facta eſt.) *Idem dixit in oratione ſuperiore, in proſopopœia patriæ ad Catilinam.* Quod nefarium ſtuprum.) *Salluſtius: Adoleſcens Catilina multa nefanda ſtupra fecerat, cum uirgine nobili, cum ſacerdote Veſtæ, alia huiuſcemodi contra ius faſq;. Eundem cum ſorore ſtuprum feciſſe diximus.* Iuuentutis illecebra.) *Autore Salluſtio, Catilina iuuenum uel adoleſcentium familiaritates maximè appetebat. nam eorum animi molles, & ætate fluxi, dolis haud difficulter capiebantur. Nam ut cuiuſque ſtudium ex ætate flagrabat, alijs ſcorta præbere, alijs canes aut equos mercari, poſtremò neque modeſtiæ ſuæ parcere, dum illos obnoxios fidóſque ſibi faceret.* Qui alios ipſe.) *Salluſtius hanc Ciceronis ſententiam non probat. Scio (inquit) nonnullos, qui ita exiſtimarent, iuuentutem quæ domum Catilinæ frequentabat, parum honeſtè pudicitiam habuiſſe. Sed ex alijs rebus magis, quàm quod cuiquam id compertum foret, hæc fama ualebat.* Seruiebat amori.) *id eſt, lenocinabatur.* Alijs mortem parentum.) *In coniuratione filijfamilias erant, quorum ex nobilitate pars maxima erat, qui in illa urbis uaſtatione parentes interfecturi erant: ut ait Salluſtius.* In ludo gladiatorio.) *ubi ſe gladiatores exercent, ut ludus literarum dicitur.*

Intimum.) *id eſt, familiariſſimum.* Nemo in ſcena leuior.) *id eſt, nullus hiſtrio, nullus mimus. Mimi enim uiles & abiecti ita habebantur, ut ab his nominatim appellari contumelioſum exiſtimatum ſit. Ideo Lucilius eum, à quo in ſcena nominatim læſus fuerat, & L. Accius eum à quo fuerat nominatus, in iniuriarum iudicium uocauerunt, ut eſt libro Rhetoricorum ad Herennium ſecundo. Hanc eſſe cauſam arbitror, cur Terentius in prologis à ſe factis nominatim ſe non appellet, ſed ſolum poetam, ne qua ſibi tum afferretur contumelia, quum mimus prologum recitaret.* Sodalem.) *Sodalis hic dici uidetur, pro ſocio in rebus leuioribus & uoluptuarijs: in qua ſignificatione dici Valla exiſtimat. A ſedendo, uel ſimul edendo dici, Sextus Pompeius putat: quòd ita ſodales ſocij ſunt in belluationibus & comeſſationibus, alijſque huius generis libidinibus. quamuis in re quoque honeſta dicatur ſodalis.* Diuerſa ſtudia in diſsimili ratione.) *Cicero in oratione pro M. Cælio, de Catilinæ ſtudijs diuerſis cùm alia multa dicit, tum illud: Erant, inquit, apud illum illecebræ libidinum multæ, erant etiam induſtriæ quidam ſtimuli & laboris. flagrabant uitia libidinis apud illum, uigebant etiam ſtudia rei militaris. neq; ego unquam fuiſſe tale monſtrum in terris ullum puto, tam ex contrarijs diuerſisq; inter ſe repugnantibus naturæ ſtudijs cupiditatibusq; conflatum, & cætera. Eius itaque diuerſa fuere ſtudia. nam improbis & nequam hominibus familiaris fuit, & tamen fortitudinis partibus ſe exercuit: hoc eſt, frigore,*

fame,

ſame, ſiti, & uigilijs. Induſtriæ ſubſidia.) Induſtria uulgò dicitur, pro ingenij dexteritate quadam & fœlicitate. ſed à doctis hominibus dici inuenio pro conſtanti labore, qui certo quodam & honeſto conſilio ſuſcipiatur: quæ fortitudinis pars eſt, cui contraria ſit pigritia aut ignauia. Cicero in primo de Finibus libro: Neq; laborũ perfunctio, neq; perpeſſio dolorum per ſe ipſa allicit, nec patientia, nec aſſiduitates, nec uigiliæ, nec ea ipſa quæ laudatur induſtria, nec fortitudo quidem. Idem in orat. poſt reditum in Senatu: Habet magiſtros non ex iſtis ineptis, qui dies totos de officio ac de uirtute diſſerunt, qui ad laborem, ad induſtriam, ad pericula pro patria ſubeunda adhortantur. Inde induſtrius homo dicitur. Idem libro in C. Verrem ſexto: Ne iſta præclara nobilitas deſinat queri populum Romanum hominibus nouis atque induſtrijs libenter honores mandare, ſemper que mandaſſe. Et libro Tuſculan. ſecundo de labore & dolore locutus: Hæc, inquit, duo Græci illi, quorum copioſior eſt lingua, quàm noſtra, uno nomine appellant. Itaq; induſtrios homines illi ſtudioſos, uel potius amantes doloris appellant, nos commodius laborioſos. Aliud eſt enim laborare, aliud dolere. Induſtriæ ſubſidia appellat, frigoris, famis, ſitis, uigiliarũ patientiam, qua ratione labor facilius ſuſcipitur, fitq; conſtantior. Virtutis.) id eſt fortitudinis. In libidine.) id eſt, ad obſidendum ſtuprum, & maritorum ſomno inſidiandum. Audacia.) id eſt, ad facinus obeundum, & occiſorum bonis inſidiandum. Nõ mediocr.) id eſt maximè. Inhumanè.) id eſt, maiores quàm natura humana afferat: ideoq; feroces ſunt, & belluinæ. Audacia quamuis in numero ſingulari dicatur ſæpius, non tamen ſemel dixit Cicero audacias in plurali. ut lib. Epiſt. ad Atticum nono. Libidines, audacias, ſumptus, egeſtates tot egentiſſimorum hominum, nec priuatas poſſe res, nec Rempublicam ſuſtinere. In Verrem Act. 5. Vultis autem iſtorum audacias ac libidines aliqua ex parte reſecare? Pro Publ. Sylla: Penitus introſpicite, Catilinæ, Antronij, Cethegi, Lentuli, cæterorumq; mentes, quas uos in his libidines, quæ flagitia, quas turpitudines, quãtas audacias, quàm incredibiles furores, quas notas ſcelerum, quæ indicia parricidiorum, quantos aceruos facinorũ reperietis? Obligurierunt.) Obligurire quid ſit, explicat Donatus, cum enarrat illũ Terentij ex Eunucho locum: Patria qui obligurierat bona. Obligurierat, inquit, ſuauib. eſcis conſumpſerat. Ligurire enim dictum eſt propterea, quòd ſuaue λιγυρὸν Græci appellant. Libido permanet.) Libido peruerſa eſt admodũ, ſi in egeſtate remaneat ea quæ fuit in abundantia. Inertes homines.) Inertes dicit eos quos uulgus parũ latinè appellat puſillanimos. Ebrioſos ſobrijs.) Ebrioſum ab ebrio diſtinguit Cicero lib. Tuſculanarum quæſtionum quarto, quantum iracundum ab irato, & amatorem ab amante. quòd hic in actione ſit: illi autem ad actionem procliuitas ſit, etiam ſi in actione non ſit. Qui mihi.) Mihi ornatus gratia hic ponitur. Vino languidi.) Languere herbas dicimus, quum humore defectæ aut cæſæ flaccescunt. Vergilius in libro Aeneid. 9. de morte Euryali: Voluitur Euryalus leto, pulchroſq; per artus It cruor, inq; humeros ceruix collapſa recũbit: Purpureus ueluti quum flos ſuccisus aratro, Langueſcit moriens, laſſó ue papauera collo Demiſere caput, pluuia quũ fortè grauantur. Hinc languere homines dicimus eos qui animi & corporis amiſſo uigore debilitantur: cuiuſmodi ebrij eſſe ſolent. Confecti cibo.) Alij legunt conferti: quæ lectio aſpernanda non eſt. Sertis redimiti.) In conuiuio luxurioſo coronas & unguenta addi ſolita, uulgatius eſt quàm ut dici poſtulet. Vnius uirtute, terra mariq;.) Cn. Pompeij. Domeſticum.) id eſt, inteſtinum. Cum luxuria.) id eſt, cum luxurioſis hominibus. Quæ ſanari pot.) Ex medicis ſimilitudo ſumpta eſt, qui immedicabile uulnus enſe recidunt, ne pars ſincera trahatur. Quod uerò curari poteſt, id non reſcindunt, ſed dant operam ut ſanent. Aut quieſcant.) Quieſcere dicitur is, qui eſt inſolens & inquietus, quũ ceſſat, ut ait Donatus in Andr. Terentij. In eadẽ mente.) id eſt, in eodem animo coniurationis. Quod uerbo ſi ego aſſequi poſſem.) id eſt, ſi uerbo tantum ualerem, ut eo ciuem eijcere poſſem, eijcerem iſtos ipſos qui hæc de me loquuntur. Videlicet.) In Ironia hic, ut alias ſæpe, dicitur. Vehemens ille Conſul.) Ille hic emphaſim habet, autore Priſciano libro decimoſeptimo, quamuis dicamus ipſe facio, & ipſe facis, tamen non dicimus ille facio, & ille facis, niſi addamus aliud pronomen primæ aut ſecundæ perſonæ, citatq; hunc Ciceronis locum. Hic ego uehemens ille Conſul.) Simile illud eſt: Ille ego qui quondam gracili modulatus auena. Apud M. Leccam.) id eſt, in M. Porcij Leccæ domo. Quid in proxima.) id eſt, in ſuperiore: id eſt, præcedentem illam noctem qua conuenit in domum Leccæ. Ratio totius belli.) id eſt, qui cædi, qui incendijs præficerentur, qui quæ in loca ad cogendũ exercitũ proficiſcerentur. Deſcripta ei.) id eſt, ab eo. Quum teneretur.) tacita confeſſione & hæſitatione conuictus. Alij cunctaretur legunt. Quo iampridem.) id eſt, in caſtra Manlij. Etenim credo, &c.) Ironia eſt. Se Maſſiliam, ut aiunt.) Catilina poſtquam ex urbe profectus eſt, quum iret in caſtra Manliana, conſilij ſui diſſimulandi cauſa, ex itinere multis Senatoribus, præterea optimo cuiq; literas miſit, ſe falſis criminibus circumuentum, quoniam factioni inimicorum reſiſtere nequiuerit, fortunæ cedere, Maſſiliam in exilium proficiſci, nõ quòd ſibi tanti ſceleris conſcius eſſet, ſed ut reſpub. quieta foret, né ue ex ſua contentione ſeditio oriretur. autor eſt Saluſt. Circumcluſus.) id eſt, illaqueatus & irretitus, ut facta ſit trãslatio à feris, quæ circumcluſæ retibus debilitatæ ſunt. Spoliatus armis audaciæ.) id eſt impeditus, quo minus conaretur. Indemnatus.) innocens. Singulis uerbis ſuum pondus additum eſt. Sed timidum.) Miſerum, non timidum legit Priſcianus libro decimooctauo. Miſer enim nõ dicitur ſceleratus, qui calamitate premitur. Donatus in Hecyram Terentij, negat quenquam dici miſerum, præter innocentem, citatq; illud Saluſtij: Atq; ea cogentes nõ coactos, ſceleſtos magis quàm miſeros aſtringit. Exiſtimare uelim.) Exiſtimari apud Priſcia. lego: quod quàm exiſtimare, cum uerbo uelle dictum, eſt elegantius. Eſt mihi tanti.) id eſt tam parui facio: ut ſit ironia. Volitare.) exultare. Triduo.) pro, intra triduum hic dici, Priſcianus lib. 18. teſtis eſt, Vulgus diceret, antequam ſint tres dies. Non tam hoc.) Significat, qui hoc dictitant eſſe ex coniuratis, aut certè fauere coniurationi. Hoc quod agit.) id eſt, patriæ bellũ facere. Præter uoluntatem.) id eſt, contra uoluntatẽ. Viuis nobis.) Illud enim moræ ſibi dicebat, quo minus ad Manlium proficiſceretur, quòd uiuerem. Vlciſci ſtudeo, quàm ſanare.) id eſt legibus punire. Vlciſci ſæpius dicimus eum qui læſit. Sed

iniuriam

iniuriam aut mortem ulciſci dicimus. Si me audire uoluerint.) Audire & auſcultare, quum obedire ſignificant, datiuo nonnunquam, ut obedire ab audiendo compoſitum, iunguntur. Sæpius tamen accuſatiuo, ut ait Priſcianus. Exponam enim uobis.) Attentos reddit auditores ad ea quæ ſequuntur. Magno in ære alieno.) id eſt, multa debentes. Diſſolui.) Nam qui in ære alieno ſunt, quodammodo ſunt obligati: qui diſſoluuntur, cum ſatis faciunt creditoribus. Diſſoluere æs alienum, & diſſoluere ſe ære alieno dicimus. Tu familia ſeruorum.) ſcilicet copioſus, id eſt diues & abundans.

Detrahere uendendo.) Fidem acquirere, quam amittit debitor, quum non diſſoluit æs alienum. Poſſeßiones ſacroſanctas.) Sacroſanctum, ut ait Sext. Pompeius, dicebatur id quod iureiurando interpoſito erat inſtitutum, ut ſi quis id uiolaſſet, morte pœnas penderet. Vt ſacroſanctos Tribunos plebis, Titus Liuius dicit libro ſecūdo. Cic. in oratione pro L. Cornelio Balbo, negat quicquam ſacroſanctum eſſe, niſi quod populus plebs ue ſanxiſſet. Tabulas nouas.) Quum ære alieno & uſuris plebs Romana oppreſſa erat, aut Senatuſconſulto, aut Imperatoris decreto tabulæ nouæ in foro proponebantur, quibus credita pecunia debitoribus condonabatur. De hac tabularum nouarum indignitate Cicero in libro de Officijs ſecundo: Tabulæ, inquit, nouæ quid habent argumenti, niſi ut emas mea pecunia fundum, & eum tu habeas, ego non habeam pecuniam? Quamobrem ne ſit æs alienum, quod Reipub. noceat, prouidendum eſt. Quod multis rationibus caueri poteſt, ſi hoc non fuerit ut locupletes ſuum perdant, debitores lucrentur alienum. Nec enim ulla res uehementius Rempub. continet, quàm fides: quæ eſſe nulla poteſt, niſi erit neceſſaria ſolutio rerum creditarum. De hac coniuratorum expectatione tabularū nouarum, ſuoq; adhibito remedio, idem ſubiungit: Nunquam, inquit, uehementius actum eſt quàm me Conſule ne ſolueretur. Armis & caſtris tentata res eſt, ab omni genere hominum & ordine. Quibus ita reſtiti, ut hoc tantum malum de repub. tolleretur. Nunquam nec maius æs alienum fuit, nec melius, nec facilius diſſolutum eſt. Fraudandi enim ſpe ſublata, ſoluendi neceßitas conſecuta eſt. Verum auctionariæ.) Auctio, eſt publica bonorum uenditio, cum res addicitur ei qui precium obtulit maximū. Inde auctionari publicè, & uelut ex decreto uendere. Auctionarias tabulas hic appellat Cicero, quibus agros, ædificia, aliaq; quæ ſunt debitorum proſcribet uenalia, ut æs alienum dißoluatur creditoribus. Salui.) id eſt, ære alieno diſſoluti, qua eadem in re paulo pòſt dicit. Maturius) id eſt, citius. Certare cum uſuris fructibus prædiorum.) eſt prædia tantum amare, ut ea uendi nolis, ut ære alieno fœnore ſumpto te exoluas. Locupletioribus.) Vſuræ enim rem familiarem diminuunt maximè. Ideoq; M. Cato maior fœnerari aliud nihil eſſe putabat, niſi hominem occidere, ut ait Cicero in libro de Offic. 2.

Locupletioribus his & melioribus uteremur.) Vſurarum multiplicatio ciuitati pernicioſa eſt. T. Pomponius Atticus, ut in eius uita Cornelius Nepos ſcribit, quū Athenis erat, neq; uſuram unquam accepit, neq; eos quibus pecuniam crediderat, longius quàm dictum eſſet, debere paſſus eſt. Quod utrunq; erat ſalutare. nam neq; indulgendo inueteraſcere eorum æs alienum patiebatur, neq; multiplicandis uſuris creſcere. Rerum potiri.) Potiri in infinitiuo tantū in quarta coniugatione dicitur, quamuis in alijs modis ſit tertiæ & quartæ coniugationis, ut ait Priſcianus lib. 10. ubi citat hunc locum. Eodem autore libro 18. potior illius rei, illam rem, & illa re, citat itidem hunc locum. Id quod cum ſummo furore, &c.) id eſt, ut ciuium cæde, urbis incendio & uaſtatione, aſſequantur magiſtratus. Aetate iam confectum.) Nam Catilinæ coniuratione permulti erant ueterani Syllæ milites, quorum alij per Italiam fugitiui: alij, & hi quidem bellicoſißimi, per urbes Etruriæ ſparſi, oppidorum direptiones, parataſq; ſibi rapinas ſomniabant: Manlium hi ſibi ducem nacti, uirum qui ſub Sylla ſtrenuè quondam & fortiter militauerat, ut ait Plutarchus in uita Ciceronis. Saluſtius poſtquàm enumerauit quos ſibi amicos Catilina parauiſſet: His, inquit, amicis ſocijſq; confiſus Catilina, ſimul quòd æs alienum per omnes terras ingens erat, & quòd pleriq; Syllani milites largius ſuo uſi, rapinarum & uictoriæ ueteris memores, ciuile bellū exoptabant, opprimendæ reipub. conſilium cepit. Quas Fæſulis.) L. Syllam 47. legiones in agros captos deduxiſſe, eoſq; ipſis diuiſiſſe, Titus Liuius libro 89. ſcribit. Fæſulas ab Atlante cœlifero conditas, eaſq; ab eius filia Fæſula appellatas eſſe, Politianus contendit in libro Epiſtolarum primo. Multas autem colonias huc à Sylla deductas ſignificat. Campos eos qui inter Fæſulas & Aretium iacent, maximè opulentos eſſe frumenti, pecoris, omniumq; rerum copia, Titus Liuius libro 22. ſcribit. Ciuium eſſe, &c.) Ciues à colonis diſtinguit, quòd ciues ſint qui erant ante coloniam deductā, coloni uerò qui deducti ſint. Se iactarunt.) id eſt, diuitias ſuas oſtentarunt, effundendo eas ſumptuoſe & inſolenter. Inſolentiaq;.) Inſolentem hominem dicimus præferocem, & ultra uſitatum morem hominum elatum. Ea animi inuſitata & nimia elatio, inſolentia dicitur.

Lecticis.) His utebantur ægroti, ſenes, & nonnunquā mulieres, quod id uectationis genus eſſet mollius. Iiſdem nonnunquam homines uehebantur. Id ex uerbis C. Gracchi apud A. Gellium capite ſecundo, libro decimo, & ex Ciceronis Actione in C. Verrem 7. poßis agnoſcere. Eas lecticas ferebant nonnulli aut equi, aut ſerui, qui inde lecticarij dicuntur. Seruius Sulpitius ad Ciceronem libro Epiſtolarum quarto: Coactus ſum in eadem illa lectica, qua ipſe delatus eram, meiſque lecticarijs in urbem eum referre. Lecticarios lecticarum artifices Cicero appellat pro Sexto Roſcio: Mitto, inquit, haſce artes uulgares, coquos, piſtores, lecticarios. Inciderant.) id eſt, repentè deuenerant. Ab inferis excitandus.) id eſt reſuſcitandus. Proſcriptiones.) quales Sylla fecit. Et dictaturas.) qualem Sylla habuit, qui ſe annos centum & uiginti dictatorem fecit. Huiuſmodi proſcriptiones à Catilina ne ſperent. Tantus illorum templorum dolor.) De Syllæ etiam in ciues Romanos crudelitate maxima, Plutarchus in eius uita amplius ſcribit. Inurere dolorem.) id eſt, afferre dolorem pergrauem. à medicis ſumptum uidetur, qui hulcera aut uulnera, quæ alioqui curari non poſſunt, ad uiuum adurunt. Turbulentam.) id eſt, ex turba & multitudine, & quaſi colluuione hominum conflatum. Nunquam emergent.) id eſt, nunquam fient diuites, nec ad ullum unquam dignitatis gradum aſcendent. Inertia.) id eſt, ignauia & pigritia, aut nullius artis peritia: quæ quantum hominibus incommoda ſit, Solon ſenſit, qui lege cauit, ut filius patrem alere non

m teneretur,

teneretur, qui ab eo artem nullam accepiſſet. Malè gerendo negocio.) id eſt, res ſuas malè collocando & adminiſtrando. qua ratione multi ex opulentis pauperes fieri ſolent. Partim ſumptibus.) qui parſimoniæ contrarij ſunt. Rem familiarē conſeruari debere diligentia & parſimonia, Cicero dicit in libro de Officijs ſecundo. Inde prudenter illud dictum eſt, Parſimoniam optimum eſſe uectigal. Vacillant.) periclitantur. eſt enim à uacillante naui facta translatio. Vt contrà antè dixit: Si ſalui eſſe uelint, Sylla ſit his ab inferis excitandus. Itemq́;: Neque enim iſti qui poſſeſſiones habent, alia ratione ulla ſalui eſſe poſſunt. Vadimonijs.) id eſt, ſponſionibus ſiſtendi ſe in iudicio, id eſt, citationibus. Nam citantur rei hi, qui promittunt uadimonium. Iudicijs.) id eſt, damnationibus, quū ſcilicet à creditorib. in ius uocati, damnantur. Proſcriptionibus bonorum.) id eſt, uenditionibus poſſeſſionum, aliorum ue bonorum, quas inuiti faciunt à creditoribus in iudicio uicti. Proſcribere enim eſt, uenalem rem proponere. Cicero in tertio de Officijs: Claudius proſcripſit inſulam, uendidit, emit C. Calphurnius. Idem: Tu quum ædes proſcribas, tabula tanquam plagam ponas, domum propter uitia uendas. In illa caſtra.) Manlij. Inficiatores.) Inficiatores potius lego cum Priſciano libro duodecimo, ubi præcipit de ſyllaba ce, adiuncta cum pronomine hic, hæc, hoc, in his caſibus ubi in s deſinit: quàm inſtitores. Petitionem negat Cicero in primo de Oratore: Nobis in tribunali Qu. Pompeij Prætoris urbani familiaris noſtri ſedentibus, homo ex numero diſertorum poſtulabat, ut illi unde peteretur, uetus & uſitata exceptio daretur, cuius pecuniæ dies fuiſſet? Quod petitoris cauſa comparatum eſſe non intelligebat: ut ſi ille inficiator probaſſet iudici, antè petitam eſſe pecuniam, quàm eſſet cœpta deberi: petitor rurſus eum peteret, ne exceptione excluderetur, quòd ea res in iudicium antea non ueniſſet. Quo in loco erraſſe mihi uiſus eſt Non. Marcellus, qui hoc Ciceronis loco utitur, ut doceat inficiatores eſſe falſi criminis obiectores. Author Rhetoricorum ad Herennium inficiationem lib. 2. appellat obiecti criminis negationem, & quam Quintilianus lib. tertio depulſionem uocat. Ex intentione, inquit, & ex inficiatione iudicatio conſtituitur, hoc modo: Intentio, occidiſti Aiacem: Inficiatio, non occidi: Iudicatio, occiderit ne. Si ſtare non poſſunt, corruant.) id eſt, ſi de ſententia & ſpe deijciantur, ſibi mortem domi conſciſcant.. Honeſtè.) extra coniurationem ſcilicet. Perire turpiter.) cum coniuratis. Cum multis.) coniuratis. Si ſoli pereant.) domi. In latrocinio.) id eſt, bello in patriam. Poſtremum genus eſt de Catilinæ delectu.) non ſolum numero, ſed etiam genere uitæ eius quæ Catilinæ propria eſt, & qua utitur Catilina præcipuè. Imò uerò de complexu, &c.) id eſt, familiariſſimis ei, & intimis. Imberbes.) id eſt pueri, uel adoleſcentes, uel uiri barba uulſa. quales erant molles & effœminati. Apud Aulum Gellium capite duodecimo, libro ſeptimo, P. Scipio Africanus minor, P. Sulpitio Gallo homini delicato obiecit, quòd quotidie unguentatus aduerſus ſpeculum ornetur, quòd eius ſupercilia radantur, quòd barba uulſa feminibuſq́; ſubuulſis ambulet, quòd in conuiuijs adoleſcentulus cū amatore, cum chirodota tunica inferior accubuerit. Pexo capillo.) id eſt, cura nimia compoſito. Capillum in numero ſingulari pro coma ſæpe dicunt autores maximi. Bene barbatos.) Romanis antiquis mos fuit, ut barbam ne tonderent. Hinc graues illi & ſapientes ſenes, barbati dicebantur. Cicero pro L. Murena: Hæc, inquit, tum apud illos barbatos ridicula credo uidebantur. Sed hanc ueterum barbam horridam, non pexam, idem ſignificat in oratione pro P. Sextio de L. Piſone: Alter ô dij boni quàm teter incedebat, quàm truculentus, quàm terribilis aſpectu. Vnum aliquem te ex barbatis illis, exemplum imperij ueteris, imaginem antiquitatis, columen Reipublicæ diceres intueri. Veſtitus aſper noſtra hac purpura plebeia, ac penè fuſca, capillo horrido. Barbam uerò, quæ molliter pexa eſt, & curata, barbulam, eoſq́; qui eam gerunt barbatulos, idem appellat. Pro M. Cælio de Appio Claudio: Aliquis mihi ab inferis excitandus eſt ex barbatis illis, nō hac barbula, qua iſta delectatur, ſed illa horrida, quam in ſtatuis antiquis & imaginibus uidemus. Idem in Epiſtolis ad Atticum libro primo: Nam quū dies ueniſſet rogationis ex Senatuſconſulto ferenda, concurſabant barbatuli iuuenes, totus ille grex Catilinæ, duce filiola Curionis, & populum ut antiquaret, rogabant. De more barbam & genas radendi ante ſenectutem, A. Gellius ſcribit libro tertio, capite quarto. Bene igitur barbatos, id eſt barbatulos, & barbula bene pexa & curata. Manicatis.) Manicatis tunicis ac talaribus Romæ, atque omni in Latio uti uiris indecorum, ut fœminis ſolis decorum fuiſſe, uti ueſte longa & manicata ad ulnas cruraq́; aduerſus oculos protegenda, idem Gellius eodem in capite ſcribit. Igitur uirorum tunicæ citra brachia deſinebant. Talaribus.) id eſt, ad talos demiſſis, quæ muliebres erant, nō uiriles, quæ uiris probro dabantur. Cicero in oratione pro A. Cluentio, in L. Quintium: Facite, inquit, ut non ſolum mores eius & arrogantiam, ſed etiam uultum atque amictum, atq; illam uſque ad talos demiſſam purpuram recordemini. Idem in Verrem Actione ſeptima: Stetit ſoleatus Prætor populi Romani cum pallio purpureo, tunicaq́; talari, muliercula nixus in litore. Apud Virgilium libro Aeneidos nono: Remulus Troianis hoſtibus ignauiam, & (ut ita dicam) effœminationem obijciens: Vobis, inquit, picta croco, & fulgenti murice ueſtis, Deſidiæ cordi, iuuat indulgere choreis, Et tunicæ manicas, & habent redimicula mitræ. Seruius uerſum hunc poſtremum exponens: Tunicæ, inquit, ueſtræ, habent manicas. quod etiam Varro uituperat, dicens: Manicatis et talaribus tunicis nam colobijs utebantur antiqui. Hæc ille. Colobia autem ſunt ueſtes ſine manicis. Talaribus tunicis, legit Nonius Marcellus, non talaribus ac tritis tunicis, uti in exemplis omnibus ſcriptum inuenio: Tunica, inquit, eſt ueſtimentum ſine manicis. Cicero in Catilinam, Manicatis ac talaribus tunicis. Si adiungis, & tritis, contra Ciceronis ſententiam dices. Nam in tritis ueſtibus huiuſmodi homines effœminati nullū unquam ornatum inuenerunt. Velis amictos, non togis.) Romani ueteres ſola toga amicti fuerunt, poſtea ſubſtrictas et breues tunicas citra humerum deſinentes, cum toga induebant, ut ait A. Gellius capite duodecimo, libri ſeptimi. Quamuis tunicæ talares non fuerint, togam à ueteribus Romanis ad calceos uſque demiſſam, ut à Græcis pallium, Quintilianus libro undecimo ſcribit. qui miratur Plinium tradidiſſe, id Ciceronem facere ſolitum, uelandarum uaricum gratia. M. Cato minor, quum Prætor eſſet, iudicium ſine tunica, toga ſola amictus, æſtate exercebat.

In forum

In forum quoque ſic indutus deſcendebat, idq; dicebat. Id repererat uetere conſuetudine, ſecundum quam & Romuli ætatis ſtatuæ in Capitolio, & in Roſtris Camilli fuerunt togatæ ſine tunicis. autor eſt Aſconius Pedianus. Velis amictos, non togis.) Togarum laxitatem exprimit. Quorum omnis induſtria uitæ.) id eſt, hi homines delicatuli alia in re nulla ſuſcipiunt laborem, niſi quòd in cœnis antelucanis uigilant. Antelucanas cœnas, ut arbitror, appellat nocturnas, quæ ad primam lucem ab helluonibus et ebrioſis hominibus continuantur. ut M. Antonium Plutarchus ſcribit in Hippiæ mimæ nuptijs cœnatum, tantum uini per uniuerſam noctem hauſiſſe, ut ei poſtridie in concionem uocato, neceſſe fuerit in conſpectu populi Romani euomere. Antelucanum.) id eſt, quod fit aut ſuſcipitur ante lucem. Cicero libro Tuſculanarum quæſtionum quarto: Cui, inquit, non ſunt auditæ Demoſthenis uigiliæ? qui dolere ſe aiebat, ſi quando opificum antelucana uictus eſſet induſtria. Ita antelucanum, ut antemeridianum & pomeridianum dicit in libro de Oratore tertio: Non eſt, inquit, paucorum libellorum hoc munus, ut hi qui ſcripſerunt de dicēdi ratione, arbitrati ſunt: neque Tuſculani, neque huius ambulationis antemeridianæ, aut noſtræ pomeridianæ ſeſsionis. Impuri impudicíq;.) Hominem impurum pro improbo ueteres dixerunt generaliter, ut ait Donatus in Commentarijs in Adelphos Terentij. Neque cantare.) Autore Aemilio Probo in uita Epaminondæ, Romæ turpe erat cantare & ſaltare, quæ in Græcia laude digna erant. Salluſtius in bello Catilinæ, Semproniam impudicam deſcribens, eam dicit pſallere & ſaltare doctam elegantius, quàm neceſſe eſt probæ mulieri, quæ luxuriæ inſtrumenta ſunt. Virum ſapientem in foro ſaltaturum non eſſe, Cicero in libro de Officijs tertio ſcribit, ſi id promiſerit, quòd ea ratione ſola hæreditatē adiret. Idem in oratione Poſt reditum in Senatu, A. Gabinium ſaltatorem calamiſtratum uocat. L. Murenæ Seruius Sulpitius in accuſatione maledicti loco obiecit, quòd eſſet ſaltator. In huius defenſione illa Ciceronis uerba ſunt: Nemo, inquit, ferè ſaltat ſobrius, niſi fortè inſanit: neque in ſolitudine, neque in conuiuio moderato atque honeſto. Intempeſtiui conuiuij, amœni loci, multarum deliciarum comes eſt extrema ſaltatio. Macrobius libro Saturnalium tertio de cantandi & ſaltandi apud ueteres ratione ſcribit. Cicero libro de Oratore tertio, ſaltationis duo eſſe genera ſignificat: alteram ſcenicam & hiſtrionicam, quæ infamis & uiro indigna eſt: alterā uirilem, quæ ab armis aut palæſtra ſumpta eſt, quæ forti ac uirili laterum inclinatione fiat. Hanc Quintilianus libro primo ueteribus Romanis dedecori fuiſſe negat, eſſeq; argumento ſaltationem ſacerdotum, nomine & religione uſque ad tempora ſua durantem. Lacedæmonios quoque ſaltationem quandam tanquam ad bella quoque utilem, habuiſſe inter exercitationes ſcribit. Hanc tamen ſaltationem qua oratorem futurum inſtitui uelit, ultra pueriles annos retinendam non cenſet. Saltare potius quàm pſallere, ut in uulgatis exemplis ſcribitur, legendum eſt. Vibrare.) id eſt, ui in ciuium corpora adigere. Spargere uenena.) id eſt, necare ueneno. id quod præcedit, pro eo quod ſequitur. Seminarium, ut ait Valla libro primo, non locus, ſed ſemen ipſum dicitur, id eſt, plantulæ. Tranſlatio hæc ſatis nota. Mulierculas in contemptum dicit, id eſt meretrices. His præſertim iam noctibus.) quæ longiores ſunt, ideo que frigidiores. Nam ad ſextum Idus Nouembris habita hæc oratio eſt. Apenninus mons Italiæ ampliſsimus eſt, perpetuis iugis ab Alpibus tendens in fretum Siculum, ut ait Plinius capite quinto, libri tertij. Vt mediam Græciam Thermopylis, ita Italiam Apennino dirimi, Titus Liuius libro trigeſimoſexto autor eſt. Pruinā ex gelido rore gigni, Plinius libro ſecundo ſcribit. Ariſtoteles autem libro Meteorologic. primo ſcribit, id conuenire & diſconuenire inter pruinam & rorem, ut uapor quidam eleuatus, nocturno frigore altius aſcendere prohibitus, quum humi ſubſidit, conglaciatus pruina, in aquā mutatus ros dicatur. Quantum inter pluuiam & rorem, tantū inter niuem & pruinam conuenit. Hanc pruinam albū gelu uulgò appellant: dictam pruinam, quòd fructus & uirgulta perurat, Sextus Pompeius ſcribit. Exuſtionem, quæ iniuria pruinarū eueniat, Plinius libro decimoſeptimo carbunculationem appellat. Hyemem.) id eſt, frigora hyemis. Nudi ſaltare.) Hanc frigoris patientiam, ſi quando eſt, pueritiæ turpiter actæ tribuit. O' bellum magnopere pertimeſcendum, cum.) Ironia eſt. Cohortem prætoriam.) Prætoria cohors, ut ait Sextus Pompeius, dicta eſt, quæ à Conſule uel Prætore non diſcedat. Scipio enim Africanus primus fortiſsimum quemq; delegit, qui ab eo in bello nō diſcederent, & cæteræ militiæ munere uacarēt, & ſeſquiplex ſtipendiū acciperent. Idem Prætoriā portā in caſtris appellari dicit, qua exercitus in prælium educitur. Quia initio Prætores erant, qui nunc Conſules, hiq; bella adminiſtrabant, quorum tabernaculū dicitur Prætorium. Vegetius libro de Re militari primo, portam prætoriā etiam dici ſcribit, quæ ad Orientem, aut quæ ad hoſtem ſpectat. Has tam præclaras.) Ironia eſt. Confecto & ſaucio.) id eſt, grauiter uulnerato, qui in caſtra Manlij abijt. quia uim orationis meæ ſuſtinere non potuit. Conficere, ut ait Donatus in Eunuchum Terentij, propriè conuenit gladiatoribus ijs, qui grauiſsimis uulneribus occubuerunt. Cicero in Catilinam: Gladiatori illi confecto & ſaucio. Cicero tamē grauiſsimè uulneratos gladiatores dicit confectos in libro Tuſculanarum ſecundo: Mittunt, inquit, uulnerib. confecti ad dominos, qui quærant, quid uoluit, ſi ſatisfactum ijs non ſit, ſe uelle decumbere. Sententia eſt: Cōſules & Imperatores Catilinæ, coniuratis ex Romana ciuitate flos & robur totius Italiæ, agreſtibus & ſylueſtribus coniuratis coloni & municipes opponentur. ex Catilinæ parte rem extenuat. Catilina enim confectus eſt & ſaucius, ciues coniurati naufragi ſunt eiecti ac debilitati, coniurati alij ſunt cumuli ſylueſtres. Naufragos appellat ciues coniuratos, tanquam quòd in ciuitatis tempeſtate fecerunt naufragiū, unde in caſtra Manlij eiecti ſint.

Vrbes coloniarum & municipiorum.) id eſt, coloni & municipes. Reſpondebunt.) id eſt, reſiſtent & repugnabunt. Cumulis.) id eſt, multitudini ordinē in pugna nullum ſeruanti, qui tamen in re militari ualet plurimum. Cæteras copias, ornamenta, &c.) id eſt, Senatum. equites Romanos, populū, urbem, ærarium, &c. Conferre.) id eſt, comparare. Nos ſuppeditamur.) id eſt, abundamus. Hoc tamen uerbum ſæpius iungitur cum nomine ſignificante rem quàm perſonā. Cicero in 1. de Offi. Suppeditant autem & campus noſter & ſtudia uenandi, honeſta exempla ludendi. Itemq;: Si omnia nobis quæ ad uictum cultumq; pertinent, quaſi uirgula diuina, ut aiunt,

ſuppeditarētur. Et li 5. Néue cōmittas, ut quū tibi omnia ſuppeditata ſint à nobis, tute tibi defuiſſe uideare. Quib. ſuppeditamur.) id eſt, Catilina eget reb. ijs, qb. abūdamus. Ipſas cauſas)Catilinæ, et noſtrā ſcilicet. Contendere.) id eſt cōparare. Cæcilius: Egon' uitā meā Atticā contendā cū iſtac ruſticana Syra? Licin. Illi ſuā uitā cū mea contendunt, quorū in corpore ita crebra ſunt uulnera uitæ, nouæ cicatrici ut locus nō ſit. Hæc aliaq́; multa exempla Non. Marcell. citat, quū docet contendere eſſe cōparare. Ipſi Catilinarij.) id eſt, nobis inferiores ſint. Ex hac parte.) id eſt, ex noſtra. Pudor et pudicus ideo dicuntur, q. putū pro puro dixerūt antiq. autor eſt Sext Pomp. Eſt aūt pudor honeſta quedā et liberalis uerecundia: cui petulātia cōtraria eſt, quæ diſſoluta eſt et effuſa dictorū factorūq́; uenereis in reb. pmiſſa ſibi licētia. Sed pudor in dictis, pudicitia in factis potius eſt: fraudatio fidei contraria eſt. Qui æs alienū diſſoluere nolūt, fidē amittūt, fraudāt creditores. Ignauiā fortitudini opponit. Eam parū latinè philoſophi noſtri puſillanimitatē appellāt. Etiamſi.) Bellorū alia humanis tantū uirib. ſine ullo diuino auxilio utrinq; gerūtur, ut apud Homer. Iliad. 8. ubi Iupiter dijs omnibus interdicit, ne quis eorū Troianis aut Græcis ferat auxiliū. Alia diuino auxilio maximè geruntur, cum tantus pauor animis hoſtiū diuinitus offunditur, ut nullo negocio uincantur. Eſt igitur ſentētia: Si boni ciues, quorū ex parte uirtutes ſunt, deficerent, et uincerentur ab improbis, pro qb. uitia pugnarēt, dij tamē ipſi à uitijs uirtutes ſuperari nunq̄ paterētur: id eſt, ciuib. bonis animos, et improbis pauorē adderēt. Sine ullo tumultu.) id eſt, militū delectu. Quàm pars.) quorū multi Catilinæ coniurationē ſecuti ſunt. Multos ex ordine ſenatorio Salluſt. nominat, qui in coniuratiōe fuerūt. Q. Metellus Celer prætor in agrū Picenū iuſſus eſt eū ea poteſtate, ut pro tēpore et periculo exercitū cōpararet, ut ait Sall. Is Metellus eſt, à quo repudiatus Catilina eſt, quū ei dare ſe in cuſtodiā uoluit. Gallicanū agrū.) antè Gallicū appellauit. Maturandis.) id eſt accelerandis. Iam ad Senatū.) Significat eo ipſo die ſe habere ſenatū. Quia nati ſunt ciues.) Ciuiū duo erāt genera, alij nati, alij ciuitate donati erāt. illorū arctior neceſsitudo q̄ horū erat. P. Africanus maior dicere ſolebat, malle ſe unū ciuem cōſeruare, quàm mille hoſtes perdere. L. quoq; Lucull. in cōcione militū, malle ſe dixit unū ciuē Rom. hoſti eripere, q̄ omnes ſibi hoſtiū res uēdicare. autor eſt Plutar. in eorū uitis. Tantū ciuis cōſeruandi ſtudiū erat. Solutior.) id eſt maior et liberior. Id quod latebat.) id eſt cōiuratio. Meā hanc.) Cic. in li. de Leg. 2. omnib. municipibus duas eſſe patrias dicit: unā naturæ, alterā ciuitatis. ut Cato quū eſſet Tuſculi natus, in po. Ro. ciuitatē ſuſceptus eſt. Itaq; quū ortu Tuſculanus eſſet, ciuitate Romanus, habuit alterā loci patriā, alterā iuris. Idem in eodē lib. natū ſe, & Q. Fratrē dicit in parua uilla prope Arpinū, ubi pater et auus eius uixerūt. Inſidiator.) qui proficiſcētes ad Catilinā in urbē retrahat ad pœnam. Vindicē.) id eſt animaduerſorē et punitorē, q. in carcere quoq; extremo ſupplicio improbi ciues afficiātur. Significationibus.) id eſt ſignis & indicijs. Vt quondā.) Vt bello Senonico, & bello Punico 2. dij abeſſe uidebātur, q. po. Ro. uinci paterētur, nihilominus in hoc bello Romā, in illo Capitoliū defendiſſe uidētur, q. magna ui imbriū, & grandinis Annibalē ab urbe mouere caſtra coegerint, et aſcēdentib. Gallis clangore anſeris Romanos excitauerint: ſuperatis cùm ab alijs, tum maximè à Cn. Pompeio.

CAELII S. C. ARGVMENTVM ET ſchola in II. contra Catilinam

VBi Cos. ſuperiorē orationē habuiſſet, aſſediſſetq́; Catilina (ut ex Sall. accepimus) ut erat paratus ad ſimulāda omnia, demiſſo uultu, uoce ſupplici poſtulare à Patrib. cepit, ne qd de ſe temerè crederēt. ea familia ortū, ita ſe ab adoleſcētia uitā inſtituiſſe, ut omnia bona in ſpe haberet: neq; exiſtimarēt ſibi patricio homini, cuius ipſius atq; maiorū plurima beneficia in plebē Ro. eſſent, pdita rep. opus eſſe, cū eam ſeruaret M. T. inquilinus ciuis urbis Romæ. Ad hæc maledicta alia cū adderet, obſtrepere oēs, hoſtē atq; parricidā uocare. Tū ille furibundus: Quoniā qdē circumuētus, inqt, ab inimicis præceps agor, incendiū meū ruina reſtinguā Deinde ſe ex curia domū proripuit: ibi multa ſecū ipſe uoluēs, q. neq; inſidiæ conſuli procedebāt, et ab incēdio intelligebat urbē uigilijs eſſe munitā: optimū factu credēs exercitū augere, ac prius legiones ſcriberētur, multa antè capere, q̄ bello uſui forēt, nocte intēpeſta cū paucis, ſiue ut Plut. cū trecētis delectis uiris in Manliana caſtra profectus eſt. Sed Cethego atq; Lētulo, cæteriſq; quorū cognouerat promptā audaciā, mandat qb. reb. poſsint, opes factionis cōfirmēt, inſidias Cōſuli maturēt, cædē, incēdia, aliaq́; belli facinora parēt, ſe propediē cū magno exercitu ad urbē acceſſurū. Sed Cic. poſtridie eius diei aduocata cōcione, hāc orationē ad Quir. habuit In qua tria facit. Primū de cōiuratione nō eſſe amplius dubitandū monet, cū Catilina ad caſtra Manlij cōfugerit. Dein de cæteris cōiuratis ſuadet, ducē ſequātur ſuū. Poſtremò de bello ſuſcipiēdo, ac de cōiuratis opprimēdis conſilium incipit ſuum aperire, ſe bona ſpe eſſe, deos immortales urbem uelle cōſeruare. idcirco ad eorū opem implorandam in peroratione extrema Quirites hortatur.

Cauſæ & dicendi genus.

Genus cauſæ ſuaſoriū eſt. Sed q.a ſuaſiōis duo ſunt genera. nā aut in ſenatu ſentētia dicēda eſt, aut cū pop. eſt agendū. In ſenatu minore apparatu agendū eſt. ſapiēs enim eſt conſiliū, multiſq́; alijs dicēdi relinquēdus locus. Vitanda etiā ingenij oſtētationiſq́; ſuſpicio. Cōcio capit omnē uim orationis, et grauitatē uarietatēq́; deſiderat. Nā quia ſumma dignitas eſt populi grauiſs. cauſa reip. maximi motus multitudinis, genus quoq; dicēdi grādius quoddā et illuſtrius eſſe adhibendū uidetur, maximaq́; pars orationis admouēda eſt ad animorū motus: nonnunq̄ aut cohortatiōe aut cōmemoratione aliqua, aut in ſpē, aut in metū, aut ad cupiditatē, aut ad gloriā concitādos. Sepe etiā à temeritate, iracūdia, ſpe, ab iniuria, inuidia, crudelitate reuocādos. Loci deliberatiōis, tutū, honeſtū, utile, inutile, ad tria genera bonorū malorū ue: quod fieri poteſt, quod fieri nō poteſt: facile, difficile: neceſſariū, nō neceſſariū: magnū, paruum. Ad utilitatē uerò in hac cauſa omnia referūtur, nō q. nō ſit maximè dignitas expetēda, ſed uincit utilitas plerunq;, cū ſubeſt ille timor: ea neglecta, ne dignitatē quidē poſſe retineri. Status coniecturæ eſſe uidetur: ut an ſit de cōiuratis ſuppliciū ſumendū? an ſit contra Catilinā bellū ſuſcipiendū. Partes orationis ſunt, cōfirmatio, confutatio, peroratio. Principia enim in hoc genere uel nō lōga, uel ſæpe nulla. Sunt enim ad audiendū q deliberant, ſua cauſa parati. Nec multū ſanè ſæpe narrandū. Eſt enim narratio præteritarū rerū, aut præſentiū. Suaſio autē futurarum. Quare ad fidē et ad motū adhibēda eſt omnis oratio. Hæc ante omnia Cic in hac cōcione præclarè effecit. Nā & uehemēs eſt oratio et grauis et uaria, et ad fidē & motū tota ſpectat.

ſpectat, ſed motū maximè. nam propoſita ſpe ſalutis reip. in qua eſt dignitas et utilitas, ad eam ſpem et uictoriā omnia confert. De exordio uerò ſatis perſpicuū eſt, hic nullū eſſe ad beneuolentiā comparatū. Hoc eſt enim quod intelligit Cicero, cū dicit in Partitionibus, ſæpe nulla eſſe ſuaſionis principia. nam de attētione et docilitate ſatis apparet, ea ferè ſemp eſſe neceſſaria. Itaq; interdū à propoſitione, interdū à diuiſione aliqua incipiū. Narratio aūt hic nulla eſt: niſi q. ſparſim de his quæ cum Catilina acta ſunt, populū docet. Exorditur ab hac propoſitione: Catilina Quir. abijt: metu liberati ſumus. Hanc amplificat à ſcelere Catilinæ, & à magnitudine periculorū. In quibus eſt attētio. Exornat ſimiliter cadentib. et deſinentibus, furentē, anhelantē, molientem: quæ aures ſuauitate demulcēt. Ex urbe uel eiecimus.) Diſtributiōe quadā attentos facit: deinde cōfutat quedā: mox conſiliū dat. Abijt, exceßit, euaſit, erupit.) Diſſolutū, ſeu ut ad Herē. 4. diſſolutio, quia ſine uinculis uerba ponuntur. Eſt etiā articulus: qui fit, quoties ſingula uerba, interuallis cæſa oratione, diſtinguuntur. Differt à membro, q. hoc genus celerius, & crebrius, illud uerò tardius et rarius, ſanciat. Eſt etiā ſynathriſmus, & quedā ſynonymia, ſeu interpretatio. Tandē.) Hoc uocabulo ab initio primæ oratiōis eſt, in quo obſeruate oratores uix nunq̄ eodē uocabulo in eodē loco bis uti: ſuprà & in ſecundo, hic in primo loco ponit. Tandē.) poſt longā ſcilicet & diuturnā expectationē. Eſt aūt in hoc uocabulo uis attētionis. erigit enim animos ad audiendū. Furentē audacia, ſcelus anhel.) Varietas collocationis. Maiorē quoq; habet uim alternatio & uarietas uocabulorū: aut etiā ſuauitatē, ut & muſicorū numeri et ſoni. Anhelantē ſcel.) Similis locus extat in geſtis Apoſtolorū: Paulus adhuc ſpirās cædē. pro quo poſſumus dicere, anhelans cædē. Anhelantē.) id eſt, ſummopere concupientē perficere ſcelus, id eſt coniurationē, & trucidare ſenatū. Summæ aūt hæ ſunt amplificationes. Ferrum, flammā.) id eſt, bellū & incendiū. Eiecimus.) Diſtributio cū diminutione. tria enim ſunt, quorū alterū altero maius eſt. Nulla pernicies.) Simpliciter diceres, Nihil timendū à Catilina: ſed hoc exornat figuris. in uerbo enim perniciei magna uis poſita eſt. non enim malū dicit, ſed pernicies, quæ ſummū eſt malū. A monſtro illo.) Denominatio, ſeu hypallage: qui modus ualet ad rem demonſtrandā. Nam fit hypallage, ſeu immutatio, ſeu traductio, ſeu denominatio, cum pro uerbo proprio ſubijcitur aliud quod idē ſignificet, ſumptum ex re aliqua cōſequenti. monſtrū enim pro monſtroſo poſitū eſt: id eſt, quod naturā formām ue ſuæ ſpeciei nō ſeruat. qualis erat Catilina, qui cū homo eſſet corporis forma, animo bellua, et morib. eſſe uidebatur, qua ratione etiā prodigiū appellauit. Mœnibus.) Synecdoche eſt, pars pro toto. Atq; hunc quidē.) Sic ſolēt impp. hortationis gratia loqui ad milites, ut præteritū pro futuro proferāt. ſimile exemplū extat apud Liuium de Hannibale. Nō enim iam inter latera noſtra.) Ex uerbo dilatat et amplificat orationē. Breue eſt, Nullas Catilinæ inſidias iam ptimeſcemus: hoc dilatat uarietate locorū, ex qb. inſidiari cōſueuerat Catilina. Huic etiā ſimilis eſt ſequens cōtinuatio. Iuſtū bellū.) quia cōtra latronē iuſtū bellum geritur. Loco ille motus eſt.) Metaphora ſumpta ex ijs q loco aliquo munito deiecti, ſe iam tueri nō poſſunt. Quòd uerò nō cruētū.) Mouet indignationē à crudeli uoluntate Catilinæ. Mucronē.) Intellectio eſt, pars pro toto. Ferrū.) Denominatio, materia pro telo. Stantē.) id eſt nō euerſam: id enim p antitheſin intelligitur. Profligatū.) id eſt perditū & abiectū, aſotum. Tacet.) Refertur ad perijt. Oculos.) Energia, deſcribit enim fugā Catilinæ. Quirites.) Erat hoc honoris nomē, quod perinde eſt ac domini principes, à Romulo q dictus eſt Quirinus: Vnde Romani dicti ſunt Quirites tanq̄ reges. Vnde Virgil. Romanos rerū dominos, gentemq; togatā. Perculſum.) Percuſſus ad corpus refertur, perculſus uerò ad animū. id eſt, de gradu deiectū. Quæ quidē lætari mihi uid.) Proſopopœia. nam urbē lætari dicit. uel metonymia, urbs pro ciuibus q in urbe ſunt. Quod tantā peſtē euomuerit.) Tranſlatio ab ægrotis q corruptū humorē morbiq; cauſam uomunt, et uomitione ſanantur. At ſi quis eſt talis.) Occupatione diluit, quod obijci poterat ſatius fuiße, ſi cōprehendiſſet Catilinam, q̄ emiſiſſe. nam in deliberationibus illud quæritur, duobus propoſitis utilibus, utrū utilius, et pluribus qd utilißimū. Cōparat ergo hæc duo inter ſe Cicero, cōprehendiſſe Catilinā, et emiſiſſe. atq; ex circumſtantijs, quas uocat tēpora, probat melius fuiſſe emitti q̄ comprehēdi. Capitalem hoſtē.) id eſt peſtiferū, pernicioſum. Sed cum uiderē.) Videbā enim fore, ut nō omnes crederēt. itaq; emiſi, ut uideretis pugnandū eſſe cum hoſte, et nō cum ciue. Quem quidem ego hoſtē Quirites.) Oſtēdit nō eſſe formidandū Catilinam foris, nec reliquos cōiuratos. magis aūt timendos eſſe, ſi in urbe manſiſſent. Quem.) Hæc dicit εἰρωνικῶς. Vtinam ille.) Optatio ſeu uotū. Longillū mihi eduxit.) Mihi datiuus cōmunis Romanis uſitatius. Quem amare in prætexta calumnia cœp.) In prætexta, id eſt, cū eſſet puer. Nam prætexta cū nobiliū puerorū ueſtis eſſet, uario ornatu picta pro ætate ponitur. & eſt metonymia. In prætexta.) cū eſſet annorum quatuordecim. Calumnia uerò, id eſt fraude. nam cū calumnia fraudē, & malitioſam in litibus uexationē ſignificet, ad omnē fraudē dolumq; trāsfertur. Publiciū & Minacium.) Erant homines diuites, qui magnā pecuniā Catilinæ mutuò dederāt. Aes alienū contractū in popinā.) Si pecuniā timetis Quirites, Longilli Publicij, & Minacij, hunc ego timorē uobis excutio, ea pecunia, quam Catilina mutuò ab his acceperat, in ganeis & popinis eſt conſumpta. quare ex ea reip. nullū importari detrimentū poteſt. Reliquit, quos uiros? quanto alieno ære.) Oſtēdit, q. cœpit, nō eos q extra urbem ſunt, ſed qui relicti in urbe ſunt, eſſe formidandos: malos ære alieno grauatos, promptos manu, et audaces nobiles, quæ res ad maleficia eos poßit impellere. Quos uiros?) diuites nimirū, qui reip. nocere potuerunt, in urbe reliquit. Popinis.) Popinæ pro ganeis accipiūtur. Itaq; ego illū exercitū.) Vt bellū oſtēdat nō eſſe pertimeſcendū, in contemptū exercitum Catilinæ adducit, ut qui ſit ex eneruatis militib collectus. Copias uerò Q. Metelli Celeris eſſe fortes & exercitatas. Et eſt locus à cōparatione utriuſq; exercitus. Delectu.) id eſt armiluſtriū: Itali dicunt la moſtra. habere aūt delectū ſignificat quoq; colligere exercitū. Ager Gallicus is eſt, quam hodie appellāt Lombardiā. Vbi eſt Placentia, Ariminū, Mutina, Bononia. Picenus ager.) quā Marchiā uocant Anconitanā, ab Ancona urbe. Ex ſenib. deſperatis agreſti luxu.) hoc eſt corruptis, & infirmis. nam nihil tam eneruat hominem, corpuſq; debilitat, q̄ luxus & uoluptas. Ex ruſticis mendic.) Mendicus, mendiculus, mendicißimus, mendicabulū, mendicitas: mendico, as. Eſt aūt mendicus, q pedē in ſuo ponere nō poteſt. à minus dictū exiſtimant. Decoctor.) Metaphora ducta à ſtomacho, ex eoq; dicuntur decoctores, qui per libidines & malas artes patrimonia conſumunt. Decoctor.) patrimonij helluo, & ganeis perditus. Vadimoniū.) ſponſio ſiſtēdi cōparendiq; in iudicio: quod quia ſine magna & iactura et infamia deſerere nō licet, prouerbiū factū eſt, Rem eſſe pro qua uadimoniū deſeri poßit, de re præclara, aut maximè neceſſaria. quo utitur Plin. in Procem. Nat. hiſt. Quibus ego

non modò.) Hæc dicit ad exercitus Catilinæ uim minuendā. Aciē.) Exaggeratio hyperbolica. Eductū.) ſaltē unum. Aciē.) id eſt arma noſtra. ſingularis pro plurali. Oſtēdero.) nō dicit, Vulnerauero: ſed, Oſtēdero. Magna ergo in his uerbis eſt diminutio aduerſariorū. Hos quos uideo uol.) Relicti erant in urbe multi cōiurati, & hi erāt ex his ocioſis, qui ſolēt maximè eſſe in ciuitatibus, qui ſunt nullius frugis. Et eſt in his uerbis quoq; energia, uel hypotypoſis, quæ rē ante oculos ponit. Volitare uideo in foro.) Qui nihil aliud cogitāt q̃ ut acquirāt pecuniā, quā conſumant in popinis. Stare ad curiam.) ut cognoſcāt q̃d ſit noui. Nitēt.) ſc. delibuti. Eſt enim poſitū conſequēs pro antecedēte. ex unctione enim ſequitur nitor. Parabant aūt medicamēta illi Romani, ad leuiendā cutem, et cohoneſtandā faciē. & huiuſmodi odores uocabāt unguenta. Fulgēt.) Quia in purpura mirus eſt ſplēdor, q apud ueteres fuit in magno precio. Purpura.) Ex oſtri piſcis alicuius ſucco & ſanguine tingebatur purpura: quā multis appellant uocabulis. Quidā enim ſcarlatā, chremeſinū, Tyriū ſericum appellāt, itē Sidoniā ueſtē, Tyriā ueſtē, & oſtrū. Itē muricem. Virgil. Tyrio ardebat murice læna. Lænā uocat Aeneæ ueſtē. Virgilius dicit, Ardebat: Orator uerò, Fulgebat. Mallem.) Eſt optatio, ornamentū rhetoricum. Quòd ſi hic perman.) Hortatur Romanos, ut ſibijpſis diligenter prouideant. Nam Cethegus et Lentulus nondū erant capti. Exercitū clàm.) ſc. Manlij. Hos.) quos ſcilicet modò deſcripſi. Atq; hoc magis timēdi.) Colligit Cic. ex ſignis & cauſis periculū. Timēdi.) Incutit aūt illis metū, ut ſumant de cōiuratis illis, qui adhuc erāt in urbe, ſupplicium. Video cui Apul.) Declaratio eſt proximæ ſentētiæ & coniuncturæ. Catilina diſtribuerat partes urbis & prouincias. Hoc aūt eo conſilio recenſet. Cum enim Cic. in foro & in roſtris apud populum uerba faciat, in quib. aderāt et cōiurati, eos exterrere ſtudet. Attributa.) id eſt aſsignata. Omnia ſuperioris noct.) Nō poteſt intelligi de proxima ſuperiore, aut extrema eius dici nocte, propter illud quod ſeqtur: patefeci in ſenatu heſterna die. Ergo de ea nocte quæ ultimā anteceſsit, intelligendū eſt illud, ſuperioris noctis. Catilina pertim.) Narrat Quiritib. quid actū ſit in ſenatu, ut uideretur ſenatus ſe habere in maximo honore populū ipſum, penes quē ſumma erat poteſtas. Profugit.) id eſt, porrò ab ædib. fugit. Significatq; hoc uerbo ſcelus Catilinæ eſſe patefactū & deprehenſum, neq; fictū. Hi quid ſpect.) Occupatio, qua oſtēdit, deinceps nō eſſe q. lenitate Cōſulis fidant. Valēt aūt hæc ad coniuratos, qui in urbe remanſerāt, perterrēdos. Priſtinā.) Minatur Cic. cōiuratis qui in urbe erāt. neq; enim agere ſe cū illis ait, atq; cū Catilina egit. Quod re ipſa declarauit Cicero. nam Cethego in carcere iugulū erat fractū. Illā meā.) tanq̃ ſit naturalis lenitas ipſius. Vos omn.) Emphaſis. Cōtra remp.) Quod eſt maieſtatis crimē. Niſi uerò.) Ironicôs. Q. d. nullo modo fieri poteſt. Et eſt locus ex pari. Res ipſa.) periculū, reiq; grauitas et magnitudo. Vnū concedā.) In præſentia nunc permitto illos abire. Nunc.) nō in futurū. Ne patiātur deſiderio ſui.) Irridet eos amatorijs uerbis, ne timere uideantur. Aurelia uia.) qua Feſulas in Hetruriā iter eſt, ubi Mālius caſtra habebat. Ad ueſperā conſequētur.) id eſt, ad eum peruenient. quæ locutio obſeruāda eſt, cum ſit apta itineribus, cum quis quempiā ſequitur ut cōſequatur, et ad eum tandē perueniat. O fortunatā remp.) Optatio cū exclamatiōe, qua fœlicitatē reip. amplificat, ſi cōiurati urbe cedāt. Si ciecerit.) A conditione. Sentinam.) id eſt ſordes, flagitioſos & fœtidos homines. Vno mehercule.) Nautæ ſolēt exhaurire ſordes ſitulis quibuſdā aquā putridā. ubi ſemper tamē quædā ſordes remanent. Quod & in hac ſentina cōiurationis accidere Cic. dicit, releuatā nimirū eſſe aliquantū ciuitatē exhauſto ſætore. Mehercule.) Aſſeuerāter hoc dicit. Releuatā & recr.) Reſpicit ad nauē & ad morbos. In prima enim oratione quoq; uſus eſt ſimilitudine morbi. Hoc tamē loco melius ad nauē referuntur. et ſunt media uocabula, ſiue ad morbos referas, ſiue ad nauē. Sentinā.) Trāſlatio à nauibus, ut oratiōe ſuperiore indicauimus. Quid enim mali.) Propoſitio ſcelerū Catilinæ, quā ſequēti dinumeratiōe, ſeu ut ad Heren. frequētatione uehemēter amplificat. Quid enim mali ſceleris pingi.) ſi Cicero proſecutus eſſet filū orationis, longius producere potuiſſet, niſi digreſsiōe uſus fuiſſet. Sed digreditur in locū communē, quo cohortē Catilinæ deſcribit. Deſcribit aūt diſtributione Catilinæ ſectatores. Primū ergo eſt digreſsio in hac ſententia: quæ cū multis modis tractetur, placuit ſuā digreſsionē amplificare per diſtributionē quandā. Et hoc in loco obſeruatur præceptū ab ipſo oratore ſtatutū in Partitionib. orat. ubi docet, orationē poſſe dilatari ex uno uerbo, & oratio in uerbū unū cōtrahi. Quid tota Italia ueneficus?) Hic incipit dinumeratio illa, ſeu frequētatio. cui motum addit crebris percunctationibus. Venefici) Venefici ſunt, qui ueneno homines tollunt. Gladiator.) qui exhibet pugnæ ſimulacrū, et alios docebat digladiari. Parricida.) Propriè hic uocat parricidas, qui adoleſcentes ſubornāt, ut parētes ſuos interficiāt. Quis teſtamentorū ſubiect.) teſtamētarius, de Offic. lib. 3. Subiector.) qui pro ueris falſa ſubijcit teſtamēta. Hoc pacto dicebatur alijs ſubiector, qui aliū aliquē ſibi amicū in lectum pro ægroto collocabat, et cum tanq̃ eſſet ægrotus, ipſe interrogabat, ut reſpōderet ſe illū cōſtituere heredē. Huicq; rei in teſtimoniū adducebat ignotos teſtes & notarios. Quod ſi alter nō moreretur, interficiebatur ferro aut ueneno. Circumſcriptor.) deceptor, planus. Ganeo.) Ganea ſunt diuerſoria parū honeſta, libidinoſorū receptacula. ab eo Ganeones appellati, qui ea loca frequentāt. Quis nepos?) id eſt luxurioſus, aſotus, prodigus, qui abligurièdo bona cōſumit ſua. Mulier infamis.) impudica, ut Saluſt. deſcribit Semproniā fuiſſe. Quis perditus?) Oratio hic ad unū uerbū reuocatur. id uerbum quid ſit, in ſuperiori dinumeratiōe oſtēſum eſt. Nunc uerò q̃ ſubitò.) A facilitate colligēdi exercitus facit uериſimile q. dixit: Quis perditus inueniri poteſt, qui ſe cū Catilina familiariſsimè uixiſſe nō fateatur? Atq; ut eius diuerſa ſtud.) Vitia Catilinæ in duo genera diſtinguit, in libidinē & audaciam. De libidine dixit, iam de audacia proponit. Leuior.) Gellius dicit hoc uerbū nō. differre à nepote & nequā. nam et Cic. hæc duo ferè cōiungit. Summa, ſi quid eſt diſcriminis, perparū eſt in hac ſignificatiōe: nō in altera, cū nimirū leuis dicitur, qui in uerbis et factis incōſtans eſt. Hæc tamē eſt remotior ſignificatio, cum ſumitur pro aſoto & nequā. Quod Gell. probat ex Philippicis, qui locus eſt de Antonio: Videte hominis leuitatē. Fortis prædicab.) Interdū enim homines nomina rerū cōmutant abuſione, id eſt κατάχρησιν, ita ut homines fortē audacē: auarū, parcū: crudelē, ſeuerū uocēt. et contra ita fecerunt ſocij Catilinæ. Induſtriæ ſubſid.) In Catilina quæ fuerint, docet Saluſt. his uerbis. L. Catilina nobili genere natus, fuit magna ui & animi & corporis. Item paulo pòſt: Corpus patiēs inediæ, uigiliæ, algoris, ſuprà quàm cuiquam credibile eſt. Idē teſtatur Cic. in 1. cōtra Catilinā oratione. Verùm his ſubſidijs ad libidinē et audaciā abuſus eſt. Subſidia.) id eſt inſtrumēta uirtutis, quib. utitur ad agendū, tanq̃ faber malleo ad opus faciendū. Hunc uerò ſi ſecuti fuerint ſui comites.) Repetitio uoti, & exclamationis: ſed maiore cum motu & affectu. Hunc uerò.) Redit ad rem Orator. cepit

enim ſupra exclamare, et fortunatē remp. clamare: ſed iam ab ea exclamatiōe ad propoſitū redit. Iam enim nō ſunt me l.) Diſtinguit uitia à uitijs. ſunt enim quædā mediocria & humana, quæ aut ætati, aut tēpori cōdonantur: ſunt alia quæ ſcelera aut flagitia uocantur, ea condonari nō poſſunt. Nihil cogitant. &c.) Repetitio. Profuderunt.) decoxerunt, dilapidarunt. Patrimonia ſua profud.) Simuliter deſinēs, ſuauitati et concinnitati aptū ornamentū. Abligurierūt.) ſuauib. mēſis, cupedijs, lauticijs abſumpſerūt. Eſt enim factū à λίγυρον, quod ſuaue & uoluptuariū ſignificat. hinc abligurire ſuauib. cibis profundere fortunas ſuas. Fides defic.) id eſt, fefellerūt creditores, rationes conturbarunt. Libido perman.) Libido peßima eſt, quæ cū deſunt copiæ, tamē remanet. Quod ſi in uino.) Eadē uitiorū diſtinctio. Inertes homines fortiß.) Contentio grauißima. Qui mihi accub.) Illuſtris explanatio, & rerū quaſi gerantur ſub aſpectū ſubiectio ad uituperationem. energian uocant Græci. Sertis redimiti.) Veterū ingeniorum mirari ſubit diligentiā, qui magna ratione uidētur coronas in cōuiuijs inſtituiſſe. Nam Dionyſius, qui eſt Bacchus, reperto uino ad multa utili, & iucundo, habitus eſt celebris medicus: atq; etiā ob id quòd coronarū uſum in cōuiuijs introduxerit. nā primū ferunt hedera cōuiuas coronaſſe, quæ innata frigiditate uini potentiā hebetaret, ab ebrietateq; defenderet. Poſtea uerò etiā ex florib. factæ corollæ, quorū uis, ἀντιπαθείᾳ quadā, caput aduerſus ebrietatem muniat. calidi enim flores poros & meatus potētiores reddunt: frigidi uerò ita tēperant, ut aſcendentes ad cerebrū uapores retundant, ut roſa et uiola. ſubſtringit enim utraq;, reprimitq; capitis grauitates, quas medici καρηβαρίας uocāt. Liguſtri uerò flores, & crocus, & baccaris in ſuauē uertūt saporē bibētes. leuis quippe eorū defluxus eſt, ac blandus: inæqualitates corporis ebriorū et aſperitates leniter diffundit: unde fit ut crapuloſa hebetentur & perficiantur. Præterea & florū quorundā odorib. in ambitu cerebri fuſis, ſenſuū meatus repurgantur, et quod humidū eſt, attenuatur leniter ſine cōmotione ulla, caloris facultate digeſtū. Quin & frigidū natura cerebrū refouetur et recreatur. Proinde floreas corollas è collo pendētes, Græci hypothymidas uocāt ab exhalandi, ut arbitror, uſu. idē quoq; unguēta præſtare legimus. quod cōprobat Pompon. & Vlp. de Auro & arg. legato. Digeſt. lib. 34. Virg. tamē in Sileno canit: Silenū pueri ſomno uidere iacentem Inflatū heſterno uenas, ut ſemper Iaccho Serta procul, &c. Quib. ego cōfido impend.) Incutit terrorē coniuratis ab exitio propinquo. Inſtare.) Ex hoc loco colligite diſcrimē inter inſtare & appropinquare. Inſtat enim, quod præſens eſt, et iam adeſt. Appropinquat, quod paulo pòſt adeſſe dicitur. Pro præſenti tēpore dicit Cic. inſtans. Quod ſi meus.) Cic. retinet adhuc ſuam lenitatē qua antea uſus erat. Nulla enim) Sic & Salluſtius: In Italia nullus erat exercitus. Cn. enim Pompeius in extremis terris bellū gerebat. Externa.) ſc. bella. Virtute.) ſc. Cn. Pompeij. Mariq;.) Pompeius enim piratas paulo antè debellarat. Cum ſcelere cert.) Nihil aliud quærit, q̃ ut odioſos reddat cōiuratos, & omnibus uitijs cōtaminatos oſtēdat. Intus inſid.) Interpretatio eſt: idē enim ter dicit. Huic ego me bello ducē.) Spem uictoriæ facit, qui dux belli eſſe nō reformidet, atq; eadē opera ſibi cōciliat Quirites, cū pro illis inimicitias ſuſcipere ſe profitetur. Quæ ſanari pot.) A medicis atq; chirurgis ſumpta trāslatio, qui membrū quod ſanare nō poſſunt, reſecant, ne reliqua inficiat membra. Eſt locus cōmunis, de officio Cōſulis & principis uiri. Nemo tam diſſolutus eſt, ut nulla ratiōe ſanari poßit. Nam ut Horat. in Epiſt. ait, Inuidus, iracūdus, iners, uinoſus amator, Nemo adeò ferus eſt, &c. Polemo Athenienſis, iuuenis ætate & morib. adoleſcentiā agebat in delicijs & uoluptatibus: & in luſtris, popinis, conuiuijs, locis omnib. ita ſe geſtu, inceſſu, ſermone gerebat, ut nō ſolū petulans, ſed perditus & deſperatus omnino uideretur. Verum cū ebrius, et ſertis redimitus cū ſocijs & miniſtris libidinū ſuarū ſcholā Xenocratis philoſophi ingreſſus eſſet, audita eius oratione de tēperantiæ laudibus, ſic repentè affectus & immutatus eſt, ut mox ab hiſce cupiditatib. adoleſcētiæ ad ſtudiū uirtutis traductus fuerit. Proinde aut.) Terret cōiuratos hac cōſulari monitiōe. Merentur.) ſc. ſupplicia. At etiā.) Purgatio ab audacia Catilinæ, quòd in exiliū nō eiecerit, quòd in exiliū nō ierit. Verbo.) imperio & iuſſu. Permodeſtus uocē Coſ.) Hæc ironicôs dicuntur. Quòd extremo dic.) Digreßio in eorū quæ cū Catilina geſta proximè fuerāt expoſitionē, qua perſpicuū fit, Ciceronē nunq̃ putaſſe Catilinā in exiliū iturū. Heſterno.) tertio ab hinc dic. Cū domi.) Idē in prima oratiōe audiuimus. Vocaui.) Vocare enim ſenatū, eſt cōſulis. Appellauit.) Incipit tractare ſigna, quib. Catilinā conſciū fuiſſe cōiurationis conuincit. Veniſſet.) ſc. ut ſenator. Appellauit.) Q. d. nemo. Aſpexit.) Amplificatio. Importunißimū.) id eſt infeſtißimū, pernicioſißimumq;. Sumpta trāſlatio à litoribus ſine portu. importunus, barbarus, crudelis, ſceleſtus. Colligit aūt Cic. hoc loco ſententias patrū his ſignis. Nudā & inanē) Vide in 1. oratiōe. Principes.) Cōſulares, ut in prima dixit. Etenim credo.) Ironia. In agro Feſ.) Per uiam Aureliā itur Feſulas. Maßiliā.) Ita enim ipſe Q. Martio abiēs ſcripſerat, ut Saluſt. ſcribit. quod idcirco fingebat, ut cū eſſent quieti Romani, de improuiſo eos adoriretur. O cōditionē miſ.) Exclamatio aduerſus iniquißima iudicia hominū de ſua fide. & ſimul locus miſeratiōis, de miſera cōditione magiſtratuū, quorū uulgi iudicio facta ſubijciuntur. Eo aūt uehemētior eſt affectus, quòd nō ſuā dixerit conditionē miſerā eſſe, ſed eorū qui remp. adminiſtrant. augetur etiā ex eo quod adiecit, uerumetiā cōſeruandæ reip. in quo & miſeros appellat nō ſolū qui adminiſtrāt, uerumetiā qui ſeruare remp. nituntur. ualde enim miſerū & calamitoſum eſt, nunq̃ ijs quib. benefacias, poſſe ſatiſfacere: ſed potius cōtrà pro beneficijs, inuidiā, maledicta, calumniasq; ſuſtinere. Varia enim ſunt hominū cōſilia: quia quemcunq; ſua trahit uoluptas. Atq; ut qui in publico ædificat, nō omnib. poteſt ſatiſfacere: ita accidit magiſtratui, qui nō poteſt hominū calumnias effugere, etſi optimis conſilijs adminiſtrarit remp. Is aūt locus Politicus iure eſt obſeruandus. Nunc ſi L. Cat.) Nunc pro Nam poſitū eſt, ut ſit cōqueſtionis ratio. Et L. Catilinæ nomē poſitū eſt cum emphaſi. q. d. ſceleſtus ille, & parricida. Circūcluſus.) Circumuētus, ut in ſuperiore oratiōe. Num inficiari potes, etc.) Simuliter deſinēs. Nunc ſi L. Cat.) Exclamationē modò factā. Probat et auget ſumpto argumento à ficto exēplo κατ' ὑπόθεσιν. Ex occurſu.) Aliter legi debet, nimirū, Ex hoc curſu. Et.) Et hic ponitur pro idē. Exegeſis. Obſtupefactus.) Ordo naturæ hic eſt inuerſus. primum enim eſt perterrefacere, deinde obſtupefacere. Cauſa enim ſtuporis eſt terror. Facit id gratia tegendæ artis, quæ populo ſemp erat ſuſpecta. De ſpe.) emolumēti. nihil enim facimus niſi ſpe commodi, aut metu. Indemnatus.) Antitheſi ornat hunc locum. Et erūt.) Rurſus amplificat locū cōmiſerationis à ficto exemplo. Improbū.) Contētio cōſtat rebus differētib. nō contrarijs. Contētio tamē illa, id eſt antitheſis, poteſt cōſtare aut differētibus aut cōtrarijs. Crudelißimū tyrannū.) Cic. addidit ſuperlatiui gradus nomē tyranno, quòd tyrannißimus latinè non dicitur. Dicatur.) Cōceßio. Sed mihi cred.) Hoc confirmat Ciceronis animū, nimirū ſe nō curare, etſi dicatur eiectus à ſe Catilina. Nunq̃ ego.) Cicero oſtēdit animū ſuum in remp.

A dijs.)Grandior eſt oratio interiecta mentiõe deorũ immortalium. Leuandæ.)id eſt minuendæ, alleuandæ, leuioris faciendæ. Sed cũ.)Enthymemate probat ex minore. Quaſi.q̃) Correctio. Significat aũt coniuratos. Mehercule.) Notat Catilinæ corrupta cõſilia, naturã, mores, ut malit interfici latrocinans, q̃ placatè cum ſuis ciuib. uiuere. Latrocinantẽ.)id eſt bellũ patriæ inferentẽ. Sed cur.) Cicero tranſit ex hoc loco in aliũ curſum ſermonis. & eſt præciſio, & facit traductionẽ ad odiũ concitandũ in Catilinã. Nobiſcũ ſunt.) Interpretatio eſt. Placare.) Vide Ciceronis lenẽ animũ. Vlciſci.)id eſt punire, quod magiſtratus eſt. Exponã enim.) Proponit orator ſimul ac diuidit, quod ad attentionẽ & docilitatẽ pertinet. nam ubi quid, quod dicturi ſumus, proponimus, facimus dociles & attentos. Dicit aũt quo modo collegerit exercitũ Catilina. idq; duabus de cauſis facit: primò, ne timeant Romani: deinde, ut fidẽ faciat ſingulis generib. hominũ quos in concione eſſe uidet, poſſe eos ſanari. Tu.) Apoſtrophe ad diuites, quos leniter obiurgat. Detrahere.) q.d. Aequum ne eſt? Acquirere.) ſc. diſſoluto ære. Tu.) Dinumeratio diuitiarũ. Quid.) Vtitur percunctatiõe, nõ ſubiectione. Hac aũt particula utimur ad excitandos animos. Sacroſanctas.) immunes & integras, inuiolatas, quas uiolare nõ licet. Sumptũ aũt eſt à legibus. Tribuni etiã plebis erant ſacroſancti. An tabulas nouas.) nouas rationes, nouos codices abolitis ueterib. de tabulis nouis. Cic. de Offic. lib. 2. Salluſtius quoq; ſcribit Catilinam illis ſuis miniſtris coniurationis pollicitũ eſſe nouas tabulas: quæ quidem tabulæ debitorũ, ſi à tribuno plebis dicebãtur nouæ tabulæ, tunc abolebãtur omnia nomina æris alieni, ita ut nullus diſſoluere cogeretur creditori quod debebat. Quæ quidem res populo ualde erat inuidioſa, & magnorũ motuũ cauſa. Errant.) Reprehẽdit eos qui hoc à Catilina expectant. Auctionariæ.) id eſt, quæ in auctiõe proferãtur. Salui.) Qui enim ſunt obſtricti ære alieno, ſunt tanq̃ q in naufragio ſunt: quo quandiu tenẽtur, ſalui eſſe nõ poſſunt. Maturius.) id eſt citius. Certare cum uſuris.) eſt tantopere amare poſſeſſiones & fructus eorũ, ita ut nolis ſoluere æs alienũ, uendito fructu: & certant potius cũ creditoribus, q̃ æs alienũ diſſoluãt. Stultiſſimũ eſt.) Stulti ſunt propterea, q, q̃ diu ſunt in ære alieno, tam diu magis grauantur et augẽtur uſuræ. Sed hoſce.) Adhibet ſingulis medicinã, ut erat pollicitus. Alterũ genus.) Pergit orator explicare ex quib. hominũ generibus exercitus Catilinæ confectus fuerit. Aere alieno.) Differt hoc genus à primo. Primi enim generis homines erãt diuites, ſed huiuſmodi nõ ſunt diuites. Quanq̃.) Vtitur aduerſatiuis coniunctionibus, q, qui dominationẽ expetunt, et rerũ uolunt potiri, oportet eos magna habere rerũ adiumẽta, pauperes uerò illi nõ habent. Fieri namq; uix poteſt, ut qui caret facultatibus, poſſit rerũ potiri. Potiri uol.) id eſt, uolũt dominari. Dicimus aũt potiri rebus, & rerũ, & res. Potiri res, eſt comicũ: potiri aũt rebus & rerũ, eſt elegãtiæ. Differunt tamẽ hæc inter ſe. nam potiri rebus, eſt frui uoluptate, ut pecunia, ædibus: potiri uerò rerũ, eſt principatũ habere. Rerũ) imperio. Honores, quos quieta.) ut piſcatores faciũt, qui putãt ſe plures piſces capturos in aqua perturbata, quàm clara, tranquilla & quieta. Quib. præcip.) Addit medicinã. Et eſt uerbũ medicorũ, qui dicuntur ægrotis præcipere. Deſperãt.) Quemadmodũ uenator tam diu ſequitur ferã, q̃ diu ſperat: cũ uerò deſperat, reuocat canes cornu aut clamore. Conari.) Verbũ tale hoc eſt, ut infinitiuus omiſſus poſſit intelligi, ut conari uerba, ſcilicet exprimere: ita hoc loco conantur cõſequi. Primũ.) Ratio an illis ſit deſperandũ, propter ademptas facultates. Magnã concordiã.) Facultates belli ſunt magni animi et fortes, cõcordia,

magnæ militũ copiæ. Inuicto pop.) Epithetis ſingula ornat & illuſtrat. Quod ſi iam.) κατ᾽ ὑπόθεσιν, id eſt, ficto exẽplo deterret eos à ſcelere cõiurationis. In cin.) id eſt, incenſa urbe. Nefaria.) id eſt impia nam qui in patriã aut liberos & amicos aliquid moliuntur, dicuntur nefarij & impij. Tertiũ genus.) Deſcriptio ueteranorũ militũ: de quo genere dixit in 1 oratione, collectũ eſſe eum exercitũ ex ruſticis mendiculis. Aetate confectũ.) id eſt, ex ſenib. ſunt alij collecti. Exercitatione rob.) id eſt ueteranis militibus. Ex iis coloniis.) Colonias 47. deduxit, autore Liuio. Beati.) Beati dicuntur qui omnib. bonis circũfluunt, quæ nunq̃ deeſſe poſſunt. In tantũ æs al.) id eſt, tantũ æs alienũ contraxerunt. Familijs.) magno numero ſeruorũ. Tenues.) id eſt mendiculos. Vtroſq;.) tam ueteranos q̃ agreſtes. Prædatorũ.) id eſt latronũ. Prædator eſt rarũ uocabulũ, ſæpius dicimus prædones. Sed eos.) Medicinã addit. Inſolentius.) arrogantius. Inſolẽs dicitur, qui nimia et inuſitata elatione eſt. Dolor iniuſtus.) Trãslatio à chirurgis, qui cum nõ poſſunt ſanare ulcus, inurunt. Paſſuræ.) A minori ad maius. Probat nõ eſſe paſſuros ciues Romanos. Quartũ genus.) Hoc genus ab alijs differt. hoc enim eſt uariũ, miſtũ & turbulentũ. quæ tria idẽ ſignificant. nam mixta ſunt uaria & cõfuſa. ſed Orator utitur interpretatione, ad corpus orationis augendũ. Turbulentũ.) Duo poteſt ſignificare: id eſt ſeditioſum, et aptũ ad excitandas turbas. Vnde legimus de tribunis plebis, quoſdã habuiſſe turbulẽtas oratiões, id eſt ſeditioſas. Quòd ſi uultis hanc ſignificationẽ huc torquere, nõ recuſo. Significat quoq; turbas hominũ ex uarijs generibus hominũ collectas. ergo turbulentũ, id eſt ſeditioſum, ſiue ex turba & colluuione hominũ collectũ. Emergent.) Translatio ſumpta ab aquis, ex quib. dicimur emergere, tanq̃ ex naufragio, unde uix enatant. Nunq̃ emergent.) nunq̃ diuites fient, uel nunq̃ ære alieno eximẽtur. Partim inertia.) Eſt locus oeconomicus. Cic. in Parad. Neſciunt homines q̃ magnũ uectigal ſit parſimonia. Inertia opponitur diligẽtiæ: inertiamq; comitatur pigritia, ſicuti artẽ induſtria. Malè gerẽdo neg.) malè adminiſtrãda re familiari. Vacillãt.) nutant, periclitantur. Translatio à nauibus, quæ in aqua uacillant & nutant. Vadimonijs.) id eſt ſpõſionibus, quib. in iudiciũ ſiſti debẽt, & ut dicunt, citationibus. Iudicijs.) condemnationibus. Illa caſtra.) Manliana. Emphaſis eſt. Hoſce.) Cicero dicit quid ſentiat de iis hominibus. Et hoc eò pertinet, ut animos Quiritum metu liberet. Stare poſſunt.) Addit medelã, id eſt ſi nõ amplius poſſunt cõſiſtere in ſuis bonis. Corruant.) ſeipſos interficiant. Locus ex ambiguo. Suadet autẽ iis honeſtius eſſe trãquillè obire diem ſuum, q̃ cum tumultu perire. Quintum genus.) Cicero ſemper unũ genus altero addit deterius: ita enim paulatim creſcit oratio. ultimiq; generis homines ſunt omnium deterrimi. Reuoco.) Remedium addit. Carcer capere.) Sarcaſmus. Poſtremum.) hoc ultimũ genus omnium eſt ſceleſtiſſimum. Deſcribitq; id energia, quæ uim habet ob oculos quippiã ponendi. De eius delectu.) Imperatores habent circum ſe prætorios milites, qui cuſtodiunt eos. Genere.) id eſt nobilitate. Vno uerò.) Correctio ad augendũ addita. Pexo capillo.) Hæc eſt hypotypoſis illa, qua delicatos eos oſtẽdit. Manicatis.) Manuleatas tunicas uocat Plautus: quibus contraria ſunt colobia, quæ propriè ſunt ſine manicis tunicæ. Talaribus.) ad talos uſq; demiſſis. Talares.) id eſt laciniosæ & laxæ. Togæ autẽ induebantur ſupra tunicas. Romani etiã à togis dicti ſunt togati. Antelucanis cœnis.) id eſt intempeſtiuis, nocturnis, & in totã noctem productis. ut antemeridianus, ſic antelucanus dicitur. Pueri lepidi.) Ironia. Pſallere.) id eſt, ad citharam canere. Puto autem

eſſe

eſſe legendū, ſaltare. ſaltatio enim ſemp apud ueteres data eſt uitio. quod idē à Sall. fit de Sēpron. Cicero pro Mur. ut paulo antè diximus: Saltatio eſt extrema pars intēpeſti ui cōuiuij. Sicas ubr.) in corpore defigere, tractare, cædere. Venenū.) id eſt, uenenis homines tollere. Seminariū Catilinariū.) id eſt, Catilinæ ſimiles. nam ſeminariū, ſiue plantariū, et locus eſt ubi ſemina ſiue plātæ et ſurculi deponūtur, ut inde cū tēpus erit trāſferātur: et ipſa quoq; ſemina, & plantas teneras ſignificat. Translatū uerò pro principio, et cauſa, et origine ſumitur. Cic. de Off. li. 1. de familijs loquēs: Id aūt eſt, inqt, principiū urbis, & quaſi ſeminariū reipub. Quid uolūt.) Adhibuit remediū ſexto generi, nimirū ut ſe cū Catilina cōiungant et diſcedant. Mulierculas.) Ad eorū ſtupra reſpicit. ſignificat eos eſſe delicatos et effœminatos, atq; nō aptos ad militandū. Eſt aūt ταπείνωσις, id eſt hoſtilis deriſio, qua adducit hoſtes in cōtemptionē, ut Romani deponāt timorē. Iam.) ſc. longioribus et frigidioribus. 6. enim Id. Nouē. id eſt 8. die habita fuit hæc oratio. Apenninus.) Si proficiſcaris à Roma in Italiā, ubi eſt p Apenninū montē prealtū eundū. Eſt enim quaſi dorſum Italiæ. Saltare.) Notat luxuriā iuuenū, q nudi choreas ducebāt. Cic. tamē hoc ioci uice memorat. quod ſummū ipſius artificiū eſſe uidetur. p iocū enim cū uideatur excuſare, maximè accuſat. O' bellū.) Exclamatio p ironiā facta, et cōcludit iam genera hominū. Inſtante.) Ex altera parte enumerat copias Rom. ut collatione facta utriuſq; exercitus, Romani nō timeant. Eiecti.) A' naufragio ducta trāſlatio. et eſt hic comētio. Tumuli) id eſt colles, p diminutionē. Latronis.) ſc. Catilinæ. Sed ſi.) Digeſtio eſt facultatū Romanarū. Suppedito tria ſignificat. Primò ſubminiſtro: ut, Pater ſuppeditat filio panē. Deinde: Pecunia ſuppeditat mihi, id eſt, nō deeſt. Tertiò: Omnib. reb. neceſſarijs ſuppeditatur, id eſt abundat. Digeſtio aūt hæc fit p contentionē. Contēdere.) id eſt, cōparare. primò ſignificat contēdere cū hoſte, id eſt pugnare: ſecūdò contēdere, id eſt cōferre rē cū re. Taceāt.) Contrariū intellige: Nos floreamus. Ex hac parte.) Delabitur paulatim in cōtentionē, ut antea diximus. plurib. aūt modis hāc contentionē ornat. ſuperiores cōtentiones fuerūt interpūctæ, id eſt, aliæ ſententiæ ſparſæ: nunc autē uult ut omnino emineāt contētiones. et primò ſingula ſingulis, deinde plura plurib. opponit, et paria paribus. Contentiōes aūt adhibētur plerūq; ad ſimilitudinē uerborū uitandā. Fraudatio) id eſt fraus. Cōſtantia, furor.) nam furioſi ſibi nō conſtāt, modò hæc uolūt, modò illa. Ex quo obſeruandū cōtraria aliquādo fieri eodē nomine, ut conſtātia et inconſtātia: aut diuerſo nomine, ut pietas & ſcelus: conſtātia, furor: tēperantia et luxuria, fortitudo & ignauia. Cōfligit.) id eſt cōcertat. Dij ipſi.) Solēt enim dij fauere bonis cauſis. itaq; homines nō freti uiribus, ſed bonis cauſis pugnare debēt. Virtutes.) Metonymia, pro ijs in qb. uirtutes ſunt. Quæ cū.) Peroratio ſeqtur, qua ſuā diligentiā et lenitatē cōmendat. Vigilijs.) Incipit ab adhortatiōe. Adhortatur enim ut aduerſus coniuratos ſe tueātur. Tecta.) id eſt domos. Eſt modificatū uerbū, id eſt tropus. In agrū Gall.) Enumeratio breuis eorū quæ in oratione dicta ſunt. Probibebit.) ne poſſit Catilina exercitum admouere ad urbē, et ne latius poſſit uagari. Reliquos.) Occupatio. Cōſtituendis.) Naturalis hic eſt ordo in reb. gerēdis: cōſtituere primò, deinde maturare, tertiò agere. Qui a nati.) Ciuiū alij nati, alij in ciuitatē aſciti: illi arctiori neceſſitudine inter ſe deuincti ſunt, q̃ do nati. Plutarchus ait P. Africanū Maiorē dicere ſolitum, malle ſe unū ciuē cōſeruare, q̃ mille hoſtes perdere. Et Lucullus in cōcione militū dixit, malle ſe unū ciuē Rom. hoſti eripere, q̃ omniū ſibi hoſtiū res uendicare. Tantū ciuis cōſeruandi ſtudiū fuit. Solutior.) remiſsior, diſſolutior, mollior, nimis. Latebat.) ſc. cōiuratio. Erūpere.) id eſt patefieri. Trāſlatio à morbis, et quæ ex eis naſcūtur. morbi enim cū ſunt humores collecti, erumpūt. Meā hanc.) Cic. de Leg. 2. omnib. municipib. duas eſſe patrias dicit unā naturæ, alterā ciuitatis ut Cato cū eſſet Tuſculi natus, in pop. Ro. ciuitatē ſuſceptus eſt. Itaq; cū ortu Tuſculanus eſſet, ciuitate Romanus, habuit alterā loci patriā, alterā iuris. Inſidiator.) qui uel occidit, uel in urbē retrahat ad pœnā: q. d. q. tum Salluſtius quibuſdā factū eſſe ſcribit. Sed eo tamē die quo hæc oratio habita eſt, facta eſt à Cos. poteſtas cōiuratis abeūdi impunè: et illi nō eo die, ſed in ſequentib. retracti fuerūt. Cōmouent) Minatur ſupplicium cōiuratis. Magiſtratus.) ſc. Aediles, Pretores, et Tribunos plebis. Vindicē.) ultorē, punitorē. Atq; hæc.) Pollicetur omnia ſe facturū eſſe, ut trāquilla ſit pax inter ciues, néue currāt ad arma. Res maximæ.) Venuſta contentio. Sed ſi ius.) Excuſat ſe ſi cogatur reliquos cōiuratos punire. Significationibus.) id eſt ſignis. Ducibus.) ſc. dijs. Nō procul ut.) cū bella in Africa, in Macedonia, in Aſia gereremus. Venerari.) ſc. ſacrificijs et precibus. Vrbē pulcherrimā.) Ab urbis excellētia, & à uoluntate deorū. Vir. Georg 2. Scilicet et rerū facta eſt pulcherrima Roma, Septem quæ una ſibi circundedit arces. Superatis.) Nam Cn. Pompeij uirtute omnia erāt pacata. In quo loco ineſt enumeratio cum amplificatione.

IOACHIMI CAMERARII IN Catilinariam II. Annotatio.

Ex ruſticis mendiculis.) Verior lectio, Ex ruſticis mediaſtinis: id eſt, uiliſsimorū operarū ſeruis. & mox: Patefeci in ſenatu heſterno die.) alij, heſterna die: ſed in hoc nihil, uel nō multū certè intereſſe puto. Et talarib. ac tritis tunicis.) Veneti, ac tritis, omittūt. & uidetur certè ad ſenſum minus cōuenire. De genere enim quodā delicatorū et mollium loqtur. Fortaſſe longius hoc fuerit ſuſpicari, legendum. Talaribus ac ricis tunicis: non tamē reticere, cū incidiſſet, noluimus. Suprà etiā, aut imberbes, aut bene barbatos, uidetur uerius, aut penè barbatos. Vt neq; quiſquam bonus intereat.) Veneti & alij: Vt ne quis bonus intereat: quod & ipſum non diſplicet.

IN INVECTIVAM IIII IN L. CATILINAM AD QVIrites, Franciſci Syluij Ambiani Commentarius.

ARGVMENTVM.

ALlobrogū Legati à P. Lentulo per P. Vmbrenū, L. Caſsiū, et P. Gabiniū ſolicitati ad cōiurationis ſocietatē, Q. Fabio Sangæ rem omnē indicarūt. Per Fab. Cic. factus certior, ut legati rē diſsimularēt hortatur. Cōſtituta nocte qua egrederētur, C. Pontinū et L. Flaccū pretores ad pontē Miluiū, quà ituri legati erāt, collocat, ut eos cū literis ad Catilinam & ad ſenatū ſuū reuertētes, cū eorū uiæ duce T. Vulturcio interciperēt. His ex uia à pretorib. prima luce Romā retractis, Cic. uocatis ad ſe ijs q̃ legatis ad Catilinā literas dederāt, ſenatū in tēplo deæ Concordiæ habuit. In ſenatu qd actū ſit, po. Ro. eo ipſo die ad ueſperā hac oratiōe docet. In ſenatu igitur T. Vulturcium

accepta iuſſu Senatus fide publica, & Allobroges, qui ex coniuratione eſſent, quid machinarētur indicauerunt. Introducti alius poſt alium. Lentulus, Cethegus, Statilius literarum à ſe ſcriptarū ſigna tandem cognoſcentes, de coniuratione confeßi ſunt. Actæ ſunt gratiæ Ciceroni, C. Antonio Coß. Flacco & Pontino prætoribus. P. Lentulus prætura ſe abdicauit. Hic & reliqui in cuſtodias liberas traditi ſunt. Supplicatio ad omnia deorum puluinaria Ciceronis nomine decreta eſt. Deprehenſis coniuratis, Catilinæ conatus metuendos non eſſe oſtēdit Cicero: cum quo ſibi pugnandum fuiſſet, ſi in urbe remanſiſſet: deorū nutu & conſilio deprehenſam coniurationem, ex prodigijs quæ anteceſſerunt, & ex ſimulacro Iouis in Capitolio ad orientem ſpectante, ex conſilio Aruſpicum poſito, probat. Quare hortatur populum Romanum, ut dies ſupplicationis cum uxoribus & liberis celebrent. Oſtendit hoc bellum Catilinæ futurum fuiſſe multo crudelius bellis ciuilibus Syllæ, Sulpitij, Octauij, Cinnæ, Marij, Lepidi, Catuli, in quibus ciues innumerabiles occiſi ſunt. Pro huius deprehenſæ coniurationis indicio atque uictoria Cicero neq; honorem, neq; triumphū, neq; ſtatuam poſtulat, ſed memoriam huius diei perpetuam. Orat populum Rom. ut prouideat, ne quid ſibi hoc beneficium noceat, ſi quam inuidiam ſibi pœna coniuratorum in poſterum conflauerit. Omnem ſuam operam in coniuratos pollicetur, etiam cum priuatus erit. Populum Romanū hortatur, ut domos ſuas uigilijs cuſtodijsq; defendant. Oratio deliberatiua eſt. cuius in proœmio oſtendit diem eum quo deprehenſa coniuratio eſt, quo eodem die habita eſt hæc oratio, qui dies Non. Decembr. eſt, perinde ut natalem urbis Romæ diem quotannis celebrandum eſſe.

REmpublicam, Quirites.) Illud Cicero perſæpe facit, ut quum acrius mouere uult, per partes enumeret, quod in genere dici poſſet. Omnium ueſtrûm uitam, omnium noſtrûm ſalutem in his orationibus à Cicerone dici attendendum eſt. Nam ſi ex Grammaticorum præceptione diceretur, ueſtram omnium uitam, noſtram omnium ſalutem dici oporteret. Bona, fortunas.) Fortunas in numero plurali pro fortunæ bonis Cicero ſæpe dicit. Hic uerò bona & fortunas dicit, ut ſæpius moueat, & tanquā feriat animos auditorum. Domicilium imperij.) A' Roma Romanum imperium dicebatur. Hodierno die.) uſitatius quàm hodie Ciceroni eſt. Ex faucibus fati.) Metaphora à feris eſt, quarum faucibus quū quid eripitur, ex periculo extremo liberatur. Fatum pro interitu, pro morte uiolenta, non naturali dicitur. Quàm illi quib. naſcimur.) Natalem diem celebrari Romæ mos fuit, quibus in ſacris ſolis operam uoluptati dare licebat. In cæteris ſeruabatur caſtitas, ut ait Seruius, exponens illum Virg. ex Bucol. uerſum, Phyllida mitte mihi, meus eſt natalis Iola. Romæ quoq; natalem 11. Calend. Maij celebrari ſolitum, quo die animatum nihil ad ſacra adhiberetur, quòd diem ipſum, qui origini patriæ conſecratus erat, purum & ſine ſanguine ſeruari oportere putarent, Plutarchus in uita Romuli ſcribit. Salutis certa lætitia eſt, naſcendi incerta conditio.) id eſt, quum quis naſcitur, incertum eſt, bonâ ne an mala ſit ea natio. Nōnullis enim uita contingit ita miſera, ut horam eam qua nati ſunt, deteſtentur. Ad deos immortales.) Apud Seruium in libro Aeneidos ſexto, illud Ennij eſt, Romulus in cœlo cum dijs genitalibus æuum Degit. De Romulo quid Proculus dixerit, ex Liuio, Plutarcho, alijsq; ſatis cognitum. Vrbem ſeruauit.) De hoc die illud Ciceronis in oratione pro L. Flacco eſt: O' nonæ illæ decembres, quæ me Conſule fuiſtis, quem ego diem uerè natalem huius urbis, aut certè ſalutarem appellare poſſum. Templa & delubra ſimul ſæpe dicit Cicero, Aſconio Pediano in Ciceronis Diuinationem autore. Sunt qui templa eſſe dicant ſingulorum locorum dijs attributorum, delubra multarū ædium ſub uno tecto, à diluuio pluuiæ munitarum. Subiectos propè iam ignes.) Cicero in L. Piſonem: Ego tela extremo menſe Conſulatus mei intenta iugulis ciuitatis de coniuratorum nefarijs manibus extorſi, ego faces iam accenſas ad huius urbis incendium comprehendi, protuli, extinxi. Vobis iam exponam breuiter.) Propoſitio eſt eorum quæ dicturus eſt, qua ratione attentos & dociles facit auditores. Coniuratorum manum ſimul exituram.) Coniuratos, non coniuratores, ut teſtes & iudices iuratos, non iuratores, latinè dicimus. Oculis uideretis.) Pleonaſmus non eſt. Nam ad rem certius ſignificandam, Oculis adiecit. Maleficium.) id eſt, coniurationem. In re atrociſsima ſæpe dicitur maleficium à Cicerone. ut pro Sexto Roſcio, maleficium appellat parricidium. Allobroges Galliæ populi ſunt, qua parte Arar Rhodano miſcetur accolæ, nulla gente Gallica opibus aut fama inferiores, ut ait Titus Liuius libro uigeſimoprimo. Hos eodem autore libro ſexageſimoprimo, Qu. Fabius Maximus filius fratris Africani minoris, qui in Fabiorum familiam adoptatus eſt, Conſul uincit, inq; deditionem accepit. inde Allobrogicus cognominatus eſt. More Romanorum, qui gentem, nationem ue bello deuicerat, eius patronus erat, ut eſt apud Ciceronem libro de Officijs primo. Ex Allobrogici familia Q. Fabius Sanga Allobrogum patronus erat. Allobrogum Legati à P. Lentulo per P. Vmbrenum ſollicitati, ad Qu. Fabium Sangam rem omnem uti acceperant, detulerunt. Ciceronem eorum quæ audiuerat, Fabius certiorem facit. Ciceronis conſilio Legati ſocietatem coniurationis ſimulant, ut amplius ſcribunt Salluſtius & Plutarchus in uita Ciceronis. Tumultus Gallici excitandi cauſa.) Bellum generalis dictio magis eſt quàm tumultus. Autore Cicerone in Antoniana octaua, poteſt eſſe bellum ſine tumultu, tumultus eſſe ſine bello non poteſt. Quid eſt enim tumultus, niſi perturbatio tanta, ut maior timor oriatur? Vnde etiam nomen ductum eſt tumultus. Itaque maiores noſtri tumultum Italicum, quòd erat domeſticus, & tumultum Gallicum, quòd erat Italiæ finitimus, præterea nullum tumultum nominabant. Grauiorem autem tumultum eſſe quàm bellum, quòd bello Gallico uacationes ualent, tumultu non ualent. Cum literis mandatiſq;.) id eſt, ut uulgò loquuntur, cum literis credenti. T. Vulturcium Crotonienſem Salluſtius appellat. Facultatis.) id eſt, occaſionem & opportunitatem. Heſterno die.) uſitatius quàm heri. L. Flaccum.) Is eſt L. Valerius Flaccus, quem repetundarum factum reum poſtea Cicero defendit. Cn. Pontinum.) C. Pontinium Cicero pro L. Flacco, C. Promptinum Salluſtius appellant. Ex præfectura Reatina.) id eſt, ex præſidio Reatino. Noctis uigiliæ ab antiquis dicuntur. Noctem enim in quatuor uigilias diuidebant, ut eſſent

ſent

ſent duæ ab occidente ſole ad mediam noctem, & totidem inde ad ſolem orientem. Noſtis horas itidem antiqui dixerunt. Integris ſignis.) id eſt, non reſignatæ, nõ apertæ. Machinatorem.) id eſt, principem & auctorem, quem architectum alibi appellat. Cicero pro A. Cluentio: Ipſum principem atque architectum ſceleris abſoluerunt & pro Sexto Roſcio: Nónne quiuis poteſt intelligere omnium architectum & machinatorem unum eſſe Chryſogonum? Temerè.) imprudenter, & ſine cauſa. Cogere Senatum.) pro eo quod eſt congregare dicit. ut in libro Epiſtolarum ad Q. Fratrem ſecundo: Pridie Idus quum Appius Senatum infrequentem coegiſſet, tantũ fuit frigus, ut populi conuicio coactus ſit nos dimittere. Libro Epiſt. famil. quinto: Recordare cætera quàm citò Senatum illo die facta ſortitione coegerim. Cogere iudices.) Idem in oratione pro L. Murena, cogere medicos. libro Epiſtolarum quarto, cogere agmen. libro Epiſtolarum ad Atticum decimoquinto, cogere pecuniã. pro M. Fonteio, cogere pecuniã à ciuitatibus, pro eo quod eſt colligere dicit. Maximum ſicarum numerum.) id eſt, ſicas plurimas. ut Actione in Verrẽ quinta: Magnus à multis frumẽti numerus, magnæq; pecuniæ coactæ ſunt.

Introduxi Vulturcium.) Singulos alium poſt aliũ introduxit. Nec qui prius introducti erant, aduenientibus alijs exibant. Fidem publicam.) id eſt, ex publica fide impunitatem. Iuſſu Senatus dedi: ille dixit.) Cicero in oratione pro C. Rabirio, Conſuli fidem publicam licere ſine autoritate Senatus dare negat. Nec uiolata fides publica eſt cæde L. Saturnini, cui eam C. Marius Conſul ſine Senatusconſulto dederat. Exciperet.) id eſt, reciperet & interficeret. Quintilianus in lib. quarto: Aprũ quem ipſi muneri obtulerat, exceptum eſſe à ſe uenabulo confeſſus eſſet. Ducibus urbanis.) coniuratis ſcilicet. Et à L. Caſſio.) Legati à Lentulo, Cethego, Statilio, item Caſſio iuſiurandum poſtulauerunt, quod ſignatum ad ciues ſuos perferrent: aliter haud facilè ad tantum negociũ impelli poſſe. Cæteri nihil ſuſpicantes dant. Caſſius ſemet eò uenturum breui pollicetur, ac paulo ante Legatos ex urbe proficiſcitur. autor eſt Salluſtius. Equitatũ.) quia eo Galli ualent maximè. De Cinna Tit. Liuius libro ſeptuageſimonono & octuageſimotertio. L. Florus lib. Epitomatum tertio, & amplius. Appianus libro de Bellis ciuilibus primo. Poſt uirginum abſolutionem, poſt Capitolij, &c.) Fabia Veſtalis uirgo non multo ante hanc coniurationem inceſti cauſam dixit. Ei Catilina obiectus eſt. Fuit tamen abſoluta, quia ſoror erat Terentiæ Ciceronis uxoris, ut ait Aſconius Pedianus. Poſt Cap. incenſionem.) id eſt incendium. in oratione pro P. Sylla: Meis conſilijs, meis laboribus, mei capitis periculis, ſine tumultu, ſine delectu, ſine armis, ſine exercitu, quinq; hominibus comprehenſis atque confeßis, incenſione urbem, interitione ciues, uaſtitate Italiam, interitu Rempublicam liberaui. ſæpius tamen incendium dicitur. L. Scipione & Norbano Conſulibus ante L. Syllæ dominationem Capitolium, quod à Regibus plus quadringentos annos miſerat, exuſtum eſt: cuius incendij cauſa omnes latuit, ut ait Appianus libro primo. Cethego cum cæteris.) Autore Salluſtio, Cethegus de ſociorum ignauia querebatur. illos dubitando, & dies prolatãdo magnas opportunitates corrumpere, facto, nõ conſulto in tali periculo opus eſſe, ſeq; ſi pauci adiuuarent, languentib. alijs impetum in curiam facturum. Natura ferox erat, uehemens, manu promptus, maximum bonum in celeritate putabat. Saturnalibus.) id eſt, eo die quo fierẽt Saturnalia, quæ quartodecimo Calendas Ianuar. fieri ſolita eſſe, Macrobius libro Saturnal. primo ſcribit. Eſtq; in ea ſententia, ut Saturnalia uno tantum die fierent. quamuis ſint autores, qui diebus ſeptem fieri ſolita ſcripſerint. Tabellis.) id eſt, literas. inde tabellarius. Quæ à quoque.) id eſt, unoquoque. Signum.) quo ſignata erant. Linum incidimus.) Qui literas negocij paulo ſecretioris mittunt, eas funiculo obligant: deinde qua parte funiculi nodus eſt, cera impoſita ſignant. Hunc morem ætate ſua fuiſſe Cicero ſignificat. Linum enim, pro funiculo lineo dicit. Cognouit ſign.) id eſt, non negauit, confeſſus eſt. Ferramenta dicuntur inſtrumenta ferrea, quibus fabri utuntur. Horatius in libro Epiſtolarum primo: Cras ferramenta Theanum Tolletis fabri. deinde gladios, ſicas, lanceas, haſtas, pila, aliaq; huius generis tela uel ferrea, uel ferro præfixa ſignificant. Pro P. Sylla Cicero: Obtulit ſe ad ferramenta proſpicienda. Bonorum ferramentorum ſtudioſum.) ut hac ætate multi non ignobiles armamentarium ſtudioſe ferramentis adornant. Abiectus.) id eſt, animo deiecto et depreſſo. Cognouit manum & ſignum ſuum.) id eſt, ſcripturam propriam: quæ in re manus hic ſæpe dicitur.

In eadem ferè ſententia.) in qua erant illæ Cethegi. Signum, imago.) Appoſitio eſt, quæ Ciceroni uſitata admodum non eſt, Liuio multum familiaris. Imago aui tui.) id eſt, P. Lentuli, qui C. Gracchum perſecutus eſt, de quo in oratione proxima plura dicemus. In annulis uirorum clarißimorum capita inſculpebantur, hisq; literas obſignabant. Autore Liuio libro uigeſimoſeptimo, quum annulo Marcelli Conſulis ſimul cum corpore Annibal potitus eſſet, eius ſigni errore ne cui dolus necteretur à Pœno, metuens Criſpinus eius collega, circa ciuitates proximas miſerat nuncios occiſum collegam eſſe, annuloq; eius hoſtem potitum, ne quibus literis crederent nomine Marcelli compoſitis. Valerius Maximus libro tertio, titulo De ijs qui à parentibus claris degenerauerunt, ſcribit è manu Scipionis detractum eſſe annulum, in quo caput Africani patris ſculptum erat. Idem libro octauo, titulo de Cupiditate gloriæ, annulum ſignatorium appellat. Facere poteſtatem, pro eo quod dicunt, dare poteſtatem, uel dare facultatem, ſæpe dicit Cicero in orationibus pro Sexto Roſcio, in Verrem Actione ſeptima, pro Cluentio, Antequam iret in exilium, Poſt reditum in Senatu, Pro domo ſua. Surrexit.) Lentulus. Impudentia.) id eſt mendacium. Hoc literarum exemplum ijſdem fermè uerbis eſt apud Salluſtium. Etiam infimorum.) id eſt ſeruorum, quorum infima conditio eſt. Impudenter.) id eſt mentiendo. Argumenta.) probationes. Sic obſtupuerunt.) Diatypoſis eſt, quam Cicero ſub oculis ſubiectionem appellat: quum res ita deſcribitur, ut tanquam ſub auditorum oculos ſubijci uideatur. Aſpiciebant inter ſe.) id eſt, ſe mutuò. ut inter ſe amant: quod dicunt, amant ſe mutuò. A principibus acerrimæ ac fortißimæ.) Aulo Gellio authore capite ſeptimo, libri decimiquarti, M. Varro ſcriptum reliquit, quum haberetur Senatus, rogandarum ſententiarum illum fuiße ordinem, ut primus rogaretur quem Cenſores principem Senatus legißent, deinde uiri Conſulares per ordinem, poſtremò reliqui Senatores: ſed poſtea

nouum

nouum morem inſtitutum per ambitionem & gratiam, ut qui Senatus haberet, quem uellet, primum rogaret, modò is eſſet uir Conſularis, deinde alij Conſulares ordine ſuo, poſtremò reliqui Senatores. A' principibus igitur.) id eſt, à Conſularibus, qui primi ſententiam dixerunt. Senatus.) id eſt, reliqui Senatores. Senatuſconſultum per diſceßionem factum ſignificare uidetur: quod tum fieri idem dicit, quum conſentiretur. Ex memoria) id eſt, ut memoriter: ut ex ſcripto dicere, id eſt, legendo. Gratiæ uerbis ampliſſimis aguntur.) In eo Senatu Q. Catulus Ciceronem parentē patriæ nominauit. eidem coronam ciuicam à repub. deberi L. Gellius dixit, ut ait Cicero in L. Piſonem. Ampliſsimis uerbis.) id eſt, ſingularibus, ut dicit etiam pro P. Sylla. A ſuis & Reip. conſilijs.) C. Antonius Ciceronis Conſulis collega, Catilinæ familiaris & neceſſarius erat: ideo eum eo Conſulatū petierat. adiecit deinde animum ad petendum Conſulatum proximum, ſperans ſi deſignatus foret, Antonio ſe ex uoluntate uſurum. Metuens igitur Cicero, ne contra rem publicam ſentiret, pactione prouinciæ eum expulit: ut ait Salluſtius. Ea fuit cauſa, cur cum exercitu aduerſus Catilinam miſſus ſit. Quod ſi cum Catilina ſenſiſſet, extra urbem minus quàm in urbe nocuiſſet. Gloriatur Cicero in oratione in L. Piſonem, quòd Antonium collegam cupidum prouinciæ, multa in republica molientem, patientia atque obſequio ſuo mitigauerit. In cuſtodiā traderentur. Hos coniuratos in liberam cuſtodiam uiris clariſsimis alios alijs traditos fuiſſe, Salluſtius ſcribit. M. Ceparium.) Q. Ceparium Salluſtius appellat, qui (ut idem ait) in Apuliam ad concitāda ſeruitia proficiſci parabat. Vbi uerò audiuit Gallos cum comitatu deprehenſos eſſe, ex urbe profugit, paulo antè quàm miſiſſet Cicero qui eū ad ſe accerſeret. Sed ex fuga retractus eſt. P. Furium.) Is eſt (ut arbitror) quem Cicero in oratione pro C. Rabirio, hominem omnibus inſignem notis turpitudinis dicit. Q. Manlium Chilonem.) Legendum eſt, Q. Magium Chilonem. ut in Ciceronis libro Epiſtolarum quarto, Seruius Sulpitius ſcribit de Pub. Magio Chilone. Non enim legere memini, ex Manliorū familia fuiſſe, qui Chilo appellaretur. A' quo Gallos ad Gabiniū.) P. Lentulum P. Vmbreno dediſſe negocium, ut Allobrogum Legatos ad coniurationis ſocietatē impelleret, ut ab Vmbreno Legatos in domum D. Bruti, quæ foro propinqua erat, quum abſente Bruto Sempronia (quæ ex coniuratione erat) ibi eſſet, ab eodem Gabinium accerſitū, quo maior autoritas ſermoni eſſet, quo præſente aperta coniuratio fit, & nominati coniurati, ſcribit Salluſtius. A' L. Caßio fuiſſe nominatos, Cicero dicit in oratione pro P. Sylla. Pœna.) De pœna mortis nō intelligit, ſed de pœna carceris. Nondum enim decretum erat, quo ſupplicio punirentur. Supplicatio dijs immortalibus.) Mos erat Romanorum, ut ex Senatus decreto Imperatorum nomine qui bella gererent proſpera, ſupplicationes ad deorum templa cum liberis & coniugibus cauſa gratulationis celebrarentur. Vt autore Cicerone in oratione de Prouincijs Conſularibus, C. Marij nomine decretæ ſunt ſupplicationes quindecim dierum: C. Cæſaris nomine, ſua ſe ſententia totidem decreuiſſe, et Cn. Pompeio Mithridate interfecto ſe Conſule referente, decem dierum ſupplicationem decretam eſſe dicit. Bene geſta Republica.) Vt in Piſonem: Mihi togato Senatus, non ut multis bene geſta, ſed (ut nemini) conſeruatæ Reipublicæ ſingulari genere ſupplicationis deorum immortalium templa pateſecit. Magiſtratu ſe abdicauit, & purpuream ueſtem, quā indutus erat, in Senatu ponens, etiam fortunæ ſibi congruam induit, ut ait Plutarchus. Religio non fuerat.) In campo Martio, auſpicato in loco, captatis prius auſpicijs, Coſſ. & Prætores fiebant. In his igitur magiſtratibus tanquam deorum conſilio factis, aliquid ineſſe religionis uidebatur. quæ religio C. Marium Coſ. nihil remorata eſt, quo minus C. Glauciam L. Saturnini furores Tribunitios ſecutum interficeret. de quo in oratione prima dictū eſt. Priuato.) id eſt magiſtratum nullū gerente, quòd ſe Prætura abdicauerit. Ille unus.) Catilina ſcilicet. Omnium aditus tenebat.) id eſt, norat rationem alloquēdi omnes, & ſollicitandi. ut in quarto Aeneidos: Sola uiri molles aditus & tempora noras. Neq; lingua, neq; manus deerat, &c.) Erat eloquens Catilina, & manu promptus. Cum aliquid mandauerat, ipſemet faciebat, quòd in ſe plus quàm in alijs diligentiæ putaret ineſſe. Saturnalia conſtituiſſet.) quibus cædes & incendia fierent. Neque tanto antè.) Qui Saturnalia conſtituebant, diem cædis & incendiorum, plus quindecim dies antè conſtituerunt. Catilina tam longum tempus non conſtituiſſet. Manifeſtè.) Manifeſtò à Cicerone ſæpius dici attendimus. Priſcianus libro decimoquinto, aliquot aduerbia ab adiectiuis nominibus facta dicit, quæ in o ſolum exeant: ut falſo, conſultò, poſtremò, ſedulò, auſpicatò, auguratò, manifeſtò, priuatò, precariò, meritò. Sed nec priuatò, nec priuatè, ſed priuatim latinè dicitur. Vt leuiſſimè dicam.) id eſt, ne grauiore & atrociore uerbo utar. Nam ad arma capienda ciues bonos ex ſenatuſconſulto conuocaturus fuiſſem, & Catilinam interfecturus. Tantis periculis à tanta pace, eodem modo cum uerbo liberaſſemus non conueniunt. nam liberare periculis, ut liberare morte, & liberare tanta pace, id eſt, tam pacatè, ut liberare tam paruo negocio, id eſt, tam facilè, dicimus. Opem & auxilium tulerint.) Vtrunque dicit, ut rem magis ſignificet. Vt eos penè oculis uidere poſſemus.) quamuis ipſi incorporei ſint, uideriq; non poßint. Nam ut illa omittam.) Illud ex arte eſt, ut quum dicturi ſumus, quod cauſæ noſtræ ualde utile ſit, nonnulla quæ minus utilia uideantur, nos omittere ſimulemus. Hac enim ratione præparamus auditores ad audiendum attentè, idquod cauſæ noſtræ ſit utilius. Canere.) id eſt diuinare. Canere enim, autore Seruio in Commentarijs in librum Aeneidos primum, etiam diuinare ſignificat. Virgilius in libro Aeneidos tertio: Atque hæc deinde canit diuino ex ore ſacerdos. Cotta & Torquatus Coſſ.) L. Cotta, & L. Torquatus deſignati Coſſ. fuerunt Volcatio et Lepido Coſſ. quo tempore prior coniuratio facta eſt. Hæc prodigia id temporis appar uiſſe, Cicero hic ſignificat. De priore coniuratione Salluſtius in bello Catilinario ſcribit. De cœlo eſſe percuſſas.) De cœlo percuti, & de cœlo tangi: ut, De cœlo tactas memini prædicere quercus: ſæpius dicunt Latini, quàm quod uulgò dicitur, fulminari. Depulſa.) id eſt deiecta. Legum æra liquefacta.) Leges tabularum duodecim in æreis tabulis fuiſſe ſcriptas, Dionyſius Halicarnaſſeus libro decimo, & Titus Liuius libro tertio ſcripſerunt. ueluti Solonis leges in tabulis ligneis ſcriptas fuiſſe, Plutarchus in eius uita ait. Moiſi leges in lapideis tabulis ſcriptas fuiſſe, libri ſacri teſtantur. Quem

inauratum

inauratum.) Inauratum dicimus, non deauratum. Paruum atq; lactentem.) Hæc prodigia uerſib. perſcripta ſunt in libro Ciceronis de Diuinatione primo. De hoc autem Romuli ſigno, quod in Capitolio erat: Hic ſylueſtris erat Romani nominis altrix Martia, quæ paruos Mauortis ſemine natos Vberibus grauidis uitali rore rigabat, Quæ tum cum pueris flammato fulminis ictu Concidit, atq; auulſa pedum ueſtigia liquit. Aruſpices ex tota Hetruria.) Hetruſcos aruſpicinæ maximè fuiſſe deditos conſtat, apud quos Tages diſciplinæ eius uel diuinationis autor apparuit, ut eſt apud Ciceronem libro de Diuinatione ſecundo. Fata ipſa flexiſſent) Fata deorum flecti & mutari poſſe ſignificat. Vergilius uerò ſentit, fata extrahi poſſe, mutari non poſſe. In libro Aeneidos 6. Sibylla de Palinuro: Deſine fata deûm flecti ſperare precando. Et libro ſeptimo Iuno: Atq; immota manet fatis Lauinia coniux, At trahere atq; moras tantis licet addere rebus. Item libro octauo Vulcanus: Nec pater omnipotens Troiam, nec fata uetabant Stare, decemq; alios Priamum ſupereſſe per annos. Autore Seruio, ſecundum aruſpicinæ libros & ſacra Aruntia, quæ Tages compoſuiſſe dicitur, fata decem annis quadam ratione differri poſſunt: nunquam tamen penitus immutari poſſunt. In excelſum.) id eſt, in altum. Forum, curiamq;.) Forum, ubi agebantur cauſæ: curia, ubi habebatur legitimus ſenatus: & comitium, ubi ad populum habebantur conciones, ſibi proxima erant. Illuſtrarentur.) id eſt declararentur. Vt.) id eſt, ita ut. Ita.) id eſt, in excelſum, & ad orientem. Conſules illi.) Cotta & Torquatus. Neq; à ſuperioribus.) L. Cæſare & C. Figulo. Tam præceps.) id eſt, tam peruerſus. In ædem Concordiæ.) Templa Concordiæ Romæ tria fuiſſe accepimus. Vnum, quod in area Vulcani Cn. Flauius Aedilis Curulis ſumma inuidia nobilium dedicauit, ut ait Titus Liuius libro nono. Alterũ, quod ad initiũ ſecundi belli Punici L. Manlius Prætor in Gallia per ſeditionem militarẽ uouit: idq; L. Aemilius, M. & C. Attilij, L. Scribonius in arce dedicauerunt. Tertium à L. Opimio Cos. in foro, C. Graccho occiſo, ædificatum eſt, ut ait Plutarchus in uita Gracchorum. Signum.) Iouis. Sumam.) id eſt, arrogabo, & (ut uulgò dicunt) præſumam. Aſſumere quoque in hac re dicitur. Credita.) id eſt commiſſa. Et ignotis & barbaris.) Allobrogibus ſcilicet. Huic tantæ audaciæ.) id eſt, hominibus tantæ audaciæ. Vt homines Galli.) quibus inſitum erat cum Romanis odium. Ex ciuitate male pacata.) Allobrogũ fuiſſe urbem quandam ſignificat, ex qua Allobroges nominati ſunt. Salluſtius quoq; Allobrogum ciuitatem dicit. Allobrogum regnum tempore ſecundi belli Punici fuiſſe, T. Liuius lib. uigeſimoprimo dicit. quorũ multas ciuitates fuiſſe Salluſtius ſignificat: ſed una erat præcipua, unde appellabantur. Male pacata.) Q. Fabius, filius Fabij eius qui Scipionis minoris frater in Fabiorum familiam adoptatus eſt, Allobroges deuicit. inde Allobrogicus cognominatus eſt. Hi Romanorum imperium iniquo animo tolerabant: ideoq; nullo negocio non modò ad defectionem, ſed ad belli cum Romanis gerendi ſocietatem impelli poterant. A patricijs.) coniuratis. Ad omnia puluinaria.) id eſt, templa. Illos dies.) Multorum dierum hanc ſupplicationem decretam ſignificat. L. Syllæ P. Sulpitium oppreßit.) Belli Mithridatici prouincia L. Syllæ Conſuli ſortitione obuenit. C. Marius huius belli prouinciam ſibi appetens, cum P. Sulpitio Trib. pleb. egit, ut ea ſibi prouincia pop. Rom. ſuffragijs decerneretur. Quo plures beneficio ſibi ſuo obligatos Sulpitius haberet, legem ferre uoluit, ut exules reuocarentur, ut noui ciues libertiniq; in tribus diſtribuerentur. Sylla & Q. Pompeius Coſſ. id ne fiat, operam dant: multorũ dierum iuſtitium edicunt, quo minus legem ferri liceat. Sulpitius conducta multitudine armata, etiam in Conſules ferendæ legi aduerſantes impetum facit. ibi Pompeij Cos. filius, Syllæ gener, occiditur. Sylla Capuam ad exercitum proficiſcitur, apparare uelle ſimulans ea quibus opus ſit ad bellum Mithridaticum, exercitum Romam conuertit. Signis collatis cum Mario & Sulpitio in urbe pugnat. Victum Sulpitium de uilla retractum occidit. Marius à Minturnenſibus naui publicè accepta in Africam nauigat. autores ſunt Titus Liuius lib. 77. & Appianus libro Bellorum ciuilium primo. Cuſtodem huius urbis.) Hoc dicit propter bellum Cimbricum à Mario confectum: propter quam uictoriam primores ciuitatis alioqui ei inuidentes, ab eo conſeruatam Rempub. fatebantur, ut ait T. Liuius libro ſexageſimooctauo. Quamuis C. Marium municipem ſuum Cicero ſemper laudare ſolitus ſit, quum in eius mentionem incidit: ibi autem ideo laudat apud populum Romanum, quia popularis Marius fuit. Partim eiecit.) duodecim uiros, in quibus Sulpitius & Marius fuerunt, à Senatu hoſtes patriæ iudicandos Sylla & Pompeius Coß. curauerunt. Cn. Octauius Cos.) L. Cornelio Sylla ad bellum Mithridaticum profecto, C. Cornelius Cinna Conſul deſignatus pernicioſas leges per uim ferre conatus eſt. Cn. Octauius collega eius aduerſatur, cum eo in urbe pugnat. Cinna uictus fugit: Conſulatu abdicatus, patriæ hoſtis iudicatur, alias urbes ad defectionem ſollicitat, ſeruos promiſſa libertate euocat. C. Marius ex Africa rediens, cum Cinna ſe coniungit. Romam quaternis caſtris obſidet, quibus præſunt Cinna ipſe, C. Marius, Sertorius, & Cn. Carbo. Multis ex ciuibus ad eos deficientibus, in urbem commeatu penè defectam recipiuntur. Eam clarißimorum uirorum cædibus fœdauerunt. Cn. Octauium Cos. multos Senatores, multos ex equeſtri ordine, Q. Catulum, L. Merulam flaminem dialem, M. Antonium & C. Cæſarẽ duos oratores clarißimos, Craſſos patrem & filiũ, aliosq; innumerabiles aduerſæ partis nobiles interfecerunt. ut Titus Liuius libro 79. & Appianus lib. 1. ſcribunt. Omnis hic locus.) id eſt, comitium, ubi leges ferre Cinna conabatur, ubi pugnatum eſt. Lumina ciuitatis.) id eſt, uiri clarißimi. Vltus eſt huius uictoriæ.) De Syllæ uictoria & crudelitate ijdem autores, & Plutarchus in uita L. Syllæ ſcripſerunt amplißime. Poſtea quum.) ſcilicet, redijt à bello Mithridatico. Quanta diminutione ciuium.) Nam urbem & uniuerſam Italiam cædibus repleuit, ut ait Titus Liuius lib. 88. Ex equeſtri ordine duo millia & ſexcentos, Senatores nonaginta, Conſulares quindecim occidit, ut ait Appianus. Diſſenſit M. Lepidus.) Mortuo Sylla de eius funere diſſenſio fuit inter M. Lepidum et Q. Catulum Conſules, filium eius quem à Cinna occiſum diximus: primum de funere eius, deinde de actis eius reſcindendis, quæ aduerſante Catulo Lepidus omnino reſcindi uolebat. Poſtq̃ abiuerũt Conſulatu, in campo Martio collatis ſignis pugnauerunt. Victus Lepidus, in Sardiniã fugit, ibiq; morbo interijt, ut ait Appianus lib. 1. & T. Liuius lib. 90. Interitus ipſius Lepidi nõ tam attulit luctũ reip. q̃ interitus cæterorum. Internecione.) Internecio ab internecando appellata eſt. Particula inter, in compoſitione auctiua eſt, adeò ut nõ

pro mediocri ſignificatione ſit, ſed quæ maiorem habere nõ poteſt: ut interfectus, interceptus. autor eſt Donatus, enarrans illud ex Andria: Dauus interturbat omnia. Idem enarrans illũ uerſum ex Eunucho, Quod nos capere oportet, hæc intercipit: Intercipit, inquit, propriè quaſi totũ capit. Plautus in Aulularia: Quæ ſola interbibere Corinthiẽſem fontem & Pirenæum poteſt. Dijudicatæ.) id eſt, terminatæ. A cauſarum ciuilium diſſenſione facta translatio eſt, quæ iudicũ ſententia terminantur. Nulla unquam barbaria.) id eſt, nunquam ulli barbari. Ducerentur.) id eſt, exiſtimarentur & haberentur. Quantum infinitæ cædi reſtitiſſet.) id eſt, reliquum fuiſſet facta cæde infinita.

Obire.) id eſt, adire & attingere. Nullum præmium uirtutis.) id eſt, nullum honorẽ, nullum magiſtratũ, qui uirtutis præmium ab Ariſtotele dicitur libro Ethicorum 4. qui idem libro magnorum Moralium 2. ex uirtute gigni honorem dicit. Autore Cicerone libro de Oratore tertio, ſapiens uirtuti honorem præmium petit. Nullum inſigne honoris.) id eſt, nullum triumphum, quod præcipuum magiſtratus inſigne eſt. Aedilitatis enim magnificentia, Quæſturæ fides, & Præturæ diligentia & intergritas, muniebant uiam ad Conſulatũ, qui magiſtratus erat ampliſſimus. Conſulibus præcipuè triumphus ob rem bene geſtam decernebatur. Triumphare Romæ minoris nõ ducebatur, quàm in Græcia Olympia uincere. Triumphus igitur erat ampliſſimum honoris inſigne. Nullum monumentũ laudis poſtulo.) id eſt, nullam ſtatuam. Viris enim clariſſimis, de Repub. meritis optimè, ſtatuæ in roſtris collocabantur. Græci hunc honorem habitum hominibus, in monumentis huiuſmodi nonnulla deorum religione conſecrari arbitrabantur, ut ait Cicero Actione in C. Verrẽ quarta. Huiuſmodi ſtatuas iam à uiris nonnullis uel clariſſimis non fuiſſe optatas inuenio. M. Cato maior multorum ſtatuas quum uideret poſitas: Malo, inquit, homines de me quærant, cur ſtatua Catoni poſita non eſt, quàm cur poſita eſt. autor eſt Plutarchus in Apophthegmatis. Eodem autore, Ageſilaus Lacedæmoniorum dux, quum Græci qui ſunt in Aſia, decreuiſſent ipſi ſtatuas in clariſſimis urbibus ponere, ad eos ſcripſit in hanc ſententiam: Mei ne una quidem ſit imago, neq; picta, neq; ſculpta, neq; conflata. Idem moriens amicos rogauit, ne ullam ſibi mortuo ponerent ſtatuã. Si quid, inquit, præclarè geſſi, hoc meũ monumentum erit: ſin minus, ne omnes quidem ſtatuæ monumentum meum eſſe poſſunt.

Nihil mutum.) id eſt, nullæ ſtatuæ quæ mutæ ſunt & tacitæ. Minus digni.) id eſt, indigni. Sermonibus creſcent.) Ciceroni conſtans is animus fuit. Nam poſtea proconſul cùm Aſiam prouinciam ſumma iuſtitia, abſtinentia, & clementia adminiſtraſſet, ob hæc beneficia nullos honores ſibi, niſi uerborũ ab Aſiaticis decerni ſiuit, ſtatuas prohibuit, ut libro Epiſtolarum ad Atticum 6. ſcribit. Ageſilaus is, cuius paulò antè mentionem feci, nullam imaginem ſuam paſſus eſt eſſe. Vnus uerò Xenophontis libellus in eo rege laudando, facilè omnes imagines hominum ſtatuasq; ſuperauit, ut ait Cicero lib. Epiſtolarũ familiariũ quinto.

Inueteraſcent.) Scriptorum monumenta quo ſunt antiquiora, eo minus inuidiæ ſunt obnoxia, & autoritatem uetuſtate acquirunt. Extitiſſe.) id eſt, emerſiſſe, & præter alios apparuiſſe. Terminaret.) id eſt, finiret & terminos poneret. Vobis erit prouidendum.) Nam niſi me defenderitis, nullus poſthac pro ſalute cõmuni perditorum hominum audaciæ ſe opponet. Mihi quidem ipſi, &c.) Hoc prouidendũ populo Rom. quod dicat Cicero, id cauſa Reipub. dicit, non uitæ cupiditate. Satis enim ſe uixiſſe dicit, cùm nullum honoris & dignitatis gradum altiorem poſſit aſcendere. Conſulari uiro immaturam mortem accidere poſſe, in Oratione proxima negat. Idem in lib. Tuſculanarum diſputationum primo: Nemo, inquit, parum diu uixit, qui uirtutis perfectæ perfecto functus eſt munere. Multa mihi ipſi ad mortem tempeſtiua fuerunt, quã utinã potuiſſem obire. Nihil enim iam acquirebatur, cumulata erant officia uitæ. Hæc ille.

CAELII SECVNDI CVRIONIS IN Catilinariam tertiam ſcholia.

ARGVMENTVM.

PAtefacta per Quintum Fabium Sangam, & per Legatos Allobrogũ coniuratione, & Legatis cum Vulturcio Crotonienſi quodam ad pontem Muluium, uti cum ipſis erat conſtitutum, captis, & in urbem retractis, Conſul ad ſe uocari iubet Lentulum, Cethegum, Statilium, Gabinium, itemq; Q. Ceparium Terracinenſem. Lentulum quòd prætor erat, ipſe manu tenens in Senatum perducit. Reliquos cum cuſtodibus in ædem Concordiæ, quò Senatum aduocarat, uenire iubet, magnaq; frequentia eius ordinis Vulturcium introducit: ſermum cum literis Lentuli, & aliorum ad Senatum, & populum Allobrogum, item ad Catilinã perferri iubet: ibiq; Lentulum ac reliquos certiſſimis argumentis atq; indicijs conuictos, Senatus decreuit, uti in liberis cuſtodijs haberentur. His peractis, Conſul in concionẽ prodiens, de ijs quæ acta & cõperta erant, populum Rom. docet: & ſimul oſtendit coniuratione patefacta, & illuſtrata, nihil iam eſſe timendum. De ſupplicationibus decretis, & honore ſibi habito, nonnulla dicit. In quanto fuerit urbs periculo, multis rationibus declarat. de deorum prouidentia in urbe conſeruanda piè ac copioſe diſputat. Hortatur ad eum diem, qui fuit Non. Decemb. anno ab Vrbe condita DCC. ad perpetuam conſeruatæ urbis memoriam, conſecrandum, inuidiam ſummi beneficij deprecatur: omnem ſuam operam, ſtudium & diligentiam pollicetur. Ad extremum Quirites admonet, uti domos ſuas, etiam ſi nihil ſit metuendum, in ſequenti nocte cuſtodijs uigilijsq; defendant. Hæc pauca de orationis huius ſumma, quæ copioſe in ipſa oratione orator exponet. Cauſa ſuaſoria eſt. Suadet enim, ut diem illum ad perpetuã rei memoriam celebrent, & ſupplicationibus deorum immortalium beneficium agnoſcant. Nam quòd omnia, quæ cum coniuratis acta ſunt, exponit, id eò pertinet, ut patefactam coniurationem intelligant Quirites: atque ob id ſine metu ſint, ac Deo grati. Status eſt, an ſit is dies celebrãdus. quod quidem faciendum eſſe, ab æquitatis locis probat. ex quo ſtatum æquitatis & iuris eſſe conſtat. Sed ſi quis cõtendat hic multa de factis tractari, & propterea orationẽ eſſe iudicialem: reſpondemus primò ſtatum alium eſſe poſſe, & aliam cauſam. Deinde negamus ſtatum eſſe coniecturæ. Nam quæ de facto afferuntur, non tanquam prima tractantur, ſed ad ſuaſionem tanquam ad ſigna referuntur. Dicendi forma eſt initiò plena. Sed poſtea tota in illa laudabili mediocritate cõſiſtit, ergo ab eo quod potius eſt, nomen habebit, ſcilicet quòd ſit mediocris. Partiũ collocatio & numerus hic eſt: Exordium, expoſitio, confirmatio, & cõcluſio. Exordiũ à beneuolentia et attentionis locis: in quo modeſtè ſuũ erga rempub. beneficiũ profert. Expoſitio conti-

net pa-

net patefactæ coniurationis modum. Cõfirmatione ſigna profert, quibus certũ ſit deos immortales Vrbem Romam conſeruare uelle. Concluſio breui adhortatione cõficitur.

Rempublicã.) Exordiũ duo cõtinet, cõmemorationẽ beneficij, & diei conſecrationẽ. Rempub.) Vnũ uerbum hoc, diuiſione amplificatur. Sunt enim partes reip. uita, bona, coniuges, liberi, imperium, fortunatiſſima urbs. primariæ partes ſunt hic ab Oratore deſcriptæ. Neq; tamen in hac diuiſione ſequitur Ariſtotelem in Politicis, ſed ſuã popularẽ & oratoriam ſequitur, & eſt amplificatione ornatum hoc exordiũ. Quirites.) o bis terrarũ principes. & captat beneuolentiã. maximè uerò ſibi cõciliat Quirites, quòd ea omnia magna modeſtia profert, quæ cauſa reipub. egerit. Attentionemq; ſibi cõciliat, quòd rerũ magnarum mentionẽ facit, quæ pertineant ad reipub. conſeruationem. Rempub.) Ex uerbo dilatat orationẽ. Hoc exordium in duas partes diuidimus, ut altera pars contineat beneficia conſeruatæ urbis: altera huius diei perpetuã cõſecrationem. Petit enim à Quiritibus, ut dies illa æternæ memoriæ conſecretur. Rempub.) Diximus ex uerbo orationem dilatari. Quod quidem ualde accõmodatum eſt ad augendum corpus orationis, cum quod uno uerbo poterat dici, pluribus extenditur. facit quoq; ad cõmouendos animos, quo maiori impetu, tanquam fluminis rapiantur. Dilatatio autem ex uerbo fit duobus modis: aut proprijs, aut aſſumptis, ut in hoc loco. Propria enim ſunt, ut coniuges, uita, liberi: Aſſumpta autem, ut erepta urbs ex incendio, flamma, & Orci faucibus Bona, fortunas.) Differentia quædam eſt inter hæc duo uocabula. Nihil enim fruſtra dicitur ab oratore noſtro, etiamſi uideatur ad amplificandam orationem, quædam addidiſſe. Diſcrimen ergo hoc ſtatuemus: Bona enim ſunt genera rerum. Nam bona alia ſunt animi, alia corporis, alia fortunæ. Animi bona ſunt, ut uirtus: fortunæ, ut pecuniæ: corporis, ut agilitas. et hæc omnia dicuntur nomine bonorum. Atqui corporis & fortunæ dicuntur bona, propter animi ſola bona. Animi enim bona cõmunicant ſuum nomen cum corporis & fortunæ: quemadmodum fortitudo nomen ſuum uirtutis communicat cum iuſtitia & cæteris uirtutibus. Hinc ergo colligite diſcrimen: omnes quidem fortunas eſſe bona, ſed nõ omnia bona eſſe fortunas. Domicilij.) Tanquam caput hoc erat imperij, & in hac tanq̃ domo totum mundi imperium habebatur. Liberos.) tanquam ſeminaria reipub.

Deorum immortalium.) Cauſam nunc dicit efficientẽ, antea enim effectum nominarat. Periculis meis.) Tanq̃ Cicero ſit adiuuans cauſa & ſocia quædam. Flamma.) Quia à duodecim partibus urbem decreuerat incendere. Ferro.) Quia bonos trucidare decreuerat. Fati.) id eſt, mortis faucibus, uoragine, quæ omnia uorat & abſumit.

Etſi non.) Altera pars huius exordij, quæ continet conſecrationẽ huius diei. & petit, ut quoniã diem conditæ Vrbis celebrarent Romani, dignũ eſſe arbitremur, ut etiã iſte conſecretur, in quo cõſeruati ſunt. Salutis certa lætitia.) Locis ex comparatione probat, diem illum cõſeruationis eſſe præſtantiorẽ & digniorem, quàm in quo condita ſit Vrbs. Et primus locus eſt à naſcendi cõditione, qui eò refertur, cum ſtabilia incertis anteponuntur. Quod ſine ſenſu naſcimur.) A ſpecie, quæ cõparationis eſſe dicitur. Dies uerò ſalutis iucundior quàm dies natiuitatis. Genere autem ſublato, tollitur ſpecies. ut, cum nullus ſenſus adeſt, nulla etiam uoluptas adeſſe poteſt. Eſtq; referendum in locos cõmunes, de die natiuitatis & ſalutis hominum. Incerta cõditio.) Thraces, maximè Tharuſini, cum quis naſceretur, celebrabant diem magno luctu, quia incerta conditio naſcendi: ſi uerò quis moreretur, celebrabant diẽ magna lætitia, quòd omnibus malis perfuncti, mortui uiderentur. Ad Deum referre.) Barbari Canonizare. Delubra.) ſunt ampliora tecta, in quibus multi continentur ſacelli. & templum eſt ſpeciale. Ignes.) Expolitio eſt. Quæ quoniam.) Concluſio, qua tranſit ad narrationem. Breuiter.) Attentionis locus. Principio.) Exordiũ hactenus productum eſt, iam ſequitur expoſitio, quæ in illo negocio facta fuerant, tum extra ſenatũ, tum intra ſenatum. Sed cum narrationis uirtutes ſint probabiles, ut breuis ſit, ſuauis, dilucida, hac in parte hæc tractat, ut nihil in ea deſiderari poſſit. Principio.) Narratio hæc eſt, quæ tamen uidetur habere ſuos locos beneuolentiæ & attentionis. Principio.) Ab aduerſariorũ & ſua perſona. Huiuſce nefarij.) Addit hæc propter excitandam motũ, & ſuũ beneficium efferendũ, qui ex tanto periculo eripuerit. Abſconditis inſidijs.) Morbus patens nõ eſt tam periculoſus ac incõditus: ita cum hæ inſidiæ ſint abſconditæ, magis periculoſæ ſunt. Eijciebam.) Hæc ſunt aſſumpta, & collatione utitur: admiſitq; minorẽ iniuriam, ut maiorẽ euitet.

Vt uidi.) Hæc ſunt neceſſaria in oratione. Itaq; ut cõperi legatos.) Cœpit heri orator ſuam narrationẽ, in qua pergit: & id quod nunc dicit, oſtendit ſua uigilantia & diligentia eſſe effectum. Comperi.) ſcilicet per Sangam, ut Salluſtius. Legatos Allobrogum.) Allobroges populi ſunt Galliæ. Sunt enim in Celtas, in Belgas, in Aquitanos Galli diuiſi. Celtæ ſunt ultra Rhodanũ, Sabaudi nunc magna pars dicti. Nam citra Rhodanum ſunt Heluetij. Rhenus ab una parte ambit, ab altera alpes, ab altera Araris. Allobroges autẽ ſemper fuere fortes uiri, & liberi. hi fuere ſocij Romanorũ, qui appellabantur à coniuratis, ut cum eis coniurarent. id intellexit Cicero à Sanga, qui fuit amicus Allobrogũ. Et tumultus.) Tumultus à bello differre, Philippica octaua oſtenditur. Dicebant ſocij Antonij eſſe tumultũ, mitius uerbũ q̃ bellũ: ſed Cicero repugnabat, & docebat eſſe plus q̃ bellum. ut ſi quis dicat hominem, dicit etiã animal: ita qui dicit tumultũ, dicit quoq; bellũ, ut ſub genere ſpecies continetur. Tranſalpini.) Allobrogici. Cum literis.) mandatis, quæ ore proferrent. nam pauca erant in literis, ſed multa in mente. literæ autẽ erant fidei et credentiæ. ut hodie dicitur, Mitto illum ad te, ut fidas illi quæ dicet tibi. Atq;.) Narrat Cicero quid poſtea fecerit, et quomodo comperta ſit cõiuratio, ne poſſent negare coniurati. L. Flaccũ.) Hic eſt ille Valerius Flaccus, pro quo Cicero orationẽ habuit. Qui omnia de.) præclarè & egregiè de aliquo ſentire, & fauere alicui. Pontem Muluium.) Vt in Salluſtij antiquis libris, Moluius (non enim Miluius dicendũ eſt) ſedecim ſtadijs ab urbe Roma diſtat, in uia Flaminia ſupra Tyberim eſt. Et pons intereſſet.) inter utroſq; interiectus eſſet. Eodem.) ad eundẽ locũ. Iſti.) Prætores. Interim.) dum illi expectant. Tertia ferè uigilia exacta.) τρίτῃ φυλακῇ Græcis dicitur. Erat enim nox diuiſa in quatuor uigilias. unaquæq; autẽ uigilia tres horas cõtinebat. Educũtur & ab illis gladij.) ex uagina eripiũtur. ut Vergilius periphraſticôs dixit: Vaginaq; eripit enſem. Prætoribus nota ſolis.) Salluſtius dicit hoc notum fuiſſe legatis. Cicero hic dicit, ſolis prætoribus. conciliandum igitur. Noluit Cicero apertè hoc populo dicere,

ne legati fuiſſe uiderētur proditores: nam nō omnia neceſſe erat dicere populo. Ignorabatur à.) Poteſt intelligi, qui erant cum prætoribus. Literæ quæcunq;.) Perſequitur inſtitutā narrationē, ut ex literis certius comperiretur cōiuratio, ideo uoluit eſſe integras. Sunt enim literæ τεκμήρια, id eſt, certa ſigna, & ſceleris argumenta. Integris ſignis.) non labefactatis, nō reſolutis, non apertis. Si enim eſſent apertæ, nō tantū ualuiſſent. Ipſi comprehenſi.) nimirum omnes legati Allobrogū, cum toto comitatu. Diluceſceret.) Id eſt, peracta iam ferè quarta uigilia. nā cum tantū pons Miluius abeſſet à Roma, opus fuit una aut altera hora. Barbari dicunt dies eſt, quod Cicero lucet dicit: cum uerò dicūt, ferè dies eſt, Cicero diluceſcere dicit. Deducuntur.) ad Ciceronē conſulem. hæc politica. Cic. uerò ſtatim cogitauit, En iſti coniurati, qui ſunt in urbe, hoc reſcire uix potuerunt. Itaq; ſtatim eos aduocari & accerſi præſtat, & ita capientur prius ꝗ ſciant legatos eſſe captos. Si enim ſciuiſſent, aut fugiſſent, aut tumultū excitaſſent. Machinatorē.) Gabiniū, nō Catilinā huius ſceleris machinatorē. hi enim quatuor erant capita huius cōiurationis. Nihil dum.) Venit hic, quia uolebat cōiurationē diſſimulare. Machinatorem.) In Piſonem coniungit machinatorem & architectum. ſunt enim magiſtri ædificiorum. ſunt ergo translata uerba à corpore ad animum. aliquando quoq; talem hominem artificem uocat. Accerſitur.) Suprà uocatur. Cum autē dicit, accerſitur Statilius et tardiſſimè Lentulus: illud accerſitur non ſimpliciter uocare ſignificat, ſed adducere, & facere ut ueniat, ſiue inuitus ſiue uolens uocatus fuit Lentulus: quamuis nō tardè uocatus ſit. Hic Lentulus erat prætor, quare conſul ipſum manu tenens in Senatum perducit. Credo.) Hæc ſunt aſſumpta, reliqua ſunt neceſſaria. Hic Lentulus fuit ualde pinguis, ut hiſtorici ſcribunt. cum noctu ſcripſiſſet, oportuit eum etiam in multam lucem dormire. non erat conſuetus noctu ſcribere, ex hoc colligitur eum fuiſſe ignauum. Salluſtius nō ita diligenter diſtinguit, quis fuerit primus, & quis poſtremus. Cum uerò.) Habent præclari uiri rationem bonam, cur aperiendæ ſint literæ. ſed Cicero habet meliorem, ut prudens conſul, cur nō ſint reſignandæ. Tumultus iniectus.) Iniicere tumultum, propriè non dicitur, ſed intelligitur de eo qui metu fit. Vtitur autē Cicero loco iuris & æqui, et argumento ex pari: hi loco ex cōmodo utuntur. dicit opus eſſe, ut publicum negocium referatur ad ſenatum publicum. Etenim.) Occupatio. Negaui me.) Malo, inquit, in his periculis notā nimiæ diligentiæ, quàm negligentiæ ſubire. Vt uidiſtis.) Nam habitus erat ſenatus ante hanc orationē. Coēgi.) conuocaui, congregaui. Celeriter.) ne dicerent me in illa mora aliquid machinatū eſſe. Atq;.) Prudens cōſul, qui nihil omittit, eodem tēpore multa agit. hæc ſunt exempla uigilantiſſimi conſulis. Admonitu Allobrogū.) Videmus hic Allobrogū legatos omnia ſciuiſſe, & cōſcios fuiſſe, quia ipſi uiderant arma in domo Cethegi, quæ erant quoq; ſigna cōiurationis. E quibus ille.) Duo cōmoda ſequebantur inde, tum quia erant notæ cōiurationis, tum quòd ablatis armis nō poterant pugnare. Si quid telorū.) armorū. Nam telorum pro quibuſcunq; armis uſi ſunt Romani. Efferret.) Extra domum ferret, exportaret. Sicarum.) quas prius tela uocauit. Introduxi.) Salluſt. hoc paulò aliter dicit. dicit Ciceronē ſua manu Lentulū duxiſſe ſua domo, quod prætor erat, ne uideretur captus. Sine Gallis.) Salluſtius dicit cū legatis introduxiſſe. quod Salluſtius dixit, cum Gallis, id eſt, legatis: prius cum Gallis, deinde ſine Gallis. Primò negauit & diſſimulauit, ſecundò fide publica iuſſus dixit omnia. quare de primo tempore, quo introductus eſt, nihil dixit. Iuſſu ſenatus.) Hæc ad politica pertinent. Cicero conſul ſine iuſſu ſenatus fidem publicā nō dedit, ut etiā pro Rabirio dicit, poteſtatē nō habuiſſe cōſulem, ſine ſenatuſconſulto fidem dandi. Fides autē publica eſt impunitas, & ut uulgus uocat ſaluus conductus. Tum ille dixit.) Pergit orator narrare quæ cum coniuratis in ſenatu acta ſint. Cum uix ſe ex magno.) Nimirū erat maximus timor in illo homine, qui in cōiuratione captus et deprehenſus erat: ſed ſolent ſenatores indicibus cōdonare, quāuis ſint ingentia ſcelera. Mandata.) quæ ore eſſent proferenda ad Catilinam. Vt ſeruorum præſidio.) Hoc ex Salluſtio d.ſcimus, qui ſeruorū præſidia, id eſt ſeruitia, infimos appellat. quoniam ut Cicero de Offic. lib. 1. ait, infima eſt conditio ſeruorū. Id autē.) Addit cauſam hoc in loco. aſſumpta hæc uocantur in narratione, cum rationem reddit. Deſcription.) id eſt, partitum & diuiſum. nam deſcriptio eſt partitio & diuiſio, & diſtributio. Cædemq; infinitam.) Grauioribus uerbis utitur ꝗ Salluſtius oratorio more: id eſt cum innumerabiles homines occidiſſet. Preſtò eſſet.) id eſt, paratus. Fugientes exciperet.) caperet & trucidaret, captos occideret. Vrbanis.) qui à Catilina in urbe relicti erant. Galli.) ſcilicet Allobroges. Præſcriptum.) præceptū & mandatū. Vt equitatum.) Gallia equitatu, Germania uerò pedeſtribus ualet copijs. Confirmaſſe.) iureiurando affirmaſſe & iuraſſe. Ex fatis Sibyllinis.) Approbatio ſumpta ex teſtimonijs diuinis, id eſt, ex uaticinijs & Sibyllinis fatis. nam uaticinia cōprehendunt fata & interitus fatales. Vaticinia & carmina fata idem ſunt. Aruſpicum.) ab ara inſpicienda, hoc eſt, ab hoſtia quæ in ara collocatur. Cinnam.) Cinna. L. Cornelius Cinna, et Cornelius Sylla, tertius erat Lentulus. Hoc eſt, quod in prouerbio eſt in carminibus Sybillinis: Tria κ. κ. κ. peſſima, hoc eſt, Cappadoces, Cilices, & Cretes, hoc erat apud Græcos: apud Romanos tres Cornelij, Cinna, Sylla, et Lentulus. Virginū.) ſcilicet Veſtaliū. Incenſionē.) Salluſtius incenſo Capitolio, per participiū: Cicero per nomen uerbale. Incendiū & incenſio idem ſunt. Cum cæteris.) cōiuratis. Nimiū id longū.) Salluſtius, nimis prolatando, id eſt, differendo. Saturnalib.) id eſt, die Saturnaliū, qui erat xiiij Februarij. Vide Macrobiū. Ac ne longū.) Poterat orator & alia narrare, quæ interciderunt, & facta erant, anteꝗ literæ aperirentur: ſed ut breuis ſit, reſecat ea quæ ſuperuacanea eſſe uidebantur. Nam breuitas quoque uirtus eſt narrationis: quod autē ad cauſam ipſam pertinet, narrat. Et eſt obſeruanda formula dicendi, ne longum ſit. eſt enim forma dicēdi, qua oſtendimus ſermonē nos abrumpere, & abſcindere. Dicunt ergo ſcriptores, ac ne longum ſit, ut breuiter dicā, ut breuis ſim, ut paucis abſoluā. Proferri.) Reliquit Cicero his qui acceperāt literas: noluit eas aperire neq; cōtrectare, ne in ſuſpicionē aduerſarijs ueniret. fuerūt in ſcrinio à prætore conſeruatæ. Tabellas.) literas. unde tabellarij. nam ueteres in tabellis ſcribebant. Proferri.) Salluſtius, efferri. A quoquā.) id eſt, à ſingulis. Oſtendimus.) Quærat quis, qui ſciuerūt Cethegi eſſe literas? indices id dixerāt, deinde ex ſignis cognoſcebant. Signū cognouit.) Cognouit ſuū ſignū: ſed ſtultū fuiſſet, cōfiteri ſuum ſignū eſſe: ſed confeſſus eſt, agnouit, affirmauit.

nam poſſent etiã falſa ſigna fieri. quare hic interrogatus, confeſſus eſt ſuũ eſſe ſignũ, atq; ita ſuo teſtimonio cõuictus eſt. Nos linũ incidimus.) Primo igitur ubi de ſigno confeſſus eſt, hoc primo dicit, Nos linũ, &c. ordine narrat, ne populus putet eſſe fraudem. uidemus hodie quoq; literas lino, id eſt filo aut funiculo uinciri, quo ſint tutiores. quẽ morem uidemus antiquũ eſſe. Et eſt materia pro forma poſita, per metonymiam, linũ pro filo. Legimus.) præſente ſcilicet ſenatu & Cethego. Seſe.) Cicero hic tantũ argumentũ literarũ narrat. & haud dubiè literæ erant breues: nam dederat mandata legatis, & tantũ literas fidei. Præcepiſſent.) expoſuiſſent. non enim in ardua illa & graui ſignificatione accipitur, ſed molliori, præcipere pro recitare, narrare, exponere. Paulò antè.) Antè fuit interrogatus Cethegus, ut apparet. cum miſiſſet in domum Cethegi, quæſiuit ex eo, ad quid haberet tot arma. Reſpondet: Delector armis, ſum miles, quis me uult reprehendere? ſum ciuis & liber. Cum uerò audiuit literas coram ſe legi, conticuit, & debilitatus eſt: quod argumentũ ſceleris. Ferramentorũ.) pro eo quod eſt armorũ. nam ferramenta, pro quibuſcunq; armis, per metonymiam. materia pro forma. Quæ apud ipſum.) ſcilicet ficæ, per Syllepſin. Introductus.) Hæc Salluſtius nõ narrat, ſed paucis dicit lectis literis. Cognouit.) Obſeruandũ hoc, Salluſt. ferè ſemper dicit, agnouit, Cicero cognouit, quod nos dicimus recognouit. Manũ & ſignũ ſuũ.) Nõ erat manus, ſed literæ quas fecit manus per metonymiam ſeu hypallagen, ut Rhetores uocant. In eandem.) qua Cethegus, conticuit ſcilicet. Quæſiui.) rogaui. Annuit.) non eſt locutus. annuimus capite, oculis: micamus digitis. Eſt uerò.) Hæc Cicero ſubiecit, & ex iſta imagine ualde Lentulum reprehendit. Aui.) Auus illius fuit, qui occîdit Gracchum in ſeditione Gracchana. Muta reuocare.) ſic Salluſt. in proœmio belli Iugurthini, Imagines maiorũ noſtrorũ habere quandã uim accendendi in animis noſtris, eandem uirtutẽ. Et eſt cõmoda obiurgatio, quæ oſtendit Lentulũ degenerare à ſuis maiorib. Leguntur eadẽ ratione.) qua lectæ erant literæ Cethegi. Si quid de his rebus.) ſi uellet reſpõdere aliquid. Pòſt autẽ aliquanto.) Inuerſio, aliquanto autã pòſt. Edito.) prolato. Surrexit.) ſedebat enim tanquã Senator. Quæſiuit à Gallis.) nam putabat eos non prodituros ſe. Conſtanterq;.) ea ſcilicet quæ ſemper dixerant, tu nobis dediſti, & ita atq; ita nobiſcũ egiſti. Per quem.) per Gabinium. Ab eo.) Lentulo. Secũ.) id eſt, cum eis, Vulturcio ſcilicet & legatis. Demens.) tanq̃ attonitus cõticuit. magna eſt conſcientiæ uis, tam ad accuſandũ quàm ad excuſandum, ut ad Romanos de ui conſcientiæ. Item pro Sexto Roſcio Amer. & in Piſonẽ. Inficiari.) negare. nõ dicit de literis, ſed de fatis Sibyllinis. Ingeniũ illud.) acutũ ſcilicet & præclarũ, & in dicendo potens. Deficit.) deſtituit. Deficere me & mihi dicitur. Impudentia ab audacia differt. impudentia ad uerba, audacia ad facta refertur. Vulturcius uerò.) Vulturcij audax indicium explicatur, qui ſua ſpõte, nõ coactus, iubet tanquã Conſul literas proferri, cum eſſet ei impunitas promiſſa. Cognouit.) comprobauit. Sine nomine.) Sic colligo omnes literas fuiſſe ſine nomine, ut fieri in magnis periculis ſolet. ipſi legati in pectore habebant mandata. Qui ſim.) Ex hoc patet nomen nõ adſcriptũ fuiſſe. Sed ita.) Salluſtius, Quarũ exemplum infrà ſcriptum eſt. Et cogita.) Salluſtius: Et cogita quãta in calamitate ſis. Vide.) Salluſt. memineris. Quid iam tibi ſit neceſſe) ſcilicet te uirum eſſe, ut Salluſtius ait. Auxilia.) Numerò hæc tantũ differunt. Nam Salluſtius dixit, auxiliũ petas. ex quo patet, q̃ uerus hic ſit Cicero, qui nihil affinxit. Ac mihi.) Concluſio huius narrationis, quæ ſcelus cõtinent, collegit in unum locũ: deinde amplificat. Cõtinentur autẽ argumẽtis iſtis loci cõiecturæ. Argumentũ autẽ eſt, quo arguit res certioribus ſignis, & finita ſuſpicione, deinde etiã cõſecutione. Ac mihi.) Cicero hoc epilogo colligit ſceleris argumenta, eaq; nõ dubia: ideo certiſſima appellat. Argumentũ autẽ eſt cõiecturæ pars. quibus igitur hic utitur, ſunt partim argumenta, partim cõſecutiones, quæ quoq; partes ſunt ac cõiecturæ. cõſecutio cõprehendit ſigna, quæ teſtimonia facti ſunt, & cõiecturam cõtinent. Argumenta.) Quæ τεκμήρια uocat Ariſtoteles. Tabellæ.) literæ. Signa.) ſigillis impreſſa, ut fieri ſolet. Denuq; uniuſcuiuſq;.) Nam nullũ grauius eſt teſtimoniũ. Color.) mutatus à conſueto. Oculi.) inconſtantes motu quodam, ut nõ reperiant locũ. Sunt enim ſigna animi conſcij. Vultus.) abiectus & dimiſſus. Taciturnitas.) qua maximè crimen conuincitur. hæc igitur ſunt illa certiora ſigna & argumenta. Obſtupuerant.) Hæc etiã pertinẽt ad oculos et ad uultũ. Aſpiciebant.) tanq̃ dicerent, Tenemur, actum eſt. Seipſi.) id quod dixit, uniuſcuiuſq; confeſſio. Indicijs.) Exponit quid poſtea factum ſit à ſenatu. Nam hactenus dixit de ſe, quomodo patefecerit cõiurationem: nunc ſenatus decreta recenſet. Editis.) prolatis & palàm oſtenſis. Conſului.) petij conſiliũ, ab eo conſilium accepi. Dictæ ſunt.) Sunt qui principũ nomine tantũ cõſulares intelligant, hoc eſt, qui fuerũt conſules. quæ ſententia mihi nõ diſplicet. ita ut ſenatus hinc factus ſit bifariã, ut primò ſententiæ ſint rogatæ à principibus, deinde reliqui Senatores in eorũ ſententiã per diſceſſionẽ irent. Sine ulla uarietate.) id eſt, uno cõſenſu. alibi ſine ulla mora dixit. Senatuſconſultũ.) id eſt, ſenatus decretũ. Senatuſconſulta ſunt iuris ciuilis partes, ut Inſtit. lib. 1. legitur, & apud Cic. in Topicis. Exponã.) id eſt, quantũ recordari potero dicã. Propoſitio eſt. Ex memoria exponere. formula eſt notanda, id eſt, memoriter exponere: cõtraria eſt ei quæ dicit, recitare ex ſcripto, & de ſcripto. Verbis ampliſſimis.) Verbis ſingularibus dicit pro Sylla. quæ uerba hæc fuerint, poſtea audiemus. Virtute.) fortitudine. Cõſilio.) ratione quadam, qua homines optimè uident, quid in quaq; re ſit agendũ. Et uix ſeparatur prudentia à conſilio, niſi quòd prudentia exequitur, quod conſiliũ ſtatuit: & cõſilium præcedit, prudentia ſequitur. Deinde.) Secunda pars decreti. Collegæ meo.) C. Antonio, qui collega Ciceronis Coſ. ſecundus: & fuit quoq; unus ex cõiuratis, ſed ſumma prudentia retractus eſt à cõiuratione per Ciceronem. Salluſt. dicit Ciceronẽ C. Antonio permiſiſſe unam prouinciã, ne contra remp. ſentiret. Hinc eſt quod ipſe C. Antonius fuit miſſus cõtra Catilinã, ut ſi uellet nocere, eſſet extra urbem, & uideretur Cicero eum honore ornare, ex quo duo bona uenirent, ut urbs periculo liberaretur. Nam conſul potuiſſet multũ nocere in urbe: ſi uerò nollet pugnare cõtra Catilinã, ut ipſi uis cõiuratio detegeretur: finxit ſe ægrotum eſſe, ne pugnaret eo die, quo debellatus Catilina fuit. Impertitur.) Obſeruãdũ impersonaliter poni, quod rarũ eſt. Atq; ita cenſuerũt.) Alia capita decreti explicat nunc, & primũ de cõiuratis. nam magiſtratus debet bonos laudare & ſeruare, malos uerò punire. Cum ſe prætura abdicaſſet) ut in eum liceret animaduertere. nam magiſtra

tus erat ſacroſanctus, priuandus igitur erat primo honore, ut item Salluſt. teſtatur. Tum in cuſtodiã.) Salluſt. ut in liberis cuſtodijs haberentur: id eſt, nõ in publico carcere, ſed apud aliquem ciuẽ, ut tamen nõ liceat uagari per urbem. Sed idcirco traditi ſunt in publicas cuſtodias, ne motus fieret populi, cum uiderent tantos uiros duci in carcerẽ. Poſtea ſequenti nocte ignorante populo abducti ſunt in cuſtodiam. In L. Caßiũ.) Longinũ. Qui ſibi.) Hoc dicit, ut trahat eum populo in odium, & tamen uidetur aliud agere. Procurationẽ.) preclarã pupillorũ ſcilicet. Depopoſcerat.) tanq̃ rem honeſtam, & expetendam, aut tanq̃ aliquã dignitatẽ. In M. Cepariũ.) Sal. uocat Q. Ceparium Terracinenſem. ſed facilis eſt error in prænominib. Attributã) aßignatã, cũ inter ſe cõiurati remp. diuiderẽt. Ad ſolicitãdos) Salluſt. Qui in Apuliã ad cõcitanda ſeruitia proficiſci parabat. cõcitare & ſolicitare, idẽ. Salluſtius ſeruitia, idẽ ſeruos, Cicero paſtores. ijdẽ ſunt. Nã paſtores ad paſcenda pecora mercede cõductos intelligit. In Q. Manliũ.) fortaſſe Magionẽ, qui interfecit poſtea Sulpitiũ Athenis, ut in epiſtolis familiarib. habetur. nam in familia Manliana, uix inuenitur qui Chilo nominetur. Atq; ea lenitate.) Magna fuit lenitas ſenatus, qui nouẽ hominũ ſupplicio cõtentus, reliquis qui in urbe quieuiſſent, pepercit. Quod mihi primũ.) Perſequitur orator et alia exponere, quæ in eodẽ decreto cõtinentur. Atq; etiã.) Supplicatio ſolebat decerni, cum quis in bello bene geſſerat rem aduerſus hoſtes. & hic erat magnus honor, et ſupplicatio fiebat, ad omnia puluinaria deorũ, ad omnes tẽpla. omnes matronæ, pueri & omnes gratias agebãt dijs, qui per talẽ imperatorẽ (ſic enim nominabant) uictoriã dediſſent. Sed à cõdita Vrbe Roma nunq factũ eſt, ut nõ armato, ſed togato, et in urbe manenti decerneretur ſupplicatio. Merito.) id eſt beneficio. quod notandũ eſt de dijs. Quod mihi primũ togato.) id eſt, nõ armato. nã multis id cõtigerat, ſed non togatis, ſed armatis, & in caſtris & acie pugnantib. Togato enim adduñ eſt differẽtiæ loco. et togatus opponitur armato. et hinc factus eſt hic uerſiculus: Cedant arma togæ, concedat Laurea linguæ. Togatæ aliàs pro Romanis capiuntur. ut de Oratore, Quaſi nũc de numero togatorũ. Verg.

Romanos rerum dominos, gentemq́; togatam. Et his decreta uerbis.) Verba decreti profert, quib. cauſæ ſumma breuitate cõtinentur, cur ſupplicatio ſit ei decreta. pauca ſunt quidẽ uerba, ſed quæ maxima Ciceronis merita cõplectantur. Adiunctione uerò cõcluſa ſunt, ut rotundior eſſet oratio. Quod cæteræ bene geſta.) Ponit aliud diſcrimen inter Ciceronis ſupplicationẽ, & aliorũ. Gerere rem nõ ſolùm de urbanis rebus intelligitur, ſed etiã bene pugnare in bello, & hoſtes debellare ſignificat. Hæc una cõſeruata.) nõ propter aliquã pugnã, ſed propterea, quod effeciſſem, ne eſſet bellũ, et hoſtes urbe ſine armis expuliſſem. Atq; illud.) Significat enim id, quod ante omnia faciendũ erat. dicit ut cõciliet populũ, ne uideretur magiſtratus ignominia affectus: prius q̃ traderetur in cuſtodiã, priuatus erat magiſtratu et dignitate. Lex Porcia dicebat: Ne ciuis Romanus uinciatur, nec magiſtratus uioletur. ſed ciuem dicit nõ amplius fuiſſe, quia ciuis bene de ciuitate meretur, hic aũt male meritus eſt de ciuitate Roma. Tum magiſtratu.) Capite diminutus erat, nõ tamẽ obtrũcatus, ut quidã putãt. Iuriſcõſulti triplicẽ habẽt capitis diminutionẽ, minimã, maiorem, maximã. Maxima, cum quis & ciuitatẽ & libertatẽ amittebat. talis erat Lentulus. Tum etiã ne quis conquerí poſſet, abdicauit ſe magiſtratu: & id ſolenniter fiebat. barbari degradare dicũt, cũ inſignia muneris & officij cuiuſpiam, ueluti purpurã, ſceptrũ, gladiũ, & id genus cogitur aliquis deponere. Vt quæ religio.) id eſt, metus diuini numinis. Hic Cicero C. Marij exemplo factũ ſuũ tuetur, quod tractat per comparationẽ, ex maiore. De quo nihil.) Nihil aliud decretũ erat, niſi uiderent conſules, ne quid detrimenti caperet reſpub. nullius tamen nomen editum fuerat. Nunc quoniã.) Abſoluta narratione, orator impellit animos, ad motũ, uniuerſũ ad odiũ, & ad inuidiã. Hoc autẽ facit ex arte, ut præcipit faciendũ, cùm in alijs libris oratorijs, tum etiã in Partitionibus, ubi dicit: Amplificatio etiãſi propria ſit perorationis, tamẽ habere locũ, cũ aliquid narratũ ſit, aut confirmatũ hoc aũt dicit cõtra ſophiſtas, id eſt minutos Rhetores, qui putabãt ſolũ ad perorationẽ pertinere. Redit autẽ ad propoſitũ. Inſtituit autẽ cõparationẽ inter ſe & cõiuratos: ex eo enim amplificatur beneficiũ Ciceronis in rempub. coniurati uerò in odiũ trahuntur. Hoc prouidebã animo.) Tanq̃ diceret, nihil præter unũ Catilinam pertimeſcendum ſemper exiſtimaui. P. Lentuli ſomnum.) Trahit his uerbis cõiuratos iſtos in cõtemptionẽ, ut ſolũ Catilinã pertimeſcendũ oſtendat. Adipem.) Erat ualde obeſo corpore Caßius iſte. eſt hic metonymia, aut hypallage oratoria. Adipem Caßij, id eſt, Caßiũ obeſum & pigrum. ſunt modificata uerba. Nec C. Cethegi.) Querebatur ſemper Cethegus de ignauia ſociorũ, ut Salluſt. teſtatur: natura ferox, uehemẽs, manu promptus erat, maximũ bonum in celeritate putabat. Ille.) Redit ad Catilinã, & ἐγρηγορικῶς dicit ille, tanq̃ diceret uigilantiſsimus omniũ & callidißimus. Dum mœnib.) Dicit hoc per occupationẽ, quaſi diceret, nũc iam timendus nõ eſt. et tandiu pro quandiu uſurpatur. Omnia norat.) Deſcribit hic Cicero medijs & ἀδιαφόροις quibuſdam Catilinã, quæ ſi in bonũ uirũ cadant, ſunt uirtutes: ſi in improbũ, ſunt uitia. Omnia norat.) nihil eum latebat, quod in urbe fieret, omnia norat quæ noſſe tenereq́; debet uir magnus & princeps. Magno fuit ingenio Catilina, quo tamen abutebatur. Omniũ aditus tenebat.) id eſt, norat opportunitatẽ uniuſcuiuſq; adeundi. Eſt enim magnæ calliditatis, aut etiã prudentiæ munus, ut etiam Vergil. 4. Aeneid. dicit de Anna: Sola uiri molles aditus & tempora norat. Tota hac deſcriptione nihil aliud uoluit, q̃ explicare id quod dixit, Omnia norat. Appellare.) eſt alioquin ſalutare, affari, ut poetæ dicũt. Tentare.) qui eſſet ſingulorũ animus, pro uel contra rempub. Solicitare.) ad ſcelus. Audebat.) audax ipſe erat ad omne facinus patrandũ. Facinus.) mediũ uocabulũ tam bonum q̃ malũ. Id eſt, ſi quid facere uolebat, nõ deerat ei conſilium, & efficiendi modus. Conſilio.) Hæc ſunt præſtantißima in ciuitate principis. Salluſt. nõ auſus fuit Catilinã dicere eloquentẽ, tamen illi aliquid huiuſmodi tribuit. inquit enim, Satis loquentiæ, ſapientiæ parũ. Salluſt. loquentiam ab eloquentia diſtinxit, ut Cicero de Oratore diſertũ ab eloquẽte ſeparauit. Iam ad cæteras res.) Hactenus enumeraunt, quæ ſint in Catilinæ perſona: nunc facultates faciendi, & externa narrat. Deſcriptos.) diſtributos, paratos. Nihil erat quod nõ.) Idem dicitur de Hannibale, quod ſimul officia imperatoris & militis obiret. Vigilaret.) Quod et Cato apud Salluſt. dicit nõ uotis neq; ſupplicijs muliebribus res bene gerũtur, ſed uigilando, agendo, bene cõſulendo. Hæc etiã tribuũtur Hannibali, & omnib. preclaris ducib. Hũc ego hominẽ.) Amplificat beneficiũ, ex peri-

ex periculi magnitudine, & Catilinæ deſcriptione. Tam paratū.) promptum. hæc omnia ad ſuperiora referuntur. Callidū.) non ſapientē, ſed malitioſum. Ex domeſticis.) urbanis. Latrociniū.) In bellum & caſtra. Sed orator delegit uerba quæ eſſent grauiſſima ad amplificandū. Molē.) id eſt, tantā magnitudinē mali. ſed moles plus ponderis habet. ut Verg. cum dicit de equo Troiano, Hāc molem equi. id eſt, hūc tam uaſtum equū. Item, Molemq́; & montes inſuper altos: id eſt, montes ingentes. Et facta eſt agnominatio, compuliſſem, depuliſſem. Nō ille nobis Saturnalia.) Alludit ad diſceptationē Lentuli & Cethegi, de qua paulò antè mentionē fecit. In priuata domo furtū.) à furto priuato comparationē facit, ut de cōiuratione nihil dubitandum eſſe doceat. Manifeſtè.) Manifeſtò & manifeſtè dicimus. Quanq̄ quoad.) Occupatione reſpōdet Cicero nullus capiendus fuiſſet nobis, ſed pugnandū armis, et hoc nimiū malū fuiſſet. Vt leniſſimè dicā.) id eſt, ut parū dicā. Dimicandū.) bello ciuili in urbe ipſa decernendū. Quanquā.) Correctio, qua ne ſibi omnia tribuere uideatur, ad deos immortales omnia refert. Idq́; cū cōiectura.) Duplici ratione probat ita eſſe, primū à rei magnitudine, magna à magnis fiūt, ſed dij immortales ſoli ſunt magni, ergo ab illis ſolū fiunt. Tum uerò.) Alter locus ſumitur à teſtimonijs deorū immortaliū, Vidimus deos, ergo iſta effecerūt. Vbi uiderāt? in effectibus. cū enim uidemus quædā prodigia, ſcimus ibi Deū eſſe. Nā ut illa omittā.) Cœperat orator attribuere dijs immortalib. quicquid geſtū fuerat in cōiuratione patefaciēda. Omittā.) quæ tamē diligenter enumerando narrat. erit illa oratoria occupatio uel præteritio. Faces.) Intelligit cincinnatas ſtellas, quas etiā crinitas appellant, græcè cometas. nam tanq̄ fax accenſa apparet: quæ quidē nihil aliud eſt q̄ aër ibi accenſus, qui aër figuras uarias præ ſe fert, ut ſagittarū, trabiū, faciū, ſerpentū &c. Ardoremq́; cœli.) Explicat quid ſit cometa, ardor cœli, id eſt aëris. Hæc igitur ad teſtimoniorū locū referūtur, & ad diuina referūtur teſtimonia, de quib. in Topicis Cic. Vt fulminum tactus, quos barbari uocāt fulminationes. Cæteraq́;.) ut oſtēdat etiā plura fuiſſe, quæ breuitatis cauſa prætereat, ut retineat auditorē attentū. Vt hæc.) cōiuratio, inſidiæ, pericula. Canere.) id eſt, prædicere. in Philippicis dicit cœleſti uoce perhibere. Quod ſum dicturus.) Hæc ad amplificandū pertinēt. Nā profectò.) Loquitur de prima cōiuratione Catilinæ, de qua Salluſt. nā prodigia tum facta ſunt. Complures in Capitolio.) arx munitiſſima in ſaxo Tarpeio. In illa arce multæ erant turres, pro ueterū more. Nā priuſq̄ bōbardæ inuētæ eſſent, turribus multis utebantur. hodie inutiles ſunt. Depulſa.) deiecta. Statuæ.) ſicut cōſuetudinis erat, uiris præclaris ſtatuas erigere. Et legū æra.) Alij regū, ſed hoc melius. erāt duodecim tabularū leges, quæ erāt in ære ſcriptæ, ut Halicarnaſſeus teſtatur. Sed leges Solonis in ligneis tabulis ſcribebantur, Moſe in lapideis. Liquefacta.) tacta enim erāt fulminis ictu. Barbari dicūt fulminatæ. Romulus.) id eſt, ſtatua Romuli per homonymiā. Quē inauratū.) Energia & ſubiectione quadam pingit illius ornatū. Lactentē.) lac ſugentē. Lactare uerò eſt lac præbere. Inhiantem.) aperto ore captantem. Fuiſſe.) Nā nō erat amplius. Inauratū.) erat enim ex ære factus, ſed inauratus. Inauratus & auratus dicit Cic. Barbari dicūt deauratus. Cic. hāc totā rem cōplexus eſt uerſibus, quos ſcripſit de ſuo cōſulatu, quē librū appellauit Vraniam, ſiue de temporib. ſui cōſulatus. ut eſt de Diuinatione lib. 2. quod autē ibi dicit in ſecūdo conſulatu, cum Cicero tantū ſemel cōſul fuerit, ſic ego diſtinguo, in ſecūdo ſcilicet libro de Cōſulatu ſuo. Quo quidē tempore.) Sic ſolebāt Romani, cum quædā prodigia erant, conſulere Hetruſcos aruſpices. Hæc ars à Tage Hetruſco fuit inuenta. Numine.) ſua poteſtate & maieſtate, uoluntate. Propè.) Rectè dicit. nam fata, id eſt, decreta diuina, nunq̄ mutari poſſunt. Vergilius: Deſine fata deûm flecti ſperare precādo. Iidemq́; iuſſerūt.) quæcunq́; iuſſerant, fecimus. Clàm eſſent.) occulta eſſent. Conſules illi.) Cotta & Torquatus. Superiorib.) Cotta et Torquato, qui ante me fuerūt. Hic quis poteſt eſſe.) enarratis ſignis & teſtimonijs. Cōcludit prouidētia diuina illa omnia effecta fuiſſe. Etenim cum.) Perſequitur orator, quod oſtendit, nimirū omnia à dijs immortalib. gubernari. ſubijcit igitur Epilogo rationē, tanq̄ diceret: Hoc quod dico, poteſtis ex eo cognoſcere, & penè manibus attrectare. Suſcipere et ſentire plus eſt q̄ cogitare. Cogitare ſcelus, animi eſt: ſuſcipere autē, facti atq́; operis. Vt nutu Iouis.) Semper enim in his quæ dicit orator reſpicit propoſitionē, deos nimirū præſentes eſſe. tanq̄ diceret, quis enim potuiſſet hæc ita cōiungere, ut uera eſſe uiderentur, etiāſi maximus eſſet impoſtor? Signū.) id eſt, ſimulacrum, ſtatua. Ergo euētus uaticiniū cōprobauit. hæc ideo dicit, ut indicet omnia fieri uolūtate diuina. Quo etiā maiore.) Heroicos numeros habet hæc oratio in fine, ſpondeos, dactylos, anapæſtos, pæonas quartos. Expoſitis huiuſmodi rebus omnib. his, iam etiā addit, ut nimirū res ipſæ amplificentur, & motus animorū excitentur. Vult enim odium excitare aduerſus cōiuratos, & eſt amplificatio ad motū animorū cōparata. Huiuſmodi autē amplificationes cōſtant, ut in Partitionibus oratorijs ex rebus magnis. ſed duplici ratione magna eſſe dicūtur, natura & uſu. natura, ut cœleſtia, diuina. Vſu uerò, quæ uidentur hominibus prodeſſe aut obeſſe, quorū ſunt tria genera. mouētur enim homines aut charitate, ut patriæ, ut parentū: aut amore, ut cōiugum, ut fratrū & liberorū: aut honeſtate, id eſt, uirtute. Cicero igitur cum uellet animos Quiritiū permouere magnitudine rei, accepit illa duo genera magnitudinis, ut natura & uſu. nam quæ ualde nocent reipub. ſunt magna, ut hos, Qui nō ſolū ueſtris domicilijs, &c. Ferendus.) Summæ impietatis eſt & ſacrilegij, honorē qui Deo debetur in ſe transferre: et quæ ſolius diuinæ ſunt poteſtatis, ſibi aſcribere. Quid ergo de his dicemus, qui ſuo arbitrio putant ſe cœlum poſſe conſcendere. Ille ille.) Quā uerbis amplificat Dei bonitatē, eſt geminatio, quæ facit ad amplificationem. ſignificat Ciceronē optimè de Dei maieſtate ſenſiſſe, et hic ex uerbo dilatatur oratio. Verbum eſt, Iuppiter omnis ſalua eſſe uoluit. diſtribuitur hoc in plura et dilatatur. Dijs ego.) Non poteſt orator laudibus deorū ſatiari, & quod nūc dictū eſt, tanq̄ per occupationē eſt dictum. Dicat enim quis, ergo tu Cicero nihil egiſti: reſpōdet ego egi: ſed dij ſunt, qui mihi hanc mentē facultatemq́; dederunt. Sic Vergil. Ponuntq́; ferocia Pœni corda uolente Deo. Iam uerò.) Hæc quæ nūc dicit orator, referūtur ad alterā partē propoſitionis, de magnitudine rerū, quæ humana prudentia non potuiſſent gubernari. Tanta res tam dementer.) Tanta coniuratio, bellum tam occultū, tam periculoſum. Credita.) cōmiſſa. Vt credo tibi pecuniam, cōmitto tibi negociū. Barbaris.) tanquā diceret, quibus nō eſt fides. Itaq́; hic eſt locus cōmunis, Deū cum dicerent aliquē euertere, ei primū mentē & conſilia auferre. Huiuſmodi diuinæ iræ

ultionem uates in diuinis literis ſæpe minãtur. Audaciæ.) Hypallage, pro audacib. Quod uerò ut.) Addit etiã aliud diuinæ prouidentiæ et beneuolentiæ erga Romanos ſignũ. Homines Galli.) id eſt, alieni & externi. Ex ciuitate.) Innuit Cicero, eos habuiſſe ciuitatẽ quæ Allobrogũ nominaretur. Malè pacata.) id eſt, inquieta, quæ non libenter iugum imperij noſtri ferret, ad defectionẽ propenſa. Id nõne diuinitus.) Tanquã diceret, nemo negare poteſt. Præſertim.) Amplificat hoc à facilitate. Quamobrem Quirites.) Quemadmodũ dicere cœperamus, incipit hic huiuſce orationis peroratio. Diximus enim initiò, quatuor partes eſſe, exordiũ, expoſitionẽ, confirmationẽ, & perorationem, quæ hic ſequitur: et hæc cum exordio ferè copulatur, quod eſt artis, ut in Partitionibus oratorijs. Dixerat ſuprà Etſi, &c. eadẽ hic repetit, ſed maiore copia. Eſt igitur hic peroratio, quæ ex arte duabus partibus cõſtat, enumeratione & amplificatione: ſed omiſſa enumeratione, amplificatione ad animos permouẽdos utitur. Eſt igitur ſtatus in hac oratiõe, An ſit hic dies celebrãdus. ſtatus iuridicialis. Qui aliter docẽt, errãt. Eſtq; hic propoſitio perorationis, quæ & totius orationis propoſitio fuit. Quod autẽ, quomodo coniuratio patefacta eſſet, expoſuit: id factũ eſt, ut ſua & deorum immortaliũ merita illuſtrarentur & augerentur. Puluinaria.) Synecdochicôs, pro tẽplis in quibus puluinaria erãt. Cum cõiugib.) Quoniã hæc clara, & ut heri diximus, uſu magna, ergo multũ mouẽt. Sed profectò.) Cõparatione probat, & amplificat. Iuſti.) pro beneficijs à dijs immortalib. acceptis. Iuſtiores.) Miretur quis cur nõ repetat & alterũ uerbũ debiti, debitior cõparatiuum, quia nõ eſt in uſu. quod ſi dixiſſet, Magis debiti, non fuiſſet eleganter dictũ. Et erepti.) Hactenus ſimpliciter. ſed hic eſt beneficij amplificatio. Sine cæde.) Quamuis enim ſæpe multi uincãt, tamen nõ ſine magno damno, & ſine magna cæde fit. Sine ſanguine.) id eſt uulnere. cõſequẽs pro antecedente. Non eſt idem ſine cæde, & ſine ſanguine. nam poſſunt ſine cæde uincere aliquãdo, nõ tamen ſine ſanguine. Et hic ſunt gradus quatuor, quorũ alter altero eſt maior & præſtãtior. Me uerò togato.) Quartus gradus amplificationis. qui enim uincũt, habent imperatorẽ armatũ in equo pugnantẽ. Cicero autẽ nõ fuit armatus, ſed togatus. ſemper enim toga armis opponitur. & in eo eſt quintus gradus amplificationis. Etenim recordamini.) Tanquã diceret: Nõne recordamini? Diſſenſiones.) dimicationes. Quas audiſtis.) quæ ueſtra memoria nõ fuerunt. Is, ea, id, ad remotiora refert: hic, hæc, hoc, ad uiciniora. L. Sylla.) Fuit enim magna inter hos cõtentio. nam cum eſſet Syllæ decretũ à ſenatu bellũ Mithridaticũ, Marius ad Sulpitium prætorẽ uenit, orauitq; ut efficeret, ut ei cõtra ſenatus uoluntatẽ à populo hoc bellũ decerneretur. Cuſtodem huius urbis.) Quia fuit Arpinas, ut & Cicero, ſemper eũ quoq; laudauit: et deinde propter bellũ Cimbricũ, quod ipſe confecit. Cn. Octauius Cos.) Collega huius fuit Cornelius Cinna. Nam Octauius fuit ex parte Syllæ. Expulit autem Cinnam propter leges quaſdã pernicioſas reip. quas Octauius noluit ferri. Poſtea.) nimirũ cum C. Marius & Cinna redirent ad urbẽ cum exercitibus cum quibus erat Sertorius, & Cn. Carbo. Clariſſimis.) multis, & præcipuè Q. Catulo, Merula, Craſſo, Scæuola iuriſcõſ. & alijs principibus ciuitatis. Lumina.) Translatio præclara à cœli ſideribus. ſic appellãtur propter amorẽ patriæ, iuriſprudentiam, & fortitudinẽ. Huius uictoriæ.) Marianæ ſcilicet. Q. Catulo.) is qui fuit interfectus. reliquit quoq; filium Q. Catulũ. hic diſſentiebat cũ Lepido. & hic non eſt Lepidus, de quo in Philippicis. Fuit autẽ diſſenſio de funere, & actis Syllæ. Nam Q. Catulus uolebat, ut honorificè ſepeliretur. uoluit etiã ut acta illius celebrarentur. Non tam ipſius.) ſcilicet Syllæ. Atq; illæ diſſenſiones.) Proximè noſter orator attulit aliquot bellorũ ciuiliũ exempla, quæ iam ad ſcopũ incipit dirigere, & alterã cõparationis partẽ proferre. Sumuntur autẽ hi loci à rebus differẽtibus & cõtrarijs, de quibus in Part. orat. dicit, qui loci etiã in hac perorationis parte cernũtur. Delere & cõmutare nõ ſunt contraria, ſed differentia tantum. Sed delere & ſtare ſunt cõtraria. eſt etiã quædã cõiunctio in his. Nam qui in aliquo cõmutat, priorẽ formã aliquo modo delet, ut cum cera ſigillo imprimitur. In Officijs duo genera bellorũ facit: primũ, cum de uita, de capite, de ſalute: ſecundũ, cum de honore, dignitate decertandũ eſt. In hac cõiuratione nõ utri imperarent, ſed utri uiuerent, contendebatur. Neq; hanc urbem.) Noluerũt illi hanc urbem incendere, ut Catilina: ſed in ea quæ erat excellere. & obſeruãda hic eſt copia & expolitio. nam eandem rem uariè uerſat ac tractat. Delere et cõflagrare, uidentur eadẽ eſſe. & in tertio loco uſus eſt translato, florere: quod prius dixit, principes eſſe. Atq; illæ tamẽ omnes.) Epanalepſis, reuocatio eiuſdẽ uerbi. Internecione.) eſt ubi ab utraq; parte multi occidũtur, ut pauci ſuperſint, extrema clade. unde in Philip. internecinum bellũ. Dijudicatæ.) definitæ, nece ſcilicet. In hoc alit uno.) Altera pars cõparationis. Dicit hoc uno, quaſi alterũ bellũ tale nullũ fuerit. Sæpe uſus eſt belli uoce, ſed uariatione, caſus traductione. Sua gente.) fortaſſe cum cæteris. A Lentulo.) Nam hi quatuor duces fuerũt. Ita.) Hactenus fuit pendula periodus. amplificat beneficiũ ſuũ. Infinitæ cædi.) ſed infinita cædes nullũ habet finẽ. Significat nullũ ſuperfuturũ. Superfuturũ.) Alij ſuperuicturũ, ſed falſo. Obire.) circumire. Et urbem.) Paria paribus relata. amplificatio à magnitudine periculi. Quibus.) pro tantis. Moderatio animi Ciceronis ex hoc loco oſtenditur, qui ſolo hoc ipſarũ teſtimonio cõtentus eſt, cum alij pro minoribus beneficijs acceperint maiora præmia. Præmiũ uirtutis.) Sunt dignitates, honores, magiſtratus. Nullũ inſigne.) nullũ triumphũ, qui fiebat aliquo ducto in curru in Capitoliũ. Monumentũ.) ſeu monumentũ à monendo. Significat ſtatuã in baſi poſitã. Ornamenta.) Refertur ad inſigne honoris. Nõ ſunt paria paribus, ſed tria tribus relata. Mutũ.) ſtatua. Tacitũ.) triumphus. Memoria ueſtra.) in ueſtra memoria eſſe malo. Eandemq;.) nimirum ueſtra memoria propagatã, & monumentis, id eſt, hiſtorijs, ſiue decretis ueſtris. Duos ciues.) ſe & Pompeiũ intelligit. Nam Pompeius ferè eodẽ tempore piratas et Mithridatẽ potentiſſimũ regem bello ſuperarat. Alter.) id eſt ego. Sed quoniã.) Amplificatio beneficij comparatione ſui & Pompeij. Quod mihi uiuendũ.) Rationem reddit. Quos uici.) id eſt, meis ciuibus, ideo in maiore inuidia uerſor: ille uel occiſos uel ſubactos hoſtes reliquit, nec cum illis uiuere cogitur. Mihi mea ne quando.) Contentio. ſunt enim cõtraria, proſint, obſint. Mentes enim.) Cõmendat ſeipſum ciuibus ſuis. & ſunt hic eadem contraria. Eſt autẽ hic expolita contentio. Magnũ enim.) Correctio, ne uideatur diffidere ſuæ cauſæ, aut auxilio Quiritum. Magna uis.) Locus cõmunis de cõſcientia, qua nulla maior uis, nullum uerius iudicium, ſiue nocentes, ſiue

innocentes

innocẽtes ſimus. Eſt enim in nobis.) Significat, ſi me Quirites defenderitis, erunt & alij qui uos defendent: ſi uerò me non defenderitis, alij etiã nec uos defendent. & eſt magnũ argumentũ, & locus qui ad politica refertur, de referenda gratia & honorũ defenſione. Quicq̃ uideam altius.) Conſulatus enim extrema laborũ & honoris meta erat. Ergo cum uitæ fructũ perceperat Cicero, quem cupiuiſſet. Ergo reliqua uita nullũ Ciceroni fructũ afferre poterat, ſed reipub. tantũ. Priuatus.) ita me geram priuatus, ut omnes cogãtur dicere, me omnia rectè adminiſtraſſe. Lædat.) Sunt cõtraria lædere & ualere. Tractabo.) quod dixit, me geram. Quæ geſſerim.) quod cõſeruarim rempub. Ita uiuam ut poſterior pars uitæ priori reſpondeat. Ea uirtute.) id eſt, nõ caſu & fortuitò me, quæ geſſi, geſsiſſe appareat, conſilio atque uirtutis habitu. Vos Quirites.) Concludit & adhortatur Quirites, ut Deum opt. max. uenerentur, ac precẽtur, & nihilominus ipſi ſint uigilantes, ne inter oſcitantes opprimãtur. Id ne uobis.) Clauſula qua ſuã operã et uigilantiã quoq; eis pollicetur, quæ mirificè conciliat Ciceronem Quiritibus.

IOACHIMI CAMERARII IN Catilinariam III. annot.

IN honore debebit is, qui eandem hanc Vrbem conditã, &c.) Hanc nequaq̃ poſſum lectionẽ reijcere: neq; certè poſtponenda Venetorũ & aliorũ librorũ ſcriptura uidetur, quæ ſic ſe habet: In honore debet dies is, qui eandem hanc, &c. Sed quæ ſequuntur noſtra, uos qui ignoratis ex actis ſcire poſsitis: etſi uitioſa eſſe nõ apparet, tamen his Veneta præfero: Vos qui ignoratis & expectatis, ſcire poſs. Tardiſs. autẽ Lentulus uenit.) Hoc, uenit, inculcatũ uidetur, neq; reperitur uel in Venetis, uel pleriſq; alijs libris.

IN INVECTIVAM M. T. CICERONIS QVARTAM in L. Catilinam, in Senatu, Franciſci Syluij Ambiani Cõmentarius.

ARGVMENTVM.

POſtridie quàm deprehenſi coniurati, indicati, confeſsi, & in cuſtodias liberas traditi ſunt, Legatis Allobrogum T.q; Vulturcio ex ſenatus decreto præmia data ſunt ampliſsima. Huius diei poſtridie, cum ſentiret Cicero operarũ manus comparari ad eripiendos ui è cuſtodijs coniuratos, habuit ſenatum in curia, ut de coniuratorũ pœna ſenatus decerneret. D. Syllanus Cos. deſignatus, primus ſententiã rogatus, eos ultimo ſupplicio afficiẽdos cenſuit. Eius ſententiam multi ſecuti ſunt. Poſtea C. Cæſar cenſuit eos publicatis bonis per municipia diſpertiendos, inq; publicas cuſtodias tradendos, denunciatis pœnis ijs qui eximerent, uel qui ut reuocarentur ad ſenatũ referrent. Hanc Cæſaris ſententiã multi ſequebantur, pluresq; ſecuturi uidebantur, propterea quòd minorẽ Ciceroni inuidiã coniuratorũ pœna ex hac ſententia decreta, conflatura eſſe uidebatur. Cicero, ne in hanc ſententiã reliqui omnes concederent, utq; ſua uox officio functa conſulari uideretur, hãc orationem in ſenatu habuit. Hortatur Senatores, ut cogitent magis de ſuo, de cõiugum & liberorũ periculo, quàm ipſius Ciceronis. Cæſaris ſententiam uerè popularem eſſe dicit: eam laudat, eam ſibi minus periculoſam fatetur. Sed hortatur Senatores, ut Syllam potius quàm Cæſaris ſententiam ſequantur. Nec uerendum ijs eſſe oſtendit, ut uideantur crudeles, ſi deprehenſos coniuratos ultimo afficiãt ſupplicio: ſed potius uerendum, ne ſi in cõiuratos lenes & clementes ſint, in patriam crudeles eſſe uideantur. Sibi eſſe ſatis præſidij ad ea tranſigenda quæ ſtatuerint dicit, quòd omnes omniũ ordinum homines ad imperiũ retinendum ſtudioſe conſentiant. Hortatur ut prouideant, ut eam dicant ſententiam, ne ſimilis unquam fieri poſsit coniuratio. Tantam multitudinẽ inimicorũ ſibi uidet ſuſceptã, quàm multi ſunt coniurati. Sed eos contemnit, eos nunquam metuet, dum apud populum Rom. erit Conſulatus ſui memoria. Ab ijs ſi ulla uis afferatur, iniquo animo ſe moriturum negat: quòd moriendũ omnibus ſit, quòd inter laudes Africanorum, L. Pauli, C. Marij, & Cn. Pompeij aliquid loci gloriæ ſuæ fore ſperet. Sed ſi ea uis afferatur, paruum ſuum filium M. Tulliũ ſenatui cõmendat. Vt fortiter decernant, poſtulat: quæ decreuerint, effecturum ſe pollicetur. Oratio deliberatiua eſt. Ea eſt habita 7. Idus Decemb. Anno ab Vrbe condita D C C. Eo enim anno Ciceronem fuiſſe Cos. Plinius ſcribit.

VIdeo patres C.) Multi Senatores Cæſaris ſententiam, quæ exilio coniuratos mulctabat, in rem Ciceronis eſſe putabant, quòd hac coniuratorum pœna minus inuidiæ ſubiret Cicero, ideoq; hanc Cæſaris ſententiam ſequebantur. Eos igitur Senatores hortatur Cicero, ut periculum ſuum, & coniugum, & liberorum metuant, magis quàm ipſius Ciceronis. Ora.) id eſt, uultus. Etiamſi.) id eſt, quamuis. In malis.) id eſt, periculis. Eam deponite.) Deponere multis in rebus Cicero dicit. ut pro L. Murena, deponere ſtudium & fauorem. Pro eodem, deponere labores. lib. Epiſt. famil. 4. deponere curas & dolores. lib. de Offic. 2. deponere moleſtias. oratione in Rullum ad Quirites, Actione 2. deponere inuidiã. oratione poſt reditum in ſenatu, deponere odia. de Prouincijs Conſularibus, deponere inimicitias. pro Cn. Plancio, deponere ſimultates. pro Milone, deponere timorem. pro M. Cælio, deponere memoriam pro obliuiſci. & pro Pub. Sylla, deponere ex memoria. in eadem re dicit. Data eſſe fato aut deorũ numine.) Donatus exponens illud Terentij ex Eunucho, Eſt iſtuc datum profectò, ut grata ſint quæ facio omnia: Datũ, inquit, id eſt, fato decretoq; cõceſſum. Virgilius: Nõ dabitur regnis eſto prohibere Latinis. Nõ forum.) Significat autẽ aliquid periculi ſibi intentatũ eſſe à Catilina in foro iudiciali. Non campus Martius) cum ſcilicet magnam illam loricam accipere coactus eſt, ut diximus in Oratione prima. Non curia.) cum Catilina Ciceroni minatus, duo corpora reipub. eſſe dixit, quorum alterum caput haberet, ſed ægrum: alterũ ſine capite, ſed potens & ualidum, cui ſe ipſe caput adiungeret. Id ænigma extimuit Cicero, ut ait Plutarchus in uita Ciceronis. Summũ auxiliũ.) Autore Cicerone libro de Offic. 2. cum imperiũ populi Romani beneficijs tenebatur, regum, populorum, nationum portus erat & perfugium ſenatus. Non domus.) ad quam miſsi ſint duo equites, qui Ciceronem tanquam ſalutatum uenientes, in lecto interficerent, ut antè dictum eſt. Cõmune perfugium.) Negat Cicero in oratione pro Domo ſua, quicquam ſanctius, quicquam omni religione munitius, quàm ſit domus uniuſcuiuſque ciuium: Hic, inquit, aræ ſunt, hic foci, hic dij penates, hic ſacræ religionis cærimoniæ cõtinentur: hoc perfugium ita ſanctum eſt omnibus, ut inde arripi neminẽ fas ſit.

ſit. Autore Plutarcho in uita Gracchorũ, apud Romanos ueteres ne in capitali quidem cauſa reum domi licebat facere: ſed ante domũ conſiſtens præco, tuba citabat. Cõmune perfugium.) nõ refugium Cicero ſolet dicere. Confugere tamen, Perfugium, nõ perfugere in hac re dicimus. Vnde confugebam dixerũt Latini ueteres. Hunc exitũ Conſulatus mei, &c.) id eſt, talem finem. Septima Idus Decembris, ut iam dixi, habita hæc oratio eſt. Calendis autem Ianuarijs deſignati Conſules, de more inituri erant magiſtratum. Vt uos populoq́; Romano.) Per partes cõmouendi cauſa enumerat, quod in genere dicere potuiſſet. A uatibus fatale.) id eſt, ab aruſpicibus, & à fatis Sibyllinis. Nomen ſuũ.) id eſt, Corneliũ. Mihi parcere.) id eſt, mei miſereri. ut in lib. Aeneid. 1. Parce pio generi, & propius res aſpice noſtras. Inde parcere, pro ignoſcere factum eſt. Quorũ enim miſeremur, ijs ignoſcimus. Relaturos gratiam eſſe.) Deum hominibus referre gratiã dicimus tum, cùm pro egregio aliquo facinore ad tutandam religionem ſuſcepto, uel pro ædificato templo, uel pro uita honeſtè acta, aut ab impendenti malo ſeruatur, aut felicem aliquam fortunã aſſequitur. Vt habere gratiam Deo dicimus, pro eo quod eſt Deo agere gratias. Si quid obtigerit, æquo animo, &c.) id eſt, ſi mihi mors ſubeunda ſit. Obtingere mala tantũ dicimus, ut Donatus ſignificat, enarrans illud Terentij ex Phormione: Præter ſpem atq; incredibile hoc mihi obtigit, ita ſum iratus, animũ ut nequeam ad cogitandum inſtituere. Idem in Andriam Terentij, contingere dicit id quod uix euenit. Neque enim turpis mors forti uiro.) Turpis mors ea eſt, quam quis formidat. Ea uiro forti contingere non poteſt: cum fortitudo, autore Cicerone de Officijs, ſit, mortis doloriſq; contemptio. Grauis, non turpis legit hoc loco Quintilianus, lib. 6. Nec immatura Conſulari.) Vſura uitæ expetenda eſt, ut uirtute ad gloriã nobis muniamus uiam. hanc qui aſſecutus eſt, ſatis diu uixit. Hanc affert Conſulatus, qui honos ampliſſimus eſt. Ideoq́; Cicero in oratione ſuperiore, in gloria uirtutis negabat ſe quicquam uidere altius, quò ſibi libêret aſcendere. Immatura.) id eſt, nimium citò adueniens. Vt immatura poma dicimus, quæ nõdum matura ex arbore decerpuntur: ita immatura mors ea eſt, quæ ante extremã ſenectutẽ accidit. Autore Cicerone in lib. de Senectute, ut poma ex arboribus, ſi cruda ſunt, ui euelluntur, ſic matura & cocta decidũt: ſic uitam adoleſcentibus uis aufert, ſenibus maturitas. Nec miſera ſapienti.) Ea eſt diſputatio libri Tuſculanarũ queſtionum primi. Mœrore nõ mouear.) Plutarcho autore, M. Ciceronem Q. Frater & P. Nigidius ad coniuratorum pœnam accenderunt. Nec uxor.) Terentia non reuocat. Filia.) Tullia. Paruulus filius.) M. Cicero. Gener.) Cicero tres generos ſuos dicit. Vnũ in lib. Epiſtolarũ familiarium primo, Craſſipedem: alterũ in libro ſecundo, Dolabellam: tertium in 13. libro, Cn. Piſonem, cuius ſæpe meminit in orationib. Cicero. Nobiſcum omnes etiam ſi uis, &c.) id eſt, mecum, cum uxore, cum liberis. Potius & illi & nos.) Mihi legendum uidetur, Non potius quàm. Iterum Tribunus plebis.) quum fieri uellet T. Gracchus, à Scipione Naſica occiſus eſt, ut ait T. Liuius lib. 58. Gracchorũ & Saturnini Trib. plebis ſeditiones fuerunt grauiſſimæ, ſed nulla ex parte conferendæ cum hac coniuratione. De his, inquit, iudicaturi non eſtis, ſed de manifeſtis coniuratis. L. Saturninus.) Is Tribunus plebis, C. Memmiũ candidatũ Conſulatus petitorẽ maximũ, quẽ aduerſariũ actionibus ſuis metuebat, interemit, ut ait T. Liuius lib. 69. Reſtiterunt Romæ.) id eſt, remanſerunt: id eſt, qui Catilinam ſecuti nõ ſunt. Sollicitantur Allobroges.) literis datis à coniuratis ad Allobrogum Senatũ. Seruitia.) id eſt, ſerui: ut apud Vallam eſt. Seruorũ auxilia, uti ſibi Catilina adiungeret, ſcripſit Lentulus, ut ex literarũ exemplo oratione ſuperiore recitauit.

Heſterno die.) Salluſtius dicit præmia Allobrogibus T. q́; Vulturclo decreta eſſe, eo ipſo die quo indicata coniuratio eſt. Id factũ poſtero die Cicero dicit. Damnati eſſe uideantur.) Salluſtio autore, Senatus frequens hos cõiuratos iudicauerat cõtra remp. feciſſe. Tanq̃ integrũ.) id eſt, tanq̃ ſi nihil iudicaſſetis, ideoq́; uobis integrũ ſit, quã uelitis ferre ſententiã. Inclinant.) ſe ſcilicet, uel inclinantur. ut, Nox humida cœlo Præcipitat. Quocunq;.) ſiue ad liberandũ coniuratos, ſiue ad damnandum. Statuendum uobis ante noctem eſt.) Nam ſciebat Cicero, à libertis & clientibus Lentuli opifices & ſeruos ad eum ui eripiendum ſollicitari, à Cethego per nuncios familiam atq; libertos in audaciam orari, ut impetu facto ad ſe proxima nocte irrumperent. Huic.) facinori. Affines eſſe.) Affinis pro conſcio, datiuo ſæpius iungitur. ut pro A. Cluentio: Duos ſolos uideo autoritate Cenſorũ affines ei turpitudini iudicari. & pro P. Sylla: Circumſpicite paulìſper mentibus ueſtris, ut alia omittamus, hoſce ipſos homines, qui huic affines ſceleri fuerunt. Affines ſuſpicionis ab eodem in eadem oratione dicuntur, de quibus habeatur ſuſpicio: Vbi neq; homines fuiſſe putantur, huius affines ſuſpicionis. Tranſcendit Alpes.) ad Allobroges. Suſtentando.) id eſt, patiendo. Ac prolatando.) id eſt, differendo. Quacũq; ratione.) ſiue liberetis, ſiue damnetis. Video duas adhuc.) nõ quod hi duo ſoli deliberauerint, ſed hæ duæ ſolæ hucuſq; dictæ ſententiæ ſunt, qui non conſentiant inter ſe, quarũ in aliam alij iuerunt. Sed Neronem ante Cæſarẽ dixiſſe ſententiã, Appianus lib. 2. ſcribit: qui coniuratos cenſuit cuſtodiendos, quoad Catilina ſuperatus eſſet, ut rem diligentius certiusq; inquirerent atque animaduerterent. Mortis pœnã remouet.) id eſt, cenſet morte mulctandos nõ eſſe. Cõmuni ſpiritu.) id eſt, aëre, qui cõmunis omnibus eſt, ciuibus iuxtà & exteris, ſeruis & liberis. omnes enim ſpirant. Vſurpatũ.) id eſt, uſitatũ. nam ab uſu uſurpare Non. Marcellus inclinat. In improbos.) M. Manlium, Sp. Melium, Sp. Caſſium, Gracchos, L. Saturninũ.

Alter intelligit mortẽ.) C. Cæſaris ſententia perſcripta à Salluſtio eſt: illinc aſſumas quæ ad hunc locũ pertineãt. Atq; haud ſcio, an ea ipſa ſit oratio, quam habuit Cæſar. Scribit enim Plutarchus in uita Catonis, uti cum de coniuratorum pœna ageretur, à Cicerone celerrimos quoſdam ſcriptores diſpoſitos, qui ſignis quibuſdam & notis breuibus multarum literarum uim habentibus dicta omnia colligerent. unde factum initium eſt notariorum eorum, qui in foro iudiciali ſcribant quàm celerrimè. A quibus poſtea acceptam breuem Ciceronis defenſionẽ Milonis, Aſconius Pedianus autor eſt. Sed ſolam Catonis orationẽ, ut ait, ſeruatam ferunt. Mihi nõ uidetur, cur Catonis potius quàm Cæſaris, aliorumq́; ſeruata ſententia ſit, cum Cicero ipſe in oratione pro P. Sylla dicat, cum de coniurationis indicio ſuperiore Senatus ageretur, conſtitutos à ſe Senatores ſumma uirtute, memoria, ſciẽtia, cõſuetudine et celeritate ſcribendi facillime quæ dicerẽtur, qui omniũ indiciũ dicta, interrogata, reſponſa perſcriberent. Id indicium in tabulas publi-

las publicas relatũ, ab omnibus librarijs idem deſcribi iuſſit, peruulgauit, ediditq́ populo Rom. toti Italiæ, atq; in omnes prouincias diuiſit, ut eius indicij nemo ignarus eſſet. Idem de Senatorũ ſententia factum arbitror. Sed cõtrà mouet me, ut nõ credam illam Cæſaris orationem eſſe: primùm, quod è repub. uiſum nõ ſit illam orationem ſeruari, & Catonis ſolius ſeruatam, cuius ex ſententia in coniuratos animaduerſum eſt. Deinde, quod aliqua hic Cicero dicit, quæ non ſunt in oratione Cæſaris. Aut neceßitatem naturæ.) cum quis morbo uel extrema ſenectute moritur. tunc enim uitam natura producere non poteſt. Cicero de Senectute, ſenum mortem naturæ neceßitate afferri dicit.

Aut laborum & miſeriarum.) cum quis mortẽ ſibi conſciſcit. Nunquam inuiti.) quod eam miſeram nunquã putarent. Libenter.) cum ſibi mortem conſciuerunt.

Vincula ſempiterna.) pro carcere, ut uulgò loquuntur, perpetuò dicit. Iniquitatẽ.) Nam iniquũ eſt municipibus imperare, ut cõiuratos in cuſtodias ſuas accipiãt. id rogando impetrare facile non eſt. Decernatur.) ut in municipia diſpertiantur. Ego enim ſuſcipiã.) Nam in quæ municipia Ciceroni placeret, C. Cæſar deliberabat. Si quis eorũ.) municipum ſcilicet. id in Cæſaris oratione nõ eſt. Vincula.) id eſt, carcerem. Horribiles cuſtodias.) id eſt, carceres horridos. Sancit.) ſcilicet, ne quis, &c.

Quos condemnat.) ſua ſententia. Aut per Senatum.) Cenſet Cæſar, ne quis de coniuratis his poſtea ad Senatum referat, néue cum populo agat. Qui aliter fecerit, Senatũ exiſtimare, eum contra rempub. & ſalutem omniũ feciſſe.

Eripit ſpem.) uincula ſempiterna cenſendo: rumpendi uincula, & ad Senatum referendi, & cum populo agendi poteſtatẽ adimendo. Quàm ſi eripuiſſet.) id eſt, ſi morte mulctandos cenſuiſſet. Vno dolore animi & corporis.) id eſt, ſuſtinendo mortem. Significat autẽ, ut corporis, ita animi ſenſum extremũ in morte eſſe: hoc eſt, unà cum corpore animam interire. In qua ſententia erat, qui ultra mortem ullum curæ aut gaudio locum eſſe negat. Id igitur Cicero dicit, quia Cæſaris ſententiam refert. Nam multis in libris Cicero animam immortalem eſſe contendit. ut in primo Tuſculanarum, in Lælio, in Catone Maiore, in lib. de Repub. ſexto. Multas & omnes ſcelerum pœnas.) id eſt, cruciatũ conſcientiæ. De huiuſmodi conſcientiæ uexatione Cicero in Paradoxis: Te, inquit, cõſcientiæ ſtimulant maleficiorũ tuorum, te metus exanimant iudiciorum atq; legum. Quocũq; aſpexiſti, ut furiæ, ſic tuæ tibi occurrunt iniuriæ, quæ te reſpirare non ſinunt. Qui tamen ſatis opibus hominum ſepti eſſe & muniti uidentur, ut idem ait libro de Finibus primo, deorum tamen numen horrent, eaſq; ipſas ſolicitudines, quibus eorum animi noctes dieſq; exeduntur, à dijs immortalibus ſupplicij cauſa importari putant. Macrobius in expoſitione Somnij Scipionis, per Tityi ſupplicium, cuius iecur uultures duo uicißim ſibi ſuccedentes continuo exedunt, malæ conſcientiæ tormenta ſignificari dicit. Cicero pro Sex. Roſcio: Nolite, inquit, putare, quemadmodũ in fabulis ſæpenumero uidetis, eos qui aliquid impiè ſcelerateq́; cõmiſerunt, agitari & perterreri furiarũ tædis ardentibus. Sua quemq; fraus, & ſuus terror maximè uexat: ſuum quemq; ſcelus agitat, amentiaq́; afficit, ſuæ malæ cogitationes conſcientiæq; animi terrent.

Apud inferos.) Inferos negat eſſe Cicero, quemadmodũ facit pro Aulo Cluentio, & in Tuſculanarum quæſtionũ primo. Hoc Cæſare.) autore huiuſce ſententiæ, quem ſecuti ſitis. Impetus populares.) id eſt, populi. Illam alteram.) Syllani. An amplius.) quam ſi ſecuti ſitis ſententiam Cæſaris. Negocij.) id eſt, moleſtiæ & periculi.

Reipub. utilitas uendicat.) Vendicat rem is, qui eam in iudicio ſuam aſſerit. Vtilitas periculorũ meorum rationes ſibi uendicat, id eſt, ſuas eſſe affirmat. Illa igitur ſententia eſt. cum reſpub. mihi ſe ipſa populi Romani ſuffragijs commiſit, cum ſcilicet Cos. factus ſum, ea lege ſe cõmiſit, ut nullum periculum defugerem cauſa utilitatis eius. Et maiorum eius amplitudo.) quorũ uoluntas in rempublicam ſemper bona fuit. Magna tum erat Ciceroni cum Cæſare amicitia, quæ multo etiam poſtea perſeuerauit. Tanquã obſidem.) Cæſar hac deliberatione uerè popularis uiſus eſt, non furioſe. Hanc ſententiam, cum ſuam in rempub. uoluntatem teſtatus eſt, uelut obſidem tradit. Hoc ideo uidetur Cicero dicere, quòd multi de C. Cæſare malè ſentirent: alij quòd faueret coniuratis, alij quòd hac leniore coniuratorum pœna ſibi fieri aditum ad urbis dominatum putaret. Non neminem.) id eſt, aliquem. Is qui fuerit, ignotum eſt. Quæſitori mihi.) qui maleficium quæſiui. Gratulationem.) id eſt, ſupplicationem, qua dijs gratulabantur, id eſt, gratias agebant, de quo uerbo eſt apud Vallam libro quinto. Legem Semproniam.) Lex Sempronia à C. Sempronio Graccho lata cauebat, ne iniuſſu populi Romani ciuis Rom. morte mulctaretur, ut antè dixi, utq́; in magiſtratum, ſi quis contrà feciſſet, animaduerſio foret. At uerò C. Cæſar.) id ab aduerſario obijci poßit Ciceroni. Qui autem.) Id purgat Cicero. Ipſum latorem legis.) C. Gracchum. Iuſſu populi.) Ab hiſtoriæ fide hic uidetur Cicero diſcedere. nam autore T. Liuio lib. 61. cum C. Gracchus ſeditioſo Tribunatu acto Auentinum cum armata multitudine occupaſſet, L. Opimius Cos. ex Senatuſconſulto populum ad arma uocauit. Tum Gracchus pulſus interemptuſq́; eſt. Quãuis enim populus Conſulem ſecutus ſit, eius tamen populi iuſſu, id eſt, ſuffragio, Gracchus interemptus nõ eſt. Nam ut Senatus cenſet, ita populus iubet. Aeternis tenebris uinculiſq; mãdare.) id eſt, in ſempiternũ carcerẽ tradere. De meo ſenſu.) id eſt, de animi mei ſententia. Ita mihi ſalua repub. &c.) Iuriſiurandi formula eſt. ut cum dicimus: Ita me Deus bene amet, ut dico uerum. Mihi propoſui.) id eſt, animo meo.

Purpuratum.) id eſt, Cos. uel Prætorem. Toga enim magiſtratuum prætexta purpura erat. Quàm acerbißimũ ſanxerit loco.) Loco uerbi ſanxerit, legendum arbitror ſumpſerit. Importunus.) id eſt, crudelis. Dolorem.) ex occiſis uxore & liberis & incenſa domo conceptum.

Cruciatu ſerui.) ſororis ſuæ Iuliæ. Virum.) id eſt, maritum. Iulia enim mortuo Antonio marito, filio M. Antonij oratoris, & patre M. Antonij Triũuiri, nupſit P. Lentulo, ut ait Plutarchus in uita M. Antonij ubi ſcribit, hoc Lentuli ſuppliciũ fomẽ & caput fuiſſe inimicitiarũ, quæ inter eum & Ciceronẽ interceſſerunt. Hic Cæſar anteq̃ diceret ſententiam de Lentulo, excuſauit propinquitatẽ, ut & luctu ſororis moueretur, & ſaluti reipub. prouideret. autor eſt Cicero in 8. Philippica. Cum auũ iuſſu Cos.) Quem intelligat, mihi conijcere nõ licet, præter C. Gracchum, qui fuit filius Corneliæ filiæ P. Cor. Africani maioris. Ex Corneliorũ familia Lentulum eſſe, nemo ignorat. Quãuis huius Lentuli auus nõ fuerit, aliqua tamẽ generis propinquitate cum eo coniunctũ fuiſſe nomen familiæ docet. Has autem propinquitates uel affinitates nominibus

propin-

propinquitatem interiorem ſignificantibus appellare ſolemus, ut patrueles Liuius & Cicero ſæpe appellant fratres patrueles. Q. Metellum maritum Clodiæ ſororis P. Clodij, Clodij fratrem ſæpe appellat Cicero. Nec licet intelligi ipſum Lentuli auum, de quo paulò pòſt dicit. C. autem Gracchus iuſſu L. Opimij Cos. interemptus eſt. Cuius auum, pro eum auum ſi legeretur, improba lectio nõ eſſet. Filiumq́; eius impuberem.) Si C. Gracchũ intelligere liceat, hic Gracchi filium intelligit eum, quem paruum mater Licinia manu tenebat, quum maritum Gracchum in Auentinum proficiſcentem proſecuta eſt. Impubem & impuberem dici Priſcianus libro ſexto ſcribens, hunc Ciceronis locũ citat. ſed corruptè citari inuenio in codice etiã uetuſtiſsimo ad hunc modum: Filiumq́; eius impuberem legatum à patre miſſum. Impuberem tamen potius quàm impubem dici putem in ſoluta oratione. Necandum.) id eſt, necare debuiſſe. Quorum aui & filij.) Quod ſimile ſactum eſt, atq; eſt hoc Lentuli factum. Largitionis uoluntas.) Omnes enim Gracchi leges erant populares. multæ autem largiebantur aliquid populo Romano, ut quam tulit de ueſtimentis dandis militibus ſine ſtipendiorũ diminutione, ut frumentaria, de annona pauperibus dandis: de quibus fuſius Plutarchus. Partium quædam contentio.) ut plebeiorum cum patritijs & Senatu, ut C. Gracchi & Fuluij Flacci cum M. Liuio Druſo, de quibus apud Plutarchum. Illo tempore.) C. Gracchi. Graue tum uulnus accepit.) Valerius Maximus libro quinto, titulo de ingratis, hac de re ſcribit amplius. Accepit uulnus.) ut pro P. Sextio: A quibus hic multis uulneribus acceptis, ac debilitato corpore, & contrucidato, ſe abiecit exanimatus. Item pro P. Sylla: Accepit P. Sylla, Iudices, uehemens uulnus & mortiferum. Ne quid, &c.) id eſt, ut Gracchi conatibus obſiſteret. Hic.) Publius Lentulus. Attribuit.) id eſt, ſua coniuratis munera diſtribuendo, attribuit nos, ſcilicet me Cos. & uos Senatores. Hoc ex arte eſt, ut quod ab aduerſarijs noſtris nobis obijciatur, uel obijci poßit, id in aduerſarios eijciamus, ſi fieri poteſt, uel contrarium nobis conuenire oſtendamus. Miloni obiecerunt aduerſarij, quod Clodio inſidias fecerit: contrà obijcit Cicero, quod Clodius Miloni inſidiatus ſit. Sextus Roſcius ab aduerſarijs occidiſſe patrem accuſatus eſt: id aduerſarios feciſſe Cicero contendit. Ab A. Cluentio corruptos eſſe iudices dicũt aduerſarij: ab Oppianico aduerſario eos corruptos Cicero docet. Mirantur nonnulli fortaſſe, quod Cicero quì defendere alios ſolitus ſit, ad Verrem accuſandum deſcendat: Cicero magis id ſe facere docet, ut defendat Siculos à C. Verre uexatos, quàm ut Verrem accuſet. Hîc itidem obijci poßit Ciceroni ſuſpicio crudelitatis, ſi morte mulctentur cõiurati: probat Cicero, niſi morte mulctentur, Senatum crudelitatis in patriam ſuſpicione laboraturum. Diſsimulare.) id eſt, tacere. Nam quæ audimus, ſi tacemus, diſsimulare uidemur. Vereri habeã.) id eſt, uereri ne habeam. Tranſigenda.) id eſt, efficienda, & (ut uulgò loquuntur) in executione ponenda. Plena templa circũ forum.) In curia habita hæc oratio eſt. Curiæ forũ iudiciali proximũ erat. Circũ forũ multa fuerũt tẽpla, in quibus in cauſa Milonis præſidia Cn. Pompeius diſtribuit. Inuenta ſola.) in plebis diſceßionibus, in Syllanis ſeditionibus, et aliàs ſæpe ciuiũ diſſenſio erat. Summa ordinis & conſilij concedunt.) id eſt, ueſtrũ ordinẽ & conſilium ſummum eſſe fatentur. Inde ampliſsimus ordo Senatus eſt, ſed ampliſsimi ordines ſunt Senatorius & Equeſtr. Vobiſcum de amore Reipub. certent.) id eſt, non concedant Rempub. à uobis magis quàm à ſe diligi. Huius ordinis.) id eſt, Senatus. Diſſenſio inter Senatum & Equeſtrem ordinẽ cœpit, aut certè aucta eſt lege Sempronia. Cum enim Senatores ſoli antea iudicarent, ideoq́; à plebe timerẽtur, C. Gracchus trecentos ex ordine Equeſtri iudices adiecit, parem Senatoribus numerũ cõſtituens. Hæc lex potentiam Senatus magna ex parte debilitauit. autor eſt Plutarchus in uita Gracchorum. L. Sylla Equeſtri ordini poteſtatem ademit, eamq́; totam Senatui reſtituit. Poſtea L. Aurelius Cotta Prætor Senatui, Equeſtri ordini, & Tribunis ærarijs iudicandi poteſtatem lata lege fecit. Confirmo.) id eſt, promitto & affirmo. Tribunos ærarios Budæus in adnotationibus in Pandectas eos eſſe dicit, quos receptores generales appellant. Scribas item uniuerſos.) Scribarum ordo honeſtus erat. Nam hominũ erat ſanctiſsimorũ atq; innocentiſsimorum, quorum fidei leges & tabulæ publicæ cõmittebantur. ut eſt apud Ciceronem Actione in C. Verrem quinta. Magiſtratus ſcribas habebant, qui ſuas res in magiſtratu geſtas in tabulas fideliter referrent. ut Cn. Flauium Aedilis curulis ſcribã fuiſſe A. Gellius libro ſexto ſcribit. Cicerone eadem Actione quinta autore, Imperatores ſuperatis hoſtibus optimè Republica geſta, ſcribas ſuos annulis aureis in concione ſæpe donarunt. Idem ibidem, ſibi Quæſtori in Sicilia duos fuiſſe ſcribas dicit. Eius ordinis magna pars curabat ea quæ ad ærarium pertinerent. Aerarium curiæ & foro proximum erat. Id ſignificat Cicero pro Milone, cum appellat Pompeiũ ea uoce, ut audire poßit. Pompeius enim diſpoſitis præſidijs, ad ærarium ſedebat. M. Varro, ut ait Macrobius libro Saturnalium primo, ſcribit ædem Saturni ad forum faciendam locaſſe L. Tarquinium Regem. In templo Saturni ærarium & publicas tabulas ſeruari, ex eoq́; tabularium appellatum, Plutarchus ſcribit in Problematis. Huius ſortis.) id eſt, miniſterij ad ærarium præſtandi. Scribarum enim, ut arbitror, ſortitio fiebat, qui magiſtratus in prouincias ſequerentur, quiq́; in urbe remanentes, quod ipſorum officium erat, curarent. Ingenuus.) ut eſt in libro Inſtitutionum Iuſtiniani primo, titulo de Ingenuis, eſt is qui ſtatim ut natus eſt, liber eſt, ſiue ex duobus ingenuis matrimonio editus eſt, ſiue ex libertinis duobus, ſiue ex altero libertino & altero ingenuo, ſiue ex matre libera natus, quamuis pater ſeruus tum fuerit. Etiam tenuiſsimorum.) id eſt, non ſolùm locupletum, ſed etiam tenuiſsimorum. Libertini, ut in eodem Iuſtiniani libro ſcriptum eſt, titulo de Libertinis, ſunt qui ex iuſta ſeruitute manumiſsi ſunt. Libertinus et libertus, autore Valla libro quarto, hoc diſtant, quòd libertus ad patronum refertur: per libertinũ uerò ſignificamus hominis conditionem. ut ſit libertinus non ſeruus nec ingenuus, ſed qui aliquando ſeruus libertate donatus eſt. Qui fortuna ſua huius ciuitatis ius conſecuti.) Ita legendum eſt. Vt libertas, ita ſeruitus fortuita eſt. Serui fortunæ bonitate libertatem adepti, ſimul cum libertate ciuitatem adipiſcuntur: id eſt, fiunt ciues Romani. Hanc uerè ſuam patriam eſſe iudicant, quamuis hic nati non ſint. Nam ut in libro Inſtitutionum Iuſtiniani primo ſcriptũ eſt, ſerui aut naſcuntur, aut fiunt. naſcuntur ex ancillis noſtris, fiunt autem iure gentium: id eſt, ex captiuitate, aut iure ciuili, cum homo liber maior XX annis ad preciũ participandum ſe uenundari paſſus eſt. De libertinis iiſ

nis iſs intelligitur hic locus, qui ſerui ex captiuitate fuerunt: qui propriè ſerui, id eſt, ſeruati dicuntur: ut probi, id eſt, probati. Imperatores enim captiuos uendere iubebant, ideoq́; eos ſeruare, non occidere ſolebant. Hinc nati.) *id eſt, ciues Romani. Hinc nati dicit, quemadmodum Terentius in Andria: Illam hinc ciuem eſſe aiunt.* Vrbem hoſtium.) *Eam enim ueluti urbem hoſtium ferro & igni uaſtare coniurauerunt.* Qui modo tolerabili conditione ſit ſeruitutis.) *id eſt, cui ſeruitus acerba non ſit, qui acerbum & imperioſum atq; inhumanum dominum non habeat.* Ciuium.) *coniuratorũ.* Lenonem Lentuli.) *Autore Salluſtio, liberti & pauci ex clientibus Lentuli diuerſis itineribus opifices atq; ſeruitia, in uicis ad eum eripiendum ſolicitabant, partim exquirebant duces multitudinũ, qui precio rempub. uexare ſoliti erant. Cethegus autem per nuncios familiam atq; libertos ſuos electos & exercitatos orabat in audaciam, ut grege facto cum telis ad ſeſe irrumperent.* Circum tabernas.) *Tabernam ab officina diſtingui Valla ſcribit lib. 4. quod officina ſit, ubi opera fiunt: taberna ubi opera ipſa, cæteræq́; merces uenditantur. Cæterum differentiam hanc negat eſſe perpetuã. Tabernas hic accipit Cicero pro officinis, in quibus operarij conducti opera faciunt. Hic autẽ operarij magna ex parte erant improbi & egentes, quos ad uim faciendam conducere & concitare facilè erat. Et ut ſeruitia pro ſeruis, ita operas pro operarijs ad facinus faciendũ conductis ſæpe dicit Cicero. pro P. Sextio: Conſtitutum illo anno eſt, quantum in illis duabus huius imperij peſtibus fuit, iure poſſe per operas concitatas quemuis ciuem nominatim Tribuni plebis cõſilio ex ciuitate perturbari. Idem pro eodem: Eosq́; operarũ ſuarum gladijs & lapidibus obiecerit.* Fortuna miſeri.) *id eſt, egentes.* Locum ſellæ.) *ubi ſederent in opere faciendo operarij, qui inde ſellularij, & ars ſellularia appellatur, quam ſedentariam appellat Ariſtotelis interpres in libro Moraliũ magnorũ ſecundo.* Cubile ac lectulum.) *Hæc diſtinguere uidetur Cicero, ut lectulus interior ſit & charior quàm cubile. Vergilius in libro Georgicorum primo, cubilia talpæ, & corui cubilia dicit: ut ne putes hominum tantum dici cubilia. Lectulum dicit, ut in prima oratione in Catilinam: Paulò ante lucem me in meo lectulo interfecturos pollicerentur. Et pro L. Murena: Strauit pelliculis hœdinis lectulos Punicanos.* Hunc curſum uitæ.) *id eſt, hanc uitæ breuitatem.* Ocioſam.) *id eſt, ſedatam, tranquillam, pacatam.* Genus hoc uniuerſum.) *Multos eſſe operarios ſignificat, qui in uijs, non in tabernis quæſtum faciant.* Amiciſsimum eſt ocio.) *Alij codices habent, Amantiſsimum eſt ocij. Ocium autem pro pace & tranquillitate ſæpe dicit Cicero.* Omne eorum inſtrumentum.) *quo utuntur operando.* Occluſis tabernis.) *In luctu publico, atque in ciuili ſeditione tabernæ occludi ſolent.* Patria communis.) *Rei inanimæ ſenſum tribuit, ut in Proſopopœia fieri ſolet.* Animæ de fortunis omniũ, de ſedibus, de focis ueſtris.) *id eſt, uita. ut amittere animam, id eſt, uitam, ſæpius dicit Salluſtius.* Alij memoretur.) *Mirum ſi hic locus emendatus eſt. Memorari enim pro meminiſſe dici non putem. Hæc duo uerba quid diſtent, ex illo Vergilij uerſu libro Aeneidos ſeptimo intelligi licet: Et meminiſtis enim diuæ, & memorare poteſtis. Quocirca meminerit, quàm memoretur legi rectius putem. Alij autem genitiuus antiquus eſt. Hæc enim adiectiua nomina in ius genitiuum habentia, apud antiquos, ut reliqua adiectiua declinationis ſecundæ inflectebãtur. Id Ciceronem alio loco feciſſe ne ignores, illa uerba ſunt apud Priſcianum libro ſexto, ex Ciceronis oratione pro Tullio, quæ non extat: Hoc iudicium ſic expectatur, ut non unæ rei ſtatui, ſed omnibus conſtitui putetur.* Nox una.) *id eſt, uel Saturnalium, qua cædes facienda erat: uel nox, qua interceptæ ſunt coniuratorum literæ.* Præcurritis mihi.) *id eſt, præuenitis me, ſtudio reipublicæ ſcilicet.* Officio functa conſulari uideretur.) *id eſt, ut ego qui ſum Conſul, quæ mea ſit ſententia dicerem.* Redeo.) *Hoc uerbo præſenti oſtendit hanc excurſionẽ, qua iam uſurus eſt, fore breuem, qualem eſſe debere Quintilianus libro quarto præcipit, cum in media narratione aut quæſtione eſt. de ſententia idem ſentiendum eſt. Ea ratione uerbi præſentis operis celeritas oſtendi ſolet. Terentius in Eunucho: Hos prius introducam, & quæ uolo ſimul imperabo, poſtea continuo exeo.*

Mors omnibus eſt parata.) *id eſt, fato conſtituta omnibus eſt. Seruius enarrans illud ex libro Aeneidos decimo, Stat ſua cuique dies: Stoici, inquit, dicunt fatorum ſtatuta ſeruari. ideoq́; ſubiungit Vergilius: Sua Turnum fata uocant, metasq́; dati peruenit ad æui.* Cuius conſilio Annibal, &c.) *P. Scipio Cos. anno ſecundi belli Punici 15. exercitum traducit in Africam. multis uictorijs Carthaginenſes debilitati, Annibalem ad defendendam patriam reuocare coacti ſunt. In Africa uicto Annibale fœdus ictum eſt, Carthago Romanis facta eſt tributaria. In Africam redire, atq; ex Italia decedere coactus eſt. Similem narrandi rationem Quintilianus non probat lib. 4. Quædam, inquit, etiam turpiter conuertuntur, ut ſi peperiſſe narres, deinde concepiſſe: apertum teſtamentum, deinde reſignatum.* Ornetur eximia laude.) *Alij codices habent, Ornetur alter eximia laude: idq́; melius. Quamuis ille exemplorum dicendorum ordo ſit, ut antiquiſsimum quicq; ſit, ita primum locandum ſit. Hic tamen deletas Carthaginem & Numantiam prius dicit, quàm Perſen captum, qui captus eſt à Scipionis patre ante has urbes deletas. Sed hoc fecit Cicero, ut Africanũ utrunq; ſimul tractaret.* Cuius currum.) *in Triumpho ſcilicet. uicti enim hoſtium duces ante currum triumphantis duci ſolebant, ut pulcherrimũ ſpectaculum fructumq́; uictoriæ populus Romanus percipere poßit. Tamen cum de foro in Capitoliũ currum flectere incipiebat qui triumphabat, uictos in carcerem duci iubebat, ut ait Cicero Actione in Verrem ſeptima.* Bis Italiam.) *C. Marius Teutones & Ambrones duobus prælijs circa aquas Sextias deleuit: in quibus cæſa traduntur eorũ ducenta millia, & capta nonaginta. Ob hanc uictoriam triumphus ei oblatus eſt: quem, quoad Cimbros uiciſſet, diſtulit: à quibus antè uicti fuerunt, primũ Papyrius Carbo Cos. deinde M. Iunius Syllanus Cos. tertio Aurelius Scaurus Conſulis Legatus, quarto C. Manlius & Q. Seruilius Cæpio proconſules, poſtremò Q. Catulus proconſul, qui fauces Alpiũ obſederat, ut ipſis aditũ in Italiam intercluderet. Hos C. Marius quintum Cos. iuncto exercitu cum Catulo uicit. C X L millia occîdit, LX millia cepit. autor eſt T. Liuius libris 65. 65. 67. 68. Marium diuinũ uirũ ad ſalutem imperij natum, Cicero dicit pro P. Sextio: & pro C. Rabirio patrem patriæ, parentem libertatis ac reipub. uerè appellari poſſe confirmat.* Anteponatur omnibus Pompeius.) *Is enim rerum geſtarũ magnitudine ſuperiores omnes ſuperauit.* Patefacere nobis prouincias.) *id eſt ſubiugare, in easq́; nobis aditum dare.* Habeant quo uicto

res reuertantur.) Cn. Pompeius tum in Aſia cum Mithridate bellũ gerebat, cum arderet hæc coniuratio. Quod Ciceronem rediens dixit, ab hac re alienum non eſt. Id autem apud Ciceronem eſt libro de Officijs primo: Mihi quidem certè, inquit, uir abundãs bellicis laudibus Cn. Pompeius multis audientibus hoc tribuit, ut diceret fruſtra ſe triumphũ tertium deportaturũ fuiſſe, niſi meo in rempub. beneficio ubi triũpharet, eſſet habiturus. Alienigenas dicit, quos exteros appellare ſolet. Recepti.) facta deditione. Conſpiratio in bonam partem dicitur ſæpius à Cicerone. ut in Oratione pro Domo ſua: Hanc noſtram coniunctionem, hanc conſpirationem in repub. bene gerenda, hanc iucundiſſimam uitæ atq; officiorũ omniũ ſocietatem, certi homines fictis ſermonibus & falſis criminibus diremerũt. Idem in lib. de Offic. 2. Magnas utilitates adipiſcimur, conſpiratione hominum atq; conſenſu. In malam quoq; partem pro hac coniuratione dicit idem in Oratione ad Quirites antequam iret in exilium: Quoniam, inquit, animaduertiſtis illam conſpirationem conflatam ita eſſe reſtinctam, ut nulla ſcintilla compareat incendij, uos quoq; tribunitiam ſedate temeritatem. Amoris conſpirationem idem dicit in libro de Finibus primo: Epicurus, inquit, una in domo, & ea quidem anguſta, quàm magnos, quantaq; amoris conſpiratione conſentientes tenuit amicorum greges? Pro imperio.) Conſulatus gloriæ cauſa petebatur. Conſulibus enim decernebantur prouinciæ, dabantur exercitus. Iis re bene geſta triumphi decernebantur. Triumpho autem nihil in uita poſſe glorioſius contingere arbitrabantur. Ideo honorũ populi Romani finem eſſe Conſulatũ, Cicero dicit in oratione pro Cn. Planco: Pro imperio Conſulari, pro exercitu, qui Ciceroni datus fuiſſet, ſi prouinciã ſortitus fuiſſet. quam neglexi præ ſtudio Reip. Prouincialibus.) id eſt, quæ mihi in prouincia paraſſem. Paruum meum filium.) M. Ciceronem, cui poſtea ſcripſit libros de Officijs. Quapropter de ſumma.) Hæc Ciceronis ſententia eſt, ad quam rediturum ſe promiſit, cum egrederetur. In deliberatiua autem oratione ſententia pro concluſione poni ſolet. Fortiter.) id eſt, ſine ullo metu. Parére ueſtris decretis nõ dubitet.) ſi cenſeatis coniuratos morte mulctandos. in quam ſententiam ſenatus quantum poteſt inclinat.

CAELII SECVNDI CVRIONIS in quartam contra Catilinam orationem ſcholia.

ARGVMENTVM.

Dvm ea quæ ſuperiore Oratione diximus de coniuratis & iudicibus aguntur: dumq; legatis Allobrogum, & T. Vulturcio cõprobato corũ iudicio præmia decernuntur, liberti & pauci ex clientibus Lentuli, diuerſis itineribus opifices, atq; ſeruitia in uiis, ad eum eripiendũ ſolicitabant: partim exquirebant duces multitudinũ, qui precio rempub. uexare ſoliti erãt. Cethegus autẽ per nuncios familiam atq; libertos ſuos electos & exercitatos orabat in audaciã, ut grege facto cum telis ad ſe erumperent. Cos. ubi ea parari cognouit, diſpoſitis præſidijs, ubi res atq; tempus monebant, conuocatoq; ſenatu, refert quid de iis fieri placeat, qui in cuſtodiã traditi eſſent. Sed eos paulò antè frequens ſenatus iudicauerat cõtra rempub. feciſſe. Tunc D. Syllanus primus ſententiã rogatus, quod eo tempore Cos. deſignatus erat, morte eſſe mulctandos cenſuit. Sed Cæſar ubi ad eum uentũ eſt, rogatus à Cos. ſententiã, mortis pœnam remouit: cæterorumq; ſuppliciorum omnes acerbitates amplexus eſt. Vbi hoc uidit Cicero, hac oratione P. C. hortatur, ut fortiter de pœna coniuratorum ante noctem ſententias dicant: nec ſe unum, ſed totã rempub. reſpiciant. Se poſſe & inuidiam, & mortem ipſam, ſi contingat, propter rempub. contemnere. Poſt quem M. Porcius Cato, rogatus ſententiam, de coniuratis more maiorum ſupplicium ſumendum cenſuit. Conſulares omnes itemq; ſenatus magna pars in Catonis ſententiam, diſceſſit. Quare de Lentulo Surra, de Cethego, & alijs qui tenerentur, nocte quæ inſtabat, Conſule iubente, ſupplicia extrema ſumpta fuerunt: ne mora aliquod reipublicæ periculum crearetur. Habita fuit hæc quarta oratio. 7. Idus Decembris, anno ab Vrbe condita D C C. quo etiam anno Plinius Secundus Ciceronem Conſulem fuiſſe ſcriptum reliquit. Verſatur in genere deliberatiuo. quamuis enim de ſupplicio Catilinæ, aliorumq; coniuratorum agat Cicero, tamen hæc ad deliberationem referuntur. Status eſt qualitatis ſiue iuridicialis (Δικαιολογικὴν Græci uocant) de pœna enim coniuratorum quæritur. ubi neceſſariò loci, æquum & iniquum, ius & iniuria, utile, inutile tractantur. Dicendi genus quod χορηνὸς græcè dicitur, amplum eſt, utpote figuris & amplificationibus exornatum. Partes orationis non omnes in hoc genus cadunt: & quæ cadunt, non ordine naturali collocantur, ſed pro Oratoris arbitrio conſtituuntur. Exordium primò præclarum admodum, dein refutatio, cui ſuccedit confirmatio, poſtremò ſequitur peroratio.

Video P. C.) Exordium totum beneuolentia conſtat. ait enim ſe non de ſe, ſed de republica ſolicitum eſſe. Propoſitio talis eſt: Hortor uos P. C. ut uobis ipſis potius & reipublicæ conſulatis: idq; feceritis, ſi fortiter de coniuratis deliberaueritis & eos ultimo ſupplicio afficiendos decreueritis. Itaque adhortatur ſenatum, ad fortiter de coniuratis iudicandum, idq; ex duobus locis facit. primùm ex communium periculorum magnitudine. Deinde à præiudicio. Eſt mihi.) Quoniam ſe parat metum periculi à ſe remouere, & in totam rempublicam transferre, ideo hæc ſubijcit: Si enim, inquit, ita uolentibus fatis incidi in hunc conſulatum meum, ut omnia extrema perferam, non grauabor: ſed omnia libenter perferam, modò ſit in ſalutem reipublicæ. Data eſt.) formula loquendi breuis, fato decretoq; deorum conſtituta, ſolent prolixius loquentes dicere. Terent. in Eunucho, Eſt iſthuc datum, ut grata ſim propè quæ facio omnia. quaſi dicat, hoc fato in lucem editus ſum. Vergilius lib. 6. Aeneid. Non dabitur regibus. Et hæc dicunt emphaſi quadam. Eſt autem amplificatio ſuppliciorum & dolorum, quos aliquis ferat. Vt omnes acerbitates.) Interpretatio eſt, & ſunt gradus. nam alterum altero grauius eſt. Tranſlatio ſumpta à fructibus immaturis, quorum ſapor acerbus quidem eſt palato, ſed ſine dolore tamen: uulnus autem dolorem efficit. Eſt ergo acerbitas minus aliquanto quàm dolor. Eſt enim dolor, ægritudo crucians, Tuſcul. 4. Cruciatusq;.) Aſperum uerbum, quod etiam rei aſperitatem ſignificat. Feram non ſolum.) Differunt. non enim omnis qui fortiter, idem libenter fert: ſed qui fert libenter, fert etiam fortiter. Dicit hoc Cicero, ut ſit cumulatum beneficium, ut ſit cum uirtute coniunctum, quod eſt uoluntariũ.

Ego ſum ille Cos) Magna ubertas eſt, & copia oratoris

in dicendo

in dicendo, ille ad emphaſin pertinet primum. ſignificat enim in quem omnium hoſtium tela conijciuntur, & qui pro repub. libẽter uult pati. Ille enim emphaticôs aliquando in malam partem, aliquando uerò in bonam ſumitur. Cui non forum.) Exemplum eius cum ex uerbo dilatatur oratio. Ego ſum ille, qui nullo in loco tutus ſum. Illud, nullo in loco, amplificat. genera loci ſunt, forum, campus, curia, domus, lectus, & ſella curulis: ſed orator non contentus diſtributione, ſingulis partibus definitionem quandam breuiſsimam addit. Forum in quo æquitas continetur, atq; idem in reliquis loci generibus. Campus.) ſcilicet Martius, in quo creabantur magiſtratus. Campus ergo, locus conſularib. auſpicijs cõſecratus: idem, magiſtratibus creandis. quod non ſine auſpicijs fiebat. Non curia.) locus habendi Senatus, quo auxilij atq; opis gratia concurrunt omnes gentes. 2. Offi. Cum imperator populi Rom. beneficijs tenebatur, regum, populorum, nationum portus erat, & perfugium ſenatus. Non domus.) Vt enim ad ſua cubilia animalia bruta poſt longos errores & fugas ſe recipiũt, ſic homines cũ excluduntur omnibus reliquis perfugijs, ad ſuã domum, tanquã in portum, & aſylum perfugiunt. Hæc ſedes.) id eſt, non quæuis, ſed in qua ſedent honores & magiſtratus ſacroſancti. auget indignitatem à loco & dignitate perſonarũ. Ego multa tacui.) Iſtis repetitionibus magnam dignitatem conciliat orationi. ſignificat enim nihil per furorem in ſuos ciues feciſſe, ſed omnia prætentaſſe. Hunc exitum.) Quoniã iam peruenerat ad ſuum finem. hæc enim oratio 7. Idus Decemb. eſt habita, & proximis Cal. Ianuarijs creabantur noui conſules. Subeatur.) Moriamur, ſubeamus, quæcunq; ſunt ſubeunda animo forti. Sunt enim ſententiæ quæ oſtendunt magnitudinem animi, & amorem patriæ. Vt uos.) uno uerbo, ut totum imperium Romanũ conſeruarem: aut ut rempub. Romanã & totam Italiã conſeruẽ. ſed hoc cum uellet amplificare, partitione dilatauit. Ex fœdiſsima flamma.) Quibus ex malis & periculis liberauit patriam, exponit. Ex acerbiſsima uexatione.) Pudicus Cicero his uerbis ſignificat ſtuprũ & inceſtum. Et uaſtitate.) direptionibus ſequuntur bellum. atq; hæc copia diligenter eſt notanda. Etenim ſi P. Lentulus.) Sumus adhuc in exordio, eiusq; priori parte, qua orator ex magnitudine periculi hortatur ad fortiter ſumendum ſupplicium de coniuratis. hoc autem loco amplificat ſuum beneficiũ, ex diſsimili, & ex contrarijs. Fatale.) Ex paribus, quoniam ſunt utraq; fata: & quatenus, confert fatum cum fato. contraria uerò fata Ciceronis & Lentuli. nam à fatis Lentuli pernicies, à Cicerone uerò ſalus reipub. prouenit. Vatibus.) id eſt, à Sibyllinis oraculis. Cur ego.) Et hoc ex pari eſt. quaſi dicat, non poſſem & ego lætari? ſignificat ergo hic Cicero, fato id datum eſſe, ut per ipſum reſpub. conſeruaretur, & coniuratio detegeretur. ex quo patet, Ciceronem non ſolum Peripateticum, ſed etiam Stoicum fuiſſe, qui fato omnia fieri ſentiat. Quare P.C.) à ſe remouet periculi metum, & concludit exordij priorem partẽ: reſpicit enim ea quæ dixit initiò, Sed eum per deos immortales metũ deponite, &c. Conſulite, proſpicite.) Varietas. duo hic propoſuit, quibus plura refert. ad id quod dixit, Conſulite, cõſeruate uos, illud retulit, Fortunã liberoſq; ueſtros: ad Proſpicite, Populi Romani nomen defendite. & quod ſuprà primo loco dixit, hoc dicit hic in ſecundo. Mihi parcere.) ſignificat ignoſcere, ſignificat etiã cuſtodire, non abſumere. ut pater parcit rem filijs. ſed eſt hic alia ſignificatio: ſignificat enim, nolite me reſpicere, aut mei rationẽ habere, nolite de mea ſalute ſoliciti eſſe. & pendet hoc à prima ſignificatione. ut enim qui parcit pecuniæ, ea non utitur: ita qui parcit amico, eius opera non utitur, ſed in aliud tempus reſeruat. Nam primum.) Reddit rationem cur ſibi non timendum putet. prima ratio à Deo, & æquitate, & prouidentia. Pro eo mihi ac mereor.) Locus cõmunis eſt, quem ita pronunciamus, ex benefactis debere homines à dijs bona ſperare, contrà ex malefactis mala. Deus referre gratiam dicitur, cum cultoribus ſuis benefacit, cum eorum rationẽ habet: & referre gratiam nõ ſolum ad homines, ſed etiam ad deos pertinet. Et eſt præclara formula loquendi, ut Sulpitius in epiſtola, quæ incipit, Poſteaq̃ mihi renunciatum eſt de obitu Tulliæ filiæ tuæ: ibi dicit pro eo ac debui, id eſt, quantum debui. Deinde ſi quid obtigerit.) Altera ratio: Bona conſcientia moriar, quia ſcio me honeſtè & pro patria mori, non contra patriam. eſt & magnanimitatis argumentũ. Malè autem quidam hic cum Donato dicunt, Obtingere tantum de malis rebus intelligi, non de bonis, cum tamen etiam in Epiſtolarum famil. lib. 2. legatur, quo loco Cicero ad C. Cælium ſcribens, ait: Cum optatiſsimũ nuncium accepiſſem, te mihi quæſtorem obtigiſſe. Neq; enim turpis mors.) Ethica ſententia eſt, quæ exornata ex quadam diſtributione, & digeſtione tribuit cuilibet rei ſuam partem & dignitatem. Et hic errant quidam interpretes, qui dicunt, idcirco non poſſe turpem mortem accidere fortibus uiris, quia illi nõ formidant: ea enim eſt turpis mors, quæ formidatur. Non eſt hoc: non facit formido turpẽ mortem, ſed cauſa mortis. Nam ſi cauſa eſt honeſta, mors turpis eſſe non poteſt. & eſt locus cõmunis. Nec immatura conſulari.) Et eſt quod proxima oratione dixit, ſe nihil uidere quo altius libêret aſcendere. cum enim quis aſcendit ad ſummos honorũ gradus, iam maturus eſt. & eſt translatio à fructibus. Nec miſera.) Eſt paradoxum Stoicũ. ſic enim Stoici dicebant, omnes ſapientes eſſe diuites, liberos, beatos, etiam in equuleo & tormentis. Sapientis eſt beatitudo ſumma, & miſeria eſt eius contrarium: & miſeria eſt in ſceleribus et uitijs, atq; in opinione. his remotis, nuſquam miſeria reperitur. Nec tamen ſum ille ferreus.) Sententiæ ei de qua diximus, reſpondet orator occupatione per ſubiectionẽ. Diceret enim quiſpiam, Cum nihil melius tua cauſa, tamen tuæ ſaluti conſulere debebas, uel tuorum domeſticorum cauſa. Eſt enim commiſerationis locus. Significat etiam ſe pluris facere rempub. quàm omnes domeſticos. Quaſi dicat, quãuis his etiam mouear, hic tamen motus non me mouet ad uitam retinendam, cum pernicie reipub. quoniam plura bona ſunt paucioribus anteponenda. Et eſt locus communis. Secundò dicit moueri quidem ſe, ſed ut ſalui ſint, non ut pereant. ſicut dicere ſolemus de aliquo patre, qui nimiũ indulget ſuis, dicimus perdere ſuos liberos indulgentia: ita dicimus, ſic amandos liberos, ut non pereant. Itaq; moueor in meos domeſticos, ſed in eam partem, ut eos conſeruem. Et primò proponit alteram partem, & eſt denominatio. ſignificat enim hominem durum, immitem, & inhumanum. Ferreus, id eſt ſtupidus, qui nõ cõmouetur. Qui fratris chariſsimi.) Aderat enim frater ipſius Quintus, & reliqui cognati & propinqui, ut exitũ rei uiderent. nam Ciceroni non parum metuebant, ſi eo autore ſupplicium de coniuratis ſumeretur. Sed aliter uidetur ſentire Plutarchus, qui dicit Q. Fratrem, & uxorẽ Te

ventiā impuliſſe ad puniendos cōiuratos. ſed hoc dicit Cicero, quoniam nō uult illorū animū prodere, ſed diſſimulauit: nō dixit falſum, ſed reticuit uerū. nam ſine alterius damno, aut potius cum alterius cōmodo, licet aliquādo uerū tacere, ſiquidem nemo id requirat. Mœrore.) Rectè. nam mœror ægritudo flebilis à Cic. Tuſc. 4. definitur. Lachrymis.) quas mœror elicit. Circumſeſſum.) ſtipatū, circundatum, munitū. Exanimata uxor.) metu & pauore conſternata. nam metuit exitū huius rei. Eſt enim exanimatio metus ſubſequens, & quaſi comes pauoris: pauor uerò metus, mentē loco mouens. Ex quo illud Ennij (inquit Cic. Tuſc. 4.) Tum pauor ſapientiā mihi omnē ex animo expectorat. Abiecta metu filia.) id eſt, debilitata, afflicta & proſtrata, & quod dixit de uxore exanimata. ſed uariat orationē. Tullia ſcilicet lectiſſima puella, ſi quæ unq̄ fuit forma & literis & moribus prædita. Et paruulus.) Marcus, qui poſt patris necem fuit collega Auguſti Cæſaris in Conſulatu, teſte Plutarcho: præclarus adoleſcens, eruditus & reipub. amantiſſimus. Paruulū appellat, quia tum adhuc fuit puerulus. Qui mihi uidetur amplecti rempub.) Hac ſpecie animis patrū obiecta, miſerationē mouet. eſt enim ἐνέργεια. Tanq̄ obſidē.) Dicūtur obſides illi uiri, qui dantur uictori à uictis. Sed hoc loco ponitur pro ſponſore. Neq; ille.) ſcilicet me mouet. Gener.) Craſſipedē, Dolabellam, & Cn. Piſonem generos habuit Cicero. de Craſſipede eum hic loqui puto. Moueor.) Altera pars ſubijcitur. Vobiſcū.) alij nobiſcū: ſed malè. Cicero enim ſeipſum hic nō cōprehendit, id quod declarāt illa uerba: Etiāſi uis aliqua me oppreſſerit. tanq̄ diceret: Volo meos ſaluos eſſe uobiſcū, etiā ſi mihi eſſet pereundū. Quare P. C.) Epilogus primæ partis huius exordij, cui poſtea addit amplificationes egregias. repetit igitur epilogū prioris illius partis. Procellas.) id eſt, pericula. Translatū à maris tempeſtate. Non Tyberius Gracchus.) Amplificat poſt exordiū collatione exēplorū. oſtendit longè maius periculū à cōiuratis, quā unq̄ antea in ulla ſeditione imminere. Agrarios.) homines ſcilicet: ut leges agrariæ. ſunt enim agrarij, qui legi agrariæ fauent, id eſt, qui appetūt agros, ut illis agri diſtribuantur. Agreſtes autem, qui in agris habitant. Agrarios igitur pro ſeditioſis, uſurpauit. In diſcrimē aliquod.) Periphraſis eſt, pro accuſatur. Sunt enim hæ formulæ elegantes, atque ad amplificandum accommodatæ. Tenentur.) ſunt in carcere. Eſt frequentatio, quoniā in unū locū omnia congeruntur ad augendam rem. omnia dicta ſunt hactenus per alias tres orationes, quæ hic paucis & ſummatim repetuntur. Qui ad urbis.) Tria tribus referuntur præclara collatione differentium aut diſſimilium, non contrariorum: Vtrique malè egerunt, ſed hæc longè ſunt grauiora. Nemo ne ad.) Eſt hyperbolicôs dictum ad augendum. Augent, & quæ incredibiliter tollunt, inquit Cicero in Part. orat. incredibiliter, idem hyperbolicôs. Ad deplorandum & lamentandum.) Lamentatio, eſt ægritudo cum eiulatu Cic. Tuſc. 4. Hæc omnia iudices.) Secunda pars exordij, qua oſtendit ex præiudicijs, à coniuratis pœnas eſſe ſumendas. Primum quod.) Eſt propoſitio, & deinde propoſitionis explicatio. Et eſt unū argumentum, quod ſenatus nec poſſit, nec debeat pedem referre. Deinde quod.) Secundum præiudiciū. Tum quod.) Tertium præiudiciū, quod iudicaſtis illos in carcerē conijciendos eſſe. Maximè.) Quartum præiudicium. Poſtremò.) Quintū & ultimū præiudicium præmis decreta ſunt his, qui fecerunt indicia coniurationis, ergo ſunt condemnati cōiurati. Eſt ex contrario. in Philip. quoq; multa huiuſmodi tractat. Ampliſſima.) Ergo eadem ratione decreuiſtis pœnas coniuratis, ſi minus uerbo, re tamen ipſa. Sed ego inſtitui.) Propoſitio eſt totius orationis: refert enim ad ſenatum quod Cos. officium fuit, de coniuratis, qua pœna afficiendi ſint. Hoc eſt igitur ſummum huius orationis caput, quod tractat per adhortationem. nam etiamſi dicat orator ſententiam ſuam de facto, & de pœna, tamen adhortatur maximè ad pœnam ſumendam de cōiuratis: itaque eſt in hac oratione qualitatis ſtatus. nam non ambigitur, an ſit coniuratio facta: ſed ſit ne in rempub facta, id eſt, iure ne an iniuria: quæritur igitur de pœna & præmio. Hæc autem aduerſatiua Sed poſita eſt, quia in exordio ſine aduerſatiua dixerat, captos condemnatos eſſe, idcirco dicit Sed: tanquam diceret, quanquā iſtis præiudicijs ſatis conſtat condemnatos eſſe, tamen quaſi non iudicati ſint, ad uos referam. & hæc eſt conſulis modeſtia, qua ſibi apud P. C. beneuolentiam conciliat. Tanquam integrum.) id eſt, tanquam nondum tractatum, nondum iudicatum. transfertur à corporibus ad animum. Salluſt. Cos. ubi ea parari nouit, refert quid de his fieri placeat, qui in cuſtodiam traditi erant. Sed eos paulò antè frequens ſenatus iudicauerat contra rempub. feciſſe. Ergo non erat integrum: ſed Cicero tanquā integrum, ut dixi, refert, ut omni reprehenſione careat, quam tamen uitare non potuit. Adeò periculoſum eſt, rempub. adminiſtrare. Illa prædicaui.) Cos. aliorum ſuffragia rogabat, ipſe ſuffragium nō dabat, niſi partes eſſent æquales, ut ipſe in alterā partē incumberet. Sed tamen admonendi cauſa licebat ei cum uellet dicere, ut hac oratione facit. Significat autem, Prædicaui, non uaticinari, ſed antè dicere, præmonere. Quia uidebat uarias ſententias, Cæſar non recuſabat eos morte mulctandos. D. Syllanus & Cato cenſebant, idcirco hanc orationem interpoſuit. Ego.) Propoſitioni ſubijcit ſuū conſilium, & amplificat coniurationem. dicit enim ſua opinione maiorem eſſe coniurationem: eſt igitur ab inopinato. ualetq; hic locus ad attentionem comparandam, propter rei magnitudinem & nouitatem. Sed hanc.) Altera pars collationis facti cum ſua opinione. Tantam.) ad quantitatem. Tam exitioſam.) ad qualitatem. A ciuibus.) Potuiſſet eſſe coniuratio, ſed non à ciuibus. auget à perſonis. Nunc quicquid eſt.) Sequitur igitur ex periculi magnitudine deliberandum eſſe celeriter de ea re. nam maximis malis occurrendum eſt in tempore. Nam ſerò medicina paratur, cum mala per longas iam ualuere moras, ut inquit Ouidius. Hodie, inquit, ſtatuendum eſt, quicquid ſtatuere uultis. hoc autem dixit orator, propter id quod Salluſtius indicat, quod Cethegus & alij concitabant per nuncios multitudinem. Quicquid eſt.) ſit, necne. Quocunq;.) Siue ad ſententiam Syllani, ſiue Cæſaris accedere placet. Statuendum uobis.) Videmus quantum errauerint hi, qui tempore Ciceronis, dicebant Ciceronem hos indemnatos occidiſſe, ut Antonius & Clodius obijciebant. Et quanquam permittat liberum patribus, tamen admonet illos pro ſuo officio de duobus: alterum eſt de magnitudine periculi: ſecundo loco refutat ſententiam Cæſaris. & quod per totam facit orationem, ſpargit hortationem ad fortiter ſine ullo metu iudicandum. Primum autem tractat à magnitudine ſceleris, ſecundum à multitudine ſociorum & coniuratorū. Affines eſſe.) Translatū

uerbum

uerbum à cognatione. hinc affinis culpæ, id eſt, ſocius ſceleris. Latius.) id eſt, hoc malũ in plures quàm putatis diſſeminatum eſt, & propagatũ, & ſparſum: plures quàm quis putet, occupauit, inuaſit, infecit. Manauit.) Declarat q̃ latißimè coniuratio propagata ſit. manare, id eſt, longius fluere. quod aquarum eſt. Diſſeminatũ.) à granis tranſlatio. Tranſcendit alpes.) uſq; ad Allobrog. in Galliam. Obſcurè.) latenter, clàm. per metonymiam. Serpens.) Tranſlatum à ſerpentibus, ſiue à morbo qui cancer & carcinoma appellatur. Id opprimi.) Occupatione occurrit eorum animis, qui dicerent ſuſtentando, & prolatando poſſe tolli. reſpondet Cicero, non eſſe ex ijs morbis, quæ tempore ſanari poßint. Suſtentando.) ferendo, tolerando, patiendo. Prolatando) Prolatare, differre, proferre in longum. Placet.) ſcilicet iudicare. Vindicandum.) Nõ ſic legendũ, ſed iudicandũ. Video.) Proponit breuiter duas duorum conſulariũ ſententias, eaſq; contrarias. Cæſar amplectitur omnia ſupplicia, mortem reijcit, nõ uult eos occîdi. Sententia Cæſaris perſcribitur à Salluſt. ſed Syllani non niſi paucis uerbis. Morte eſſe mulctandos.) Supplicium ſumere, & morte mulctare, idem eſt. Mulctare eſt tranſlatum uerbum à legibus. & mulcta erat pœna pecuniaria. parag. inter mulctã. l. aliud eſt fraus. ff. de uerb. ſig. Quid à pœna differat mulcta, uide loco citato, & l. ſi qua pœna. ff eod. Mulcta propriè non poteſt dici ſuppliciũ, ſed ſupplicium mulcta appellari poteſt. Hæc delere.) Cic. hæc dicens circunduxit manum, ſenatũ indicans, totumq; imperium. eſt enim δεικτικῶς dictum, id eſt, per demonſtrationem. Vterq;.) Cicero ut prudens & ſapiens erat, nõ ſtatim reijcit Cæſaris ſententiam, quæ tamen ei diſplicebat: ſed prius laudat, & uidetur illos æquare. ſed callidè refellit Cæſaris ſententiam. Magnitudine.) ſcilicet ſceleris. Alter.) Confert ſententiam Syllani & Cæſaris. oſtendit in quibus ſimiles & dißimiles ſint. intelligit autẽ hic D. Syllanum. Qui.) Amplificatio reipublicæ Romanæ. Puncto temporis.) Puncto nihil eſt tenuius. græcè ἄτομος dicitur, itaq; ex Geometris huc transfertur. In omnibus artibus eſt, ſed tranſlatum. in ſola Geometria eſt proprium, in Dialectica eſt indiuiduum. Et eſt quaſi diceret, ne puncto quidem temporis, hyperbolicôs, cum in omni oratione uenitur ad imum & centrum. etiam minuendo hyperbole dicitur, in Part. orat. ut de augendo dixerat: aut ea quæ obſcuramus, quæ incredibiliter tollimus. Et hoc communi ſpiritu.) Sic pro S. Roſcio Amer. Quid tam cõmune quàm ſpiritus uiuis? per ſpiritum aërem intelligit. Cic de Natura deorũ inquit: Niſi enim uno & continuato ſpiritu omnia continerentur, non ſubſiſterent. Et eſt hic numeroſum quiddam ex uerbi collocatione in fine. Multum itaq; collocatio ad concinnitatem & ſuauitatẽ orationis ualet, ut qui malè collocant, uideantur barbari eſſe, ut Valer. Maximus & Suetonius, item Plinius, qui habent ſelectißima uerba & latina, ſed malè collocata. Atque hoc genus pœnæ.) Exempla adfert, de quibus poſtea. itaq; non eſt anteuertendus orator. Improbus.) Non dicit malos. ſumit pro perditißimis, nequißimis & profligatis. nam malos in hoc genere non appellauit homines Cicero, non quo non ſit latinum, ſed alia eſt eius ſignificatio: mala enim dicuntur, quæ patimur. Recordatur.) ſubijcit, memorat, in memoriam reuocat. eſt aliud recordari, cum ſignificat ſimpliciter meminiſſe, & uenire aliquid in mentem. Alter.) Cæſar. Intelligit.) putat, exiſtimat. Neceßitatem.) cum morbo aliquo aut ſenectute homines moriuntur. Aut laborum) externa aliqua ui, cum quis ſibi adfert manus uiolentas, aut ab alio occiditur. ſed primũ potius intelligitur. Itaq; eam.) neceßitatem. Salluſt. Omnia orta occidunt, & aucta ſeneſcunt. Nec ſunt fortes qui ſeipſos occidunt, ſed imbecilles, & uicti dolore. Vide Auguſt. de Ciuit. Dei. Vincula uerò.) ut inquit Cæſar, ſemper intelligendũ eſt. Sempiterna.) quod uulgo perpetuũ carcerem uocant. Certè.) inquit Cæſar. Singularẽ.) quia nulla præterea pœna eſt inferis poſt hanc uitam. nam animum cum corpore extingui Cæſar exiſtimauit. Vide Catonem apud Salluſt. Municipijs.) id eſt, per ſingula municipia. municipia, liberæ ciuitates. Poëticum eſt, ut currere campis, id eſt, per campos. ſolent in auferendi caſu ponere. Habere uidetur res iſta.) Modeſtè refellit Cicero Cæſaris ſententiã. Dicit ciuitatibus liberis imperare. nam liberũ eſſe, & parêre imperio aliorũ, ſunt cõtraria. Cicero nouerat rerum naturam, quãuis Romani ſemper in omni fœdere ſuperiores eſſe uolebant: eſt igitur dilemma, id eſt, cõplexio, aut illa municipia ſunt roganda, aut imperandũ eſt. utrunq; diſſoluit orator. Ego enim ſuſcipiam.) Refellit, & poſtmodum concedit ut feram ſententiã. modeſtus eſt Cicero. Adiungit grauem pœnam.) Altera ſententiæ Cæſaris pars, in qua tria continentur: primo irrogat, ſecundo loco horribiles cuſtodias circundat, id eſt, horribilibus uult eos includi carceribus. cuſtodia enim ſæpenumero pro carceribus, ſæpe etiã pro cuſtodibus ipſis uſurpatur. Poſtremò eripit ſpem libertatis. præclarè Cicero exaggerat Cæſaris ſententiã, quã tamen poſtea illudet & refellet. Spem.) euadendi atq; aliquando exeundi. Locus cõmunis: Spem unicã eſſe quæ hominem in miſerijs conſolari poßit: quæ ſi abſit, reliqua omnia nihil eſſe. Ouid. de Põto lib. 1. Spes alit agricolas, ſpes ſulcis ſemina mandat. Viuere ſpe uidi, qui moriturus erat. Hinc eſt quòd D. Paulus ſpem tantopere cõmendat, quaſi ea ſit unica, & ſacra Chriſtianorum ancora. Spes, inquit, non pudefacit. Publicari.) forenſe uerbum, id eſt, ad ærarium & fiſcum redigi, confiſcari, ut Aſconius & leguleii dicunt. Ademiſſet.) ut Cæſar exiſtimat. nam Cicero Cæſaris ſententiam eloquitur. Itaq; ut.) Finis ſententiæ Cæſarianæ, qua ſignificat mortuos non eſſe miſeros, cum nihil ſentiant, iam intelligant, nimirum extinctis cum corporibus, etiam animis. Sed hæc à doctis ſcribi aut dici, ut homines à ſceleribus deterrèantur, & in officio retinerentur. ô hominem impium. Antiqui.) ſimplices, ut dicunt, & rudes. De hac quæſtione diſputat Cicero cum Attico ſuo Tuſculana prima. Nunc P.C.) Retulit bona fide Cæſaris de coniuratorũ pœna ſententiam. nunc propoſitis utriuſq; Cæſaris & Syllani ſententijs, ingreditur ad Cæſaris ſententiam refellendam: uerùm id facit amicè, & quaſi dißimulanter, ne illum ſuæ ſententiæ infeſtiorem faciat. Video.) quaſi diceret, Video Cæſaris ſententiam mihi utiliorẽ eſſe: uerũ non quod mihi utile eſt, ſequi debeò, ſed quod reipub. conducere uideatur, cuius unius in deliberando habenda ratio eſt. Quoniam hanc is reipub. uiam.) Duo genera ſemper, inquit Cic. pro Seſtio, in hac ciuitate fuerunt, eorum qui uerſari in repub. atq; in ea ſe excellentius gerere ſtuduerunt, quibus ex generibus alteri ſe populares, alteri optimates & haberi & eſſe uoluerunt. qui ea quæ faciebant, quæq; dicebant, multitudini iucunda eſſe uolebãt, populares: qui autem ita ſe gerebant, ut ſua conſilia optimo cuiq; probarẽtur, optimates habebãtur. Itaq; ex his liquet,

quid ſit Cæſarē eam reipub. uiā ſecutū eſſe, quæ popularis haberetur. Neſcio.) Formula dicendi, qua affirmemus aliquid dubitanter. ut illa de Offic. lib. 1. Atq; haud ſcio an ſatis ſit eum qui laceſſierit, iniuriæ ſuæ pœnitere. Sed tamen.) id eſt, omniū periculorū ratio reipub. utilitati proponenda eſt, ad quam omnia ſunt referenda. Vendicat.) Verbum iuris, cum ex iure & ſententia prætoris adeunda poſſeſsio tanq̃ propria. Quid intereſt.) Eſt enim occupatio quædam. dicebant quidam Cæſarē fauere cōiuratis, & omne ex deterioribus popularibus. excuſat eum Cic. quod grauia ſupplicia in eos ſtatuiſſet. Tanquā obſidem.) Vtitur graui uocabulo. obſides enim dantur uictoribus à uictis. Sūt enim obſides id uictoribus, quod ſunt pignora priuatis hominibus. Obſides ſunt perſonæ, pignora autem res inanimatæ. Concionatorum.) Ita uocat per ignominiam Tribb. plebis, qui conciones ad populū habebant nimis populares & ſeditioſas. Et animū uerè popularē.) Videtur Cicero duo item populariū hominum genera innuere, quorū alteri leues, & leuem auram tantū populi concionibus blandis captaſſent: alteri quæ populo utilia, non modò iucunda erant, procurabant. hi uerè populares erant, in quorum numero Cæſarem conciliandi cauſa reponit. Video de iſtis.) Videbat Cicero aliquē abeſſe à ſenatu, ne ferret ſententiam de coniuratis. & puto Craſſum illum diuitem, de quo apud Salluſt. Non neminē.) id eſt, aliquē. Is &.) Trahit eum in inuidiam, oſtendens eum nō eſſe popularē. Iam hoc.) Tria tribus refert. Gratulationē.) gratiarum actiones. Significat hæc eum iudicaſſe, quòd hoſtes ſint, nō ciues. Supplicatio & hoſtes ſunt relata: ſi decernitur, ſupplicatio decernitur. itaq; eum in inuidiā trahit, ut nō poſsit hinc referre pedem. Sunt etiā imperator & ſupplicatio relata, & imperator & hoſtes ſunt relata. ut ſi quis ſit imperator, oportet eſſe hoſtes, quos deuicerit. ergo totum hoc argumentū pendet ex relatis. At uerò.) Redit ad ſententiā Cæſaris, & ad legem, qua cautum erat, ciues occidere: eamq; interpretatur. Qui autē.) Refert autem, ut refellat. Poſſe.) ſcilicet interpretor: Qui ſunt hoſtes, nō ſunt ciues: cōiurati ſunt hoſtes, ergo nō ſunt ciues. Denuq; ipſum.) Repetit duo diuerticula. primū, nō eſſe coniuratos hos ciues. ſecundum, legem non placuiſſe populo. Nam Sempronius occiſus eſt ob hanc legem. Sed Liuius dicit iuſſu populi nō occiſum eſſe, ſed iuſſu Conſulis. Sed iuſſu populi poſſumus dicere, quod factum eſt conſenſu populi, quia populus erat dominus: nam conſenſus pro iuſſu habetur. Sed uereor ne ſit corruptus hic locus, ne uelit Cicero dicere manu populi, pro iuſſu populi. Idem & ipſum.) Pergit in expendenda & explicanda Cæſaris ſententia, quæ pars ſpeciem habet refutationis, etiamſi ſecus habeat. nam refutationes ſæpe tam leniter tractantur, ut uix appareant. Videtur autem dicere Lentulum largitorem & prodigum non eſſe, cum tamen maximè dicat. Largitor dicitur, qui ſpe dignitatis largitur & effundit: prodigus, qui in ſocietatibus ſua profundit. Largitores à largitionibus, quæ ſunt publicæ pecuniarum effuſiones. Largitor ergo in publicis, prodigus in priuatis commoditatibus & uoluptatibus. Ergo largitor in malam partem capitur. Non putat.) ſic refertur: non putat etiam appellari poſſe popularem, id eſt, ex eorum ciuium numero, qui uerè populares appellantur, ut antè dixit. Cum de.) Conatur Cicero tueri ſententiam Cæſaris: ſed addit uerbis uim, ut Cæſarem ita ſentire interpretetur, cum tamen ea non fuerit Cæſaris ſententia. itaq; interpretando refellit. Itaq; homo.) Quoniam non putat eſſe ciuem, & uerè popularem, Cæſar citat legem Porciam & Semproniam de ciuibus Romanis, & Cæſar damnat hos: ergo non putat eſſe ciues. nam leges illæ de ciuibus, non de hoſtibus loquuntur. Mitiſsimus atq; leniſsimus.) Argumentū ex minore: Si Cæſar mitiſsimus homo eos ita damnat, quid nos faciemus, qui nō tam lenes & mites eſſe uolumus. Aeternis tenebris) Solemus dicere, ad perpetuū carcerē abijcere. Leuando.) minuendo tempore, aut leniendo. Adiungit etiam.) Pœnā exaggerat à Cæſare decretam, ut reliquis nihil repugnare uideatur, qui grauius decernunt. Quamobrem.) Concludit hunc locum de his duabus ſententijs per diuiſionē, ſeu dilemma: Non erit periculum, ſi ſequantur ſententiam Cæſaris, ſiue Syllani: ſi Cæſaris, quia Cæſar popularis eſt, quia Cæſar dixit Syllani ſententiam eſſe leniorem. Obtinebo.) æſtimabo, tenebo. Eam.) ſententiam Syllani. & id ex Cæſaris ſententia dicit. Quanquam P.C.) Correctio. corrigit enim quod proximè dixit, de uitanda crudelitate ſententiæ. idem etiam Cæſar dixit. Immanitate.) magnitudine crudelitatis. à feris ſumptū. Ego enim de me.) de meipſo coniecturā facio. Nam ita mihi.) Forma et conditio iuriſiurandi ex cauſa ſumpta, ita me dij ament. Vehementior.) ſeuerior, acerbior. dicit eſſe nō naturalem acerbitatem, ſed fortuitam, & per accidens (ut iſti dicunt) id eſt, propter eorum ſalutem. Quis enim eſt.) quaſi diceret nullus. & hoc teſtantur omnes hiſtorici. & niſi tam mitis fuiſſet, ut Plutarchus teſtatur, cum eo communicatum fuiſſet conſilium, cum Caßius & Brutus interficere Cæſarem uellent. Miſericordia.) quæ ægritudo ex miſeria (quod alterius miſeria cor tangat) alterius iniuria laborantis. qui uerò laborat iurè, impropriè erga illum eſt miſericordia. Duo ſunt quæ hic patiuntur, reſpub. & cōiurati: ſi ignoſcitur coniuratis, reſpub. laborat: ſi coniurati puniuntur, reſpub. ægritudine liberatur. Videor enim.) Magnū lumen orationis. præclara deſcriptio conſequentium malorum. N eſt magnum diſcrimen inter deſcriptionem & demōſtrationem illam Cornificianā, quæ energia, & ὑποτύπωσις dicitur græcè. Demonſtratio plerunq; eſt rerum præteritarū. Deſcriptio autem rerum conſequentium & futurarum. Conſtituit etiam orator antitheſin quandam, & contentionē. Videre lucem.) Facit urbem ſolem. nam ſol eſt lux terrarum. ita ſi quis ſolem è mundo tollat, ſic eſt, ſi quis tollat Romam. Tranſlata ſunt uerba. Atq; arcem.) id eſt, ad quam confugiūt omnes gentes. Alludit autem ad aſylum Romuli. de quo apud Liuiū lib. 1. Subito uno) Mouent iſta à celeritate ruinæ tantarum rerum. Videor enim mihi.) Hæc eſt illa deſcriptio, in qua haud dubiè orator noſter calamitates, quæ ab hoſtibus, urbibus captis fiunt, recenſet. Et Cæſar irridens eius mentionem facit in ſua oratione, ubi dicit: Sed per deos immortales, quò hæc oratio pertinuit, &c. Sed & alij huius calamitatis mentionem fecerunt, ut patres qui rationi infeſtos facerent. & ſi quis dicat Cæſarem de Cicerone dicere, falſum dicit. Nam Syllanus dixit prius eodem modo. nam Ciceronē poſt Cæſarē dixiſſe, perſpicuum eſt. Cerno animo.) Obſeruāda eſt hic uarietas & copia: primò dixit, Videor mihi uidere: ſecundò, Cerno animo: tertiò, Verſatur ante oculos: quartò, Propoſui mihi. Vno incēdio.) Addit poſtea grauius uerbū, ut creſcat oratio, Sepultā patriā. hoc enim eſt longè grauius, etiamſi idem ſit, tamen grauius eſt

uerbum, ſepultã eſſe, q̃ concidere uno incendio. Sepultã.) ſuis ſcilicet in cineribus ac fauillis. Miſeros atq; inſepultos.) Domus quidẽ ſepultæ eſſe poſſunt in cinerib. ſed nõ omnia corpora. Magnũ erat apud ueteres, inſepultum eſſe corpus, ut & apud Verg. de Palinuro, qui corpus ſuum hu mari poſtulat Aen. lib. 6. Eripe me his inuicte malis, aut tu mihi terrã Iniſce, &c. Hæc ſunt ualde popularia ex uulgi opinione ducta. Sed Cic. in Tuſcul. quæſt ſtudioſius hæc tractans, cõtemnit. Sed illud obſeruandũ & diſtinguendũ eſt: intelligendum nõ de his uiuis, quibus mandant officia. ſed de iſs, quibus hæc fiunt. ſed tamen uiuorum refert, & intereſt propter multas cauſas, corpora rectè ſepeliri. Aceruos.) Non dicit ſimpliciter ciues, ſed aceruos ciuiũ: id eſt, ingentem multitudinem ciuium mortuorum & inſepultorũ. Verſatur mihi.) Nunc ab ipſa patria ad ipſos coniuratos tranſit. eſt deſcriptio aduerſariorũ. Cethegi.) Cui ſummæ erat uoluptati homines trucidare. qualem igitur uultum habuiſſe eam belluam putamus? Bacchantis.) quia dixit furor, nõ dixit furẽtis, ſed bacchantis, quod poëticum eſſet nimis. Cæde.) Non ſimpliciter cæde, ſed ueſtra cæde, ut grauius permoueat. Perhorreſco.) totus frigeſco, cõtremiſco. à febri ſumptũ. Lentulum.) haud dubiè talem, qualis Cethegus. et ſpectat ad hoc quod ſuprà dixit de Sibyllinis oraculis, eum fuiſſe tertiũ illum Cornelium. Fatis.) Sibyllinis oraculis & uerſib. Purpuratũ.) Signũ regiæ poteſtatis, præter Iudæos, erat purpura Regibus unde etiã Romani Conſules gerebant faſciam quandam purpuream inſtar coronæ. Iudæi uerò oleũ habebant, quo ex Dei lege inaugurabãtur reges. Tum lamentationẽ.) cum Catilina tantã cædem effeciſſet, ut qui cæderetur, nemo ſuperesſet. Fugam.) qua fugerent impetũ hunc. Vexationem.) id eſt, honores præreptos iſtis uirginibus Veſtalibus, & uiolatã pudicitiã. Perhorreſco.) Verba facta uocantur cõiunctione, lib. 3. de Orat. ut abhorreſco, perhorreſco. Et quia.) Nunc hanc ipſam deſcriptionẽ orator ad ſcopũ dirigit et occludit. Miſereamur nos potius patriæ q̃ coniuratorũ. Miſera atq; miſeranda.) Differunt. ſi quis merito ſupplicio afficiatur, miſer quidẽ eſt, ſed nõ miſerandus: qui uerò iniuria malis afficiũtur, miſerandi ſunt. quilibet igitur miſerandus eſt etiã miſer, ſed nõ omnis miſer eſt miſerandus. Vtrum is.) Ab exemplo, non eſſe crudelitatẽ & miſericordiam erga patriam. eſt autẽ fictum exemplũ (argumentum à fictione uocant) quod Cicero ſimilitudini ſubijcit. Quare ſi quis dicat eſſe ſimilitudinẽ, non erraret. Socrates etiam ita apud Platonem diſputabat, & utebatur inductione. De ſeruis.) Illi coniurati quoq; ſunt ſerui legum, quia in illos animaduertũt leges. Clemens.) Quæſiuit orator huic exemplo gratiam ex contrarijs. Ac ferreus.) ſcilicet ſit, aut uideatur, id eſt, durus. Translatũ eſt. Dolorẽ.) ſuum ſcilicet. Cruciatu.) nocentis ſerui. Sic nos in his.) Applicat nunc illud exemplũ, atq; ex hoc patriæ calamitatẽ. In ueſtigijs.) nõ urbe. nam urbe cõflagrata & ſepulta, præter ueſtigia nihil reſtat. Gentem.) infeſtiſsimã Romanis. Vtitur autẽ orator relatione, ſeu translatione ad excuſandã crudelitatis notã, & refert eam in coniuratos. qui locus ex iuridiciali ſumitur. Niſi uerò.) Ab exemplo & præiudicio, & ad abſurdum cõpellit. ſi enim nos ſumus crudeles, dicimus L. Cæſarẽ eſſe crudelem, qui eandem ſententiã dixit de P. Lentulo. quod eſt abſurdum. Sororis ſuæ) quem ſororiũ quidã uocant. Hæc fuit uxor M. Antonij, & eo mortuo nupſit Lentulo. Virũ.) maritum, Lentulũ. Argumentũ à maiore, Si L. Cæſar ſuũ affinẽ condonauit, nec tamen fuit crudelis habitus: cur nos crudeles haberemur, qui non ſit affinis nobis. L. Cæſar fuit Iulij Cæſaris auunculus. Electiſsimæ.) rectius lectiſsimæ. ſolet enim Cicero uti lectiſsimis. & ſignificat egregium, id eſt, è grege electum & ſeparatum. ſed quoniam egregiſsimus non dicimus, oratores lectiſsimũ dicunt: ſignificatq; ornatiſsimum, honeſtiſsimum, & omnibus uirtutibus præditum. Cum animum.) Videtur unum exemplum deeſſe, quod in Salluſtio legitur, qui in hiſtoria ſua dicit: In his erat Fuluius Senatoris filius, quem retractum, &c. Et non dubium eſt, quin Cic. in tanta inopia exemplorũ hoc non præterierit. Vbi igitur Cicero hoc exemplum Fuluij propoſuit, delapſus eſt etiam ad antiquiora. Crudelior.) crudelior eſt uiſus, cum uita priuandũ eſſe dixit. ſic ſequitur ſententia. Cum animum.) Sic integra erit ſententia: Aut cum Fuluium Flaccũ iuſsit Coſ interfectum, filiumq; eius impuberem legatum à patre miſſum, in carcere necandum eſſe dixit. Sic ex Plutarcho in uita Gracchorũ corrigo, & legendum eſſe cenſeo. Præterea Salluſtius alium Fuluium, qui ad Catilinam initiò profectus eſſet, iuſſu patris necatum eſſe ſcribit: In his, inquit, erat Fuluius Senatoris filius, quem retractum ex itinere iuſsit parens necari. & uidetur Cicero omnia hæc exempla repetiuiſſe: ſed librariorum negligentia, quòd tam multos Fuluios legerent, omiſſa & corrupta eſſe. Et proculdubio prius exemplum de Fuluio Senatoris filio, de quo Salluſtius, eſt omiſſum, quia librarius putabat ſe bis terue ſcribere Fuluium eundem. Legatum.) Legatum, non ligatum. Miſſum in carcere.) Sic diſtinguit, miſſum, in carcere necandum, nõ carcerem. Filiumq;.) id eſt, Fuluium filium. Fuit fortaſſe circiter annos quindecim aut ſedecim natus, qui à Plutarcho in Gracchis dicitur habuiſſe pulchram orationem pro patre ſuo. Dixit.) ſcilicet L. Opimius Cos. Salluſtius Fuluium Senatoris filium nominat. Cicero Senatorem patrem, aut quia fortaſſe nolebat eum propter filium dedecore afficere, aut quia non erat neceſſe. nam & pater Fuluius uocabatur. Quorum quod.) Loquitur de tempore Gracchorũ. Simile fuit factum.) tum ſcilicet in ſeditione Gracchorũ. Largitionis.) tantũ ſuſpicio, nõ factũ erat. nam uolebat diuidere ciuibus tenuioribus agros. Atq; illo tempore.) in illa ſeditione fuit auus huius Lentuli. Valer. Max. lib. 5. cap. 1. de ingratis mentionẽ facit P. Lentulum uulnera accepiſſe: confert hunc cum ſuo auo, & inſtituit contentionẽ. & hæc eſt propoſitio. Eſt cõtentio contrariorum, tueri dignitatẽ & minuere dignitatẽ. Et propter contentionẽ eſt amplificatio per diſtributionẽ. amplificat enim alteram partẽ diſtributionis. Gallos.) Allobrogas. Seruitia.) pro ſeruis, pro multitudine ſeruorũ, aliquando etiam pro ſeruitute accipitur. ut Verg. ecl. 1. Nec ſeruitio me exire licebat. Eſt etiam hic ſimiliter deſinẽs, acceſſiuit, concitauit, &c. Attribuit cuiq; ſuum munus. Nos.) Senatores. Catilinæ) tanq̃ imperanti. Vereamini cenſeo.) εἰρωνεία ſeu diſsimulatio. Sic apud Salluſtium Cato: Miſereamini cenſeo: deliquere homines adoleſcẽtuli. Cum multo magis.) Explicatur Ironia, potius cõtrà nobis timendũ eſt, ne nimis crudeles dicamur, cum mites eſſe uelimus. Ita & Cato fecit apud Salluſtium. Sed quæ exaudio.) Occupatio eſt, qua orator confutat ſermones, ſi quis dicat non eſſe ſatis præſidij in urbe, quare ferendum ſit ne opprimamur. Exaudio, id eſt, audio, et nõ ſignificat impetrare.

VITTORIO EMANUELE

teſtetur. Obſtare.) ſcilicet iſtis audacibus, ne rerum potiantur, & ciuitatem perdant. Qui non tantum.) Repetitionibus amplificat. Audet.) ſcilicet pugnare. & ad fortitudinem refertur. Poteſt.) in facultatibus ſi quid habet. Nam ut iuriſconſulti dicunt, ſerui non habere poſſunt peculium, tamen uoluntate domini poſſunt. Quare ſi quē.) Epilogus occupationis, oſtendit urbis præſidia diligenter. Lenonē.) De his Salluſt. copioſe: Libertini, inquit, & pauci ex clientibus Lentuli, diuerſis itineribus opifices atq; ſeruitia in uicis ad eum eripiendum ſolicitabāt. Auditum.) quod aiunt, quo fertur. Lenonem.) Amplificat uerbis, ut nihil ſine criminatione dicat. quendam libertinum Lentuli intelligit de quo Salluſtius, ut modò oſtendi. ſed dicat quis, quomodo igitur iſti erant liberti, qui paulò antè erant ſerui? Familiæ cum periclitabantur, ſeruos aliquādo antè, aliquando uerò poſt factum liberabant. Lentulus ante factū eos dimiſit, ut eo præmio cōmoti audacius ſe gererēt. Qui in tabernis.) Ab officinis differunt, quod in officinis opera manuum fiunt: in tabernis autem tantū exponuntur uenalia. Sed tabernæ non propriè pro diuerſorijs ponuntur, ſed autores ſæpe confundunt. Intelligit hic Cicero omnes officinas. Egentiū.) nam audaciores ſunt ad aliquid patrandum propter egeſtatē. Imperitorū.) id eſt, idiotarū. Et id quidem.) Fatetur quod obijciunt quidam hoc tentatum eſſe, ſed nullos eſſe repertos. Fortuna miſeri.) id eſt, egeni. Qui non.) Significat quanta animorum tum fuerit coniunctio. Sellæ atq; operis.) Pulcherrima periphraſis officinæ. Officina eſt locus ſellæ atq; operis, & quæſtus quotidiani. ſignificat mechanicos quos uocant homines, et artes mechanicas. unde quoq; uocant idiotas mechanicos. Cicero in Offic. uocat ſordidas artes. Quidam nō mali autores ſellularias & ſedentarias appellant artes, quarū omne opus eſt in faciendo, quod manu tractentur, opusq; relinquant, quod extet & appareat. Cubile.) per ταπείνωσιν uocat. cubilia ſunt ferarum. ſunt enim cubilia pauperū ferè, ut cubilia beſtiarum. niſi uelimus cubilia & lectulū hic pro eodem poni. quod mihi non diſplicet. Curſum hunc ocioſum.) Nō ocioſum quòd nihil agant dicitur, ſed quòd in umbra ſedentes ſuas res agant. ocium enim aliud eſt iners & ſine opere. aliud actuoſum. interdum temporis à laboribus & ſolitis muneribus uacuitatē, ocium ſignificat, & ſimpliciter, quietem & pacem. Qui in tabernis.) Tranſit ad propolas & uenalitias. propriè hic ſumit tabernas pro loco ubi res uenduntur. Imò.) aliàs niſi legitur. & eſt ironia. Frequentia ſuſtinetur.) Si enim multi erunt in urbe, multa uendentur. Ocia.) non bello, ſed pace & quiete. Quid tandē.) Ex minore argumentū. nam tum erant occluſæ tabernæ. Quæ cum ita ſint.) Concluſio quæ habet quatuor partes: primò, hortatio: ſecundò, digreſſio: tertiò repetitio: quartò cōmiſeratio. Hæc peroratio habet enumerationem, ſed in amplificatione tota uerſatur. Quæ cum ita ſint.) id eſt, quamobrem concludendi. formula Ciceroni familiaris. Pop. Rom.) Intelligit omnes partes ſuprà enumeratas: nomine pop. Rom. præter ſenatum. Locus autem eſt ex pari uel æquo. aliàs reipub. Habetis Cos.) Conciliat ſibi animos auditorum à ſuis in rempub. meritis. Ex media morte.) Sic appellat præſens periculum. Non ad uitam ſuam.) id eſt, non ut ſibi uiueret. Inciſa multa hic ſunt, quibus etiam ſolet ineſſe diſſolutum. ἀσύνδετον græcè. Mente.) Nō ſunt hic quinq;, ſed tantum tria, mente, uoluntate, ſtudio. idem ſignificant, animo ſcilicet. deinde ſequuntur duo, uirtute, id eſt fortitudine, et uoce. Obſeſſa.) Locus cōmiſerationis, qui continet amplificationem & energiam. Manus tendit.) id eſt, ſupplex precatur. Vobis.) Amplificatio facta per diſtributionē, ut ex uerbo dilatetur oratio. uerbū fuit patria. Arcem & Capitolium.) Sunt idem. uoluit dicere arcem Capitolinā, ut Verg. Aeneid. 1. molemq; & montes inſuper altos: uoluit dicere ingentes montes. ὑπαλλαγὴ, & eſt poëtica figura, cum adiectiuum in ſubſtantiuū reſoluitur. Penates.) Deos ſelectos, qui duodecim erāt, quos etiam deos patrios uocabant. Ignem Veſtæ.) Idem eſt. nullum erat Veſtæ ſimulacrum, ſed tantum ignis in ara æternus & perpetuus, quem ignem curabant uirgines Veſtales, quæ fuerunt ut nunc monachæ. Ouid. Faſt. Tu nil per Veſtam, quàm puram intellige flammam. Credo hoc habuiſſe Romanos à Chaldæis, qui & ipſi ignem coluerunt. Sunt qui dicūt Veſtam pro terra poſitam. Atq; delubra.) quæ in templis ſacella ſunt. Tecta.) domus priuatorū hominū. ita complexus eſt omnia. Præterea.) uobis iudicandum eſt an uelitis retinere & conſeruare, an ea omnia amittere. De ueſtra.) Ab adiunctis. à domo, quæ proxima fuit, ad homines tranſit. Anima.) id eſt, uita. Anima ſignificat etiam aërem ſpirabilem. unde quidam uitam aërem eſſe putant. De focis.) ubi ignis fouetur, & ubi putantur eſſe dij penates & domeſtici lares. Vt ſui.) ſcilicet aliquis, ſi ſine, conſulo, legamus. & eſt locus communis de officio magiſtratus. Habetis.) Quo excutiat metum, diutius in eo loco moratur. Cogitate.) Reuocat periculum in mentem. Quanta uirtute.) id eſt, quanta fortitudine. Deorum benignitate.) Piè tribuit deo fortunarum amplificationem. Exaggeratas.) amplificatas et ualde auctas. Vobis hodierno.) poſt ſeptēdecim annos facti ſunt ſerui, à Iulio Cæſare. nam is effecit quod Catilina molitus erat, nec aſſequi potuit. Atq;.) Nunc uitat arrogantiā, neminem ſcilicet uelle reipub. conſulere, quàm eum. Non uolo uos excitare. nam in hac re diligentiores eſtis quàm ego: ſed hoc eſt meum munus. Mea uox.) mea hæc oratio. Princeps.) prima. Functa.) id eſt, ego functus. Nunc anteq̄.) P. C. Propoſitiō digreſſionis, quæ ſequitur amplificandi cauſa. Ego quanta manus.) Primus locus digreſſionis à multitudine inimicorū, quos ipſum ſuſtinere oporteat, pro reipub. ſalute. Sed eam.) multitudinem ſcilicet. incuſſerat prioribus uerbis metū Senatui ex multitudine improborū, eundem nunc metum excutit per contemptionem. Locus eſt à perſona aduerſariorū. Turpem & infirmam.) Quis igitur non contemnat, & paruiſaciat? Manus.) multitudo. Valuerit.) potuerit. Me tamen.) Conſolatur ſeipſum à bona conſcientia & reipub. ſalute. Etenim mors.) Ratio. mors enim pro repub. fugienda non eſt. Præſtat enim pro repub. cum gloria mortem oppetere, quàm uiuere, & naturæ tantum ſpiritum reddere. ſicut ipſi alicui dicit: Vt ſpiritū quem naturæ debemus, pro patriæ ſalute effundamus. Oſtendit autem his uerbis orator, ſe inglorium nō moriturū. Cætera enim.) Declarat ſe, & inſtituit grauē collationem ad ſua in rempub. beneficia amplificanda. Bene geſtæ.) Formula Romanis uſitata, cum hoſtes uicti erant: ſin contrà, rem malè geſtam eſſe dicebant, cuius rei exempla crebra ſunt in Epiſt. Ciceronis, & in Liuio. Sit Scipio.) Expolitio. Factum eſt hoc loco, quod dicit ſecundo bello Punico. Locus cōmunis huius comparationis hic eſt, quòd beneficia diuturniora anteponantur breuioribus. Eſt

bus. Eſt autem conceßio rhetorica. Infeſtißimas.) inimicißimas. Numantiamq́; deleuit.) Pes dochimus, quo Cicero delectatur. Fuit hoc tertio bello Punico. Habeatur uir.) Poſt Philippum & Alexandrum. de hoc uide Plutarchum in uita Pauli Aemilij. & attende copiam illuſtrem, Sit clarus, ornetur, habeatur uir egregius, ſit in æterna gloria, anteponatur omnibus. formulæ laudis, quæ notãdæ diligenter ſunt. Qui bis.) ſemel ad Ambrones, & paulò pòſt Cymbros. Anteponatur omnibus.) Magna laus. nam poſtremò ponit Pompeium, ut tanquã colophonem adderet. Regionibus.) Hyperbole, rem enim incredibiliter tollit. Erit profectò.) Magna laus. alludit ad dictum Pompeij, de quo Offi. 1. cum ex Mithridatico bello reuerteretur: Se fruſtra triumphaturũ, niſi inueniret urbem in qua triumpharet. intelligit enim tum urbem à Cicerone conſeruatã, in Catilinæ coniuratione. Quanq̃ eſt.) Alia ratione oſtendit maius eſſe beneficium patriæ conſeruatæ, quàm externæ uictoriæ. Quæ difficilia, pulchra. ſed noſtra uictoria, uictoria fuit difficilior, ergo pulchrior & præclarior. Alienigenæ.) quos Græci uocant ἀλλοφύλους, id eſt, externos, uel exteros. nimis ſæpe noſtri ſcriptores Eccleſiaſtici eos ethnicos uocant. Recepti.) Si ſe dedunt, ſi uolunt cõuenire. Qui autẽ ex.) Altera pars comparationis. Neq; ulla.) Verũ eſt quod dicit Cicero, ſi illa cõcordia eſſet æterna. ſed ſenſit non multo pòſt, cum in exilium ire coactus fuit ob hanc cauſam. Pro clientelis.) Tertia pars perorationis eſt, quæ petitio dicitur. prima hortatio erat, ſecunda digreßio, tertia petitio, quarta cõmiſeratio. Petit autẽ, ut hoc eius factum in autoritatibus perſcribatur, quod & factum eſt uerbis quàm amplißimis. Pro his.) Reuocatio primi uerbi, ſiue repetitio. Quod ſi meam.) Quartus locus perorationis: magna cõmiſeratio, tanquam iam eſſet moriturus, filium ſuum adhuc paruulum cõmendat ſenatui. Quapropter.) Concluſio cum hortatione ad fortiter de coniuratis iudicandum. utitur autem breui enumeratione ad memoriam renouandam clauſula ad conciliandũ & inſtigandum comparata.

IOACHIMI CAMERARII IN Catilinariam IIII. annot.

Qui mihi uidetur amplecti rempublicam tanquã obſidem conſulatus mei.) Veneti, Quem mihi uidetur amplecti reſpub. tanquam obſ. conſulatus mei. Sed ut utraq; lectio mihi quidem neſcio quo pacto obſcurior, ita utraq; uera uidetur putari poſſe. Qui non dolorem ſuum & cruciatum dolore nocentis, & cruciatu lenierit.) Veneti & alij, qui non dolorem cruciatu lenierit: ut illa iam ab explicationis inculcatione ſuſpecta fieri incipiant. Niſi cupiã L. Cæſar, uir fortiß.) Hunc locum ego quidem exiſtimo facilè intelligere omnes corruptum eſſe: ſed lectio quæ inter diuerſas mihi optima uiſa, ea eſt quam ſubiecimus: Nil L. Cæſar uir fortiß. & amantiſſ. reipub. crudelior nudiuſtertius eſt uiſus, cum ſororis ſuæ fœminæ lectißimæ uirũ præſentem & audientem uita priuandum eſſe dixit. M. Fuluium iuſſu Cos. interfectum, filiumq́; eius impuberem legatum à patre in carcerem miſſum necandum eſſe dixit.) In quibus ne quis nimis audaces mutationes factas eſſe arbitretur, hiſtoria breuiter temporum illorum exponenda eſt. Marcum enim Fuluium Flaccum ſummopere C. Gracchum defendiſſe conſtat, atque cum filium ſuum miſiſſe ad Cos. Opimium, puerum formoſum, & pudore cum miſerabilem, tum admirabilem, qui de conditionibus pacis ageret. Hunc cum Cos. iterum uenire ad ſe uetuiſſet, reuerſum patris iuſſu, comprehendi, & in carcerem conijci iuſſit. Eundemq́; poſtea patre occiſo, crudeliß. interemit, neq; pugnarum neq; certaminum participem. Hunc igitur necandum in carcerem miſſum, & patrem iuſſu Cõſulis interfectum, probauit oratione ſua tum L. Cæſar: ut hæc mihi lectio, iam confirmata ab hiſtoria, firma eſſe poſſe uideatur. Quia ſua fortuna ciuitatis ius conſecuti.) Veneta, niſi fallor, uerior: Quia ſua uirtute fortunam ciuitatis conſecuti. Aut recepti in amicitiam.) Veneti & alij, In amicitiam, non habent: & irreptitium eſſe, ſuſpicari licet.

IN M. TVLLII CIceronis orationem in toga candida contra C. Antonium & L. Catilinam competitores in ſenatu, L. Aſconij Pediani commentatio.

ARGVMENTVM.

Haec oratio dicta eſt L. Cæſare, C. Figulo Coss. poſt poſt annum quàm pro Cornelio dixerat. Sex competitores in Conſulatus petitione Cicero habuit, duos patritios, P. Sulpitium Galbam, L. Sergium Catilinam, quatuor plebeios. ex quibus duo nobiles, C. Antoniũ, M. Antonij oratoris filium, L. Caßium Longinum, duos, qui tantum non primi ex familijs ſuis magiſtratum adepti erant, Q. Cornificium, & C. Licinium Sacerdotem. ſolus Cicero ex competitoribus equeſtri erat loco natus, atq; in petitione patrẽ amiſit. cæteri eius cõpetitores modeſtè ſe geſſere, uiſiq́; ſunt Cornificius & Galba ſobrij ac ſancti uiri: Sacerdos nulla improbitate notus. Caßiũ, qui iners ac ſtolidus tum magis quàm improbus uideretur, poſt paucos menſes in cõiuratione Catilinæ eſſe apparuit, ac cruentißimarum ſententiarum fuiſſe autorem: itaq; hi quatuor prorſus iacebant. Catilina autem & Antonius, quanquam omnibus maximè infamis eorum uita eſſet, tamen multum poterant. coierant enim ambo, ut Ciceronem Conſulatu deijcerent, adiutoribus uſi firmißimis, M. Craſſo, & C. Cæſare. itaq; hæc oratio contra ſolos Catilinam & Antonium eſt. Cauſa orationis huiuſmodi in ſenatu habendæ Ciceroni fuit, quòd, cum in dies licentia ambitus augeretur propter præcipuam Catilinæ & Antonij audaciam, cenſuerat ſenatus, ut lex ambitus aucta etiã cum pœna ferretur: eiq́; rei Q. Mutius Oreſtinus Tribunus pleb. intercеſſerat. cum Cicero, grauiter ſenatu interceßionẽ ferente, ſurrexit, atq; in coitionem Catilinæ & Antonij inuectus eſt ante dies comitiorum paucos.

Dico P. C. ſuperiore nocte cuiuſdam hominis nobilis, & ualde in hoc largitionis quæſtu noti & cogniti, domum Catilinam & Antoniũ cum ſequeſtribus ſuis cõueniſſe.) Aut C. Cæſaris, aut M. Craßi domũ ſignificat. etenim acerrimi ac potentißimi fuerunt Ciceronis refragatores, cum petijt Conſulatum, quòd eius in dies ciuilem creſcere dignitatẽ animaduertebãt. & hoc ipſe Cicero in expoſitione ſuorũ conſiliorũ ſignificat. eius quoq; coniurationis, quæ Cotta & Torquato Coss. ante annũ quàm hæc dicerentur facta eſt à Catilina & Piſone, arguit M. Craſſum autorem fuiſſe. Quem enim aut amicum habere poteſt is, qui tot ciues trucidauit: aut clientẽ, qui in ſua

ciuitate cum peregrino negauit ſe iudicio æquo certare poſſe?) Catilinam, cum in Syllanis partibus fuiſſet, crudeliter feciſſe, nominatim etiam poſtea Cicero dicit, quos occiderit, Q. Cæcilium, M. Volumnium, L. Tanaſiũ: M. etiam Marij Gratidiani, ſummè popularis hominis, qui ob id bis prætor fuit, caput abſciſſum per Vrbẽ ſua manu Catilina tulerat: quod crimen ſæpius ei tota oratione obijcit. fuerat uerò hic Gratidianus arcta neceßitudine Ciceroni coniunctus. Clientem autem negat habere poſſe C. Antonium. nam is multos in Achaia ſpoliauerat, nactus de exercitu Syllano equitum turmas. deinde Græci, quos ſpoliauerat, eduxerunt Antonium in ius ad M. Lucullum Prætorem, qui ius inter peregrinos dicebat. egit pro Græcis etiam tum adoleſcentulus, de quo paulò antè mentionem fecimus. & cum Lucullus id, quod Græci poſtulabant, decreuiſſet, appellauit Tribunos Antonius, iurauitq́; ſe ideo iurare, quod æquo iure uti non poſſet. hunc Antoniũ Gellius & Lentulus Cenſores ſexennio, quo hæc dicerentur, ſenatu mouerunt, cauſasq́; ſubſcripſerunt, quòd ſocios diripuerit, quòd iudicium recuſarit, quòd propter æris alieni magnitudinem prædia mancipárit, bonaq́; ſua in poteſtate non haberet. Nec ſe iam tum reſpexit, cum grauißimis ueſtris decretis abſens notatus eſt) Catilina ex Prætura Africam prouinciam obtinuit. quam cum grauiter uexaſſet, Legati Afri in ſenatu iam tum abſente illo queſti ſunt, multæq́; graues ſententiæ in ſenatu de eo dictæ ſunt.

In iudicijs quanta uis eſſet, didicit cum eſt abſolutus: ſi, aut illud iudicium, aut illa abſolutio nominanda eſt.) Ante annũ quàm hæc dicerentur, Catilina cum rediſſet ex Africa, Torquato & Cotta Coss. accuſatus eſt repetundarum à P. Clodio adoleſcente, qui poſtea inimicus Ciceroni fuit. defenſus eſt Catilina, ut Feneſtella tradit, à M. Cicerone. quod ego ut addubitem, hæc ipſa Ciceronis oratio facit, maximè quòd is nullam mentionẽ rei habet, cum potuerit inuidiam facere cõpetitori tam turpiter aduerſus ſe coẽunti, præſertim cum alterũ competitorem ſuum Antonium in eadem hac oratione ſua admoneat, ſuo beneficio eum ex ultimo loco Præturæ candidatũ ad tertiũ perueniſſe. Neſcis, me Prætorẽ primũ eſſe factum, te conceßione cõpetitorũ, & collatione centuriarũ, & meo maximè beneficio è poſtremo in tertiũ locum eſſe ſubiectum? qui igitur Antonio ſuffragationẽ ſuã imputandam putat, is, ſi defendiſſet Catilinam, caput eius protectum à ſe nõ ei imputaret? quod ita eſſe, manifeſtum eſt ex eo, quod ſtatim dicit. Q. enim Mutius Tribunus pleb. intercedebat, ne lex ambitus ferretur: quod facere pro Catilina uidebatur. hunc Mutium in hac oratione appellans Cicero ſic ait: Te tamen Q. Muti tam malè de repub. exiſtimare, moleſtè fero, qui heſterno die me eſſe dignũ Conſulatu negabas. quid? populus Romanus minus diligenter ſcit ſibi conſtituere defenſorem, quàm tu tibi? qui, cum te furti L. Calenus ageret, me potißimũ fortunarũ tuarum patronum eſſe uoluiſti. & cuius tu conſilium in tua turpißima cauſa delegiſti, hunc honeſtißimarum rerum defenſorem populus Romanus autore te repudiare poteſt? niſi fortè hoc dicturus es, quo tempore à L. Caleno furti delatus ſis, eo tempore in me tibi parum auxilij eſſe uidiſſe.) Verùm, ut egerit Mutij cauſam Cicero, ſicut Catilinæ egiſſe eum uideri uult Feneſtella, cur, cum, quamuis malè exiſtimet de cauſa Mutij, tamen ei exprobret patrocinium ſuũ, non idem in Catilina faciat, ſi modo pro eo dixit; & cur ipſum illud iudicium ſæpius in infamiam uocat? quod protinus uideretur non fuiſſe facturus, ſi in eo iudicio fuiſſet patronus. Atq; ut alia omittã, hoc certè uix uidetur dicturus fuiſſe, ſi illo patrono Catilina repetundarum abſolutus eſſet. Stupris ſe omnibus, ac flagitijs cõtaminauit. cæde nefaria cruentauit: diripuit ſocios: leges, quæſtiones, iudicia uiolauit. & poſtea. Quid ego, ut uiolaueris prouinciam, prædicem? nam, ut te illic geſſeris, non audeo dicere, quoniam abſolutus es. mentitos eſſe equites Romanos, falſas fuiſſe tabellas honeſtißimæ ciuitatis exiſtimo, mentitũ Q. Metellum Pium, mentitã Africam. uidiſſe puto neſcio quid illos iudices, qui te innocentem iudicarunt. O miſer, qui non ſentias illo iudicio te nõ abſolutum, uerùm ad aliquod ſeuerius iudicium ac maius ſupplicium reſeruatũ. Veri ne ergo ſimile eſt, hæc eum Catilinæ obijcere, ſi illo defendente abſolutus eſt? Præterea mouet me, quòd, cum ſint cõmentarij Ciceronis earũ etiã defenſionum, cõmentarij autem principium ita: Quòd iudicio abſolutus eſt Catilina, ut Clodius infamis fuerit, præuaricatus eſt. nam & reiectio iudicum ad arbitrium rei uidebatur eſſe facta. Populum uerò, cum inſpectante populo collum ſecuit hominis maximè popularis, quanti faceret, oſtendit.) Diximus & paulò antè, Marij caput Catilinam per urbem tuliſſe. Me, qua amentia inductus eſt, ut contemneret, conſtituere non poſſum. utrum æquo animo laturum putauit? an in ſuo familiarißimo non uiderat, me ne aliorum quidem iniurias mediocriter poſſe ferre?) Manifeſtum eſt C. Verrem ſignificari. Alter, pecore omni uendito, & ſaltibus propè addictis, paſtores retinet, ex quibus ait ſe, cum uelit, ſubitò fugitiuorum bellum excitaturum.) C. Antonium ſignificat. Alter induxit eum, quem potuit, ut repentè gladiatores populo non debitos polliceretur, quos ipſe conſularis candidatus perſpexit, & legit, & emit, præſente populo Romano factum eſt.) Q. Gallium, quem poſtea reum ambitus defendit, ſignificare uidetur. hic enim cum eſſet Præturæ candidatus, quòd in Aedilitate, quam ante annum geſſerat, beſtias non habuerat. dedit gladiatorium, ſub titulo, patri ſe id dare.

Quamobrem augere etiam mercedes ſi uultis, Q. Mutium peruerti legẽ impedire ut cœpit * ſenten. Cos ſed ego ea lege contentus ſum, qua duos Conſules deſignatos uno tempore damnari uidimus.) Legem Calpurniam ſignificat, quam C. Calpurnius Piſo ante triennium de ambitu tulerat. Quod autem dicit damnatos eſſe deſignatos Conſules, P. Syllam, & P. Antronium, de quibus iam diximus, uult intelligi. Cognomen autem Q. Mutio Tribuno, quem nominat, fuit Oreſtinus. Atq; ut iſtum omittam, in exercitu Syllano prædonem, in introitu gladiatorem, in uictoria quadrigarium.) De Antonio dici manifeſtum eſt. ſed dicit eum in exercitu Syllæ prædonem propter equitum turmas, quibus Achaiam ab eo uexatam eſſe ſignificauimus. In introitu gladiatorem, pertinet ad inuidiam proſcriptionis, quæ tum facta eſt. In uictoria quadrigarium, quòd, cum Sylla poſt uictoriam Circenſes faceret, ita ut honeſti homines quadrigas agitarent, fuit inter eos C. Antonius. Te uero Catilina Cõſulatum ſperare, aut cogitare, non prodigium atque portentum eſt? à quibus enim petis? à principibus ciuitatis? qui tibi, cum L. Volcatius Cos. in cõſilio fuiſſet, ne petendi quidẽ poteſtatẽ eſſe uoluerũt.

Paulò antè diximus, Catilinam, cum de prouincia Africa decederet, petiturus conſulatũ, & legati Afri queſti de eo in ſenatu grauiter perueniſſent, profeſſus deinde eſt Catilina

petere

petere ſe Conſulatum. L. Volcatius Tullus Conſul conſilium publicum habuit, an rationem Catilinæ habere deberet, ſi peteret Conſulatum. nam quærebatur repetundarū. Catilina ob eam cauſam deſtitit à petitione. A ſenatoribus? qui te autoritate ſua, ſpoliatum ornamentis omnibus, uinctum penè Africanis oratoribus tradiderunt.) Diximus modò de hoc. nam iudicium quoq; ſecutum repetundarum, à quo ipſe per infamiam liberatus eſt Catilina, ſed ita, ut ſenatorum urna damnaret, equitum & tribunorum abſolueret. Ab equeſtri ordine, quem trucidaſti?) Equeſter ordo pro Cinnanis partibus cōtra Syllam ſteterat, multasq; pecunias abſtulerant: ex quo ſacularij erant appellati: atq; ob eius rei inuidiam poſt Syllanam uictoriam erant interfecti. A plebe? cui ſpectaculum eiuſmodi tua crudelitas præbuit, ut nemo ſine luctu aſpicere, ſine gemitu recordari poſſet.) Eiuſdem illius Marij Gratidiani quòd caput geſtarit, obijcit. quo loco dicit Catilinā caput M. Marij geſtaſſe, quod caput etiam tum plenum animæ & ſpiritus ad Syllam uſq; ab Ianiculo ad ædem Apollinis manibus ipſe ſuis detulit. omnia ſunt manifeſta. ne tamen erretis, quòd his temporibus ædes Apollinis in Palatio ſit nobiliſſima, admonendi eſtis, non hanc à Cicerone ſignificari, ut puto, quam poſt mortem etiam Ciceronis multis annis imper. Cæſar, quem nunc D. Auguſtum dicimus, poſt Actiacam uictoriam fecerit, ſed illam demonſtrari, quæ eſt extra portam Carmentalem, inter forum Olitorium, & circum Flaminium. ea enim ſola tum demum Romæ Apollinis ædes. Quid tu potes in defenſione tua dicere, quod illi * ne dixerunt? quæ tibi dicere non licebit. & paulò pòſt: Deniq; illi negare potuerunt, & negauerunt: tu tibi ne inficiandi quidem impudētiæ locū reliquiſti. quare præclara dicentur iudicia tuliſſe, ſi, qui inficiantē Luſciū cōdemnarunt, Catilinā abſoluerint cōfitentē.) Hic, quem nominat, L. Luſcius notus centurio Syllanus, diuesq; è uictoria factus (nam amplius centies poſſederat) damnatus erat non multò antè, quàm Cicero dixit. obiectæ ſunt ei tres cædes proſcriptorum circa eoſdem dies. L. quoq; Bellienus damnatus eſt: quem Cicero ait auunculū eſſe Catilinæ. hic autem Lucretium Aſellam, Conſulatum contra uoluntatem Syllæ ad turbandum ſtatum ciuitatis petentem, occiderat, iuſſu Syllæ tunc Dictatoris. Is ergo negat ignarum eſſe, quum etiam illi, imperitos ſe homines eſſe, &, ſi quem interfeciſſent, imperatori ac Dictatori paruiſſe dicerent. etiam ac negare quoque poſſe: Catilinam uerò inficiari non poſſe.) Huius autem criminis periculum, quod obijcit Cicero, paucos poſt menſes Catilina ſubijt. poſt effecta enim comitia conſularia, & Catilinæ repulſam, fecit eum reum inter ſicarios L. Lucullus paratus eruditusq;, qui poſtea Conſulatum quoq; petijt. Hanc tu habes dignitatē, qua fretus me cōtemnis & deſpicis, an eam, quam reliqua uita es conſecutus? cum ita uixiſti, ut nō eſſet locus tam ſanctus, quò non aduentus tuus, etiā cum culpa nulla ſubeſſet, crimē afferret.) Fabia uirgo Veſtalis cauſam inceſti dixerat, cum ei Catilina obijceretur: eratq; abſoluta hæc Fabia, quia ſoror erat Terentiæ Ciceronis. ideo ſic dixit, Etiam ſi culpa nulla ſubeſſet. ita & ſuis pepercit, & nihilo leuius inimico ſummi opprobrij turpitudinem obiecit. Cum deprehendebare in adulterijs, cum deprehendebas adulteros ipſe, cum ex eodem ſtupro tibi & uxorem & filiam inueniſti.) Dicitur, Catilinam adulterium cōmiſiſſe cum ea, quæ ei poſtea ſocrus fuit: & ex eo ſtupro duxiſſe uxorem, cum filia eius eſſet. hæc Lucceius quoque Catilinæ obijcit in orationibus, quas in eum ſcripſit. nomina harum mulierum nondum inueni. Quid ego, ut uiolaueris prouinciā, prædicem, cuncto populo Romano clamante, ac reſiſtente? nam, ut te illic geſſeris, non audeo dicere, quoniam abſolutus es.) Dictum eſt iam ſæpius, Catilinam ex Prætura Africam obtinuiſſe, & accuſante eum repetundarū P. Clodio abſolutum eſſe. Prætereo illum nefarium conatum tuum, & penè acerbum, & luctuoſum populo Romano diem, cum, Cn. Piſone ſocio, neque alio nemine, cædem optimatū facere uoluiſti.) Quos nominat, intelligitis. fuit enim opinio, Catilinam, & Cn. Piſonem adoleſcentem perditum, coniuraſſe ad cædem ſenatus faciendam ante annum quàm hæc dicta ſunt, Cotta & Torquato Coss. eamq; cædem ideo nō eſſe factam, quòd prius, quàm parati eſſent, coniuratis ſignum dediſſet Catilina. Piſo autem, cum hæc dicerentur, perierat in Hiſpania, miſſus à ſenatu * per honorē legationis, ut auus ſuus ablegaretur. ibiq;, dum iniurias prouincialib. facit, occiſus erat, ut quidam credebant, à Cn. Pompeij clientibus Pompeio nō inuito. An oblitus es, te ex me, cum Præturam peteremus, petiſſe, ut tibi primū locum concederem? quod cum ſæpius ageres, & impudentius à me contenderes, meminiſti, me tibi reſpondere, impudenter te facere, qui id à me peteres, quod auunculus nunquam impetraſſet?) Diximus iam ſuprà, Syllæ ludis, quos hic propter uictoriam fecerit, quadrigas C. Antoniū & alios quoſdam nobiles homines agitaſſe. præterea Antonius redemptas habebat ab ærario uectigales quadrigas, quam redemptionem ſenatori habere licet per legem. fuit autem notiſſimus in circo quadrigarū agitator Boculus. Dicit de malis ciuibus. Qui poſteaquam illo, ut conati erant, Hiſpanienſi pugiunculo neruos incidere ciuium Romanorū non potuerunt, duas uno tempore conantur in repub ſicas diſtringere.) Hiſpanienſem pugiunculum Cn. Piſonem appellat: quem in Hiſpania occaſum eſſe dixi. Duas ſicas, Catilinam & Antonium appellari manifeſtum eſt. Hunc uos ſcitote Liciniū gladiatorem iam immiſiſſe cupidum Catilinæ iudices, Quintumq; Curium hominem quæſtorium.) Curius hic notiſſimus fuit aleator, damnatusq; poſtea eſt. in hūc eſt hendecaſyllabus Calui elegās: Et talis Curius pereruditus. Huic orationi Ciceronis & Catilina & Antonius contumelioſe reſponderunt, quod ſolum poterant, inuecti in nouitatē eius. feruntur quoq; orationes nomine illorum editæ, non ab ipſis ſcriptæ, ſed ab Ciceronis obtrectatoribus: quas neſcio an ſatius ſit ignorare. cæterum Cicero Conſul omniū conſenſu factus eſt: Antonius pauculis centurijs Catilinam ſuperauit, cum ei propter patris nomen paulò ſpecioſior manus ſuffragata eſſet, quàm Catilinæ.

PAVLI MANVTII IN ASCOnium annotatio.

In concionem Catilinæ & Antonij.) Cum paulò antè dixerit, Coierant ambo, ut Ciceronem Conſulatu deijcerent, repoſui Coitionem pro Concionem. Tanaſium.) Tanuſium nominat Q. Cicero in libello de Petitione Conſulatus. Torquato & Cotta Coss.) Non dubito, quin legendum ſit, Lepido & Tullo Coss. uide ſuprà ut alia argumenta omittam.

IN M.

IN M. TVLLII CICERONIS ORATIONEM IN VATINIUM ſcholia, Bartholomæo Latomo prælegente excepta.

ARGVMENTVM.

PVb. Lentulo, Q. Metello Coſs. cum magna contentione ageretur per T. Annium Milonem, & P. Sextium Trib. pleb. ut Cicero ab exilio reuocaretur, quem P. Clodius in tribunatu expulerat, P. Sextius quo contra uim aduerſariorum munitior eſſet, armatos homines circa ſe habuerat. qua de cauſa finito tribunatu, de ui accuſatus fuit à quodam M. Tullio, adiuuantibus Clodianis, & à Cicerone defenſus. Sed in eo iudicio cum A. Vatinius teſtimonium dixiſſet contra Sextium, homo alioqui impurus, & Clodianæ factionis adiutor, cũ quo Ciceroni iam antea inimicitiæ interceſſerant, cõfutatus eſt à Cicerone hac uehementi & inimica oratione. in qua illi primum reſpondet Orator ad conuicia, quæ in ſe coniecta fuerant. deinde grauiſſimè inſectatur perſonam hominis ex anteacta uita, atq; ita totum illius teſtimonium de Sextio confutat ac reprehendit. Oratio eſt iudicialis, reprehenſionem teſtimonij cõtinens: ſed tota penè in demonſtratione perſonæ uerſatur. Statum habet coniecturalem, an credendum ſit Vatinio. Sed hoc totum qualitate perſonæ explicatur, an cum talis ſit Vatinius, teſtimonio eius ſit credendum. Primo habet exordium, ad contemptum perſonæ: deinde reprehenſionem maledicorum in ipſum Ciceronem: poſtremò uitæ inſectationem, quæ tota acriter, more iudiciali, per interrogationem tractatur.

SI tua Vatini.) Orditur κατὰ πρόληψιν, & cauſam reddit cur interroget potius Vatinium, quàm contemptum tacitus dimittat. Nemo enim te ut.) Aetiologia, interpretãdi cauſa. Quare ne tibi.) Concludit ſententiam. Etenim debuiſti.) Cauſa, cur uexandum putarit potius, quàm dimittendum. Et eſt ex meritis Vatinij. Sed heſterno.) Refutatio, qua primũ uanitatem arguit, ex ipſius Vatinij dictis, quia pugnantia dixerit. Qui & Titum Claudium.) Epiſtola 7. ad Quintum fratrem refert, Sextium à quodam M. Tullio de ui accuſatum fuiſſe. ergo plures fuerunt accuſatores. In quorũ altero.) Oſtendit quid efficiatur ex dictis Vatinij, quæ expoſuit. Nimiũ eſt uehemens.) Obiurgat, quod prodire auſus fuerit. Repentè enim te.) Comparatio ad hypotypoſin, id eſt, euidentiam orationis. Hypotypoſi autem reſpicit ad guttur Vatinij, quod illi ſtrumoſum erat. unde alibi per iocum, uocauit inflatum oratorem. Vt mihi renouatus.) Hoc uidetur eſſe corruptum, quia certam ſententiam non præſtat. Sed quæro à te.) Reprehendit obiectionem: & qualitatem ita defendit, ut obliquè perſtringat aduerſariũ. nam quæ à Cornelio remouet, tacitè confert in Vatinium. Num Heliam? num?) Lex Helia & Fuſia obnunciationem confirmabant, qua reſiſtebatur pernicioſis legibus. C. Cæſar autem in Conſulatu cum legem agrariam inuito Senatu ferret, adiuuante Vatinio, qui tum Trib. pleb. erat, obnunciantẽ collegam ſuum M. Bibulum armis è foro expulerat. Codicem legiſſe di.) Defendit cauſam Cornelij ex ui definitionis, quid ſit maieſtatem minuere: de qua re lege Aſconium. Attamen hoc Vatini.) Oſtendit à ſigno, ſe in defendendo Cornelio populo Romano rem gratã feciſſe.

Vaticinando ſperare.) Vatiniano more uiuendo, alludendo ad nomen. Nam quod mihi.) Confutat aliam obiectionem, de diſceſſu ſuo, quem defendit. Quare Vatini.) Concluſio, quam per Ironiam amariorẽ efficit. Deinde eius uiri.) Vide num, Ne increpes, legendum ſit. nam alioqui deeſſe aliquid uidetur. At enim dixiſti.) Reprehẽdit aliud dictum Vatinij, idq; ex qualitate, cui inficiationem adiungit. Scilicet aſpera mea.) Inficiatio. Sed nihil ſit factum.) Conceſſio ex abundanti, qua ad qualitatem reuertitur. Reddo tibi tuum.) id eſt, uices tibi debitas refero. Atque ut aliquando ad.) Inſectatio uitæ (tertia orationis pars) quam grauiter & uehementer tractat, obſeruato more interrogandi teſtes in iudicio. Et ut me tecum.) Incipit à natiuitate, & ordinem temporis perſequitur. Atq; illud tenebricoſiſſ.) Oratoria ἀπόφασις. Non populi beneficio.) Puto L. Cæſarem intelligi. nam hic cum C. Figulo conſulatũ Ciceronis anteceſſit. A quarta prouincia.) Puteolis in Campania, à calidis aquis dicta. Factus es Tribunus plebis.) Tribunatus plebis, quem uehementer exaggerat. Ac tibi iam inde.) Præmunit ad tribunatus inſectationem, ne C. Cæſarem offendat. Vt cum inaudita ſacra.) Colligit indignitatem rei ex contrarijs, uel ex minori, quod Vatinius magica ſacra colat, contemnat auſpicia. Impedimento non futuram.) Significabat Vatinius, ſe nulla obnunciatione impeditum iri, quo minus ea quæ deſtinauerat, in tribunatu perficeret. Et quoniam hic unus.) Iterum ſeiungit Cæſarem à Vatinio, ut acrius urgeat. Primũ quæro.) Ex differẽtibus probat. Deinde quæ ſit.) Hoc ad qualitatẽ pertinet: quia non eſt rectè factum, quod alicuius autoritate defendi neceſſe eſt. Deinde, erumpet.) παῤῥησία, quæ maxima eſt aſſentationi. Ex his tres erãt.) Ad impediendũ actiones tuas pernicioſas. De quibus duos prætextatos.) id eſt, maioribus honoribus functos, ut ædilitate, uel prætura, uel conſulatu: quamuis hic ædilitatem intelligat. nam prætexta eorum erat magiſtratuũ inſigne. Te ædilitiam prætextam.) Non conſtat. nam pendet ex hiſtoria. Tertium ſcis, ex illo.) Puto Q. Metellum Nepotem intelligi. Quem diſrumperis cum ædilitium.) id eſt, ædilitate functum: hoc eſt, prætextatum. Volo uti reſpondeas.) Vide quomodo amplificet. primò, quòd ſolus ex collegio legem tulerit, cõtemptis collegis. deinde, quòd contra auſpicia tulerit. quo loco exagitat, quòd augur fieri uoluerit. poſtremò, quòd Cõſuli uim attulerit: quã rem uehementer exaggerat, & deinde Vectianũ iudicium, quod ab illo falſò ſubornatũ fuerat, ſubiungit. Quæ quidẽ leges.) Gabinium & Piſonem intelligit, qui annum conſulatus Cæſaris ſecuti ſunt. Ecquando dubitatis.) Redditio periodi. Adeóne non labefacta.) Increpatio. Hoc loco quæro.) Argumentatur ex hypotheſi per fictionem, ex eo quod futurum erat, ſi fuiſſet augur. Illi autem quibus eras.) Pompeius & Cæſar. Cum eum tu Conſulem.) Primo Vatinius conatus eſt cõſulẽ in uincula ducere, niſi à collegis prohibitus fuiſſet. deinde pontes ſtruxit in foro, ne quis intercedere poſſet. Nam ſæpius actum fuit magna contentione, cum Bibulus Cæſari obnunciaret. Tabula Valeria.) Locus erat in foro, à tabula ibidem fixa ſic dictus. Fueritne tanta.) Obijcit Vectianum iudicium, & rem grauiter exaggerat. M. Bibulum.) Enumerat eos, quibus per Vectium inſidiatus ſit Vatinius. quos intelligat, incertum eſt: niſi quòd ſuſpicor ex focijs Catilinæ fuiſſe, quos L. Paulus accuſatos damnauerit. Quæſtionem de tot amp.) Iu

dicium, nempe rogationem, qua iudicium decerneretur.

Et quoniam crebrò.) Obijcit crudelitatem in C. Antonium, quod cum Vatinus legem promulgaſſet, qua dabatur reo alterna reiectio iudicum, expectaſſe eum donec Antonius reus fieret. Deinde in lege adieciſſe, qui poſt legẽ ſuam reus factus eſſet, ut hac exceptione Antonium à beneficio legis excluderet. Qui tuam poſt legem reus eſſet factus.) Verba ſunt exceptionis in lege, quæ poſt legẽ promulgatam aſcripſerat Vatinius. Dices familiaritatem.) Occurrit defenſioni Vatinij. nam Maximus accuſabat Antonium. Et quoniam pecuniam aliorum.) Obijcit pecuniarũ rapinas à republica. Eripueris ne partes chariß.) munera, ſeu officia quæſtuoſißima. In illo ipſo anno.) C. Cæſare & M. Bibulo Coß. quo Vatinius erat Tribunus plebis. Amiciſsimi tui.) C. Cæſarem intelligit, qui legem Iuliã tulerat de Repetundis. Apud quem tu etiam.) Significat affinitatem Vatinij, ad contumeliam Cæſaris potius, quàm ad honorem pertinere. Atque illud etiam.) Obijcit inciuile factum & contumeliam in Q. Allium, quod in epulo eius ſolenni eum toga pulla accubuerit. Dices ſupplicationes.) Occurrit defenſioni. Quæro illud etiam.) Obijcit quod cum reus eſſet, iudicium ui diſturbarit. Quòd priuatus.) poſt tribunatum. nam in tribunatu reus eſſe non poterat. In quo ne quid.) [illegible] quod dixit probat ſuo teſtimonio. Atque illud etiam quæro, Amplificat ex libidine peccãdi. Et quoniã legationis tuæ.) Obijcit quòd nõ legitimo iure legatus factus ſit. Fuerat autem legatus C. Conſidio in Hiſpaniam, ut ſuprà dictum eſt, non ſenatuſconſulto, ut mos erat, ſed ſua ipſius lege, qua etiam C. Cæſari imperium per Galliam tranſalpinam & Illyricum in quinquennium dederat. Age factum eſt.) Remittit quod exaggerauit, ne ſit acrior in abſentem Cæſarem, & ad alterum reuertitur. Poſt te continuò.) Clodius in tribunatu Gabinio & Piſoni Syriam et Macedoniã dederat plebiſcito. Atq; illud etiã audire.) Obijcit, quòd contra legem Tulliam gladiatores det populo. Nam petebat tunc præturam Vatinius Cn. Lentulo L. Philippo Coß. quo anno hæc cauſa acta eſt, ante conſulatum Craßi & Pompeij, quo tempore Cæſar in Gallia bellum gerebat. Ob haſce omnes res.) Concludit obiectionem præcedentem. Nec poſt Romam conditam.) Intelligit comitia Prætorum aliquoties habita fuiſſe, propter ſtudia Craßi & Pompeij contra Catonem, qui eum Vatinio petebat. uide Plutarchum in uita Catonis. Ac ſi hæc omnia.) Obijcit iudicium Cæſaris de ipſo, & iactantiam reprimit. Quod ſi ipſe Cæſar.) Concludit uehementer, & exaggerat. Quæro quæ tanta in te.) Arguit inconſtantiam teſtimonij, quòd quẽ antè laudauit, nunc teſtimonio lædere conatus ſit. Gladiatoribus & beſtiarijs.) qui cum beſtijs in arena depugnabant. Sed cum Titum Annium.) Negat ſeparari oportuiſſe, quorum cauſa eadem ſit. Extremum illud eſt.) Alia inconſtantia teſtimonij, quod cum in ſingulari præuaricatione Albinouani uoluerit uerè accuſari Sextiũ, negarit de ui eundem accuſandum fuiſſe, &c.

IN EANDEM ORATIONEM contra Vatinium, Antonij Gouea- ni commentatio.

P. Vatinius in P. Seſtium reum de ui teſtis productus, Ciceronem quoque Seſtij patronum ſuo teſtimonio perſtrinxit, Cornelianam illi defenſionem, exilium, inconſtantiam uerò præſertim & leuitatem exprobrans: quòd Pompeij amicus eſſe cœpiſſet, ad eiuſq; uoluntatem ſuam de agro Campano ſententiam immutaſſet, C. Cæſaris fortuna & felicitate commotus. Aegrè tulit Cicero: Vatiniumq; interrogatione hac tripertita, de ui, de auſpicijs, de regnorum donatione, ſuo concîdit arbitratu, dis hominibusq; plaudentibus: tantum erat omnium odium in hominem. Acta res ea eſt III. Idus Martias, Cn. Lentulo Marcellino, L. Martio Philippo Coss. Interrogatio hæc ad quod genus cauſæ referatur, tum qui in ea ſit ſtatus, fruſtra quæri exiſtimo: pars enim eſt Seſtianæ orationis. à qua ſeparatam eſſe, mirum nemini uideri debet, cum ita Fabius lib. V. cap. de Teſtibus ſcribat: Interim aduerſus teſtes ſingulos dirigitur actio: quod inſectationis genus & permiſtum defenſionibus legimus in Orationibus plurimis, & ſeparatim editum, ut in Vatinium teſtem.

T*Antum modò indignitas.) non quid etiam odium in te meum poſtularet. Indignitas.) Indignus is dicitur, qui nullo planè honore dignus eſt. Id ſignificare hoc loco indignitatem, Cicero ipſe paulo pòſt indicat: Quare, inquit, ne tibi hunc honorem à me haberi fortè mirêre, quòd interrogem, quem nemo congreſſu, nemo aditu, nemo ſuffragio, nemo ciuitate, nemo luce dignum putet. Iis.) Seſtio, & eius tum patronis, tum aduocatis. Vt pronomen hic ad reũ, eiuſq; tum patronos, tum aduocatos, tum etiã ad iudices: ita iſte & ille ad aduerſarios referũtur. Sic pòſt paulò: Nemo enim horum aut ita te refutandum ut grauem aduerſarium. Sordes) obſcuritatem. Ita hac eadem oratione: Habeat hoc præmiũ tua indignitas, ut adoleſcentiæ turpitudo obſcuritate & ſordibus tuis obtegatur. Tacitus dimitterem.) Sine ulla aut interrogatione, aut refutatione. Propriè uerò dixit Dimitterem. ea nanque dimittere dicimur, quæ retinere poteramus. ita teſtes dimittimus, conſilium dimittimus, ſenatum dimittimus, concionem dimittimus, quum abire iubemus. Vt grauem aduerſarium.) à quo cauſa noſtra ualde prematur. Aut ita rogandum.) Cicero in ſuorum conſiliorum ad P. Lentulum explicatione, hanc Vatinij inſectationem, interrogationem uocat. Verba hæc ſunt: Tota uerò interrogatio mea nihil habuit præter reprehenſionem illius tribunatus. Itaq; hac eadẽ oratione, concludam iam interrogationem meam. Intemperantior.) Iracundior. Ita Philip. 1. Nimis iracundè hoc quidem, & ualde intemperanter. Propter tuum in me ſcelus.) Qui furoris Clodiani in me exturbando ab urbe per uim, ſine ullo iudicio, ſine ulla lege ſocius fueris. Cic. hac eadem orat. Nam quòd mihi diſceſſum obieciſti meum, tantum tibi reſpondeo me eum tu cæteræq; Reip. peſtes armorum cauſam quærere tis, odiumq; diuturnum: quod in bonos iam inueteratũ habebatis, ſaturare cuperetis, ſcelus & furorem ueſtrum cedendo maluiſſe frangere, quàm reſiſtendo. Ab omnibus pene uincor.) Tanto odio ſuis ciuibus fuit Vatinius, ut in prouerbium abierit, Odium Vatinianũ: qui cum gladiatorium munus daret, lapidatus à populo fuerit. Qua de re ita Macrobius Saturnalior. li. II. Lapidatus à populo Vatinius, cum gladiatorium munus ederet, obtinuerat ut ædiles edicerent, Ne quis in arenam, niſi pomum miſiſſe uellet. Fortè iis diebus Caſcellius à quodam conſultus, an nux pinea pomum eſſet: reſpõdit, Si in Vatinium miſſurus es, pomum eſt. Vnde Catullũ dixiſſe puto, — Munere iſto, Odiſſem*

Odiſſem te odio Vatiniano.

Vexatum.) grauiter exagitatum. Vexare uerbum eſt ingentis calamitatis. Cicero in Diuinatione: Populatæ, uexatæ, funditus euerſæ prouinciæ. Idem II. Verrina, Ita uexauit ac perdidit. Idem hac ipſa oratione: Et ſi ego te perditorem & uexatorem reipublicæ fero, tu me conſeruatorem feras. Vergilius:

Candida ſuccinctam latrantibus inguina monſtris
Dulichias uexaſſe rates.

Luce.) ſpiritu, anima. ſic enim pro Roſcio Amerino: Quid enim tam cõmune quàm ſpiritus uiuis, terra mortuis, aqua fluctuantibus, littus eiectis? ita uiuũt dum poſſunt, ut ducere animam de cœlo non queant. In eadem ſignificatione ponitur à Vergilio Lux quarto Aeneidos:

Oculiſq; errantibus alto
Quæſiuit cœlo lucem, ingemuitq; reperta.

Pauciſsimis interrogationibus.) Cicero in epiſtola illa ad Lentulum longè optima ſic de hac ſua Vatinij interrogatione: Tota uerò interrogatio mea nihil habuit aliud, niſi reprehenſionẽ illius Tribunatus: in qua omnia dicta ſunt libertate animoq; maximo de ui, de auſpicijs, de donatione regnorum. Veniſſes in ſuſpicionẽ P. Seſtio.) P. Seſtius ſuſpicatus eſſet cauſam à te ſuam oppugnari. In orat. ſiquidem pro Seſtio ita de Vatinio Cicero: Non eſt natio ut dixiſti: quod ego uerbum agnoui: eſt enim illius à quo uno maximè P. Seſtius ſe oppugnari uidet, hominis eius qui hanc nationẽ deleri & concidi cupiuit. Mihi ignoſcere.) Ignoſcere eſt pœnã prætermittere. Cicero ad Brutum epiſtola cuius initium eſt, Meſſalam habes: Sed ſceleris, inquit, pœnã prætermittere (id enim eſt quod uocatur ignoſcere) etiam ſi in cæteris rebus tolerabile eſt. Tempori.) ſuſceptæ defenſioni. Et eius uoluntati parêre uoluiſſem.) Quòd in defenſione Seſtiana in Vatinium dixerit locis duobus, non tam inimico animo id ſe feciſſe dicit, quàm ut Seſtij uoluntati parêret. Sed heſterno pro teſtimonio.) Probat non falſo ueniſſe Vatinium in ſuſpicionẽ P. Seſtio: quare meritò feciſſe Seſtium, qui eum à quo oppugnari ſe uidebat, uoce patroni ſui uerberari uoluerit. Cum Albinouano ſermonem non modò de Seſtio accuſando.) Cicero epiſtolarum ad Q. Fratrem libro ſecundo, epiſtola cuius initiũ eſt, Scripſi ad te antea ſuperiore, Ad IIII. inquit, Id. Februarias Seſtius ab indice Cn. Nerio Pupinia de ambitu eſt poſtulatus, & eodem die à quodam M. Tullio de ui. Dicendum ergo eſt aut à conſilio Seſtij accuſandi deſtitiſſe Albinouanum, T. q; item Claudium: aut ſubſcriptores fuiſſe. Vnus ſiquidem erat actionis princeps: neq; à pluribus eodem iudicio, eodem tempore, reus idem poſtulabatur. Quòd ſi plures reperiebantur qui eandem delationem poſtularent, ut in Verris cauſa Q. Cecilius Niger, et M. Cicero: in cauſa A. Gabinij de Repetun. T. Nero, & C. & L. Antonij: tum Diuinatio fiebat de conſtituendo accuſatore. Paulò antè.) hodierno pro teſtimonio. Teſtis idem non ſemel interrogabatur. Imprudens.) Is imprudens aliquid facere dicitur, qui neſcit ſe id facere quod facit. Terentius in Hecyra,

—Equidem plus hodie boni
Feci imprudens quàm ſciens ante hunc diem unquam.

Contrarium eius eſt Prudens. Terentius in Eunucho,

Et tædet, & amore ardeo, & prudens ſciens,
Viuus uidenſq; pereo.

Indicaſti.) Indicare eſt de ſuo facto confiteri. Terentius in Eunucho: Egomet meo indicio miſer tanquam ſorex hodie perij. Idem in prologo Adel.

Poſtquam poëta ſenſit ſcripturam ſuam
Ab iniquis obſeruari, & aduerſarios
Rapere in peiorem partem quam acturi ſumus,
De ſe ipſe indicio erit: uos eritis iudices.

Cicero ad Atticum, Indicabo me, inquit, tibi.

Denique.) Quod ſignum eſt intimæ cuiuſdam familiaritatis. Conciones P. Seſtij ſcriptas.) Quas Seſtius in Tribunatu habuiſſet, cum de Cicerone reducendo ageretur ad populum per ſummã contentionẽ: cum ueriſimile eſt quædam ad concitandam multitudinẽ in Clodianos dixiſſe Seſtium. Scriptas dediſſe.) Iam enim Cæſaris inſtituto tam ſenatus quàm populi diurna acta conficiebantur & publicabantur. Suetonius in D. Iulio: Inito honore (de conſulatu loquitur) primus omniũ inſtituit ut tam ſenatus quàm populi diurna acta conficerentur & publicarentur. In quibus ſine dubio conciones erant magiſtratuum: quemadmodum & in ſenatus actis, ſenatorum ſententiæ. In hoc iudicio.) P. Seſtij. Accuſatores eſſe ſubornatos.) ut credi tuo teſtimonio non debeat, cuius conſilijs Seſtius accuſetur. Quem præuaricatorem.) Seſtij colluſorem. Is præuaricator dicitur, qui non tantum contendit quantum poteſt. Porrò Albinouanũ ideo præuaricatorem exiſtimabat ab initio Vatinius, quoniã lege de ui Seſtiũ poſtulabat, qua lege abſolutũ iri uidebat. Cicero in calce huius Interrogationis: Extremũ illud eſt, quod mihi abs te reſponderi uelim, cum multa in Albinouanũ de præuaricatione diceres, dixeris ne nec tibi placuiſſe, nec oportuiſſe Seſtium de ui reũ fieri: quouis crimine, quauis lege accuſandũ potius fuiſſe. Ab initio.) cum primũ Seſtij nomen de ui deferre uellet. Nimiũ es uehemens feroxq; natura.) Iracundus nimium es: qui nefarium ſcelus cõmittere eum putas, qui te uerbo uno lædit. Antequam Vatiniũ interroget, ad ea reſpondet, quæ ſibi à Vatinio fuerant obiecta. Veniſti iratus omnibus.) non Seſtio modò cui eras inimicus, ſed & mihi qui inimicitias tecum nullas exercueram. De Vatinio ſiquidem ita ſcribit Cicero in oratione pro Seſtio: De quo ego, cum quotidie rueret, uerbum feci iudices nunq̃: neq; putaui cum omnibus machinis ac tormentis, ui, exercitu, copijs oppugnare, de uno ſagittario me queri conuenire. Cum ante te Gellius.) C. Gellius Publicola L. Philippi priuignus, frater L. Gellij Publicolæ clariſsimi uiri & optimi Cõſulis. ſic enim eum appellat Cicero in Oratione pro Seſtio. Nutricula ſeditioſorum.) Sic in oratione pro Seſtio de C. Gellio: Ecquæ ſeditio unquam fuit, in qua non ille princeps? ecquis ſeditioſus, cui ille non familiaris? ecquæ turbulenta concio, cuius ille non concitator? cui bene dixit unquam bono? benedixit? imò uerò quẽ fortem & bonum ciuem nõ petulantiſsimè eſt inſectatus? qui, ut credo, nõ libidinis cauſa, ſed ut Plebicola uideretur, libertinã duxit uxorẽ. Senſi atq; prouidi.) Sentire eſt ex iis quæ uidentur futura præuidere. Cicero in epiſtola ad Octauianũ (ſic enim inſcribi debet, non ad Octauiũ. Iam enim Octauius factus erat Octauianus) In ea igitur epiſtola ita Cicero: Illud uerò quod & præſentis doloris eſt indicium, & præteritæ iniuriæ teſtimoniũ, & abſentiũ ſenſus ſignificatio, nõ prætermittã, quin quoniã præſens id facere prohibeor, abſens proſim. Inflato collo.) præ iracundia tumente. Iocatur in ſtrumã, quam in gutture Vatinius habebat. Qua de re ita Plutarchus in Cicerone: Vatiniũ uerò quodã

ſtrumis guttur haberet tumidũ, cum quandam oraret cauſam, oratorem appellauit inflatũ. Vt mihi renouatus ille tuus in te ueterem eum amicũ, ſed tamen familiarẽ ſuum defenderim.) Locus corruptus eſt, & mutilatus: neque tamen magnam accepiſſe uidetur plagam. mihi ita uidetur emendandus & reſtituendus, Vt mihi renouatus tuus ille tribunatus furor uideretur. Ac mihi primũ omnium obiecisti quod C. Cornelium ueterem meum amicũ, ſed tamen tuum familiarem defenderim. C. Cornelium.) Reum maieſtatis lege Cornelia: quem Cicero Pretor defendit, L. Manlio Torquato, L. Aurelio Cotta Coss. apud Q. Gallum Pretorem. Veterem amicum meum.) Quod poteſt excuſationi ſufficere: ueterem enim meum amicum deſerere nolui. Sed tamen tuum familiarem.) Vt mihi non debeas tu de Cornelio defenſio obijcere, qui eo uſus ſis tam familiariter. facilius enim exiſtimabũt homines propter eam familiaritatem, quæ tibi erat cum Cornelio, nihil Cornelium feciſſe ſine te: quàm me ſeditioſis ciuibus fauere. quòd ueteri meo amico defenſionis auxiliũ non negarim. Cum in hac ciuitate oppugnatio ſoleat, qua tu nunc uteris nonnunquam, defenſio nunq̃ uituperari.) Summis uiris ſæpe non eſt creditum, cum teſtimonium aduerſus inimicos dixiſſent: iudicatumq́; eſt officere religioni inimicitias poſſe. Quare Q. Metello Pio, L. Martio Lucullo, Q. Hortenſio, M. Aemylio Lepido aduerſus C. Cornelium teſtimonium dicentibus creditum non eſt, ut autor eſt Valerius Maximus. Cicero pro Fonteio: An uerò uos id in teſtimonijs hominũ Barbarorũ dubitabitis, quod perſæpe & noſtra, & patrũ memoria ſapientiſſimi Iudices de clariſſimis noſtræ ciuitatis uiris dubitandũ non putauerunt? Qui Cn. & Q. Cepionibus, L. & Q. Metellis teſtibus in Q. Pompeium hominem nouum non crediderũt: quorũ uirtuti, generi, rebus geſtis, fidem & autoritatẽ in teſtimonio cupiditatis atq; inimicitiarum ſuſpicio derogauit. Ecquem hominem uidimus, ecquem uerè commemorare poſſumus parem cõſilio, grauitate, conſtantia, cæteris uirtutibus, honoris, ingenij, rerum geſtarũ ornamentis M. Aemilio Scauro fuiſſe? tamen huius, cuius iniurati nutu orbis propè terrarum regebatur, iurati teſtimonio nec in C. Fimbriã, nec in C. Memmiũ creditũ eſt. Noluerunt ij qui iudicabant hanc patêre inimicitijs uiam, quẽ quiſq; odiſſet, ut eum teſtimonio poſſet tollere. Defenſio nunq̃ uituperari.) Leges enim quæ damnari neminẽ cauſa indicta uolũt, nemini deeſſe defenſorẽ uolunt. L. Torquato Conſuli uitio datũ nõ eſt, quòd Catilinæ reo de repetundis fuiſſet aduocatus prima iam ad eum Catilinæ coniuratione delata. C. Cornelium nõ defenderẽ.) C. Cornelius Trib. pl. cum legem ferre uellet, Ne quis niſi per populũ legibus ſolueretur, quod antiquo quoq; iure cautũ erat: Publiusq́; Seruilius Globulus eius collega Scribam ſubijcere, & Præconem recitare prohiberet, codicẽ ipſe arripuit, & populo recitauit. Quo facto Tribunitiæ poteſtatis maieſtatem uiolaſſe accuſabatur. Num legẽ aliquam Cornelius contra auſpicia tulerit.) Num legem Heliam ſiue Aeliam (utroq; enim modo ſcribi poteſt) contempſerit, obnunciationi nõ parẽdo, quæ lege Aelia cõfirmabatur: quẽadmodum teſtis eſt Aſconius in Orat. in Piſonem. Duas eſſe leges Aeliam & Fuſiã, non unam, ut uulgò creditur, ex innumerabilibus Ciceronis locis colligi poteſt. Ne longius abeas, ſic ſcriptũ eſt hoc ipſo loco in quo ſumus, Num legem Heliã, num Fuſiam neglexerit. Vbi certè tanquã de legibus duabus loquitur Orator. Rurſusq́; hac eadem Orat. Num quẽ ex omnibus Tribunis plebis quicunq; ſeditioſi fuerint, tam audacẽ audieris fuiſſe, ut unquam contra legem Heliam aut Fuſiam concilium aduocaret? Cicero ad Atticum lib. 2. epiſtola cuius initium eſt, Quæris ex me: Lurco autẽ, inquit, Tribunus plebis qui magiſtratum ſimul cum lege Aelia inijt, ſolutus eſt & Aelia & Fuſia, ut legem de ambitu ferret: quam ille bono auſpicio homo claudus promulgauit. Ex ijs locis nemini dubium eſſe poteſt, quin leges duæ ſint Aelia & Fuſia. Quæ earum uis fuerit, tum qui latores, non facilè reperias. Lege Aelia confirmatam obnunciationẽ ſcribit Aſconius. Obnũciare uerò is dicitur, qui ei qui cum populo agere uult, refert quid ipſe de cœlo ſeruans uiderit, audierit, ſenſerit. Cicero pro Seſtio: Itaq; fretus ſanctitate Tribunatus cum ſe nõ modò contra uim & ferrum, ſed etiã contra uerba & interceſſionem legibus ſacratis eſſe armatũ putaret, uenit in templũ Caſtoris, obnunciauit Conſuli. Ac paulò pòſt de eodem ſcribens: Cumq́; auſpicijs religioneq́; parens obnunciaret quod ſenſerat, luce, palàm &c. Lege Fuſia quid cautum fuerit, compertum non habeo: cautum fortaſſe id erat: Ne quis eo die quo de cœlo ſeruatum ſciret, cum populo ageret. De latoribus legum harum id tantum habeo, quod ex oratione Ciceronis in Piſonem colligere potui. In ea ſic ſcriptum eſt: Centũ propè annos legem Heliam & Fuſiam tenueramus. Ab Aulo igitur Gabinio & L. Piſone Coss. quibus Coss. ſublatæ de repub. ſunt leges Helia & Fuſia rogatione Clodia, ordinem conſulum retronumerans, annos ſeptuaginta nouem uſq; ad Conſulatũ P. Furij ſiue Fuſij Philonis reperio, centum & undecim ad Q. Aelij Pæti Cati (quos ego latores legum harum exiſtimo) conſulatum: ut dicere oratorum more potuerit Cicero, centũ propè annos eas leges in ciuitate retentas: quarum altera paulo plures, pauciores altera paulò retenta fuerat. Num Conſuli uim attulerit.) C. Calphurnio Piſoni: qui, ut ſcribit Aſconius, cum uehementer quereretur improbè facere Cornelium qui codicẽ recitaret, Tribunitiam interceſſionẽ ea ratione tolli, graui conuicio à populo exceptus eſt. Templum.) ædem Caſtoris. Cicero pro Seſtio: Captũ erat forum anno ſuperiore, æde Caſtoris tanquam arce aliqua à fugitiuis occupata: ſilebatur. omnia hominum cùm egeſtate, tum audacia perditorũ, clamore, concurſu, ui, manu gerebantur: perferebatis. Idem in Piſonem, Arma in templo Caſtoris: O proditor templorũ omnium, uidente te cõſtituebantur ab eo latrone, cui templum illud fuit te Conſule arx ciuium perditorũ, receptaculũ ueterũ Catilinæ militũ, caſtrorũ forenſis latrocinij, buſtum legum omniũ ac religionum. Num interceſſorẽ ui deiecerit.) num P. Seruilium Globulum, intercedere uolentem de templo Caſtoris deturbarit. Num religiones polluerit.) Romana omnis religio in auſpicia & ſacra diuiſa erat: auſpicia Romulus, ſacra Numa conſtituit. Cicero tertio de Natura deorum: Cumq́; omnis populi Romani religio in ſacra et in auſpicia diuiſa ſit, tertiũ adiunctũ ſit, ſi quid prædictionis cauſa ex portentis & monſtris Sibyllæ interpretes, aruſpicéſue monuerunt. Harum ego religionũ nullam unquam cõtemnendam putaui: mihiq́; ita perſuaſi Romulum auſpicijs, Numam ſacris conſtitutis fundamenta ieciſſe noſtræ ciuitatis. Tua ſunt, tua ſunt hæc omnia.) Vatinius auſpicia, legem Heliam, legem Fuſiam neglexit, obnunciationibus nunquã parendo, diebus ijs concionem aduocando quibus de cœlo ſciret eſſe ſeruatũ, Conſuli uim

attulit,

attulit, cum M. Bibulum Cos. qui Cæſari aduerſabatur, in carcerem duci iußit, domi incluſum tenuit, domo ut extrahi per uiatorem iußit, ædem Caſtoris armatis hominibus tenuit, interceßionibus paruit nunquam, religiones polluit, auſpicia contemnendo, ſacra nefaria ſuſcipiendo, largiendo regna, tetrarchias donando, uectigalia ciuitatibus remittendo exhauſit ærarium, rempub. compilauit, pecuniã partim à Cæſare, partim à publicanis eripiendo.

Codicem legiſſe dicebatur.) codicem ſuæ legis, eoq; facto imminuiſſe Tribunitiam maieſtatem. Sed recognoſcendi) Recognoſcere eſt quod Galli dicunt, reuoir.

Concilium illo die dimiſiſſe.) concionem illo die dimiſiſſe. De ea re ita Aſconius in Orationem pro Cornelio: Et cum illos Cos. qui ſibi intentabant manus, prehendi à lictore iußiſſet, fracti eius faſces eunti, lapideſq; etiã ex ultima cõcione in Cos. iacti. Quo tumultu Cornelius perturbatus, concilium dimiſit. Conciliũ autẽ eſt pars populi cõgregata, non totus populus. Vide Gelliũ lib. 15. cap. 27.

Illo die.) Nam die alio ita eandem rurſus legem ferre cepit, Ne quis in ſenatu legibus ſolueretur, niſi C C adfuiſſent: néue quis eum ſolutus eſſet, intercederet, cum de ea re ad populum ferretur. Quam cauſam.) colorem. Terentius in Andria Scena II I. actus primi,

—Inuenerit
Aliquam cauſam quam ob rem eijciat oppido.

Idem in Hecyra, actus IIII. Scena IIII.

Etſi tibi cauſa eſt de hac re, mater te impulit.

Ad patronos tuos.) propè enim eſt cum accuſabere. Cic. ad Q. Fratrem epiſtola libri ſecundi, cuius initium eſt, Seſtius noſter abſolutus eſt, de Vatinij accuſatione ita ſcribit: Quin etiam Paulus noſter cum teſtis productus eſſet in Seſtium, confirmauit nomen ſe Vatinij delaturũ, ſi Macer Licinius cunctaretur: & Macer à Seſtij ſubſellijs ſurrexit, ac ſe illi non defuturum affirmauit. Quid quæris? homo audax & petulans Vatinius ualde fractus debilitatúsque diſceßit. Huc pertinet quod non ita multò pòſt dicit Orator: De te autem quid ſentiant homines, in honore experti ſumus, in ſalute expectamus. Quod os afferes.) quo ad eos pudore uenies, cum tu mihi Cornelij defenſionem in maledictis obijciẽdam putes ciuis profectò te melioris. De Cornelio ſiquidẽ ita Aſconius: Cornelius homo nõ improbus uita habitus eſt, fuerat Quæſtor Cn. Pompeij, dein Tribunus plebis C. Piſone Conſule: in eo magiſtratu ita ſe geſſit, ut iuſtior pertinaciorq; uideretur. In maledictis.) Cicero pro Cælio quid maledictum ſit, docet ijs uerbis: Sed aliud eſt, inquit, maledicere, aliud accuſare: accuſatio crimen deſiderat, rem ut definiat, hominem ut notet, argumento probet, teſte cõfirmet: maledicto autem nihil habet propoſiti præter contumeliã, quæ ſi petulantius iactatur, conuicium: ſi facetius, urbanitas nominatur. Paulò poſt iſtã defenſionem.) anno poſtquam Prætor Cicero Cornelium defendit. Bonis uiris.) optimatibus, ſenatus ſtudioſis.

Magnificentißimè conſulem factum.) Cicero in Piſonem de adeptione ſui Conſulatus, Me cuncta, inquit, Italia, me omnes ordines, me uniuerſa ciuitas nõ prius tabella quàm uoce priorem Conſulem declarauit. Pudenter uiuendo.) caſtè & integrè uerſando in priuatorum periculis. Cicero pro Lege Manlia: Et meus labor in priuatorum periculis caſtè integréq; uerſatus ex ueſtro iudicio fructum eſt ampliſsimum conſecutus. Quæ tu impudenter uaticinando.) Alludit ad nomen Vatinij. Quæ impudenter uaticinando, ſperare ſe dixerit Vatinius, paulò pòſt dicit Orator: Quæſturam, inquit, petiſti cum P. Seſtio, cum hic nihil loqueretur, niſi quod agebat: tu de altero conſulatu gerendo te diceres cogitare. De Auguratu quoq; Vatinius cogitauit: Augurq; fieri uoluit in locum Q. Metelli. Qua de re hac eadem oratione ita Cicero: Quæro illud etiam ex te, conatúsne ſis, uoluerisne, deniq; cogitaris in illo tuo non regno, ſed intolerabili latrocinio augur fieri in Q. Metelli locum. Nam quòd mihi diſceſſum obiecisti meum.) tanquam periculi metu profugerim: quod Cicero non uult confiteri. Sic enim pro Seſtio: Nam ſi ego in cauſa tam bona, tanto ſtudio Senatus, conſenſu tam incredibili bonorum omnium, tam parato, tota deniq; Italia ad omnem contentionem expedita, ceßi Tribuni plebis deſpicatißimi hominis furori, contemptißimorum Coss. leuitatem audaciamq; pertimui, nimiũ me timidum, nullius animi, nullius conſilij fuiſſe confiteor. Idem in Piſonem: Quod mihi igitur, inquit, certamen eſſet eiuſmodi? cum C. Mario ſcilicet, aut cum aliquo pari, an cũ altero barbato Epicureo, cum altero Catilinæ laternario: quos neq; hercule ego, neq; ſuperciliũ tuum, neq; collegæ tui crotala ac cymbala fugi. neq; tam fui timidus, ut qui in maximis turbinibus ac fluctibus Reip. nauẽ gubernaſſem, ſaluamq; in portu collocaſſem, frontis tuæ nubeculã, tum collegæ tui contaminatum ſpiritum pertimeſcerem. Diſceſſum obiecisti meum.) Ciceronis ab urbe diſceſſus, exilium dici non poteſt, cum ciuitate priuari nemo ciuis ſine lege, ſine iudicio poßit. Cicero pro Seſtio: Tum princeps rogatus ſententiam L. Cotta, dixit id quod digniſsimum Rep. fuit, nihil de me actum eſſe iure, nihil more maiorum, nihil legibus: non poſſe quenquam de ciuitate tolli ſine iudicio: de capite non modò ferri, ſed ne iudicari quidẽ poſſe, niſi comitijs centuriatis: uim fuiſſe illam, flammã quaſſatæ reipublicæ, perturbatorúmque temporum, iure iudicijſq; ſublatis, magna rerum perturbatione impendente, declinaſſe me paululum, & ſpe reliquæ tranquillitatis præſentes fluctus, tempeſtatémque fugiſſe. quare me qui nulla lege abeſſem, non reſtitui lege, ſed Senatus autoritate reuocari oportere. Et quod horum, quibus ille dies acerbißimus fuit q. i. t. l. luctum ſe.) Iudices demonſtrat: qui partim Equites erant, partim Senatores: qui pro Cicerone ueſtem mutarant.

Qui idem tibi lætißimus.) Cicero pro Seſtio de Vatinio: Ille, inquit, unus ordinis noſtri diſceſſu meo, luctu ueſtro palàm exultauit. Luctum & gemitum.) Luctum Galli dicunt dueil: ad ueſtitum refertur. Cicerò in Oratione poſt reditum in Senatu: Te Conſule non eſt licitũ nõ decretis modò, ſed ne luctu quidẽ atq; ueſtitu reipub. ſubuenire. Cum tu cæteraq; reip. peſtes.) P. Clodius, A. Gabinius, L. Piſo. Odiumq; diuturnum.) conceptum iam inde à coniuratione Catilinæ extincta, occiſiſq; Ciceronis iuſſu coniuratis. Cicero pro Milone: Quodnam concepi tantum ſcelus, aut quod in me tantum admiſi facinus Iudices, cum illa indicia communis exitij indagaui, patefeci, protuli, extinxi? Omnes in me meóſque redundant ex illo fonte dolores. Cedendo maluiſſe frangere quàm reſiſtendo.) Etſi reſiſtendo potuiſſem, cum pro me omnes boni parati eſſent depugnare, totáque Italia ad omnem eſſet contentionem expedita. Cicero Pro Seſtio: Nam ſi ego in cauſa tam bona, tanto ſtudio Senatus, cõſenſu tam incredibili bonorum omnium tam parato, tota denique Italia ad omnem contentionem expedita, ceßi deſpicatißimi hominis

 furori,

furori, &c. Cum patriæ pepercerim quam ſeruaram.) ſi noluerim patriam perire, quam ab incendio Catilinæ ſeruaueram. Cicero pro Seſtio: Vnum enim mi reſtabat illud, quod forſitan non nemo uir fortis, & acris animi magniq; diceret: Reſtitiſſes, repugnaſſes, mortem pugnans oppetiſſes. De quo te te, inquã, patria teſtor, & uos penates patriiq; dij, me ueſtrarum ſedium templorumq; cauſa, me propter ſalutem meorum ciuium, quæ mihi ſemper fuit mea charior uita, dimicationem cædemque fuiſſe. Victi eſſent improbi: at ciues, & ab eo priuato qui ſine armis etiam Conſul Remp. conſeruarat: Sin uicti eſſent boni, qui ſupereſſent? Tu me conſeruatorem feras.) qui Tribunitio furori cedendo, iterũ Remp. conſeruaui. Conſeruatorem uocat Cicero quem σωτῆρα Græci uocant: eum ſcilicet qui ſalutem dat: uerbo tamen non ſatis ſignificante. Nam quemadmodum ipſe ſcribit libro ſecundo in Verrem, σωτὴρ latino uno uerbo exprimi non poteſt. Verba Ciceronis hæc ſunt: Itáque eum non ſolum patronum iſtius inſulæ, ſed etiam σωτῆρα inſcriptum uidi. Hoc quantum eſt? ita magnum, ut Latino uno uerbo exprimi non poßit. Is eſt nimirum σωτὴρ, qui ſalutem dedit. Hæc Cicero. Nullum tamen Latinum unum uerbum melius exprimere poteſt quid σωτὴρ ſit, quàm Conſeruator aut Seruator. Terentius optimus latinitatis, quemadmodum Cicero ſcribit, magiſter, ſic in Adelphis ſcribit: Ipſa ſi cupiat Salus, Seruare prorſus non poteſt hanc familiam. Reipublicæ cauſa homines de meo reditu laboraſſe.) quam perturbari erat neceſſe, ſi Pompeij acta reſcinderentur, quod Clodius cogitabat: cui Pompeius ut haberet quem opponeret, de Cicerone reuocando agere cœpit. In rem publicam ingreſſus.) Is in rempublicam ingredi dicitur, qui ad petendos honores ſe confert. Cuius deſiderio ut hæc m. d. forum mœſtum m.e.) Cicero in Oratione poſt reditum in ſenatu: Itaque poſtea nihil uos ciuibus, nihil ſocijs, nihil regibus reſpondiſtis: nihil iudices ſententijs, nihil populus ſuffragijs, nihil hic ordo autoritate declarauit: mutum forum, elinguem curiam, tacitam & fractam ciuitatem uidebatis. Idem pro Seſtio: Quem curia magis requiſiuit, quem forum luxit, quem æquè ipſa Tribunalia deſiderauerunt? Omnia diſceßu meo deſerta, horrida, muta, plena luctus & mœroris fuerunt. Omnia denique bonarum artium ſtudia ſiluerunt.) Omnium uirtutum exercitationes intermiſſæ ſunt: nemo in ſenatu ſententiam dicebat: nemo cum populo agebat, nullius in iudicijs uox audiebatur: quæ bonarum artium Cicero ſtudia uocat. Nam intelligere literarum ſtudia, ualde eſt frigidum. Artes pro uirtutibus dixit alio loco Cicero: ſic enim in Oratione pro lege Manilia ſcriptum eſt: Eſt hæc diuina atq; incredibilis uirtus imperatoris. Quid cæteræ quas paulò antè cõmemorare cœperam, quantæ atq; quàm multæ ſunt? non enim ſolùm bellandi uirtus in ſummo atq; in perfecto imperatore quærenda eſt, ſed multæ ſunt artes eximiæ huius adminiſtræ comitesq; uirtutis. Ac primùm quanta innocentia debent eſſe imperatores? quanta deinde omnibus in rebus temperantia, quanta fide, quanta facilitate, quanto ingenio, quanta humanitate? Mea cauſa.) propter me hominem. Omnia illa Senatuſconſulta.) Cicero pro Seſtio: Nam quid ego illa de me diuina Senatuſconſulta commemorem? uel quod in templo Iouis optimi maximi factum eſt, cum uir is qui tripertitas orbis terrarum oras atque regiones tribus triumphis adiunctas huic imperio notauit, de ſcripto ſententia dicta, mihi uni teſtimonium patriæ conſeruatæ dedit: cuius ſententiam ita frequentißimus ſenatus ſequutus eſt, ut unus diſſentiret hoſtis: idq; ipſum tabulis publicis mandaretur, ad memoriam poſteri temporis ſempiternam. Vel quod eſt poſtridie decretum in curia populi ipſius Romani, & eorum qui ex municipijs conuenerant, admonitu, ne quis de cœlo ſeruaret, ne quis moram ullam afferret: ſi quis aliter feciſſet, eum planè reipublicæ euerſorem fore, idq; ſenatum grauißimè laturum, & ut ſtatim de eius facto referretur. Qua grauitate ſua cum frequens ſenatus nonnullorum ſcelus audaciamq; tardaſſet, tum illud addidit, ſi diebus quinq;, quibus agi de me potuiſſet, non eſſet actum, redirem in patriam dignitate omni recuperata. Decreuit eodem tempore ſenatus, ut iis qui ex tota Italia ſalutis meæ cauſa conuenerant, agerentur gratiæ, atq; ut iidem ad res redeuntes, ut ad diẽ rogationis uenirent, rogarentur. Idem paulò antè: In una mea cauſa poſt Romam conditam factum eſt, ut literis Conſularibus ex S. C. cuncta ex Italia omnes qui rempub. ſaluam eſſe uellent, conuocarentur. quod nunquam ſenatus in uniuerſo reipub. periculo decreuit, id in unius meæ ſalute conſeruanda decernendum putauit. Populi iuſſa.) Lex de meo reditu lata comitijs centuriatis in campo Martio, referente Patricio magiſtratu. Italiæ totius.) Italia ſub cura erat urbanorum magiſtratuum: uſq; ad Rubiconem protendebatur: in ea erant coloniæ aliquot, præfecturæ, municipia. A Rubicone Gallia erat prouincia. Neq; enim putandũ eſt eos qui ultra Rubiconẽ eſſent, ſuffragiũ in urbe habuiſſe. Cunctarũ ſocietatũ.) omniũ ſocietatũ, uectigaliũ, omniũ publicanorũ. Publicani qui in iiſdem uectigalibus uerſantur, ſocij dicuntur. Cicero pro Seſtio: Nullum erat Italiæ municipium, nulla colonia, nulla præfectura, nulla Romæ ſocietas uectigaliũ, nullum collegium aut concilium, aut omnino aliquod cõmune conſilium, quod tum non honorificentißimè de mea ſalute decreuiſſet. Omnium collegiorum.) Collegia ſunt communia concilia eorum qui uel eundem honorem gerunt, geſſerunt, uel idem tractant artificium. Cum mea unius ſalute eſſe coniunctam.) Non dixit Orator, Cum ſua ſolius ſalute eſſe coniunctam: fieri ſiquidem id non poſſet: ſed cum ſua unius, quemadmodum & cum ſalute multorum aliorum clarorum ciuium. Laudis uerò eſt non uulgaris, hominis unius operam tam multis hominibus eſſe ſalutarẽ, unoq; homine tam multos indigere. Reddo tuũ.) in contrarium reſpondeo. Nam reſpondere propriè is dicitur, qui crimen idem, quod ſibi obiectum eſt, in aduerſarium regerit. Vnde dicuntur à Vergilio Syluæ reſpondere: Si canimus, inquit, ſyluis, reſpondent omnia ſyluæ: quoniam uocẽ eandẽ remittũt. Teren. in Phormionis Prologo:

Hic reſpondere uoluit, non laceſſere:
Benedictis ſi certaſſet, audiſſet bene:
Quod ab ipſo allatum eſt, ſibi id eſſe relatum putet.

Cicero pro M. Cælio: Deinde ut ea in alterum ne dicas, quæ cum tibi falſo reſponſa ſint, erubeſcas. Eſſe odio ciuitati.) Quid Ciuitas ab Vrbe differat, indicat locus ille epiſtolæ Ciceronis ad Plancum: Liberaſti igitur ciuitatem metu, urbem periculo. Vrbem ergo faciunt ædificia, ciuitas eſt ipſorum ciuium multitudo. Hones tali populi Romani uoluntate p.c.d.a.m.) Quàm magnificè Cicero omnes honores in republica adeptus ſit, quantaq; populi uoluntate, dicebamus paulò antè. Salus tanto ſtudio ciui-

dio ciuitatis nemini reddita.) nemo tam impenſa ciuium uoluntate ab exilio reuocatus eſt. Tres omnino Conſulares ante Ciceronem urbe pulſi fuerant, M. Popilius, Q. Metellus, C. Marius: de quibus nulla magiſtratuum conſenſio, nulla ad rempublicam defendendam populi conuocatio, nullus Italiæ motus, nulla municipiorũ decreta extiterunt. Cicero in Oratione poſt reditum in ſenatu. In honore experti ſumus.) in Quæſtura, in qua poſtremus adhæſit: in ædilitate, in qua repulſam tulit. Cicero in Oratione pro Seſtio, de Vatinio loquens: Alter, inquit, qui ita ſe in populari ratione iactarat, ut auſpicia, legem Heliam, ſenatus autoritatem, Conſulem, collegas, bonorum iudicium nihil putaret. Aedilitatem petiuit cum bonis uiris, & hominibus primis, ſed non præſtantiſſimis opibus & gratia: tribum ſuam non tulit: Palatinam denique, per quam omnes illæ peſtes uexare populum Romanum dicebantur, perdidit: nec quicquã illis comitijs quod boni uiri uellent, niſi repulſam tulit. Itaq; de Aedilitate intelligendum arbitror, non de Pretura, locum quoq; Orationis huius, in quo ſcriptum ſic eſt: Tum quæſiſſe quendam de Vatinio, quemadmodum ferret: Cæſarem reſpondiſſe, Vatinium in Tribunatu gratis nihil feciſſe: qui omnia in pecunia poſuiſſet, honore animo æquo carere debere. In ſalute expectamus.) Duo ſiquidem parati erant deferre nomen Vatinij, quemadmodum paulò antè dicebamus, Paulus Aemilius, & Licinius Macer. Et me cum homine non ſolum impudentiſſimo atq; infimo conferam, de teipſo homine & arrogantiſſimo, & mihi inimiciſſimo quæro Vatini.) Mendi ſuſpicionem mihi dat illud Nõ ſolum: quod quò referri poſſit, non habet: ſi pro Non ſolum, reponeremus Omnium, integra eſſent omnia, atque plana. Iam uerò Impudentiſſimum pro impuriſſimo dicit. Pudens enim probum & caſtum apud Ciceronem ſignificat: quare impudens improbum & impurum. Huic ciuitati, huic reipublicæ, huic urbi.) Romanis ciuibus, Romanorum communi, Romanis ſedibus & ædificijs. Vrbs Roma propriè dicitur, quemadmodum Athenæ Aſtu. Vnde Terentius, An in aſtu uenit? His templis, ærario, curiæ.) Templa oſtendit quæ in foro erant, & ſi non omnia: nam & Caſtoris ædes in foro erat. M. Valerius Publicola ædem Saturni ærarium inſtituit. Qua de re uide Liuium. Tullus uerò Hoſtilius Alba euerſa principes Albanorum in patres elegit, templumq; ordini à ſe aucto Curiam fecit, quæ Hoſtilia appellata eſt. Liberis, ciuibus.) Coniugibus legendum puto, non ciuibus: nam & liberi cum coniugibus coniunguntur à Cicerone ſemper: & ciuium iam meminerat, cum ciuitatem poneret. Cæteris denique deorum immortalium delubris.) cæteris deorum templis, quæ hinc nec uideri, nec oſtendi poſſunt. Quid inter templum & delubrum interſit, docet ijs uerbis Aſconius: Sunt qui templa eſſe dicunt ſingulorum dijs attributorum locorum, delubra multarum ædium ſub uno tecto à diluuio pluuiæ munitarum. Alij delubra dicunt ea templa, in quibus nunc ſunt delubra corporum abluendorum, more Dodonæi Iouis, aut Apollinis Delphici, in quorum delubris lebetes tripodesq; uiſuntur. Sunt etiam qui delubra, ligna delibrata, id eſt, decorticata pro ſimulacris deorum more ueterum poſita exiſtiment: ſed malè. Hæc Aſconius in Diuinationem. Hic tamen ita loquitur Orator, ac ſi idem & templum eſſet & delubrum. Auſpicijs, religionibus.) auſpicijs & ſacris. Duas dicebamus eſſe Romanæ religionis partes, auſpicia, & ſacra: quæ utraque Vatinius polluerat atq; uiolarat. Me ciuem in hac ciuitate naſci.) qui è municipio ſum Arpinate, non in ciuitate Romana natus. Qua de re ita Cicero ſecundo de Legibus: Gaudeo, inquit, Attice me incunabula penè mea tibi oſtendiſſe. Tum Atticus: Equidem me cognoſſe admodum gaudeo. Sed illud tamen quale eſt, quod paulò antè dixiſti, hunc locum (idem ego te accipio dicere Arpinum) germanam patriam eſſe ueſtram? nunquid duas habetis patrias? Eſt ne una, illa patria communis? Niſi fortè ſapienti illi Catoni fuit patria non Roma, ſed Tuſculum. Tum Cicero: Ego mehercule & illi, & omnibus municipibus duas eſſe cenſeo patrias: unam naturæ, alteram ciuitatis. ut ille Cato cum eſſet Tuſculi natus, in populi Romani ciuitatem ſuſceptus eſt: ita cum ortu Tuſculanus eſſet, ciuitatem Romanam habuit: alteram loci patriam, alteram iuris. Vt ueſtri Attici, priuſquàm Theſeus eoſdem migrare ex agris, & in Aſtu quod appellatur, omnes ſe conferre iuſſit, & Sunij erant ijdem & Attici: ſic nos & eam patriam ducimus ubi nati, & eam qua excepti ſumus. Itaq; ego hanc meam eſſe patriam nunquam prorſus negabo, dum illa ſit maior, & hæc in ea contineatur. Tum memoriter reſpondeto.) ex tempore, impræmeditatus, non de commentario. Licet impunè per me.) qui te non accuſo: ſi te accuſarem, non liceret. Leges enim ſunt, iudicia ſunt, pœnæ ſunt, ſi quis parietes perfoderit, ſi quis uicinos compilarit, ſi quis matrem uerberarit. Quæſturam petiſti.) Quæſtura in minoribus erat magiſtratibus: ſiquidem neque ſellam curulem habebant Quæſtores, neq; ius imaginis, neq; agendi cum populo poteſtatem, neq; iudicia, neque auſpicia. Primus P. Valerius Publicola cum ædem Saturni ærarium conſtituiſſet, Quæſtores duos qui pecuniæ publicæ præeſſent, populi ſuffragijs creari uoluit: ij fuerunt P. Veturius, & M. Minutius: qui primi ex patribus quæſturæ munus Comitijs curiatis cœpere. Creuit poſtea numerus uſq; ad IIII, tum aliquanto pòſt uſq; ad VI. Syllanis uerò temporibus plures XX fuiſſe in urbe Quæſtores legimus. Non populi beneficio, ſed Conſulis.) L. Iulium Cæſarem dicere uidetur, quo Conſule deſignatus Quæſtor eſt Vatinius. Cum quo neceſſitudinem aliquam Vatinio fuiſſe poſſumus ex eo colligere, quòd C. Iulij Cæſaris L. Cæſaris fratris filij affinis erat Vatinius. Ita enim Cicero hac eadem Oratione de Cæſare loquens: Apud quem tu etiam nos criminari ſoles, qui illi ſumus amiciſſimi: cum tu ei contumelioſiſſimè toties maledicas, quoties illi te affinem eſſe dicis. Extremum adhæſiſſe.) non tam creatum, quàm non reiectum fuiſſe. Aquaria prouincia.) Aquaria prouincia cura erat Quæſtoris urbani præfecti mercibus, quæ mari uel omnino aquis exportantur, uel importantur. Aquarios enim, hoc eſt, eos qui aquam circunferebant uenalem, coërcere, non Quæſtoris, ſed Aedilis cura erat. Cælius ad Ciceronem Proconſulem, quum ipſe Aedilis eſſet: Quod ſi ego, inquit, cum tabernarijs & aquarijs non pugnaſſem per eos dies, ciuitatem ueternus occupaſſet. Prouincia, munus & curam omnem ſignificat. Terentius in Phormione, — O Geta prouinciam Cepiſti duram. Cicero tertia Verrina, quem ego librum primum uoco. Nam ut Prætor, inquit, factus eſt, qui auſpicatò à Chelidone ſurrexiſſet, ſortem nactus eſt urbanæ prouinciæ. Quo in loco Vrbanam prouinciam dicit, munus dicendi iuris inter ciues. Sorte obtigiſſet.)

ſortito obueniſſet, ut tacitum ferre populum debueris. Quod quoniam factum nõ eſt ſine omniũ clamore, apertè homines iudicarunt non fuiſſe tibi eam curam & prouinciam demandaturos, qui etiã à fortuna tibi eam oblatã ægrè ferrent. Puteolos.) Puteoli olim Dicæarchia dicta, urbs Campaniæ eſt, à puteorum multitudine ſic dicta, portus Romanorũ: quam in Italia fuiſſe neceſſe eſt, cum à magiſtratibus urbanis regeretur, Puteolanorumq́; negociatorum querelæ ad Cõſulem deferrentur. Cuſtodem ad continendas.) Cuſtodem hic dicit Cicero quod Galli dicunt Guarde. Ita Terentius in Eunucho: Miror quid ex Piræo abierit: nam ibi cuſtos nunc publicè eſt. Aliquãdo Cuſtodem dicit Cicero, quem Græci ἀντιγραφέα, Galli uerbum græcum exprimere uolentes, Contrerolleur appellarunt.

Sed portitorem ad partiendas merces.) nouo quodam è genere portitorem. Ludit Orator in nominis ſimilitudine. Duo porrò crimina Vatinio obijcit, primũ quod cum cuſtos tantum miſſus eſſet, ille pro portitore ſe geſſit: neque portorijs modò contentus, quemadmodum portitores cæteri, nihil quenquam exportare ſinebat, niſi ea lege ut mercium partem alteram mercator, alteram ipſe haberet. Hominesq́; negocia gerentes.) negociatores. In conuentu) negociatorum. Cicero Oratione in Verrem VII. quem ego librum V. facio: Num potes hoc negare Verres, in foro Lilybæi maximo conuentu, C. Seruilium ciuem Romanum in conuentu Panormitano ueterem negociatorem &c. Rurſus eadem Oratione: Qui cum amplius centum ciues Rom. haberet ex conuentu Syracuſarũ, qui eum cognoſcerent. Poſt quæſturam exierisne Legatus.) miſſus ne Legatus ſis ex S. C. Legatus miniſter eſt muneris prouincialis, autor bellici conſilij. Legatorum uaria erant genera, quæ omnia Cic. ijs uerbis hac eadem Oratione complectitur: Adeó ne tibi ſordidum conſilium publicum uiſum eſt, adeò afflictus ſenatus, adeò miſera & proſtrata reſpublica, ut non nuncios pacis ac belli, non curatores, nõ interpretes, non bellici conſilij autores, nõ miniſtri muneris prouincialis ſenatus more maiorũ deligere poſſet? Legati dicebantur eò quòd à ſenatu legabantur, et mittebantur. In ulteriorem Hiſpaniam.) in qua pars Beticæ erat, & tota Luſitania. Vide Plinium, & Pomponium Melam. C. Coſconio Proconſule.) C. Coſconius Cicerone Conſule Prætor fuit. Cicero in Oratione pro P. Sylla: At quos uiros? non ſolùm ſumma uirtute & fide, cuius generis in ſenatu facultas maxima: ſed etiam quos ſciebam memoria, ſcientia, conſuetudine, & celeritate ſcribendi facillimè quæ dicerentur, perſequi poſſe: C. Coſconium, qui tum erat Prætor: M. Meſſalam, qui tum præturã petebat: P. Nigidium, Appium Claudiũ. Quem cum anno ſequente Proconſulem faciat, non tantũ ij Proconſules erant, qui in Vrbe Conſules fuerant, ſed qui cum imperio Proconſulari in prouinciam mittebantur ex inferioribus magiſtratibus. Nam & C. Caßius qui Prætor tantum fuerat, cum interfecto Cæſare in Syriam ueniſſet prouinciam Conſularem, ad Ciceronem ſcribens hac utitur in literis inſcriptione: C. Caßius Proconſul S. D. M. Ciceroni. Prætorem autem exiuiſſe ab urbe Caßium, non Conſulem, epiſtolæ eæ quas ad Antonium Brutus & Caßius conſcripſerunt, apertè declarant. in utraque hac utuntur inſcriptione: Brutus & Caßius Prætt. S. D. Antonio Conſuli. In poſteriore uerò ita ſcribunt: Nos Antoni te nulla laceßiuimus iniuria: neque minaturum credidimus, ſi Prætores, & ea dignitate homines aliquid edicto poſtulaſſemus à Conſule. Eadem ratione Cicero ſcribens ad Q. Metellum, qui ex Prætura in Macedoniam miſſus erat prouinciam Conſularem, hac utitur in literis inſcriptione: M. Tullius M. F. Cicero Q. Metello Q. F. Celeri Proconſuli S. D. Q. autẽ hic Metellus Prætor fuerat Cicerone Conſule. C. Coſconius mortuus eſt Conſul. C. Iulio Cæſare, cum è uiginti uiris eſſet agrarijs: in cuius locum inuitatus Cicero fuit. Sic enim ad Atticum ſcribens: Coſconio, inquit, mortuo, ſum in eius locum inuitatus: id erat uocari in locum mortui. nihil me turpius apud homines fuiſſet, neque ad iſtam ipſam ἀσφάλειαν quicquam alienius: ſunt enim illi apud bonos inuidioſi: ego apud improbos meam retinuiſſem inuidiam, alienam aſſumpſiſſem. Et cum illud iter pedibus confici ſoleat.) non nauigio. Cicero ad Atticum: Acceßit, ut cum Dyrrhachij eſſemus, duo nuncij afferrentur, unus claſſe fratrem Epheſo Athenas uenire, alter pedibus per Macedoniam. Pedibus autem Roma in Hiſpanias ueniebatur XL diebus. Vide epiſtolam Pollionis ad Ciceronem ultimam. Certa ſit ratio nauigandi.) non flexuoſa: per Maßiliam. Fueris ne, quod tibi ſine S. C. facere non licuit, in regno Hiempſalis, fueris ne in regno Maſtaneſoſi?) Hiempſal & Maſtaneſoſus reges erant Numidiæ. Hiempſal certè Hiarbæ, qui cum Domitio Mariano duce à Pompeio uictus eſt, in regno succeßit. Autores Plutarchus & Florus. Ad quos reges cum mandata à ſenatu nulla haberet Vatinius, in eorum regna uenire non potuit cum poteſtate. Nam ne liberas quidem legationes, quæ ad hæreditates uel ſyngraphas perſequendas, uel denique rei priuatæ cauſa dabantur, obire ſine S. C. licebat. De quibus liberis Legationibus ita Cicero tertio de Legibus: Iam illud apertum profectò eſt, nihil eſſe turpius, quàm quenquam legari, niſi reipub. cauſa. Omitto quemadmodum iſti ſe gerant, atque geſſerint, qui legatione hæreditates aut ſyngraphas ſuas perſequuntur: in hominibus eſt hoc fortaſſe uitium. Sed quæro, quid reapſe eſt turpius, quàm ſine procuratione Senator, Legatus ſine mandatis, ſine ullo reipublicæ munere. Quod quidem genus legationis ego Conſul, quanquam ad commodum ſenatus pertinere uideatur, tamen approbante ſenatu frequentißimo, niſi mihi leuis tum Trib. plebis interceßiſſet, ſuſtuliſſem. minui tamen tempus, & quod erat infinitum, annuum feci. Ita turpitudo manet, diuturnitate ſublata. Veneris ne ad fretum per Mauritaniam.) Fretum dicuntur omnes maris anguſtiæ, à feruore aquæ. Cicero Oratione in Verrem ſeptimo libro, ut nos exiſtimamus quinto: Et illud, inquit, audiuimus M. Craßi fortißimi uiri uirtute conſilioq́; factum, ne ratibus coniunctis freto fugitiui ad Meſſanam tranſire poſſent. Quo in loco mare illud anguſtũ, quo ab Italia Sicilia ſeparatur, fretum uocat: ut in eo in quo ſumus, maris illas anguſtias, quæ ſunt inter Herculis columnas, quas Salluſtius quoque fretum uocat maris Italici & Oceani. Mauritania uerò ultima Africæ pars eſt, clauditurq́; ab Occidente freto. Tribunus plebis.) Tribuni plebis erant, quos plebs auxilij ergo aduerſus patres creabat. Decem autem erant ſic enim in duodecim tabulis ſcriptum eſt: Plebes quos pro ſe aduerſus patres auxilij ergo creaßit, Tribuni eius ſunto. Cur autem inſtituti ſint, docet Cicero ſecundo de Legibus, ut eſſent ſcilicet, quos populus Conſulibus poſſet opponere, ne ad reges iterum res Romanæ deuenirent. Tu prætermiſeris.) Neque

enim

enim te de actis Cæſaris, ſed de tuis ſceleribus interrogo, ne fortè tanti uiri nomine ad defenſionem tuæ improbitatis abutare, tibiq́; ea de quibus te interrogo, clames eſſe cum Cæſare communia, Cæſaremq́; à me per tuum latus, quod ſoles dicere, ſauciari, tuasq́; ſordes & indignitatem cum clariſsimi uiri ſplendore coniungas. Ex tuis tenebris extraham.) Metaphora à feris, quæ ab hypogeis, hoc eſt, ſubterraneis locis, in arenam extrahebantur, ubi conficiebantur uulneribus. Quod ſoles dicere.) ſignificans ſcilicet Cæſarem à me per tuum nomen accuſari. In tuis pulmonibus & uiſceribus adhærebunt.) tuos pulmones & uiſcera non prætergredientur. Et quoniam omnium magnarum rerum à dijs immortalibus principia ducuntur.) Cicero libro ſecundo de Legibus: Ordine igitur, inquit Quintus, nam hunc tibi totũ dicamus diem. Tum Marcus, A Ioue Muſarum primordia, ſicut in Aratio carmine orſi ſumus. Quorſum iſtuc? inquit Q. Tum M. Quia nunc itidem ab eodem, & à cæteris dijs immortalibus ſunt nobis agenda primordia. Optime uerò frater, inquit Q. & fieri ſic decet. Quoniam igitur à dijs immortalibus principia rerum omnium magnarũ ducenda ſunt, uult Orator huius quoq; interrogationis initio Vatinium ſtatim de deorum immortalium pollutis uiolatisq́; religionibus interrogare. Qui te Pythagoricum ſoles dicere.) Qui ſoles dicere ſacra te dis ex præceptis inſtitutisq́; Pythagoræ, qui eam ſectam ſequaris, facere debere. Porrò à Pythagora ſacrorum omnium ritus promanarũt: nam & Numa ab eo ſacrorum rationem accepiſſe ferebatur, quibus rempub. poſtea Romanam conſtituit. Vt cum inaudita ac nefaria ſacra ſuſceperis) Vt cum alteram Romanæ religionis partem pollueris. Sacra porrò intelligit hoc in loco priuata, quæ quiſq; ſibi priuatim facere poterat. Nefaria tum dicuntur ſacra, cum hoſtiæ immolantur, neque decoræ, neq; gratæ dijs. Itaq; lege XII. tabularum cauebatur, Vt quæ quoiq; diuo decoræ & gratæ eſſent hoſtiæ, prouiderentur. Deos manes mactare ſoleas.) Dis manibus ſacrificare. Manes dicebantur inferorum animæ, quoniam manare è corpore in corpus credebantur: cuius opinionis autor princepsq́; fuit Pythagoras. Auſpicia, quibus hæc Vrbs condita eſt.) à Romulo ædificari cœpta. Quomodo auſpicato Romulus urbem condidit, uide Liuium. Quibus omnis reſpublica atque imperium tenetur.) ſine quibus nihil geritur, quod ad rempublicã & imperium pertineat. Augurum reſponſa.) De ijs, quæ ij quorum auſpicia erant, de cœlo ſeruantes uiderant, audiuerant, ſenſerant, augures reſpondebant, & quæ deorum uoluntas ſignificaretur, ſignis illis, ſenatum docebant. Atque eius collegij arrogantiam.) Quam alij autoritatem uocabant, Vatinius arrogantiam nomine inuidioſo appellabat. Quanta augurum eſſet in republica autoritas, Cicero ſecundo de Legibus ijs uerbis docet: Maximum autem, inquit, & præſtantiſsimum in republica ius eſt Augurum, & cum autoritate coniunctum. Neq; uerò hoc, quia ſum ipſe Augur, ita ſentio, ſed quia ſic exiſtimare nos eſt neceſſe. Quid enim maius eſt, ſi de iure quærimus, quàm poſſe à ſummis imperijs, ſummisq́; poteſtatibus comitiatus & concilia uel inſtituta dimittere uel habita reſcindere? Quid grauius quàm rem ſuſceptam dirimi, ſi unus Augur * alium dixerit? Quid magnificentius, quàm poſſe decernere ut magiſtratu ſe abdicent Coſs? Quid religioſius, quàm cum populo, cum plebe agendi ius dare, aut non dare? Quid leges non iure rogatas tollere? ut * etiam decreto collegij? ut Liuius conſilio Philippi Conſulis & Auguris? Nihil domi, nihil militiæ per magiſtratus geſtum poſſe cuiquam ſine eorum autoritate probari?

Seruaris ne in eo fidem.) Feceris ne quod facturum ſenatui denunciaras. Figuratè autem loquitur Orator: neque enim ſi improbè facturum te oſtendas, itaq; facias, fidem ſeruare diceris. Concilium aduocares.) concionem aduocares, plebem aduocares. Patricios non poterant Tribuni plebis in concionem aduocare. Populus uerò uel ad comitia ſiue comitiatus, uel ad concilia cõuocabatur: ad comitia uniuerſus, pars ad concilia. Cicero III. de Legibus: Quid enim, inquit, maius eſt, ſi de iure quærimus, quàm poſſe à ſummis magiſtratibus comitiatus & concilia uel inſtituta dirimere, uel habita reſcindere? Vide Gelliũ eo loco ad quẽ te remittebamus paulò antè. Legemq́; ferres.) Rogationes Tribunitiæ plebiſcita ſunt, non leges, ſi propriè loqui uolumus. Lex enim Comitijs Centuriatis referente patricio magiſtratu ferri debet. Cicero tamen omnes rogationes leges uocat: credo quod nõ minus ualerẽt plebiſcita, quàm leges: plebiſcitisq́; patricij quoq;, non ſecus ac plebs, tenerentur, lata præſertim lege Hortenſia.

Quòd ſcires eo die de cœlo eſſe ſeruatum.) E Vatinij collegis tres erant, quos de cœlo quotidie ſciebat Vatinius ſeruare: quemadmodũ paulò pòſt dicet Orator. Quod & ſi ſciret, impedimento tamen ea res Vatinio nunquã fuit, quo minus cum populo ageret aduerſus legẽ Fuſiam. Is uerò de cœlo ſeruare dicitur, qui ſigna aliqua de cœlo captat, è quibus uolentibus ne dìi cum populo ageretur, cõijcere Augures poſſent. Quod ſolis magiſtratibus facere licebat, quemadmodum paulò pòſt dicemus. Et quoniam hic locus unus eſt quem tibi cum Cæſare communem eſſe dicas.) Et quoniam hic locus unus eſt de neglectis auſpicijs, in quo eandem eſſe dicas cauſam tuam & Cæſaris, cui moram nullam unquã attulit quo minus populum conuocaret, legemq́; ferret, quod M. Bibulum collegam de cœlo quotidie ſeruare ſciret. Cicero pro Domo ſua: Tu Marcũ Bibulũ in concione, tu augures produxiſti: te interrogante Augures reſponderũt, Cum de cœlo ſeruatũ ſit, cum populo agi non poſſe: tibi M. Bibulus quærenti ſe de cœlo ſeruaſſe reſpondit: idemq́; in concione dixit ab Appio fratre tuo productus, te omnino, quòd contra auſpicia adoptatus eſſes, Tribunum plebis non fuiſſe. Tua deniq; omnis actio poſterioribus menſibus fuit, omnia quæ C. Cæſar egiſſet, quæ contra auſpicia eſſent acta, per ſenatum reſcindi oportere. Seiungam te ab illo.) Docebo quantum inter tuam & illius cauſam interſit. Non ſolùm reipublicæ cauſa) quam perturbari erit neceſſe, ſi Cæſaris acta reſcindi uelimus, quoniam contra auſpicia egiſſet Cæſar. neque enim hominibus eripi potuiſſent quæ legibus Iulijs conſequuti erant, ſine rerum omnium confuſione. Senatui cauſam tuam permittas.) Senatui cauſæ tuæ cognitionem deferas. Quod fecit Cæſar.) Suetonius in D. Iulio: Functus, inquit, Cæſar Conſulatu referentibus C. Memmio, L. Domitio Prætt. de actis ſuperioris anni, cognitionem ſenatui detulit. Deinde quæ ſit autoritas eius.) Deinde audiri ne is debeat, qui non quòd ipſe benefecerit, ſed quòd alius ſimiliter fecerit, ſe defendit. Si eum magnitudo contentionis.) ſi tam uehementer ad contentionem cum M. Bibulo collega de agrò Campano ſuſceptam Cæſar incubuiſſet. Studium gloriæ.) gloriæ

cupiditas,

cupiditas. quæ efficit ut uelimus multos mortales beneficijs deuincire: quod Cæſar agrum Campanum diuidendo conſequi ſperabat. Præſtans animus, excellens nobilitas.) quæ uinci neſciunt. De ſua nobilitate ita Cæſar ipſe in ea oratione, qua amitam ſuam Iuliam mortuam in concione pro more laudauit. Amitæ, inquit, meæ Iuliæ maternum genus ab Regibus ortum, paternum cum Dis immortalibus coniunctum eſt. Nam ab Anco Martio ſunt Martij Reges, quo nomine fuit mater, à Venere Iulij, cuius gentis familia eſt noſtra. ita in genere & regum ſanctitas eſt, & deorum ceremoniæ. Aliquò impuliſſet.) ut leges contra auſpicia ferret, impuliſſet. Quod & tum ferendum eſſet.) cum adiutoribus Pōpeio & Craſſo ad ferendas leges uteretur, quibus reſiſti nō poſſet. Vide Plutarch. in Cæſare. Et maximis rebus quas poſtea geſſit.) Cicero in oratione de Prouincijs conſularibus. Itaq; cum acerrimis nationibus & maximis Germanorum & Heluetiorum Cæſar prælijs feliciſſimè decertauit: cæteras contriuit, compulit, domuit: Imperio populi Romani parere aſſuefecit: & quas regiones, quasq; gentes nullæ nobis antea literæ, nulla uox, nulla fama notas fecerat, has noſter Imperator noſterq; exercitus, & populi Romani arma peragrarunt. Id tu tibi furcifer ſumes.) id tu tibi homo indigniſſime arrogabis? Furciferi ſerui, qui ob flagitium aliquod, plauſtri lignum, cui temo affigitur, quæ furca dicta eſt, circunferre per urbem, aut uicinitatem à dominis cogebantur, ignominiæ magis quàm ſupplicij cauſa. Et audietur Vatinij latronis ac ſacrilegi uox.) Et ferent homines Vatinium latronem hoſtemq; omnium religionum id ſibi licere poſtulantem, quod licuerit C. Cæſari? Sacrilegum non minus uocauit qui ſacra religionesq; uiolauit, quàm qui rem ſacram furto ſuſtulit. Collegas habuiſti uiros fortes nouem.) Hinc colligas X fuiſſe Tribunos plebis, cum Vatinius Trib. plebis nouem collegas habuerit. Vir autem fortis eſt, uir magni & acris animi. ſic enim Cicero pro Seſtio, Vnū enim mi reſtabat illud, quod forſitan non nemo uir fortis, & acris animi magniq;. Terentius in Phormione,

G. O uir fortis atq; amicus. uerùm hoc ſæpe Phormio
Vereor, ne iſthæc fortitudo in neruū erumpat denuq;.

Idē in And. D. —Dum licitum eſt, dumq; ætas tulit,
Amauit, tum id clam. cauit ne unquam infamiæ
Ea res ſibi eſſet, ut uirum fortem decet.

Ex ijs tres erant.) Cn. Domitius, Q. Ancharius, C. Fannius. Cicero pro Seſtio: Fuit collegium nuper Tribunitiū, in quo tres minimè, uehementer duo populares exiſtimabantur. ex ijs qui populares non habebantur, quibus in illo genere conductarum concionum conſiſtendi poteſtas non erat, duos à pop. Romano Prætores uideo eſſe factos: & quantum ſermonibus uulgi & ſuffragijs intelligere potui, præ ſe populus Romanus ferebat ſibi illū in Tribunatu Cn. Domitij animum conſtantem & egregiū, atq; Q. Ancharij fidem ac fortitudinē, etiam ſi nihil agere potuiſſent, tamen uolūtate ipſa gratum fuiſſe. Iam de C. Fannio quæ ſit exiſtimatio, uidetis: quod iudicium populi Romani in eius honoribus futurum ſit, nemini dubium uideri debet. Quos priuatos eſſe dicebas.) quibus, cum priuatos eos duceres, de cœlo ſeruare non eſſe ius exiſtimabas. ijs enim de cœlo licebat ſeruare, quibus cum populo agere licebat: hoc eſt, quemadmodum in legibus XII tabularum ſcriptum eſt, Conſuli, Prætori, magiſtro populi equitumq;, eiq; Quem patres produnt Conſulum rogandorum ergo, Tribuniq; quos ſibi plebes rogaſſit. De quibus duos prætextatos.) Prætoria prætexta indutos. Cn. Domitium & Q. Ancharium dicit: qui Prætores facti erant: quemadmodum paulò antè dicebamus. Sedentes uides.) de cauſa Seſtij iudicantes. Sedere pro iudicare non ſemel dixit Cicero. Sic ad Atticum epiſtola cuius eſt initium, Saturnalibus mane: Deinde, inquit, Apameæ quinque dies morati, & Synnadis triduū, Philomeli quinque dies, Iconij X ſedimus. Quo in loco neſcio quis pro ſedimus repoſuerat Fecimus, ſatis inconſideratè. Cuius rei niſi tu me monuiſſes Aemyli, hoc tibi per me literati nunc non deberent. Te ædilitiam prætextam.) Maiores magiſtratus, hoc eſt patricij, prætexta utebantur, ſed non eadem omnes. Aedilibus autem ius fuiſſe prætextæ, Cicero teſtis eſt libro in Verrem quinto: Nunc ſum, inquit, deſignatus Aedilis: habeo rationem quid à populo Romano acceperim, mihi ludos ſanctiſſ. maxima cum ceremonia Cereri, Libero, Liberæq; faciundos. Ac uerbis aliquot interpoſitis: Ob earum, inquit, rerum laborem & ſolicitudinē fructus illos datos antiquiorem in ſenatu ſententiæ dicendæ locum, togam prætextam, ſellam Curulem, ius, imagines ad memoriam poſteritatemq; prodendam. De Prætexta ita Macrobius: Tullus Hoſtilius rex Romanorum tertius, debellatis Hetruſcis, ſellam Curulem, lictoresq;, & togam pictam, atque prætextam, quæ inſignia magiſtratuum Hetruſcorum erant, primus ut Romæ haberentur inſtituit. Plura qui uolet, Macrobium ipſum legat cap. quinto, libro Saturnaliorum primo. Tertium ſcis ex illo obſeſſo atque afflicto Tribunatu autoritatem Conſularem hominē eſſe adoleſcentem conſecutū.) C. Fannium intelligit. de quo in Orat. pro Seſtio loco à nobis paulò antè citato: Cuius uoluntas in Tribunatu grata populo Romano fuit, & ſi nihil agere potuiſſet. Quæ ratio eſt cur obſeſſum atq; afflictum dicat eius Tribunatum. De C. Curione filio poſſet cōmodiſſimè intelligi hic locus, cui, quoniam unus is palàm Cæſari aduerſabatur, quemadmodum ad Atticū ſcribit Cicero, plauſus maximi, conſalutatio forenſis perhonorifica, ſigna præterea beneuolentiæ permulta à bonis impertiebantur: niſi Tribunū cum Vatinio non fuiſſe ſciremus. Conſularem autoritatem.) ſummam autoritatem, parem Conſulibus. neque enim putandum eſt Conſulem eſſe factum C. Fannium: cum de eo ita Cicero: Quod iudicium populi Romani futurum ſit, in eius honoribus nemini dubium uideri debet. Ex quibus partim planè tecum ſentiebant.) Fuſium intelligit: de quo epiſt. ad Atticum, cuius initium eſt, Accepi aliquot epiſtolas. Curioni, inquit, ſigna beneuolentiæ permulta à bonis impertiuntur. Fuſium clamoribus & conuicijs & ſibilis conſectantur. Omnes habuerunt leges promulgatas.) Per trinum nundinum leges promulgabantur, antequam ferri inciperent, ut populo ſpacium daretur ad cognoſcendam legem. Cicero pro domo ſua: Hæc homines improbi ad quoſdam uiros fortes longè aliter ac à me dicta erant, detulerunt. hora nona eo ipſo die tu es adoptatus. Si quod in cæteris legibus trinum nundinū eſſe oportet, id in adoptione ſatis eſt trium eſſe horarum, nihil reprehendo. C. Coſconius.) Filius fortaſſe eius C. Coſconij, cuius antea mentionem fecimus, qui ex Prætura miſſus in Hiſpaniā ulteriorē eſt cum imperio Proconſulari. Quæ tanta uis.) quod tantum animi robur. Vt quum tu nouem collegæ, &c.)

Legen-

Legendum puto, ut quod tui nouem collegæ. aliter ſi legas illud id quod ſequitur, quò referri poßit, non habebit. Quod autem collegas Vatinij deterrebat à ferendis legibus, erat quod ſciebant quotidie de cœlo ſeruari. id quod Vatinius contemnebat. Poſt urbem conditam.) Poſt Romam auſpicatò conſtitutam. ſcelus ſiquidem ſummum putabant, in ea urbe autoritatem auſpiciorum contemnere, quæ auſpicatò eſſet condita. Cum te Tribuno plebis eſſet etiã tum in repub. lex Helia, & Fuſia.) cum nondum Clodius leges Heliam & Fuſiam ſua rogatione ſuſtuliſſet de republica, cùm etiam tum ualerent in ciuitate. De legibus Aelia & Fuſia antea diximus. Quæ quidem leges anno poſt.) A. Gabinio, L. Piſone Coss. Præſidentibus in templo.) Alij libri, Sedentibus, hoc eſt, inſpectantibus: quæ mihi lectio magis placet. Cicero pro Seſtio: Iiſdem Conſulibus ſedentibus atque inſpectantibus lata lex eſt, ne auſpicia ualerent, ne quis obnunciaret, ne quis legi intercederet: ut omnibus faſtis diebus legem ferre liceret: ut lex Helia, lex Fuſiáue ualeret. Templum autem dicit ædem Caſtoris. Duobus non Conſulibus, ſed proditoribus huius ciuitatis.) Quæ eis tuenda commiſſa erat: ſiquidem Coss. ſalus populi ſuprema lex erat, quemadmodum ſcriptum eſt in legibus XII tabularum. Regia poteſtate Coss. duo ſunto, ollis ſalus populi ſuprema lex eſto. Duo autem illi proditores ciuitatis erant Gabinius & Piſo: qui precio prouinciarum Tribuno plebis Clodio Reipublicæ ſalutem addixerant. Vnà cum auſpicijs.) Rogatione Clodia non ſolum lex Fuſia, ſed ipſa etiam auſpicia magna ex parte tollebantur. auſpicia, quoniam diebus faſtis per eam non licebat ſeruare: lex uerò Fuſia, quoniã cum lex Clodia ſeruare de cœlo prohiberet diebus iis, quibus cum populo agi eſſet fas, hoc eſt, faſtis omnibus diebus, nullus legis Fuſiæ relinquebatur uſus, quæ prohibebat eo die cum populo agere, quo ſciretur de cœlo eſſe ſeruatum. Cum interceßionibus.) cum obnunciationibus: (neq; enim aliæ interceßiones lege Clodia tollebantur.) quæ lege Aelia confirmabantur. Cum omni iure publico.) Ius in publicum & priuatum diuiditur: Publicum eſt, quod ad ſtatum rei Romanæ ſpectat: Priuatum, quod ad ſingulorum utilitatem. In illo tuo latrocinio.) in illo tuo Tribunatu. Latrocinium interim pro latrocinatione ipſa ſumitur, ut hoc in loco. Interim pro latronũ manu. Cicero pro Domo ſua. In eius regnum immiſiſti huius ciuitatis latrocinium. Augur fieri.) qui patricius non eſſes, neque functus maioribus magiſtratibus. cum legibus XII tabularum cautum ſit, auſpicia patrum eſſe debere. Verba legis ſunt hæc: Auſpicia patrum ſunto. Pro Q. Metello.) Qui cum auguratum petere cogitaret, miſſus cum aliqua uel curatione uel poteſtate à ſenatu ſit: uel, quod ego magis puto, urbem reliquerit Cæſaris, Pompeij, Craßiq; odio ſit. Cicero ad Atticum epiſt. cuius eſt initium, Cupio equidem: De iſtis, inquit, rebus expecto tuas literas, quid Arrius narret, quo animo ſe deſtitutum ferat, & qui Conſules parentur, utrum ut populi ſermo, Pompeius & Craſſus: an, ut mihi ſcribitur, cum Gabinio Ser. Sulpitius: & num quæ nouæ leges, & num quid noui omnino: &, quoniam Nepos proficiſcitur, cuinam auguratus deferatur. Vbi Q. Metellum Nepotem ſine dubio intelligit. Quo in loco ſi proficiſcitur pro moritur poſitum eſt, quod quidam uolunt, Vatinium Auguratum petiſſe in Q. Metelli demortui locũ dicemus: quod mihi non placet: cum de eo aliquot epiſtolis pòſt, ut de uiuo, ſcribat Cicero: Deinde exprompſit Curio ſuum, Nepotisq; odium in Cæſarem & Pompeium. Dignus te nodus hic eſt Aemyli: quare eum nobis ſolue. Cum ut quicunq;.) Cum mihi uidetur redundare. Illi autem quibus eras in delicijs.) Cæſar, & Pompeius, quibus eras in amoribus, à quibus tu Augur fieri ſperabas. Cicero epiſt. ad Atticum cuius eſt initiũ, Subitò cùm mihi: Proinde iſti licet quos uolent Conſules, Tribunos plebis. deniq; etiam Vatinij ſtrumam ſacerdotij dibapho ueſtiant: uidebis breui tempore, &c. Quod Augures omnes uſque à Romulo.) Qui primus auſpicia conſtituit, augurq; primus fuit. Sic egiſſes.) Ioue fulgente, aut denique contra auſpicia. Maieſtatem horum.) Populi Romani eſt maieſtas. Somnia tua.) uanas ſpes & cogitationes de Auguratu. M. Bibulum.) Calphurnianum, Cæſaris collegam. Bene de republica ſentientem.) Bene de republica ſentire eſt, ſanè ſentire, ea ſentire quæ patriæ ſunt ſalutaria. Ne tu mihi homo potens iraſcaris.) homo diues. ſic enim hac eadem Oratione Cicero: Qui iam nos tuis diuitijs terres. Atque alio loco: Et quoniam aliorum pecuniam deſpicis, de tuis diuitijs intoleranti ßimè gloriaris, &c. Terentius in Eunucho:

Quis eſt tam potens cum tanto munere hoc?

Idem in Adelphis:

Sed Demea hoc tu facito tecum cogites,
Quàm uos facillimè agitis, quàm eſtis maxumè
Potentes, dites, fortunati, nobiles. Idẽ in Heautontim.
Mea eſt potens, procax, magnifica, ſumptuoſa, nobilis.

Quod autẽ Orator dicit, ideo ſe non dicere M. Bibulũ bene de repub ſenſiſſe, quòd Vatiniũ in ſe nolit irritare, qui ab eo diſſenſerat: mihi eius reticentiæ uerior cauſa uidetur, quòd Cæſarem nollet offendere, qui Bibulo pulſo foro, curia, templis omnibus, locis omnibus publicis, domi cõcluſo & obſeſſo, ſolus omnia in magiſtratu geſſerat. Tantum animo ab actionibus tuis diſſentientem.) Qui domo abditus nihil aliud, quàm per edicta obnunciabat: quemadmodum in D. Iulio Suetonius. De quibus edictis ita Cicero ad Atticum: Bibulus hominum admiratione & beneuolentia in cœlo eſt: edicta eius & conciones deſcribũt, & legunt. Ac rurſus epiſtola ſequente: Itaq; Archilochia in illum edicta Bibuli ita ſunt populo iucunda, ut eum locũ ubi proponũtur, præ multitudine eorũ qui legũt, trãſire nequeamus. Cum eum tu Conſulem in uincula duceres.) Tribuni plebis Conſules in uincula ducere poterant. Quis primus Tribunus Conſules in uincula duci iuſſerit, ſcribit Cicero III de Legibus, Et ſi, inquit, quinquennio ante D. Brutũ & P. Scipionẽ Conſules (quos & quantos uiros!) homo omniũ infimus & ſordidißimus, Trib. plebis P. Curiatus in uincula coniecit, quod antè factum non erat. A tabula Valeria.) Tabulæ Valeriæ meminit Cicero in epiſt. quoque ad Terentiam uxorem, cuius eſt initium, Noli putare: iis uerbis, Nam ad me P. Valerius homo officioſus ſcripſit, id quod ego maximo cum fletu legi, quemadmodum à Veſta ad Tabulam Valeriam ducta eſſes. Quem ego locum ſic intelligo, ut cum in carcerem duceretur Terentia, ad Tabulam uſque Valeriam tantum ducta ſit, & inde miſſa. Ducere & Duci apud Ciceronem ſignificant Ducere & Duci in uincula. Cicero Oratione in Verrem IIII quem ego librum II uoco, ſi non accipis quod te debere dicis, accuſes: ſi petitur, ducas.

Verba

Verba ſunt ex Verris edicto prouinciali. *ſequuntur Ciceronis uerba,* C. *Fuſitiũ duci iußit petitorem,* L. *Suetiũ,* L. *Racilium. Quos igitur non uinculis coërcere, ſed ignominia tantũ carceris afficere magiſtratus uolebat, ad Tabulã uſq; Valeriam duci iubebat. Quid loco nomen dederit, diuinare nõ poſſum Aemyli: neq; uerò audeo, ad te ſcribens: fortaſſe poſita eo loco erat Tabula fœderis omnium uetuſtißimi, quod quidem pop. Romanus ſub rege Tullo Fecialis Marco Valerio cum Albanis percuſſerat: cuius meminit, quemadmodũ ſcis, Liuius. Fœdera ſolere publicis poni & affigi ad memoriam inſequentis temporis ſempiternã, teſtis eſt Cicero in Oratione pro Cornelio Balbo: in ea ſcriptum ſic eſt, Cum Latinis omnibus fœdus ictum Spurio Caßio, Poſthumio Cominio Coss. quis ignorat? quod nuper meminimus in columna ænea poſt roſtra inciſum & perſcriptum eſſe.* Feceris ne ante roſtra pontem.) *Naues Antiatum partim in naualia Romæ ſubductæ, partim incenſæ: roſtriſq; earum ſuggeſtum in foro extructum adornari placuit: Roſtraq; id templum appellatum eſt. Liuius.* Continuatis Tribunatibus.) *Pro Tribunatibus ſedebant Prætores, de cauſiſq; iudicabant. In foro erant, ubi quoq; erant Roſtra. Cicero hac eadem Oratione, Quæro ex te Vatini, Num quis reus in Tribunal ſui quæſitoris aſcenderit, eumq; ui deturbarit, ſubſellia dißiparit, urnas deleuerit, eas denq; omnes res in iudicio diſturbando cõmiſerit, quarũ rerum cauſa iudicia ſunt cõſtituta: ſciás ne tum fugiſſe Memmium, accuſatores eſſe tuos de tuis tuorumq; manibus ereptos, Iudices Quæſtionum de proximis Tribunalibus eſſe depulſos, in foro, luce, inſpectante populo Romano quæſtionem, magiſtratus, morem maiorum, leges, Iudices, reum, pœnam eſſe ſublatam. Minores Iudices, quales erant Centumuiri, de ſubſellijs iudicabant. unde ſubſellia pro minoribus iudicijs ponit Cicero. Sic enim ſcriptum eſt in Diuinatione: Verũ tamen L. Apuleiũ eſſe uideo proximum ſubſcriptorem, hominẽ nõ ætate, ſed uſu forenſi atq; exercitatione tyronem. Deinde ut opinor habet Alienum, hunc tamen á ſubſellijs. Continuauerat autẽ Vatinius Tribunalia, materia ſuperiniecta de Tribunali in tribunal.* Et cõſtantißimus.) *Perpetua apud Ciceronem Bibuli laus eſt conſtantiæ. Sic enim in Oratione pro domo ſua: Adeſt præſens uir ſingulari uirtute, conſtantia, grauitate præditus M. Bibulus. Item alio loco: Conſtanter multa fecit in Conſulatu M. Bibulus.* Sublato auxilio, excluſis amicis.) *Pontis altitudine.* C. Cæſaris clementiß. atq; opt. uiri.) *Cæſar clemens natura fuit.* M. Bibulum foro c.t.l. p.o. expuliſſes.) *Id Cæſarẽ feciſſe ſcribit Suetonius: cuius uerba hæc ſunt: Lege Agraria promulgata, obnunciantem armis foro expulit.* Miſeris ne uiatorem.) *Cicero in Catone Maiore: A uillis arceſſebantur in ſenatũ Curij & ceteri ſenes: ex quo qui eos arceſſebant, Viatores ſunt nominati.* Vt quod in priuatis ſemper eſt ſeruatum.) *Neminẽ domo ſua extrahere per uim atq; eripere licebat. Vnde apud Terentium Sannio cum de iniurijs adoleſcentis quereretur, Domo, inquit, me eripuit, uerberauit.* Sanctißimas leges Heliam & Fuſiam.) *ſanctionibus cõmunitas. Sanctiones autem dicuntur partes illæ legum, quibus pœnas conſtituimus ijs qui aduerſus leges fecerint. Sanctus autem à Sagminibus dicitur. Sagmina herbæ ſunt, quas Romanorum legati ferebant.* Quæ in Gracchorum ferocitate.) *Gracchos ætas faciebat feroces & uehementes. Ferocitas adoleſcentiæ eſt, ut ſcribit in Catone Maiore Cicero. De utroq; Graccho Tib. & C. uide Plutarchum in uita Gracchorum. Leges quas Tiberius tulit, promulgauit, ſunt Agrariæ leges duæ: altera, Ne quis ex publico agro plus quàm decem iugera poßideret: quam aduerſus uoluntatem ſenatus & equeſtris ordinis tulit. Promulgauit & aliam legem Agrariam, quaſi quis latius agrum pateфaceret, ut ipſe, & C. frater & Ap. Claudius ſocer Triumuiri iudicarent qua publicus ager, qua priuatus eſſet. C. uerò Gracchus Frumentariam legem tulit, ut ſemiſſe & trientе frumentum populo daretur. tulit & Agrariam legem, quam frater eius tulerat. tulit & tertiam, ut D.C. equites CCC ſenatoribus admiſcerentur: hoc eſt, ut equeſter ordo bis tantùm uirium in ſenatu haberet. Cicero in Oratione pro Seſtio & Agrariæ legis Tib. Gracchi, & Frumentariæ C. meminit his uerbis: Agrariam Tib. Gracchus legem ferebat: grata erat populo, fortunæ conſtitui tenuiorũ uidebantur. nitebantur contra optimates, quòd ea diſcordiã excitari uidebant: & cum locupletes poſſeßionibus diuturnis mouerentur, ſpoliari rempub. propugnatoribus arbitrabantur. Frumentariam legem C. Gracchus ferebat: iucundares plebi Romanæ: uictus enim ſuppeditabatur largè ſine labore. Quas leges Gracchi, etſi ciues erant turbulenti, non tamen contra auſpicia tulerunt.* Et in audacia Saturnini.) *Cn. Apuleius Saturninus homo natura audax adiuuante C. Mario, occiſo A. Nunio competitore Tribunus pleb. creatus, legem Agrariam per uim tulit. Audacem eum uocat Orator, quoniam & competitorem Tribunatus, & C. Memmium Conſulatus candidatum, quem maximè actionibus ſuis aduerſarium timebat, interemit. Eò tamen furoris deuenit nunquam, ut contra leges Heliam et Fuſiam facere conatus ſit.* Et in colluuione Druſi.) *ciuitatis confuſione, immißis in urbem Italicis omnibus populis, quos ſpe ciuitatis ſolicitarat, quibus adiuuantibus leges tulit pernicioſas, Agrariam, Frumentariam, & Iudiciariam, ut æqua parte penes ſenatum & equeſtrem ordinem iudicia eſſent. Quæ leges Liuiæ dicuntur à M. Liuio Druſo latore: qui tamen auſpiciorũ autoritatem in ferendis nunquã contempſit.* Et in contentione Sulpitij.) *aduerſus Coss. L. Syllam, Q. Pompeium Rufum: quibus aduerſantibus leges promulgauit pernicioſas, Vt exules reuocarẽtur, Vt noui ciues libertiniq; diſtribuerentur in tribus.* Et in cruore Cinnano.) *L. Cornelius Cinna in urbem receptus, uelut captam eam cædibus & rapinis uaſtauit.* Etiam inter arma Sullana uixerunt.) *Sylla repub. occupata leges multas tulit. nam & Tribunitiam imminuit poteſtatem & ius ferendarum legum ademit, & Pontificum collegium auxit. Quomodo Tribunitiam imminuerit poteſtatem docet III de Legibus his uerbis Q. Ciceronis Frater: Quamobrem, inquit, in iſta quidem re uehementer Sullam probo, qui Tribunis plebis ſua lege iniuriæ faciendæ poteſtatem ademerit, auxilijq; ferendi reliquerit, Pompeiumq; noſtrũ ceteris rebus omnibus ſemper amplißimis ſummiſq; effero laudibus: de Tribunitia poteſtate taceo: neq; enim reprehẽdere libet, nec laudare poſſum.* Qui ex eo magiſtratu non modò emerſeris ex mendicitate.) *Cicero hac eadem Oratione, Quæ cum ita ſint, quæro ex te ſis ne ex pauperrimo diues factus in illo ipſo anno, quo lex lata eſt acerrimè de pecunijs repetundis.* Tollere & delere.) *ciuitate priuare.* Cum enim L: Vectiũ.) *Legendum uidetur, Cum L. Vectium.* Qui in ſenatu cõfeſſus eſſet.) *Vectij conſiliũ detulerant Curiones ad Pom-*

peium

peium, Pompeius ad Senatum: uocatus itaq; eſt in Senatum Vectius. *Cum telo.)* cum pugione, quem ſibi à Bibulo Conſule per eius ſcribam C. Septimum miſſum Vectius dicebat. Telum autem, ut ſcribit Caius Iuriſconſultus in interpretatione legum XII tabularũ, uulgo quidem id appellatur, quod ab arcu mittitur: ſed & id omne ſignificat, quod manu cuiuſq; iacitur. Sequitur ergo ut lignũ, lapis, ferrum hoc nomine contineatur. dictum ab eo, quòd in longinquum mittitur, à Græca uoce τηλοῦ. Hæc Caius.

Vt delectos uiros.) Liuius lib. V. Decadis IIII. Concilium quidẽ uniuerſæ gentis poſt dimiſſos Romanos non habuerunt: per apocletos autem (ita uocant ſanctius concilium: ex delectis cõſtat uiris:) id agitabant, quonam modo res in Græcia nouarẽtur. Ex quo loco colligimus, qui Delecti dicãtur uiri, ij ſcilicet, qui ad ciuitatis conſilium ſanctius adhibentur, qui ijdem principes ciuitatis dicuntur. *Necem afferre uoluiſſe.)* Cur id de ſe confeſſus ſit Vectius, quæq; Vectiani totius indicij cauſa, & quæ item ratio, Cicero ad Atticum ijs uerbis ſcribit: Vectius ille, ille noſter index Cæſari, ut perſpicimus, pollicitus eſt, ſeſe curaturum, ut in aliquam ſuſpicionem facinoris Curio filius adduceretur. Itaq; inſinuatus in familiaritatem adoleſcentis, & cum eo ut rem indicat, ſæpe congreſſus, rem in eum locũ deduxit, ut diceret ſibi certũ eſſe cum ſuis ſeruis in Pompeiũ impetũ facere, eumq́; occidere Hoc Curio ad patrem detulit: ille ad Pompeium, res delata ad Senatum eſt. Introductus Vectius primò negabat ſe unquam cũ Curione reſtitiſſe: neq; id ſanè diu: nam ſtatim fidẽ publicam poſtulauit. Reclamatũ eſt. Tum expoſuit manum fuiſſe iuuẽtutis duce Curione, in qua Paulus initio fuiſſet, & Cn. Cepio, hic Brutus, & Lentulus Flaminis Filius conſcio patre: poſtea C. Septimum ſcribam Bibuli pugionem ſibi à Bibulo attuliſſe. quod totum irriſum eſt, Vectio pugionem defuiſſe, niſi ei Conſul dediſſet. eoq́; magis id reiectum eſt, quod ad IIII Idus Maij Bibulus Pompeium fecerat certiorẽ, ut caueret inſidias, in quo ei Pompeius gratias egerat. Introductus Curio F. dixit ad ea quæ Vectius dixerat: maximeq́; in eo tum quidem Vectius eſt reprehenſus, quòd dixerat adoleſcentum conſilium ut in foro cum gladiatoribus Gabinij Pompeium adorirentur, in eo principem Paulum fuiſſe, quem conſtabat eo tempore in Macedonia fuiſſe. Fit S. C. ut Vectius quòd confeſſus fuiſſet ſe cum telo fuiſſe, in uincula conijceretur: qui eum emiſiſſet, contra Remp. eum eſſe facturum. Res erat in ea opinione, ut putarent id eſſe actum, ut Vectius cum pugione in foro. & item ſerui eius cum telis comprehenderentur, deinde ille ſe diceret indicaturum: idq; ita actum eſſet, niſi Curiones rem antè ad Pompeium detuliſſent.

In concionem produxeris.) Priuati non poterant cum populo agere, niſi data à magiſtratu concione. A Vatinio in concionem hic dicit Cicero Vectium productum: ad Atticum uerò ſcribens, à Cæſare. uerba hæc ſunt: Poſtero autem die Cæſar, is qui olim Prætor cum eſſet Q. Catulum ex inferiore loco iuſſerat dicere, Vectium in roſtra produxit: eumq́; in eo loco inſtituit, quo Bibulo Cos. aſpirare non liceret. *Indicem in roſtris.)* Indicare eſt de ſuo facto confiteri, quemadmodum antea dicebamus. Index igitur, ut ſcribit Aſconius, qui facinoris cuius ipſe eſt conſcius, latebras indicat impunitate propoſita. *In illo inquam augurato templo.)* Templa uocabant loca undique patentia, auguratò delecta, uerbiſq; conceptis dedicata. Itaq; Roſtra templum erant. Liuius quoque Roſtra templum uocat eo loco, quem antea, cum de roſtris ſcriberemus, citabamus. Terentius in Eunucho, Cœlum templum facit: Qui templa cœli ſumma ſonitu concutit. Cicero item in Somnio Scipionis: Quæſo, inquit Africanus, quouſq; humi defixa tua mens erit? nõne uides quæ in templa ueneris? Nouem tibi orbibus, uel potius globis, connexa ſunt omnia. *Autoritatis exquirendæ cauſa.)* Ad confirmandas ſuas rogationes. Sic Manlius Tribunus plebis Ciceronem in concionem produxit, ut is ſuam legem populo ſuaderet. *Sceleri & menti tuæ.)* Mens eſt, quæ excogitat & comminiſcitur: animus qui cupit. Terentius in Andria:

Mala mẽs, malus animu'. quem quidem ego ſi ſenſero.

In concione tua.) à te, non à Cæſare uocata. *A te rogatus.)* non à Cæſare. *Eos uiros.)* qui Cæſaris actionibus aduerſabantur: præſertim uerò Curionem filium, quemadmodum paulò antè dicebamus. *Spoliaueras Conſulatu.)* Conſulari omni poteſtate priuaras. *L. Lucullum.)* L. Licinium Lucullum: qui Cæſari uehementius reſiſtebat. Sic enim Suetonius in D. Iulio: Cætera item, inquit, quæ cuique uoluit dilargitus eſt Cæſar contradicente nullo, ac ſi conaretur quis, abſterrito. M. Catonem interpellantem extrahi curia per lictorem, duciq́; in carcerem iuſſit. L. Lucullo liberius reſiſtenti tantum calumniarum metum iniecit, ut ad genua ultrò ſibi accideret. *Ad Imperatorias laudes.)* qibus cumulatus erat Lucullus: tantus enim imperator fuit, ut Mithridates rex poſt Alexandrum maximus omnibus eum ducibus de quibus legerat, prætulerit. Cicero in Lucullo. *Cum filio principe iuuentutis.)* C. Curione adoleſcente primo. *Cum repub. coniunctiore etiam, quàm ab illa ætate poſtulandum fuit.)* Cuius cauſam aduerſus Cæſarem uehementius conſtantiusq; defenderat, quàm ab ea ætate expectabant homines. Cicero ad Atticum: Vnus loquitur, & palàm aduerſatur adoleſcens Curio. Quæ cauſa fuerat, cur illi per Vectium capitis periculum creare uoluerat Cæſar, adoleſcentemq́; in facinoris alicuius ſuſpicionem adducere.

L. Domitium.) Aenobarbum: cuius Præturæ annus excepit Conſulatum Cæſaris: qui, quemadmodum iam antè Cæſar prouiderat, atque ideo tollere de ciuitate uoluerat, ſtatim inito magiſtratu cum C. Memmio de Cæſaris actis retulit ad ſenatum. *In poſterum autem propter omnium ſpem quæ de illo eſt, atq; erat.)* Tum de eo ſpes erat ut Prætor acta Cæſaris reſcinderet. nunc ſpes eſt Conſulem facturum, quod Prætor non potuerit. Quod cum & ipſe Domitius nõ diſſimularet, ſed palàm minaretur cum candidatus eſſet Conſulatus, effecturum ſe Cõſulem quod Prætor nequiuiſſet, ademturũq; ſe Cæſari exercitus, Craſſum Pompeiumq́; in urbem ſuæ prouinciæ Lucam extractos compulit Cæſar, ut detrudendi Domitij cauſa Conſulatũ alterum peterent. Teſtis Suetonius in D. Iulio Huc ſpectant illa uerba Ciceronis ad Atticum lib. epiſt IIII. epiſtola cuius initium eſt, Multa me in epiſtola tua delectarunt. De Domitio, inquit, [illegible], quàm eſt iſta [illegible] noſtræ. uel quod ab iiſdem, uel quod præter opinionem, uel quòd utri boni nuſquã. Vnũ diſſimile eſt, quod huic meritò. Nam de ipſo caſu, neſcio an illud melius. Quid enim hoc miſerius, quàm eum, qui tot annos quot habet Deſ. Cos. fuerit, fieri Conſulem non poſſe, præſertim cum aut ſolus, aut certè non plus, quàm

cum altero petat? Flaminem Martialem.) Qui erant Flamines, intelligimus ex uerbis XII tabularum: Diuisq; alijs ſacerdotes, omnibus pontifices, ſingulis Flamines ſunto. Flamines autem ſcribit Liuius primùm à Numa tres inſtitutos, Ioui, Marti, Quirino. Aucta deinde urbe, ad XV creuerunt. Flamines dicebantur, quaſi Filamines, quòd pileũ ſcilicet geſtarent, in quo uirgula oleagina modicum lanæ habens in ſummo inſtar fungi inerat: quẽ cum per æſtum ferre non poterant, caput ligabant filo, quòd nudo capite incedere fas non erat. Quòd erat eo tempore Gabinij tui competitor.) quòd eo anno Conſulatum cum Gabinio ſummo tuo petebat. Victus tamen à Gabinio eſt, Gabiniusq; cum L. Piſone creatus eſt Conſul: ille Pompeij, hic Cæſaris generi fauore. Illam labem.) noſtri imperij ignominiam, & dedecus. Tuo ſcelere.) Pompeij quidem & Cæſaris conſilijs, ſcelere tamen tuo. Sic enim Orator eadem hac Oratione: Quodſi Cæſar qui te ſuæ dignitatis augendæ cauſa periculo tuo, nullo ſuo ſcelere ferri præcipitem eſt facile paſſus, &c. Reſpublica uicta non eſſet.) Leges pernicioſæ per uim latæ non eſſent, auſpicia non perdidiſſemus, cenſoriam notionem retineremus, ego ex urbe pulſus non eſſem. Huius etiam filium.) L. Lentuli filium. L. quoq; Lentulum uocat epiſtola ad Q. Fratrem, cuius eſt initium: Ego ex magnis caloribus. Gabinium, inquit, tres adhuc factiones poſtulant, L. Lentulus Flaminis filius, qui iam de maieſtate poſtulauit. Lentulum autem filium dicebat Vectius in eo conſilio fuiſſe conſcio patre. L. Paulum.) L. Aemilium Paulum principem eius conſilij Vectius nominarat. Hic eſt L. Paulus qui cum Cæſaris eſſet aduerſarius, Conſul creatus cum C. Marcello inſtãte iam bello ciuili, à Cæſare pecunia corruptus, pro Cæſare loqui cœpit. Qui tum Quæſtor Macedoniam obtinebat.) eo tempore quo conſiliũ, cuius ille princeps nominabatur, initum dicebatur. Mirum autem meritò uideatur, quo modo ille Quæſtor Macedoniam prouinciam Conſularem obtinere potuerit. Intelligendũ itaq; eſt, eos qui cum imperio prouincijs præerant, ſi quidem ſucceſſor tardabat, ipſiq; de prouincia decedere properarẽt, ne ſine gubernatore relinqueretur prouincia, Quæſtores interim ſolitos relinquere cum poteſtate: & tum prouincias dicebantur Quæſtores obtinere. Cicero ad Cæliũ epiſtola cuius eſt initium: Non potuit accuratius agi. Ego, inquit, de prouincia decedens, Quæſtorẽ Cælium præpoſui prouinciæ: puerũ inquis, at Quæſtorem, at nobilem adoleſcentem, at omniũ ferè exemplo, neq; erat ſuperiore honore uſus quem præficerem. Atq; aliquot uerbis interpoſitis: Poſtremò nõ tam mea ſponte, quàm potentiſſimorũ duorum exemplo, qui omnes Caſſios Antoniosq; cõplexi ſunt, hominẽ adoleſcentẽ non tam allicere uolui, quàm alienare nolui. Qua de eadem re ita ad Atticum epiſt. cuius eſt initium: Ego dum in prouincia ſum. Nos, inquit, prouinciæ præfecimus Cæliũ: puerũ inquies, & fortaſſe fatuũ, & nõ grauem, & nõ continentem. Aſſentior: fieri nõ potuit aliter. Nam præter fratrem nemo erat quem ſine contumelia Quæſtori, nobili præſertim, anteferrem. Pompeius eo robore uir, his radicibus Q. Caſſiũ ſine ſorte delegit, Cæſar Antonium: ego ſorte datum offenderem? Duos nefarios patriæ proditores legibus exterminarat.) P. Antronium, eiusq; aliquem in coniuratione ſecunda ſocium. P. Antronius Cos. deſignatus cum P. Sylla Conſule item Deſ. pœnas legibus ambitus dedit: quæ cum ciuitate damnatos nõ priuarent, nõ poſſumus dicere de eo iudicio hic loqui Oratorem. Ambitus damnatos de ciuitate non tolli, teſtis eſt Cicero in Oratione pro P. Sylla: Accepit, inquit, P. Sylla iudices uehemens uulnus, & mortiferũ: ueruntamen eiuſmodi, quod uideretur eius uita & natura accipere potuiſſe. honeſtatis & dignitatis habuiſſe nimis magnam iudicatus eſt cupiditatem. Poſtea uerò quis P. Syllam niſi mœrentem, demiſſum, afflictum uidit? Quis unquam eſt ſuſpicatus hunc magis odio quàm pudore, hominũ aſpectum lucemq; uitare? qui cum multa haberet inuitamentã urbis et fori propter ſumma ſtudia amicorum, quæ tamen ei ſola in malis reſtiterũt, abfuit ab oculis ueſtris: & cum lege retineretur, ipſe ſe exilio penè mulctauit. De cõiuratione Catilinaria accuſatos Vargunteium, Seruiũ Syllam, P. Lentulũ, M. Leccam, Corneliũ, P. Antroniũ, teſtis Cicero eſt in Oratione pro P. Sylla: quem de eodem quoq; crimine accuſatum à Torquato adoleſcẽte, defendit Ciceronis uerba hæc ſunt: Quis noſtrũ adfuit Varguntcio? nemo. ne hic quidem Q. Hortenſius: præſertim qui illum ſolus antea de ambitu defendiſſet non enim iam ſe ullo officio cum illo coniunctũ arbitrabatur, cum ille tanto ſcelere cõmiſſo omniũ officiorum ſocietatẽ diremiſſet. Quis noſtrũ Seruiũ Syllam, quis P. Lentulum, quis M. Leccam, quis Corneliũ defendendũ putauit? quis ijs horum adfuit? nemo. quid ita? quia cæteris in cauſis etiam nocentes, uiri boni, ſi neceſſarij ſunt, nõ defendendos eſſe nõ putant. Quid Antronio? nónne ſodales, nũ collegæ ſui, nõ ueteres amici, quorum ille quondam copia abundarat, nõ ij omnes qui ſunt in repub principes, defuerũt? imò etiam teſtimonio pleriq; læſerũt? Ex quo Ciceronis loco illud quoq; colligimus, damnatũ Antroniũ & eius ſocios: in exilium uerò miſſos ex epiſtolis ad Atticũ: in epiſt. ſiquidem cuius initium eſt, Itineris noſtri. Et ſimul, inquit, intelligebam ex eo loco ſi te haberem, poſſe me Brunduſium referre: ſine te autẽ nõ eſſe nobis illas partes tenendas propter Antronium. Ac rurſus epiſtola, cuius eſt initium, Brunduſiũ ueni. Eſſet mihi, inquit, iſta ſolitudo, præſertim tam familiari in loco, nõ amara: ſed itineris cauſa ut diuorterẽ, primũ eſt deuium: deinde ab Antronio & cæteris quatridui. Sequẽte item epiſtola ſic ſcribit: Scripſeram ad te quas ob cauſas in Epirum nõ [illegible]mus profecti, quòd & Achaia propè eſt, & plena audaciſſimorum inimicorum, & exitus difficiles haberet, cum inde proficiſceremur. Quod me ex fortiſſ. ciuium numero ſegregandum non putaris.) Quid de Cicerone indicarit Vectius, Cicero ipſe his uerbis ad Atticũ ſcribit: Me, inquit, Vectius nõ nominauit: ſed dixit Conſularẽ diſertũ uicinũ Conſulis ſibi dixiſſe, Ahalam Seruiliũ aliquem, aut Brutũ opus eſſe reperiri. Deſcripſit ergo Ciceronem, non nominauit Vectius. Qui fuit ille tantus furor tuus?) Eo enim facto apertè oſtendebas, te Vectium ſubornaſſe. Deſcendiſſetq; de roſtris.) concio dimiſſa eſſet. Sic enim ad Atticum ſcribit. Eum repentè reuocares.) Reuocare dicunt Galli Rappeller. Terentius in Hecyra,

Num nouum aut mirum eſt reuocari, cum curſum aliquò inſtitueris. Et eodẽ rurſus loco, Reuocemus hominẽ.

Inculcaris ne.) etiam atque etiam ſubieceris. Vt C. Piſonem generum meum nominaret.) Ea de re ita Cicero ad Atticum: Addidit ad extremum Vectius, cum iam dimiſſa concione reuocatus à Vatinio eſſet, ſe audiuiſſe à Curione conſcium eſſe Piſonem generum meum. C. autem Piſo Frugi primus maritus fuit Tulliolæ Ciceronis filiæ,

ſecundus

ſecundus Craßipes, tertius C. Cornelius Lentulus Dolabella, ſub quo ex partu deceßit. Piſonis & Dolabellæ multis meminit locis Cicero. Craßipedis, cui antequam iret in Ciliciam pater, nupſerat Tulliola, in Epiſt. ad Qu. fratrem meminit his uerbis: De noſtra Tulliola tui mehercule amantißima ſpero nos cum Craßipede confeciſſe. Dies erant duo qui poſt Latinas erāt religioſi: cæteróqui confectum erat. Latiar erat exiturus. Ad VIII. Idus Apriles ſponſalia Craßipedi præbui. Dolabellæ nupſit Tulliola, cum eſſet in Cilicia Cicero. Id ex Cælij ad Ciceronem proconſulem literis intelligi poteſt. In ea nanq; epiſtola cuius eſt initium: Non dubito quin perlatum, ſcriptū ſic eſt: Illud, inquit, mihi occurrit quod inter poſtulationem & nominis delationem, uxor à Dolabella diſceßit. Quid mihi diſcedens mandaris, memini: quid ego tibi ſcripſerim, te nō arbitror oblitum. Non eſt iam tempus plura narrandi. Vnum illud monere te poſſum, ſi res tibi non diſplicebit, tamen hoc tempore nihil de tua uoluntate oſtendas, & expectes quemadmodum exeat ex hac cauſa: denuq; inuidioſum tibi ſit, ſi emanarit. Rurſus eadem epiſtola: De Dolabella integrum tibi reſerues ſuadeo. Ex quibus Ciceronis locis manifeſtò tenemus lapſum Plutarchum: qui ſcribat Tulliolam duos tantum habuiſſe uiros. Optimorum adoleſcentium.) Senatus ſtudioſorum. Reliquit neminem.) Mortuum eo tempore fuiſſe indicat C. Piſonem, itemq; M. Laterenſem: Vectius Piſonem et Laterenſem, cum iam dimiſſa concione reuocatus à Vatinio eſſet, nominauit. Hic eſt M. Iuuencius Laterenſis è municipio Tuſculano, qui à Plancio in ædilitatis petitione ſuperatus fuit. Promulgaris ne quæſtionem de tot amplißimis uiris.) Iudiciá ne poſtularis aduerſus tot amplißimos & tales uiros. ea de re ita Cicero ad Atticum: Nunc reus erat apud Craſſum Diuitem Vectius de ui; & cum eſſet damnatus, erat iudiciū poſtulaturus. quod ſi impetraſſet, iudicia fore uidebantur. ea nos (utpote qui nil contemnere ſolemus) non pertimeſcebamus. Indici Vectio præmia amplißima.) Indicibus præmia proponi ſolebant, ut ea ratione ad indicandum allicerentur, quorum ipſi eſſent conſcij. Allobrogibus indicibus in Catilinæ coniuratione præmia amplißima data ſunt. Sed conuicio repudiatis.) Conuicium interdum uerbo fit. Cicero lib. tertio in Verrem: Cui niſi ego ui populi, & hominum clamore ac conuicio reſtitiſſem. Interdum re fit: Terentius in Adelphis: Hic ante ædes non feciſſe melius erit conuicium. Fregeris ne in carcere ceruices.) Vectium à Craſſo Diuite damnatum ſcribit Cicero ad Atticum. Eiusq; ſceleris.) corrupti iudicij. In te ipſum quæſtio flagitaretur.) in te ipſum qui in alios quæſtionem flagitabas. Legem de alternis conſilijs reijciendis.) De Conſilijs porrò alternis nihil me legiſſe memini, niſi quod in Oratione pro Plancio ſcribit Cicero: Sed aliquando, inquit, ueniamus ad cauſam, in qua tu nomine legis Liciniæ, quæ eſt de Sodalitijs, omnes ambitus leges complexus es. Neque enim quicquam aliud niſi editicios Iudices es ſecutus. quod genus iudiciorum ſi eſt æquū, nulla in re niſi hac Tribuaria, non intelligo quamobrem ſenatus hoc uno in genere Tribus edi uoluerit ab accuſatore, neque eandem editionem tranſtulerit in cæteras cauſas: de ipſo denique ambitu reiectionem fieri uoluerit iudiciūm alternorum. Quo in loco iudicia alterna uocat, quæ hic conſilia alterna. Videtur itaq; lex Vatinia fuiſſe, ut etiam in cauſa Tribuaria alterna iudicia ſiue conſilia reijcere reo liceret. ut C. Antonius de Sodalitijs quoq; iudicatur accuſatus. Conſilium autem iudicij partem ſignificat: dicimus ſiquidem conſilium accuſatoris, & conſiliū rei. Cicero libro tertio in Verrem: Quos is annuerat, in ſuum conſilium ſine cauſa ſubſortiebatur. Expectaris ne dum C. Antonius reus fieret.) C. Antonius M. Antonij oratoris filius, Ciceronis in conſulatu collega C. Iulio Cæſare, M. Bibulo Coß. in iudicium uocatus eſt. Cicero pro Domo ſua ad Pontifices: Hora fortaſſe ſexta diei queſtus ſum in iudicio, cum C. Antonium collegam meum defenderem, quædam de republica, quæ mihi uiſa ſunt, ad illius miſeri cauſam pertinere. hæc homines improbi ad quoſdam uiros fortes longè aliter atq; à me dicta erant, detulerunt. hora nona illo ipſo die tu es adoptatus. Clodium autem factum eſſe plebeium C. Cæſare conſule, ex Ciceronis locis uarijs intelligi poteſt. qua de re autem accuſatus ſit Antonius, non ſatis conſtat: de ui certè à M. Cælio Ciceronis diſcipulo accuſatus eſt. Cicero pro M. Cælio: Accuſauit Cælius C. Antonium collegam meum, cui miſero præclari in rempublicam beneficij memoria nil profuit, nocuit opinio maleficij cogitati. Ac paulò pòſt rurſum: Nō enim poteſt qui hominem conſularem, quòd ab eo rempublicam uiolatam diceret, in iudicium uocarit, ipſe in repub. ciuis eſſe turbulentus. Hoc autem loco accuſatum dicit à Quinto Fabio Maximo. Reus fieret.) poſtularetur. Apud Cn. Lentulum Claudianum.) Alij libri Cn. Lentulum, Qu. Claudium habent, ut nomina ſint duorum prætorū, apud quorum alterum de ui, alterum alterius criminis accuſatus fuit Caius Antonius. Prætori enim ſua dabatur quæſtio, de qua iudicaret. Cicero pro Cluentio: Legum miniſtri, magiſtratus: legum interpretes, iudices: legum denique idcirco omnes ſerui ſumus, ut liberi eſſe poßimus. Quid eſt Q. Naſo, cur tu in iſto loco ſedeas? quæ uis eſt qua abs te hi iudices tali dignitate præditi coërceantur? quid ergo eſt? hæc quæſtio ſola ita gubernatur? quid M. Pletorij & C. Flaminij inter ſicarios? Quid C. Orcinij peculatus? quid mea de pecunijs repetundis? quid C. Aquilij apud quem nunc de ambitu cauſa dicitur? quid reliquæ quæſtiones? Cuiuſdam tamen Cn. Lentuli Claudiani meminit Gellius libro decimooctauo, capite quarto, de quo non arbitror Ciceronem nunc loqui. Statim tuleris in eum.) tanquam in eum legem ſcripſiſſes. Qui tuam poſt legem reus factus eſſet.) Verba ſunt legis Vatiniæ, quibus excludebatur C. Antonius, ne legis beneficio uti poſſet, quòd poſt eius legem reus factus eſſet. Homo conſularis.) Antonius cum Cicerone conſul fuit: ut paulò antè dicebamus. Cum Q. Maximo.) accuſatore Antonij: hic autem Q. Fabius Allobrogici filius fuiſſe uidetur, quem Valerius ſcribit perditæ fuiſſe luxuriæ. Sumptis inimicitijs, ſuſcepta cauſa.) ſumptis inimicitijs cum Antonio, propter Achæos ſpoliatos, ſuſceptaq; eorum cauſa. C. Antonius prætor in Achaia pecuniam magnam contra leges conciliauit, qua de re ita M. Cicero ad Atticum: Nam mihi Pompeiani prodromi nunciant, apertè Pompeium acturum Antonio ſuccedi oportere, eodemq; tempore aget Prætor ad populum. res eiuſmodi eſt, ut ego neq; per bonorū, nec per popularem exiſtimationem honeſtè poſſim hominem defendere: nec mihi libeat, quod uel maximum eſt. etenim accidit hoc, quod totū cuiuſmodi ſit, mando tibi, ut perſpicias. libertum ego habeo ſanè nequam hominem: Hilarem dico ratiocinatorem & clientem tuum.

de eo mihi Valerius interpres nunciat, Chiliuſq; ſe audiuiſſe ſcribit hæc: Eſſe hominē cum Antonio: Antoniū porrò in cogendis pecunijs dictitare partem mihi quæri, & à me libertū cōmunis quæſtus cuſtodem eſſe miſſum. Ac ſequente deinde Epiſtola: Ego enim te arbitror cæſis apud Amaltheam uictimis, ſtatim eſſe ad Sitionē oppugnandum profecturum. nec tamen id ipſum certū habeo, quando ad Antonium proficiſcare, aut quid in Epeiro temporis ponas. ita neq; Achaicis hominibus, neq; Epiroticis paulo liberiores literas cōmittere audeo. Quamobrem anno ipſo ſexto, quo Achaiam ſpoliauit, motus ſenatu à Cenſoribus eſt, ut ſcribit Antonius Pedianus. Quæſitore conſilioq; delecto.) Quæſitor iudicij moderator eſt, & qui de ſacto quærit. Conſilium autem pro parte iudicij ſumitur hoc in loco, quemadmodum antea ſumi poſſe docebamus. Cōmodiorem inimico ſuo contentionem reiectionis.) Cōmodior contentio reijciendorū iudicum data fuiſſet C. Antonio, ſi ei lege Vatinia alterna conſilia reijcere licuiſſet. Nihilq; Maximus fecit alienum à ſua uirtute, aut illis uiris clariſſimis Paulis, Maximis, & Africanis.) Temporibus optimis ampliſſimū pulcherrimumq; ducebatur uiris clariſſimis, ſi ab hoſpitibus clientibuſq; ſuis, ab exteris nationibus, quæ in amicitia populi Romani ditioneq; eſſent, iniurias propulſarent, eorumq; fortunas defenderent. M. Cato ille ſapiens, geſſit, propter Hiſpanorum, apud quos cōſul fuerat iniurias, cum multis graues inimicitias. P. Lentulus, is qui princeps ſenatus fuit, accuſauit M. Aquilium P. Africanus homo uirtute, fortuna, gloria, rebus geſtis ampliſſimus, L. Cottam in iudicium uocauit. Cn. Domitius Decimo Syllano diem dixit, propter unius hominis Egritomari paterni amici iniurias. Tua fraus, tuum maleficium.) Quid ſit fraus, declarat Vlpianus his uerbis: Aliud eſt fraus, aliud pœna: fraus enim ſine pœna eſſe poteſt, pœna ſine fraude eſſe non poteſt. pœna eſt noxæ uindicta. fraus & ipſa noxa dicitur, & quaſi pœnæ quædam præparatio. Quod imagines patris, & fratris ſui fratriſq; filiam.) Hiſtoria mihi iſta tota ignota eſt. patrem C. Antonij M. Antonium Oratorem fuiſſe Aſconius teſtatur, cui Plutarchus filium alium quoq; dat Antonium cognomento Criticum, patrem M. Antonij triumuiri, maritū Iuliæ, quæ poſtea nupſit P. Lentulo, cui in carcere ob Catilinæ coniurationem fractæ ceruices ſunt iuſſu Ciceronis cōſulis. Non in familia, ſed in carcere collocatas.) Damnatorū ſtatuæ in carcere ponebantur, quemadmodum ex hoc loco colligimus ad familiæ perpetuam ignominiam. Audire maluit quàm uidere.) In exilium ire maluit, quàm in uinculis mori: exilium ſiquidem pœnæ eſt declinatio: quemadmodū ſcribit Cicero in Oratione pro Cecinna. Et quoniam pecuniam aliorū.) Pecuniæ appellatione rem ſignificari Proculus ait, neque ſolum numerata pecunia, ſed omnes res tam ſoli quàm mobiles, & tam corpora quàm iura, ut Hermogenianus ait, eo nomine contineri. hereditatis nomen iuris eſt. Feceris ne fœdera tribunus plebis cum ciuitatibus.) Fœdera imperij ſunt conditiones. Cicero lib. 7. in Verrē, quem ego quintum facio: Suſtuliſti ius imperij, conditionem ſociorū, memoriam fœderis, qui ex fœdere ipſo nauem uel uſq; ad Oceanum, ſi imperauiſſemus, ſumptu periculoq; ſuo armatam atque ornatam mittere debuerunt: hi ne in freto ante ſua tecta & domos nauigarent, ne ſua mœnia portuſq; defenderent, precio abs te ius fœderis & imperij conditionem emerunt. Fœdera autem à fecialibus percutiebantur, ut autor eſt Titus Liuius libro primo decadis primæ, ſcribens de fœdere antiquiſſimo, quod percuſſit P. R. cum Pop. Albano. Cicero libro ſeptimo in Verrem: At enim idcirco nauem Mamertinis non imperaſti, quod ſunt fœderati. dij approbent: habemus hominem in Fœcialium manibus educatum, unum præter cæteros in publicis religionibus fœderum diligentem ac ſanctum. Fœdera autem faciebat populus, aut ab imperatore ſenatúue factum confirmabat: alioquin ſacroſanctum nō erat. Tribunus pleb fœdus facere non poterat. ciuitates autem quibus cum fœdera fiebant, liberæ erant, hoc eſt, ſuis legibus utebantur: immuneſq; à uectigali erant, & ſi onus aliquod eis erat impoſitū, ueluti nota quædam ſeruitutis. Cum tetrarchis.) Tetrarchæ ſunt qui in quarta parte regionis alicuius regnant, ut decadarchæ qui in decima, unde tetrarchia et decadarchia. Cum regibus.) Regem Alexandrinū intelligit, de quo Cæſare conſule confectum fuit, quemadmodum ſcribit Cicero ad Atticum epiſt. lib. 2. Erogarís ne pecunias tuis legibus ex ærario.) tuleris ne ut Cæſari ex ærario pecunias erogare liceret. qua de re ita Cicero ad Atticū: Prorſus ut ſcribis, ita ſentio, turbatur Sampſiceramus nil eſt quod non timendū ſit, [illegible]: quid enim iſta repentina affinitatis coniunctio, quid effuſio pecuniæ ſignificat? quæ ſi eſſent extrema, tamē eſſet nimiū mali: ſed ea natura rei eſt, ut hæc extrema eſſe nō poſſint. Eripueris ne partes illo tempore clariſſimas, partim à Cæſare, partim à publicanis.) Vatinius in tribunatu cauſa Cæſaris gratis nihil fecit. ſic enim aliquanto pòſt orator: Tum quæſiſſe quendam de Vatinio quemadmodū ferret, ipſum reſpondiſſe Vatinium in tribunatu gratis nil feciſſe, qui omnia in pecunia poſuiſſet, honore æquo animo carere debere. Magnam itaq; à Cæſare pecuniā Vatinius eripuit, ut eius actiones iuuaret: à publicanis uerò pecuniā eripuit, ut remiſſionem petentes iuuaret. ſiquidem ſcribit Suetonius: Cæſarem publicanos remiſſionē petentes, tertia mercedum parte releuaſſe, ac ne in locatione nouorū uectigaliū immoderatius licitarentur propalam monuiſſe. qua de re ita quoq; Cicero ad Atticum ſcribit: Cn. quidem noſter quid cogitet, neſcio: qui quidem etiam iſtuc adduci potuerit. nam adhuc hoc [illegible]. Si leges Cæſaris probaret, actiones ipſum præſtare non debere, agrariam legem ſibi placuiſſe, potuerit intercedi necne nihil ad ſe pertinere: de rege Alexandrino placuiſſe, ſibi aliquando confici. Bibulus de cœlo tunc ſeruaſſet, necne, ſibi quærendum nō fuiſſe: de publicanis uoluiſſe illi ordini cōmodare. Quid autē ſit petere publicanos remiſſionem, explicat Cicero Epiſtola ad Atticum, cuius initium eſt: Magna mihi uarietas uoluntatis. Altæ, inquit, deliciæ equitum uix ferendæ, quas ego non ſolùm tuli, ſed etiam ornaui. Aſiam qui de cenſoribus conduxerunt, queſti ſunt in ſenatu ſe cupiditate prolapſos, nimiū magno conduxiſſe, ut induceretur locatio poſtulauerunt. Quæ cum ita ſint, locum hunc corruptū eſſe exiſtimo, atq; ubi ſcriptū eſt partes, ſcribendū eſſe per artes. at quoniam artes chariſſimæ non dicuntur, ut neq; partes, ſcriptum fuiſſe putem clariſſimas, & ſi uſitatius eſt notiſſimas. Quid agam Aemili, partes chariſſimas dici non puto: neq; uerò ualde placet, artes clariſſimas. Sed multo tamen hoc melius, niſi tu tamen aliud uis. Quo lex lata eſt de pecunijs repetundis acerrimè?) Legem de pecunijs repetundis, qua ſenatores tantum tenebantur, primum lata eſt à Lucio Calfurnio Piſone Frugi Tribuno plebis, ut

autor

autor Cicero eſt libro tertio in Verrem, & in Bruto: lata deinde eſt à C. Seruilio Glaucia, ut autor eſt Cicero pro Rabirio Poſthumo: lata deinde à L. Sylla, ut teſtis Cicero eſt in eadem oratione, pro Poſthumo: lata item eſt à M. Aquilio Glabrione, ut ſcribit Cicero, ſecunda oratione in Verrem, qua M. Glabrio comperendinatum reo tollebat. lata poſtremò eſt à C. Iulio Cæſare, in primo conſulatu, in qua multa ſeuerius ſcripta quàm in legibus ſuperioribus fuiſſe memorantur. Cicero in oratione pro Poſthumo: Iubet lex Iulia perſequi ab his ad quos ea pecunia, quam is ceperit qui damnatus ſit, peruenerit. Si eſt hoc nouum in lege Iulia, ſicut multa ſunt ſeuerius ſcripta, quàm in antiquis legibus, & ſanctius iudicata, &c. Quæ autem ſint capita legis Iuliæ, in ueſtris Digeſtorum libris abunde ſcriptum eſt: quem totum locum huc transferrem, niſi ad te ſcriberem. Non modò acta noſtra.) Legem noſtram de Ambitu: de qua paulo pòſt plura dicit Orator. Leges autem cuiuſque in eius actis ſunt. Cicero Philippica prima: Quanquam ea quoque ſit effuſa, ſi in actis eius ſint. ecquid eſt quod tam propriè dici poßit actum eius qui togatus in Repub. cum poteſtate imperioq́; uerſatus ſit, quàm lex? quære acta Gracchi? leges Semproniæ proferentur: quære Syllæ? Corneliæ: quid? Cn. Pompeij tertius conſulatus, quibus in actis conſiſtit? nempe in Legibus. à Cæſare ipſo ſi quæreres, quid nam egiſſet in urbe, & toga, leges multas reſponderet ſe & præclaras tuliſſe. Sed etiam amiciſsimi tui.) quemadmodum tu gloriaris: argumentum autem eſt à repugnantibus, eius legem contemnere, cui amiciſsimus ſit. Quoties illi te affinem eſſe dicis.) De affinitate Vatinij & Cæſaris nihil me legiſſe memini. Affines porrò, ut ſcribit Modeſtinus, ſunt uiri & uxoris cognati: dicti ab eo quòd duæ cognationes, quæ diuerſæ inter ſe ſunt, per nuptias copulantur, & ad alterius cognationis finem accedunt. Quo conſilio aut qua mente feceris.) Maius eſt mente carere, quàm conſilio. In epulo Q. Arij.) quod populo in funere patris Q. Arius dabat. Quem uideris.) noſtra memoria. Quem audieris.) ex ſuperiore memoria. Quo exemplo, quo more.) Maius eſt more aliquid facere, quàm exemplo: exemplum enim eſſe poteſt unius factum. Dices ſupplicationes te illas non probaſſe.) Non intelligo de quibus ſupplicationibus loquatur. an de ſupplicationibus mortuo Ario decretis, an alteri alicui. mortuo ſupplicationes decerni, fas non erat. Cicero Philippica prima: An me cenſetis P. C. quod uos inuiti ſecuti eſtis, decreturum fuiſſe, ut parētalia cum ſupplicationibus miſcerentur, ut inexplicabiles religiones in Rempub. inducerentur, ut decernerentur ſupplicationes mortuorum? Nil dico quis fuerit L. ille Brutus, qui & ipſe regio dominatu Rempub. liberauit, & ad ſimilem uirtutem, & ſimile factum ſtirpem iam prope quingenteſimum annum propagauit: adduci tamen non poſſum, ut quēquam mortuum coniungerem cum deorum immortalium religione. Veruntamen ueriſimile non ſit Q. Ario mortuo decretas fuiſſe ſupplicationes, niſi fortè re eius auſpicijs feliciter geſta, ubi ipſe mortuus eſſet. Nullæ fuerint ſupplicationes.) decerni non potuerint. nullum enim id eſt quod iure fieri non potuit. Vides ne me nulde anni illius cauſa.) de actis Cæſaris. Vt munus ſit funeris.) Munus propriè eſt quod neceſſariò ſubimus lege, more, imperio'ue eius qui iubendi habet poteſtatem: dona autem propriè ſunt, quæ nulla neceßitate, iure, aut officio, ſed ſponte præſtantur: quæ ſi non præſtentur, nulla reprehenſio eſt. et ſi præſtentur, plerūque laus quædam eſt. ſed in ſumma in hoc uentum eſt, non quodcunq; munus idem donum accipiatur: at quod donum fuerit, id munus, dicatur. Verba Marciani tui ſunt ff. de uerborum ſignificatione. ſed quid erat opus uel autorem citare, uel locum tibi indicare? Populi Romani feſtum diem.) Qui dies feſti ſint, his uerbis declarat Macrobius: Numa, ut in menſes annos, ita in dies menſem quenque diſtribuit: dieſq́; omnes aut feſtos, aut profeſtos, aut interciſos, uocauit. Feſti dijs dicati ſunt: profeſti hominibus ob adminiſtrandam rem priuatam, publicamq́; conceßi: interciſi deorum, hominumq́; communes ſunt. Feſtis inſunt ſacrificia, epulæ, ludi, feriæ: profeſtis faſti, comitiales, comperendini, ſtati, præliares. Interciſi in ſe non in alia diuiduntur. illorum enim dierum quibuſdam horis fas eſt, quibuſdam fas non eſt ius dicere. Hæc Macrobius. In funere familiari.) Funus familiare eſt, cum de familia aliquã efferimus. Fauſti adoleſcentis nobiliſsimi paulo ante ex epulo.) quod populo dederat in honorem Syllæ patris mortui. Famem illam ueterem tuam non expleras.) in Fauſti epulo non fueras. Obijcit Vatinio egeſtatē qua olim laborauerat. Dominum cum toga pulla & eius amicos ante conuiuium?) Neminem inquit uideras atratum accumbere, etſi dominum epuli, & eius amicos, antequam accumberent, atratos uidiſti. Quare locus corruptus eſt, itáque reſtituendus: Dominum cum toga pulla & eius amicos ante conuiuium uideras. Nomen epuli.) Epulum nomen eſt lætitiæ, & magnificentiæ. Si ergo ſe funeſtum in epulum intulit, uiolauit nomen epuli. Quod priuatus admiſiſti.) functus iam tribunatu. Poſtulatus ne ſis lege Licinia & Iulia.) Locum eſſe arbitror corruptum, legendumq́; Licinia, & Iunia. ſic enim pro Seſtio de Vatinio: Quem non tam admiror, quòd meam legem contemnat hominis inimici, quàm quòd ſtatuit omnino Conſularem legem nullam putare. Aeliam, Didiam, Liciniam, Iuniam, contempſit. Legis huius Liciniæ & Iuniæ meminit quoque Cicero ad Atticum, ſcribens (ut mihi uidetur) de re eadem: Et minore, inquit, ſonitu quàm putaram, orbis hic in Repub. eſt conuerſus: citius omnino quàm potuit, id culpa Catonis: ſed rurſus improbitate iſtorum, qui auſpicia, qui Aeliam legem, qui Iuniam & Liciniam, qui Cæciliam & Didiam neglexerunt: qui omnia Reipub. remedia effuderunt, qui regna, qui prædia, tetrarchias, qui immanes pecunias paucis dederunt. Ac rurſus Epiſtola, cuius eſt initium, Occupationū mearum: Nunc ad ea quæ quæris de C. Catone, lege Iunia & Licinia ſcis eſſe abſolutum. Ex quibus locis colligas Iunia, hic non Iulia eſſe legendum. Quæ porrò fuerit uis huius legis Liciniæ & Iuniæ, non memini me legiſſe: de lege Iunia prorſus nihil legi. Liciniæ leges uariæ fuerunt. Licinia quædam fuit lex, cuius meminit Cicero in Rullum à Licinio Craſſo lata, eadem ſententia qua Ebutia, quæ nō modò eum qui tulerat de aliqua curatione, ac poteſtate, ſed etiam collegas eius, cognatos, affines excipiebat, ne eis ea poteſtas, curatióue mandaretur: cuius item meminit in oratione pro domo ſua ad Pontifices, his uerbis: Præter q̃ quòd ne id quidem per legem Liciniam, ut ipſe tibi curationem ferres, facere potuiſti. Liciniæ alterius legis meminit Cicero pro L. Cornelio Balbo his uerbis: Itaque cum paucis annis poſt hanc ciuitatis donationem

acerrima de ciuitate quæſtio Licinia & Mutia lege ueniſſet. Cuius meminit præterea Aſconius in Orationem pro Cornelio maieſtatis reo, his uerbis: P. Licinium Craſſum oratorem, & Q. Mutium Scæuolam Pontificem Maximum, eundemq́; & oratorem, & iuriſconſultum ſignificat. Hi enim legem eam de qua loquitur, De regendis in ſua ciuitate ſocijs, in Cõſulatu tulerunt, cum ſumma cupiditate ciuitatis Romanæ Italici populi tenerentur. Lex alia Licinia fuit, De quingentis iugeribus: cuius Liuius meminit, his uerbis: Quid legem Liciniam excitauit de quingentis iugeribus, niſi ingens cupido agros continuandi? Alia quoque fuit lex Licinia, cuius meminit quoque Liuius Decadis primæ libro ſeptimo his uerbis: Extremo anno comitia conſularia certamen patrum ac plebis diremit, Tribunis negantibus, paſſuros comitia haberi, ni ſecundum legem Liciniam haberentur: Dictatore obſtinato tollere potius totum conſulatum è Repub. quàm promiſcuum patribus & plebi facere. Memmius prætor.) Hic fuit C. Memmius qui cum L. Domitio collega de actis Cæſaris, ad Senatum retulit, ut autor eſt Suetonius. Ex ea lege ut adeſſes die triceſimo.) Adeſſe, eſt ad reſpondendum uenire. Cicero libro tertio in Verrem: Neminem ueſtrûm ignorare arbitror iudices, hunc per hoſce dies ſermonem uulgi, atque hanc opinionem populi Romani fuiſſe, C. Verrem altera actione reſponſurum non fuiſſe, neque ad iudicium affuturum. Ex ea autem lege dixit, quoniam aliæ leges breuiorem dabant diem ad reſpondendum. Lex enim Luctatia, qua Cælius poſtulatus eſt, decimo die adeſſe iubebat. Cic. Epiſtola ad Qu. Fratrem, cuius eſt initium, Riſi niuem atram: Cognoſce, inquit, nunc Idus. Decimus erat Cælio dies. Domitius iudices ad numerum non habuit. Nullum onus imponam mihi teſtimonij.) non arguam te, ſed ut in cæteris rebus feci, rogabo.

Quæ mihi breui tempore ex eodem iſto loco.) Minatur Vatinio accuſationem. Subſellia diſsiparit.) Iudices maiorum iudiciorum in ſubſellijs ſedebant. Cicero in Bruto: Quare ſi anguſtè & exiliter dicere eſt Atticorum, ſint ſanè Attici: ſed in comitium ueniant, ad ſtantem iudicem dicant, ſubſellia grandiorem & pleniorem uocem deſiderant. Idem in Diuinatione: Veruntamen L. Apuleium eſſe uideo proximum ſubſcriptorem, hominem nõ ætate, ſed uſu forenſi, atque exercitatione tyronem: deinde ut opinor habet Alienum hũc tamen à ſubſellijs: qui quid in dicendo poſsit, nunquam ſatis attendi. Vrna deleuerit.) in quas iudices conijciebant tabellas. Euertere urnas probrum eſt. Quarum rerum cauſa iudicia ſunt conſtituta.) de quibus õmnibus rebus quæſtiones legib. ſunt conſtitutæ. Accuſatores eſſe tuos.) In accuſatoribus ſubſcriptores numerat: alioqum unus eſt in una cauſa accuſator.

Iudices quæſtionum de proximis tribunalibus eſſe depulſos.) Tribunalia omnia in foro erant, quemadmodum antea dicebamus, atq; ita inter ſe uicina, ut continuari potuerint. Magiſtratus.) Prætores intelligit. Leges.) quibus iudicia publica dantur. nam quemadmodum in priuatis iudicijs formula actionis certa eſt, ita in publicis certa lex. Iudices.) qui in conſilio prætori adſunt.

Pœnam eſſe ſublatam.) Pœna publicorum iudiciorum, aut capitalis erat, aut nominis & pecuniæ. Quæ autem pœna capitalis ſit, Modeſtinus libro Regularum octauo his uerbis declarat: Licet, inquit, capitalis Latinè loquentibus, omnis cauſa exiſtimationis uideatur, pœnæ tamen appellatio capitalis, mortis, uel amiſsionis ciuitatis intelligenda eſt. Publicis tabulis.) Quæ populi Romani ſunt, propriè publica dicũtur. Vlpianus lib. X. ad Edictũ, Bona ciuitatis abuſiuè publica dicta ſunt: ſola enim ea publica ſunt, quæ populi Romani ſunt. Ex legatione redieris.) De hac Vatinij legatione ita Cicero ad Atticum Epiſtola, cuius eſt initium, De Gerographia etiam, hercule, inquit, uerum ut loquamur, ſubcontumelioſe tractatur noſter Publius. Primum qui cum in domo Cæſaris quondam unus uir fuerit, nunc ne in XX. quidem eſſe potuerit. Deinde alia legatio dicta erat, alia data eſt: illa opima ad exigẽdas pecunias, Druſo ut, opinor, Piſaurenſis nebuloni Vatinio reſeruatur: hæc ieiuna tabellarij Legatio datur ei, cuius tribunatus ad iſtorum tempora reſeruatur. Tua lege dices.) Legis Vatiniæ iam antea meminimus: ea Cæſari permittebatur Campanum agrum diuidere. Conſilium publicum.) ciuitatis. Senatum autem deſcribit. Ex eius ordinis autoritate.) ex Senatuſconſulto. Senatuſconſultis omnibus, cum ſcribebantur, hoc præfigi ſolebat, Senatus auctoritas. Vide Epiſt. Cælij ad Ciceronem, cuius eſt initium, Etſi de republica.

Non curatores.) quibus curatio aliqua extra urbem dabatur, ij quoque Legati uocabantur. Cicero ad Atticum lib. XVIIII, inquit: Nonas ueſperi à Balbo redditæ mihi literæ fuere. Nonis Senatum, ut Brutus in Aſia, Caſsius in Sicilia frumentum emendum, & ad urbem mittendum curarent. O rem miſeram, primum ullam ab iſtis, dein ſi aliquam, hanc Legatariam prouinciam. Non interpretes.) uoluntatis populi Rom. Non bellici conſilij autores) Conſilium Imperatorum conſtabat ex Legatis. Prouinciæ decernendi.) Alij libri Decernendæ. Ego nihil immuto. Terentius in Heautont. prolog.

Facite æqui ſitis, date creſcendi copiam,
Nouarum qui ſpectandi faciunt copiam.

Quòd autem dicit eripuiſſe Vatinium Senatui prouinciæ decernendæ poteſtatem, cò ſpectat quod ſcribit Suetonius, Lege Vatinia decretam fuiſſe Cæſari Galliam alteram, prouinciam conſularẽ, cum Illyrico: cum tamen lege Semproniа prouinciæ conſulares à Senatu decerni deberent. Cicero ad pontifices pro domo ſua: Quid homini teterrimo L. Piſoni nonne nominatim populos liberos multis Senatuſconſultis, etiã recente lege generi ipſius liberatos, uinctos conſtrictosq́; tradidiſti? Nonne cum ab eo merces tui beneficij, preciũq; prouinciæ, meo ſanguine tibi eſſet perſolutum, tamen ærariũ cum eo partitus es? Itáne uerò? tu prouincias Conſulares, quas C. Gracchus (qui unus maximè popularis fuit, non modò non abſtulit ab Senatu, ſed etiam ut neceſſe eſſet quotannis per Senatum cõſtitui lege decreta ſanxit, eas lege Sempronia, per Senatum decretas reſcidiſti? extra ordinẽ, ſine ſorte nominatim dediſti, non conſulibus, ſed Reip. peſtibus? Idem in oratione de prouincijs Conſularibus: Quatuor ſunt prouinciæ P. C. de quibus adhuc intelligo ſententias eſſe dictas, Galliæ duæ, & Syria, & Macedonia. Decernẽdæ nobis ſunt lege Sempronia duæ. Imperatoris deligendi.) Senatus deligit Imperatorem, creat populus. Poſt cõtinuo.) anno proximo ſequente. Fecit idem in duob. prodigijs Reip. Clodius.) P. Clodius de Piſone tulit, ut ei liceret ſibi legare quos uellet. Cicero in Orat. pro Seſtio, Piſonem alloquens: Pro te ipſo quis ueſtẽ mutauit? ne illi quidem quos legatos non modò nullo S. C. ſed etiam repugnante ſenatu tibi tute legaſti.

legaſti. Improbus.) *Improbus interim ſceleratũ, quẽadmodum hoc in loco, interim minus idoneum, ſed id cum addiſo, ſignificat. Terentius in Andria: Tum ſi quis magiſtrum cepit ad eam rem improbum, ipſum animum ægrotum ad deteriorem partem plerunq; applicat.* Ex S.C. tulerim.) *Legibus quas patritij magiſtratus ferre uolebant, ſenatus autoritatem accedere neceſſe erat.* Bienno quo quis petat, petitiuſue ſit.) *uel petierit, uel petere cogitabit.* Niſi ex teſtamento præſtituta die.) *Vltimæ uoluntatis ſemper habetur ratio.* In ipſa petitione.) *Præturæ: ædilitatis enim iam tulerat repulſam.* Gladiatores audeas dare.) *Quos cum daret, lapidatus à populo eſt, quemadmodum initio commentarij huius dicebamus. De ijs Vatinij gladiatoribus Cicero pro Seſtio: Acta mea illi diſplicere quis neſcit? qui legem eam contemnant, quæ dilucidè uetat gladiatores biennio quo quis petierit, aut petiturus ſit, dare. In quo eius temeritatem ſatis mirari iudices non queo: facit enim apertiſſimè contra legem: facit is, qui neq; elabi è iudicio iucunditate ipſa poſſit, neque opibus & potentia leges ac iudicia perfringere. Sed habet defenſiones duas: primùm, Do, inquit, beſtiarios: lex eſt ſcripta de gladiatoribus. feſtiuè, accipite aliquid etiã acutius. Dicet ſe nõ gladiatores, ſed unum gladiatorem dare, & totam ædilitatem in munus hoc cõtuliſſe. Præclara ædilitas, unus leo, ducenti beſtiarij.* Certiſſimi gladiatoris.) *Certus gladiator, cuius manus nõ aberrat in infligendo uulnere.* Poſt Romam conditam.) *Vtrunq; dicimus, & poſt Vrbem conditam, & poſt Romam conditam. Nonnihil tamen intereſt, cum Romam & urbem dicis. Paulus lib. 1. ad edict. Vrbis appellatio muris, Romæ autẽ continentibus ædificijs finitur: quod latius patet. Marcellus lib. 5. Digeſtorum ex Alpheni opinione: Vrbs, inquit, eſt Roma, quæ muro cingitur: Roma eſt etiam, quatenũ continentia ædificia ſunt.* Tribum Sergiam perdidiſſe.) *non tuliſſe in petitione ædilitatis. Cicero pro Seſtio de Vatinio loquẽs: Aedilitatẽ petiuit cum bonis uiris, & hominibus primis, ſed nõ præſtantiſſimis opibus & gratia: Tribum ſuã nõ tulit.* De Vatinio quemadmodũ ferret.) *in petitione ædilitatis præterito.* Omni honore.) *Primus honorũ maiorũ gradus erat ædilitas: quo qui indignus iudicatur, omni honore indignus iudicatur.* Vniuerſorũ hominũ ruſticanorũ.) *In tribubus urbanis, fex populi erat: in ruſticanis, flos ipſe ciuitatis.* Præturam exoptes.) *In qua opera Pompeij prælatus M. Catoni eſt, ut Plutarchus ſcribit.* De ipſa cauſa.) *Seſtij. Hinc apparet orationem hanc partem eſſe orationis Seſtianæ.* Ab eadem illa teterrima furia.) *App. Clodio, cuius conſilio Seſtium nunc oppugnas, quemadmodũ nuper Milonem.* Gladiatoribus & beſtiarijs rempublicam obſediſſe.) *Quod diſertè lex Luctatia uetat.* Ob eandem cauſam.) *propter me.* Eodẽ crimine.) *de ui. Quæ autem hæc fuerit lex de ui, & quæ eius ſententia, declarat Cicero in oratione pro Marco Cælio, his uerbis: Idem cum audiat eſſe legem, quæ de ſeditioſis conſceleratiſq; ciuibus, qui armati ſenatum obſederint, magiſtratibus uim attulerint, rempublicam oppugnarint, quotidie quæri iubeat, legem non improbet, crimen quod uerſetur in iudicio requirat. Rurſus eadem oratione: Dicta eſt à me cauſa iudices & perorata: iam intelligitis quantum iudicium ſuſtineatis, quanta res ſit commiſſa uobis. De ui quæritis: quam legem Q. Catulus armata diſſenſione ciuium reipublicæ penè extremis temporibus tulit: quæq; lex ſedata illa flamma conſulatus mei firmantis reliquias coniurationis extinxit.* De præuaricatione.) *Vlpianus libro primo de Adult. Præuaricatores, inquit, eos appellamus, qui cauſam aduerſarijs ſuis donant, & ex parte actoris in partem rei concedunt: à uaricando enim præuaricatores dicti ſunt. Plinius: Arator niſi incuruus præuaricatur: unde in forum translatum hoc quoq; crimen eſt.* Quæ pro me à Seſtio facta ſunt.) *Seſtius pro Cicerone ad Cæſarem in Galliam iter ſuſcepit, & poſtquam tribunatum iniſt, nunquam quieuit niſi lege de Ciceronis reditu lata. Cicero pro Seſtio: Hoc interim tempore P. Seſtius iam deſignatus iter ad Cæſarem pro mea ſalute ſuſcepit, pertinere & ad concordiam ciuium putauit, & perficiendi facultatem animum Cæſaris à cauſa non abhorrere. Idem in oratione poſt reditum in ſenatu: Quam rationem pari uirtute, animo, fide, P. Seſtius ſecutus pro mea ſalute, pro ueſtra autoritate, pro ſtatu ciuitatis nullas ſibi inimicitias, nullã uim, nullos impetus, nullũ uitæ diſcrimen uitandũ unq̃ putarit.*

Hæc Aemili Ferrette in Vatinianã interrogationẽ cõmẽtabamur. Ad te autẽ ſcribũtur cùm ob eas cauſas, quas initiò poſui: tũ uerò, ut quæ huiuſgeneris tua apud me ſunt, tibi reddam atq; reſtituã. Iterũ uale, & me, ut facis, ama.

IN EANDEM CONTRA VATInium orationem Ioachimi Camerarij Annotatio.

Cum affirmares, nullum tibi omnino cum Albinouano ſermonẽ, nõ modò de Seſtio accuſando, ſed ulla unquam de re.) *Veneti: Sed nulla unquã de re. Vt ſit ſimile illi in primo de Oratore, ut in Venetis libris, quemadmodum diximus, legitur: Negaretq́; niſi Poſthumus & natus, & antequàm in ſuam tutelam ueniſſet, mortuus eſſet, hæredem eum eſſe non poſſe.* Si Romæ denuq; ab ore impr.) *Veneti emendatè ſic, Strumæ denuq; ab ore impr. Nam Vatinij ſtrumam & alibi Cicero irridet: Denique Vatinij ſtrumam ſacerdoti dibapho ueſtiant.*

IN ORATIONEM ADVERSVS L. PISONEM ASCOnij Pediani Commentatio.

ARGVMENTVM.

HAec oratio dicta eſt Cn. Pompeio Magno II. M. Craſſo II. Coſſ. ante paucos dies q̃ Cn. Põpeius ludos faceret, quibus theatrũ à ſe factũ dedicauit. hoc intelligi ex ipſius Ciceronis uerbis poteſt, quæ in hac oratiõe poſuit. dixit enim ſic: Inſtant poſt hominũ memoriã apparatiſſimi, magnificẽtiſſimiq́; ludi. Feneſtella quidẽ poſuit hãc inter eas orationes, quas dixit Cicero L. Domitio Appio Claudio Coſſ. ultimã ſed, ut ego ab eo diſſentiam, facit primũ, quòd Piſo reuerſus eſt ex prouincia Põpeio & Craſſo Coſſ. Gabinius Domitio & Appio: hanc autẽ orationẽ dictã ante Gabinij reditũ, ex ipſa manifeſtũ eſt: deinde, quòd magis naturale eſt, ut in ipſo recẽti reditu inuectus ſit in Ciceronẽ, reſpõderitq́; inſectationi eius, qua reuocatus erat ex prouincia, q̃ poſt anni interuallũ. apparet autẽ Ciceronem reſpõdiſſe Piſoni. in ſumma, cũ dicat in ipſa oratione Cicero inſtare magnificentiſſimos apparatiſſimoſq; ludos, nõ uideo quomodo hoc magis Domitio & Appio Coſſ. dictum ſit, quibus Conſulib. nulli notabiliores ludi fuerũt, q̃ Põpeio & Craſſo: quo anno Pompeius exquiſitiſſimis magnificentiſſimiſq; omnis generis ludis theatrum dedicauit.

Argumentum huius orationis breue admodum eſt. nam cum reuocati eſſent ex prouincijs Piſo & Gabinius ſententia Ciceronis, quam dixerat de prouincijs conſularibus Lentulo & Philippo Coſſ. reuerſus in ciuitatem Piſo de inſectatione Ciceronis in ſenatu conqueſtus eſt, & in eũ inuectus, fiducia maximè Cæſaris generi, qui tum Gallias obtinebat. Piſoni Cicero reſpondit hac oratione.

INITIVM EXPOSITIONIS.

QVod minimũ ſpecimen in te ingenij, ingenij autem? immo ingenui hominis, ac liberi? qui colore ipſo patriam aſpernaris, oratione genus, moribus nomen.) *Tametſi hæc oratio inſcribitur in L. Piſonem: tamen non puto uos ignorare, hunc Piſonem ex ea familia eſſe, quæ Frugi appellata ſit: & ideo dicit aſpernari cum moribus nomen.* Hoc non ad contemnendam Placentiam pertinet, unde ſe is ortum gloriari ſolet, neq; enim hæc mea natura fert: nec municipij, præſertim de me optimè meriti, dignitas patitur.) *Magnopere me hæſitare confiteor, quid ſit, quare Cicero Placentiam municipium eſſe dicat. uideo enim in annalibus eorum, qui Punicum bellum ſecundum ſcripſerunt, tradi, Placentiam coloniam deductam pridie Cal. Ian. primo anno eius belli, P. Cornelio Scipione patre Africani, T. Sempronio Longo Coſſ. Neq; illud dici poteſt, ſic eam coloniam eſſe deductam, quemadmodũ poſt plures ætates Cn. Pompeius Strabo, pater Cn. Pompeij Magni, tranſpadanas colonias dededuxerit. Pompeius enim non nouis colonis eas conſtituit, ſed ueteribus incolis manentibus ius dedit Latij, ut poſſent habere ius, quod cæteræ Latinæ coloniæ, id eſt, ut petendi magiſtratus gratia ciuitatem Romanam adipiſcerentur. Placentiã autem ſex millia hominum noui coloni deducti ſunt: in quibus equites deducendi fuit cauſa, ut opponerentur Gallis, qui eam partem Italiæ tenebant. deduxerunt Triumuiri P. Cornelius Aſina, P. Papirius Maſo, Cn. Pompeius ſiue Cn. Cornelius Scipio. eamq; coloniã LIII. deductam eſſe inuenimus. Deducta eſt autem Latina. duo porrò genera earum coloniarum, quæ à populo Romano deductæ ſunt, fuerunt. Itaq; aliæ Latinorũ eſſent. De ſe autem optimè meritos Placentinos ait, quòd illi quoque honoratiſſima decreta erga Ciceronem fecerant, certauerantq; in ea re cum tota Italia, cum de reditu eius actum eſt.* Hic cum ad Padum Placentiæ fortè conſediſſet, pauci in eam ciuitatem (nam tum erat ciuitas) aſcendit. Prius enim Gallus, dein Gallicanus, extremò ſemplacentinus haberi cœptus eſt.) *Hic quoque dicit ciuitatem fuiſſe. ab eadem perſuaſione ponit Placentiam municipium fuiſſe.* Auum autem Piſonis primò Gallum fuiſſe *ideo ait, quòd ueniſſe eum in Italiã dicit trans alpes, quòd in Italia conſederit, + Placentiæ poſtquã aſcitus ſit à Placenti auus multo poſt ea tempora fuit, quibus Placentia colonia deducta eſt.* Lautiorem pater tuus ſocerũ, quàm C. Piſo in illo luctu non ei filiam meam collocaui, quem ego, poteſtas cum omnium fuiſſet, unum potiſſimum delegiſſem.) *Quis fuerit ſocer Piſonis patris, ſuprà dixit his uerbis: Inſuber quidam fuit, id eſt mercator, & præco. is cum Romam cum filia ueniſſet, adoleſcentem nobilem Cæſonium hominis furaciſſimi filium auſus eſt appellare, filiam collocauit. Caluentiũ aiunt eum appellatum, patris Piſonis, contra quem hæc oratio eſt, ſocerũ. Rutiliũ Atiliũ Nudum Feneſtella tradit. Cicero filiam poſt mortem Piſonis generi P. Lentulo collocauit, apud quem illa ex partu deceſſit.* Ego in C. Rabirio perduellionis reo XL. annis ante me Conſulem interpoſitam ſenatus auctoritatem ſuſtinui contra inuidiam, atque defendi.) *Poſſit aliquis credere, lapſum memoriã Ciceronem, qui dicat, XL annis ante ſe Conſulẽ factũ eſſe S. C. aduerſus L. Apuleiũ Saturninũ Tribunum plebis: cum XXXVI anni à C. Mario & L. Valerio Flacco Conſulibus numerẽtur. ſed hic nõ ſubtilis computatio annorum facta eſt, uerum ſummatim tempus comprehenſum eſt: & perinde accipiendum, ac ſi dixerit propè XL annis. hæc enim conſuetudo eſt ipſius Ciceronis: itaque idem in ea quoque, quã habuit in Catilinam in ſenatu, cum octauusdecimus dies eſſet, poſteaquam factum S. C. ut uiderent Cõſules, ne quid Reſpublica detrimenti caperet, dixit:* Vigeſimum iam diem patimur hebeſcere aciem horũ auctoritatis. habemus enim S. C. uerũtamẽ incluſum in tabulis, tanquã gladiũ in uagina reconditũ. Ego, cum in cõcione abiens magiſtratu à Tribuno pl. dicere prohiberer ea quæ cõſtituerã, cum is mihi tantũmodo iurare permitteret, ſine ulla dubitatione iuraui, rempublicã, atq; hanc urbẽ mea unius opera eſſe ſaluã.) *Diximus iam antea, à Q. Metello Nepote Tribuno pl. Ciceronẽ Conſulatu abeuntẽ prohibitũ eſſe concionari de reb. quas in eo magiſtratu geſſit.* Dicit de ludis cõpitalitijs, quos Q. Metellus fieri uetuit. Q. Metellus (facio iniuriã fortiſſimo uiro mortuo, qui illum, cuius paucos pares hæc ciuitas tulit, cum hac importuna belua conferam) ſed ille deſignatus Cõſul, cũ quidã Tribunus pl. ſuo auxilio magiſtros ludorũ ludos cõtra S. C. facere iuſſiſſet, priuatus fieri uetuit: atq; id, quod nõ dũ poteſtate poterat, obtinuit auctoritate. Tu, cum Calend. Ian. cõpitalitiorum dies incidiſſent, Sex. Clodiũ, qui nunq̃ antea prætextatus fuiſſet, ludos facere, & prætextatũ uolitare paſſus es.) *L. Cæcilio Q. Marcio Coſs. quos & ipſe Cicero ſuprà memorauit, S. C. collegia ſublata ſunt, quæ aduerſus remp. uidebantur eſſe. ſolebãt aũt magiſtri collegiorũ ludos facere, ſicut magiſtri uicorũ. faciebãt cõpitalitios prætextati. qui ludi ſublatis collegijs diſcuſſi ſunt. poſt nouem deinde annos, q̃ ſublata erãt, P. Clodius Tribunus pl. lege lata reſtituit collegia. inuidiã ergo et crimen reſtitutorũ confert in Piſonẽ, quòd cum Cõſul eſſet, paſſus ſit ante, quàm lex ferretur, facere prætextatũ ludos Sex. Clodiũ. is fuit familiariſſimus Clodij, & operarũ Clodianarum dux: quo auctore poſtea illato ab ijs corpore Clodij, curia cum eo incenſa eſt. quos ludos tunc quoq; fieri prohibuit L. Ninnius Tribunus pl. ante biennium autem ante, q̃ reſtituerentur collegia, Q. Metellus Celer Conſul deſignatus magiſtros ludorũ ludos cõpitalitios facere prohibuerat, ut Cicero tradit, quãuis auctore Tribuno pl. fierent, cuius Tribuni nomen adhuc non inueni.* Ergo his fundamentis poſitis Conſulatus tui, triduo pòſt inſpectante & tacente te, à P. Clodio fatali portento prodigioq; reip. lex Aelia & Fuſia euerſa eſt, propugnacula, muriq; trãquillitatis, atq; ocij: collegia, non ea ſolũ, quæ ſenatus ſuſtulerat, reſtituta, ſed innumerabilia quædã ex omni fæce urbis ac ſeruitiorũ conſtituta. ab eodẽ homine in ſtupris inauditis, nefarijsq; uerſato, uetus illa magiſtra pudoris & modeſtiæ cenſoria ſeueritas ſublata eſt.) *Diximus. L. Piſone, & A. Gabinio Coſs. P. Clodium Tribunũ pl. quatuor leges pernicioſas reip. tuliſſe: annonianã, de qua Cicero hoc loco mentionẽ non facit.*

non facit, (fuit enim ſummè popularis) ut frumentū populo, quod antea ſemis æris ac trientibus in ſingulos modios dabatur, gratis daretur: alterā, ne quis per eos dies, quibus cum populo agi liceret, de cœlo ſeruaret. propter quā rogationem ait legem Fuſiam & Aeliam, propugnacula & muros tranquillitatis atq; ocij, euerſam eſſe: obnunciatio enim, qua pernicioſis legibus reſiſtebatur, quam Aelia lex confirmauerat, erat ſublata: tertiam de collegijs reſtituendis, nouisq; inſtituendis, quæ ait ex ſeruitiorū fece conſtituta: quartam, ne quē cenſores in ſenatu legendo præterirent, neue qua ignominia afficerent, niſi qui apud eos accuſatus, & utriuſq; Cēſoris ſententia damnatus eſſet. hac ergo eius lege Cenſurā, quæ magiſtra pudoris et modeſtiæ eſt, ſublatam ait. Perſequere connexos his funeribus dies. pro Aurelio tribunali, ne conniuente quidem te, quod ipſum eſſet ſcelus, ſed etiam hilarioribus oculis, quàm ſoli tus eras, intuente, delectus ſeruorum habebatur ab eo, qui nihil ſibi unquam nec facere, nec pati turpe duxit.) Profectò intelligitur, P. Clodium ſignificari. Dicit de Caſtoris templo. Id aūt templum, ſublato aditu, reuulſis gradib. à coniuratorum reliquijs, atq; à Catilinæ præuaricatore quondam, tum ultore, armis teneretur.) Catilinam lege repetūdarum abſolutū eſſe accuſante P. Clodio, iam dictum eſt. Cum equites Rom. relegarētur, uiri boni lapidibus è foro pellerentur.) L. Lamiā à Gabinio Cōſule edicto relegatam eſſe, iam diximus. Seplaſia mehercule, ut dici audiebam, te ut primùm aſpexit, Campanū Conſulē repudiauit.) Dictū eſt in diſſuaſione legis agrariæ ad populum, plateam eſſe Capuæ, quæ Seplaſia appellatur, in qua unguētarij negotiari ſint ſoliti. ergo eos quoq;, qui in ea platea negotiarentur, dicit inuitos Piſonem uidiße, cum Capuam Conſul uenit, quòd eos, à quibus ille expulſus erat, adiuuiſſet. Ecquod in hac urbe maius unquam incendium fuit, cui non conſul ſubuenerit? at tu illo ipſo tempore apud ſocrum tuam, cui domum meam exhauriendā patefeceras, ſedebas.) Poſt profectionē ex urbe Ciceronis, bona eius P. Clodius publicauit. poſtea direpta ſunt omnia, quæ aut in domo, aut in uillis fuerūt, & ex eis ad ipſos Cōſules lata complura. domus direpta primū, deinde inflammata, ac diruta eſt. Socrus Piſonis quæ fuerit, inuenire nō potui, uidelicet quòd auctores rerū non perinde in domibus ac familijs fœminarum, niſi illuſtrium, ac uirorū nomina tradiderunt. At ne tum quidem emerſiſti lutulente Cæſonine è miſerrimis naturæ tuæ ſordibus, cum experrecta tandem uirtus clariſſimi uiri, celeriter & uerum amicum, & optimè meritum ciuem, & ſuū priſtinum morem requiſiuit.) Profectò, Cn. Pompeium ſignificari, intelligitur. De me, cum omnes magiſtratus promulgaſſent præter unum Prætorem, à quo non fuit poſtulandum. fratrem inimici mei, præterq; duos de lapide emptos Tribunos pl. legē comitijs centuriatis tulit P. Lētulus Cos.) P. Clodij App. Claudius, ſicut iam ſæpe ſignificauimus, fuit frater. Duos tribunos, de quib. ipſis ſæpe iam diximus, quos de lapide emptos ait, quia mercede id faciebāt, Sex. Attilium Serranū, & Q. Numeriū ſignificat. Appellatus eſt hic, uulturius illius prouinciæ, ſi dis placet, Imperator. ne tum quidem Paule noſter tabellas cū laurea Romā mittere audebas?) Confido uos intelligere, L. Paulum nunc ſignificare, qui fuit pater naturalis Africani poſterioris, quiq; de Macedonia atq; ultimo eius de rege triumphauit: Macedoniam aūt Piſo, in quē hæc oratio eſt, obtinuit: propter quod Paulū eum appellat, irridēs eum, quod ibi ſe nō proſperè geſſit. M. Marcellus, qui ter Cōſul fuit, ſumma uirtute, pietate, gloria militari, perijt in mari: qui tamen ob uirtutē, gloriæ laude uiuit.) Fortaſſe quæratis, quem dicat Marcellū. fuit autē nepos M. Marcelli eius, qui bello Punico ſecūdo Syracuſas uicit, & quinq; Cōſulatus adeptus eſt. hic autē Marcellus, de quo Cicero dicit, naufragio ad ipſam Africā perijt, paulo ante cœptū bellum Punicū tertium. idē, cum ſtatuas ſibi, ac patri, itemq; auo poneret in monumentis aui ſui ad Honoris & Virtutis ædem, ſubſcripſit, III. Marcelli nouies Coſſ. fuerat autē auus quinquies, pater ſemel, ipſe ter. itaq; neq; mentitus eſt, & apud imperitiores patris ſui ſplendorem auxit. Me conſequentibus diebus in ea ipſa domo, qua tu me expuleras, quam expilaras, quam incenderas, Pontifices, Conſules, Prætores collocauerunt, mihiq;, quod ante me nemini, pecunia publica ædificandam domum cenſuerunt.) Hæc Cicero oratorio more, nō hiſtorico, uidetur poſuiſſe. nam multis ætatibus ante Ciceronē nulli id contigiſſe uerū eſt. nemini uerò unquā antea, uideamus, ne parum cautè dicamus. antiquis enim temporibus pluribus idē contigit. nam Valerio Maximo, ut Antias tradidit, inter alios honores domus quoq; publicè ædificata eſt in Palatio: cuius exitus, quo magis inſignis eſſet, in publicū uerſus declinaretur, hoc eſt extra priuatū aperiretur. Varronē autem tradere M. Valerio, quia ſæpius uicerat, ædes in Palatio tributas, L. Higinius dicit in lib. priore de uiris claris: P. Valerio Voleſi filio Publicolæ ædes publicas ſub Velia, ubi nunc ædes Victoriæ eſt, populum ex lege, quam ipſe tulerat, conceſſiſſe. tradunt & Antiochi regis filio obſidi domū publicè ædificatā, inter quos Atticus in annalib. quæ poſtea dicitur Lucilij poetæ fuiſſe. Varro quoq; in lib. III. de uita populi Romani, quo loco refert quàm gratus fuerit erga benemeritos, dicit Mutini, quòd in Sicilia cū equitatu ſuo trāſierat ad nos, ciuitatē datam, ædesq;, & pecuniā ex ærario. Videamus tamen, nū ideo Cicero dicat ſibi, quod antea nulli, domū pecunia publica ex ærario ædificatā, quia illis aut locus publicè datus ſit, aut domus quæ non fuerat eorū, neq; propter illos publico ſumptu ædificata: Ciceroni domus, quæ fuerat ipſius, & diruta atq; incēſa erat & cōſecrata, publico ſumptu ædificata ſit: quod nouum & huic primo, & adhuc etiā ſoli cōtigit. O ſtultos Camillos, Curios, Fabricios, Calatinos, Scipiones, Marcellos, Maximos: amentē Paulū, ruſticū Mariū, nullius conſilij patres horū Conſulū, qui triūpharunt.) Diximus hāc orationē eſſe dictam Cn. Pompeio Magno II. M. Craſſo II. Coſſ. Pōpeij pater bello Italico de Picentib. M. Craſſi pater P. Craſſus ante bellū Italicum de Hiſpanis triūphauit.

Eadem cupiditate uir ſummo ingenio præditus C. Cotta, nullo certo hoſte, flagrauit. eorū neuter triumphauit, quòd alteri illum honorē collega, alteri mors ademit.) Credo uos quærere, & quis hic Cotta, et qs ille collega Craſſi fuerit. fuit aūt C. Cotta, orator ille compar P. Sulpitij, qui eſt in dialogis Ciceronis de Oratore ſcriptis, qui, cū decretus illi eſſet triūphus, mortuus eſt ante diē triūphi, cum cicatrix uulneris eius, quod ante plures annos in prælio acceperat, reſciſſa eſſet repētè. Craſſo aūt collega fuit Q. Scæuola Pōtifex: qui cū animaduerteret Craſſo, propter ſummam eius in rep. potentiam ac dignitatē, ſenatū in decernēdo triumpho gratificari, non dubitauit reip. magis q̄ collegæ habere rationē: ac, ne fieret S. C. interceſſit. ſed idem prouin-

prouinciam, cuius cupiditate plerique etiam boni uiri delinquebant, depoſuerat, ne ſumptui eſſet ærario. Irriſa eſt à te paulo antè M. Piſonis cupiditas triumphãdi: à qua te longè dixiſti abhorrere. qui etiam ſi minus magnũ bellum geſſerat, ut abs te dictum eſt: tamen iſtum honorem contemnendũ nõ putauit. tu eruditior, quàm Piſo?) Quis hic et M. Piſo fuerit, credo uos ignorare. fuit autem, ut puto iam nos dixiſſe, Pupius Piſo eiſdem temporibus, quib. Cicero, ſed tanto ætate maior, ut adoleſcentulũ Ciceronem pater ad eum deduceret, quòd in eo & antiquæ uitæ ſimilitudo, & multæ erãt literæ. orator quoq; melior, quã frequentior, habitus eſt. biennio tamen ſerior, quàm Cic. Conſul fuit. triumphauit pro Cõſule de Hiſpanis, Q. Hortẽſio, Q. Metello Cretico Coss. ante Ciceronis Conſulatũ. Inſtãt poſt hominum memoriã apparatiſſimi, magnificẽtiſſimiq; ludi: quales non modò nunquã fuerũt, ſed ne quo modo quidem fieri poſthac poſſint, poſſum ullo modo ſuſpicari.) Cn. Põpeij ludos ſignificat, quib. theatrum à ſe factum dedicauit, quibus ludis elephantorũ pugnã primus omnium dedit in circo. Eſt quidã Græcus, qui cum iſto uiuit, homo, uerè ut dicã, ſic enim cognoui, humanus, ſed tam diu, quàm diu cum alijs eſt, aut ipſe ſecũ.) Philodemũ ſignificat, qui fuit Epicureus illa ætate nobiliſſimus, cuius & poëmata ſunt laſciua. Quanquam, quod ad me attinet, nunquã iſtam imminuã curam inficiando tibi.) Propè notius eſt, quàm ut indicandũ ſit, hunc uerſum eſſe L. Accij poëtæ, & dici à Thyeſte in Atreo. Quod populari illi ſacerdoti ſexcentos ad beſtias ſocios, ſtipendiariosq; miſiſti.) Manifeſtum eſt, P. Clodium ſignificari. Ecquid uides, ecquid ſentis, lege iudiciaria lata quos poſthac iudices ſimus habituri?) Legimus iudiciariã ante aliquot annos, quibus temporib. accuſatus eſt Verres à Cicerone, tulit Aurelius Cotta prætor: qua communicata ſunt iudicia ſenatui, & equitib. Romanis, & tribunis ærarijs. rurſus deinde Pompeius in Conſulatu ſecundo, quo hæc oratio dicta eſt, promulgauit, ut ampliſſimo ex cenſu ex centurijs aliter, quã antea, lecti iudices, æquè tamẽ ex illis tribus ordinibus, res iudicarent. L. Opimius eiectus patria eſt, is, qui & Prætor, & Cõſul maximis periculis rempublicã liberarat. non in eo cui facta iniuria eſt, ſed in eis qui fecerunt, ſceleris & conſcientiæ pœna remanſit.) Notum eſt, Opimiũ in pretura Fregellas cepiſſe: quo pacto uiſus eſt cæteros quoque nominis Latini ſocios malè animatos repreſſiſſe: eundẽq; in Cõſulatu Fuluiũ Flaccum cõſularem, & C. Gracchũ tribunitium oppreſſiſſe: ob quam inuidiam poſtea iudicio circumuentus eſt, & in exilium actus.

IN ASCONIVM PAVLI MANVtij annotatio.

Pauci in eam ciuitatem.) Paucis pòſt annis in eam ciuitatem, ſententia deſiderat. Quòd in Italia &c.) Nihil muto, ſed ad ſentẽtiam ſic eſſet apertius: Gallicanum, quòd in Italia conſederit: ſemiplacẽtinum, poſtquam aſcitus ſit à Placentinis. quod multo poſt &c. L. Cæcilio Q. Marcio Coss.) Ante L. Iulio C. Mario Coss. uidi prius mendum, cum horũ Cõſulum nomina nemo traderet: tum conſideratis Aſconij uerbis, ad correctionem perueni. cum enim his Conſulib. ſublata collegia dicat, eademq; nouem pòſt annis à P. Clodio Tribuno pl. reſtituta, paulo pòſt inferat: à Cõſulibus Piſone & Gabinio numerans, quo anno Tribunus pl. Clodius, comperi nouem annis interpoſitis Conſules fuiſſe Cæcilium & Marcium. correxi igitur & Aſconium, & Ciceronem ipſum, in quo legebatur, L. Luſcellium C. Marium Coss. Ante biennium autem ante.) Alterum Ante delendum uidetur. nam, ante biennũ, idem eſt, ac ſi dicas, biẽnio antè: quo modo locutus eſt & ſuprà, In Aedilitate, quam ante annum geſſerat. & Eutropius, Et magiſter equitum Dictatori ante annum fuerat.

Quod antea ſenis æris ac trientibus in ſingulos modios dabatur.) Cum in oratione pro Seſtio de P. Clodij legibus hæc ſcripta animaduerterem: Latæ ſunt Conſulibus illis tacentibus, immo uerò approbantibus etiam, ut cenſoria notatio & grauiſſimum iudicium ſanctiſſimi magiſtratus tolleretur de republica: ut collegia non modò illa uetera contra S.C. reſtituerentur, ſed ab uno gladiatore innumerabilia alia conſcriberentur: ut remiſſis ſemiſſibus & trientibus, quinta propè pars uectigaliũ tolleretur: et quæ ſequũtur: cũ hæc inquã legerem, nõ dubitaui, quin pro ſenis æris legendum eſſet ſemis æris: quod ualet, ſemiſſibus: nam ſemis indeclinabile, & æris eſt pro aſſibus: ſiquidẽ & M. Varro in analogia, Treſſis, inquit, pro trib. æris, quod ſit pro aſſibus. Apud ſocrum tuam.) Hinc apparet, in oratione pro Domo ſua legendum eſſe, Ad ſocrum Conſulis, non, ut antè, ſocerũ. III. Marcelli &c.) Nulla ferè mutatione locum reſtituimus, cum ante legeretur, Hi Marcelli. atque hic quaſi aliud agens locum in Velleio Paterculo emendemus: in quo lib. II. legitur, Circa eadẽ tempora M. Metelli fratres uno die triũphauerũt: cum legendũ ſit, III. Metelli fratres. Mutini.) Sic ex Liuio repoſuimus. ante Murrinæ. Pupius Piſo.) Ridiculũ erat legere ut antè, Publius Piſo: cũ hũc ipſum Piſonẽ et Cicero, & Pedianus Marci prænomine iã appellauerint fuit autẽ hic M. Pupius Piſo Calpurnianus, qui cõſulatũ cũ M. Meſſala geſſit.

IACOBI OMPHALII ANTONIAcenſis in L. Piſonem annot.

ARGVMENTVM.

REuocatus Piſo cum Gabinio ex conſularibus prouincijs, Lentulo & Philippo Coss. ex Ciceronis Senatusq; ſententia, grauiter in frequenti Senatu de oppreſſione atque inſectatione Ciceronis conqueſtus eſt, fiducia maximè Cæſaris, ſui generi, qui tum Gallias occupabat. Eius inſectationi hac nobili oratione, Cn. Pompeio Magno & Marco Craſſo ſecundùm Coſſ habita, reſpondet Cicero. Oratio eſt generis demonſtratiui, in robuſto ac ſublimi dicendi genere poſita, tota pathetica, ac crebris comparationibus, locis communibus, amplificationibusq; expolita. proinde eius lectio in primis utilis eſt, ad parandam eloquentiam. Conſtitutio eſt qualitatis. Partes habet: exordium abruptum, Contentionem. quæ perpetua quædam hic narratio eſt, omnibus occaſionibus amplificata, & Epilogum.

IAm'ne uides bellua.) Vehemens & abruptum exordium, accommodatum inuectiuis. Nam & grauem inſaniæ improbitatisq; inſectationem habet, & ſignis eſt amplificatum. Semis.) Metaphora per deflexionem. Frontis tuæ.) Metonymicôs frontem ſeueritatem intelligit. Eſt enim frons ſeueritatis & clementiæ index, à ueteribus Genio dicata, quemadmodum religioni caput. Nã magna ſegnes, parua mobiles, rotũda iracũdos, lata leues & incõſtantes arguit. Alexãder Genial.

Geniál. dierum lib. ſecundo, cap. decimonono. Hinc ductæ pulchræ elocutiones, frontem contrahere, id eſt, admirari: Exporrigere, apud Terentium, id eſt, læto animo eſſe: Perire, id eſt, animo affligi, apud Ciceronem ad Atticum. Syrum neſcio quem.) Syrum dixit per ταπείνωσιν, ſiue μείωσιν, hoc eſt, diminutionem. Nam Syri populi uiles, neglecti, & àb omni exiſtimatione relicti ac inopes fuerunt: ſicut & Cappadoces. Quod addit, De grege nouitiorum, hoc quoque contemptionem ſignificat. Color iſte ſeruilis.) Auxeſis reprehenſionis à ſignis. Eſt autem in genis pudoris & uerecundiæ ſedes. nam rubore ſuffuſæ in pueris integritatem animiq́; uirtutem pollicentur.

Non denes.) ἐπανάφορα, id eſt repetitio, augendæ indignitatis cauſa. Oculi, ſupercilia.) ἀσύνδετον, ſiue diſſolutum. Oculi ſanè hominis naturam mentisq́; imaginem repræſentant quaſi cordis nuncij. ex his enim iratum, lætum, & affectum animum dijudicamus. Supercilia.) Hæc faſtum ſuperbiamq́; habent, eoq́; deflexa auſteros, inflexa irriſores, demiſſa maleuolos arguunt. Vultus.) In uultu cuiuſque ueluti indoles ac uoluntas relucet. Prorſus in facie, inquit Saluſtius, uultuq́; uecordia inerat. Eſtq́; hic locus communis. Obſeruabit autem iuuentus, frequenter Ciceronem eiuſmodi uti ſignis in deſcribendis peſſimorum hominum ingenijs. Sic pro Murena: Vultus, inquit, plenus furoris, mens ſcelere obſtricta, lingua maledictis impedita, oculi feritatis, ſermo atrocitatis plenus. In fraudem.) Geſtit copia, & orationem illuſtrat figura, quam ἀναδίπλωσιν Græci uocant. Ea enim apta eſt, quoties aliquid inſtantius dicimus. Dicitur autem hoc loco fraus, impoſtura & deceptio, cum alijs quoque periculum & pœna ueteribus dicatur, referente Vlpiano l. Cum autem. ff. de Aedil. edict. Hinc in fraudē impellere, illicere, apud Terentium deducere. Pauci iſta tua.) Metaphoris illuſtrem facit orationem, ac uehementē. Scribit autem Cicero cùm alicubi, tum in oratione ad Senatum, hunc Piſonem eſſe hominem ſine ſenſu, ſine ſapore, elinguem, tardum, inhumanum, neglectum, plenum uini, ſomni, ſtupri, nec aliud quicquam præter ſimulatam irritamq́; triſtitiam in forum attuliſſe. Nullum non modò.) Adimit Piſoni omnem ciuilis uitæ ac militaris diſciplinæ uſum. Porrò domi ac militiæ eū uixiſſe dicimus, qui experiens eſt, ut ait Cicero, & multo rerū uſu exercitus. uulgus ineptè uocat expertum.

Contentio, ſecunda orationis pars. Obrèpſiſti.) Contentio, quæ hic perpetua quædam narratio eſt, omnibus locis amplificata. Significat autem obrepere, clàm prorumpere & aduenire. Vt is mihi, inquit Cicero, ampliſſimus habetur, qui ſua uirtute in altiorem locum obrepit, nō qui aſcendit per alterius incommodum & calamitatem. Is mihi gloriabitur.) Collatio à cauſis tracta, ad extenuandum Piſonis honorem. Erat autem hic Piſo ex clariſſima familia Piſonis Frugi, cuius magna & præclara in rempublicam extant officia. meminit Piſonis Frugi Cicero in fine orationis ſcriptæ pro M. Fonteio. Piſo eſt à populo.) Piſonem intelligit, qui Frugi cognominatus fuit, uir (ut Cicero ait in oratione pro M. Fonteio) tanta uirtute atque integritate, ut optimis illis temporibus, cum hominem inuenire nequam non poſſes, ſolus tamen Frugi nominaretur. quem Gracchus inimicus coactus fuit appellare Frugi. Meminit & Cicero Piſonis Frugi, libro tertio Tuſculanarum quæſtionum. Noti illi erant mortui.) Antitheſis, id eſt, contrapoſitum, iucundum ſchema augendis rebus. quale eſt illud in Catilinam: Honeſtè uiuere cum non poſſit, turpiter perire maluit. Qui laudis uirtutisq́; ſplendore charus omnibus eſſe non potuit, maluit uitiorum turpitudine cunctis eſſe infenſus.

Me cum quæſtorem.) Altera comparationis pars. Tractat autem & hunc locum in oratione pro lege Manilia: Propter dilationem, inquit, comitiorum ter prætor primus cunctis ſuffragijs ſum renunciatus. eſtq́; tota hæc orationis pars figuris rhetoricis exornata. Nam quid ego.) Amplificatio à ſui conſulatus functione, per comparationem. Miſerum me.) Diſſimulatio cupiditatis, & tanquam quædam præcaſtigatio. Habet autem ex more Cicero, ut hominem ſcurram, ſcelere atque infamia fractum, uocet peſtem atque labem. itaque frequentes apud illum uituperationis ſunt formulæ, ſentina & fex urbis, buſtum reipublicæ, cœnum hominis, pecus, cadauer, & putrida caro, ſcelus ac dedecus, &c quibus in eos utitur, qui labe ac ſcelere animos gerunt impeditos atque oppreſſos. Confero.) Hic eſt quod comparo: aliàs recipio & transfero ſignificat. ut, Ego id omne, quod petis, ad tuum arbitrium confero. Conſul es renunciatus.) id eſt, deſignatus, factus, pronunciatus.

Nihil dicam grauius) προδιόρθωσις. præcaſtigatio. Impeditis reipublicæ temporibus.) ſcilicet ciuili diſſidio: quod tum ſerpere cœpit, quum tota reſpublica magnis factionibus turbaretur. Porrò Cæſari ad parandos egentium animos conuerſo, rogationemq́; de deducendis colonijs, diuidendisq́; agris ferenti, Bibulus obſiſtebat, ut autor eſt Plutarchus in uita Pompeij. Nequior quàm Gabinius.) Hunc Cicero in oratione poſt reditum in ſenatu habita, ſcribit primum ætatis ſuæ tempus ad omnes libidines diuulgaſſe, egeſtatem & luxuriam domeſtico lenocinio ſuſtentaſſe, & egregium (ut refert Plutarchus) inter omnes Pompeij ſcurras aſſentatorem fuiſſe. De hoc etiam quædam ſcribit libro tertio Epiſtolarū ad Quintum fratrem, cuius initium eſt, ad ſextum Idus Octobris, &c.

Me cuncta Italia.) Metonymia. Hanc hiſtoriam refert idem Cicero in oratione pro lege Agraria: Eſt illud, inquit, ampliſſimum, quòd meis comitijs non tabellam indicem tacitæ libertatis, ſed uocem uiuam præ uobis indicem ueſtrarum erga me uoluntatum ac ſtudiorum tuliſtis. Cicero in Philipp. dicit tabellam eſſe populo datam, omniq́; ſenatui: ſignificans ius eſſe populo datum eligendi quem uelit. Legis agrariæ.) Inter Gracchanas leges extat Agraria, Coſs. Caſſio & Proculo primùm lata, & magnis poſtea rerum motibus per annos ferè triginta iactata, quam Cicero poſtea ſuſtulit. Extant eius orationes pro lege Agraria contra Rullum. Meminit illius Liuius libro ſecundo ab Vrbe condita, Dionyſius Halicarnaſ. Appianus, Plutarchus ac Florus. Idem Cicero eius incommoda deſcribit libro Officiorum ſecundo. Agrum Campanum.) Huius agri meminit Cicero in oratione prima contra Rullum, ad finem ferè. & item in ſecunda: Maiores, inquit, noſtri non ſolum id quod à Campanis acceperāt, non imminuerunt, uerumetiam quod & tenebant, quibus adimi iure non poterat, coemerunt. Qua de cauſa nec duo Gracchi, qui de plebis Romanæ commodis plurimum cogitauerunt, nec L. Sylla, qui omnia ſine ulla religione, quibus uoluit eſt dilargitus, agrum Campanum attingere auſus eſt. Rullus extat, qui ex ea poſſeſſione rempublicam dimoueret, ex qua nec Gracchorum benignitas

nignitas eam, nec Syllæ dominatio deieciſſet. Scribit de eo quoque Liuius, & Plutarchus in uita Ciceronis, qui dicit illo ob ærarij inopiam uendito, certum habitandi locum Campanis ciuibus datum eſſe. Antonio Cicero in Philippica ſecunda obijcit, quòd agrum Campanum compranſoribus ſuis & colluſorib. diuiſerit. Ego in C. Rabirio perduellionis reo.) *C. Rabirius, quod cum telo in colliſione oppreßi Saturnini adfuerit, eiusq́; caput ludibrij cauſa circumtulerit, à T. Labieno perduellionis reus Cicerone defendente peractus eſt.* Suſtinui.) *hoc eſt, Senatus ſactum defendi. eſt autem hic annorũ ſupputatio ſummatim comprehenſa, autore Aſconio Pediano.* Ego adoleſcentes bonos.) *Hiſtoriam habes apud Plutarchum in uita Ciceronis, & paßim in epiſtolis.* Conuulſiri.) *Venuſta metaphora à ſtirpibus ſumpta, pro infringere & labefactare. Sic conuellere reipublicæ auxilia: Reipublicæ, ait alicubi Cicero, præſidia conuellunt, amicitiã qui abijciunt.* Cupidum prouinciæ.) *ſcilicet Macedoniæ, ut Plutarchus in uita Ciceronis refert. exardebat enim eo tempore coniuratio Catilinaria, cuius ut non ignarus fuit Antonius, ita rem omnem dißimulauit ob prouinciæ pactionem, æris q́; alieni, quo obſtringebatur, magnitudinem.* Mitigaui.) *Mitigare eſt lenire, & ueluti ad moderationem effingere. ut literis bonis ad humanitatẽ ex agreſti uita mitigamur, & triſtis ſeueritas humanitatis condimentis erit mitiganda. Studiorum labores, ut ait Cicero, magna compenſati gloria mitigantur.* Ego L. Catilinam eadem Sen.) *Huius hiſtoria plena ſunt omnia Ciceronis ſcripta. & meminerunt quoque Plutarchus, Appianus Bellorum ciuil. li. ſecundo, Auguſtinus libro primo, cap. quinto. Oroſius libro ſexto, Euſebius, Saluſtius, &c. eſtq́; hic locus mirabiliter amplificatus.* Ego tela.) *Commoratio, amplificandis expoliendisq́; rebus apta. Erat autem à Catilina interficiendi Ciceronis negotium datum C. Cornelio & Marco Cethego. Sed horum inſidias, quibus per ſalutationes & officij ſpeciem interfecturi conſulem fuerant, prodidit Fuluia, noctu ad Ciceronem profecta.* Intenta iugulis ciuitatis.) *Metonymia, & uenuſta metaphora in uerbo Intendere, à uenatoribus ſumpta. Horatius intendere animum dixit, Saluſtius ingenium. Intendere litem Cicero, ac pleriq́; Iuriſconſulti dixerunt: ubi hodie uulgus iuriſconſultorum ineptè dicit, litem intentare. cum intentare ſit, uim & cõminationem alicui obijcere. Vergilius, Præſentemq́; uiris intentant omnia mortem.* Protuli, extinxi.) *Incrementum.* Parentem patriæ.) *Hæc ferè geſta ſunt anno ab Vrbe condita ſexcenteſimo nonageſimonono. Eſt autem Cicero parens patriæ omnium primum appellatus à Catone Vticenſi, autoribus Plutarcho in uita Ciceronis, Plinio libro ſeptimo, capite triceſimo. Iuuenali Satyra octaua: Sed Roma parentem, Roma patrem patriæ Ciceronem libera dixit.* M. Qu. Catulus.) *Locus à pronunciato.* Ciuicam coronam.) *Corona erat aut triumphalis, aut obſidionalis, aut ciuica: quæ ei dabatur, à quo ciuis eſſet conſeruatus. Aul. Gellius libro quinto, capite ſexto.* Mihi togato.) *Hiſtoriam ſcribunt Plinius libro ſeptimo, capite tertio: Quintilianus libro ſecundo, capite decimoſeptimo: & paßim in orationibus Cicero.*

Togato.) *Togæ uſus in maxima Reipublicæ tranquillitate fuit. eoq́; togati Romani dicuntur, quòd togis, rebus domi ac foris bene pacatis uterentur. Hic emphaſim habet.* Supplicationibus.) *Supplicare eſt, magnis in malis & rebus noſtris afflictis alicui ſupplicem eſſe. hinc ſupplicationes, quarum frequẽs mentio fit apud Liuium.* A tribuno plebis.) *Qu. Metellum Nepotẽ intelligit, qui Ciceronem conſulatu abeuntem, de ſuo magiſtratu dicere non eſt paſſus, ne inde populi ſeditio oriretur.* Quo quidem tempore.) *uide Plutarchum. aliquot enim ciuium millia incredibili ſtudio obuiam Ciceroni iuerunt.* Mecum eſſet.) *Hac locutione ſignificamus & animi uoluntatisq́; cõiunctionem. ut, Omnes boni mecum ſunt: id eſt, mihi ſuffragantur. Quod Terentius in Phormione dixit, cum aliquo ſtare: Nam ni hæc ita eſſent, ait, cum illo haud ſtares. id eſt, conſentires, illum propugnares atque defenderes.*

Atque ita eſt.) *Epilogus per enumerationem.* Expoſui breuiter.) *Tranſitus ad alteram collationis partem per antitheſim, & locum repugnantium, ad oſtendendam obiti magiſtratus indignitatem, ad hunc modum: Conſulis eſt, Senatuſconſulta tueri: At Piſo contrà ludos fieri, leges conuelli, & huiuſmodi alia paſſus: Metellus deſignatus conſul obtinuit, ne ludi ſpectarentur: Piſo conſul contrà fecit, &c.* Compitalitij.) *Hi ludi, qui à magiſtris uicorum fiebant, Bacchanalia, & collegia, & quicunque alij ludi, tumultum excitare poſſe uidebantur, poſt nonum annum quàm prohibiti eſſent, per Clodium ſunt reſtituti. eſt autem res hæc ex admirabili euentu nata, ut ex Lexicis uidere licet.* Helia & Fuſia.) *Aſconius Pedianus hanc rem amplißimè ſcribit. Publius Clodius Tribunus plebis, Coſſ. Piſone & Gabinio, quatuor leges in Reipublicæ exitium tulit. quarum prima fuit Annonia: ut frumentum, quod antea ſenis æris ac trientibus in ſingulos modios dabatur, gratis daretur. Secunda, ne quiſquam magiſtratus impediretur, contra legem Eliam & Fuſiam: Pomponius Lætus Alliam uocat. harum monumenta extant apud Iureconſultos. Tertia, ut collegia & ludi reſtituerentur. Quarta, ne quem cenſores in Senatu legẽdo præterirent, néue ignominia quem afficerent.* Lex euerſa eſt.) *Legem euertere, antiquare, frangere, delere, conuellere, damnare, Cicero paßim dicit. Porrò huius quoque his uerbis meminit Cicero in oratione de Aruſpicum reſponſis: Suſtulit, inquit, Heliam & Fuſiam, maximè Reipublicæ ſalutares, cenſuram extinxit, interceßionẽ remouit, auſpicia deleuit, conſules ſceleris ſui ſocios ærario, prouincijs, exercitu armauit: & quæ ſequuntur. Scribit idem amplius in oratione pro Seſtio, quem locum mihi ſatis eſt notaſſe, ne commentarijs onerem iuuentutem. In oratione quoque in Vatinium, conqueritur duas has leges indignißimè eſſe conuulſas.* Cum tu interim.) *Infert per locum repugnantium, ut dixi: quando boni conſulis eſt, ut refert Cicero in oratione pro C. Rabirio, cum cuncta reipublicæ auxilia labefactari conuelliq́; uideat, ferre opem patriæ, ſuccurrere ſaluti, fortunisq́; communibus, ſalutem ſuam poſteriorem communi ducere. Scribit in hanc orationem Cicero in oratione quam habuit poſt reditum in Senatu: Domus ardebat, inquit, non fortuitò, ſed oblato incendio. Conſules epulabantur, & in coniuratorum congratulatione uerſabantur, cũ alter ſe Catilinæ delicias, alter Cethegi conſobrinum fuiſſe diceret.* Buſtum.) *Buſtum nunc exuſtum cadauer, nunc tumba & ſepulchrum Liuio ab Vrbe condita libro quinto dicitur. Cicero in Philippica prima: Serpit, inquit, in urbe infinitum malum, idq́; manat indies latius. ijdem enim in foro buſtum faciunt, qui antea ſepulturam in Senatu effecerant. Hinc buſtuarij, præfractè temerarij*

rarij

rarij homines, qui in defuncti honorem ante eius buſtum de uita dimicabant. Nondũ quæ feceris, ſed quæ, &c.) Commonitio ſiue interfatio, qua tranſit ad criminationem Piſonis. Non dico.) Correctio, ad amplificandam indignitatem. Centum propè annos.) Clauſula per enumerationem. Nemo tam effuſe petulans.) Amplificatio nominis, augendæ indignitatis criminationisq́; cauſa. Sic pro Marco Cælio de Clodia: Vidua liberè proterua, petulanter diues, effuſe petulans, &c. Proſequere connexos his funeribus, &c.) Funera uocat perturbationẽ Reipublicæ, grauemq́; optimorum ciuium diuexationem, cuius autor fuit Publius Clodius. Pro Aurelio tribunali, &c.) Amplificatio à ſeditione reipublicæ, quam Pub. Clodius ſublato aditu Caſtoris, ac reuulſis gradibus concitauit. Scribit hanc rem amplius Cicero in oratione pro Domo ſua ad Pontifices: Cum uerò, inquit, gradus Caſtoris conuelliſti ac remouiſti, tum ut modeſtè tibi agere liceret, homines audaces ab eius templi aditu atque aſcenſu repuliſti? cum eos, qui in conuentu uirorũ bonorum uerba de ſalute mea fecerant, adeſſe iuſsiſti: eorumq́; aduocationem manibus, ferro, lapidibus diſcuſsiſti: tum profectò oſtendiſti, uim tibi maximè diſplicere? Eſt autem totus orationis decurſus uehementi inſectatione amplificatus.

Cui templum illud fuit te Conſule arx ciuium perditorum.) Amplificatio κατὰ τὴν συνωνυμίαν, ut pluribus uerbis rei indignitatem demonſtret. Erat non ſolum domus mea, ſed totum palatium, &c.) Altera collatio per antithesim, ad exaggerãdam Piſonis inhumanitatẽ. hiſtoria extat apud Plutarchum. Cui primam comitijs tuis dederas tabulam prærogatiuæ.) hoc eſt, feceras poteſtatem, quem uellem, magiſtratum eligendi. Eſt enim prærogatiua, antelatio quædam. Nunquam aſpiraſti.) Reprehenſio abiectæ negligentiæ. Eſt enim aſpirare, leuiter contendere. ueluti ſi dicas, pigri ac tardi eſt ingenij, ad nullam eruditionem aſpirare. Mihi uerò ipſi coràm, &c.) Grauis reprehenſio priuati facti, & cuiuſdam ueluti proditionis, ad Piſonis improbitatem coarguendam.

Genero meo, propinquo tuo.) Cicero repudiata Terentia uxore, prædiuitem puellam in uxorem ſenex duxit: filiam ſuam, quæ prius Piſoni Frugi nupſerat, illo defuncto, in uxorem dedit Lentulo. Egere, foris eſſe Gabinium.) Hic poſtea urbe eiectus, atque damnatus eſt. Sed à Senatu quidem deſperaſſe.) Deſperaſſe ab aliquo, & deſperare alicui, & deſperare aliquid dicimus: ut, Nemo ita deſpondere animum debet, ut fortunis deſperet.

Vereor ne qui ſit.) Præcaſtigatio. iuxta illud: Fronti nulla fides. Meminiſtíne cœnum?) Narratio ſordium & perfidiæ Piſonis, qua oppreſſus Cicero furori Clodiano ceſsit. eſt autem hic dictum ſiue lœdorium. Neſcio quo è gurguſtio te prodire, inuoluto capite, &c.) Extenuatio κατὰ τὴν μείωσιν ad augendam à loco inuidiam. Gurguſtium enim tugurium eſt, ex arundine & ſtraminibus compoſitum. Soleatum.) Sicut crepidas antea Senatores, mox Equites, demum milites habuerunt proprias: ita ſoleæ, id eſt calceamenta, quibus plantarum calces teguntur, habenis iuncta, à patricijs & ſenatoribus ad mulieres ſunt reiecta, propterea quòd ſoleatum eſſe parum habebatur uirile. Cicero quoque in Philippicis, Verrem uocat ſoleatum Prætorem. Teterrimam nobis popinam.) Per metonymiam dixit, nidorem popinæ, in qua obſonia publicè uenduntur. Ganea & ganeum idem dicitur. Aulus Gellius popinationem uocat, quam Cicero ſuprà helluationem dixit. Et hinc popinones, quos uulgò hodie tabernarios uocamus. Inhalaſſes.) Onomatopœia, qua res ipſa fit dilucidior. Quid enim facere poteramus?) Parentheſis, ad declarandam rei turpitudinem. Idem illo ferè biduo productus in concionem ab eo, cui ſic æquatum, &c.) Obruit Piſonis obiectionem, per criminis tranſlationem: nempe, ſe conſulem de inſidijs coniuratorum ad ſenatum retuliſſe: Senatum autem ſua autoritate coniuratos damnaſſe. Productus in concionem.) id eſt, longo comitatu deductus. Eſt enim multæ ſignificationis uerbum producere. nam producere uirginem, eſt proſtituere. hinc productores, hoc eſt, lenones. Donatus autem propriè res uenales produci putat. & producere ſtudia, atque ſermones in multam noctẽ dicimus, &c. Grauis auctor.) εἰρωνεία, ſiue illuſio. Collatinus credo aliquis, aut Africanus, aut Maximus, &c.) Præclara horum omnium extant in rempublicam beneficia. Et non Ceſonius ſemiplacentinus Caluentius.) Hic Ceſonis cuiuſdam furaciſsimi hominis fuit filius, cuius filiam in uxorem duxerat quidam ex Piſonibus, unde hic productus eſt. Eundem in oratione Poſt reditum in Senatu habita, uocat Ceſonium Caluentium, ſine ſenſu & ſapore hominem. In oratione de Prouincijs conſularibus, uocat Ceſonium Caluentium, niſi locus ſit deprauatus: Te enim, inquit, Imperatorem infeliciſsimo & teterrimo Ceſoni Caluenti, ciuitas libera ſpoliata eſt. Eſt autem hic interpretationis locus à natalibus. Reſpondes altero ad frontem ſublato, altero ad mentum, &c.) Hyperbolicôs Piſonis habitum ac deformitatem deſcribit. Nam relatio illa ſalutaris & diligens fuerat Coſ.) Referre hoc loco eſt, conſultandi cauſa aliquid nunciare. Et referre prærogatiuam Cicero dixit, inter primos ſententiã dicere: Prius, inquit, quàm in nocentes animaduerteretur, referri de crimine ſolebat ad Senatũ. quod ipſum iudiciũ ſequebatur, atq; inde relatio. Quid enim interfuit inter Catilinam.) Excurſus in ſcelera Catilinæ, Publij Clodij & Piſonis, per collationẽ.

Quæ enim L. Catilinam, &c. Confirmatio à ſignis, per antitheſim. Leges incendere.) Diſſolutum. hiſtoria uniuerſa extat apud Plutarchum. Non enim ſe tectis priuare noluerunt, &c.) Confirmatio à ſignis, per antitheſim. Huic enim populo.) Comprobatio collationis. Omnium gentium uictore.) Plinius libro ſeptimo, capite uiceſimoſexto. Quod autem maius iudicium expectatis.) Probatio à ſignis, plena uehementiæ & affectionum, figuris quoque ad augendam facinoris indignitatem illuſtrata. Ex intermortuis Catilinæ reliquijs concitaſtis.) Amplificatio κατὰ τὴν ἑρμηνείαν, id eſt, interpretationem, tota pathetica. Sed iam redeo ad præclaram illam concionem tuam, &c.) Regreſsio ad intermiſſionem, Rhetores frequentationem uocant. Porrò Plutarchus in uita Ciceronis refert, Ciceroni reo præter equeſtrem ordinem ex Romana iuuentute uiginti millia mutato habitu, ac paſsis capillis adfuiſſe: Senatum quoque, ne ueſtem ueluti ex publica mœſtitia mutandam eſſe decerneret, à Piſone & Gabinio Coſ. prohibitum fuiſſe. Locum hunc amplius tractat Cicero in oratione pro Pub. Seſtio. O noſter miſericors.) Exclamatio ironica. Quid facis?) Subiectio rhetorica. Omitto enim illud conſulem edicere, &c.) Occupatio, qua in crudelitatem Piſo-

ſonis tanquam affectionibus impulſus digreditur, & rem uniuerſam collationibus locisq; Rhetoricis mirabiliter exaggerat. Quod ſi ueſtem non publico conſ.) Fictio argumenti à minore. Cum illa ſaltatrice tonſa.) Scomma in profuſam, petulantem atque abiectam Piſonis libidinem coniectum. Tonſum enim eſſe in delicijs nuper haberi cœpit, cum antea ad Vrbis conditæ annum quinquagesimum quartum ſupra quadringenteſimum populus Romanus fuerit intonſus. At quærebat etiam paulo antè de me, quid ſuo mihi opus fuiſſet auxilio?) Alterius obiectionis confutatio, plena affectionum & indignationis, à cauſis ducta: Non Clodianorum furori ſe ceßiſſe, ſed communi ſe omnium ſaluti conſeruaſſe. Extat huius rei argumentum in oratione, quam habuit, antequàm iret in exilium Cicero. Ego iſtius pecudis ac putridæ carnis conſilio, &c.) σαρκασμός, hoc eſt, amarulentus riſus, in ſcommate & ironia poſitus. Conſulem, inquam.) Copula, elegans imprimis figura ad deſcribendam hominis naturam. Cum enim eſſet omnis cauſa illa mea.) αἰτιολογία, à cauſis & circumſtantijs ducta. Alia enim cauſa præſtantißimi uiri Q. Metelli fuit.) Ab exemplo amplificat per locum comparationis, ad diluendam reprehenſionem. Metellus in exilium, miſerrimiq; mortalis infeſtum caſum ſubire maluit, quàm in Gracchorum leges iurare, cum Apuleius Saturninus Mario conſule confiſus iuramentum retractantibus aqua & igne interdicturũ ſe minaretur. Scribit hanc rem amplius Appianus libro primo Bellorum ciuil. Plutarchus in Mario, Plinius de Viris illuſtribus, Valerius, & Oroſius capite decimoſeptimo. Florus libro tertio, capite decimoſexto. An cum altero barbato Epicureo?) Cicero quoque in oratione poſt reditum in Senatu habita, & ferè paßim Piſonem uocat Epicureum, uoluptatis uocabulo captum. Neque collegæ tui cymbala ac crotala fugi.) Reprehenſio ab habitu effœminato, & luxurioſo. Vt qui in maximis turbinibus ac fluctibus Reipublicæ nauem gubernaſſem.) Illuſtris & inſignis metaphora. Talis eſt & illa eiuſdem in oratione pro Publio Seſtio: Difficile eſt clauum tanti imperij ſuſtinere, & gubernacula Reipublicæ tractare in maximo curſu & fluctibus. Explicat autem inſignem quoque hic locum communem Cicero, quo indicat ſapientis eſſe non cum cuiuslibet pernicioſißimi hominis furore confligere, ſed communi ſaluti ſeruire, & tanquam tempori, ſi ita Reipublicæ dignitas poſtulet, cedere. Neceſſe enim eſt, inquit in Philippica decima, in tanta concurſatione perturbationum rerum temporibus potius parère, quàm moribus. Cum omnes boni abditi incluſiq; mœrerent.) Amplificatio crudelitatis Piſonis per hyperbolen, tota pathetica. Quid ego illorum dierum epulas, &c.) Amplificatio indignitatis à temporis ratione ducta, ad augendam inuidiam. Facit autem eam uehementiorem erotemate Rhetorico, cæterisq; figuris. Totus ſanè locus de epulis & congratulationibus Piſonis & Gabinij, amplißimè exponitur in oratione Ciceronis pro Publio Seſtio: quem hic repetere, ne adoleſcentiam onerem, prudens nolui, contentus locum indicaſſe. Rotam fortunæ pertimeſcebat.) Hanc pulchre deſcribit Boëthius libro primo, metro quinto: & libro ſecundo, metro primo, de Conſolatione philoſophica. Valerius Maximus libro quarto & octauo, Seneca paßim in Epiſtolis, Quintus Curtius de Geſtis Alexandri libro quarto. Taxat autem exilium Gabinij, in quod grauißimis criminibus oppreſſus poſtea actus fuit. Quaſi aliquod Lapitharum aut Centaurorum conuiuium.) Comparatio ad deſcribendam conuiuiorum importunitatem. Tu etiam mentionem facies conſulatus tui?) Amplificatio per locum communem de officio ac dignitate conſulatus, omnibus circunſtantijs mirificè expolita. Probat autem, nullo conſulis officio uſum fuiſſe Piſonem, argumentatione per ſubiectionem. Conſilio, fide.) Diſſolutum. Ego conſulem eſſe putem, qui Senatum eſſe in Republica, &c.) Definitio Conſulis ab officijs.

Sine quo Romæ ne reges quidem eſſe potuerunt?) Magna iam inde à naſcente Romani populi imperio fuit Senatus maieſtas: quam læſam ac conuulſam à Piſone eſſe, plerïſque in locis ſcribit Cicero. nam Senatores, ut ſcribunt Feneſtella & Pomponius Letus, à Romulo electi centum, qui & patres ab ætate & ſapientia, & poſtea Patricij quoque, ab Athenienſibus & Lacedæmonijs Senes, à peregrinis Principes ſunt appellati. Qui poſt illos centum Senatui adſcripti ſunt, Patres conſcripti appellabantur. Quod igitur Tarquinius Romanus rex pleraque multa inconſulto Senatu decreuiſſet, tyrannus appellari cœpit. adeò magni fuit facinoris, Senatus lædere maieſtatem: cuius tamen criminis non puduit Piſonem. Etenim illa iam omitto, cum ſeruorum delectus, &c.) Occupatione rhetorica repetit turbatæ atque afflictæ Reipublicæ incommoda, à Clodianis præcipuè Conſule Piſone inuecta. locus paulo antè notatus. Atque à Catilinæ præuaricatore quondam.) Catilinam repetundarum reum, primò accuſatore Publio Clodio, poſtea uerò præuaricatore, iudicibus corruptis abſolutum eſſe, ſcribunt Plutarchus & Aſconius Pedianus. Vlpianus titulo Ad Senatuſconſultum. Turpilianus ff. præuaricatorem uocat, qui ſua cauſa prodita, partem aduerſam iuuat. Cum equites Romani relegarentur.) συναθροισμῷ explicat atque congerit impeditæ Reipublicæ incommoda. Cum ciuis is, &c.) Loquitur de ſe ipſo. Qui latrones igitur, ſiquidem uos conſules?) Enthymema à repugnantibus. Magnum nomen eſt, magna ſpecies.) ἐπιφώνημα figuris illuſtratum. Seplaſia mehercule ut dici audiebam.) Extenuatio per tapinoſin à loco. Erat enim Seplaſia platea, in qua (referente Aſconio Pediano) unguentarij negociabantur. Audierat Decios, Magios, &c.) Locus collationis, ab exemplo. Nam olim Capuæ magna ingenij rerumq; geſtarum gloria floruerunt Magij, Taurea, Trebellius, & cæteri: præcipuè tamen Decij, qui ſe pro Republica, dijs manibus deuouerunt. Hiſtoriam ſcribunt Valer. Maximus li. quinto, capite ſexto Plinius lib. uiceſimoſecundo, cap. quinto Natur. hiſtoriæ. Plinius de Viris illuſtribus cap. uiceſimo ſexto. Auguſtinus de Ciuitate Dei, lib. quarto, cap. uiceſimo. Cicero quoque libro Officiorum tertio. Et fluentes ceruſſatæq; buccæ.) Ceruſſa pigmentum eſt, quod Græcis pſymithion dicitur. fit autē ceruſſa, autore Victruuio, ex maßis plũbeis in acri aceto ſolutis. Erant illi compti capilli.) Proſopographia ab abſurdo. Nam hæc quidem quæ nunc eſt.) Præcaſtigatio ad deprecandam inuidiam.

Me maurata ſtatua donarāt.) Altera cōparationis pars, qua uirtutis ſuæ commendationem συναθροισμῷ expolit. Hiſtoria narratur in uita Ciceronis apud Plutarchum.

Antu

An tu erat conſul, cum in Palatio, &c.) Amplificat diſputationẽ de Officio conſulis à circumſtantijs, & reipub. incõmoda crimino ſe explicat. Fit autẽ tota oratio erotemate, epanaphora, antitheſi ab abſurdo, cæteriſq; figuris concitatior. Sedebas non extinctor, ſed autor incendij.) Auxeſis abſurdi per epanorthoſin, id eſt, correctionem.

At ne tum quidem emerſiſti lutulente Cæſoni, &c.) Amplificatio ab ijs turbis, quæ obortæ ſunt referente Cn. Pompeio de reuocando Cicerone. Vſus autem eſt metaphora, Emerſiſti, apta rebus uilioribus, referente alicubi Donato. nam Terentius, emergere ex malis dixit. Cum tamen ille, qualiſcunq; eſt, qui eſt ab uno te, &c.) Collatione auget inuidiam Piſonis, quòd Conſul in repub. audaciam inualeſcere, æquitatẽ opprimi ſuſtinuerit: cum tamen propriũ ſemper conſulum habitum iam inde ab Vrbe condita ſit, uidere, ne quid detrimenti reſpub. caperet. Cæterum colligere ſe, paßim Ciceroni is dicitur, qui ex animi perturbatione, qua antea permotus fuerat, in priſtinam alacritatem ſe uindicat. hinc colligere gratiam, optimorũ hominum amicitiam ac beneuolentiam, &c. uenuſtè dicimus. Ad extremum tamen pro Cn. Pompeio uerè uehementerq; pugnauit.) Quum Publius Clodius urbe tota latrocinij uim exercens, Pompeij acta reſcindere conaretur, prouocatus Pompeius cum uniuerſo ſenatu aduerſus Clodianum impetum, de reſtituendo Cicerone referre cœpit. orta igitur funeſta ſeditione, ſaucijs tribunis, colliſis etiam ex ſenatorio ordine multis, Gabinius & potior plebis pars ad Pompeij ſenatuſq; autoritatẽ deſciuit, lætuq; acclamationibus Ciceronis reſtitutionẽ approbauit. autor Plutarchus in uita Ciceronis. Vter eorum pugnaſſet, tanquam laniſta.) Comparatione illuſtrat orationem. Erat ipſe ſceleratus, erat gladiator.) Conceßio, cum repetitione. Tu ſcilicet homo religioſus, & ſanctus, &c.) εἰρωνεία. In pactione prouinciarum.) ſcilicet Macedoniæ, & Siciliæ. Cauerat enim ſibi ille ſororius adulter.) Paßim in orationibus Cicero, etiã lib. Epiſt. 1. Plutarchus quoq;, Publio Clodio cum ſorore ſtupri cõmerciũ fuiſſe ſcribũt. Fracti faſces.) id eſt, oppreſſa ſenatus autoritas. Ecquis audiuit, non modò actionem aliquam, &c.) Clauſula per interrogationẽ inſtandi. Conſulem tu te fuiſſe putas?) Amplificatio à perſona Pompeij, cum exaggeratione oppreſſæ dignitatis.

Qui omnis omnium gentium partes tribus triumphis deuinxerat.) Plutarchus in uita Pompeij ſcribit, Cn. Pompeium primum ex Africa, ſecundum ex Europa, tertium ex Aſia triumphum, quaſi ex uniuerſo orbis ambitu duxiſſe. Eius geſta narrat Plinius in Natural. hiſt. lib. 8. cap. 26. Plinius cap. ultimo de Viris illuſtribus, Cicero in oratione pro L. Manilia, Florus libro tertio, cap. 5. Lucanus lib. Pharſal. 2. An tum eratis conſules, cum quacunq; de re uerbum facere, &c.) Amplificatio à lege, per Pub. Clodium tribunum plebis lata, qua Ciceroni in fugam conuerſo aqua & igni interdictum eſt, edictumq; ne intra quingenta miliaria Italiæ tectis exciperetur. autor Plutarchus.

Quæ lex priuatis hominibus eſſe lex nõ uidebatur.) Auget legis indignitatem, argumento à minori. Nam ſi illam legem non putabatis. &c.) Probatio per dilemma ſiue complexionem, qua utrunq; remouetur. Aſtricta ſcelere.) Aſtringere eſt ſe deuincire. nam aſtringere ſe ſcelere, Cicero in orationibus dicit, pro inquinare. & aſtringere alij ſuã fidem, id eſt promittere. Plautus dixit aſtringere ſe furti, hoc eſt, rem furtiuam occupare. An cum proficiſcebamini paludati in prouincias uel emptas, uel ereptas.) A profectione Piſonis in prouinciam poſt conſulatum amplificat, per comparationem. eſt autem hic locus grauißimæ inſectationis plenus. Tunc etiam immanißimum ac fœdißimum monſtrum auſus es, &c.) Refellit Piſonis maledicta, per inuerſionem Rhetoricã. ſcribit hanc rem amplius Cicero in oratione ad Quirites poſt reditum. Tu luctum Senatus, tu deſideriũ equeſtris ordinis.) Explicat Reipublicæ uulnera Clodianis furijs inuſta, per συναθροισμόν. Qui ſi calamitoſißimus fuiſſet, tamen, &c.) Fictio per conceßionem, ad renouandam inuidiam. Tum uerò fortaſſe hoc quod dicturus ſum, mirabile auditu eſſe uideatur.) παῤῥησία, apta figura conciliandæ fidei atq; autoritati, ſub qua tamen ſæpe latet aſſentatio, ac quædam etiam ingenij iactatio. Atq; ut tuum lætißimũ diem cum triſtißimo meo conferam.) Comparatio, coniecta in locum honeſti. Sed perge porrò.) Continuatio, ſiue frequentatio de ſui reſtitutione, omnibus locis amplificata. Quæ in te dedecoris plena.) Antitheſis. Non, ut tu nuper dicere auſus es.) Correctio per nominis interpretationem, ad refellendam Piſonis obiectionem. Quaſi ſigno dato.) Alludere uidetur ad morem Romani populi, qui in maximis Reipublicæ motibus, duo uexilla ex Capitolio proferebat, quorum altero purpureo pedites, altero cæruleo equites ex agris lociſq; finitimis reuocabantur. Vtitur ſimili locutione in oratione pro Marco Marcello. Præter unum Prætorem.) Appium Claudium ſignificat, fratrem Pub. Clodij. Præterq; duos de lapide emptos Tribunos plebis.) Tribunos plebis intelligit Statilium Serranum, & Qu. Numerium, qui erãt uitæ ac infamiæ turpitudine affecti, & maximis largitionibus corrupti. Habet autem prouerbij ſpeciẽ hæc locutio, quam alij ad præconis lapidem, ad Tarpeiam uerò alij referunt, ex qua nocentes præcipites dabantur. Comitijs Centuriatis.) in quibus populus in centum turmas diuiſus, ex ſexu & ætate ſuffragiũ ferebat. Et quod in honoribus ueſtrorum propinquorum non feciſtis.) A maiori. Confer nunc Epicure noſter.) Alia comparatio, qua ſuum exilium cum Piſonis abſentia confert, qui locus grauißimam criminationem habet. Ex hara producte) Ex hara productum, prouerbiali figura dicimus, referente Eraſmo, ſi quid indoctum ac illiteratum notemus. Obtinuiſti prouinciam conſularem.) Macedoniam. Quas res geßiſti in imperio.) Ab ijs quæ impotenter, cupidè & pernicioſe geſta ſunt à Piſone. eſtq; hic ſubiectio. Nondum cõmemoro rapinas.) Occupatione explicat ſcelera Piſonis. Mox ſi uidebitur.) ἀποδίωξις, id eſt, reiectio. Non cædem hoſpitum.) Maximi ſemper ſceleris fuiſſe ius hoſpitij uiolare, ſatis declarat Homerus. Nunc meam ſpoliatam fortunam.) Propoſitio alterius comparationis, qua Piſonis exiſtimatio ob res turpiter geſtas, uehementer eleuatur. Hic Vulturius.) Vulturium appellari à Cicerone inuidioſo uocabulo puto Piſonem, quaſi rapacem, & fortunæ alienæ appetentem, ſumpta à natura ulturis metaphora. Idem in oratione pro Seſtio, Vulturios uocat Piſonem & Gabinium: Exierunt, inquit, malis ominibus atq; execrationibus duo Vulturij paludati, quibus utinam euenissent ea quæ tum homines precabantur. Si dijs placet.) Ironia. Paule noſter.) Aſconius Pedianus Paulum Africani filium ſignificari putat. Is enim ex Macedonia triumphum retulit. eſtq; & hic ironia. Niſi, inquit.) Sermocinatio. Nihil e-

uim mea refert.) Reiectio per reprehenſionē conſilij Piſonis. Quem delcueras.) Epanaphora, Similiter deſinens, incrementū. Atq; haud ſcio an malim.) Senſus huius orationis eiuſmodi declaratur dilemmate, ſiue argumentatione à remotione. Literæ aut ſunt miſſæ, aut nō ſunt miſſæ. Si miſſæ ſunt, damnatas eas à multis eſſe oportuit. Si non miſſæ, in cauſa fuit, ſcelerū tuorū conſcientia. Eiuſdem igitur ſceleris eſt, aut impeditum te in literis mittendis fuiſſe, aut pudentē in ſupprimendis. Quod ſi nō tuis nefarijs.) Obliquam enumerationē partium per remotionem habet hæc inſtandi interrogatio, ut probet per locum cauſarum, literas non eſſe miſſas. Tu uerò qui ad ſenatum nihil ſcripſeris.) Amplificatio per collationē Gabinij & Piſonis, ad utriuſq; ſcelera deſcribenda. Natus abdomini ſuo.) Is dicitur, qui uoluptatum illecebris irretitus, in omnem libidinum turpitudinē ſe inuoluit. Nam abdomen pinguedo eſt, quæ ab ilijs ac pube ſurſum uerſus ad præcordia tendit. metaphoricôs pro luxuria & libidine uſurpatur. Facit ſanè orationem figuris cōcitatiorem, ad mouendos affectus.

O dij immortales.) Exclamatio indignitatis. Voragines ſcopuliq; reipub.) Metaphoræ, plenæ inuidia. Cum de me ea Senatuſconſulta.) Collatio. An ego, ſi te & Gabinium.) Digreditur in locum cōmunem, & Philoſophorum more diſputat de inſaniæ ac ſcelerum turpitudine, de innocentiæ animiq; uirtute, quæ ſupplicio expugnari non poteſt. Faciunt huc pulchrè, quæ idem Philippica undecima ſcribit: Nam quo, inquit, maior uis eſt animi quàm corporis, hoc ſunt grauiora ea quæ cōcipiuntur animo, quàm illa quæ corpore. Miſerior igitur, qui ſuſcipit in ſe ſcelus, quàm is qui alterius facinus ſubire cogitur. Virtutis uerò uim immenſam ac immortalem his uerbis idem deſcribit in Oratione pro Publio Seſtio: Virtus magnitudoq; animi in tempeſtate quieta eſt, & lucet in tenebris, & pulſa loco manet tamen, atq; hæret in patria, ſplendetq; per ſe ſemper, neq; alienis unquam ſordibus obſoleſcit. Nullum eſt ſupplicium putandum.) Confirmatio per locum cōmunem, quē ampliſſimè Cicero tractat in Tuſculanis quæſt. Atq; hoc quidem etiam iſti tui dicūt, &c.) Locus à pronunciato Epicureorū. Audis in præſepibus.) Præſepes, hoc in loco lupinaria dicuntur. eſtq; repetitio. Sed dicunt ipſi.) Expolitio ſententiæ Epicureorū, quam in Paradoxis, & libris de Finibus bonorum & malorum, deſcribit amplius.

Etiamſi in Phalaridis tauro.) Phalaris Agrigeminorū tyrannus, in tauro æneo à quodam Perillo ædificato, ſontes concremabat, nouo uidelicet ſupplicij exemplo. Tantam uirtutis eſſe uim uoluerunt.) Epiphonema. Quæ eſt igitur pœna?) Subiectio, qua pœnæ uocabulum deſcribit.

Nec mihi ille M. Regulus.) Confirmatio ab exemplis. Hiſtoriam deſcribit in Tuſculanis quæſt. & Paradoxis Cicero, Valerius lib. 1. de Cultu deorū: Tuditanus, Aul. Gellius lib. 6. cap. 27. Nec C. Marius.) De Caio Mario, qui magnis ſæpe rerum motibus rempub. liberauit, atq; ad poſtremum, ut Syllæ uictoris infinitam ſæuitiā deuitaret, mortem ſibi conſciuit. uide Valeriū Max. lib. 1. cap. 5. & Plutarchum in uita Syllæ. Florum lib. 3. cap. 21. Ciceronē in Paradoxis, & lib. 2. Tuſculanarum quæſt. Thyeſtea iſta execratio eſt.) Prouerbij figuram habet. Erat enim Thyeſtes Pelopis filius, maledicentiſſimus poëta, & in execrationibus prorſus inhumanus. Vt ait ille.) Ennium poëtam ſignificat, qui eiuſmodi carmina in fabulam de Thyeſte retulit. ea carmina refert et Cicero lib. Tuſcul. quæſt. 1.

Marcus Marcellus.) Hic Marcellus, referente Aſconio Pediano, quintū Conſul, Syracuſas uicit, extinctus naufragio apud Africam, paulò ante bellum Punicum tertiū. In fortuna quadam.) Epiphonema. Quæ eſt igitur pœna?) Redit ad inſectationem per argumentationē, quam Subiectionem Rhetores uocant. Ecce duos duces in Prouincijs.) Locus attentionis ab indignitate ac nouitate neglecti magiſtratus. Sic fuiſſe infirmatū.) fractum, impeditū, oppreſſum. illuſtris metaphora. Ex qua prouincia modò uir omni dignitate ornatiſſimus.) Ab exemplis. Hiſtoriam deſcribunt præter Plutarchum, Plinius de Viris illuſtribus, cap. 22. Liuius lib. 7. ab Vrbe condita, Aul. Gellius cap. 13. libri noni. Valerius Max. lib. 3. cap. 2. Eutropius lib. 2. cap. 1. Florus primo. Mihi enim, ut conſtitui, ſatis eſt locum indicaſſe, quē diligens quiſq; lector inueſtiget. Ab altero allatæ literæ.) Diſſolutio. Dij immortales.) Exclamatio, qua ſimul pœnam, quam Piſoni & Gabinio imprecatus fuerat, interpretatur uehementi & omnibus figuris illuſtrata oratione, ad cōmouendos affectus. Et genere uerborū.) Nomen Imperatoris olim Prætoribus magnarum laudum titulus fuit: poſtea illis accōmodatum, quorū auſpicijs, parta pace, & imperio aucto, decē aut undecim millia hominū uno prælio cecidiſſent. Sic Metellus, ſic Cicero profligatis apud Amanum Parthis, Imperator eſt appellatus. Quod ideo hic ſubieci, adoleſcentiæ ſtudijs ſeruiens, quia paulò antè Cicero uocauit ironicôs Imperatorem ipſum Piſonem, cuius nulla præclara in rempublicam extant beneficia. Qui uos non oculis fugiat.) Iucundam facit orationem periphraſi & diſſolutione. Hæc ego ſemper de uobis.) Clauſula. Plura enim acciderūt.) Amplificat pœnam, cōmemoratione rerum in prouincijs à Piſone & Gabinio geſtarū. Porrò, optare nouè dixit, pro imprecari. Me tamen fugerat deorum immortaliū.) Locus cōmunis, quem his uerbis explicat Valerius Maximus: Lento gradu, inquit, ad uindictam ſui diuina procedit ira, ſed tarditatem ſupplicij grauitate compenſat. Similis ferè eſt apud Liuium lib. 3. ab Vrbe condita. Nolite enim putare P. C.) Interpretatur illorum factum, mentis inſaniam, deſcribitq; exemplis ſcenicis. Eſt autem in primis uenuſta Quintiliani in hanc rationē ſententia, lib. Inſtitutionum oratoriarum 12. cap. 1. Nihil eſt, inquit, tam occupatum, tam multiforme, tot ac tam uarijs affectibus concisum atq; laceratum, quàm mens mala. Nam cum inſidiatur, ſpe, curis, labore diſtringitur. & iam cum ſceleris compos fuerit, ſolicitudine, pœnitentia, pœnarū omniū expectatione torquetur. Similis eſt apud Ciceronē in oratione pro Milone, item Iuuenalem Satyra 14. Huc pertinet locus Ciceronis in oratione de Aruſpicum reſponſis: A dijs, inquit, immortalibus quæ eſſe pœna maior poteſt furore atq; dementia? niſi fortè in Tragœdijs, quos uulnere ac dolore corporis cruciari ac conſumi uides, grauiores deorum immortalium iras ſubire, quàm illos, qui furentes inducuntur, putas, &c. Mitto.) Occupatio. Dimittendi uerò exercitus.) Erotemate taxat furorem Piſonis. Si familiā tuam dimiſiſſes.) Exaggerat facti turpitudinē, indignitatemq; dimiſſi exercitus, à minore. Ecce tibi alter.) Collatio, qua Gabinij furorem ſignis & rebus turpiter atq; auarè geſtis comprobat. Amplificantur autem omnia epithetis & circumſtantijs. Ad hunc Tuſculanū montem.) Hyperbolicôs inſanas Gabinij ſubſtructiones, ædificationesq; immenſas deſcribit. Regi Aegyptio uendidit.) Ptolomæus Ga-

binuan

binium conſularem uirum in Syriam profectũ, ut trãſportato in Aegyptum exercitu, regnum ſibi reſtitueret, ingentis pecuniæ pollicitatione adegit. Plutarchus in uita Marci Antonij. Quam prouinciam Publ. Lentulus.) Ab exemplo. Interpoſita religione.) Interpoſita religio, ueluti mali ominis metus, prohibebat quicquam noui fieri. Hinc Gellius religioſos dies lib. 4. uocat nefaſtos, & ominis funeſti ſuſpicione infames, quibus uetabatur rem ſacram aut nouam fieri. Sed quoniam fortunarũ contentionem facere, &c.) Tranſitus à fortunarum collatione, ad utriuſq; reditus comparationem. Vt à Brũduſio.) ciuitate Italiæ. Neq; in municipium.) Colonia ſic differt à municipio, quòd illa ex ciuitate aliò traducitur: Municipes aliũde in ciuitatem ueniunt, ſuumq́; ius proprium habẽt: excludebanturq́; à magiſtratibus & ſuffragationib. Neque præfectura.) De præfecturæ origine & dignitate multa commemorantur apud Alexandrum ab Alexand. Genialium dierum libro ſexto, capite uiceſimo. Templa lætari.) Hyperbolicôs omnia auguſtiora illuſtrioraq́; facit. Quod ante me nemini.) Hoc nouũ ac uni Ciceroni contigit, quòd diruta eius domus, incenſa ac conſecrata, ſumptu publico fuerit ædificata, cum tamen multis antè ætatibus (ut ſcribit Aſconius Pedianus) Valerio Maximo, M. Valerio Publicolæ, et Antiochi filio obſidi, Murrhinæ, cæteriſq; de ciuitate bene meritis uiris domum populus Romanus ædificauerit. Habes reditum meum.) Cõmonitio, qua tranſit ad alteram contentionis partem, de reditu Piſonis. Præter os illud priſtinũ tuũ.) Metonymia. Quos tu Mæandros.) ἑρμηνεία, id eſt interpretatio, apta rebus augẽdis, cui ſubijcit antitheſim, ad deſcribendũ fœdiſſimum Piſonis reditum, plenum probri ac infamiæ. O familiæ, non dicam Calphurniæ.) Exclamatio ad augendam indignitatem Piſonis, cuius abiectionem familiæq; depræuationem taxat, correctione rhetorica. Sed quid ego enumero) Correctione ſui pulchrè diſsimulat animum, ex ſingulari Piſonis odio laborantem: & inuidiã uehementius auget. Togulæ lictoribus) Auxeſis inuidiæ, ab habitu. Sic iſte tanto exercitu.) Epilogus paruus. At audiſtis P.C.) Reuellit, atq; exagitat Piſonis uocem, ac Philoſophorum more diſputat de gloriæ ac laudis ſtudio. O ſcelus.) Exclamationib. irrumpit in affectus. Cum extinguebas Senatum.) Amplificat Piſonis ſcelera, per ἑρμηνείαν. Hoc modo Decimus Syllanus.) Confirmatio ab exemplo.

Quod ſi te Senatus populuſq́; Romanus.) Epicherema rhetoricum quinq; partium, in hunc ferè ſenſum contectum: Nemo ſuſcepto bello triumphi honorem deſpicit, niſi prædæ cupiditate ducatur. αἰτία, hoc eſt, ratio additur, ac deinde aſſumptũ ſiue mediũ: Sed Piſo triumphum contempſit. eſtq́; hæc pars amplificata expolitione, more rhetorum. Sequitur poſtremò concluſio: Ergo, &c. Notaui hoc argumentum, ut iuuentus diligenti animi iudicio obſeruet, quàm artificiosè Rhetores ipſam dicendi artem ſæpe diſsimulent, quo facilius in quam uelint ſententiã animiq́; habitum auditores trahant. Nam ut leuitatis eſt.) Ratio ſecunda Epicherematis pars, per locũ communem. Nullum (inquit Cicero in oratione pro Archia poëta) uirtus aliam mercedem laborum periculorũq; deſiderat, præter hanc laudis ac gloriæ. Extant ſimiles ſententiæ in oratione pro Milone, apud Valer. Maximum lib. 7. cap. 15. Cum uerò non modò nõ poſtulante atq; cogente.) Aſſumptum, ſiue medium, quo colligit ac interpretatur, Piſonem in adminiſtranda Macedonia, rebuſq́; ſuſceptis nihil ſpectaſſe, præter prædæ ac rapinarum cæcam cupiditatem. Hanc rem amplius in oratione Poſt reditum in Senatu habita ſic deſcribit, ut ſignificet Gabinio Syriam, Piſoni Macedoniam à Pub. Clodio Tribuno plebis datam eſſe, ut illius furori conſules omnia permitterent, illi manum, copias, illi paratos centuriones compararent, illum ſceleratis concionibus ſubleuarent, Senatus autoritatem irriderent, Equitibus Romanis mortem proſcriptionemq́; minitarentur, ſibi uerò Ciceroni cædem & dimicationem denunciarent. Et paulo pòſt eadem in oratione ſcribit, Piſoni Campano cõſuli à Clodio condonatam eſſe totam Achaiam, Theſſaliam, Bœotiam, Græciam, Macedoniam, omnẽq; Barbariam: Gabinio uerò Syriam, Babylonem, Perſas, integerrimas pacatiſſimaſq; gentes ad diripiendum traditas. Extat inſigne auaritiæ exemplum de Piſone, in eadem oratione. Non eſt integrum Cn. Pompeio.) Expolitio à contrarijs bonorum exemplis, tota ironica. hiſtoriam de Pompeij triumpho antè notauimus. Pub. Seruili.) Hic in bello Piratico Iſaurion oppidum flumine, quo hoſtes aquabantur, auerſo, ad deditionem compulit. Plutarchus in uita Pompeij, Plinius capite ultimo Illuſtrium uirorum, Sextus Ruffus, Valer. Maximus cap. quinto libri octaui, Eutropius cap. primo, libri ſexti. De Curione item multa extant apud Plutarchum uita Pompeij, Cæſarem in Commentarijs, Florum libro quarto capite ſecũdo. De Camillis & Paulo, iam antè diximus. O ſtultos Camillos.) Exclamatio ironica. Iſtorum amborum conſulum.) Ex hoc loco quoq; apparet, orationem hanc eſſe habitam Cn. Pompeio & M. Craſſo ſecundum Coſs. Porrò Põpeij pater bello Italico de Picentibus, Craſſi pater ante bellum Italicum de Hiſpanis triumphauit. Quid ceſſat hic homulus.) Tapinoſis, ad exagitandã Piſonis diſputationem, ab exemplo C. Cæſaris. Fertur ille uir.) ἀσύνδετον, cum diſſolutione. Flagrat.) Metaphoricôs, id eſt ardet. ut uoluptuarij homines graui ubiq; flagrant infamia, hoc eſt, malè audiunt. Flagrare literarũ ſtudio, flagrare infamia, ad Atticum dixit Cicero, pro uehementer inſanire, flagrare deſiderio patris. Incenſam illius cupiditatem.) Superlatio. Reſtinguas.) Metaphora. Volitantem gloriæ cupiditate.) Volitare propriè eſt diſcurrere. hic metaphoricôs dixit pro æſtuare. Geſſit autẽ hoc in loco orationis copia Cicero, ut ferri, flagrare, ardere, incendi, uolitare gloriæ cupiditate: adeoq́; locus uniuerſus in ironicas antitheſes eſt contectus. Dices enim.) Proſopœia, id eſt, ſermocinatio, uenuſtum ſchema, & ad exornandam ſententiam, & ad exprimendam impudentem ac illiberalem Piſonis orationẽ. Vt noſter ille diuinus dixit Epicurus.) De Epicureorũ & Stoicorũ controuerſia, multa ſcribit Auguſtinus libro de Ciuitate Dei octauo, capite primo. & Cicero lib. 3. Tuſculan. quæſtionum. Vertes te ad alteram ſcholam) id eſt, diſputationem. Figura eſt metonymia. Quid tandem habet iſte currus?) Deſcriptio triumphi, quam uide apud Alexandrũ ab Alex. Genial. dierum libro ſexto, capite ſexto. Macedonicam lauream.) Corona triumphantibus antea dabatur ex myrto, referente Maſurio: mox lauro plexa, propterea quòd laurus nullo fulmine afflaretur: poſtremò ex auro. ſed eam ſeruus eodem in curru ſupra triumphantis uerticem tenebat, ut humanæ fragilitatis memoria atque exemplo triumphantis frangeret inſolentiam. Magnam autem

hic locus habet extenuationem Lucij Piſonis, quòd ſe ad omnem honoris abiectionem morumq; deprauationem dimiſerit. Notabit quoque iuuentus inſignem & in primis elegantem dictionem, Ex hac die biduo antè, &c. Ad ærarium) Hunc morem ſeruatum fuiſſe Romanis, refert amplius in Annotationibus in Pandectas Budæus. Quas rationes ſi cognoris.) Piſonis egeſtatem deſertam atq; nobilitatam paupertatem, uoluptatum ſordibus contractam, taxat ſcōmate ac ioco amarulento Legi autē debet [illegible], id eſt, abijt, exceßit, non extat. Verba ſunt Plauti in Trinummo à Cicerone traducta. Hæc tu oratione.) Redit ad inſectationem, & rem exaggerat exclamatione plena indignatis atque reprehenſionis, cum dicit: O tenebræ, ô lutum, &c. Paterni generis.) hoc eſt, familiæ Piſonis Frugi, quæ ornatißima habita ſemper fuit, ut antè notauimus. Neſcio quid.) Diminutio. Mediolanenſi præcone) Comparatione exagitat Piſonis turpitudinem. Præconis enim erat, ad comitia conuocare Quirites. quod quoniam uile atque abiectum habebatur, dari plerunq; ſemper ſolebat libertis, quemadmodum etiam munus apparitorum. L. Craſſus.) Amplificat ab exemplis. L. Craßi nimis potentia, ac quædam maior etiam triumphi cupiditas, quòd illius collegæ Q. Scæuolæ pontifici foret ſuſpecta, impedita eſt ſenatuſconſulto. Quòd uerò dicat, Spiculis propè ſcrutatus eſt Alpes: ſignificat, quantum ille laboris ac ſtudij impenderit rebus præclarè gerendis, ſpe maximè triumphi, cuius honorem abijcere uidebatur ac ſpernere Piſo. Eadem cupiditate.) C. Cotta inſignis orator, ante triumphi diem ex reſciſſa cicatrice mortuus eſt, autore Aſconio Pediano. M. Piſo uerò orator, de Hiſpanis triumphauit. Tu eruditior.) Concluſio epicherematos, per ironiam. Iam uides.) Epilogus prioris diſputationis, cum enumeratione, quæ tranſit ad priuata & domeſtica Piſonis uitia, quibus omnium in ſe ciuium odium concitauit. Age ſenatus odit te.) A ſignis & cauſis, tanquam inductione uſus Rhetorica colligit, quanto odio omnium penè ordinum laboret Piſo. Obſeruabit autem iuuentus, quanta orationis copia ac diuina quadam ubertate rem uniuerſam illuſtret Cicero. Senatus, inquit, odit te, Equites Romani uidere non poſſunt, plebs perditū cupit, Italia execratur. Multum iuuabit, hæc diligenti animi iudicio ad imitationem Latinæ linguæ obſeruari à iuuentute, quæ plurimum ſtudij atq; induſtriæ impendere eloquentiæ ſtudijs debet. Inſtant poſt hominum.) In his Pompeius primus omnium elephantorum pugnam in circo dedit, cantabatq; in Pompeianis theatris Romæ recentes illius uictorias, Ponticos & Armenios triumphos, Q. Metello & L. Affranio Conſulibus: ut ſcribunt Plutarchus, Aſconius, L. Florus lib. 4. cap. 2. Sed nimia hæc illius laudatio atque potentia, cuius ferè comes eſt inuidia, magnā illi apud plebem excitauit indignationem. Sibilum metuis?) Argumentatio per ſubiectionem, apta refutandis aduerſariorū hypophoris. Dolor enim eſt malum.) Sententia Epicureorum, quam amplius Cicero in Tuſcul. quæſtionib. explicat. Iam quod uerbis.) Expolitio per συναθροισμὸν, ſiue congeriem. Comptoribus.) Legi debet, compotoribus. Luxuriam.) Amplificatio ab abſurdo, & domeſticis ſordibus. Oculorum & aurium uoluptati.) id eſt, ſcenicis ſpectaculis. Toreuma.) Toreumatis nomine, quicquid artis elegantia exculptum eſt, comprehendimus. à τορεύω, id eſt ſculpo. Conchylijs aut piſcibus.) Plinius lib. Natural. hiſt. 9 cap. 54 ſcribit nō aliunde maiorē luxuriam, quàm ex concharū genere petitam fuiſſe: eoq; cenſorijs legibus, autore ac principe M. Scauro fuiſſe cautū, ut ſicut glires, ita conchylia cœnis adimerentur. Idem hoc ſcribit lib. 8. cap. 57. Vbi galli cantum.) Scōmma cum uehementi inſectatione. Dicet aliquis.) Procatalepticôs exponit Piſonis inſtitutionem. Magnam laudandi aut uituperandi materiam præbet locus ab educatione, ut pulchrè tradunt Rhetores. quando fieri plerunq; ſemper ſolet, ut ad naturam moresq; eorum deducamur, quorum præceptis ac monitis imbuimur. quā rem in argumentū pulchrè quoq; Cicero trahit, in oratione pro M. Celio. Eſt quidam Græcus.) Philodemū philoſophum Epicureum ſignificari putat Aſconius Pedianus, cuius obſcœna admodū fuerunt carmina. Cum hac dijs irata fronte.) Metonymia, cum acerba execratione. Non apud indoctos.) Præcaſtigatio à nouo orationis genere, diuerſo propemodū ab hoc genere epidictico. Rectè an ſecus.) Apodioxis. Audiſtis profectò dici.) Expolitio ſententiæ Epicureorum. Expiſcatus.) Metaphora. Adhinnijt.) Onomatopœia. Claudus pilam.) In eos cōuenire Eraſmus ſcribit, qui quicquid à præceptoribus acceperunt, ſiue id doctum ſiue indoctū ſit, nullo animi iudicio ſequi ac tenere ſolēt. Quid multa?) Interfatio. Eſt autē hic.) Deſcriptio Philodemi Græci philoſophi. Vt poëtam.) Contemptio, quando poëtis leuitatem ac furorem quoq; attribuit Plato. Deuenit.) Epanorthoſis, ſiue correctio. Deuenire enim eſt, deſcendere, et ueluti dilabi. Sic Cicero ſe dicit conſulatu in mediū omniū rerum certamen deueniſſe, atq; diſcrimen. Sic dicimus: In eam fortunam deueni, ut quod ſors ferat, neceſſariò mihi ſit ferendum. Incidere eſt, temerè ruere: ut Incidere in morbum, amicitiam, ſuſpicionem. Quo tam ſapiens.) Metonymia. eſtq; argumentū à maiore. Qui ſi fuiſſet.) Reprehendit philoſophi inſtitutum, à deſcriptione philoſophiæ, tanquam per locum coniugatorū. ut ſi philoſophia eſt uirtutis ac bene uiuendi diſciplina, &c. debet certè philoſophus à nullo uirtutis ac bene uiuendi officio declinare. Idem Cicero in Tuſcul. quæſtionibus, philoſophiā definit uitæ dominam, uirtutis indagatricē, expultricemq; uitiorum. Quæ quidem laudatio.) Redit ad inuectiuā Piſonis, per anthypophoram. Cedant arma togæ.) Dialogiſmus eſt. Magnam Ciceroni inuidiam conflauit, ut Plutarch. quoq; refert, huius carminis iactatio. Nam & Clodius Ciceroni frequenter obijcit, quòd glorioſius de ſe prædicet, quòd ſe Iouem, quòd Mineruam ſuam ſororē eſſe iactet. cuius tamen obiectionis indignitatem Cicero in oratione pro Domo ſua ad pontifices refutans: Ego, inquit, cum mihi largitiones, libidines obijciuntur, reſpondere ſoleo, meis conſilijs patriam conſeruatā. Non tam ſum exiſtimandus de geſtis rebus gloriari, quàm de obiectis nō confiteri. quod idem Quintilianus alicubi de Cicerone ſcribit, quo magis illum bonū uirum eſſe probet. Et Antonius huius carminis inuidia conatus eſt Ciceronē obruere, ut uidere licet in Philippica ſecunda & tertia. Fluctus illos excitauit.) Elegans inprimis metaphora. Quàm uarijs autem fortunæ fluctibus iactatus ſit Cicero, apparet maximè ex præfatione illius in libros de Oratore, & oratione ad Quirites habita antequam iret in exilium. At hoc nuſquam.) Anthypophora: cuius amplius argumentū habes in oratione ad Quirites antequam iret in exilium. Veruntamen.) Interpretatur carmen ſuū, ad diluendam ob-

iectam criminationem Piſonis. At in illo altero, inquit, hæres.) Refutatio per inuerſionem Rhetoricam, ſiue [illegible] Atq; iſta ratione.) Translatione rhetorica regerit obiectæ inuidiæ criminationem in Piſonem & Clodianos. Plutarchus ſanè in uita Ciceronis cauſas offenſionis cõmemorat, ob quas Cicero oppreſſus à Cæſare, proditus à Pompeio, neglectus à Craſſo, infelicem miſerrimi hominis caſum ſubire conatus fuerit. Pernicies quæſita.) Eiuſmodi locutionum cùm proprietatem, tum elegantiã, ſumma cum diligentia obſeruabit iuuentus. cuiuſmodi quoq; eſt, periculum creare, peſtem adferre, accuſationẽ & crimen facere, litem capitalem inferre. Alioqui ſi nihil præter orationis intellectionem quæratur, ut ferè hodie fit in ſcholis, parua erit eius lectionis utilitas? Omitto.) Occupatio. Sed ſit offenſus.) Conceßio rhetorica. Sic in 4. Aeneid. Eſto ægram nulli quondam flexere mariti, &c. Placidó ne etiã pugnabis amori? Quod ſi eſt.) Fictio argumenti à minori. Tu quidem tu.) Conduplicatio, qua Piſonem grauißimæ inuidiæ offert. Iam paulò antè dixiſti.) Probatio à pronunciato. Me Cn. Pompeius.) Explicat cauſas, quibus Pompeius ad inimicitiã impulſus fuerit. Stare ſuo iudicio.) Venuſta locutio. Ad Atticum dixit, Stare animis: id eſt, animi magnitudinem retinere. Stare conditione, ſtare ſententia, quod eſt, in eadem uoluntate permanere. Nónne ad te.) Probatio ab exemplis. hiſtoria paßim in ſcriptis Ciceronis, Plutarchi, & aliorũ refertur, neq; eſt obſcura. Ecquid infelix.) Repetit in inuidiam Piſonis reſponſum. Ego C. Cæſarem.) Locus coniecturalis de ſua in Cæſarem uoluntate, ad repellendam obiectionis inuidiam. hiſtoriam antè notauimus. Sed prætereita.) Prudens eorum reiectio, quorum cõmemoratio habere nonnihil offenſionis uidebatur. eoq; totus hic locus leuiter à Cicerone attingitur, quaſi magnus ille & longo rerum ciuilium uſu exercitus orator, magis motam ſuſpicionem reijciat, quàm ut confutet. Scribit in eam rationẽ pulchrè alicubi Fabius Quintilianus, monens ne in earum rerum commemoratione, quæ audientium animis eſſe poſſunt ſuſpectæ, diu inſiſtamus, &c. Me ut Cn. Pompeius.) Signis probat Pompeij amicam in ſe uoluntatem.

Iam uides.) Epilogus, quem ornatiorem facit locis communibus, quatenus ſuſcipiendæ ſint inimicitiæ. In oratione pro C. Rabirio Poſthumo: Mortales, inquit, nos inimicitias, immortales uerò amicitias habere oportet. Quam ſententiam utinam omnes in animo haberemus, ac nõ tam hoſtilibus animis nos diuexaremus. Sed eſt neſcio quæ, ut Cicero dicit in oratione pro L. Cornelio Balbo, ſeculi huius labes, & quædam ueluti maculæ, uirtuti inuidere, uelle ipſum florẽ dignitatis infringere. Equidẽ dicã.) [illegible], dicendi libertas, quæ fidem ſibi de ſua in Cæſarẽ uoluntate, rebusq; illius geſtis dicturo conciliat: etiamſi ſub hac figura ſæpe lateat aſſentatio. Porrò de rebus à Cæſare geſtis, quia multæ ac magnæ ſunt, & extolluntur à Cicerone in oratione pro M. Marcello, poterit lector uidere Plinium lib. 7. Natural. hiſtor. Plutarchum, Appianum, & Cæſarem in ſuis Commentarijs. Sed cum me expetat.) Expetimus ferè honeſta, etiamſi Cicero pœnas expetere dixerit: ſed eum diligimus, quem amore & perpetuo quodã iudicio cõplectimur. Refricabis.) Metaphoricôs, id eſt, renouabis. hinc refricare uulnus & obductam cicatricem ſimili figura dicimus, pro renouare dolorẽ. ſed & refricare memoriam dicimus. Nec deſero.) Metum adfert Piſoni, eumq; uehementi inſectatione exagitat. An uerò tu parum.) Amplificatio à formis uitiorum, per [illegible], ad augendam Piſonis inuidiam atq; odium. Recenſet autem primum inſignia crudelitatis exempla, cum graui criminatione, plena conuicij ac uituperationis. Addixeras.) Addicere, uerbum eſt auctionibus accommodatum. hoc in loco ſignificat, ciuis ueluti damnati ſanguinẽ ſub haſta uendere. Et addicere fidem religionemq; precio, eſt pecuniam ob rem iudicandam accipere. Quem ne maiorum quidem more.) Amplificatio crudelis impietatis, à modo, quem [illegible] Græci appellant. Facti enim qualitas pœnas ac ſupplicium diſtinguit. in quam ſententiam pulchrè ſcribit Claudianus in l. aut facta. per. qualitate. ff. de pœnis. Pleuratus.) [illegible] cõmiſerationis ac indignitatis à ſenectute, cuius imbecillitas uenerationem meretur. Exemplum adfert Macrobius lib. Saturnal. 4. cap. 3. ex Vergilio: Daunimiſerere ſenectæ, Ducitur infelix æuo confectus Aletes, &c. Rabocentum.) [illegible] à fortuna. Vergil. Tot quondam populis terriſq; ſuperbum Regnatorem Aſiæ, etc. Denſeletis.) Bellum primum Romano populo cum Macedonibus propter fœdera Philippi regis, cum Hannibale crudeliſſimum fuit, Leuino Coſ. Secundum, cum Perſe Philippi filio, Coſ. Marcio Philippo. Tertium, cum Andriſco, qui Pſeudophilippus eſt appellatus, prætore Iuuencio, quẽ cum legione amiſſum reſtituit cõſul Metellus. autores ſunt Tit. Liuius lib. 4. & 5. Florus lib. 2. Euſebius li. 4. cap. 3. Valer. Maximus lib. 7. cap. 5. Esq; cum fideliſſimis ſocijs.) Antitheſi indignitatem auget. Vectigalia.) Explicat Reipublicæ pericula, à Piſone inuecta. A te Iouis Velſuri.) Multis cognominibus appellatur Iuppiter, ut Pulucrius, Abretanus, Prodigialis, Prædator, Xenius, Pluuius, Latialis, Stator, &c. Qui cum uno.) Epilogus cum enumeratione. Cognoſcis.) Tranſitio ad auaritiã Piſonis. Apollonia.) Ciuitas Epiri Corinthiorum, hodie Valona Straboni dicitur. eſt & alia inter inſulas Thraciæ, cis Iſtrum amnem. Honorarij.) à definitione. uide Alciatum in l. Inter domum. ff. de Verborum & rerum ſignifi. Budæum in Pandectas. Quid ego rerum capitaliũ.) [illegible] amplificat Piſonis ſcelera, auariciæ, crudelitatis, libidinum. Populari ſacerdoti.) Pub. Clodium dicit, qui pontificis & ſacerdotis domũ ac templũ inceſtu polluit. meminit huius in oratione pro Milone, item de Aruſpicum reſponſis, & paßim. Mitto aurum coronariũ.) Occupatione Rhetorica multiplicia Piſonis ſcelera enumerat, ac priuata quædam illius facta plena improbitatis atq; perfidiæ recenſet. Deuorare.) pecuniã, laboris moleſtiam, hominum ſtultitiam, pulchræ locutiones. ſic enim dicimus, Optimarum artium ſtudioſo uiro omnes uitæ, laborum, hominumq; moleſtias eſſe deuorandas. Euomere.) Simili metaphora eleganter dixit, pro expenſum ferre, & reſcribere, rependere. Eſt autẽ euomere iram, euomere acerbitatis uirus in aliquẽ, ſtomachari. quale illud: Orationem impuriſsimo ore in aliquem euomere. Lege Iulia.) ſcilicet repetundarum. lata primùm à L. Piſone Frugi, in eos qui ærarium uel prouinciarum pecunias aut dona depeculati ſunt. Aetolia.) Topographia Aetoliæ, Græcæ regionis, in tertio ſinu Europæ. O pœna.) Exclamatio, in quam affectibus implicatus irrumpit, augendæ inuidiæ cauſa. Arſinoam.) Vrbs in Cyrenaica regione. Vt ipſe dixiſti.) Locus pronunciati. Quibus autem hoſtib.) Subiectio rhetorica. Aras & focos.) Pathos indignitatis & miſericor-

miſericordiæ à fortuna. Atq; ut duorum.) *Amplificatio per comparationẽ Albutij & Piſonis, qua deformem, ignobilem, abiectum, & infamem Piſonis reditum deſcribit. augit autem inuidiam antubeſi.* Quæ cum ita ſint.) *Epilogus generalis, cum partium enumeratione & affectibus.* Niſi reipub. tempus.) *Metum addit ab animaduerſione iudicum.* Lege iudiciaria lata.) *Hæc lege ab Aurelio Cotta promulgata, iudicia ſenatui, equitibus Romanis, et tribunis ærarijs communicabantur: eam rurſus, ut ſcribit Aſconius Pedianus. Pompeius quo tempore hæc oratio habebatur, tulit, ut ampliſſimo ex cenſu atque centurijs, ex iiſdem quadem ordinibus, aliter tamen atq; antea electi iudices, res iudicarent.* Iudices iudicabunt.) *Epexegeſis, & quædam prioris ſenſus interpretatio.* Equidẽ.) *Anacephalæoſis, qua per capita tanquã quæ in oratione ſparſa ſunt, repetit.* L. Opimius.) *Hiſtoriam ſcribunt Plutarchus in uita Gracchorum, Liuius lib. 6. Appianus libro Bellorum ciuil. cap. 1. Aulus Gellius lib. 11. cap. 13. Oroſius lib. 5. cap. 12.* Non in eo.) *Aetiologia, priori ſenſui ſubiecta.* At contra his Catilina.) *A contrarijs exemplis Catilinæ, & P. Clodij.* Quinq; & ſeptuaginta.) *id eſt, omnes te iudices ſuis damnent ſententijs.* Omnes memoriam.) *Amplificatio per diſtributionẽ, ad explicandas publicas omnium offenſiones.* Achaia exhauſta.) *Exuperans dicendi uis & copia.* Ad horum omniũ.) *Enumeratio priuatarũ ſordium, quibus implicatus Piſo, in omnẽ animi deprauationem ac turpitudinem ſe abiecit.* Qui ſi nihil.) *Dilemmate urget Piſonis humilitatẽ.* An tu mihi.) *Conuellit Piſonis excuſationem. eſt autem hic locus cõmunis, quem Cicero refert in oratione pro C. Rabirio Poſthumo habita, ſtatim in ipſo orationis exordio. Quanquam, inquit, hoc plerũq; facimus, ut conſilia euentis ponderemus, & cui bene quid proceſſerit, multum illum prouidiſſe: cui ſecus, nihil ſenſiſſe dicamus.* Supplicium legis ac iudicij.) *Locum hunc exemplis antea confirmauit. Et ſanè lubrica eſt iudicij ratio, quo maior certè iuſti ac æqui ratio habenda eſt eis, qui ad rerum ciuilium adminiſtrationem accedũt. Extant de hac re inſigniores aliquot loci apud Iureconſultos in l. reſpiciendum. ff. de pœnis. in l. rem non nouam. C. de Iudicijs. in c. ſtatutũ. parag. inſuper. de reſcript. lib. 6. c. 2. de ſenten. & re iud. c. noui, extra de iudicijs.* Sed abiectum, contemptum.) *Hæc ſunt cõſcientiæ malæ ac leſæ ſupplicia ſiue tormenta.* Quare.) *Cõcluſio.*

IOACHIMI CAMERARII IN orationem contra Piſonem annot.

Hic in fraudem homines imp.) *Veneti, in errorem: quorum utrum de altero fluxerit, dictu difficile.* Vos rogatores, uos diſtributores, uos cuſtodes fuiſſe tabularũ.) *Veneti: Vos rogatores, uos diribitores. Et legendũ ita putant pleriq;, in oratione habita in ſenatu poſt reditũ: Tot rogatores, diribitores, cuſtodesq; uidiſtis? Nam tutores, quod aliqui maluerunt, quid eſſe hoc loco poſſit?*

IN M. T. CICERONIS PHILIPPICAS, FRANCISCI Maturantij Peruſini præfatio.

QVantum Demoſthem cõſummato apud Græcos oratori tribuerit Cicero, uel hinc manifeſtè poteſt colligi, quòd quas in M. Antonium ſcripſit orationes, in quibus Demoſthenem imitari præcipuè nititur, qui aliquot orationibus eſt in Philippum Macedonũ regem Alexandri patrem inuectus, Philippicas appellauit. Eas tamen ex ueteribus complures, & in primis A. Gellius Antonianas nonnunquam ſuo nomine uocauerunt: & Demoſthenem quidem, ad Brutũ ſcribens, multa & in dicendo perficere, ſe conari multa: poſſe illũ, uelle ſe, dicit. Exitij hæ orationes Ciceroni cauſa fuere, dicente etiam Satyrico poëta:

O fortunatam natam me Conſule Romam:
Antoni gladios potuit contemnere, ſi ſic
Omnia dixiſſet. ridenda poëmata malo,
Quàm te conſpicuæ diuina Philippica famæ,
Volueris à prima quæ proxima.

Cum enim Triumuiratũ inuaſiſſent Octauius, Antonius, Lepidus, & atrociſſimã illam proſcriptionis tabulã Syllæ proponerent exemplo, ante omnes Ciceronẽ ad necem poſtulauit Antonius: qui ea lege conceſſus eſt, ut L. Cæſarem auunculũ ſuum ipſe concederet. Habitæ ſunt orationes hæ à Cicerone partim in ſenatu, partim ad populũ poſt Iuliũ Cæſarẽ quatuor et XX. uulneribus Idib. Martijs cõfoſſum. Et hanc quidem primã Calendis Septembris Dolabella altero ex cõſulibus audiente, magna libertate, admirantibus cunctis, nec minore dixit facundia. Cuius argumentũ huiuſmodi eſt. Cæſare trucidato, M. Antonio & Dolabella Coſſ. etſi primò collaudati à multitudine interfectores eius, tamen inconſtantiam & opes amicorũ Cæſaris ac fraudes ueriti Brutus & Caſſius, Capitoliũ occuparunt. Idcirco timens Antonius, conſulatus abiectis inſignibus, & mutata ueſte delituit. Verùm quando neminem illos nocere accepit, tutaq; eſſe omnia, prodijt è latebris. Senatus in Telluris æde habitus eſt. Multa pro concordia facta ſunt uerba. Cicero illico princeps in illo ordine apparuit. Cum recuperata libertas uideretur eſſe, pacem inter amicos, & interfectores Cæſaris qui Capitolium occupauerant, ſuaſit: diſcordiarum memoriam ſempiterna obliuione delendam cenſuit. Brutus & Caſſius lætis omnibus è Capitolio uocati, non prius tamen deſcendêre, quàm Antonius & Lepidus uterq; filium ſuum obſides pro illis in Capitolium mitterent. Et C. quidem Caſſium cœnæ die illo Antonius, Lepidus Brutum adhibuit. Poſtridie uerò eius diei, cum de obliuione diſcordiarũ, de prouincijs diuidundis Antonius retuliſſet, ſummo ſtudio ei ſenatus aſſenſus eſt, etiam ut Cæſaris acta rata manerent. Magnã tunc omniũ iudicio laudẽ eſt Antonius conſecutus, quòd inteſtinũ ſua prudentia ſuſtuliſſet bellũ, & recto cõſilio ac ciuili animo uſus fuiſſet. Sed mutata mox eius uoluntas eſt, resq; ad ſeruitutẽ rurſus et cladẽ ſpectare cœpit. Quare offerenti legationẽ Dolabellæ, qui procõſul in Syriã proficiſcebatur, aſſenſus eſt Cicero: & ſecutus quidẽ illũ fuiſſet, niſi Panſa & Hircius deſignati Coſſ. et calendis Ianuarij conſulatũ inituri, retinuiſſent, rogantes ne imitatores ac diſcipulos ſuos deſereret, ope ac conſilio eius Antoniũ anno conſulatus ſui penitus euerſuros pollicentes ſed haud multò pòſt Brutus & Caſſius cõcitata in ſe & ab amicis Cæſaris et ab Antonio multitudinis furori, & ueteranis quos timebant pluri mion, ceſſere, Antiũ profecti, illicq; ſe continẽtes: neq; in urbẽ quanquã licebat per Antoniũ, redire uoluerũt. Quare cũ omnib. & ſibi præcipuè, quòd amicus interfectorum Cæſaris habebatur, formidoloſus eſſet Antonius, ægreq; illius ferret impotentiã, abeũdũ omnino Cic ſtatuit, ea ſpe, eoq; cõſilio, ut Athenas nauigaret, toto reliquo tempore

Antonij

Antonij conſulatus illic futurus, & tunc demũ rediturus, cum Panſa & Hircius conſulatũ iniiſſent. Profectus itaq; eſt: & in Siciliã delatus, cum traijcere in Graeciam uellet, uento ad Leucopetrã (promontoriũ id Calabriae eſt) relatus fuit, ubi reuertendi in urbem nouũ cepit conſiliũ, cum mutatã Antonij uoluntatẽ intellexiſſet, & repudiatis malis ſuaſoribus, ſeſe ad ſenatus autoritatẽ totũ cõtuliſſe. Sed reuerſus properè in urbem nihilo meliora offendit q̃ proficiſcens reliquerat, imò apertè iam tyrannidem affectabat Antonius. armatos milites inter ſubſellia collocabat, quoties in ſenatũ ueniebat, omniaq; uenalia habebat. cui magnam Ciceronis reditus attulit ſuſpicionẽ. Cumq; poſtridie eius diei quo redijt Cicero, ſenatus haberetur, & adeſſe recuſaret Cicero, uel quia feſſus è uia, uel quòd indicio quodam paratas ſibi comperiſſet inſidias, iturum ſe cum fabris, & Ciceronis domum demoliturum, audiente ſenatu minatus eſt: miſitq; milites, qui aut illum ducerent, aut ſi uenire recuſaret, pignora ſaltem caperent. Id quidem ab illis factum eſt. quod pro ſua dignitate tulit Cicero iniquiſsimè: ueniensq; poſtridie in ſenatum, cum profectionis ſuae & reuerſionis, ne quis fortaſſe miraretur, cauſas explicuiſſet, de M. Antonij iniuria queſtus eſt: de repub. uerò ita liberè & magno animo locutus, ut admirati ſint omnes uehemẽtiſsimè. Quicquid in repub. à cal. Mart. ad eam diẽ, quae erat calendae Septembris acciderat, diſſeruit. Mutationẽ Antonij uoluntatis pluribus arguit. Quae eius eſſet ſententia de tota repub. audacter, & de ſuo periculo nihil ueritus aperuit. Qua oratione iritatus Antonius inimicitias Ciceroni denunciauit: qua denunciatione tantum abfuit ut deterritus quicquã ſit, aut urbe ceſſerit, ut multo etiã audacior quàm prius factus, illius, q̃uis inſolentiſsimi & impotentiſsimi minas ultrò pro utilitate reipub. iritare uiſus ſit. Poſtea xiij. calendas Octob. cũ maxima armatorũ caterua ueniſſet in ſenatũ ſtipatus Antonius, & longa oratione, quã pluribus meditatus fuerat diebus, in Ciceronem eſſet inuectus: ideo nõ affuit Cicero, eum mirũ in modũ cuperet, quòd amici qui ad manifeſtum cognoſcebãt interitũ proficiſci, retinuere. Erant enim longè potentiora Antonij arma. Hinc ſummis uterq; uiribus ad opes augendas cõuerſus eſt. Et Antonius quidem undiq; cõparabat auxilia: Cicero C. Octauiũ, qui poſtea Caeſar Auguſtus cognominatus eſt, ad quẽ propter Caeſaris auunculi eius nomen, et quòd haeres relictus erat, ueterani milites confluebant, ſibi adiunxit. Neq; difficile id ſanè fuit, cum & haereditate & magna pecunia fraudatus, magniſq; ab Antonio cõtumelijs eſſet affectus. Huc accedebant aliae cauſae complures, & in primis paterna quaedam amicitia. Hac re ita Ciceronis factio ſuperior facta eſt, ita Ciceronis autoritate atq; opibus auctus & ſublatus eſt Octauius, ut territus tandem Antonius urbẽ reliquerit, & patriae hoſtis iudicatus à ſenatu ſit. In hac ergo Philippica & quare ab urbe diſceſſerit, & quãobrem redierit, prius docet: deinde de iniuria Antonij queritur, cuius carpit impotentiã, ſtudiũ ſuum & operam omnẽ reipub. pollicens. In deliberatiuo uerò cauſae genere uerſari haec oratio principaliter uidetur. Cõtinet enim primũ conſiliorũ quae Cicero habuit & in proficiſcendo & in redeundo, expoſitionẽ: & quae ſit eius de repub. ſententia ac uoluntas. Incidit quidem demonſtratiuũ genus, cum pluribus accuſatur Antonius. Rhetoricè aũt priuſquã de repub. dicat, purgat obiecta, & quae auditorib. poſſent ſuſpicionẽ facere, quò illis utatur aequiorib. & eſt beneuolentiae captatio. Fecit idem in orat. pro Milone. idẽ et Ilioneus praeſtat apud Verg. in ea quã ad Didonẽ habet oratione. ſtatim enim poſt breuiſſimũ exordiũ purgat obſtantia.

GEORGII TRAPEZVNTII IN primam Philippicam

ARGVMENTVM.

CVm Brutus & Caſsius interfectores Caeſaris, concitatae plebis furori ceſsiſſent, & ueteranos Caeſaris timentes (quanq̃ per Antonium liceret) in urbem Antio, ubi exulabant, redire nollent, eſſetq; omnibus & maximè bonis formidoloſus Antonius, Cicero quoq; ex urbe ſibi diſcedendum putauit, quòd & interfectorũ Caeſaris amicus habebatur, & Antonij ſuperbiam & impotentiam ferre nõ poterat. Dolabellae qui in Syria conſulatũ gerebat, legationem ei deferenti, primũ quidẽ aſſenſus eſt: deinde cum Hircius & Panſa Coſs. deſignati rogaſſent ne ſe imitatores ac diſcipulos deſerere uellet, ſeq; anno conſulatus ſui, conſilio atq; ope eius, ſi adeſſet, euerſuros ac planè eiecturos Antonium pollicerentur, legationẽ Dolabellae renuit: ſeq; ea ſpe & conſilio Athenas contulit, ut ſimul ac illi conſulatum iniſſent, ipſe Romam reuerteretur: interea dum Antonius conſulatũ gereret, Athenis toto aeſtatis tempore futurus. Profectus igitur Cicero, anteq̃ in Graeciã traiecisſet, nuncijs allatis de uoluntate Antonij cõmutata, Romã redijt. Cumq; Antonius poſtridie ſenatũ habuiſſet, nõ uenit, quòd ex indicio quodã inſidias timeret. id aegrè ferens Antonius, milites ſtatim miſit, qui aut illum in ſenatũ adducerent, aut domũ eius incenderent. Verũ nonnullorũ precibus adductus, acceptis pignoribus contentus fuit. atq; ita nõ ſine ſuſpicione Romae erant, ut alterius alter inſidias uitarẽt, donec Octauius, quem C. Caeſar heredem reliquerat, Romam reuertit: quem Cicero inimicitijs atq; odio Antonij compulſus, ſua autoritate atq; opibus adeò auxit atq; extulit, ut Antonius metu Romam relinquere cogeretur, & hoſtis à ſenatu iudicaretur.

PHILIPPI BEROALDI COMPENdiariae in Philippicas M. T. Ciceronis annotationes.

DEmoſthenes Oratorũ Graecorũ longè princeps, ac penè lex orandi, orationes luculentas in Philippũ Macedonũ regem cõdidit, quas ob id Philippicas uocauit, omnibus oratorijs uirtutibus eminentes. In quibus nõ tam utilitati Athenienſiũ (quae pleriſq; Rhetoricis doctoribus materiae deliberatiuae eſt finis) q̃ honeſtati conſulit & gloriae. M. Tullius cum ſe totũ ad imitationẽ Graecorũ contuliſſet, maximè Demoſthenẽ eſt aemulatus. Illũ habet archetypon exemplar: illũ cum primis admiratur, cumq; omni praeconio laudis extollit. Cuius nomini ac penè numini tantum tribuit, ut orationes in M. Antoniũ Triumuirũ ſtilo bellatorio fulminantes, Philippicas appellauerit: quae & Antonianae nominantur. In quibus non minus clarũ quàm in forenſibus orationibus eloquẽtiae lumen effulget. A declamatoribus inter ſcholaſticas cõtrouerſias haec maximè ſuaſoria celebrata eſt. Deliberat Cicero an promittente ſalutem Antonio Philippicas cõburat. omnes pro libris Ciceronis ſoliciti fuerunt. Eam ſuaſoriae partẽ declamantes, quae conſiliũ dat, omnia illi potius ſubeũda ſupplicia, q̃ monumenta ingenij ſui ipſum exurere. Apud Quintilianum reperio alterã quoq; huiuſce ſuaſoriae partẽ fuiſſe tractatã.

Sic enim ſcribit: Quare & cum Ciceroni dabimus conſilium ut Antonium roget, uel etiã ut Philippicas, ita uitam pollicẽte eo, exurat: nõ cupiditatẽ lucis allegabimus (hæc enim ſi ualet in animo eius, tacentibus quoq; nobis ualet) ſed ut ſe reipub. ſeruet, hortabimur. hac illi opus eſt occaſione, ne eum taliũ precũ pudeat. Ceſtij Declamatoris elogium illud eſt de Cicerone, dignũ ſcitu, nec indignũ memoratu, quod ſic inquit: Si ad deſideriũ populi reſpicis Cicero, quando perieris, parũ uixiſti: Si ad res geſtas, ſatis uixiſti: Si ad iniurias fortunæ, & præſentẽ reipub ſtatũ, nimiũ diu uixiſti: Si ad memoriam operũ tuorũ, ſemper uicturus es. Dixit idem Seſtius: Nunquid opinio me fefellit? Intellexit Antonius ſaluis eloquentiæ monumẽtis nõ poſſe Ciceronem mori. ad pactionẽ uocaris, qua pactione melior in te pars tui petitur. Si occiditur Cicero, iacebit inter Pompeiũ patrem filiumq́;, & Afraniũ Petreiumq́;, Q. Catulũ, M. Antoniũ illum indignũ hoc ſucceſſore generis. Si ſeruatur, uiuet inter Ventidios & Caphones & Saxas. Ita dubium eſt an ſatius ſit cum illis iacere, an cum his uiuere. Aſſere te potius libertati, & unũ crimen inimico adijce: fac Antonium moriendo nocentiorẽ. Ab altero quoq; Declamatore diſertiſsimo Aurelio Fuſco decenter dictũ eſt: Quoad humanũ ingenium incolume manſerit, quandiu ſuis literis honor, ſuum eloquentiæ precium erit, quandiu rerum natura aut forma ſteterit, aut memoria durauerit, admirabile poſteris uigebit ingenium: & uno proſcriptus ſeculo, proſcribet Antonium omnibus. Crede mihi, uiliſsima pars tui eſt, quæ tibi uel eripi uel donari poteſt. Ille uerus eſt Cicero, quem proſcribi Antonius non putat, niſi à Cicerone poſſe. Non ille tibi remittit proſcriptionẽ, ſed tolli deſiderat ſuam. Si fidem deceperit Antonius, morieris: ſi præſtiterit, ſeruies. quod ad me attinet, fallere malo. Per te M. Tulli, & tres & ſexaginta annos pulchrè actos, per ſalutarẽ reipub. conſulatũ, per æternã, ſi pateris, ingenij tui memoriam, oro & obteſtor, ne moriaris confeſſus quòd nolueris mori. M. Cicero ſanguinaria illa Triumuirali proſcriptione proſcriptus, ſub aduentum triumuirorũ cedens urbe, primò in Tuſculanũ fugit: inde tranſuerſis itineribus in Formianũ, nauim conſcenſurus proficiſcitur. Vnde in altũ prouectus, cum modò à uentis aduerſis retrò ferretur, modò ipſe iactationẽ nauis cæco uoluente fluctu pati non poſſet, tædium tandem eum & uitæ & fugæ cepit: regreſſusq́; in uillam, Moriar, inquit, in patria ſæpe ſeruata. Satis conſtat ſeruos fortiter fideliterq́; paratos fuiſſe ad dimicandum: ipſum deponi lecticam, & quietos pati quod ſors iniqua cogeret, iuſsiſſe. Ecce tibi præſtò adeſt Popilius olim à Cicerone defenſus: quem cum armatis militibus poſtquam aduentare proſpexit: Accede, inquit, ueterane, & incide ceruicem. Itaque prominenti ex lectica, præbentiq́; immotã ceruicem, caput præciſum eſt, relatumq́; ad Antoniũ. quo uiſo lætus dixiſſe fertur: Peracta proſcriptio eſt. iuſſitq́; eius inter duas manus in Roſtris poſitũ, ubi ille conſul, ubi ſæpe cõſularis, ubi eo ipſo anno aduerſus Antoniũ quanta nulla unquam humana uox, cum admiratione eloquentiæ auditus fuerat. Vir ſanè fuit magnus, memorabilis ac penè diuinus, & in cuius laudes exequendas, Cicerone laudatore opus fuerit. Ciceronis mortẽ Cornelius Seuerus iſto elegantiſsimo carmine deplorauit:

> Oraq́; magnanimûm ſpirantia penè uirorum
> In Roſtris iacuere ſuis: ſed enim abſtulit omnes,
> Tanquam ſola foret rapti Ciceronis imago.
> Tunc redeunt animis ingentia conſulis acta,
> Iurataq́; manus, deprenſaq́; fœdera noxæ,
> Patritiumq́; nefas: eſt nunc & pœna Cethegi,
> Deiectusq́; redit uotis Catilina nefandis.
> Quid fauor aut cœtus, pleni quid honoribus anni
> Profuerunt? ſacris exacta quid artibus ætas?
> Abſtulit una dies æui decus, ictaq́; luctu
> Conticuit Latiæ triſtis facundia linguæ,
> Vnica ſollicitis quondam tutela ſalusq́;,
> Egregium ſemper patriæ caput, ille ſenatus
> Vindex, ille fori, legum, ritusq́;, togæq́;.
> Publica uox ſæuis æternùm obmutuit armis.
> Informes uultus, ſparſamq́; cruore nefando
> Caniciem, ſacrasq́; manus, operumq́; miniſtras
> Tantorum, pedibus cuius proiecta ſuperbis
> Proculcauit ouans, nec lubrica fata deosq́;
> Reſpexit: nullo luet hoc Antonius æuo.
> Hoc nec in Emathio mitis uictoria Perſe,
> Nec te dire Syphax, non fecit in hoſte Philippo:
> Inq́; triumphato ludibria cuncta Iugurtha
> Abfuerant: noſtræq́; cadens ferus Hannibal iræ,
> Membra tamen Stygias tulit inuiolata ſub umbras.

IOANNIS STVRMII IN ORATIONES Philippicas Ciceronis προλεγόμενα, & primùm quidem ipſum

ARGVMENTVM.

MArcus Tullius Cicero, cum poſt C. Cæſaris mortẽ rempub. iniquè & regio more uideret ab Antonio Cæſaris in conſulatu collega tractari, Athenas iter inſtituit, ut à patriæ ſuæ calamitate tantiſper oculos deijceret, dum M. Antonius conſulatu ſuo defungeretur: ut ſimul ac Hircius atq; Panſa conſules deſignati ſuũ inijſſent conſulatum, ipſe Romã rediret. Neq; enim poterat uir alioquin in repub. ſumma autoritate, Antonij iuuenilem & effrenatũ animũ cohibere, neq; illius potentiæ ſine ciuium ſuorũ clade reſiſtere. Erat enim cùm per ſe ſatis potẽs, tum ex Cæſaris bonis auctior, maximè autem alterius conſulis cõiunctione factus. Nam P. Dolabella, quẽ Cæſar eodem anno aliquãdo in ſuum locũ ſubſtituere conatus eſt, & tamen reiectus Antonij interceſsione, poſt Cæſaris cædẽ conſulatus inſignia accepit, & cum Antonio concordiæ cauſa conſilia ſua cõiunxit. Multos exules ciues peſsimos reſtituerunt, multis immunitates dederũt, multorũ decretorũ tabulas fixerũt, nõ ex Cæſaris Cõmentarijs, ſed ex ſua libidine. Profectus itaq; Cic. & in Siciliã uſq; delatus, uel, ut ipſe dicit, propter uentos aduerſos, et nouũ nunciũ cupidè auditũ: uel, quod mihi ueriſimilius eſt, ob noua aliqua cõſilia in itinere reperta & inita priuſquã in Græciam tranſmiſiſſet, profectionem cõmutauit, Romamq́; eſt reuerſus. Poſtridie uerò eiuſdem diei Antonius ſenatũ habuit de faciendis ſupplicationib. Cæſari. Ad hunc Cicero, quòd inſidias metueret, nõ uenit. Quod factum Antonius iritatus tanq̃ probrũ uindicare incœpit. Milites enim cõfeſtim miſit, qui niſi in ſenatũ deduci uellet, domũ eius demolirẽtur. Sed neutrum, quamuis utrunq; proteruè imperaſſet, perfecit. Nam ex quorundam conſilijs atq; precibus paululũ ex iracundia remiſit, & pignoribus acceptis contentus fuit. Hanc contumeliã Cicero ægrè ferens, inſequente die in ſenatũ uenit. Conſiliũ abitionis et reuerſionis ſuæ expoſuit, de heſterna iniuria conqueſtus eſt, contra Antonij ſententiam

tiam de Cæſaris morte, ſupplicationibus, actisq́;, multū criminando Antoniū, diſputauit. Poſtremò utrunq; conſulem, Dolabellam, qui tum coram aderat præſens, & Antonium qui abſens erat, προσωποποιητικῶς cōmonuit atq; reprehendit, ſumma prudentia & conſtantia, cum maxima omniū admiratione.

GENERALIS TECHNOLOGIA primæ Philippicæ per Ioannem Sturmium.

QVoniam argumentū expoſuimus, breuiter quidem, ſed tamen quantū opus erat in magna ſcriptorum copia qui de hac re multiplicem poſteris hiſtoriā reliquerunt: proximū eſt ut de genere orationis, de dicendi figura, de orationis ordine dicamus. Deliberatiui generis eſt oratio, mixta κεφαλαίοις, hoc eſt, locis demōſtratiui, & eius quod in iudicijs tractatur. Sunt autē hi præcipui, τὸ ἀναγκαῖον, quòd coactus ſit patria exire propter Antonij potentiam. atq; hic locus narrationē habet initi ſui conſilij. τὸ ἄδικον καὶ ἰδιωτικὸν, qui accuſationis ſpeciem repræſentant, de facta ſibi iniuria. τὸ συμφέρον καὶ ἀναγκαῖον mixtim, ubi de actis Cæſaris, & quatenus ſeruanda cenſeat, exponit. Poſtremò duo loci ex comparatione τοῦ καλοῦ καὶ αἰσχροῦ, de uera & falſa gloria: tametſi quoq; τὸ συμφέρον, ut etiam ſuperiores comprehendant. Verſatur igitur hæc oratio in forma deliberatiua, & ſtatum habet generalē & rationalem qualitatis. Sed hactenus de orationis genere, nunc dicendi figura exponenda eſt. Atq; in hac ſanè parte nō ſum neſcius, eſſe nonnullos qui ita dicendi formas diſtinguant, ut exiſtiment epiſtolas Cic. in remiſſa illa & humili forma eſſe: opera philoſophica in mediocri & moderata: orationes uerò omnes in graui illa & grandiloqua. Eſt quidem hoc ut dicunt, tamen apud bonos oratores ex cauſarū genere figura quoq; dicendi uariatur. Neq; temerè duas Ciceronis uel Demoſthenis orationes reperias quæ per omnia ſcripturæ charactere ſint conſimiles. Et fortaſſe nulla apud Demoſthenē eſt quæ nō quauis Lyſiæ ſit uehementior: tamen hic multipliciter ſe uel remittit, aut in altum extollit, aut incedit in medio. In oratione contra Olympiodorū, humi repit: erectior eſt in ea quā cōtra legem Leptinis ſcripſit. contra Aeſchinem uix modum facit uiolentiæ. Sic apud Cic. in Oratione pro P. Quintio moderatè quidem, agit tamen, uehementius pro Ligario, & M. Marcello: uehementiſſimè autē pro Sexto Roſcio, & Annio Milone. Ponimus igitur ſub moderata figura primam Philippicam. Temperatè enim narrat, moderatè cum quodā acumine refutat, acrius in fine monet & reprehendit. atq; hæc omnia aptè & modeſtè ex uerborum ſententiarumq́; exornationum mixtura. Nunc, ut promiſimus, de orationis ordine & diſpoſitione (quam οἰκονομίαν Græcorum quidam nominauerūt) dicendum eſt. Partes hæc oratio tres habet, principiū, contentionē, & perorationem. Nam narratio nulla hic propoſita eſt, ſed ea quæ ſtatim abitionis & reuerſionis cauſam exponit, nō cōfirmationis ſemina habet, uerùm aditū tamē ad eam patefacit, & exordij locū obtinet. Tria enim, quantū ego intelligere poſſum, Orator in ea ſpectaſſe uidetur. Primū, ut oſtendat iuſtam cauſam & abitionis & reditionis fuiſſe, nempe Antonij regnum, & charitatē erga patriam. Deinde ut aduerſarij inconſtantiā & ſummā potentiæ & regni cupiditatem declaret, qui ſimulatū erga patriā animū, breui in eius perniciem cōmutauerit. Poſtremò ut uideant honeſtam & neceſſariā cauſam eſſe ſententiæ dicendæ: non odium aut temeritatē, ſed patriæ cōmodum ac ſalutem. Hæc tametſi nō apertè proferantur, tamen tectè & obliquè latente animorū motu perficiuntur ad beneuolentiam & attentionem. Maluit hoc Cicero facere, quàm ab illata iniuria protinus initium ſumere. Difficile enim erat, eam partem citra inuidiæ ſuſpicionem tractare, quam Cicero plerunq; uitat. Quocirca poſt generalem propoſitionem, principiū ſtatim occupat ipſa narratio, non tam, ut diximus, principalis quæſtionis expoſitio, quàm ueſtibulum honeſtum ipſius cauſæ. Poſt hanc autem de iniuria agit, non prolixè, ad declinandum odij ſuſpicionē, ſed acri tamen reprehenſione. Deinde ſubiungit ſententiam ſuam de ſupplicationibus, eadem breuitate qua proximam. Deinde contentionem collocauit præcipuæ quæſtionis, de actis Cæſaris, quæ cōmunis concordiæ cauſa ſeruanda putat, ſed quatenus ueteribus Cæſaris legibus non repugnent. Eas enim præcipuè pro actis haberi debere. Verùm hoc orator non magna contentione agit, ſed κατὰ συγχώρησιν, ut aduerſario odium pariat, & ſibi modeſtiæ laudem inueniat, & beneuolentiam conciliet. Ex his occaſionem capit tranſeundi in ſpeciem quandam anticategorias, quæ tractatur prolixius. Probat enim re ipſa quòd ibidem Antonius peccat, ubi aduerſarios reprehendit. Nam eum non ſolùm falſa pro ueris ferre, uerùm etiam quædam conſtituere quæ Cæſaris legibus apertè repugnent, & maximo fiant reipublicæ detrimento. Habet igitur hæc firmamenta contra Antonij rationes. Acta quidem Cæſaris retinenda cenſeo, ſed non tu falſa ferre nō admiſſis uiris bonis debes, ſed legitimè ferre debes, ſed ea ferre debes quæ Cæſaris actis non repugnent. In fine contra utrunq;, Dolabellam ſcilicet & Antoniū agit. eos uerum fructum rectè factorum decet: eum eſſe non à populo metui, ſed amari. confirmat hoc aptiſſimis argumentis. Hic locus quoniam cōmodiſſimus erat ad animorum permotionem, ideo in extremo collocatus eſt, & tractatus prolixius propter Epilogi breuitatem, adeò ut ipſe epilogi uice fungi uideatur. Atq; hinc uidere licebit quomodo & qua ratione principium, medium, & extremum collocarit.

BARTHOLOMAEI LATOMI IN Philippicam primam ARGVMENTVM.

HAec Philippica dicta eſt in ſenatu abſente Antonio, & continet liberam ſententiā de omnibus quæ ab Idibus Martijs, quibus interfectus fuerat Cæſar, uſq; ad Calendas Septembres acta fuerant. Exponit primò cauſam profectionis & reuerſionis ſuæ, & queritur de iniuria Antonij. Deinde caſtigat ſenatum, & inconſtantiam quorundam in republica arguit. Deinde diſputat de actis Cæſaris, & acta quædam nouasq́; leges Antonij reprehendit. Poſtremò conuerſa oratione ad Dolabellam & Antonium, hortatur Antoniū, ut omiſſis prauis conſilijs, imitetur maiores ſuos, & ad rempublicam reuertatur. Scopus orationis eſt, ut oſtendat ſe rediſſe ex itinere, ut rempublicam defendat contra Antonij & quorumuis improborum conſilia: & ut confirmato ſenatu, Antonium, ſi poſſit, ab inſtituto reflectat. Status igitur principalis, an ſenatus conſtanter gerenda ſit reſpub. & nouis conſilijs reſiſtendum. Orationes ſunt deliberatiui generis.

CHRI-

CHRISTOPHORI HEGENDORphini in Philippicas præfatio, & primæ

ARGVMENTVM.

CVr dictæ Philippicæ orationes, Fab. Quintilianus lib. X. de Cicerone ſcribit, quòd is ſe totum ad imitationem Græcorũ, & maximè Demoſthenis dederit: unde & iſtas Orationes in M. Antonium Triumuirum ſcriptas, uerbo, ut Plutarchus quoque autor eſt, Demoſthenis nominauit. Siquidem & Demoſthenes quatuor Orationes in Philippum regem Macedoniæ conſcripſit: quarum imitatione Cicero & ſe in Antoniũ ſcripſiſſe uideri uult. Sed uidendum quæ Ciceroni occaſio ſcribendi iſtas orationes fuerit. Cum Brutus & Caßius interfectores C. Cæſaris, urbe Roma & propter concitatam plebem & metũ Veteranorũ diſceßiſſent, et Antij exularent, Cicero quoq; in urbe manere nolebat, tum quòd interfectorũ Cæſaris amicus putaretur, tum quòd Antonij & ſuperbiã & impotentiã ferre nõ poſſet. Et cum primũ obnixè laboraſſet, ut cũ Dolabella Legatus in Syriã mitteretur, deinde Hircio & Panſa Conſulibus rogantibus ne ſe deſereret, ſe anno cõſulatus ſui omnibus cõſilijs, omnibus uiribus Antonij uires fracturos, ſe Antonium ex urbe eiecturos: mox Legatus Dolabellæ eſſe recuſat, & Athenas proficiſcitur, hac ſpe, & hoc conſilio, ut cum primũ Panſa & Hircius conſulatũ iniuſſent, ipſe Romã rediret. Profectus Cicero, priuſquã in Græciam perueniret, nunciatur ei Antonium alium eſſe factum, atq; fuiſſet: quo audito Cicero mox Romã reuertitur: quo reuerſo, Antonius poſtero die ſenatum habet. ad quẽ cum non acceßiſſet Cicero, ſimulans ſe de uia defeſſum eſſe, ſed re uera inſidias Antonij metuens, Antonius abſentia Ciceronis grauiter cõmotus, milites mittit, qui aut illum in ſenatũ pertraherent, aut domũ eius incenderent. Cæterũ rogatu quorundam amicorũ, captis pignoribus cõtentus fuit. Ex hoc ſimultas inter Antoniũ & Ciceronem erat, donec Octauius, quem Iulius Cæſar hæredem inſtituerat, Romã redit: quem Cicero inimicitijs & odio Antonij adductus, ſua autoritate, ſuis opibus adeò auxit, adeò euexit, ut Antonius metu Romam relinquere cogeretur, & hoſtis reipub. à ſenatu iudicaretur. Hinc Cicero orationes illas in Antonium habuit. Habuit uerò eas partim in ſenatu, partim ad populum. Vide Plutarchum in uita Ciceronis copioſius de his rebus diſſerentem. Cæterũ quàm iſtæ Orationes Ciceronis alijs præſtent, primò omniũ inde colligitur, quod Cicero eas iam ſenex, in quo iam eloquentia maturuerat, et iudicium firmatum erat, conſcripſit. Deinde & teſtimonio Iuuenalis probari poterit. Huc pertinet & illud elogium Plinij libro VII. cap. 30. de Cicerone: Tuum Catilina fugit ingenium: tu M. Antonium proſcripſiſti. Argumentum porrò primæ Philippicæ hoc eſt. In prima Philippica Cicero & cur Roma diſceſſerit, & cur reuerſus ſit, primò omniũ narrat. Sub hoc de Antonij iniuria conqueritur. poſtremò ſuperbiam & impotentiam Antonij accuſat, & ſuam operã Reipublicæ pollicetur. In his autẽ Philippicis in primis uſus eſt demonſtratiuo & iudiciali orationis genere. Demõſtratiuo quidẽ, dum in Antonij uituperio uerſatur. Iudiciali, dum obiecta diluit, dum fortiter crimina regerit. Porrò in prima Philippica & deliberatiuo orationis genere utitur. Siquidem in ea & profectionis & reuerſionis ſuæ conſilia explicat, tum quæ ſit ſua de Republica ſententia, oſtendit. Admiſcet tamen huic orationis generi iudiciale, dum in principio ſtatim orationis obiecta purgat. Admiſcet & demonſtratiuum, dum in Antonij ſuperbiam & impotentiam inuehitur.

IN PRIMAM PHILIPPICAM FRANCISCI MAturantij Commentarius.

PAtres conſcripti.) Romulus centũ elegit Senatores: quorum collegiũ ab ætate, quoniam ſenes eſſent, ſenatum appellauit. Patres uerò uocati ſunt, uel quòd ij duntaxat electi ſunt, qui patres eſſent: quod illo tẽpore, cõueniente primũ ad nouã urbẽ incolendã multitudine, haud multis contingebat: Vel à patrono quodã ex illis qui Euandrũ ſecuti ſunt, qui imbecilliorũ olim curã geßiſſet, plebiq; præſidio extitiſſet: Vel (quod Plutarcho maximè placet) quòd primores ac potentes paterno officio humiliores in ſuam fidem ac patrocinium ſuſcipere oporteret: id quod etiam Salluſt. ſequitur, qui patres à curæ ſimilitudine tradit appellatos. Adſcriptis inde in eum ordinem pluribus, patres cõſcripti dicti ſunt: quod nomen & dignitatis plurimũ, & inuidiæ minimum præ ſe tulit, ut Plutarchus ait. Feſtus conſcriptos ſentit uocatos, qui ex equeſtri ordine patrib. adſcribebantur, ut Senatorum numerus expleretur. Aliquando.) Cæſare occiſo. Quaſi in uigilia.) imago eſt, quam [illegible] dicũt Græci, tanquã in loco aliquo & ſtatione cuſtodiæ cauſa conſtitutus. Vſquam.) aliquò, & in loco ſignificat, & ad locũ. Terent in Eunucho: Occidi, neq; uirgo eſt uſquam. In ædem Telluris.) ubi habitus eſt ſenatus poſt Iulij necẽ. neq; enim haberi niſi in ſacro loco ſenatus poterat, ex ritu & more Romano. Fuit autem Telluris templum ad forũ Romanum & uiam ſacram, non procul à Capitolio & Palatio: ideo frequenter illic haberi ſenatus ſolebat. Cœlum autem & Ops, quæ & Tellus eſt, ut Samothracum docebant initia, & Varro refert, magni erant dij: & ijdẽ apud Aegyptios Serapis & Iſis dicti. Vetus exemplum.) hortatus ut nemo anteactarũ rerum accuſaretur, & ut omnis iniuriarum memoria ſenatuſconſulto & lege deleretur. Hiſtoria autẽ hoc habet: Bello Peloponẽſiaco multis cenſentibus delendum eſſe Athenienſiũ nomen, urbemq; incendio conſumendam, negantibus Spartanis alterũ ſe Græciæ oculum eruturos, ſub cõditione pax data eſt, ut dimiſſa Piræeũ uerſus muri brachia deijcerẽt, nauesq; quæ reliquæ forẽt, traderent: Resq; publica ex Lacedæmonijs triginta rectores acciperet. Quod factum eſt, iniuncto regi Lacedæmoniorum Lyſandro formandæ urbis negocio. Sed rectores illi tyranni facti ſunt, qui oppreſſas ſeruitute tenebant Athenas: ciues quibus fortuna in bello pepercerat, partim expulerunt, partim interfecerunt: plurimorũ bona publicata inter ſe diuiſerunt. Thraſybulus Lyci filius Phylen confugit munitißimum in Attica caſtellum, habuitq; ſecũ non plures triginta ex ſuis: & cõparata inde multitudine haud ſanè magna, in Piræeum tranſiit, Munychiamq; muniuit: unde bis tyranni qui oppugnare adorti erant, turpiter ſunt repulſi, protinusq; in urbem armis atq; impedimentis amißis refugêre. Critias in ſecundo prælio cecidit tyrannorum dux. Pax facta Pauſaniæ Lacedæmoniorum regis interuentu, his conditionibus, ne qui præter triginta tyrannos, &

nos, &

nos, & decem qui poſtea Prætores creati pari crudelitate erant uſi, exilio afficerentur. Eleuſinam ij in exilium migrarunt. Interiectis dieb. cum bellum intuliſſent Athenienſibus, cuncti ſunt trucidati. Thraſybulus inſignem libertatis uictoriam, clariorem aliquanto moderationis laude fecit: legemq; tulit, ne quis anteactarum rerum accuſaretur, néue mulctaretur. omneſq; in hanc legem, quæ nullam præteritarum iniuriarum mentionem fieri permittebat, iurare coêgit: quo pacto labantem ciuitatis ſtatum in priſtinum habitum reuocauit. Lex uerò illa uocata eſt obliuionis iniuriarum, quam Athenienſes ἀμνηστίαν dicunt. Multi autores. Valer. li. 4. ti. de moderatione, Flauius Vopiſcus, Paulus Oroſius, Tranquillus, Probus Aemylius in uita Thraſybuli, Trogus lib. 5. meminere. Græcũ uerbum) ἀμνηστία, hoc eſt obliuio iniuriarum. Liberos eius.) Brutus & Caßius cum multa pro concordia in æde Telluris uerba feciſſet Antonius, uiſumq; eſſet recto conſilio ac ciuili animo uti, cumq; omnes collaudaſſent, è Capitolio (quod interfecto Cæſare occupauerant, principum ſuaſu in forũ deſcendêre, mißis prius ab Antonio & Lepido liberis, qui obſides pro illis eſſent. Cumq; unum duntaxat filium miſerit Antonius, liberos dicit. nam quod Aul. Gel. quoq; docet, liberi multitudinis numero etiam unũ ſignificant, & tam fœminam quàm marem. Quod à Lepido quoq; factũ eſt, uni tribuit Antonio. Domi de rep.) de actis & commentarijs Cæſaris. Hunc ord.) Senatoriũ. Res optimas) de quib. Senatores deliberarent. In Cæſaris commentarijs.) Sunt cõmentaria libri in quib. nudæ res ſignãtur, & quædam initia duntaxat. Seneca in Declamationib. Sine commentario nunq̃ dixit, nec commentario contentus erat, in quo nudæ res ponuntur. Cic. in Bruto: Nõ eſt oratio, ſed capita rerum, & orationis cõmentarium. Dicitur cõmentarium et cõmentarius. Aul. Gel. Eſt adeò Probi grammatici cõmentarius ſatis curioſe factus. Num qui ex. reſt.) ac ſi diceret, nulli. plures enim poſtea ſunt reſtituti, multi electi, in Cæſaris commẽtarijs minimè notati, & ut eijcerentur deſcripti. Vnũ aiebat.) reſtitutũ eſſe ex Cæſaris commentarijs. Num immunitates datæ.) Sic ex Antonio quærebatur à quopiam. quaſi dicat, nullæ. Seruio Sulpitio.) iuris prudentißimo, & eloquentißimo. Decreti.) quo aliquid alicui adimeret. Beneficij.) quo aliquid alicui conferret. Vel decreti in re publica, beneficij in priuata.

Quæ uim iam.) Nam Sylla prius, inde Cæſar perpetuã ſibi dictaturam aſſumpſerunt. Obſederat.) Non potuit uti aptiore uerbo. hoc eſt occupauerat. Regno.) cuius nomen & inimicum libertati, & Romanis inuiſum. nam re uera rex fuerat Cæſar, & regis uſus poteſtate, etſi Dictatoris tenuerat nomen. Sæpe iuſtum fuiſſet.) Non niſi in magno Reipub. diſcrimine creari Dictator conſueuit: ſtatimq; re perfecta ob quam creatus fuerat, Dictatura ſe abdicabat: neq; ultra ſex menſes retinere illam ſas erat. Summa ei fuit poteſtas, à qua nulla erat prouocatio ad aliũ magiſtratũ. In caput ciuis Romani animaduertebat, omniſq; Reſp. penes illũ erat. Quòd futuros dictaret magiſtratus, appellatum eſſe Dictatorem Varro ait. Alij quòd eius dicto audientes eſſent omnes. Sæpe Dictatura utilißima Reip. extitit, cũ alicuius uiri conſilio et opera, metus diſcuſſus eſt ſedato bello, hoſteſq; repreßi. L. Quintius Cincinatus, quẽ trepida ante boues Dictaturam induit uxor, bello Sabino & Volſco, obſeſſo ad Algidũ Minutio Conſule uictis hoſtib. ſextodecimo die pòſt quàm acceperat dictaturam, depoſuit, ad agriculturã reuerſus. Iterũ uiginti annis poſtea Dictator creatus difficillimo & periculoſißimo Reipublicæ tempore, Sp. Melio oppreſſo, qui regnum affectabat, Dictatura ſubitò abijt. Idem & Camillus bello Gallico, idẽ & alij complures uarijs tẽporibus belliſq; & periculis diuerſis præſtitere. Semper utilis Reipub. Dictatura fuit, antequã Sylla et Iulius Cæſar ſub Dictatoris nomine tyrannidẽ arriperent, & honeſtum prius nomen impotentia et diuturnitate corrũperent. Regno.) regia poteſtate, qua per omnia uſus eſt Cæſar. Regni timore.) ſublata penitus dictatura. Vncus impactus eſt.) nam unco tractus eſt, & in Gemonias abiectus: qui puniendi damnatos Romanis mos fuit. Ouid. in Ibin: Perq; uias urbis populo plaudente traheris, Infixuſq; tuis denuib. uncus erit. Tranquillus: Nemo punitorum non in Gemonias abiectus, uncoq; tractus in Tiberim. Erant autem ſcalæ Gemoniæ ad rupem Tarpeiã, unde damnati in Tiberim deijciebantur: ſic à Gemonio quodam dictæ, qui primus eſt deiectus. Per hunc alit quẽ fugitiuũ uocat, C. Amatium ſignificat, q̃ humillimæ ſortis homo, ut ait Liuius, prioris Marij filium ſe falsò prædicabat. Cumq; ob hanc ſimulationem C. Cæſaris putaretur affinis, (nam C. Marius Iuliam habuit uxorem Iulij Cæſaris amitam) & eius interitum ferret permoleſtè, plebem ad res nouas moliendas ſolicitabat, & Senatui cædem minabatur. Aram uerò ante rogum Cæſaris in foro cõſtituerat: collectaq; audaciorũ manu, ijs qui effugerant in Capitoliũ, tremẽdum ſe præſtiterat: quorum nõnulli in prouincias quas ſortiti erãt uiuo Cæſare, abierunt: C. Brutus in Ciſalpinam Galliam, Trebonius in Aſiam quæ circa Ioniam eſt, Tullius & Cimber in Bithyniam. Caßius & Marcus Brutus, quib. Senatus plurimum fauebat, ſortiti & ipſi ſequentis anni prouincias, Syriam Caßius, Macedoniã Brutus: cum urbani Prætores adhuc eſſent, & neceßitate adeſſe in urbe cogerentur, lege prohibuerunt ne cui extra uigeſimum annũ prouinciæ adminiſtratio cõferri poſſet. Exortus eſt rumor Amatium ipſum cum his agitare conſilia, et Antonio unà inſidiari. qua re motus Antonius, in eos prius inuectus, Amatiũ cepit, & perdidit nullo iudicio exhibito, audacter admodũ: quod opus ut arduũ iniquumq; Senatus admiratus eſt, habitaq; utilitatis ratione diſsimulanter tulit, intelligens, abſq; huiuſmodi audacia, quæ ad Brutum pertinebant & Caßium, in tuto collocari non potuiſſe. Sed & milites & populus Amatij deſiderio, ob quẽ re uera Antonius populo acceptus fuerat, dolore nimio affecti, ut qui ab Antonio ſpernerentur, forũ clamoribus oppleuêre, probra in Antoniũ iaciẽtes, magiſtratus quoq; adhortãtes, ut Amatij loco aram quã dixi frequentarent, & Cæſari in ea ſacra facerent. ſed ab Antonij militib. foro ſunt pulſi, & idcirco longè maiori affecti indignatione uociferabantur. Aliqui ex Cæſaris amicis imagines eius proferebant, quoad mißis ab Antonio militibus, reſiſtentiũ alij occiſi, alij capti ſunt, ſerui quidam cruci affixi, liberi nõnulli ex alto quodam loco præcipites dati, quo pacto ſedati tumultus: ſed odium ingens ex magna populi beneuolentia in Antonium conflatum. Hæc ferè Appianus. Cũ collega.) ab Antonio facta cum collega Dolabella. Cum ſerperet.) poſt trucidatũ Amatiũ. Idemq; buſtum) qui Amatium erant ſecuti. hoc propter Cæſaris imagines dicit in foro cõcrematas. Qui illam inſepultam ſepulturam.) nam quotidie aliquam Cæſaris cremabant imaginem, tanquam crematus iam non eſſet.

eſſet. Quotidie.) poſt crematũ Cæſarẽ. Talis animaduerſio.) Appianus Antonio tribuit, quæ Cic. Dolabellæ. Sunt alia quæ Dolabella fecit ſine collega: quæ communia, inquit, fuiſſent cum Antonio, niſi abfuiſſet Antonius. Dolabella ijs qui in Cæſarẽ cõiuraſſent, ignoſcendũ eſſe prædicauit, & dolere ſe quòd ipſe quoq; manu à Cæſaris cæde abfuiſſet, quando uoluntate minimè abfuiſſet. Dolabellæ tunc maximè omnes confidebant: quẽ quia ut iuuenẽ & Conſulẽ aduerſaturũ Antonij conatibus exiſtimabant, deſcendêre è Capitolio Brutus & Caßius, & in media conſiſtentes multitudine, nihil timidum locuti ſunt: ſed populũ adhortati, ut ſuos imitari maiores uellet: qui reges nõ ui, ut Cæſar, ſed lenitate & legibus imperantes, paßi tamen non fuerant. Hæc & plura cum dixiſſent, confeſtim in Capitolium, nõ ſatis fidentes rebus præſentibus, ſe recepere. Antonius uerò & Lepidus ſimulata cum interfectoribus cõcordia, & pacem pollicentes, ſed ulciſci Cæſarẽ uehementer cupientes, effecerunt ut Cæſaris teſtamentũ L. Piſone ſocero eiuſdẽ poſtulante aperiretur. apertũ recitatumq; eſt in Antonij domo. Funus inuitis pluribus ex Senatoribus, & in primis Caßio, etſi Brutus nõ abnuebat, indictũ eſt. Rogus in campo Martio extructus iuxta Iuliæ tumulum. pro roſtris aurata ædes ac ſimulacrũ templi Veneris genitricis collocata, intraq; lectus eburneus, auroq; ac purpura ſtratus: ad caput trophæũ cum ueſte in qua fuerat occiſus. Pronunciauit Antonius per præconẽ Senatuſconſultũ, quo omnia ſimul ei diuina atq; humana decreuit. Concrematũ cadauer eſt in foro ante curiam, congerente turba arida uirgulta cum ſubſellijs & tribunalibus: nam rogus in campo Martio extructus fuerat. Et cum uariæ eſſent ſententiæ, ubi cremandus Cæſar eſſet, repentè duo quidã gladijs ſuccincti, ac bina iacula geſtantes, ardentibus cereis ſuccenderunt. Laudatione quam habuit, ſic plebem accendit Antonius, ut confeſtim à funere ad domũ Bruti & Caßij tetenderit, ægreq; repulſa fuerit. Tunc mirifica apparuit Dolabellæ opera in reprimenda perditorũ audacia. Illim execratæ columnæ.) quam ſolidam propè uiginti pedum lapidis Numidici illi ijdem Amatij ſectatores, & plebs in foro erexere, ſcripſereq; Parenti Patriæ. apud quam longo tempore ſacrificare, uota ſuſcipere, controuerſias quaſdam interpoſito per Cæſarẽ iureiurando, diſtrahere perſeuerauere, ut ait Tranquillus. Ab illo uno die.) quo ſcelerati repreßi, & columna à Dolabella euerſa. Ecce enim.) Ciceronis eſt, in rebus improuiſis hac particula uti, ut in Verrem: Ecce autẽ repentè ebrio Diomede, eſurientibus cunctis. Quod cũ cura Virg. & legit & tranſtulit, ut ait Aſconius: Ecce autẽ gemini à Tenedo. Et: Ecce manus iuuenẽ interea poſt terga reuinctum. Edixerat.) Antonius. & proprio uſus eſt uerbo. magiſtratuũ enim edicere eſt, hoc eſt iubere, unde edicta Conſulũ, ac Prætorũ. Per ipſum.) Antoniũ. Cõſules deſignati.) Hircius & Panſa Cal. Ian. proximis conſulatum inituri. Patriæ liberatores.) qui abierant in prouincias, ut dictum eſt. Cuius à ceruicib.) Effictio eſt. nam rei inanimatæ dat quod eſt animatæ, ceruices ſcilicet urbi. Et in concionib.) in conuentu populi & multitudine, in loco publico. In ſermone.) in loco priuato, & inter amicos. Veterani.) Cæſaris milites, qui eũ in bellis ſecuti fuerant, & tunc partim in Macedonia, partim ad Brundiſiũ erant. Cauerat.) proſpexerat eorũ laboribus, præmijs conſulens, & aßignatis agris. Quas habebant.) poßidebant aßignatas à Cæſare & ſenatu. Incitabantur.) ab Antonio & Lepido ad bona interfectorũ diripienda. Audire mallẽ.) nam quod ipſe ait Cic. in Epi. Lentius in animũ deſcendunt quæ audiuntur, q̃ quæ uidentur, minusq; cõmouent. Ius legationis liberũ.) oblatum à Dolabella, qui in Syriam proficiſcebatur. Liberũ.) poteram enim pro meo arbitrio legatus proficiſci, uel nõ. Senatus cogendi.) tunc enim nõ cogebatur: nam pro ſua libidine cuncta gerebat Antonius. Fore uerò ſperabat Cic. ut Coſ. Hircio & Panſa & ipſe aliquid in ſenatu autoritatis haberet, & ſenatus per Conſules cogeretur, cum prius domi Antonij abſente ſenatu & populo etiã inuito omnia agerentur. Non ſine cauſa.) timebat enim inſidias, & Cæſaris ueteranos, qui ad Brundiſium ciuitatem Iapygiæ in Calabria erant: quã Cretenſes habitaſſe, memoriæ proditum eſt, qui è Gnoſſo cum Theſeo diſceſſerunt. Portus Brundiſinus cõmodißimus eſt: multi enim uno ore portus includuntur, qui nulla fluctuũ agitatione turbantur, cum internũ ſinus excipiant, ut forma ipſa cerui cornibus ſimillima ſit, unde nomen inditũ. locus enim cum urbe, ceruino capiti maximè eſt comparandus: & Meſapiorũ lingua Brundiſiũ cerui caput nominatur. Strabo autor. Brundiſio ſoluebant Romani in Græciam & Aſiam nauigaturi, redeunteſq; inde Brundiſium appellabant. Syracuſas.) urbs eſt Siciliæ, quam Archias è Corintho nauigans condidit, & agri fœlicitate, & naturali portuum cõmoditate inſignis. tribus annis obſeſſas M. Marcellus expugnauit, & diripuit. tantũ ut mulieribus & templis parceretur, edixit. Tranſmißio.) tranſitus & traiectio. Tranſmittere, tranſire. Verg. Alia de parte patentes Tranſmittũt curſu campos. Cõiunctißima.) Omnis Sicilia fuit Ciceronis ſtudioſißima, propter quæſturã illic integerrimè adminiſtratam. Neceſſarios.) amicißimos Siculos. Leucopetram, quod eſt promontoriũ agri Rhegyni.) Quid mirũ ſi ſuperior locus librariorũ & literatorũ negligentia tam inſigne mendũ accepit, ut uinctus pro uncus ſcriberetur: cum hic locus, quem etiam indoctis apertum eſſe conueniebat, tam temerè ſit deprauatus? Quis enim ignorare potuit Leucopetram non Siciliæ, ſed Italiæ & Calabriæ atq; agri Rhegyni promontoriũ eſſe? quod & ipſa indicãt Ciceronis uerba. Ait enim Leucopetram ex Sicilia relatum ſe uentis. Cum agri Rhegyni ſcribendum fuerit, ſicut & Cicero ſcriptum reliquit, Agrigenti ſcriptum ab imperitis eſt. Leucopetra Calabriæ eſt promontorium, ſic à colore uocatum. album enim apparet. è Rhegyo ad orientem nauiganti occurrit per ſtadia quinquaginta. montis Apœnini finem eſſe dicunt. Strabo. Intempeſta.) inactuoſa, non habens idoneũ tempus rebus gerendis. In uilla.) quæ in agro erat Rhegyno. Comitis.) qui Ciceronis comes erat itineris, & idem familiaris atque hoſpes. Is eſt P. Valerius, ad quem eſt Ciceronis epiſtola libro primo ad Lentulum, cuius initium eſt: M. Tullius Cicero Publio Valerio Iuriſconſ. ſalutem dicit. Cur enim tibi hoc non gratificer, neſcio. Cum non eſſet, quoniam parum peritus iuris, uideri tamen uolebat & uocari Iuriſconſultus: quod in epiſtola quæ eſt in principio libri 3. ad Appium Pulchrum melius cognoſcitur. Municipes Rhegyni.) ex Rhegyo municipio. Quid ſint municipes, A. Gellius docet libro decimoquinto, cap. 13. Rhegyum uerò Chalcidenſes condidere, qui quum ex oraculo decumatim Apollini oblati fuiſſent, è Delphis eò deduxiſſe coloniam feruntur, alijs ſecum aſſumptis. ſic dictum eſt, quoniam eo loci con-

ditum

ditum fuit, ubi terræmotu Sicilia eſt ab Italia auulſa interueniente anguſto freto. ῥήγνυμι frangi eſt. Roma.) hoc eſt à Roma. Recentes.) qui nuper uenerant ab urbe. Accipio.) intelligo. Virg. Accipe nunc Danaûm inſidias.

Concionem.) orationem habitam in Senatu, qua Sex. Pompeiũ ex Iberia acciri ſuaſit, ubi aduerſus Cæſaris Prætores bellum gerebat, eiq; pro paternis bonis in publicum redactis, uicies & quinquagies x. mille drachmas Atticas decreuit rependi: maris quoq; præfectũ inſtitui debere, quemadmodũ & parens eius olim extitiſſet, rebusq; urgentibus Romanorũ claſſe ubicunq; ea eſſet, uti poſſe. Senatus ſingula admiratus cõceßit, Antoniumq; per uniuerſam diem laudibus immenſis extulit. Non enim quiſpiam eo popularior fuiſſe uidebatur: quamobrem deſiderabatur ab omnib. Caßius porrò & Brutus qui ex Pompeiana factione eſſe dicebantur, tũc quidem in honore habiti, ſalutẽ indubiam adipiſci putabantur. Senatus Antonio conceßit, ut contra uulgi inſidias cuſtodiã corpori adhiberet. Ille uerò ad ſex millia militum coẽgit, in quibus eos qui ſub Cæſare militarant, & ordines duxerant: qua multitudine eſſe formidoloſus poſtea cœpit omnibus. Ea lecta.) eſt enim in ſcriptis ad Ciceronem perlata. Edictum Bruti & Caßij.) qui Prætores erant urbani Fuit autem hoc edictum, ne cui intra uigeſimum annum prouinciæ adminiſtratio dari poſſet. quod iniquo animo tulerat Antonius, erepta ſibi, adoleſcentibus, qui audaciores ſolent eſſe, gratificandi poteſtate. Remißis Gallijs.) Quarum Ciſalpina D. Bruto cum tribus legionibus, Tranſalpina Munatio Plãco obtigerat. Sed Ciſalpinam ſibi Macedoniæ loco, quæ ei obuenerat, concedi à ſenatu poſtulabat Antonius: id animo agitans, à Cæſare è Gallia redeunte Pompeium oppreſſum. Senatus periculum animaduertens, ſolicitus cœpit eſſe: & ſubeſſe inſidias intelligens, miſit qui nunciarent D. Bruto, prouinciam retineret, exercitũ alium ſcriberet, quo Antonio obſiſteret. Veliam deuectus.) Oppidũ in agro Lucano Velia eſt, quam ex terra Phocide fugati ab Harpalo regis Cyri præfecto condiderunt. autor A. Gellius. Græci Heleam dicunt. quoniam intra paludes ſita eſt, quas illi ἕλη uocant. Cum inſolentior fieret in dies Antonius, & magis magisq; timendus eſſet, Brutusq; & Caßius tutum nihil intuerentur, etſi Vrbani prætores, ueluti priuati tamen degebant, inclinabant ad fugam. Quorum uoluntate cognita, ſenatus eis frumenti ex omnibus locis conuehendi curam iniunxit, ut ſub honoris prætextu Vrbe excederent, & minimẽ uiderentur effugere. Ergo Veliæ Cicero offendit Brutum.

Pulcherrimi facti conſcientia.) quòd Cæſarem occiderat, & patriã ſeruitute tyranni liberauerat. L. Piſonis.) Cuius filiam Calpurniam uxorem habuit Cæſar. Is L. Piſo ſuaſerat deponenda arma, ad ſenatus autoritatem omnia referenda, libertatem conſeruandam. longa uerò oratione Antonij accuſauerat impotentiam, & de mutata uoluntate erat conqueſtus pluribus. Magno animo hortatus fuerat, ut ei occurreretur, & ut C. Octauius, quem Iulius in familiam nomenq; ſuum adoptauerat, reuocaretur, qui Antonij audaciæ & conatibus obijceretur. Is primus uel ſolus potius diſſuaſit parentalia cum ſupplicationibus Iulio decernenda, quod retulerat & uolebat Antonius: magna contentione multis contrà diſſeruit rationibus: ſed parum eſt adiutus ab ijs à quibus uel in primis debuerat. Cicero in epiſtola ad Caßium: Ita nec Piſoni, qui in eum primus inuectus eſt, nullo aſſentiente: nec mihi, qui idem trigeſimo pòſt die feci: nec P. Seruilio, qui me eſt conſecutus, tutò in ſenatũ uenire licet. Cædẽ enim gladiator quærit. Is tamen L. Piſo poſtea Antonij abſentis defenſor cõtra Ciceronem extitit. Vtriuſq; cõſilij.) profectionis & reuerſionis. Cõfido.) credo, tum in præterito, ut hic: tum in præſenti, ut Cic. in principio de Officijs: Quanq̃ à Cratippo noſtro principe huius memoriæ philoſophorũ hæc te aßiduè audire atq; accipere confido. in futuro, Ita fore confidimus. De heſterna, &c.) Qui minatus in ſenatu eſt, cum rediſſet Cicero, & in eo ordine nõ affuiſſet, miſſurũ ſe fabros qui domũ demolirentur, & milites qui inuitum traherent: poſtea uerò acceptis pignoribus, reliqua ui abſtinuit.

Hannibal credo, &c.) qui poſt Cannenſem pugnam caſtra poſuit ad Anienem ad tertium ab urbe lapidem, urbem obequitauit, & haſtam intra Romana mœnia iecit: quo tempore magna Romæ trepidatio fuit. De Pyrrhi pace.) Hic Epirotarum rex fuit. accerſitus à Tarentinis, pro illis aduerſus Romanos uario euẽtu bella geßit. ad uigeſimũ ab urbe lapidem caſtrametatus eſt. Cum de pace cum eo ageretur, & potentiorũ per Cyneã legatũ fauor quæreretur, Appius ſenex & cæcus lectica in ſenatũ latus turpißimas cõditiones magnifica oratione diſcußit, uſus uerbis quæ ex Ennio recitauit Cicero in Catone Maiore: Quò uobis mentes rectæ quæ ſtare ſolebãt Antehac, præcipiti ſeſe uertêre ruina? Luminibus captus eſt, quoniã Potitijs ut Herculis ſacra publicos ſeruos edocerẽt, perſuaſit. De ſupplicationib.) decernendis unà cum parentalibus in honorem Iulij, cum tamen ex ueteri more & ſemper cuſtodito duorum, trium aut pluriũ dierũ pro re ab aliquo bene geſta decerni ſolerent, & præuiæ eſſe triũphi plerunq;. Ibant autẽ ſacerdotes per urbem templa adeuntes, ſupplicantes dijs, & gratias agentes. Quoties autẽ de ſupplicationibus referendum erat, ab amicis illius cuius gratia decerni poſtulabantur ipſæ ſupplicationes, in ſenatum precibus Senatores cõuocari ſolebant. Gratia.) cauſa. De triũpho.) cuipiã decernendo. Sine cura.) Cogendi per uiatorẽ ſenatores, quando de ſupplicationibus aut triumpho agendum. nam cogendi laborem ipſis relinquũt, quorũ de honore agitur.

De uia languerem.) ex itinere feſſus eſſem. Fabris.) demolitorijs. Multiplex enim faber eſt, lignarius, ferrarius, lapidarius. Diſturbaturũ.) demoliturũ. Publicè ex &c.) Inſiſtante P. Clodio Tribuno pleb. & Piſone ac Gabinio Coß. cum poſſet armis cõtra uim defendere ſe, cedere maluit Cicero: mediaq; nocte urbem egreſſus, exul factus eſt: Villæ eius incenſæ, uaſtati agri, bona ſub haſta uendita, domus diruta: & quò ſolũ quoq; auferretur, ædes Libertatis in area exædificata. Reſtituto Cic decimo & ſexto menſe pòſt domus publica impẽſa reædificata: in quã, etſi numini ſacrata fuerat, Ciceronẽ põtifices, Coß. Prætores collocauerũt, quod in oratione cõtra L. Piſonẽ ipſe ait.

Aut quid.) Duobus modis cogi Senator poteſt, ut uel pignus ab eo auferatur, uel mulcta, hoc eſt, pecuniaria pœna irrogetur. Samnitũ uocabulum mulctam dicit eſſe Varro. & ſpecialis peccati eſſe, cuius animaduerſio pecuniaria ſit, cum pœna generalis exiſtat. Vt parentalia cum ſupplicationibus miſcerentur.) ut in Cæſaris honorem quotannis parentalia ſimul & ſupplicationes certo die celebrarentur. Sunt autem parentalia, iuſta mortuorum: & parentare eſt pro mortuis parentibus iuſta facere, & epulum dare. Omnes uerò maiores in infinitum parentes uocari ait Caßius iureconſultus. Apud ueteres Romanos, ſi-

cuti nunc à nobis Nouembri menſe, duodecimo Calendas Februarij parẽtalia celebrari pro mortuis ſolita ſunt, quod Ouidius tradit in Faſtis. Cum ſupplicationibus.) quas item in Cæſaris honorem decerni uolebat, tanquam relatus in deos eſſet. Inexpiabiles.) quæ expiari non poſſent nam non pro mortuis decerni ſupplicationes cõſueuere, ſed pro uiuis: nõ pro re triſti, ſed pro læta, ut pro uictoria. Ille Lucius Brutus.) Hoc ſignificare uult: ne Iunius quidem Brutus, à quo ſunt exacti reges, & parta urbi libertas, dignus eſt ad cuius ſepulcrum ſupplicetur: multo minus Cæſar, qui regio dominatu liberam urbem preßit. Ille profuit pellendo tyrannidem, hic obfuit exercendo. & eſt à maiori ad minus argumentum: Si non dignus Brutus, multo minus Cæſar. Id honoris duntaxat Bruto tributum, quòd cadauer eius in foro poſitum collega Valerius laudauit, matronæ anno luxerunt. Corruptum ſcio locum, & Iun. id eſt Iuniũ, non Lucium Brutũ legendum. Regio dominatu.) eiecto Tarquinio Superbo & filijs. Stirpem.) Marcum Brutũ, qui Cæſarẽ occidit. Propagauit.) extendit. ſumptum à uitibus, unde & propago. Cum deorũ immortalium religione.) ut ei ueluti dijs immortalibus ſupplicemus. Nuſquam.) Nullo enim loco Bruti ſepulcrum oſtendebatur. Si quis accidiſſet caſus.) Propter hanc religionem & nouam & periculoſam, & propter hoc piaculum, deorum cõmoueretur ira: quia cõmiſſa in eos ſcelera, peſtilẽtia, fame, bello ſolent ulciſci. Poſſem defendere.) & dicere, monui ego uos ne faceretis. & dici ſolet, quando quippiam accidit errore & peccato, quod nobis eſt prohibentibus cõmiſſum. Iam ſunt.) Vt bellum quod adhuc in Hiſpania gerebatur contra Sextum Pompeij filium à Petreio & Afranio prætoribus. Qui id non probat.) decretas Iulio ſupplicationes. Huic ordini.) Senatorio. Mihi uerò.) qui liberè ſemper dicere conſueui, qui nullius unquam ſubire inimicitias pro Rep. ueritus ſum. Libertatem tueri.) Sine qua nemo optet uiuere, quod ait Salluſtius. In hunc locum.) Senatũ. Dicendi periculum.) quod inſtat liberè loquentibus, & aliquos in quos dicitur, offendentibus. Calendis Sextilibus.) Quibus relatum ab Antonio eſt de ſupplicationibus & parentalibus Iulio decernendis. Vnus Cõſularis.) L. Piſo. Cõſulares erant qui Conſulatũ geſſerãt. Maioris autẽ habebantur authoritatis & prærogatiuæ in Senatu. Optimæ ſententiæ.) ne parentalia & ſupplicationes Iulio decernerentur. Pro nihilo.) Hoc eſt, ut quid accidat Reip. non magnopere curemus. Vultu.) annuendo & indicando placere ſibi illius ſententiam. Malùm.) Interiectũ eſt, frequens apud hunc autorem & in hoc opere, & in Verrem, ſicut nefas, apud Virgilium nonnunq̃. Voluntaria ſeruitus.) Cui ueſtra ſponte uos ſubijcitis. nemo enim ſua ſponte ſeruus fit, & natura omnes liberi, & ad libertatẽ proni naſcimur: hæcq; appetitio non modò in homine eſt, qui rationis eſt particeps, ſed in brutis etiam. nam quod ait Ouidius,

Cum bene ſint cauea clauſæ Pandione natæ,
Nititur in ſyluas quæq; redire ſuas.

Fuerit quædam neceſſaria.) Qui neceßitate, ut bello, ſeruituti ſubijcitur, ipſa neceßitate defenditur. Nec ego hoc.) Non ego, inquit, ab omnibus Conſularibus hoc requiro, ut liberè ſicut L. Piſo loquantur. Multi enim ſunt quorum ſilentio ueniã do, cum aut Antonij neceßitudine, aut Cæſaris beneficijs loqui prohibeantur: ſed eos liberè non loqui doleo, quibus nulla eſt cum Antonio neceßitudo, qui nulla accepere à Cæſare beneficia. Video enim eos in populi Romani ſuſpicionem uenire, & alium quidem alia cauſa, uel metu ſcilicet uel præmio, quod ſe dignum ſit, non efficere. Quare primùm maximas.) Dicimus habeo gratiam, ago gratias: ſed cum utrunq; uerbum iungimus ago & habeo, gratias dicimus, & non gratiam. Quid efficere poſſet.) Videbat enim parum profuturam ſententiam ſuam, ſed dignum ſe ſic dicere intelligebat. Autoritatẽ.) ſententiam & uoluntatem. Benignè audiatis.) Eſt beneuolentiæ captatio, quam non in exordio ſolum, ſed & per totam orationem colligere ſtudemus. Adhuc.) hucuſq;. Primùm igitur.) Sententiam nunc dicit de actis Cæſaris, & ſeruanda aſſerit, quæ non ſeruari ab Antonio, hoc docet argumento: qui leges Cæſaris non ſeruat, is acta eius nõ ſeruat: Antonius leges Cæſaris deſtruit, ergo acta Cæſaris deſtruit. Non quò probem.) non quòd laudem & approbem ſeruanda Cæſaris acta eſſe, cum re uera nõ ſint ſeruanda. Poteſt.) probare. Pacis.) cui uel in primis proſpiciendum cõſulendumq; eſt. Modò ſine aduocatis.) Scilicet adeſſet, hoc eſt, ſine operis & militibus, quibus ueluti aduocatis & defenſoribus ſtipatus uenit in ſenatũ, & cauſam ſuam tuetur Antonius, quemadmodũ priuati cauſas ſuas per aduocatos agunt. quanquã inſcitiam Antonij notat fortaſſe, qui ſine aduocatis tueri ſe ac defendere nequiret. Sed ut opinor, licet ei minus ualere.) locus eſt cum amaritudine. quaſi dicat, nõ licet minus ualere ei, quod mihi heri nõ licuit. mihi non licuit afferre excuſationẽ quòd languerem, & mihimet diſplicerem. omnino enim pignora ſunt accepta. nec Antonio itaq; licere debet aliquam afferre excuſationẽ quòd abeſſe hodie debeat. Chirographis.) Recitato Cæſaris teſtamento, & cadauere in foro ante roſtra cremato, acta eius ſeruari poſtulauit Antonius, eaq; in cõmentarijs relata penes ſe habebat à Cæſare tradita, in quibus decreta iudicataq;, & multa ad multorũ gratiam erant ſcripta. Scribam Cæſaris Faberiũ nomine, fidũ in omnibus atq; obſequentem nactus, urbibus & dynaſtis ſcribebat quibuſcunq; depoſcentibus aliquid cõcedebat, ut libitũ erat addens & detrahens. alijs magiſtratus, alijs immunitates dabat. multos Senatores faciebat, plures ab exilio reuocabat, eaq; omnia ueluti à Cæſare antè decreta ſe facere prædicabat. quamobrem iocantes Romani Antoniũ & reliquos eiuſmodi Cæſaris amicos Charonitas appellabant: qui ſi quid obiectum eſſet, illicò ad defuncti chirographa confugiebant: quo factum eſt, ut Antonij opes auctæ plurimùm fuerint: quibus territi Brutus & Caßius, ab urbe ceſſerunt. Calpurnia item Cæſaris uxor, ad Antoniũ mariti pecuniam tranſtulerat. erat autem talentorum quatuor millia. L. Antonius frater Trib. pl. & Caius alter frater prætor deſignatus, eius furoris ſocij erant. Syngrapha, cautio eſt per contrahentiũ ſcripturam facta, cum uterq; contrahentiũ ſcribit. Chirographum, manus ſcriptura eſt, & ſic interpretatur. Cicero ait epiſtolam miſiſſe chirographo ſuo, id eſt, manu ſua exaraſſe, nõ dictaſſe. Quod quis ſua manu notauit, chirographũ eſt. Se uno autore.) Solus enim erat qui Cæſaris eſſe diceret. Tantummodo dictis.) quia ſolummodo penes ſe cõmentaria Cæſaris diceret eſſe, non etiam oſtenderet. Quæ ille in æs incidit.) In marmore dicimus inciſæ ſunt literæ, in gemma, nõ in marmor: & in æs, non in ære. In tabulis uerò æreis leges ſcribebantur. Vſus æris (quod ait Plinius) ad perpetuitatem monumentorũ iampridem translatus eſt, tabulis æreis, in

quibus

quibus publicæ conſtitutiones inciduntur. Et Ouid. inquit: Nec uerba minantia fixo Aere ligabantur, nec ſupplex turba timebat Iudicis ora ſui, ſed erant ſine iudice tuti. Populi iuſſa.) plebiſcita & leges. nam Lex eſt generale iuſſum populi rogante magiſtratu. Pro nihilo habebuntur?) quaſi dicat, minimè decet leges Cæſaris pro nihilo haberi, & acta quæ Antonius unus author profert: & non profert quidē, ſed tantùm dicit, ſeruari. Equidē exiſtimo.) Acta ſunt publica. Iuuenalis, Cupient & in acta referri Libri ſcilicet in quibus rerum publicè geſtarū fit deſcriptio. Vnde actuarij, qui acta in ſenatu ſcribebāt. Tranquillus: Orationes aliquas reliquit: inter quas temerè quædam profertur pro Q. Metello: quā non immeritò Auguſtus exiſtimabat magis ab actuarijs exceptam malè ſubſequentibus uerba dicentis, quàm ab ipſo editam. Sunt & priuata, ut acta Pompeij, acta Syllæ, acta Cæſaris, acta Marij. An ſi cui quid ille promiſit, id erit fixum?) ſic intendit argumentum, non eſt opus dicere, in commentarijs & libellis hoc uel illud annotauerat Cæſar quod facturus erat, & facere alicui promiſerat: quoniam quod cuipiam promittebat, id ratum erat, & faciebat: quod uerò non potuit, neque uoluit facere, id non fecit. multa autem multis promiſit Cæſar, quæ non impleuit. Quæ tamen.) promiſſa. Multo plura.) quàm ipſe promiſerit fortaſſe Cæſar. Beneficia.) ut immunitates. Tributa.) gratis. Data.) quibus dari conueniebat, & merentibus. Pecunia utinam ad Opis.) Ops mater deûm eſt, & Cybele dicitur. Hæc pecunia ex bonis redacta erat Pompeianorum occiſorum, & damnatorum ac proſcriptorum: ideoq́; cruentā uocat, nonnullis iniuſtè nimis & crudeliter extortam, & quæ reſtituenda fuerat ijs quibus erat adempta, ſed eam Marcus Antonius interceperat. Inferius Philippica octaua: Poſtulat præterea, ut chirographorum & commentariorum ſua collegæq́; ſui decreta maneant: quòd laborat ut habeat quod quiſq; mercatus eſt: ſi quid accepit, habeat qui uendidit, & ne tangantur rationes ad Opis, id eſt ne ſeſtertium ſepties millies recuperetur, ne fraudi ſit Septemuiris quod egiſſent. Ad Opis.) in æde Opis. Si ita in actis fuit.) ut effunderetur. Nam non ita in actis fuit ut Antonij fieret, ſed ut in templo Opis ſeruaretur. Ecquid eſt.) ſi nihil tam in actis alicuius qui Remp. adminiſtrauit, dici poteſt, quàm lex aliqua ab eo lata: nihil in actis C. Cæſaris numerari magis poteſt, quàm ab eo latæ leges: ſed has Antonius non ſeruat: ergo acta non ſeruat, quæ ſeruanda dicit. Quære acta.) Si quæris, inquit, acta Gracchi, & oſtendi, ita ut fit, poſtulas tibi, proferuntur & oſtendūtur leges ipſius Gracchi, quæ Semproniæ uocantur: & acta Syllæ, exhibentur Corneliæ leges, quia nihil magis in eius numeratur actis qui Rempublicam adminiſtrauit, quàm ab eo latæ leges. Tiberius Gracchus Tiberij Sempronij Gracchi filius, Scipionis ex filia nepos, plures tulit leges Tribunus pleb. cum eſſet: inter quas, ne quis plus mille agri iugera haberet, & ut Attali Regis hæreditas populo diuideretur. L. Cornelius Sylla Dictator & ipſe multas leges tulit: teſtamentariam, de parricidis, de ſicarijs: & ut Senatus contra legem Curiatam, hoc eſt ſine ſorte, prouincias cuilibet magiſtratus aſſignare poſſet, & alias complures. In quibus actis conſiſtit.) legibus duntaxat ab eo latis. Chirographa.) exhibita certis perſonis propria manu ſcripta. Nō iſtas res.) huiuſmodi chirographa & priuatas conceſſiones. Duceret.) exiſtimaret eſſe. Cōcedo.) etiā ſi in actis habenda non ſunt. Conniueo.) conſentio, oculos claudo, ita ut fit, quoties quippiam non uidere ſimulamus. Tubero, ut eſt apud Aulum Gellium de Marco Attilio Regulo: Palpebras quoque eius, ne conniuere poſſet, ſurſum ac deorſum diductas inſuebant. Tranquillus in Iulio: Delicta neque obſeruabat omnia, neque pro modo exequebatur, ſed deſertorum ac ſeditioſorū inquiſitor ac punitor acerrimus, conniuebat in cæteris. Plinius: Viginti gladiatorū paria in C. principis ludo fuere, in his duo omnino qui contra comminationem aliquam non cōniuerent. lib. 11. Quæ lex melior.) Acta Cæſaris ſeruanda Antonius dicebat, quæ in legibus à Cæſare latis conſiſtere oſtendit Cicero. Leges uerò Cæſaris ab Antonio ſublatas, & primùm quidem de Prætorijs ac Conſularibus prouincijs, iudiciariam inde, & demum de ui & maieſtate, ideoq́; & acta Cæſaris ſublata. Prætoriæ.) in quas mitti prætores conſueuere. Conſulares.) in quas Proconſules. Prouinciarum ergo aliæ erant Prætoriæ, aliæ Conſulares. Hac lege.) quæ Iulia de prouincijs dicebatur. Sublata.) ab Antonio, qui contraria quotidie his legibus & ſuadebat & faciebat. Quid ea lege quæ promulgata eſt de tertia.) Iudicia Iulius lege lata ad duo genera iudicum redegit, equeſtris ordinis, ac Senatorij: Tribunos ærarios, quod erat tertium, ſuſtulit. Duæ prius hac Iulia lege eligebantur decuriæ iudicū, altera ex equeſtri ordine, ex Senatorio altera. Sed Antonius tertiam Centurionum adijcere uolebat. Promulgata.) Lex antè promulgabatur, deinde cum approbata fuiſſet, in æs incidebatur, & in ærario condebatur, & tunc demum lata dicebatur. Trinundino autem prius promulgabatur. Eſt autē promulgare quaſi prouulgare, hoc eſt in uulgus edere, ut Pompeio Feſ. placet. & Trinundinum quidē dicitur à ternis nundinis. Nundinæ uerò mercatum ſignificant, quoniā octo diebus ruſtici in agris uerſabantur in opere faciundo occupati, & nono quoq; die in urbem ueniebant, rerum permutationes facturi, lites compoſituri, ac ſuffragia Senatuſconſulto conceſſa, ſi opus foret, laturi. Primis nundinis & item ſecundis lex promulgabatur, ut à ſingulis atq; uniuerſis, quod ait Macrobius, facilè noſceretur. Tertio foro ſeu mercatu, cū omnis & urbana & agreſtis adeſſet turba, rogatio fiebat: præco uerba legis ſcriba ſubijciente recitabat: & ſi populus ſciſcebat, lex ferebatur, hoc eſt in æs, ut dictū eſt, incidebatur, & in ærario reponebatur. Et primis quidem ac ſecundis nundinis intercedere, hoc eſt, cōtradicere et impedire licebat: cū uerò lata fuerat, minimè. Hinc Cicero dicit aduerſas duas leges, quas poſt Cæſaris mortē Antonius promulgauerat: alteram de tertia decuria iudicum, alteram ut de ui damnati prouocarent ad populum, ſi uellent. De alijs tamen, inquit, legibus quæ promulgatæ ſunt, ſaltem queri poſſumus: de his quæ iam latæ dicuntur, ne illud quidem licuit. Illæ enim nulla promulgatione latæ ſunt antè, quàm ſcriptæ. Ex quo oſtendit trinundino recitatas populo nō fuiſſe, neq; intercedere illis licuiſſe. Nec multò pòſt ait: Loquor de legibus promulgatis, de quibus eſt integrū nobis: nō enim latæ erant, ſed tantū promulgatæ. Libellū.) chirographum ſeu cōmentarium. Quod ad populū, &c.) Quicquid Romæ ſtatuebatur, aut curiatis, aut centuriatis, aut tributis comitijs ſtatuebatur. Cum ex generibus omnium comitia ferebantur, curiata erant comitia: cum ex cenſu & ætate, centuriata: cum ex regionibus & locis, tributa. In campo Martio duntaxat centuriata habebantur

& igni nõ poteſt, donec populus ad quẽ prouocatũ eſt, aut damnarit, aut abſoluerit. Interdicere quempiam aqua & igni, eſt prohibere illũ ab uſu aquæ & ignis, quibus duab. rebus maximè humana cõtinetur uita. Obrogatur.) obrogatur legi, cum prorſus tollitur. Quæſtionib.) cum per tormenta et cruciatus quæritur quid reus fecerit. Reſcinduntur.) irrita fiũt & tolluntur. Prolatas eſſe.) in publicum. Et fixas.) in parietibus, in ærario, ac in æs inciſas. De exilio reducti ſunt à mortuo.) quia poſt Cæſaris mortẽ acta prolata ſunt, quæ Cæſaris eſſe dicebãtur, cum re uera nõ eſſent, quibus dicebatur uoluiſſe Cæſarẽ aliquos exules reduci, id quod ipſe uolebat & fingebat Antonius, ut prius eſt dictũ. Ciuitas data nõ ſolũ ſingulis, ſed nationib.) ut legioni Alaudarũ. Antonius quo ſibi fauorẽ ciuitatũ & nationum uendicaret, ciuitatẽ illis dedit. Natio genus hominum eſt qui nõ aliunde uenerũt, ſed ibi nati ſunt. αὐτόχθονας Græci uocãt: nos indigenas appellamus. Vectigalia) publici prouẽtus: φόρους Græci uocãt. Sunt etiã priuatorũ. Cicero in Parad. Ex meo tenui uectigali annua ducenta capio. Ergo hæc, &c.) Ironicè. Ergo quæ unus Antonius profert domo ſua, quaſi domi ſuæ cõpoſita, ea defendimus: quæ Cæſar qui ipſe & tulit, & gloriabatur tuliſſe, euertimus. Ipſe.) Cæſar. Eas inquã Cæſaris leges.) Hyperbaton eſt: in quo aut eadem uerba quæ in principio clauſulæ ſunt poſita, repetimus, aut diuerſa quæ idem ualeant, ut in rhetoricis ad Herennũ: Si perſuaſus auditor fuerit, id eſt, ſi oratio aduerſariorũ fidẽ fecerit auditorib. Et paulò poſt: Ergo ſi fidem factã putabimus. Quæ promulgatæ ſunt.) Poſſumus, inquit, de his legibus quæ promulgatæ ſunt, conqueri, quia nõ ſunt adhuc latæ, & in æs inciſæ: ſed aliquæ latæ dicũtur ab Antonio, ſcilicet quæ trinundino, uti prius eſt dictũ, promulgatæ nõ ſunt, de quibus cõqueri nõ poſſumus. Quid ſit.) Occurrit obiectioni, &, quærũt, inquit, Antonius & cæteri eius amici, atq; idem ſentientes, cur timeamus ne malæ ferantur leges, cum habeamus bonos Tribunos, qui uidẽtur, ſi id fiat, interceſſuri, & ſeſe oppoſituri. Paratos qui intercedant.) Ironicè. quaſi dicat, minimè habemus Tribunos pleb. qui intercedãt, ſi malas leges Conſules ferant. quod propter L. Antoniũ dictum eſt M. Antonij fratrẽ, qui Tribunus erat eo tẽpore. Paratos qui rempub. religione defendant.) Propter augures hoc dictum, quibus ius erat obnunciandi, ſi auguria nõ addicerent, aut ſi pluiſſet, aut tonuiſſet. Erat autem Augur M. Antonius. Lex autem Fuſia & Helia erant quæ uetabant agere cum populo, niſi ſeruatũ de cœlo fuiſſet. In oratione contra L. Piſonem queritur Cicero obnunciationẽ, qua perniciosis legibus reſiſtebatur, Fuſia & Helia legibus (quas propugnacula murosq́; tranquillitatis atq; ocij uocat) euerſam eſſe. Obnunciatio autem Auguris erat, qua obnunciabat, hoc eſt, nõ poſſe per auſpicia fieri admonebat. Tribunorũ plebis ea fuit autoritas, ut quicquid ſenatus decreuiſſet, ita ratum eſſet, ſi Tribuni approbarent. Præcipuè autẽ interceſsione pollebant, ſeſe alijs magiſtratibus opponendo, & per eos uim fieri prohibendo, adeò ut cum unus collegis repugnaret, facilè impedire omnes poſſet. Et ſacroſancti quidem atq; inuiolabiles erant Tribuni. Augures tantæ fuerũt autoritatis, ut nihil neq; domi, neq; foris niſi auſpicatò gereretur: quod Valer. Maximus docet de inſtitutis antiquis. Quas tu mihi interceſsiones, inquit.) Veluti dialogus eſt. hoc Antonius reſpondet Ciceroni, & quidem indignatus. Interceſsiones.) Tribunitias. Religiones.) augurum obnunciationes. Eas ſcilicet.) Cicero reſpondet. Negligimus iſta.) Antonius. Forũ ſepietur.) Et hic Antonius.

Quid tum?) Cicero. & conticus ſermo eſt. Id lex erit?) Ac ſi dicat, nõ erit. Cedo illa legitima.) Dic illa, inquit Antonius, legitima. & quæ ſint, reſpondet Cicero, quæ more ſiunt à maioribus tradito, ut tum demũ aliquid ratũ ſit, cum populus ſciuerit. Qui populus?) Antoni, populum dixiſti, ſed quemnam populũ? an illum intelligis qui ui & armis à uobis eſt excluſus? Quo iure?) quod mihi ius cõmemoras? An eo quod.) eo iure quo omnia ſunt ſublata, ui & armis ſcilicet. Atq; ego hoc dico de futuris.) Quæ ſuperius de Cæſaris actis dicit Cicero, ut reſcinderentur ab illis ipſis qui inuiolata manere uelle aſſererent. Si de legibus prouincialibus, iudiciarijs, & de ui ac maieſtate aliter ferretur quàm Iulius tuliſſet, item ut leges omnes diſſoluerentur, & ciuitas laberetur in deterius: futura quidem erant: nam facturi dicebantur Antonius & Dolabella: & integrũ ipſis ac liberum fuerat adhuc nõ facere: ideoq́; ne faciant, monet Cicero. Poſtea cõtinua oratione præſentem Dolabellam alloquitur, multa de Antonio, plura de repub. dicens. Quod eſt Augurum.) quia fungor auguris officio. ſic enim ut illi ſolent, futura prædico. quoniam augur erat Cic. Refelletur oratio mea.) dicar uanus fuiſſe & mendax uates. Loquor de legibus promulgatis.) à te Antoni, ſed nõdum latis, & in æs inciſis. Integrũ uobis.) liberum nõ ferre. Iraſci.) Vtriuſq; Conſulis, & præſentis Dolabellæ, & Antonij abſentis reprehenſurus uitia, ſed auaritiam in primis, & dominandi cupiditatẽ obiecturus, quòd per uim multa & cõtra leges faciant, ueniã dicendi poſtulat, & quaſi nouo utitur exordio. Amicè utrunq; & familiariter obiurgat, quòd actionũ eorũ initio exitus nõ conſentiat, & ut alia ratione gloriam & potentiam quærant, hortatur. Facilitatem.) quæ propriè eſt in admittendo, audiendo, ignoſcendo. Mihi.) Dicere uoluit, peſsima exiſtimatur. Auorum.) maiorũ, ut M. Antonij Oratoris, qui auus fuit Antonio, Syllanas partes ſecutus, quem C. Marius necauit, magnæ in repub. autoritatis. Auunculi, qui fuit L. Cæſar, frater Iuliæ ex qua natus eſt, & ipſe Conſularis, & magni in repub ſplendoris, nec minoris integritatis. Cum tanta gladiorum ſit impunitas.) cum impunè liceat gladijs uti. Promam.) depromam, exhibebo. Translatio à penu, unde neceſſaria ad uictum depromuntur. Vt qui armis utatur.) non offendendi, ſed ſui defendendi cauſa, ut dicebat Antonius. Vt qui armis utatur.) ſcilicet iraſcitur. Si ita neceſſe eſt) quia neceſſe ei minimè eſt, etſi hoc prætendit audaciæ & furori ſuo. Iis qui pro repub. &c.) nõ noceant &c. Sed ijdem.) amici, Antonij familiares. Ita mecum.) loquuntur. Licebit.) liberè loqui in Antonium, quoniam inimicus haberis Cæſaris, et interfectorum amicus. Piſoni ſocero.) Cæſaris, qui in Antonium inuectus fuerat, & ſolus liberè loqui auſus, ut eſt prius dictum. Admonent quiddam.) periculum eſſe ne occidat Antonius. Quod cauebimus.) Nam in ſenatum non ueniemus: nec erit minus iuſta cauſa nõ ueniendi in ſenatum mortis metus, quàm morbus. Excuſantur qui prætendunt morbum, multo magis ego excuſandus uidebor, ſi mortis prætendam metum: & ſimul Antonium tangit, qui morbum prætendens cauſam, in ſenatum non uenerat quo die hanc Cicero habuit orationem. De utriuſq; ueſtrûm errore.) de mutatione uoluntatis & actionum: quibus de rebus dicet. Credo enim uos.) non credere ſimulat,

quod maximè credit. Quæ ſemper ab ampliſsimo.) Cicero ipſe in Officijs: Quamobrem & hæc quidē uidēda ſunt, & fugienda pecuniæ cupiditas. Nihil eſt enim tam anguſti animi, tamq; parui, quàm amare diuitias. Nihil honeſtius magnificentiusq;, quàm pecuniā contemnere, ſi nō habeas: ſi habeas, ad beneficentiā liberalitatemq; conferre. Expiato foro.) diſiecta illa ara quam in foro Amatius extruxerat: & columna euerſa, quam Cæſari à plebe erectā diximus fuiſſe. Videbatur enim uiolatum forum fuiſſe, & piaculum cōmiſſum ab illa multitudine perditorum & audaciſsimorum hominū, qui aram & diuinos honores Cæſari ſtatuerant. Diſsipato concurſu impiorum.) nefariorum qui ad aram conueniebant, & tectis ac templis urbis minabantur. Principib. ſceleris.) Animaduertit enim Dolabella cùm in audaces ſceleratosq; ſeruos, tum in impuros & nefarios. Cuius ordinis.) Senatorij, equeſtris, plebeij. Cuius generis.) Ac ſi diceret, cuius qualitatis & gradus. multi uerò ſunt inter ſenatores, equites, plebeios. Cuius fortunæ.) pauperes, diuites: liberi, ſerui. Aptarunt.) accōmodarunt, adiunxerunt. Autore.) monitore, ſuaſore. Conſenſum illum theatri.) quod cum ingreſſus eſſet, omnes plauſere. Earū rerum obliti.) Seditioſum geſsit tribunatum Dolabella: graues autem excitauit turbationes, cum legem de nouis tabulis ferret: eumq; ea cauſa plebs tumultuaretur, inducti ſunt à M. Antonio magiſtro equitum milites 80. qui omnes ſunt à plebe cæſi. hoc autē eo tempore contigit, quo Cæſar contra reliquias Pompeianas & Iubam in Africam traiecerat. Doloris ueteris.) quem conceperant lata à Dolabella de nouis tabulis lege. Cum tuū collegam.) Quartùm Conſul creatus Cæſar, Antoniū ſibi aſſumpſit collegam. inſtituerat autem urbe excedere, magiſtratu ſe abdicare, & in locum ſuum Dolabellam ſubrogare: qua de re etiam in ſenatu uerba fecit. Sed moleſtè ferens Antonius inimicum ſibi in magiſtratu adiungi, in Dolabellā grauiter eſt inuectus: nec pauciora tamē aut æquiora ab illo audiuit. Re infecta ſenatus eſt dimiſſus: cumq; in ſententia perſtaret Cæſar, Dolabellamq; renunciari Conſulem iuſsiſſet, auguria obiecit Antonius, effecitq; ut ab incepto deſiſteret Cæſar: quo poſtea necato, Conſularem ueſtem induit, & Conſulatus inſignia circuntulit Dolabellæ. Antonius oblitus auſpiciorum quæ obiecerat Cæſari, cum pacem in Telluris templo ſuaſiſſet, ut quo animo ipſe eſſet, omnibus patefieret, Dolabellam collegam ſibi eſſe uoluit, quod antè paſſus non fuerat. Te ipſo augure.) non enim licebat Conſulem ſine auſpicijs creari. Ipſe uerò Antonius auſpex fuit Dolabellæ Conſulatum in Cæſaris locum ineunti eo ipſo die quo Cæſar trucidatus eſt. Pacis obſes.) pro Bruto & Caſsio, qui è Capitolio ſunt uocati.

Viros fortiſsimos.) Brutum & Caſsium. Hæc inuſta.) impreſſa ignominia. Ab equis ſumptum, quibus cauterio, hoc eſt, ignito ferro, notæ & ſigna quædam imprimuntur. Vt enim propter unius.) M. Manlius ob defenſum Capitolium Capitolinus cognominatus, cum Gallicos theſauros ſuppreſsiſſe argueretur, & addictos ac nexos propria pecunia liberaret, ſuſpicione regni affectati in carcerem coniectus eſt, & poſtea de Tarpeio ſaxo præcipitatus, domus diruta, bona publicata. adiecta eſt & gentilitia nota, quòd gentis Manliæ decreto cautū eſt, ne quis M. Manlius uocaretur. Liuius lib. 6. ab Vrbe condita. Vnus dictatoris.) Iulij. Pœnitebat.) pudebat. Vergil. in Bucol.

Nec te pœniteat calamo triuiſſe labellum. Licet quod cuique libet.) nam & dicebant hoc plures, & credebant. Quanquam ſolent domeſtici.) quod re uera accidit quotidie, ut principes uiri à domeſticis perſuadeantur & deprauentur. Deprauare.) à rectitudine & honeſtate detorquere. Verū iter gloriæ.) Cic. lib. 2. Offic. Vt pecuniæ, inquit, nō quærendæ ſolùm ratio eſt, uerumetiā collocandæ, quæ perpetuos ſumptus ſuppeditet, nec ſolùm neceſſarios, ſed etiā liberales: ſic gloria & quærenda, & collocanda ratione eſt: quanq̃ præclarè Socrates hanc uiam ad gloriam proximā & quaſi compendiariā eſſe dicebat, ſi quis id ageret, ut qualis haberi uellet, talis eſſet: quòd uera gloria radices agit & propagatur: ficta omnia celeriter tanquam floſculi decidunt, nec ſimulatum poteſt quicquā eſſe diuturnū. Metui.) Cic. in eodē lib. Omniū rerum nec aptius quicq̃ ad opes tenendas ac tuendas, q̃ diligi: nec alienius, quàm timeri. Præclarè itaq; Ennius: Quem metuūt, oderunt: quem quiſq; odit, periſſe expetit. Multorū autē odijs nullas opes ſubſiſtere poſſe, ſi antea fuit ignotum, nuper eſt cognitum, morte ſcilicet Iulij. In fabulis ipſis.) Tragicorum poëtarum. apud Accium Atreus inducebatur dicens: Oderint, dum metuant. & item apud Enniū, ut refert Cicero. Pernicioſum fuiſſe.) quoniam aut occiſi ſunt, aut in exilium pulſi. Auum tuum.) M. Antonium oratorem eloquentiſsimū, qui multa & domi & militiæ geſsit præclara: perijt autem Mariano & Cinnano furore. eius caput pro roſtris eſt poſitū. Is L. Cinna Conſul cum Octauio legem de exulibus reuocandis, Mario ſcilicet & cæteris tulit: prohibitusq; à Collega, & honore priuatus, ex urbe profugit: tranſiensq; ad partes, iunctus eſt Mario: cum quo urbem ingreſſus, & Octauium interfecit, & plurimas edidit cædes & crudelitates. Exitus.) finis & mors. Quem.) Cæſarem. Ea lege.) eo pacto, eo modo.

Cum ſumma gloria.) Summa enim gloria eſt, tyrannū occidere: & ei qui id facit, præmia ſolent tribui. Maiores tuos reſpice.) reſtitue, repræſenta, redde. Sine quo.) ſine ciuiū beneuolentia. Quiſquam.) tuorū, quibus obducturus es quaſi tenebras & obliuionē, ſi perges ſic facere. uel quiſquā noſtrū omniū. Quid enim gladiatorij clamores.) maximi, & quales gladiatorū ſolent eſſe. Hiſtoria autem hoc habet: Cæſar bellis omnibus ciuilibus cōfectis Romam rediit, formidabilēq; uniuerſis ſe præbuit. Omnes honores qui excogitari ab homine poſſunt, ei decreti ſunt. Sed aliquando eumē ſalutantibus ut regem, inclamauit uehementer & ingemuit populus: ipſe Cæſarē eſſe, nō regē, callidè ſubiecit. Lupercalibus item cum diadema capiti eius in foro ſedentis & ſpectantis unus ex lupercis accurrēs Antonius impoſuiſſet, ægrè tulit populus: iterumq; ac tertiò imponente illo, ac reijciente Cæſare et omnino reſpuente, clamore magno populus lætitiam prodidit. Cæſaremq; ſummis laudibus extulere omnes. Quid populi uerſus.) qui tribunal Bruti (erat autē prætor urbanus) uerſibus in hanc ſententiā noctu implebat: Brute dormis, neq; uerè es Brutus. Quid Pompeij ſtatuæ plauſus infiniti.) quæ à populo poſita occiſo Cæſare, & coronata eſt reperta. Quid ij tribuni.) qui omnes aduerſabantur Antonio & Dolabellæ, præter unum Saluiū qui Antonio fauebat, & L. Antonium fratrem. Quid?) Suſpendenda particula, & adiuuanda pronunciatione ſciſcitatio. Apollinarium ludorum.) Brutus, ut dictum eſt, Prætor erat urbanus, cum eſt Cæſar necatus: & quoniam nihil tutū Romæ uidebat, diſcedere ex urbe ſtatuerat: & Senatus, ne fugere uideretur,

ei &

ei & Caſſio rei frumentariæ curam demandauerat. Cum ergo abeſſet Brutus, ludos quos edere in Prætura conſtituerat, uoluit & iuſſit ſe abſente edi: & magnificè & ſumptuoſe nimis emerat elephantos complures, quos exhibere populo in ſpectaculis mandauit. Profectus Neapolim cum hiſtrionibus & mimis, de Canutio quodam qui in re ſcenica habebatur præſtantiſſimus, ſcripſit ad amicos, ut nõ niſi uolentẽ illum adducerent, quia Græcũ quenquam ui cogi nefas eſſe dicebat. Scripſit & Ciceroni, orans ut his ludis omnino intereſſet. Quibus ingens plauſus Bruto datus eſt, etſi aberat: quo ingens apparuit populi ſtudium in libertatis autores, ingens beneuolentia, & in tyrannos odium. Apollinares uerò ludi, qui & Scenici dicuntur, quoniam recitatione fabularũ cõmendabantur, T. Sulpitio Potito, & C. Licinio Stolone Coſſ. cum intoleranda uis peſtilentiæ urbem uexaret, inter alia cœleſtis iræ placamina instituti ſunt accitis ex Hetruria ludionibus. Circi duntaxat prius ſpectaculũ fuerat, quod Romulus dum rapiebantur Sabinæ, primus omniũ Conſualium nomine celebrauit. Liuius 7. ab Vrbe condita, & Valerius Maximus, autores.

O beatos illos.) Caſſium & Brutum. Accio tum plaudi.) poëtæ cuius fabula recitabatur Atreus. L. Accius Tragœdiarũ ſcriptor fuit. natus eſt Mancino & Serrano Coſſ. non multo ante Ciceronem & Cn. Pompeium, genitus parentibus libertinis. Senẽ iam Pacuuio Tarenti ſua ſcripta recitauit. Piſaurũ inter colonos ex urbe deductus fuit, fundumq́; illic habuit, qui Accianus eſt dictus. Niſi fortè.) Non enim Accio poſt annos ſexaginta quàm ſcripſerat illam fabulam, ſed Bruto & Caſſio plaudebatur. Equidem is ſum.) Occurrit, Non ſunt magni faciendi huiuſmodi plauſus, quoniam à paucis & iiſdem popularibus potentiorum fauorem aucupantibus dari ſolent. fateor, inquit Cic. & eos ſemper ego contempſi. Sed quando non à paucis, qui nihil aliud agunt & ſtudent, ſed ab uniuerſis tribuuntur, non contemno, nec plauſum eſſe, ſed iudicium puto. hoc eſt, quid ſentiant uniuerſi de eo cui plaudunt, indicare & demonſtrare exiſtimo. Popularibus.) ac ſi diceret uilioribus. Semper cõtempſerim.) nam (quod ipſe ait in Offic.) qui ex errore imperitæ multitudinis pendet, in magnis uiris nõ eſt habendus. Ii qui antè ſequi, &c.) ut Antonius. Tam caram populo Rom. uitã &c.) nam ſatis, inquit, conſideratis cuiuſmodi populi ſit iudiciũ de uiris bonis, & libertatis ſtudioſis, & quæ uoluntas in ipſa retinenda libertate. A. Hircius uerò Conſul deſignatus, & initurus proximè Conſulatum cum Panſa, grauiter ægrotauit, & maximus fuit omniũ timor, maxima ſolicitudo, ne decederet, publicè priuatimq́; ſuſcepta uota. In quo meminimus.) ac ſi dicat, in nullo, quod ipſe ſubiungit. Nõ interpretamini.) non intelligitis, & quale ſit iudicatis.

De ueſtra uita.) quos timent obfuturos reipub. Extaret.) appareret quaſi monumentum aliquod. Vel ad ætatem.) quia iam ſenex. Vel ad gloriam.) quia per omnes decurrit magiſtratus. Huc.) ad ætatem & gloriam.

GEORGII TRAPEZVNTII IN primam Philippicam Annot.

ANtequam de repub.) In hac prima Philippica Cicero & quare Roma profectus fuerit, & cur redierit, primũ proponit: deinde de iniuria Antonij queritur: demũ illius impotentiam & importunitatem oſtendit, & ſuum ſtudium operamq́; reipub. pollicetur. Aliquando.) ſcilicet interfecto Cæſare. Quaſi in uigilia.) Imago, quam Græci εἰκόνα uocant. Vſquam.) aliquò. In ædem Telluris.) in templum. Neq; enim alibi ſenatus haberi poterat, quàm in loco ſacro. Atheneinſiumq́; renouaui uetus exemplũ.) cum ſcilicet bello Peloponneſiaco poſt multas reipub. conturbationes, tandem Athenienſes, qui inter ſeipſos multas cædes ediderant, conuenerunt, ut obliterata iniuriarũ memoria, cõmuni conſilio cõcordes & unanimes rempub. ſuſciperent. Græcum etiam uerbum uſurpaui.) ἀμνηστίαν ſcilicet ἢ ἀμνησίαν. Et liberos eius.) Nam cum Brutus & Caſſius principum ſuaſu è Capitolio (quò ſe interfecto Cæſare receperant) in forum deſcendiſſent, & Cinna quodam concionem habente, deſiderio & miſericordia Cæſaris cum plebs eſſet concitata, rurſus ſe in Capitolium contuliſſent, poſtridie obſide filio Antonij accepto iterum deſcenderunt: ubi in templo Telluris pace facta, ita inter eos conuenit, ut acta Cæſaris ſeruarentur, & eius cadauer magnificè efferretur: quo tempore Antonius multa de concordia diſſeruit. Quæ habebat domi de repub.) Hoc dicit propter cõmentaria Cæſaris. Ad hunc ordinem.) Senatorum ſcilicet. Res optimas deferebat.) quibus de rebus Senatores deliberarent, & autores eſſent.

Num qui exules reſtituti?) quaſi dicat, nulli. hoc dicit, quia poſtmodum multos reduxit, multos etiã eiecit, quos Cæſar in cõmentarijs ſuis nominè notauerat. Vnum aiebat.) ſcilicet reſtitutum eſſe ex commentarijs Cæſaris.

Num immunitates datæ.) nullæ. Nam poſtea multas ciuitates ac populos, qui tributum populo Romano pendebant, immunes fecit. Seruio Sulpitio.) qui iuriſprudentiſſimus fuit, & eloquentiſſimus. Feſtinat.) σπεύδει.

Quæ uim iam regiæ poteſtatis obtinebat.) poſt Syllam ſcilicet & C. Cæſarem, qui perpetuam dictaturam ſibi aſſumpſerunt, cum illud imperium ſemeſtre legibus eſſet.

Quod ſæpe antea iuſtum fuiſſet.) ſcilicet cum & legibus accipiebatur, & legitimè deponebatur. Vncus impactus eſt.) infixus eſt. Inuaſerat.) tanq̃ in alienã poſſeſſionem. Quæ niſi collega abfuiſſet.) profectus ſcilicet in Syriam. Serperet.) ſenſim & ſine ſenſu ſubiret, progrederetur. Buſtum in foro facerent.) id eſt, cadauer in foro cremarent. tum enim buſtum dicitur, cum cadauer concrematum eſt. Qui illam inſepultam, &c.) id eſt, qui efficerant, ut mortui ac ſepulti deſideriũ ac memoria ſupereſſet ac uiueret. in quo notat Antoniũ, qui in concionem repugnante Caſſio, cõcedente Bruto, tandẽ obtinuit ut Cæſar magnificè ſepeliretur, & funus duceretur. Talis animaduerſio fuit Dolabellæ.) id eſt, ita animaduertit, puniuit aliquos Dolabella. Execrata columnæ.) in qua amici Cæſaris ad æternã eius memoriã inſcripſerant, Parẽti Patriæ.

Conſules deſignati.) ſcilicet Hircius & Panſa. Haberemq́; ius legationis liberũ.) poterat enim pro ſuo arbitrio legatus proficiſci. Nõ ſine cauſa.) pertimeſcebat enim inſidias. Vrbs coniunctiſſima.) propter quæſturam quam geſſit in Sicilia. Vrbs.) Vrbem pro ciuitate poſuit, ſicut in Epiſtolis ad Atticum, quum dicit domum ſuam inflammatam fuiſſe urbe inſpectante. Agrigenti.) ciuitas eſt Siciliæ. Præter naturam, præterque fatum.) Violentam & inopinatam mortem ſignificat: ut eſt apud Homerum, μὴ καὶ ὑπὲρ μοῖραν δόμον Ἄϊδος εἰσαφίκηαι. Quod Cicero fatum atque naturam uidetur dixiſſe, illud multo antè Demoſthenes dixit ὑπὲρ στεφάνου his uerbis, ὁ μὲν τοῖς γονεῦσι νομίζων, μόνον γεγενῆσθαι, τὸν τῆς εἱμαρμένης καὶ τὸν αὐτόματον

[illegible] De heſterna Marci Antonij iniuria.) Dictum eſt enim M. Antonium milites mittere uoluiſſe qui Ciceronem in Senatum pertraherent: poſtea pignoribus acceptis reliqua ui abſtinuiſſe. Præ me ſemper tuli.) Non ſolùm, inquit, hoc leue eius & exiguum beneficium in memoria habui, ſed etiã prædicaui: quod eſt gratiſsimi hominis. Vt ægrotos.) Hoc dicit propter Appium Claudium, qui bello Conſentino Tarentino, cum Senatores pacem cum Pyrrho faciendam cenſerent, delatus in Senatum diſſuaſit, qui apud Ennium his uerſibus Senatum reprehendit: Quò uobis mentes rectæ quæ ſtare ſolebant Antehac, præcipiti ſeſe flexere ruina! Hunc Pyrrhũ Conſentini cum aduerſus po. Ro. bellum gererent, ex Græcia accerſiuerunt, ut eo Imperatore uterentur. Remiſiſſet de ſeueritate cogendi.) quam ſcilicet ita intenderat. Parentalia.) iuſta ſunt mortuorum. Inexpiabiles.) quæ nullo ſupplicio, nullo ſacrificio piari & expurgari & lui poſſent. Stirpem.) progeniem ſuam, ſcilicet Brutum qui Cæſarem occidit. Propagauit.) produxit. ſumptum de uitibus. Si quis accidiſſet grauior Reipublicæ caſus.) propter hoc piaculum & iram deorum. Solent autem dij immortales publica ſcelera aut bello, aut morbo, aut fame ulciſci. Velim.) utinam. Vultu.) indicando ſcilicet uoluntatem animi ſui, lætitiã ſcilicet aut dolorẽ oſtendendo.

Ab omnibus ijs.) quos ſcilicet neceſsitudo Antonij, aut beneficium Cæſaris prohibent liberè loqui, ſicut erat L. Cæſar, & multi alij. Primùm igitur acta Cæſaris.) Superius cauſas utraſque & profectionis & reuerſionis ſuæ expoſuit, deinde queſtus eſt de iniuria Antonij: in multos etiam Conſulares uehemens fuit. Minimè rogatus ſententiam de actis Cæſaris, ſeruanda dicit, quæ ab Antonio non ſeruari docet, hoc argumento: Is acta Cæſaris non ſeruat, qui leges non ſeruat: Antonius leges Cæſaris non ſeruat: ergo Antonius acta Cæſaris nõ defendit. Deſtruit enim leges primum de prouincijs prætorijs & conſularibus, deinde iudiciarias, denique eam quæ eſt de ui ac maieſtate à Cæſare lata. Sed quia rationem habendam maximè arbitror pacis atq; ocij.) quia in primis conſulendũ cenſeo & proſpiciendum ocio ac paci. Modò ſine aduocatis.) Vel aduocatos intelligit milites, quibus ſeptus in ſenatum ueniebat, & eorũ præſentia ac ui cauſam ſuã tuebatur, quẽadmodum priuatorum aduocati tueri ſolent: aut certè eius infantiã notat, qui per ſe ſine patronis & aduocatis ſe tueri ac defendere nõ poſsit. Sed, ut opinor, licet ei minus ualere, quod mihi heri per illum nõ licebat.) id eſt, licet ei ualetudinẽ malam afferre in excuſationẽ nõ ueniendi in ſenatum, quæ mihi non profuit heri cum à me afferretur: quia Antonius nõ conceſsit, nec excuſationem probauit. Hoc chirographũ.) alij chirographus, quod quis manu ſua notauit. In æs incidit.) In æs, nõ in ære incidi quid dicitur. Sculpebantur autẽ leges literis inciſis. In quo populi iuſſa perpetuaſq; leges.) Nam lex eſt generale iuſſum populi magiſtratu rogante. Tributa.) cui debebantur pro meritis. Data.) gratis. Ad Opis.) [illegible] Cruenta illa quidem.) ex bonis ſcilicet Pompeianorũ cæſorũ. Togatus.) in pace, nõ in bello. Promulgata.) quaſi prouulgata. Tum demũ lex lata eſſe dicitur, cum per trinundinũ propoſita eſt. Centuriatis comitijs.) quando omnes centuriæ in campo Martio ſuffragium de aliqua re ferunt.

Equo meruiſſet.) militaſſet equo. Quod eſt laudatius.) honorabilius, ſplendidius. Ex legione Alaudarũ.) quam Cæſar in ulteriore Gallia cõſcripſit, ergo erat Barbara legio. Noſtri.) ſcilicet milites, qui multa per uim & cõtra maieſtatẽ cõmiſerunt. Liberè iudicare nõ audeant.) aut propter auaritiã & ſordes, aut propter conſcientiã alicuius facinoris, aut metũ. Quantus eſt error.) quàm latus eſt error, quàm latè patet, quàm ad multos pertinet. Ad operas mercenarias.) ad eos quos ille reus mercede conduxerit. Protrahatur.) ad pœnam ſcilicet atq; ſupplicium.

Quæſtiones.) cum ſcilicet per tormenta & cruciatus quæritur quid ſit à reo cõmiſſum. Quid quod obrogatur legibus Cæſaris.) id eſt, leges Cæſaris abrogantur. Nationibus.) Natio genus hominũ qui nõ aliunde uenerunt, ſed ibi nati ſunt, quos Græci αὐτόχθονας uocant. Vectigalia.) quæ græcè τέλη dicũtur. Immunes.) ἀτελεῖς. Recitauit.) ipſe pronunciauit per præconẽ, ἀνεῖπε. Paratos habemus qui intercedant.) [illegible]. quaſi dicat, Tribunos plebis non habemus qui intercedant, ſi Conſules malas leges ferant. hoc autem dicit propter Lucium Antonium, M. Antonij fratrem, qui eo tempore Tribunatũ gerebat. Paratos qui rempub.) Hoc dicit propter Augures qui ius habebant obnũciandi ſi Tribb. pl. egiſſent cum populo Ioue tonante aut pluente. Erat autem id temporis Augur M. Antonius. Cedo illa legitima.) τὰ νόμιμα, ea ſcilicet quæ ſcripta ſunt legibus. Sciuit.) decreuit, ſanxit, conſtituit, à ſcio deriuatum. inde plebiſcita. Refelletur.) refutabitur, [illegible]. Eſt integrum.) nam latæ nondum erant: quare licet eas uel accipere, uel reijcere. Iraſci.) Hoc loco oſtendit Conſules auaritia & dominãdi cupiditate multa per uim & contra leges facere. Nouo quodam exordio licentiam quærit. Reprehendit igitur amicè, ut uidetur, utrunq;, quòd exitus initio actionum ſuarum non conſentiat: Deinde hortatur ac monet ut alia uia gloriã quærant & potentiam. Auorum.) auum habuit M. Antonium oratorem: auunculum L. Cæſarem, ut ego opinor. Cum tanta præſertim gladiorum ſit impunitas.) hoc eſt, cum liceat tam impunè uti gladijs. Ea.) [illegible]. Ea autem eſt gloria, laus rectè factorum magnorumq; in repub. meritorum, quæ tùm optimi cuiuſq;, tum etiam multitudinis teſtimonio comprobatur. Expiato foro.) τὸ ἄγος & piaculum cõmiſſum eſſe uidebatur per eos qui aram Cæſari & diuinos honores ſtatuebant. Cuius ordinis.) uel Senatorij, uel Equeſtris, uel plebeij. Cuius generis.) Sunt enim tam inter Patricios quàm inter Equites & plebeios multa genera & gradus. Deniq; fortunæ.) uel pauperes, uel diuites: uel ſerui, uel liberi. Aptarunt.) accõmodarunt, adiunxerunt. Quo autore.) quo conſiliario, quo duce, quo admonitore. Auſpiciorum te ipſo Augure nunciante.) quia non licebat Conſulem niſi auſpicio ſumpto creari. Inuſta eſt à te.) impreſſa eſt ignominia. ſumptum ab equis quibus notæ ac ſigna cauterio, hoc eſt, ferro calido imprimuntur. Vnde nota Cenſoria, quando Cenſores ignominia afficiebant aut Senatores, aut equites. Pœnitebat.) parũ uidebatur, ſcilicet fortuna & amplitudo & charitas & gloria quã adeptus fueras. Deprauare.) prauum uideri, facere prauũ, uel à recto detorquere & deflectere. Nihil enim.) Hoc dicit, q̃uis domi omnia fiant caſtè, ſanctè, integrè, incorruptè: tamen domeſtici plerunq; in malũ & non rectè accipientes, in uitia detorquẽt. Domeſtici.) quos ſuperius dixit familiares. [illegible]. Deteſtabile.) dignũ deteſtatione, & abominandũ, execrabile. In fabulis.) in Tragœdijs, ut apud Accium Atreus inducitur. Oderint dum metuant.)

metuāt.) crudeliter ſanè: quare et regno pellitur. Si enim exitus.) mors, interitus. Sine quo.) ſcilicet ſine beneuolētia ciuiū. Gladiatorib.) cum dabatur munus gladiatoriū.

Hærebant.) infixi erant. Accio.) hiſtrionū & Tragœdiarum actori. In illo apparatiſsimo ſpectaculo.) Nam cum Brutus multa atq; omnis generis animalia undiq; coēmiſſet, anteq̄ Roma cederet, quāq̄ poſtea ludis faciendis adeſſe non poſſet, tamē omnia illa animalia exhiberi, et quammaximè ac magnificētiſsimè ludos fieri uoluit: adeò ut Neapolim cōceſſerit, ubi multos hiſtriones ludorū Apollinariū cōduxit, ac Romā miſit. Scripſit etiam ad amicos, ut Canutiū quendam Græcū egregiū ea tēpeſtate hiſtrionem conducerent. A Cicerone etiā uehemēter contendit, ut ludis ſuis omnino intereſſe uellet. A popularib. ciuibus.) qui bonos oderunt, et malis artibus ac rationib. gratiam populi quærunt. Quale ſit, non interpretamini.) id eſt non exponitis uos, & explanatis uobis ipſis quo animo populus Romanus ſit. & cuiuſmodi ſit eius iudicium & uoluntas in retinenda libertate, cum tantopere laboret de uita Hircij, qui propugnat pro libertate.

PHILIPPI BEROALDI IN PRImam Philippicam Annot.

GRæcum uerbum uſurp.) Amneſtian ſignificat: ſic enim græco uerbo obliuio iniuriarū ſignificatur. Super quo hiſtoria talis apud luculentos ſcriptores perſcripta eſt: Thraſybulus ciuitatem Athenarū oppreſſam à triginta tyrannis, cum in libertatem uindicaſſet, atq; Atticos palabundos in patriam reduxiſſet, non minori prudentia ac moderatione uſus quàm fortitudine, ad cuncta pacificanda, pacemq; reconciliandam, legem tulit ſaluberrimā, ne quis anteactarum rerum accuſaretur: ne qua præteritarum iniuriarum mentio fieret: ne quis mulctaretur. Et hanc Athenienſes ἀμνηστίαν uocauerunt, hoc eſt legem obliuionis: qua concuſſus & labans Atticæ Reip. ſtatus in priſtinum habitum eſt reuocatus. Cic. igitur cum poſt interfectum Cæſarem Dictatorē iàcere conaretur pacis fundamenta inter Romanos tumultuantes, dicit ſe in templo Telluris uſurpaſſe uetus uerbū, hoc eſt amneſtian, ut ita obliuione ſempiterna, memoria diſcordiarū deleretur: quemadmodum apud Athenienſes Thraſybuli conſilio factitatum fuerat. De Amneſtia Probus Aemylius, Valerius Maximus, Flauius Vopiſcus, Paulus Oroſius meminerunt. Meminit & quadantenus Tranquillus, omiſſo tamen Amneſtiæ nomine, & nos in libro Annotationum copioſius fuſiusq; cuncta perſcripſimus. Vnum aiebat, præterea neminem.) De quo exule reſtituto intelligendum ſit, non temere reperias qui tibi explicet. ſignificatur autē Sextus Clodius P. Clodij filius infeſtiſsimi M. Tullio, ſuper qua re extant M. Antonij & Ciceronis epiſtolæ. ſic enim ſcribit M. Antonius: A Cæſare petij, ut Sextum Clodium reſtitueret, impetraui. Vncus impactus eſt.) Caium Amatium ſignat, qui humillimæ ſortis homo ſe ferebat Marij filium, qui perinde ac Cæſaris neceſſarius, arā illi interfecto conſtituerat, collectaq; perditorum manu ſeſe formidandū exhibebat. hunc Antonius interemit. quod facinus Senatores demirati ſunt, & approbauerunt. Autores Appianus & Liuius. Euerſio execratæ columnæ) Non ſat liquet an hæc illa ſit columna quā plebs Romana in foro ſtatuit Cæſari Dictatori ſolidam propè uiginti pedū lapidis Numidici: inſcripſitq; Parēti Patriæ. Nam ne credamus hāc hoc in loco ſignificari, facit Suetonius, qui ſcribit quemadmodum apud eandē columnā longo tēpore ſacrificare & uota ſuſcipere, & controuerſias quaſdam interpoſito per Cæſarem iureiurando diſtrahere populus Rom. perſeuerauerit. In Epiſt. ad Atticum dilaudans hoc facinus Dolabellæ ſic inquit: O mirificum Dolabellam meum: columnam tollere, locum illum ſternēdum locare. Quid quæris? heroica. in hunc ſenſum Lactātius lib. 1. ſic refert: Quòd ſi Conſul nō fuiſſet Antonius, C. Cæſar pro ſuis in Remp. meritis etiā defuncti hominis honore caruiſſet, & quidem conſilio Piſonis ſoceri, & L. Cæſaris propinqui, qui uetabant funus fieri: et Dolabellæ Conſulis, qui colūnam in foro, id eſt titulū eius euertit, ac forum expiauit. Infrà dicet buſtū Cæſaris in foro euerſum eſſe à Dolabella. Calēd. Iunijs immutata omnia.) In Epiſt. ad Atticū: Nonne meminiſti clamare te omnia perijſſe, ſi ille funere elatus eſſet? ſapienter id quidem. Itaq; ex eo quæ manarint, uides. Quæ ſcribis Calendis Iunijs Antoniū de prouincijs relaturū, ut & ipſe Gallias habeat, & utriuſq; dies prorogetur, licebitne decernere liberè? Haberē ius legationis liberū.) Sic in omnib. ferè Tullianis codicib. legi ſolet, & exponi liberum ius, ut intelligamus fuiſſe in arbitrio Ciceronis, utrū legationem ab Dolabella oblatā ſuſcipere uellet, an renuere: ſed mihi purior lectio et uerior uidetur eſſe ſi legas, ius legationis liberæ. ſunt enim quædā legationes partim uotiuæ, partim liberæ nuncupatæ. Votiuam legationē ex eo dictam autumant, quòd ſumitur ad uota diſſoluenda. Liberam uerò legationem ex eo opinor appellatam, quòd libera ſit, et ad quācunq; nationē: quæ impetrari ſolebat à Senatu tanquam cauſa proficiſcēdi honeſta, & uelamentū, ut ita ſub nomine legationis honorifico procul à patria ciues eſſe poſſent. Interdum liberæ legationes exigendi cauſa petebantur. quod multi boni uiri ſæpe fecerunt, ut docet M. Tul. in orat. pro Flacco. De libera legatione mentionem facit D. Brutus his uerbis: Cū in his anguſtijs uerſarer, placitum eſt mihi, ut poſtularem legationē liberam mihi, reliquisq; noſtris, ut aliqua cauſa proficiſcendi honeſta quæreretur. Idem M. Tul. in epiſtola quadam ad Quintum fratrē ſic inquit: Illud autē quod cupit Clodius, eſt legatio aliqua, ſi minus per Senatum, per populum libera, aut Byzantiū aut Brogitarū, aut utrunq;, plena res nummorum. Liberæ legationes uidebantur habere definitum tēpus quinquēnij ex lege Iulia. Verùm ne dubitemus hoc in loco legendū eſſe, ius legationis liberæ, euidēter oſtendit M. Tul. epiſtola quadam ad Atticū ſcribēs ſibi legatione opus eſſe, honeſtiorē eſſe libera uotiuam. Sed licet, inquit, uti utraq;. atq; inibi ex interuallo, Dolabella, inquit, me ſibi legauit ad quartū Nonas Apriles. id mihi heri ueſperi nunciatū eſt. Votiua ne tibi quidē placebat. Itē: Cogites quid agendum nobis ſit ſuper legatione uotiua, quod in his locis moneor à multis ne in Senatu Cal. adſim. Præter naturam, præterq; fatum.) Conſiderandum atq; id maximè requirendum putat Aul. Gell. qua ratione dixerit accidere multa humanitus poſſe præter fatum, quando ſic ratio & ordo & inſuperabilis quædam neceſsitas fati conſtituitur, ut omnia intra fatum claudenda ſint. Nihil autem dubium eſt quin uiolentam & inopinatam mortē ſignificauerit, tanquam in faciendo fine uitæ quæ uiolenta ſunt, non uideantur è fato uenire, ſintq; præter naturam. Virgilius quoq; id ipſum quod Cic. de fato opinatus uidetur, cū in quarto Aeneid. de morte Didonis uiolēta ſic ſcriberet:

Nam

Nam quia nec fato, merita nec morte peribat.

hoc eſt, non ſecundum inſtitutum naturæ, quod fatis attributum eſt hominibus, ſcilicet ut nulla ui adhibita moriantur. Hinc enim difficilis mors eſt, cum non conſenſu naturæ ſpiritus redditur: ſed extorquetur uiolentia, & extruditur ante diem quo natura potuit afferre conſenſum. Græci βιοθάνατον uocant mortem uiolentam, & βιοθανάτους homines qui uiolenta morte perimuntur: de quibus frequens mentio apud Firmicum Maternum. Contrà Demoſthenes θάνατον αὐτόματον appellat ſuæ ſpontis mortem, quam naturalem intelligi uult, quaſi naturalis & fatalis ille ſit obitus, qui nulla extrinſecus ui coactus uenit. Coguntur non pignoribus.) Marcus Varro in libris epiſtolicarum quæſtionum diſſeruit de pignore capiendo, deq́; mulcta dicenda Senatori, qui cum in ſenatum uenire deberet, non adeſſet. nam Senatores infrequentes captis interdum pignoribus mulctabantur. Ex ſenatus ſententia ædificatam domum.) Intelligi planè uult domum ſuam, quam cum olim Clodius incendiſſet, mox ſenatus cenſuit publica pecunia ædificandam. Gloriatur Marcus Tullius in oratione contra Piſonem, ſibi, quod antea nemini, pecuniam publicam ad ædificandam domum fuiſſe decretam. Quod nõ tam hiſtorico more, quàm oratorio, ut inquit Aſconius Pedianus, uidetur poſuiſſe. Nam multis ætatibus ante Ciceronem nulli id contigiſſe, uerum eſt: an uerò nemini unquam antea, uideamus, ne parũ cautè dicamus. Antiquis enim temporibus idem contigit Valerio Maximo, cui inter alios honores domus quoq; publicè ædificata eſt in palatio. Et Antiochi regis filio obſidi domum publicè ædificatam tradunt. Varro quoq; refert Mutini qui ab Hannibale tranſierat ad Romanos, ædes Romæ datas, & pecuniam ex ærario. Videamus tamen num ideo Cicero dicat ſibi, quod antea nulli, domum pecunia publica ex ærario ædificatam, quia illis aut locus publicè datus ſit, aut domus, quæ fuerit eorum, non publico ſumptu ædificata: Ciceronis uerò domus quæ fuerat ipſius, & diruta atq; incenſa erat, & à Clodio conſecrata Libertati, publico ſumptu ædificata ſit, quod nouum & huic primo & adhuc etiam ipſi ſoli cõtigit. Vt parentalia cum ſupplicationibus miſcerentur.) Parentare eſt manibus defunctorũ parentũ ſacrificare, unde & parentalia dicta ſacra quæ dijs manibus ſoluuntur. Fabius Maximus Seruilianus pontifex negat oportere atro die parentare: quia tunc quoq; Ianum Iouemq́; præfari neceſſe eſt, quos nominari atro die nõ oportet. Quænam, malùm, eſt iſta ſeruitus.) Annotant grammatici hanc particulam malùm, eſſe interiectionem indignationis: quæ locutio cum honeſta ſit, frequens eſt apud celeberrimos ſcriptores. Donatus in cõmentario Phormionis: Malũ, inquit, eſt aduerbiũ interpoſitæ indignationis.

Ad Opis maneret.) In epiſtolis ad Atticum in hanc ſententiam ſic ſcriptum legimus: Rapinas ſcribis ad Opis fieri, quas nos tum uidebamus: nec liberati ab egregijs uiris, nec liberi ſumus. ita laus illorum eſt, culpa noſtra. Vbi annotanda elocutio eſt ad Opis, pro ad ædem Opis deæ: ſic ad Telluris, ad Veſtæ, ad Dianæ, & ſexcenta ſimilia reperies apud autores claſſicos, & primi nominis. De tertia decuria iudicum.) Tiberius Gracchus legem tulerat, ut equites Romani iudicarent: qui iudicauerunt triginta annis ſine infamia. pòſt Cornelius Sylla uictor leges tulerat, ut Senatorius ordo iudicaret: & iudicauit per decem annos turpiter. Lex quoque ab Aurelio Cotta lata eſt, ut unà cum Senatoribus & equitibus Romanis Tribuni ærarij ſimul iudicarent. Cæſar dictator lege Iulia iudiciaria redegit iudicia ad duo genera iudicum, equeſtris ordinis, & Senatorij: Tribunos ærarios, quod erat tertium genus, ſuſtulit. Decuriæ autẽ iudicum, ut Plinius noſter refert, pluribus diſcretæ nominibus fuere. alij nanq; Tribuni ærarij, alij Selecti, quidam Nongenti uocabantur. De Selectis ait Horatius: Vnum ex iudicibus ſelectis obijciebat. Decuriæ iudicũ non niſi quatuor fuere primò, deinde aliæ quoq; à Cæſaribus additæ ſunt, ut in cõmentarijs Tranquilli ſuis locis annotauimus. Centuriatis comitijs.) Centuriata comitia, ut ſummatim explicem id quod plenis paginis apud pleroſq; implicatũ eſt, dicuntur quando nõ uiritim feruntur ſuffragia, ſed centuriatim, hoc eſt, ut ſingulæ centuriæ ſingulos calculos ferant. Curiata uerò ea ſunt comitia in quibus uiritim populus ſuffragiũ fert. In centuriatis comitijs poteſtas omnis erat penes optimates & nobiles: in curiatis uerò penes populũ. unde controuerſia quandoq; orta inter patritios & plebeios, poſtulantibus patricijs annitentibusq́; ut comitia centuriata haberentur, in quibus ipſi pollebant: contratendentibus plebeijs, & curiata comitia efflagitantibus, in quibus ipſi erant domini ſuffragiorum.

Iudicatus.) Iudicatio, iudicandiq́; poteſtas. nomen eſt. Ex legione Alaudarũ.) In epiſtolis ad Atticũ: Miſit ad me Cecinnam quendam Volaterranũ familiarem ſuũ, qui hoc pertulit tantũ, Antonium cum legione Alaudarũ ad urbem pergere, pecunias municipijs imperare, Legionẽ ſub ſignis ducere. Cæſar Dictator, ut apud Suetonium enarrauimus, legionem unam ex Tranſalpinis conſcripſit. quam uocabulo quoq; Gallico Alaudam appellauit: eamq́; poſtea uniuerſam diſciplina cultuq́; Rom. inſtitutam & ornatam, ciuitate donauit. Plinius quoq; de alauda auicula ſcribens, quæ alio nomine Galerita appellata eſt, poſtea inquit, Gallico uocabulo etiam legioni nomen dederat. De legibus quæ promulgatæ ſunt.) Promulgari leges dicuntur, cum primùm in uulgus eduntur, quaſi prouulgari. Caput autem & origo & quaſi fons legum rogatio eſt. quando ſcilicet promulgantur leges, populum ita rogat, id eſt, interrogat magiſtratus, Velitis iubeatiſne Quirites hoc fieri? Ex inſtituto priſcorum lex trinis nundinis promulgabatur: eratq́; integrum per id tempus intercedere ac tollere ſi parum probaretur, ſiue quid uitij eſſet. Vbi uerò trinundino lata erat, & in tabulis æneis inciſa, ampliùs reſcindere infirmareq́; non licebat. Trinundinum dici interpretatur Priſcianus quaſi trinarum nundinarum: de quo M. Tullius in Oratione ad Pontifices: Si quod in cæteris legibus trinundinum eſſe oportet, in adoptione ſatis eſt trium eſſe horarum, nihil reprehendo. Quintilianus: Siue non trinundino fortè nundino promulgata lex, ſiue non idoneo die fuit.

Te intuens Dolabella.) Dolabellam ſubaccuſat, quòd à uirtute priſtina degenerauerit, & Rempublicam cuius fuerat ab initio defenſor, non ſolùm deſeruerit, ſed etiam euerterit: de quo ſic ſcribit ad Atticum: Ego, ſi me non improbiſſimè Dolabella tractaſſet, dubitaſſem fortaſſe utrum remiſſior eſſem, an ſummo iure contenderem: nunc etiam gaudeo mihi cauſam oblatam, in qua & ipſe ſentiat, & reliqui omnes me ab illo alienatum, idq́; præ me feram, & quidem me mea cauſa facere, & Reipublicæ cauſa, ut illum oderint, quòd cum eam me autore defendere cœpiſſet, non modò deſeruit emptus pecunia, ſed etiam quantum in ipſo fuerit, euertit. Extant Ciceronis epiſtolæ

ad Do-

epiſtolæ ad Dolabellã, quibus eum præconio laudis extollit, tanquam Reipublicæ propugnatorem: qui mox immutata uoluntate deſeruit partes optimatium, ſecutus factionem Antonianã. Ab ampliſsimo quoque contẽpta eſt.) Plato libro ſexto de Rep. philoſophum dixit minimè cupidum pecuniæ eſſe: carpitq́; φιλοχρημάτους. ſic enim Græci auaros pecuniæq́; ſitientes appellant. Neminem licet M. Manlium uocari.) Quintilianus in tertio: Poſt mortem adiecta quibuſdam ignominia eſt, ut Melio, cuius domus ſolo æquata: Marcoq́; Manlio, cuius prænomen è familia in poſterum exemptum eſt. Liuius libro ſexto: Adiectæ, inquit, mortuo notæ ſunt, publica una, qua latum ad populum eſt ne quis patricius in arce aut in Capitolio habitaret: gentilitia altera, quòd gentis Manliæ decreto cautum eſt ne quis M. Manlius uocaretur. Vt culpam, ſic etiam ſuſpicionem.) Quintilianus in ſecundo ſalubriter præcipit carendum eſſe non ſolùm crimine turpitudinis, uerùm etiã ſuſpicione. Cæſar Dictator interrogatus cur Pompeiam repudiaſſet uxorem, Quoniam, inquit, meos tã ſuſpicione quàm crimine iudico carere oportere. Oderint, dum metuant) Seneca lib. 2. de Clementia ſic inquit: Timeri uult, quia inuiſus eſt: & illo execrabili uerſu, qui multos dedit præcipites, utitur, Oderint, dum metuant. Inde cernis quanta rabies oriatur, ubi ſupra modũ odia creuerunt. Item, Vocem illam diram & abominandam, Oderint, dum metuãt, Syllano ſcias ſeculo ſcriptam. Item, Conſidero multas uoces magnas, ſed deteſtabiles in uitam humanam perueniſſe: ut illam, Oderint, dum metuant. Caligula imperator, ut autor eſt Tranquillus, tragicum illud ſubinde iactabat, Oderint dum metuãt. Vox autem hæc ab Atreo crudeliſsimo apud poëtam Tragicum uſurpata eſt. Ludorum Apollinarium.) Romanorum annalib. continetur, ut Macrobius refert, ludos primò Romæ Apollini celebratos eſſe ex uaticinio Marcij uatis, carmineq́; Sibyllino: qui dum celebrarentur, repentino hoſtis aduentu plebes ad arma excitata, hoſti occurrit: eoq́; tempore nubes ſagittarum in aduerſos uiſa ferri, & hoſtem fugauit, & uictores Romanos ad ſpectacula dei ſoſpitalis reduxit. Hinc intelligitur prælij cauſa, non peſtilentiæ, ſicut quidem exiſtimant, ludos Apollinares inſtitutos. In carminibus Marcij uatis inuentum ita eſſe ferunt: Hoſtem Romani ſi ex agro pellere uultis, uomicamq́; quæ gentium uenit longè, Apollini uouendos cenſeo ludos, qui quotannis comiter Apollini fiãt. his ludis faciẽdis præſit is Prætor q ius populo plebiq́; dabit ſummũ. hoc ſi rectè faxitis, gaudebitis ſemper, fietq́; reſpub. ueſtra melior. Liuius lib. 25. ab origine Vrbis: Hæc eſt, inquit, origo ludorum Apollinarium, uictoriæ, non ualetudinis ergò, ut plerique rentur, uotorum: factoſq́; populus ſpectauit coronatus, matronæ ſupplicauere, uulgò apertis ianuis in propatulo epulati ſunt, celeberq́; dies omni ceremoniarum genere fuit. Annotandum à Liuio dici ualetudinis ergò, pro cauſa, ſecundum priſcorum conſuetudinem, à quibus dicitur, ſtatua donatus eſt honoris utriuſque ergò, id eſt cauſa. hinc illud notiſsimum poeticum, Illius ergo uenimus.

Quibis ludis.) Brutus poſtquam uidit tutò Romæ ſe eſſe non poſſe, in Aſiam proficiſci deſtinauit: uerùm cum eſſet Prætor, ludos abſens facere curauit: quorum cura & adminiſtratio ex magna parte ad Pomponiũ Atticum pertinebat. Idem per epiſtolam rogauit M. Tullium, ut ludos ſuos ſpectaret: de quibus ſic ſcribit ipſe ad Atticum, illos ludos celebrari, & eſſe quàm gratiſsimos cupio, idq́; ita futurum eſſe confido. Alio quoque loco docet uenationem poſtridie ludorum Apollinarium editam eſſe à Bruto. Reperio apud autores quod annotatu dignũ, & huic loco mirè congruit, ab Accio poëta conditam fuiſſe fabulã cui nomen eſt Brutus: quam inter togatas prætextatas numerant. Ex titulo ſuſpicari meritò poſſumus hanc fabulam Bruti titulo inſcriptam, celebratam his ludis ſcenicis fuiſſe, quos Brutus abſens fecit. Ad hanc fabulam alludere uidetur et M. Tul. ſic ſcribens ad Attic. Tuas iam Brutus literas expectabat: cui quidem ego non nouum attuleram de Tereo, ille Brutũ putabat. Tam charam populo Rom. uitam.) Hircius & Panſa deſignati Conſules poſt Antonium & Dolabellam, Cõſulatus inire honorem Cal. Ian. debebant: quos cum populus Rom. Reip. conſulturos ſperaret, charos habebat ita, ut meritò cum id temporis morbo implicitus Hircius foret, ſolicitudine maxima atq́; timore affectus ſit, & uota pro eius ſalute ſuſceperit. M. Tullius prætextatos & grandes diſcipulos uocabat, cum eo declamandi magiſtro iam deſignati Conſules uterentur. Hircium & Dolabellam feſtiuiter epiſtola quadam ad Papyrium Pætum dicit ſe habere dicendi diſcipulos, cœnandi uerò magiſtros: illos apud ſe declamare, ſe apud illos cœnitare. Quod uixi, uel ad ætatẽ) Ceſtius Declamator egregiè dixit: Si ad deſiderium populi reſpicis Cicero, quando perieris, parum uixiſti: Si ad res geſtas, ſatis uixiſti: Si ad iniurias fortunæ, & præſentem Reipublicæ ſtatum, nimium diu uixiſti: Si ad memoriam operum tuorum, ſemper uicturus es.

IOANNIS STVRMII IN PRImam Philippicam Annot.

ANtequam de Rep.) Protinus ab initio propoſitionem facit totius orationis generalem, quæ ipſa etiam in ſe multo maximam ordinis & diſpoſitionis partem complectitur. Eſt igitur locus docilitatis. Ego cum ſperarem.) Initium narrationis περιοδικῶς ex duob. membris. Nec uerò uſquam) Explanatio poſterioris membri, ideo priori loco poſita, quoniam breuior erat. Græcũ etiam uerbum.) Hanc legem Thraſybulus tulit poſt deuictos & profligatos triginta tyrannos. Erat autem lex ἀμνηστίας, ut ne quis de antea factis accuſaretur, neue præteritarum rerũ mentio fieret, lata communis concordiæ cauſſa. Vide Valerium Maximum libro quarto, & Aemylium Probum in uita Thraſybuli. Præclara tum or.) Explanatio prioris membri in initio narrationis per enumerationem, quæ probat iuſtam quandoque ſpem fuiſſe tranquillioris & melioris Reip. Vnũ aiebat, præter.) Sextum Clodium aiebat P. Clodij filium, qui precibus Antonij à Cæſare eſt reſtitutus. Multa præterea.) Pulchra commonitio, ad augendam fidem cum breuitate orationis. Lux quædam uidebatur.) Declinatiuncula, ἐπιφωνηματικῶς καὶ ἐπιφορησίαν, ad orationis grauitatem, & exaggerationem. Liberatus cædis periculo.) Aptus reditus ad ipſam enumerationem: cuius tametſi extremum & unicum membrum eſt, tamen magnum pondus habet. Nam C. quendam Amatium, qui ſe filium C. Marij, & propterea Cæſaris affinem falſo dictitarat, hominem poſt Cæſaris necem popularem & ſeditioſum, Antonius indicta cauſa interfecit, ad Gemoniasq́; ſcalas unco infixo trahi curauit: quo facto ſummam ſuam erga Cæſaris percuſſo-

res uoluntatem declarauit. Vide Appianum et Florum.

Expoſui P.C.) Tranſitus ad alteram partem expoſitionis ex periodo bimembri, κατὰ κῶλον, uel ut alij uocant, per conuerſionem breuiter & abſolutè. Quæ plus habet adm.) propterea etiam auditu iucũdior. Omnis tranſitus docilitatis locus eſt, hic etiam attentionem habet. Non ſine cauſa.) Propter ueteranos, qui Brunduſij erãt.

Quæ tamen urbs.) Declinatiuncula. magis enim feſtinationem ſuam & animi dolorem oſtendit, quàm narrationem perpetuet. Veritus ſum ne.) δικαιολογία ad probitatem ingenij ſui innuendam. Cum autem me.) Continuatio narrationis. Eſtq́; hic locus plenus ſignis uериſimilibus πιθανολογικῶς, & ipſo rei inſperato exitu iucundam expoſitionem habet. Ex his quidem.) Hactenus ita ex circunſtãtijs temperauit orationem, ut in ſumma feſtinatione nẽceſſaria mora facta eſſe uideatur. Nunc cauſſæ reditus rurſum per enumerationem exponũtur. M. Antonij concionem.) Δημηγορίαν. Hanc in ſenatu habuit pro Sexto Pompeio Cn. filio, qui id tẽporis in Iberia bellum gerebat contra Cæſaris pretores. Hunc reuocandum in patriam ſuaſit, & pro patris bonis, quæ in æde Opis in publicum redacta erant, uigeſies & quinquagies decies mille drachmas Atticas reſtitui, & præſidem maris inſtitui debere cenſuit. Nec multo pòſt.) Edictum Bruti erat, ut ne cui intra uigeſimum annum prouincia obueniret. quod factum erat à Bruto & Caßio urbanis pretoribus contra Antonij potentiam, qui minor his annis erat. Fit enim plerunq; παρένθεσις γνωμολογικῶς ad fidem narrationis. Remißis Gallijs.) Nam harum Ciſalpina D. Bruto cum tribus legionibus obuenerat: Tranſalpinam Munatius Plancus ſortitus erat: Ciſalpinam Antonius loco Macedoniæ poſtulabat: quæ res ſuſpecta Senatui fuit, eoq́; Bruto ſignificauit ut prouinciam retineret, & contra Antonium maiorem manum faceret.

Tum uerò tanta.) συμπέρασμα μικρὸν pulchra ὑπόβασις ornatum, moderatum etiam breuiuſcula occupatiuncula ad beneuolentiam augendam. Atque ego celeriter.) Declinatio tum ad Brutum παθητικῶς commendandum, tum ad cauſſam eam commendandam à perſona L. Piſonis.

Erectus enim.) τὸ παρρησιαστικὸν hic locus habet, propter libertatem orationis. Ex quo primùm.) Pars altera declinationis etiam, tamen ſuperiori coniuncta, ut cauſſa fuiſſe illa uideatur maturandi reditus. Hunc igitur ut.) Reſumptio concluſionis κατ' ἐπιφορὰν. Quoniã utriuſq; con.) Tranſitus poſt factam narrationẽ ad reprehenſionem Antonij iniuriæ. qui locus tametſi prior uideatur potuiſſe eſſe, & occaſionem habuiſſe maioris expoſtulationis & querelæ, tamen ideo utrunq; uitatũ eſt, ne uideretur ſuũ, non Reip. negociũ agere. Cui ſum amicus.) More ſuo aduerſario ſe amicũ profitetur. Quid tandem erat cauſſæ.) Propoſitio huius loci. Nulla cauſſa fuit cur in Senatum cũ contumelia cogerer. Subiungitur inde ex proximo probatio. Nam neq; ſolus aberã, neq; ea res agebatur, ut neceſſarium eſſet: ſed de ſupplicationib. agebatur, ubi gratia, non mulcta requiritur. Hannibal credo) Pulchra troma uice infirmationis ad contemptionẽ aduerſarij atq; eius cauſſæ. Imitatus eſt hũc locum Liuius in oratione Catonis pro lege Oppia. Hannibal poſt cladem Cannẽſem exercitũ ſuũ promouit ad tertium ab urbe lapidẽ, Romã obequitauit, & intra mœnia iaculum miſit, unde magna omnium mentes conſternatio occupauit. Pyrrhus Epirotarum rex, uario marte ſæpe pro Tarentinis contra Romanos pugnauit. Poſtremò ad uigeſimam ab urbe lapidem caſtra poſuit, cœptũq; eſt de pace agi per Cyneam legatum: ad quod conſiliũ Appius Cæcus & ſenex delatus eſt, qui fortißimè et prudẽtißimè regijs promißis ſua oratione reſtitit. Coguntur enim nõ pig.) ſed amore & conſuetudine. Qui cum mihi mos.) συμπεραστικὸν ἀπολογητικῶς, addita eſt μετάβασις etiã ad ad maiorem defenſionẽ. At ille uobis aud.) Criminatio ex aduerſo illata, ad quãdã ἀντίθεσιν, hoc eſt facti ſui & contumeliæ aduerſarij dißimilitudinem oſtendendam. Nimis iracundè.) ἐπιφώνημα ad maiorem uituperationem et indignationẽ. Sc publicis operis diſturb.) παρονομασία ἐμφατικῶς, & exaggeratio facti.

Aut quid eſt ultra.) ἐκ περιουσίας, hoc eſt ex abundanti uis quædam argumenti, hoc pacto: In ſupplicationibus gratia, non mulcta ualere debet. Tametſi etiã aliâs, nunquam ultra pignus eſt, nunquam ædium demolitio. Qui ſi ſciſſet.) Hoc cum contẽptione quadam proferendũ eſt. Habet autem tranſitum ad inſequentem probationem.

An me cenſetis P.C.) Propoſitio pulchris exornata & producta ſchematibus, ad orationis uehementiam & grauitatem. Nihil dico quis.) Comparatio à maiori ad amplificationem. Vt cuius ſepul.b.) Ratio cur diſſuadeat ſupplicationes. Ego uerò eam ſententiã.) Summam ſuæ ſententiæ dixit: tamen nunc quaſi nihil dixerit, incertum profert. Sed pertinet hic locus ad animorum perturbationem, habetq́; in ſe ἐμφατικῶς quandam ἔκπληξιν, à deorum ira & metu. Quæ partim iam ſunt.) ἐμφατικῶς illud extra ambitum collocatum eſt, ut magis aures & mentes feriat. Sed hæc ignoſcant.) εὐχὴ, ad deprecationẽ & excuſationem magno indicio charitatis ſuæ erga patriam.

Quid de reliq.) παρασκευὴ ad reprehẽſionem inſequentium, & tractationem principalis quæſtionis, quæ eſt de Cæſaris actis. Qua quidem ex re.) μεμψιμοιρία temperata per querimoniam. Non modò uoce nemo.) Cum admiratione illud proferendum, habet tamen & admixtam indignationem. Quænam, malùm.) Plena ἀγανακτήσεως.

Fuerit quædã neceſſaria.) propter regnũ, ſcilicet Cæſaris. Nec ego hoc.) Pulchra præſumptio ad beneuolentiã. Elabitur aũt per diſtinctionẽ. Quare primùm gratias.) Cõcluſio ſiue abſolutio præmunitionis ex locis beneuolẽtiæ & attentionis. Primùm igitur.) Apta propoſitio huius quæſtionis, non integra, ſed diuiſa et ſeparata, & ſparſa longius, ut paulatim aſſenſum demereatur, hoc pacto: Cæſaris acta ſeruãda quoq; cenſeo, ſed quæ legib. eius non repugnẽt, ut multa eius chirographa, libelli, cõmentarioli: & ea demum quæ legitimè ſeruari deberent, ferantur, quæ nõ pro Antonij arbitrio excogitẽtur. Hæc enim tria ſunt firmamẽta in hac quæſtione contra Antonij rationes. Hic intelligãt ſtudioſi quàm callidè Orator et ſenſim incedat: quod fit plerunq; in firmamentorũ collocatione. Equidem exiſtimo.) Approbatio primi firmamenti ἀρχικῶς.

An ſi cui quid.) Infirmatio cõtrariæ ſentẽtiæ, à maiori.

Quæ tamẽ multo.) Alterũ firmamentũ breuiter & paucis ſaltẽ indicatũ. Sed ea non muto.) Pulchra præteritio poſt rem expoſitã. Cruenta illa quidẽ.) Hoc σχῆμα quidam ἀντιπαράστασιν uocãt, ego malim Ariſtotelem ſequi, & ἀντιπαράθεσιν uocare. In hoc autem loco prior pars quæ eſt ex permißione, eo ſuauior eſt, quo magis aduerſariam cauſſam quàm ſuam lædit. Quanquam ea quoque.) Altera συγχώρησις. Ecquid eſt quod.) ἐπανάστασις, hoc eſt

rationis

rationis primi firmamenti reſumptio. Quære acta Gracchi.) Probatio per locum comparationis à ſimili, eſtq́; forma quædam argumentationis κατ' ἐπαγωγήν. *A Cæſare ipſo ſi.) Aliud argumẽtum à fictione, quod genus Græci* πλάσιν *uocãt. Sed ea ipſo cõcedo.) Trãſitio facta rurſus* κατὰ συγχώρησιν *ad ſpeciẽ quãdam* ἀντικατηγορίας *faciẽdã. criminatur enim Antonium quòd magis in eo peccet ipſe, quod ab alijs uelit ſeruari. Quid? ea lege.) Cæſar Tribunos ærario: iudicum ordinibus amouit, & ſenatorum Equitumq́; duas decurias reliquit. Antonius rurſus tertiam addidit centurionum contra legem Iuliã. Diſſoluuntur.)* καταλύονται. *Et uos acta Cæſ.)* ἀνακεφαλαίωσις *loco concluſionis. Niſi fortè) Ironica occupatio, ex comparatione maioris & minoris per contentionẽ. At quæ eſt illa tertia.) Diſputatio contra legem Iudiciariam Antonij.* παράλειψιν *habet* τὸ ἐπιχειρεῖν: *ſed ad illud* ἐπαγωγικῶς *ſenſim peruenit.*

Quærunt quid ſit.) Occupatio ad oſtendẽdum iuſtam cauſam eſſe doloris et metus, per διαλογισμόν. *Qui intercedant.) Scilicet Tribunos plebis. Religione defendant.) Scilicet augures. Quas mihi inquit.) Hactenus* μιμητικῶς *pronunciauit: nunc Orator ex aduerſo interrogat. Eas ſcilicet.) Reſponſio aduerſarij, ſed omnia illa actionem ſimulatam cum contemptu habent. Negligimus iſta.) Reprehenſio à ui & uiolentia, ad comparandam inuidiã. Quid tum?) Rurſus alter interrogat. Cedo illas legit.) Hoc eſt, oſtende quid demum legitimum & ritè latum exiſtimes. Sumtq́; uerba Ciceronis. Reſpondet alter ex definitione legis, Quæ Conſules &c. Rurſum Cicero, Qui pop. &c. Atque ego hoc dico.) Cõmonitio* ἐπιπωλητικῶς *ad excitationem Senatus, loco concluſionis.*

Iraſci te quidem.) Poſtrema pars orationis: quæ, ut diximus, in reprehẽſione Conſulum eſt. Atque forma quædam eſt deliberationis mixta ex locis laudatiui generis. παράδειγμα *ſunt* τὸ ἔνδοξον καὶ ἄδοξον *per comparationem. Principiò gratam & iucundam habet præmunitionem à perſonis Dolabellæ & Antonij multa cum attentione & beneuolentia. Collegam tuum aiunt.) Si aiunt legis, ſit* ἐπανάληψις: *ſin audio, ſit* ἐπαναφορὰ *repetitione unius uerbi. utrunque tamen bonum per hyperbaton. Video autem quàm ſit.) Trahit eũ in inuidiam & odium indicatione potentiæ. Ego ſi quid in uitam eius.) Auertit ſuſpicionem et crimen dicacitatis ac ſtudij in reprehendendo, ut non ſuum animum ſequi, ſed Reipub. cauſſam agere uideatur. Quod ſi, ut à quibuſ.)* ἀντίθεσις *ex aduerſo illata factæ optioni, ut plus odij & inuidiæ Antonio, ſibi beneuolentiam & fauorem maiorem conflet. Sed per deos immortales.)* ἀνακεφαλαίωσις *& reditus ad perſonam Dolabellæ, ſtatim arrepta propoſitione, Vterque ueſtrûm errat. Credo enim uos.) Ratio ex loco adiacentium & actuum, apud Rodolphum Agricolam: uel ut Rhetores,* περιοδικῶς *à ſtudio nobilium. Compoſitio eſt* περιοδική, *continuata & producta ex repugnantibus, ad orationis grauitatem. Ea autem eſt gloria.) Explanatio à definitione. Dicerem Dolabella.) Genus quoddam eſt præteritionis. nam quod ſe dicturum negauit, per* θέσιν *quandam hoc exemplo oſtendit, rectè factorum fructum ſcilicet. Cuius ordinis.) Approbatio per acclamationem. Mihi etiã, quo.) A minori confirmatio. Recordare quæſo.) Alterum exemplum ad explanationem ueræ gloriæ fructus. Hanc tu P. D.) Rurſus* ἀνακεφαλαίωσις *loco concluſionis. Te autem M. Antoni.) Tranſitio ad perſonam Antonij, quem & ſuo exemplo docet erraſſe, & quis uerus ſit gloriæ fructus, oſtendit. Hic uide iucunditatem orationis ex uiciſſitudine perſonarum: quomodo ſcilicet primũ à Dolabella inceperit, deinde ad Antoniũ deflexerit: rurſus ad Dolabellam redierit, iterum ad Antonium iam diuerterit. atq́; hæc uirtus quædam eſt collocationis. Exponit autem eius in Rep. inſtauranda bonam uoluntatem ac fidem qua principiò uſus eſt, & cum exaggeratione et uehemẽtia dictionis exponit, ut hoc modo ea quæ inſequuntur, indigniora uideantur. Multũ à me diſſentientes, beatum putant.)* προκαταλαμβάνεται. *Cum tuum collegã.) Poſtremo conſulatu Cæſar cum collegam ſibi Antoniũ aſſumpſiſſet, decreuit uel ex urbe exire, uel ſe eo magiſtratu abdicare, & in ſuũ locum Dolabellã ſubrogare. Cum ea de re ſenatus conueniſſet, dimiſſus eſt propter Antonij orationem quam contra Dolabellam habuit. Rurſus cum Cæſar inſtaret, oppoſuit auguria Antonius, donec mortuo Cæſare Dolabella inſignia conſularia arripuiſſet, atq́; ex communione conſiliorum pax inter Antoniũ & eum eſſet facta. Vt enim propter unius.) Amplificatio facti cum cõparatione à pari. M Manlij ſcelus.) propter Gallicos theſauros ſuppreſſos, & propter regni affectati ſuſpicionem. Vide Liuium lib. 6. ab Vrbe condita. Num te cum hæc pro ſalute.) Indignatio temperata dolore & conqueſtione, quæ ipſa actione magis cognoſci poteſt. Vnde igitur ſubitò tanta.) Sic argumentatur, uel amore pecuniæ, uel regni cupiditate captus uoluntatem tuam mutaſti. Nõ gratia pecuniæ, ergo regni. Prius membrum probat ex loco adiacentium: de poſteriore ſuſpicioſe ueretur. Hic animaduertant ſtudioſi, quanta hunc locũ cum ſuperiori iucunditate tractet, ut non tam extorquere, quàm cum quadam beneuolentia impetrare quod cupit uideatur. Quòd ſi ita putas.) Hanc propoſitionem conſtituas, Metui à ciuibus, non eſt uerum iter gloriæ. Charum eſſe ciuem.) Approbatio ex enthymemate. Quod uidemus etiam.)* ἐπιμύθιον ἐπαγωγῆς, *& primum poſterioris partis confirmatio ab exemplo fabuloſo. Vtinam Antoni.) Alterum exemplum uerum & efficaciſſimum ad probandum partem priorem enthymematis. Itaque ut omittam.) Confirmatio totius enthymematis coniunctè facta. Sed quid oratione te flectam?) Rurſus ſeparatim poſteriorem partem confirmat ab exemplo Cæſaris, quod accommodatiſſimum & firmiſſimum eſt. Quem qui beatum fuiſſe putant.) Occupatio, ut refutet uulgi opinionem. Quare flectite quæſo.) Concluſio & cohortatio à maiorum eius exemplo, à populi uoluntate & expectatione, quæ probatur multorũ enumeratione.*

O beatos illos.) Exclamatio cum ad exaggerandam uoluntatem populi, tum ad motum animorum faciendum ex commendatione liberatorum patriæ. Equidem is ſum.) Pulchra παρομολογία προληπτικῶς *ad exaggerationem.*

Quid igitur hoc uos.) Vehementer concludit. Cepi P. C.) Epilogus generalis & breuiuſculus.

BARTHOLOMEI LATOMI IN primam Philippicam Annot.

ANtequam de Republica.) Incipit à propoſitione, qua partitur ſummam eorum de quibus dicturus eſt. Aliquando.) poſt interfectum Cæſarem. Statuebam.) Metaphora ducta à militibus qui in ſtationes conſtituuntur. Diſcedebam.) Manet in metaphora, tanquam

miles in ſtatione. In ædem Telluris.) Interfecto Cæſare Senatus in ædem Telluris conuocatus fuerat, ut ageretur de pace & concordia cum coniuratis, qui Capitolium occupauerant: ad quam rem conficiendam Antonius dederat filium ſuum obſidem, ut Caßius & Brutus de Capitolio diſcederent. Ἀμνηστίαν.) ἀμνηστία eſt obliuio iniuriarum. quod uerbum tunc ab Athenienſibus uſurpatum fuit, cum à Thraſybulo 30. tyranni expulſi fuiſſent. Præclara tum oratio.) Inſtituit διήγησιν, & primò commemorat rectè facta Antonij, ut eum bis poſtea mutatam uoluntatem conferat. Ciuibus.) Caßio & Bruto, quos laudat Cicero tanquam recuperatores ciuitatis. Cum dignitate.) ut Conſulem decebat. Conſtantia.) ut bonum ciuem. Vnum aiebat.) Sextus Clodius P. Clodij filius intelligitur, qui fuerat à Cæſare reſtitutus. Figeretur.) in publico proponeretur. Multa prætereo.) Correctio rhetorica. Vncus impactus.) C. Amatius obſcuræ ſortis homo, ſe C. Marij filium prædicauerat, ex Iulia Cæſaris amita, & interfecto Cæſare concitarat multitudinem ad ſeditionem. Itaque ab Antonio interfectus, & unco tractus more damnatorum, in Gemonias præcipitatus fuerat. Nam cum ſerperet.) Multitudo ob interfectum Cæſarem uehementer concitata erat, & quotidie cremabatur in foro imago aliqua Cæſaris, ad renouandum deſiderium. Porrò Antonius autor fuerat ut Cæſar honorificè ſepeliretur: quam rem hic notat Cic. quaſi ad incitandam multitudinem pertinuerit. Itaq; inſepultam ſepulturam uocat, quaſi nondum conſummatam, ſed quotidie motu aliquo reuiuiſcẽtem, feſtiua [illegible]. Execratæ columnæ.) Amici Cæſaris columnæ in foro inſcripſerant, Parenti patriæ: quã euertit Antonius, & locum ſaxo ſtrauit. uide Suet. Ius legationis.) Legatio aut publica erat, aut uotiua, aut libera. Publica mandabatur publico nomine: uotiua & libera priuatim impetrabatur, aut uoti ſoluendi cauſa, aut alio priuato nomine. Expoſui P. C.) Tranſit ad alteram partem narrationis, cur ex itinere redierit. A quibus primùm.) Antonius concionem habuerat de Sexto Pompeio Magni filio reuocando, qui poſt mortem patris reliquias belli contra Cæſarem in Hiſpania perſecutus fuerat. Nec multo pòſt.) Brutus & Caßius urbani prætores edixerant, ne cui minori 10. annis prouincia mandaretur. Remißis Gallijs.) In ſortiendis prouincijs Antonio Macedonia obuenerat, Gallia Ciſalpina Bruto, Tranſalpina Munatio Planco: ſed cum Antonio ad ea quæ conceperat, Gallia opportunior uideretur, cœpit agere apud Senatum de permutandis prouincijs: quam rem tamen ut difficilem & ſuſpectam mox ſua ſponte omiſit. Atq; ego.) Continuando narrationem, obiter de fortuna Bruti queritur. Nam Brutus & Caßius ingraueſcente metu Antonij, quamuis Prætores eſſent, tamen urbe exceſſerant, cura rei frumentariæ per ſpeciem prouinciæ à Senatu eis mandata. Ex quo primùm.) L. Piſo ſocer interfecti Cæſaris, ſuaſerat depoſitis armis omnia ad Senatus auctoritatem referenda eſſe, multaq; alia dixerat tum ad arguendam mutatam Antonij ſententiam, tum ad confirmandam libertatem pertinentia. Sed pauci ſententiam eius fuerant ſecuti: quod dolebat Ciceroni: & poſtea inconſtantiam Senatus arguit.

Prӕterq; fatum.) Mortem uiolentã intelligit. ſed quomodo hæc præter fatum fit, diſputant authores, cum fato omnia comprehendantur. Mihi uidetur Cicero per fatum diuinam ordinationẽ ſignificare, quæ mali cauſa eſſe non poteſt: quod etiam Moſellano uidetur. Violenta autem mors contra Dei uoluntatem inuitis adfertur. uide Gellium lib. 6. de fato & lib. 13. & Macrobium de Somnio Scipionis lib. 1. Quoniã utriuſque conſilij.) Inducit querelam in Antoniũ, & eſt accuſatoria pars orationis. nam præcedens in narratione conſumpta fuit, & habuit conſilij expoſitionem, quod ad purgationis naturã refertur.

Cui ſum amicus.) Hoc dicit ad remouendam offenſionis ſuſpicionem. Officium autem Antonij in ſe ſignificat ex Clodiano tempore, quo ab Antonio defenſus fuit, ſicut ipſe commemorat in oratione pro Milone, & in ſecunda Philippica. Quid tandem erat.) Propoſitio querelæ, cui mox adiunguntur argumenta defenſionis, quòd non fuerit in Senatu. Ad confirmandam iniuriam Antonij argumenta ſunt ex pari, & ex more cogendi Senatus.

Hannibal credo erat.) εἰρωνεία eſt, ſumpta de ſecũdo bello Punico Pyrrhus bello Tarẽtino petiuerat à Romanis, ut pacis componendæ cauſa in urbem reciperetur: quod Appius Cæcus lectica delatus in Senatum diſſuaſit. De ſupplicationibus.) Hoc ex ἀντιθέσει infert. Supplicationes ſacra erant quibus dijs publicè ob rem bene geſtã gratiæ agebantur. de his Antonius retulerat ad ſenatum, ut unà cum parentalibus Cæſari decernerentur. Non pignoribus.) Senatores ſi abeſſent, pignoris captione, aut mulcta indicta cogebantur in Senatum, præterquam in ſupplicationibus aut triumpho decernendo. Aedificatam domum.) Reprehendit Senatuſconſultum ab Antonio factum, ut Cæſari tanquam parenti patriæ ſupplicationes cum parentalib. fierent. huic contradixerat L. Piſo. Parentalia erant ſacra quæ mortuis fiebant: quæ coniungi cum ſupplicationibus, Cicero nefas putat. Quis fuerit.) Argumentatur ex maiori. Sed hoc ignoſcant.) Corrigit cum deprecatione, & tranſit ad reprehendendam inconſtantiam Senatus. Pertinent iſta ad principalem partem orationis quam de Rep. propoſuit. Itaque Senatuſconſultum modò reprehendit. in quo uide quam commodè ex perſona Antonij huc delapſus ſit, ut etiam animaduerſionem auditoris fefelliſſe uideatur. Sed hoc.) Deprecatur. Semper licebit.) παῤῥησία. Poteſtas modò.) Ἀντίθεσις. Honore.) Senatorio & conſulari. Amplißimos.) Conſulares & prætorios, item quæſtorios. Idcircóne nos.) Inſurgit acrius, et obiurgat principes Senatus. Voce.) ſententia ſua. Quænã, malim, eſt iſta.) Malim, interiectio indignantis, & facit inſenſam ἀνθυποφοράν: ut ſit ſenſus: Fuerit neceſſaria ſeruitus, certè uolũtaria eſſe non debuit. Quænã.) Aſperior obiurgatio. Nec ego hoc.) Occupatione excipit eos qui neceßitudine aliqua aut beneficijs Cæſaris tenebantur, cæteros ut priuatis rationibus corruptos arguit. Vocem requiro.) qui loqui debebant, & reſiſtere pernicioſæ ſentẽtiæ. Quare primùm.) Concluſio, & ſimul mouet attentionem. Primùm igitur acta.) Antonius multa beneficia dabat ex actis Cæſaris, ſicut ipſe prædicabat. Leges etiam quaſdam ferebat contrarias legibus Cæſaris: quæ Cicero hoc loco reprehendit. Status ſubeſt partim finitionis, quæ appellanda ſint acta Cæſaris, num chirographa etiam & commentaria Cæſaris, ex quibus Antonius beneficia dabat: partim contrariarũ legum, ubi docet Antonij leges pugnare cum legibus Cæſaris, atq; adeò Antoniũ pugnare cũ ſeipſo, qui in beneficijs dandis uel minima acta Cæſaris rata eſſe uelit, in legibus ferẽdis eadem ipſe euertit. Seruãda.) Si ſunt

ſeruãdas, iniquè fecit Antonius qui ea euertit. Vellē adeſſet Antonius.) Negat Antonium ſeruare acta Cæſaris, & ſententiam, cum inuidiam profert in abſentem. Sine aduocatis.) [illegible]*: & per* [illegible] *loquitur, ſcilicet conductis & armatis hominibus. Quod mihi heri.) Argumentum ex pari. An in cōmentariolis.) Argumentatur ex minori, & ſimul oſtendit pugnantia committi ab Antonio. Vide autem argumenta finitionis implicata in comparatione, quibus obiter confirmat leges Cæſaris potiſſimū in actis eſſe, quas tamen euertat Antonius. Cōmentariolis.) Diminutio ad contēptū. Equidē.) exiſtimo. Epiphonemate complectitur id quod effectū eſt argumentatione.*

An ſi cui quid ille.) Probat chirographa & commentarios non eſſe in actis, quoniam præſtare omnia non potuerint: acta autem præſtare poſſunt. eſt ergo ex differentibus. Quæ tamen multo plura.) Obiter arguit improbitatem Antonij, qui acta ſuppoſuerit. Sed ea non muto.) Corrigit quod dixit, ne durior ſit: et obiter profert aliam fraudem Antonij de pecunia ad Opis ſeruata, quæ ex bonis Pompeianorū redacta fuerat, quam Cæſar iuſſerat reſtitui, ſed Antonius interuerterat. Cruenta.) ac proinde iniuſtiſſima. Sed hic.) [illegible]*. Quanquam ea.) Conceſſio oratoria. Ecquid eſt quod tam.) Rurſus confirmat leges in actis eſſe à perſona actoris: quod eſt ex cauſa efficienti, quæ propria actorum eſt. Poteſtate.) dictatoria. Quære acta.) Confirmat exemplis. Gracchi.) Tiberij uel Caij. Syllæ.) dictatoris. A Cæſare.) Hoc exemplum fictorium eſt, ſumptum* [illegible]*. Toga.) in magiſtratu. Cedant arma togæ, &c. Chirographa.)* [illegible]*. Sed ea ipſa concedo.) Concedit ex abundanti, ut augeat ordinem reprehenſionis. Conceſſio eſt per* [illegible]*. Conniueo.) diſſimulo, non repugno, conſentio. translatum ab oculis. Quæ lex melior.) Laudat legem Cæſaris, ut augeat improbitatem Antonij. Quid? ea lege quæ.) Cæſar duas decurias iudicum ordinauerat, equeſtris & Senatorij ordinis, ſublatis Tribunis ærarijs, qui antè lege Aurelia iudicauerant. His Antonius tertiam decuriam addebat, deſcriptam ex centurionibus, ſiue equites Romani eſſent, ſiue non eſſent. quod Cicero reprehendit, tanquam contra iudicia quæſitum. Decuria eſt nomen ordinis: decuriare uerò, ſegregare eſt, ac deſcribere. Niſi fortè ſi quid.)* [illegible]*: colligit ex minori, ſi commentarij in actis ſint, multo magis leges eſſe oportere. implicat interim ſingulis penè uerbis argumenta cōfirmationis, ex cauſa finali, ex genere rei, et legum ferendarum autoritate. Centuriatis comitijs.) Centuriatis comitijs inibatur ſuffragium ex claſſium deſcriptione, hoc eſt, ex cenſu & ætate, qua ratione ſeniores & optimates præcedebant iuniores, erantq; grauiora comitia. Curiatis autem tributim inibatur ſuffragium, nullo delectu cenſus & ætatis. unde & in his popularius agebatur, cum ſæpe ſordidiſſimus quiſque in prærogatiua ſuffragaretur. At quæ eſt iſta.) Inſtituit altercationem ad explicandam improbitatem legis. Iudicatus.) iudicandi poteſtas, iudicum ordo: ſicut conſulatus. Præfiniebatur.) Translatum à locis acceſſis. Cenſus præfiniebatur.) Cenſus equeſter erat quadringentûm ſeſtertiûm: id eſt, duodecim millium coronatorum: quem qui non habebat, eſſe non poterat in equeſtri ordine, nec proinde iudicare. Itaq; hanc cauſam proferebat Antonius, cur tertiam decuriam adijceret, non equitum, ſed centurionū: qui ſiue equites eſſent, ſiue nō eſſent, tamen iudicarent. Itaque uiri fortiſſimi.) Reſponſio eſt Ciceronis, inferentis ex uerbis Antonij, quod laudandum eſt in lege Cæſaris. Et redditur per inuerſionem. Inuerſio fit, cū aliquid quod aduerſarius ſumit, in illū torquemus: utputa: Linguæ non ſunt diſcendæ, ne nos in* [illegible] *inducant. imò diſcendæ ſunt, ut hæreſin fugiamus. Aliud: Satyrici poetæ non legendi ſunt, qui docent uitia. imò legendi ſunt, ut uitijs cognitis euitemus. Non quæro.) Cum ſtomacho pronunciãdum eſt. At ſi feratis.) hoc* [illegible] *reſpondet Cicero ad id quod Antonius dixit, quicunq; ordinem duxit. & Feratis pluraliter dixit, unà complectens collegam, qui unà cum Antonio has leges ferebat. Parodicon eſt accentio, ſiue admodulatio, ut apud Vergilium: Dic quibus in terris, & eris mihi magnus Apollo, &c.*

Equo meruiſſet.) Eques Romanus eſſet. In iudice.) Aetiologia. Addo etiam iudices.) Mirè fingit iſta dicentem Antonium, quaſi ſuperbè ac præfractè legem ſuam defendentem. Legionem Alaudarum uocat, quam Cæſar conſcripſerat ex Tranſalpina Gallia, cultuq; ac diſciplina Romana inſtitutam, poſtea ciuitate donauerat. nomen indiderat à galearum forma, quam repræſentat alauda auicula apud Gallos, quam Romani galeritam uocant. Noſtri.) noſtræ factionis, ſcilicet Antonianæ. O contumelioſum.) Exclamat in rei indignitatem. Hic enim.) Declarat quod dixit. Legis iudex.) Synecdochicôs. pro iudices. Eorum.) Antonij, & collegarū eius. Sordidiſſimus.) obſcuriſſimus, abiectiſſima fortuna. Sordes eluet.) Metaphoricôs, id eſt, obſcuritatem ſuam diſcutiet. Laborabitq;.) dabit operã. Altera promulgata lex eſt.) Hanc legem reprehendit, primò quòd armet licentiam ſeditioſorum hominum: deinde quòd obroget Cæſaris legibus. Probat priorem partem ex remotione, non pertinere ad præſentes reos, neq; ad futuros, ergo ad licentiã ciuitatis. utrumq; explicatur argumentatione. Quis enim eſt.) Interrogatione acrius urget. Armis enim geſta.) Confirmatio ex conſequentib. At res popularis.) Subaudi eſt. Occupatio eſt ex perſona aduerſarij, rem populo gratã eſſe, ſi ad eum prouocetur. Reſpōdet Cicero per optationem, negans hoc populare eſſe. & ſubeſt finitio, quid ſit populare eſſe hoc tempore. Salute.) libertate. Quæ eſt.) Concluſio acris. Quid enim.) Declarat. Sed quid plura.) Corrigit, et infert quod efficitur ex argumentatione, legem ad impunitatem peccatorum pertinere. Probat coniecturis, periculo, ſi quis reus delatus ſit. Genus correctionis, quod rhetores uocãt dicti pœnitentiã. Quis enim.) Confirmat. Multitudini conductæ.) Multitudinem conductam et operas mercenarias, ſeditioſos homines ſignificat, precio comparatos à reo, ut eum iudicio eripiant.

Conductæ.) corruptæ ad ſoluendum reum. Non igitur.) Concludit ſpecialiter. Prouocatio.) ius prouocandi. Quæſtiones.) iudicia. Quid eſt.) Sequitur concluſio generalis, ſpecialis præceſſit. habent eandem uim.

Quam autem.) à ſpe impunitatis. Quæſtionibus.) iudicijs. Quid quod obrogatur.) Docet hanc legem Cæſaris legibus contrariam eſſe. quæ eſt altera pars reprehenſionis. Obrogare autem, eſt rem contrariam rogare: ſicut obnunciare, eſt etiã decernere & ſtatuere aliquid. Quæ quidem ego P.) Amplificat leges Cæſaris à tempore, & actorum magnitudine, ut leges Antonij deprimat. Hoc tempore.) nondū confirmata concordia, ſpectante Antonio ad dominatum. A mortuo.) Cæſare. Non ſolùm.)

Ordo amplificandi. Immunitatibus.) Septimus caſus.

Ergo hæc.) ἐπιχείρημα ex minore. & habet εἰρωνείαν, cum dicit Viro optimo, Antonium intelligens. Recitauit.) per præconē. Ipſe.) Cæſar. Ac de iis tamen.) Correctio, qua diſtinguit de quibus legibus loquatur. nam cæteras mutari non poſſe, dolet. Promulgatæ.) propoſitæ.

Nulla promulgatione.) ergo non legitimè. Antequàm ſcriptæ) id eſt, in ſenatu approbatæ. nam ubi S. C. factum erat, ſcribebatur, et plures autoritatem ſuam adſcribebāt: cuius rei exemplum extat in epiſt. Cælij quadam ad Ciceronem lib. 8. in Epiſt. familiaribus. Quærunt quid ſit.) Occurrit illis qui putabant nihil periculi eſſe à promulgatione legum Antonij, quoniam in latione earum interceſsiones & obnunciationes defuturæ non eſſent. à quo diſſentit Cicero, & profert uiolentiam Antonij. Monet Senatum, ut occurrat in tempore his incommodis. Religione.) obnunciatione. Defendant.) obnūcient. Quas tu.) Locus tractatur Διαλογισμῷ. Eas ſcilicet.) Reſpondet Cicero. Negligimus.) Rurſus uerba Antonij. Quid tum?) Reſpondet Cicero. Iubetis.) uos Coſſ. Interrogat, quod dici non poteſt. Cedo illa.) Sunt uerba Antonij. Sciuit.) decreuit. Qui populus?) Interrogat Cicero. Quæſi.) Eſt confirmatio per ὑπόθεσιν. Augurum.) Ad augures pertinet, ut impendentia mala Reip. denuncient, quò præcaueri poſsint. Promulgatis.) ab Antonio. Iraſcite.) Alloquitur Dolabellam, & primò queritur de Antonio, cuius offenſionem deprecatur: deinde utrunq; hortatur, ut relictis prauis conſilijs, ad Rempub. redeat. Capita hortationis ſunt, à laudabili, & periculoſo tyrannorum exitu. Eſt tertia pars orationis. Quanquam te quidem.) Temperat Cicero ubiq; orationem, ne inimicos iritare magis, quàm ſanare uideatur. Auorum.) Antoniorū. Auunculi.) L. Cæſaris, qui fuerat frater matris Antonij. Sed tum.) Reſumptio. Iratum & armatum.) Facit παρωνομασίαν. Sed proponam.) Deprecatur defenſionem, & locum purgationis habet. Si conſuetudinem.) Format orationem per ἀντίθεσιν. Dixero.) ex officio boni Senatoris, & Rempub. amantis.

Quid hæc.) Poſtulatio eſt æquiſsima. Admonent.) familiares Antonij. Nec erit.) Subeſt argumentatio ex minori: Mortis cauſa iuſtior erit quàm morbi. Sed per deos.) Liberius erumpit, & monet qua uia ad ueram gloriam contendendum ſit. eſt & locus ex laudabili. Tota oratio habet colorem amici loquentis, potius quàm inimici. Credo.) Format ſententiam ex ἀντιθέτων. Et habet oratio hæc tacitam quandam ratiocinationem ad amplificationem. Dicerem Dolabella.) Profert exemplum ueræ gloriæ. & loquitur de eo tempore quo à concitata multitudine ara Cæſari in foro ſtatuta fuerat, & diuini honores habiti: quam turbam diſcuſſerat Dolabella, & de auctoribus ſupplicium ſumpſerat. Dicerem.) Occupatio rhetorica. Diem.) Hic dies fuit poſt mortem C. Cæſaris. Expiato.) Expiato dicit, quaſi pollutum fuerit forum propter honores illi habitos tanquam deo.

Recordare quæſo.) Tribunatum Dolabellæ ſignificat, quem ille ſeditioſe geſſerat, promulgata lege nouarum tabularum, quibus omne æs alienum contractum inter ciues abolebatur. Theatri.) Nam in theatro populus plauſerat Dolabellæ propter diſcuſſam multitudinem in foro. Hanc tu.) Concludit epiphonemate. Te autem M. Antoni.) ἀποστροφὴ ad Antonium, cuius primò gloriam ex rectè factis commemorat: deinde mutatam uoluntatem ita improbat, ut illi periculoſam fore oſtendat. Quæ fuit.) Amplificat acta Antonij illius diei. Veterani.) Veterani timebant ne acta Cæſaris reſcinderentur, quibus continebantur beneficia illius. Quum tuum collegam.) Antonius cum antea recuſaſſet Dolabellam collegam, quem Cæſar ſibi ſubrogabat, opponeretq; auſpicia, mox interfecto Cæſare. ſponte ſua illum aſſumpſit. Inimicitijs.) Erant inter Antoniū et Dolabellam inimicitiæ. Antonius putabat ſuam uxorem à Dolabella eſſe corruptā. Obſes.) qui datur uictori. Vt illi.) Brut. et Caſsius.

Suſtuliſti.) ex Rep. A te.) Hæc ingeminatio habet emphaſim. M. Manlij.) Exēplū ad amplificationē à ſimili. Sic tu.) Similitudo. Vnde igitur.) Tranſit ad reprehendendam mutatam uoluntatem, & mirè orationem temperat. Vnde igitur.) Infert per ἀνθυποφοράν. Adduci.) Vide temperamentum, ne hominem irritet, quem tamen ſcit eſſe moroſiſsimum, & ſibi inimicum. Atq; ut.) Bene optat Antonio, quem tamen nouit inimicū eſſe: ſed facit Reip. cauſa. Metus uerò.) ἀντίθεσις. Quod uidemus.) Teſtimoniū ex poëta, et ſunt uerba Atrei apud Acciū. Illa erat.) Exclamatio laudantis M. Antonium. Proſperas.) Intelligit honorem. Sed quid.) Correctio. Profert exitum C. Cæſaris. Beatus fuiſſe.) Locus communis. Impune) nulla pœna. Sine quo.) ſine qua re. Et populi quidē.) Colligit multa populi Romani iudicia, quibus oſtendit illum interfecto tyranno uelle Remp. liberam eſſe. Gladiatorij.) ludis gladiatorijs editi. Quid Pompeij.) Statua Pompeij poſt mortem Cæſaris coronata, magnos plauſus excitauerat. O beatos.) Brutum & Caſsium intelligit. Niſi fortè.) εἰρωνεία. Equidem iis.) Occupatione confirmat plauſum iudicij loco eſſe, cum ab omnibus ordinibus redditur. Popularibus.) ſeditioſis. A. Hircij ſuiſſe.) Hircius conſul deſignatus, cum in morbū incidiſſet, populus uota eius nomine ſuſceperat. Probatum illū eſſe populo.) Diſtributio ad amplificationem. Cepi P. C.) Extrema concluſio.

CHRISTOPHORI HEGENDORphini in primam Philippicā Annot.

ANtequā de Rep.) Exorditur à propoſitione eorū quæ ordine dicturus eſt. Patres Conſcripti.) Feſtus Pompeius ſcribit Patres Conſcriptos uocatos, qui ex equeſtri ordine patribus adſcripti ſunt, ut ſenatorum numerus expleretur. Breuiter.) Captat docilitatem.

Conſilium & profectionis.) Attentionem captat: nam magna proponit. Ego cum.) Primò narrat quur Roma profectus ſit. In ædem Telluris.) quæ erat ad forum Romanum, & uiam ſacram, non procul à Capitolio & Palatio, in qua Senatus crebrò habebatur. Quod tum in ſedandis diſcordijs.) De hac hiſtoria uide Iuſtinum libro quinto hiſtoriæ, & Velleium Paterculum in poſteriore uolumine hiſtoriæ Romanæ. Pax deniq; per eū.) Nam quum Brutus & Caſsius interfectores Cæſaris facta cæde in Capitolium confugiſſent, nec deſcendere uellent, Antonius Conſul, habito in æde Telluris Senatu, uelut pacis autor, liberos ſuos obſides in Capitolium miſit, fidēq; deſcendendi tutò interfectoribus Cæſaris dedit. Hæc Velleius Paterculus in uolumine poſteriore hiſtoriæ Romanæ. Ad deliberationes eas quas.) Multa præclarè ab Antonio & Dolabella facta narrat. Num qui exules reſtuu-

reſtituti?) Interrogationibus orationem ornat. Vnum aiebat.) Sextum Clodium ſcilicet, P. Clodij filium, qui M. Tullio Ciceroni infeſtiſſimus fuerat. Multa prætereo.) Occupatio eſt. Ad ſingulare enim.) Hæc uerba reddunt auditorem attentum. Vncus impactus fugitiuo.) C. Amatium deſignat, qui abiectiſſimæ ſortis homuncio, ſe Marij clariſſimi uiri filium uenditabat, & perinde atque Cæſaris neceſſarius eſſet, aram illi occiſo erigebat: tum comparata perditorum hominum manu, magnum timorem ciuitati incutiebat. Hunc Antonius cum magna ſenatus et admiratione & approbatione interemit. autor Appianus libro Bel. ciuil. tertio. Atq; hæc omnia.) Epilogus. Alia propria Dolabellæ.) Propria Dolabellæ facta narrat. Ecce autem Calend. Iunijs.) De mutata Antonij uolūtate in Rep. narrat. Vrbe carebant ea.) πάθος mouet ab indignitate. Ius legationis liberum) Bero. legit, ius legationis liberæ. Eſt uerò legatio libera inde dicta, quòd libera ſit, & ad quamcunq; nationem: quæ impetrari ſolebat ab ſenatu tanquam cauſa proficiſcendi honeſta, & prætextus, quo ſub titulo legationis procul à patria ciues eſſe poſſent. Expoſui P.C.) Tranſitio eſt.

Veni Syracuſas) A locis narrationem ueriſimilem facit. Leucopetram.) Strabo libro ſexto. Eſt, inquit, è regione ad Orientem nauigantí promontorium, quod à colore Leucopetram, id eſt ſaxum album apellant. Agri Rhegyni.) ciuitatis Calabriæ, de quo Strabo libro ſexto.

Cumq; intempeſta nox.) A tempore narrationem uerisimilem reddit. Municipes Rhegyni.) A perſonis narrationem uериſimilem facit. Municipes.) Municipes ſunt ciues Romani ex municipijs ſuo iure & legibus ſuis utentes, muneris tamen honorarij, id eſt fungendi magiſtratus, participes, à quo munere capeſſendo dicti uidentur. autor Gellius libro decimoſexto capite 13. Edictū Bruti.) ne intra uigeſimum annum prouinciæ adminiſtratio alicui dari poſſit. autor Appianus libro ſecundo Bellor. ciuil. Remiſſis Gallijs prouincijs.) quarum una Ciſalpina D. Bruto, Tranſalpina Planco obtigerat. Sed Ciſalpinam Macedoniæ loco, quæ ei obtigerat, à ſenatu Antonius poſtulabat. autor Appianus libro ſecundo Bellor. ciuil. Veliam.) Oppidum Italiæ. autor Mela lib. 2. Quanto meo dolore.) πάθος ab occupatione. Neq; uerò illū.) Præoccupatio eſt. L. Piſonis.) Huius filiam Calpurniam Cæſar uxorem habuerat. Is L. Piſo ſuaſerat ut arma deponerent, Senatui per omnia morem gererent, libertatem tuerentur. tum etiam in Antonium inuectus erat: denique ut Octauius filius Cæſaris adoptiuus, qui Antonio reluctaretur, domum accerſeretur, conſuluerat. tum ne parentalia cum ſupplicationibus Iulio Cæſari perſoluerentur, diſſuaſerat. Præter naturam etiam, &c.) Violentam & inopinatam mortem intelligit, quæ rectè poteſt uideri præter naturam accidere. Virgilius quoq; idipſum quod Cicero de fato opinatus eſt, cum hoc in quarto libro Aeneidos dixit de Eliſa, quæ mortem per uim potita eſt, Nam quia nec fato, merita nec morte peribat.

Tanquam in faciendo fine uitæ quæ uiolenta ſunt, non uideantur è fato uenire. uide Gellium lib. 13. capite 1.

Quoniam utriuſque.) Trāſitio eſt. Quid tandem erat cauſæ.) Propoſitio querelæ de iniuria Antonij. An non ſæpe.) Ab exemplis Antonium urget. Hannibal modo.) Exaggerat iniuriam à circunſtantijs. De Pyrrhi pace.) Pyrrhus rex Epirotarum, cum aduerſus Romanos aliquandiu uario marte pugnaſſet, Cyneas legatus eius ad Senatum Rom. miſſus, petijt ut componendæ pacis cauſa rex in urbem reciperetur: de qua re cum ad frequentiorem Senatum referri placuiſſet, Appius Claudius, qui propter inualitudinem oculorum iam diu à conſilijs publicis abſtinuerat, uenit in Curiam, & ſententia ſua tenuit ut id Pyrrho negaretur. Hæc Florus Epito. 13. Vt penè liberorum.) Exaggeratio iniuriæ à iuſta cauſa abſentiæ. At ille.) A dicto Antonij exaggeratio. Aedificatam domum.) Intelligit domū ſuam, quam cū exularet, Clodius euerterat. at reuerſo illo ab exilio, ſenatus domū publica pecunia reſtaurandam cenſuit. Vide orationē Ciceronis in Piſonē. An me cenſetis.) Inuehitur in decreta ab Antonio, & dicit ſe nunquam decreturum fuiſſe ut Iulio Cæſari mortuo ſupplicatio decerneretur. Eſt autem hic ſtatus coniecturalis. Nihil dico.) Occupatio eſt. Sed hoc ignoſcāt.) πάθος à precatione. Quid de reliquis Reip.) παρασκευή, id eſt præparatio ad ea quæ de Republica dicturus eſt. Atque utinam.) Votum, Græci εὐχὴν uocant. Homines ampliſſim.) πάθος ab indignitate rei. Idcircóne.) Obiurgat grauiſſimè uiros conſulares, quòd ſententiam L. Piſonis ſequuti non ſint. Deinde à uobis.) Captat beneuolentiam ad ea quæ dicturus eſt.) Primùm igitur.) Propoſitio eſt. Non quò probem.) Præoccupatio eſt. Vellē adeſſet Ant.) σαρκασμός eſt, id eſt riſus amarulentus. Sine aduocatis.) id eſt operis fabrilibus, quibus non ſecus ac aduocatis Antonius res ſuas tutabatur. Porrò infantiam quoque Antonij tacitè notat.

Quemadmodum.) Summa ſequentium argumentorum hoc ſyllogiſmo colligi poteſt: Qui leges Cæſaris non ſeruat, is acta eius non ſeruat: Antonius leges Cæſaris non ſeruat: ergo nec acta eius ſeruat. Ac ne prolatis.) Correctio. In æs incidit.) Leges intelligit. Pecunia utinam ad Opis.) matris deûm, quæ alio nomine Cybele uocatur. Porrò hæc pecunia, de qua hic loquitur Cicero, eſt pecunia redacta ex bonis Pompeianorum, partim occiſorum, partim proſcriptorum. Quanquam ea quoque.) Conceſſio ironica. Ecquid.) Confirmatio maioris, quòd acta Cæſaris propriè ſint leges Cæſaris, probat ab exemplis per inductionem. Acta Gracchi.) Florus Epitomarum 60. Syllæ.) De legibus Syllæ uide Pomponium Lætum de legibus Romanorum. Pompeij.) De legibus Pompeij infrà, & in Inſtitutionib. lib. 4. in titulo de Publicis iudicijs. Quæ lex melior.) Cōfirmatio minoris propoſitionis, ab Antonio ſcilicet leges Cæſaris non ſeruatas, ſed deſtructas. Quàm ne Prætoriæ prouinciæ.) Leges Cæſaris ab Antonio uiolatas eſſe, primò probat à legibus prætorijs ab Antonio uiolatis.

Quid.) ἐπιφώνημα ab enthymemate. De tertia decuria.) Cæſar iudices in duo genera diuiſerat, ita quòd iudices eſſent aut equeſtris aut Senatorij ordinis homines: & Tribunos ærarios ab Aurelio Cotta quoque inter iudices electos ſuſtulerat. At mortuo Cæſare Antonius Tribunis ærarij iterum iudicandi poteſtatem faciebat.

O contumelioſum honor.) Exclamatio pathetica eſt.

Vt de ui.) ſeu publica, ſeu priuata, aduerſus eos lata qui uim uel armatam, uel ſine armis, commiſerint. Sed ſi quidē armata uis arguatur, deportatio ex lege Iulia de ui publica irrogabitur. Si uerò ſine armis, in tertiam partem bonorum ſuorum publicatio imponitur. parag. iterū lege Iulia. Inſtit. de Iudic. pub. De maieſtate.)

Lata aduerſus eos qui contra imperatorem uel Rempub. aliquid moliti ſunt, cuius pœna animæ amiſsionem ſuſti net, & memoria rei etiam poſt mortem damnatur. par. Publica autem. Inſtitut. de Iudicijs publicis. Quis eſt ho die.) Legis Antonianæ improbatio ab inutili. At res popularis.) Subiectio. Vtinam.) Cõfutatio ſubiectionis à negatione. Quæ cupiditas.) Ab inhoneſto legem improbat. Quid enim turpius.) Probat legis turpitudinem. Sed quid plura de lege diſputo.) Correctio. Quaſi uerò.) A fine legis, legem improbat. Quis eſt enim.) Confirmatio à diuiſione, uel potius diſtributione. Non igitur prouocatio.) Clauſula argumentorum eſt. Quid eſt igitur.) Exaggeratio. Quid quod obrogatur.) Exaggeratio eſt finis legis Antonianæ. Quæ quidem ego.) Redit ad ſuperiorem propoſitionem, acta Cæſaris ſeruãda eſſe. De exilio reducti.) Quia Antonius dixerat in actis eſſe Cæſaris, ut aliqui exules ab exilio reducerentur. Vide Appianum libro ſecundo Bell. ciuil. De exilio reducti.) A minori probat leges quas uiuus Cæſar tulit, inprimis tuendas eſſe. Eas inquam.) Repetitio cum magna uehementia. Ac de his tamen legibus.) Tranſitio eſt. Quærunt quid.) πρόληψις, id eſt occurſio obiectionis eſt. Tribunis plebis.) Hoc dicit propter Lucium Antoniũ, qui iſto tempore Tribunus plebis erat. Religione.) Hoc propter Augures dicit, qui obnunciare ſolebãt, ſi in legibus ferendis aues non addicerent. Quas tu mihi.) Dialogiſmo orationem exornat. Reipublicæ ſalus.) Nam ſaluti Reipublicæ erat, ſiquando Tribuni plebis legibus latis à Senatu intercederent: aut quando augures obnunciabant infauſtum eſſe eum diem, quo uel leges ferre, uel comitia inire uellent. Atque ego dico.) Adhortatiuncula ad Patres Conſcriptos eſt. Iraſci te quidem.) Dicturus & in Dolabellam Conſulem præſentem, & collegam Antonium abſentem, nouo quodam exordio utitur. Pro Repub.) Captat beneuolentiam à re pro qua dicturus eſt. Noui facilitatem.) Captat beneuolentiam à facilitate Dolabellæ. Auorum.) Scilicet M. Antonij oratoris, qui Syllam ſequutus à Mario interfectus eſt. Sed promam ius.) Captat beneuolentiam ab æquitate poſtulationis, quam ab Antonio poſtulet. Id eſt ſi liberè quæ ſentiam.) Expexegeſis eſt, quando uerba ſequentia, præcedentia interpretantur. Non idem tibi aduerſario.) Fingit ſecum loqui Antonij familiares, per mimeſin. Admonent quiddam.) ne ſcilicet ab Antonio inopinatò interficiar. non enim uult apertè indicare id quod cauere debeat, ne offendat & iritet animos plerorumq;.

Sed per deos immor.) In Dolabellam inuehitur, ſed amicè, quòd uoluntatem Reip. defendendæ prorſus depoſuerit: & eam iam euertat, quam antea omnibus uirib. propugnarit. Credo enim.) A diuiſione locus. Sed charitatem ciuium.) Locus à re, quum nobiles è Rep. concupiſcant. Ea autem eſt gloria.) Locus à finitione gloriæ.

Dicerem Dolabella.) A fructu rectè factorum Dolabellam hortatur. Expiato foro.) id eſt ara deturbata illa, in qua ſcelerati quidam Cæſari diuinos honores habebãt, ut ſuprà habuimus. Diſsipato concurſu impio.) qui ad aram cõuolabant, & incendia tam tectis quàm templis minitabantur. Cuius ordinis.) Amplificatio facti Dolabellæ. Pœna.) Serui in crucem ſuffixi ſunt: liberi uerò homines præcipites è loco edito detruſi. autor Appianus lib. 2. Bellorum. ciuil. Earum rerum obliti.) Indicat tribunatum Dolabellæ, quemadmodũ ſeditioſe geſsit, ut ſcribit Appianus lib. 2. Bellorum ciuilium. Hanc tu potuiſti.) Clauſula & amicæ reprehenſionis, & hortationis.

Magno loquor.) πάθος mouet. Hanc tu inquam.) Amplificatio à repetitione. Te autem M. Antoni.) Nonnihil in M. Antonium abſentem dicit: & eum, quò rectà ad ueram gloriã contendat, hortatur. Depoſitis inimicitijs.) Quum Iulius Cæſar aliquando Conſul crearetur, neq; in urbe manere auderet, in locum ſuum Dolabellam eligendum cenſuit: quem quum collegam habere Antonius repudiaſſet ex augurio, tamen poſtea quum Iulius Cæſar occiſus eſſet, eum ultrò optauit, oblitus augurij, &c. Vt enim propter exemplum.) Ab exemplo pari factum Antonij exaggerat. M. Manlij.) qui Capitoliũ à Gallis defenderat, quum obſtrictos ære alieno liberaret, nexos exolueret, crimine affectati regni damnatus, de Saxo Tarpeio deiectus eſt, in cuius notam ſenatuſconſultum factum eſt, ne cui de Manlia gente, Manlio cognomen eſſet. Hæc Florus Epit. 6. Num huiuſce quum pro ſalute.) Exaggeratio factorum Antonij, à commodis quæ facta eum ſequuta ſint. Non poſſum adduci.) Occupatiuncula eſt. Quanquam ſolent.) Correctio quædam eſt. Charum eſſe ciuem.) Hortatur Antonium ut malit ſe charum eſſe ciuib. quàm metui. Quod uidemus etiam.) Ab exitu tyrannorum tragicorum Antonium hortatur, ne metui à ciuibus uelit. Oderint, dum metuant.) Tyrannica uox, ſumpta eſt è tragœdia Accij, & à multis ſcriptoribus uſurpata, præcipuè à Seneca libro de Clementia ſecundo.

Acerbiſsimum eius diem.) Is enim eum Syllanus eſſet, à Mario & Cinna interfectus eſt, cuius caput pro roſtris poſitum fuit. L. Cinnæ.) De Cinna Eutropium uide lib. quinto hiſt. Rom. Si enim exitus.) A morte Cæſaris Antonium hortatur. Beatus eſt nemo.) A finitione beati locus. Quare flecte te.) Epilogus. Et populi Romani iudicia.) A iudicijs populi Romani utrunq; & Antonium & Dolabellam hortatur, ut diligi magis quàm metui, & Remp. liberam potius quàm oppreſſam uelint.

Quid enim gladiatoribus.) cum ſcilicet Cæſarem confectis bellis ciuilib. pleriq; regem ſalutarent. uide Appianũ lib 2. Bel. ciuil. Plauſus infiniti.) dati à populo propter ſtatuam qua Pompeius propter uirtutem ſuã donatus eſt.

Apollinarium ludorum plauſus.) A plauſu populi in ludis Apollinaribus dato adhortatur. Apollinares autem ludi dicti, quòd in laudem Apollinis celebrati ſint. Et alij hiſtorici ſcribunt peſtis gratia, alij uictoriæ cauſa celebratos. Liuius in 5. ſecundi belli Punici, Macrobius in 1. Saturnalium. O beatos illos.) Exclamatio pathetica eſt. Accio.) Poëtæ tragico, cuius fertur exhibita fabula cui nomen Bruto fuerit, quæ fabula cum magno applauſu ſpectata eſt. uide Petrum Crinitum lib. 1. de poëtis Latinis, & Euſebium in Chronicis. Equidem is ſum.) Occupatio eſt. Satis enim erat.) Diſtributio per incrementum.

Non interpretamini.) id eſt, non exponitis, non expenditis cuiuſmodi ſit iudiciũ et uoluntas populi Romani in retinenda libertate, cũ adeò de Hircij libertatis propugnatoris uita laborarit. Certè in nullo.) Subiectio. Quod igitur.) Clauſula hortationis. De ueſtra uita.) de uobis, qui adhuc incolumes eſtis, & non laboratis morbo, ut Hircius. Cepi Patres Conſcripti.) Epilogus orationis totius: in quo diſſerit & cur tam liberè de Republica, & quid poſthac, ſi uixerit, dicturus ſit.

IOD. BADII ASCENSII IN PRImam Philippicam Annotatio.

SEd ut ſi quid mihi humanitus, &c.) Loci huius enarratio apud Aul. Gellium eſt li. Noct. At. 13. ca. 1. Præter naturam, inquit, præterq́; fatum, an utrunq; idem ualere noluerit, fatum atq; naturam: & duas res ὡς ἓν ὑποκειμένου συγχωρήσει ἢ φύσιν: an uerò diuiſerit ſepararitq́; ut alios caſus natura ferre uideatur, alios fatum, conſiderandum equidem puto. Atque id maximè requirendum, qua ratione dixerit accidere multa humanitus poſſe præter fatum, quando ſic ratio & ordo & inſuperabilis quædam neceſſitas fati conſtituitur, ut omnia intra fatum cláudenda ſint: niſi illud ſanè Homeri ſecutus eſt,

μὴ καὶ ὑπὲρ μοῖραν δόμον Ἄϊδος εἰσαφίκηαι.

Nil autem dubium eſt, quin uiolentam et inopinatā mortem ſignificauerit, quæ quidem poteſt rectè uideri accidere præter naturam. Sed cur id quoque mortis genus extra fatum poſuerit, neque operis huius eſt explorare, neque temporis. Illud tamen non prætermittendum eſt, quod Virgilius quoq; idipſum quod Cic. de fato opinatus eſt, cum hoc in 4. lib. dixit de Eliſa, quæ mortē per uim potita eſt,

Nam quia nec fato, merita nec morte peribat:

Tanquam in faciendo fine uitæ, quæ uiolenta ſunt, non uideantur è fato uenire. Demoſthenis autem uiri prudentia pari atq; facundia præditi uerba idem ferè ſignificantia de natura atque fato, M. Cicero ſecutus uidetur. Ita enim ſcriptum eſt in oratione illa egregia, cuius titulus eſt περὶ στεφάνου. ὁ μὲν τοῖς γονεῦσι νομίζων μόνον γεγενῆσθαι, τὸν τῆς εἱμαρμένης καὶ τὸν αὐτόματον θάνατον περιμένει. ὁ δὲ καὶ τῇ πατρίδι, ὑπὲρ τοῦ μὴ ταύτην ἐπιδεῖν δουλεύουσαν ἀποθνήσκειν ἐθελήσει. Quod Cicero fatum atque naturam uidetur dixiſſe, id multo antè Demoſthenes τὸν εἱμαρμένον καὶ τὸν αὐτόματον θάνατον appellauit. αὐτόματος enim θάνατος, quaſi naturalis & fatalis, nulla extrinſecus ui coactus uenit. Hactenus Gellius.

MICAELI TOXITAE RHAETI P. L Commentarius in Philippicam M. T. Ciceronis primam, confectus ex ſcholis Ioannis Sturmij pomeridianis.

ARGVMENTVM.

MAgna Philippicarum laus eſt, in quibus Cicero ad Atticum ſcribit, enituiſſe Demoſthenē: quem cùm in cæteris omnibus, tum in his orationibus maximè imitandum ſibi propoſuit. Vt enim hic contra Macedoniæ regē ſcripſit, ſic Cicero contra Antoniū: quæ etiā cauſa fuit, ut has orationes ueteri potius atque Græco, quàm nouo & Latino nomine Philippicas appellaret. In hac autem prima ſenatores, & per hos populum Romanum hortatur ad libertatem tuendam: & M. Antonium à conſilijs deterioribus ad meliorem uiam atque conſilia ſaniora deducere conatur. Genus dicendi eſt tenue quidē, ſed quale in orationib. eſſe ſolet, & grauitate rerum, quæ ſenatorem decent, mixtū, & ſuis ornatum ſententiarū formis.

Partes.

Partes huius orationis ſunt, Propoſitio, confirmatio, peroratio. Ponunt alij plures, alio etiam modo: ſed nos commodiſſimè diſtribui in has tres orationem totam, arbitramur.

Propoſitio.

Nullum hæc oratio habet exordium, ut in deliberationibus ferè fieri ſolet: ſed ab ipſa propoſitione incipit, quæ eſt κατασκευή. Eſt autem κατάστασις ordinis conſtitutio. Proponit igitur ſe dicturum cauſas abitionis & reuerſionis ſuæ: tum de Repub. tametſi autem tria tantum proponat, tamen quadruplex eſt diuiſionis expoſitio: de qua re in confirmatione.

Confirmatio.

Confirmatio bipartita eſt: pars prima habet ἀπολογίαν, altera ſententiæ ſuæ de Republica dictio. Nam quia uideri poterat inconſtantior, quòd interfecto Cæſare ac Republica iam ad ſenatus conſilium autoritatemq́; reuocata manſiſſet Romæ (cuius membri in diuiſione non meminit) poſtea uerò diſceſſiſſet, ac demum in Vrbem rediiſſet: cauſas reddit & manſionis ſuæ, & abitionis, et reuerſionis: ſeq́; rectè & manſiſſe in Republica, ab eaq́; diſceſſiſſe, ac reuerſum iterum eſſe oſtendit. Hanc partem narratione tractat, cuius primum membrum, cur Romæ interfecto Cæſare manſerit, in propoſitione poſitum non fuit: fortè ideo, quòd operæprecium non fuit ponere, quoniam cum abitione manſio ita cohærebat, ut neceſſariò inde cepiſſe narrationem uideretur. Status huius partis eſt abſolutus, quē Græci ἀντίληψιν uocant: utrum rectè in repub. Cicero manſerit, utrum rectè ab ea diſceſſerit ac reuerſus ſit. Sententiæ dictio in duas etiam partes diſtribui poteſt: primùm enim de re, hoc eſt de actis Cæſaris diſputat: deinde cum Dolabella & Antonio agit. Noua autem κατασκευὴν ad hanc partē accedit: et prius de Antonij queritur iniuria, quàm de repub. dicit. Acta Cæſaris ſtatu tractat duplici: primùm definitionis, quid ſint acta: tum comparationis, quæ magis ſint ſeruāda, leges ne an chirographa. Abſoluta de Cæſaris actis diſputatione, ad perſonā Dolabellæ & Antonij orationem deflectit: quorum primo rectè facta laudans, inconſtantiamq́; uituperans, eos territat: deinde conſilium illis dans, ut relictis conſilijs prauis, redire ad rempub. uelint, cohortatur. Huius partis στάσις eſt πραγματική, an redeundum illis ſit ad Rempub. & ſenatus autoritati parendum. Cauſæ igitur genus συμβουλευτικὸν eſt, mixtum tamen locis generis demonſtratiuí propter tractationem perſonarum.

Peroratio.

Ἐπίλογος ἠθικὸς eſt ad beneuolentiam comparatus: oſtendit enim in eo orator ingenium ſuū atq; animum ſolicitū de Repub. & ſenatorum laudat æquanimitatem, quòd benignè ac diligenter eum audiuiſſent: tum reipub. operam ſuam in ſententia liberè deinceps etiam dicēda pollicetur: ac tandem concludit ἵνα ἀριστοκρατῆ. Quanquā igitur breuis eſt ἐπίλογος, ut in deliberatiuis cauſis eſſe ſolet, nec eorum, quæ antè dicta ſunt, enumerationem habet: tamen et artificioſus, & ad cauſam maximè accommodatus eſt: cuius finis præcipuus eſt ἡ νίκη. Quæ cum animis auditorum excitata eſt, fit ut attentè atque diligenter orator audiatur: quod cum fit in fine, ſignum eſt uictoriæ.

ANtequam de Republica P. C. dicam ea.) id eſt, antequam in ſenatu meam ſententiam exponā. Propoſitio κατασκευή. id eſt, ordinis conſtitutio per diuiſionem. Proponit autem tria: abitionem, reuerſionem, & ſententiæ ſuæ de Repub. dictionem: quatuor uero exponit. ἡ στάσις enim manſionem etiam habet, ut

bet, ut antè dixi, quam non propoſuit. Patres.) P. C. uocas ſenatores. Primi enim ſenatores quos Romulus inſtituit, patres maiorum gentium uocabantur, deinde patres minorum gentiū bis coniungebantur. Poſtea patres C. ſunt uocati, quòd in unum ordinem eſſent collecti atq; coacti.

De Rep.) Hæc eſt pars tertia partitionis. ſe enim dicturum etiam de Rep. oſtendit, quod in altera confirmationis parte facit. Ego cum.) Pars prima confirmationis, quam dixiſſe eſſe ἀπολογητικήν: defendit enim ſe Cic. idq; neceſſariò: non ſolum ne inconſtantior eſſe uideatur, ſed ut plus etiam authoritatis ſua de Repub. ſententia habeat: & ut ſibi beneuolentiam, aduerſario odium conciliet. Fit autem hæc ἠθικῶς narratione, quæ tametſi in deliberationibus rarò eſt propter rem: tamen propter perſonas ſæpe ſolet incidere, ut in hac deliberatione Ciceronis. Primum autem eam partem, quam in diuiſione non propoſuit, uidelicet tempus manſionis, tractat ἠθικῶς. Oſtendit enim non ſuum tantum, ſed M. etiam Antonij erga rempub ſtudium atq; uoluntatem, et huius præclara facta commemorat. Aliquando.) id eſt, tandem: ſignificans uerbum eſt.

Conſilium authoritatemq́;.) Hæc in libero populo rectè coniunguntur: in rep. enim libera eſſe debent. Vbi enim nec conſilium, nec autoritas eſt, ibi ἀναρχία eſſe dicitur. Quaſi in.) ἠθικὸν eſt. Deiſciebant.) ὑπερβολὴ qua ſuam oſtendit diligentiam. Pacis.) concordiæ. Vetus exemplum.) ſcilicet ἀμνηστίας. Cum uictis à Lacedemonijs eſſent Athenæ, triginta rectoribus imperium dederūt: qui cum tyrannidem exercerent, tandem à Thraſybulo uincuntur: qui ἀμνηστίας legem ſtatuit, ut uetus iniuria tyrannidis ac proditionis obliuioni traderetur. Memoriam.) Græci uocabuli interpretatio eſt: cauet diligenter Cicero ne Græcis in oratione uerbis utatur, idcirco explicat illa latinis. Præclara.) Hic ſequitur enumeratio egregiè factorum Marci Antonij. Deinde uenit ad malefacta. Cauſa abitionis à rebus lætis incipit, & deſinit in triſtibus: ſimiliter etiam reditionis. In priore parte ad meliorem mentem hortatur Antonium: in poſteriore populū aduerſus ipſum excitat. Voluntas.) eaq́; à uero & ſincero animo profecta. Liberos.) unicum Antonij filium ſic uocat, quem obſidem dedit tyrannicidis qui in Capitolium confugerant. Atq; his principijs.) obliuione ſcilicet diſcordiarum. Adhibebat.) Adhibemus priuatim: Aduocamus publicè & in iudicijs. Principes ciuitatis.) id eſt, Senatores. ut dicimus princeps ſenatus, ſic etiam ciuitatis. Deferebat.) Deferimus palàm, agitamus clàm.

Cum dignitate & conſtantia.) Dignitas eſt in conſeruatione honeſtatis: conſtantia autem in fiducia. Commentarijs.) actis quæ rerum erant priuatarum, ut leges publicarum. Num qui exules.) Aſperitas eſt, cum interrogatio eſt cum breui & ſubita reſponſione: eam in rebus obſcuris & odioſis adhibemus: ut in hoc loco.

Vnum.) S. Clodium, de quo in ſecunda Philippica.

Immunitates.) Immunitas non ſolum dicitur munerum publicorum, ſed etiam uectigalium. Ideo latius patet apud Latinos uocabulum immunitas, quàm apud Græcos λειτουργίας: ἀτέλεια idem eſt quod immunitas. Ser. Sulpitio.) Hic uixit tempore C. Cæſaris. Decreti aut beneficij.) Decretum publicum eſt: beneficium priuatum.

Multa præterea.) ἀποδείξεις. Ad ſingulare.) Ratio τῆς ἀποδείξεως κατὰ προσδοκίαν, id eſt, excitationem expectationis rei magnæ. dicitur autem ſingulare, quod ſolum eſt in aliquo genere. Dictaturam.) Hoc eſt ſingulare illud M. Antonij factum. quo tum Rom. populo nihil potuit contingere lætius. Dictator autem is dicebatur, cuius ſumma erat autoritas, etiam ſupra ipſum ſenatum. Erat autem extremum populi Romani præſidium. neque creabatur dictator, niſi in ſummis periculis. Diximus.) id eſt, non ſumus interrogati ſententias, cum ſententiæ interrogantis refragamur. Rhetorica comminatio eſt, & argumentum à conſequente ad antecedens. Senatusconſultum.) ſcilicet de abroganda dictatura. C. Cæſar perpetuam dictaturam inſtituerat, hanc Antonius ſuſtulit. Autoritatem ſecuti ſumus.) Autoritatē ſequimur, cum interrogantis ſententiam probamus. Lux quedā.) ὑπερβολὴ metaphorica, qua in rebus lætis utimur. Regni timore.) id eſt, non ſolum præſenti, ſed etiam futuro rege ſublato. Perpetuæ.) continuatæ, non ſempiternæ: durauit enim ſolum uſq; ad mortem Cæſaris. Eſt autem perpetuum, quod intermiſſione: ſempiternum, quod fine caret. Cædis.) morte Cæſaris. Vncus impactus.) Vnci impingebantur ijs, qui per ciuitatem trahebantur rei ad ſcalas Gemonias, ex quibus condemnati conijciebantur in Tiberim. Collega.) Dolabella. Collegium publici inſtituti eſt: Societas in priuata inſtitutione: Sodalitas in hilaritate eſt. Nam cum ſerperet.) μετάβασις: hoc enim in loco tranſitum facit ad laudem Dolabellæ. ſic prius dixit quæ laudabiliter ab Antonio geſta ſunt. Deinde ſumma ſcelera utriuſque oſtendit. facit autem hoc tribus de cauſis: Primò, ne uideatur dicax: deinde, ut aduerſarios in officio contineat: poſtremò, ut ſenatum in propoſito cōfirmet. Inſitum malum.) domeſticam ſeditionem ſic uocat. Inſepultam ſepulturam.) Duo contraria coniunxit: ut in Roſciana dixit exiguas copias. Sic græcè τυφλὸν ὁρᾶν. locutio eſt παρὰ τὴν φύσιν. Cū) Hæc particula orationem περιβολὴν facit. Liberos.) Subſtantiuè poſuit.

Ecce enim.) Hic prærupta eſt abitionis expoſitio κατὰ περιττὴν διαβολήν. Vocabulum autem Ecce, ſemper aliquid noui & admirabile importat. Edixerat.) Edicere magnorum hominum eſt, & potentium. Nihil per ſenatum.) ſcilicet egit. Conſules deſignati.) Hircius & Panſa primùm deſignabantur conſules: deinde fiebant, & declarabantur. Ius legationis liberum.) id eſt, liberæ legationis ius. Legatio libera eſt, ad quamuis ciuitatem: mandata, quæ præſcriptū habet numerum: uotiua, quæ ex uoto eſt ſuſcepta. Expoſui P. C.) Pars poſterior narrationis, in qua cauſam reuerſionis oſtendit tranſitione. Conſilium.) cauſam. Effectum pro cauſa efficiente ponit. Nunc reuerſionis.) In poſteriore membro fecit hyperbaton, in priore non fecit. Placent enim periodi περιοδικῶς magis quàm κομμάτια. Cum Brundiſium.) Narratio ſimplex eſt ἁπλῆ, & perſpicua. Vitauiſſem.) quia ibi erant Cæſariani. Calen. Sextilibus.) eo tempore nondum erant menſium nomina Iulij et Auguſti: ſed hic ſextilis, ille quintilis dicebatur. Trāſmiſſio.) Prætexit cauſſam falſam αἰτίαν pro cauſa: eſt igitur χρῶμα, id eſt, expoſitio non cauſæ loco ipſius cauſæ. color dicitur latinis.

Vna nocte.) Ratiocinatio oratoria. Veritus ſum.) Ratio cur nō potuerit manere. Et hic aliam cauſam prætexit non ueram: oſtenditq́; cur præcedenti chromate ſit uſus. Neceſſarios.) Ii dicuntur neceſſarij, quibus carere non poſſumus. fit autē neceſſitas ſiue neceſſitudo officijs, affinitas matrimonio, conſanguinitas ex ſtirpe & genere eodem.

eodem. Et ut hæc differunt, ſic etiam neceſſitas & amicitia differunt. Vt tranſmitterem.) Dicimus trãſmittere abſolutè, & tranſmittere Rhenum: & cum duobus accuſatiuis, trãſmittere Rhenum exercitum. Auſtro.) Hic enim uentus contrarius eſt proficiſcentibus in Græciam: Iapyx uerò ſecũdus. Intempeſta nox.) Nox intempeſta dicitur, in qua nullum tempus eſt agendi. Valerij comitis.) Hic ſimul erat profectus. Expectamus uentum.) ſecundum.

Concionem.) quam habuit ad populum de repub. prima cauſa uera. Nec ita.) Altera cauſa uera, edictũ Caſſij & Bruti. Addebãt.) Hactenus duas ueras cauſas poſuit, quæ negari nõ poſſunt. Antonius enim, quæ prima cauſa eſt, concionem habuerat. Altera, Bruti & Caßij decretum fuit. Hic tertiam ponit, eamq; falſam. Remißis.) redditis, non amplius adminiſtratis. Nulli neq; remi.) ὑπερβολὴ oratoria. Non quo.) Occupatio oratoria eſt, Benefacit, qui in tẽpore gratulatur: minus bene, qui citò, & non in tempore: Peßimè uerò, qui ſerò. Dicit igitur tametſi in tempore gratulari non potuit, maluit tamen citò, quàm ſerò gratulari. Atq; ego.) Hoc in loco oſtendit quomodo ſpes illa in itinere ſibi ſit ablata, & multos inſperatos exitus ponit, qui orationẽ reddũt ſuauẽ. Excederet.) Oſtendit abitionem uoluntariam, nõ neceſſariã: ideo non dicit, eiectus eſſet. Simul autem Bruti oſtendit letitiam, ut populum ad ſimulẽ excitet. Maximi.) propter difficultatem.

Pulcherrimi.) propter gloriã. L. Piſonis.) Huius mentionem facit, ut excitet alios exemplo fortißimi uiri. Cõſecutus.) ſcilicet Piſo. Hunc igitur.) Contrariorũ comparatio imperfecta. In priori enim mẽbro non dicit abſens.

Hũc igitur.) Exponit conſilij ſui impetũ aſperè & prolixè: non enim periodis, ſed oratione utitur periodica.

Quoniã utriuſq;.) κατάστασις altera, qua ad ſecundã confirmationis partem accedit. Quemadmodum enim principio cauſſæ totius ſummam diuiſit: ita nũc nouam facit κατάστασιν: Se prius de Antonij queſturum eſſe iniuria, quàm de republica ſit dicturus. Primum laudauit Antonium, nunc uituperabit: ſic etiam Dolobellam. Atque ita duos ſemper contrarios affectus in hac oratione miſcuit, ut eam ad illorum amicitiam dirimendam habuiſſe uideatur. Vtriuſque.) abitionis & reuerſionis. Probatam.) Cauſa probari dicitur, quæ admittitur. Officio.) Brundiſino, de quo in initio ſecundæ Philippicæ. Tam acerbè.) cum tanta iniuria atque ignominia. Cogere.) Metaphora à congregatione pecudum: Cogimus autem inuitos. Minus frequentes.) Ratio oratoria imperfecta. multitudo enim errantium non excuſat peccatum, ſed potius auget. Oporteret.) Oſtendit, cauſam non ſatis magnam fuiſſe, ut ueniret in ſenatum. Eſt autem ironia. Pyrrhi pace.) id eſt, de pace facienda cum Pyrrho. Supplicationibus.) C. Cæſari faciendis. erant autem ſupplicationes principium ἀποθεώσεως. Quo in genere.) Firmamentum Ciceronis contra rationem aduerſarij. Pignoribus.) non mulctis, aut poena. Penè.) quia ſola gratia coguntur, ideo hoc dicit. Languerem è uia.) defatigatus eſſem Ante autem ſtatu abſoluto fuit uſus, quod rectè fecerit, cum in ſenatum non uenit, quia nemo ad ſupplicationes uenire cogatur: hic aſſumptiuo utitur ſtatu, & cauſſam in morbum reijcit. At ille.) Hîc aduerſario conflat odium. Cum fabris.) operis publicis. Cuius enim me.) Status minor præſcriptionis ſcilicet, uel actionis.

An me.) Irriſio. defenſionem enim ſuam ab irriſione claudit, quam ab irriſione etiam inceperat. Remiſiſſet aliquid.) Remittere, eſt relaxare: amittere, eſt totum relinquere: Intermittere eſt ad tempus omittere, & in medio relinquere. Cum ſupplicationib.) Oratoria parrhesia, & excitatio ſenatorum. Oſtendit enim ſupplicationem non eſſe faciendam, quia mortuus ſit Cæſar: cum ſit contra religionem, mortuos inter deos referri. Supplicationes mortuorũ.) Contraria coniũgit. mortuis enim ſupplicationes fieri non poſſunt. Propè.) non enim omnino fuerunt quingenti anni. Cum deorum.) Id eſt, cum ſupplicatione, quæ deorum immortalium cultus eſt. Sed hoc.) Votum eſt, deprecatur bellum, morbum etiam, & territat ſimul. Decreuit.) ſupplicationes Cæſaris.

Quid de reliquis.) Iam ſe ad dicendi libertatem excitat, & facit ſibi aditum ad ſententiæ dictionem de repub. cui conqueſtionem præmiſit. Dignitatem.) ſcilicet meam. Atque utinam Calend. Sex.) quibus fuit ſenatus habitus. Conſularis) ſcilicet Piſo. Amplißimis beneficijs.) Beneficia pop. Romani amplißima ſunt magiſtratus, ut prætura, ut conſulatus etiã. Ducem.) principem.

Idcirco ne nos.) Iam eſt criminatio. Ne uultu quidẽ.) ὑπερβολὴ. Fuerit quædã.) etiamſi fuerit ſub C. Cæſare. Latini uocant uoluntarium & neceſſarium, quod Græci ἑκούσιον καὶ ἀκούσιον uocant. Nec ego hoc.) ἀφαίρεσις post reprehenſionem. Primum igitur acta.) Pars altera confirmationis, ſententiæ ſuæ dictio de Repub. hoc eſt, de ijs rebus quæ ad Rempub. pertinent. Primùm autem de actis agit Cæſaris: tum de perſonis Dolabellæ & Antonij. Acta Cæſaris in duo capita diuidit, in chirographa & in leges, id eſt acta publica, & priuata. Suntq; hic duo ſtatus, definitionis unus, & alter comparationis. Primùm enim diſputat ac definit quid ſint acta, chirographa ne an leges: deinde per comparationẽ, leges magis eſſe ſeruandas quàm chirographa docet. Primùm.) Propoſitio ad euitandum odium propoſita. Quoniam autẽ contra honeſtatem eſt, ut acta eius ſeruentur, quem uiri fortes & boni dignum morte iudicarunt, ideo ἐπανόρθωσιν addit: non quòd acta illius probet, ſed ne quem in Repub. tumultum improbatis illis excitet. Vellem.) Hic pergit ad ſtatum definitionis, quæ res appellandæ ſint acta, commentarioli ne an chirographa, uel leges. Aduocatis.) id eſt, ſine milite. ironia eſt. Intelligit enim ſatellites & ſicarios eius, quos ſæpe in ſenatu ſecum habebat.

Minus ualere.) id eſt, ægrotare. Quemadmodum.) id eſt, qua diſtinctione defenderet, quid acta uocaret. An in commentariolis.) Propoſitio ſtatus cõparationis. Confert enim leges cum commentariolis & chirographis per contemptũ aũt commentariola, id eſt, uiles commentarios uocat. Prolatis.) Proferre, eſt rem ipſam oſtendere præſentẽ.

Quæ ille in æs.) Definitio legis. Lex eſt ſententia inciſa in æs, populi iuſſu fixa, rogatu cõſulis perpetuo ſeruãda.

Equidem.) Iam ſuam fert ſententiam. Non poſſumus autem benè Latinè dicere, lex eſt actũ, ſed leges acta eſſe dicimus. Loquitur igitur oratoriè, quia ſpeciẽ ſolũ inueſtigat.

An ſi.) Reddit ad alterã chirographorũ partẽ. Promiſſa aũt facere idẽ eſt quod ſeruare. Reperta ſunt.) in falſis chirographis. Sed ea non.) Redit ad primã propoſitionem, ſcilicet acta Cæſaris eſſe ſeruanda. Præclara.) Ironia eſt. Pecunia.) Mortuo Cn. Pompeio, & omnibus Pompeianis profligatis, bona eorum omnia redacta ſunt in fiſcum, & deportata ad ædes Opis, ut ſi

quando

quando opus baberet ijs, populus Rom. uti poſſet. Eam pecuniã ab Antonio interceptam eſſe oſtendit. Effuſa.) per Antonium. quod magnum fuit facinus. Ecquid eſt.) Propoſitio definitionis actorũ. Leges eſſe acta, inductione probat. Togatus.) nullo bello exiſtente. Odioſa ſententia. Tyrannicum enim eſt, in libera repub. pacis tempore, imperium & poteſtatem habere. Chirographa.) eſt res promiſſa et declarata manu propria. Sed ea ipſa.) Iam uenit ad aliam argumentationem. Qui leges Cæſaris non ſeruat, is acta ipſius tollit: Antonius leges Cæſaris tollit, ergo Antonius acta Cæſaris tollit. Maioris propoſitionis probatio prius poſita eſt, Leges enim acta ſunt. Eſt autem hoc [illegible] incipere á probatione antequam ad rem ueniatur. Minorem iam etiam probat: Antonium ſcilicet leges tollere. Non ponit Syllogiſmum, ſed probationes propoſitionum Syllogiſmi. Opt. eum Reipub.) Vocat optimam rempublicam δημοκρατίαν.

Pluſquam annum.) hæc lex erat Cæſaris. Sublata.) ut eſt ab Antonio ſublata. Cæſar legem tulit, ut diu ordines iudicarent: Senatorius, propter dignitatem: & equeſtris, propter cenſum. In iudice ergo requirebatur dignitas & cenſus. M. Antonius tertiam decuriã conſtituit: ut ſcilicet Centuriones etiam iudicarent: nec Romani ſolum, ſed etiam peregrini. Et uos acta.) Iam ponit propoſitionem. q. d. Qui ergo leges Cæſaris euertit, is acta eius euertit. Sed Antonius leges Cæſaris euertit: ergo etiam acta.

Niſi fortè.) Hic repetit probationem illam primam maioris [illegible]. Comitijs centuriatis.) Comitia centuriata ſemper erant honeſtiora, quàm curiata. In illis enim per claſſes, et ſecundũ dignitatẽ, honeſtatẽ, ac cẽſum rogabantur ſuffragia: in his uerò illud non fiebat. Eſt igitur hoc in loco comparatio. At quæ eſt.) Iam oppugnat illã legem per altercationem, cuius propria eſt [illegible]. Antè in minore propoſitione cauſam accepit, ut diſputaret contra legem Antonij de tertia decuria, quæ non eſt ferenda: nunc minoris ſimul probationem. Centurionum.) Centuriones etiam erant equites Rom. tulerat autem Cæſar legem, ut equites iudicarent, ergo etiam Centuriones iudicare debebant, ut Antonius uolebat. Ideo diſcrimen ponit inter legem Iuliam & Antonij Cicero: Cæſar uolebat equites eos iudicare qui cenſum & dignitatem baberent: tu pauperrimum quemq; uis iudicare. Ordinem duxerunt.) id eſt, quicunq; fuit Centurio: is autem dicitur Centurio, qui certum ordinem militum duxit. Nũc uocamus capitaneos uocabulo barbaro. At ſi quis.) Argumenta á minore ad maius. Equo meruiſſet.) id eſt, eques eſſet.

In iudice enim.) Pulchra eſt ſententia, pauperes enim facile corrumpuntur. per fortunam autem cenſum intelligit. Manipulares.) qui manipulos ducunt. Alaudarum.) Gallorum: eſt enim Gallicum uocabulum. Nam illi ad modum auis, ut habet Liuius, inſtruebãt exercitum.

Noſtri.) id eſt, mei homines. O contumelioſum.) Amplificatio per exclamationem, ex loco euentorũ poſt rem enarratam. oſtẽdit enim quæ euentura ſint, ex lege de tertia decuria. Nec opinantes.) inuitos. Hic.) ſcilicet bonos. Ii.) Centuriones. Libere iudicare.) propter ſtipendia quæ habebant ab Antonio. Centuriones enim ſtipendia habebant á ciuibus quibuſdam, quorum uoluntatem in iudicijs ſequi cogebantur. Error.) ſcelus, ἀδίκημα.

Sordidiſsimus.) egeniſsimus: egeſtatem enim ſordes ſequũtur. Conſequens igitur eſt pro antecedente. De curijs.) iudicum. Turpes.) ſcilicet militum. Altera.) Hic locus rectè intelligi niſi ex diuiſione reip. nõ poteſt: Sunt autem genera rerũpub. quatuor. Democratia, Ariſtocratia, Oligarchia, Monarchia. Hæc ſi recta eſt, et bona, regnum dicitur: ſi mala, tyrannis. Romanus uerò populus mixtam habuit Democratiam & Ariſtocratiam. Ad has formas Cicero pleraſq; in orationibus ſuis ſententias accommodauit, quod quis facilè poteſt animaduertere. Hæc utrũ tandem lex eſt.) Vituperat legem illam: primò quòd legum potius quædã ſit diſſolutio, idq; probat remotione, quod neq; ad præſentes, neq; ad futuros pertineat. deinde, quòd Cæſaris legibus abroget. At res.) Occupatio, cui ſtatim Cicero reſpondet uoto. Omnes enim.) ἦθος, quid ſit eſſe popularem hoc tempore, conſenſus ſcilicet omnium ciuium de ſalute reipub. Quæ eſt igitur.) Concluſio uehemens. Quid enim eſt turpius.) Ratio concluſionis á turpitudine legis, et indignitate rei.

Sed quid plura.) Præteritio. Quaſi uerò.) á cauſa finali uituperat legẽ illã. Id agitur, id fertur.) ἔμφασις. oſtendit qua de re agatur. Quis enim.) Confirmatio á diſtributione. Non igitur.) [illegible] euentorum: hoc enim in loco conſecutionem euentorum facit: & quid ex illa lege euentorum ſit, oſtendit. Quæſtionesq;.) Quæſtionem uocant latini iudicium, ut in oratione pro Milone eſt: De ui hæc conſtituta eſt quæſtio, id eſt, iudicium. Quid eſt.) Euentorum conglobatio. Velim eſſe.) reſiſtendo ſenatui: hæc enim lex erat lata pro ſenatu & magiſtratu. Abrogatur his legibus.) Tertius euentus, id eſt, quid quod leges Cæſaris abrogabuntur. Quæ quidem.) Præteritio poſt rem uituperatam. Rem enim uituperat, qui enumerat mala, quæ ex ipſa eueniunt. Hac autem præteritione ad concluſionem peruenit, quæ uehemens eſt. concludimus autem uehementer, cum et probamus & uulnus facimus aduerſario, & auditori: id quod hic Cicero facit. A mortuo.) id eſt, poſt mortem Cæſaris. Ciuitas.) Hic Antonio obijcit quod etiã obiecerat Verri. Immunitatibus.) ἀτελείας ſic uocat. Ergo hæc uno.) Cõncluſio per comparationem facta. Optimo.) Ironia eſt. id eſt, ſceleratiſſimo. Gloriabatur.) id eſt, laudem aſſecutus erat: in bonã enim partem accipitur. Iudicijs.) id eſt, de duabus decurijs iudicum quas Cæſar conſtituit. Eas inquam.) á ſpecie ad genus argumentum eſt. Ac de ijs.) Conqueſtio oſtendit deploratam ſpem emendationis. præterita enim, ut nec futura, emendari non poſſunt. Poſſumus autem de præteritis conqueri, non item de futuris. Promulgatæ.) Promulgari lex dicitur, cum nondũ eſt fixa. Ille enim.) Oſtendit duas leges de decurijs & prouincijs rectè latas, quia tempus & conſuetudo non ſit ſeruata: ſimul enim ſcriptæ & promulgatæ ſunt. Quærunt.) [illegible] illius primæ conglobationis euentorum κατ᾽ [illegible]. ad uitandum enim tædiũ alio orationis genere euenta repetit, & aliquem ex P. C. ſibi reſpondentẽ introducit. Bonis.) cum habeamus bonos trib. plebis. Inquis.) obijcis. Interceſsiones.) ſcilicet tribuni plebis & augurum. Antiqua.) more græcorum loquitur qui [illegible] uocant, quod uile & ſtultum eſt.

Forum ſepietur.) quoniam non habet rei præteritæ τεκμήριον, ponit rei futuræ: & oſtendit reipſa eos hæc competuros. Omnes claudentur.) ἐπιμονή: ter idem dicit. Iure.) ſecundum ius & conſuetudinem. Rogandi) populum. Sciuit.) iuſsit, decreuit: poſuit pro [illegible] & χειροτονεῖν. Qui populus.) Syllogiſmo hypothetico tollit cauſam

ſam ſine qua non: tribuni enim plebis, & augures non poterant aliquid ſtatuere ſine populo. Si intercedent tribuni plebis iure, & apud populum, & augures intercedent. ſed ius nullum eſt: populus excluſus eſt: ergo tribuni plebis intercedere non poſſunt. Atq; ego.) Concluſio. Tollite ergo leges has. Quæ ſi facta.) id eſt, uos uidebitis omnino ſic futurũ. Iraſci.) Digreditur iam à cauſa ad perſonam Dolabellæ & Antonij: ac primũ eos uituperat & territat: deinde illis dat conſiliũ. Quia uerò hæc pars eſt grauiſsima orationis, præmunit ſe cõtra iram conſulũ, & paucis cum Dolabella agit, quia is erat æquior. Cum Antonio uerò pluribus, quoniã & impudentior erat, & magis ſibi infenſus. Facilitatẽ.) in bonã hic partem accipit. Cum enim coniuncta eſt cum ratione, humanitatẽ & comitatem: ſi ratione caret, leuitatẽ ſignificat. Collegam.) καταφορὰ oratoria: impreſsio uiolenta, & orationis perturbatio. Sed eum audio.) Duobus uerbis in eadem ſententia utitur, quæ uno abſolui debebat. Odioſum.) importunum, infeſtum. Gladiorũ.) ſcelerum κοινωνία eſt. Sed promam ius.) ἀξίωσις ὑποθετικὴ, quæ primũ optionem, deinde contrariorũ tractationẽ habet. poſtulat autẽ certis cõditionibus talem lenitatẽ ab Antonio, qualem à Dolabella ſperat. Ego ſi quid.) ὑπόθεσις. Quo minus.) Optio. Primum deprecor.) ἀξίωσις. Iis qui.) id eſt, mihi. Quid hac poſtulatione.) Cicero ipſe uocat hic ἀξίωσιν, ſed latino uocabulo. Quod ſi.) Contrariorũ tractatio. Ita mecum.) ſcilicet argumentantur. Piſoni.) ſcilicet licuit. hic enim liberrimè de repub. dixit, & optimæ ſententiæ autor fuit. Quiddã.) ſcilicet mortẽ. Nec erit.) id eſt, nec enim erit. Morbi.) quæ ſcilicet cauſa Antonij eſt. Mortis.) Quæ mihi fortuna eſt. deinceps argumentatur à minore ad maius: Si Antonius propter morbũ in ſenatum nõ uenit, mihi etiam licebit non uenire in ſenatũ, ut euitem mortẽ, id eſt, ne me ipſe occidat. Sed per deos.) Appellauit utrunq;, Dolabellam præſentem, & Antoniũ abſentem: iam ſe ad Dolabellam ſolũ conuertit: nec dicit quid iam agat, ſed ea commemorat quæ ab eo rectè facta ſunt, ut eum ad benefaciendum incitet. Errore.) Error peccatum eſt, quod aliena uoluntate fit, ἁμάρτημα: ſcelus, quod cum uolũtate & conſilio ſuſcipitur, ἀδίκημα. Ampliſsimo quoq;.) Ampliſsimi dicuntur propter dignitatem: clariſsimi propter res geſtas. Opes.) Opes ſæpe pro præſidijs perſonarũ ponũtur. Ea autẽ.) Sentẽtia generalis. Oſtendit quæ ſit uera gloria: quæ ſcilicet cõſiſtit in rectè factis in remp. Rectè factorũ.) id eſt, eũ uirtute factorũ. Gloria relatiuũ eſt, nõ habet correlatiuũ nominatũ: fundamentũ eius eſt laus: terminus rectè facta. Optimi.) propter ariſtocratiam. Multitudinis.) propter democratiã: populi enim nõ erat ſtatuere aliquid, niſi ſenatus rogaſſet: nec ſenatus erat promulgare, niſi conſentiẽte populo. Ita mixta erat ariſtocratia cum democratia. Dicerem.) Non ſolum Dolabellam in uiam reuocat, ſed excitat etiam auditores ad facienda ſimilia. Rectè factorum fructus.) id eſt, quæ gloria eſſet. definitio loco definiti poſita. Expiato foro.) id eſt, ſublata illa inſepulta ſepultura. Ordinis.) plebeij, equeſtris & ſenatorij.

Quinetiam.) Amplificatio per ratiocinationem oratoriam. Gratulantur.) mihi. de hac re ſcribit ad Dolabellam. uide Epiſtolam ad Atticum. Gratulamur autem in rebus lætis, gratias agimus acceptis beneficijs. Theatri.) id eſt, omnium præſentium, ſeu totius coronæ præſentis. Earum rerum.) quòd ſtudioſus eſſes Cæſaris. Primo enim Cæſarianus erat, ideoq́; offenderat populum: deinde mutato conſilio deſtruxit ſepulturam Cæſaris, qua re memoriam præcedentis offenſionis iterum deleuit. Te autem M. Antoni.) Vt Dolabellam, ita iam Antonium etiam appellat, & commemorat quæ ab eo rectè facta ſunt, per conglobationem. Adhuc enim Antonij animum uult tentare, ſi poſsit eum in uiam reuocare. Concordia.) renouato exemplo Athenienſium. Collegam.) Dolabellam.

Auguria.) læta. Viros fortiſsimos.) Brutos & Caſſios. Conſequutis diebus.) Aliquando inſequentes dies uocat. Cæſar ſemper dicit die ſequenti. Maximum autem.) Quod præcipuum eſt, ad extremum poſuit. Nota.) Metaphora ab iis ſumpta, quibus notæ in frontem inuruntur. Vt enim propter.) Comparatio uehemens, ex qua Antonij inconſtantiam arguit, qui mutata uoluntate, & conſilio, omnium dominus ac dictator eſſe cupiat, cum antè dictatoris nomen ſuſtulerit. M. Manlium.) Ab hoc liberatum eſt Capitoliũ obſeſſum à Gallis. Liberauit enim ipſe omnes obæratos, ex quo in ſuſpicionem regni & tyrannidis uenit, ideoq́; cum tota ſua familia ſublatus eſt è medio. Num huiuſce.) ἐπιμονὴ κατ' ἀναφοράν. Vnde igitur.) Nunc cauſas inueſtigat mutatæ uoluntatis. Non poſſum.) Prima cauſa pecuniæ cupiditas: quod tractat ἀφορμήν. Quanquam.) Occupatio. egregium exemplũ eſt in Herodiano libro primo, de Cõmodo ab aulicis corrupto. Sed noui.) Correctio occupationis, ad Antonij animum conciliandum. Atque utinam.) εὐχή. Non adulatur autem ei, ſed hæc omnia facit reipublicæ atq; pacis cauſa, & ut eum in uiam meliorem reducat. Illud magis uereor.) Altera cauſa, libido dominandi: quam primum tractat ἠθικῶς. Deinde συμβουλευτικῶς: qua oſtendit, quæ ſit uera gloriæ uia. partem autem poſteriorem συγκρίσεως exemplis probat fabularum. Quod ſi ita.) ὑπόθεσις ſiue πλάσις.

Charum eſſe.) συναθροισμὸς per congeriem & ἀντίθεσις. Metui.) Pars altera. eſt autem pulcherrima comparatio ſiue ἀντίθεσις: in priore parte ad multa unum eſt relatum, ſine aliqua coniunctione: hic duobus, coniunctione: connexis redduntur quatuor ſine coniunctione. Verba grauia ſunt, & ſignificantia. Quod uidemus.) Confirmatio ab exemplis poëtarum. Vtinam Antonij.) παρακλήσεις παραδειγματικὰς, adhortatio ab exemplis, quam à uoto incipit. Exempla duo ſunt, eaq́; contraria. Vnum enim domeſticum eſt aui Antonij clariſsimi uiri, qui propter rempublicam perijt: alterum C. Cæſaris, qui propter tyrannidem eſt occiſus: ideoq́; ad territandum propter exitum triſtem ualet plurimum. Libertate.) Pulcherrima magiſtratus à plebe in republica libera diſtinctio. Itaq; ut omittam.) ἀπόδειξις συγκριτική. Sed quid oratione.) ἀπόδειξις longioris tractationis, & ſtudij in Antonio ad mentem meliorem reuocando. Si enim.) Ratio ἀποδείξεως ab exemplo contrario, quod exitum habet triſtem: ideoq́; ad terrendum maximè ualet. Quem qui.) ἀνθυποφορὰ: eos enim uulgus beatos eſſe iudicat, qui cum imperio ſunt, & ſunt potentes. Sed quàm ſint illi beati, Dionyſij docet apophthegma. Beatus eſt nemo.) Ratio occupationis è definitione. Quare flecte te.) Perorationis principium, in quo repetit exemplum domeſticum generaliter, quo eum ad rempublicam rectè gubernandam adhortatur. Quanquã enim peroratio eſt breuiſsima, & in eo loco demum incipit uerè: Cepi P. C. reuerſionis meæ fructum, &c. tamen hic ſuum habet fundamentũ. Non igitur ad iudices ſolum

rionis auxilio: ac ſi dicat, non ſuppetebat tibi pecunia, qua unam tribum ambires. Fauore Cæſaris Iulij inquit Plutarchus inter augures cooptatum fuiſſe Antonium.

De ui.) quòd ui pulſo competitore, ſuperiores fuiſſent pro Antonio laborantes. At beneficio ſum uſus tuo.) Et hoc obiecerat Antonius, ſuo uſum beneficio Ciceronem, quòd eum Brunduſij quum poſſet, non occidiſſet. ad quod reſpondet Cicero. Pompeio in Pharſalia ſuperato, quum Cato qui naualibus præerat copijs, & claſſem & exercitum Ciceroni committendum cenſeret, omneſq; ut acciperet, hortarentur, ac unum illum ſibi ducem in communi ſalute depoſcerent: ipſe conſtanter recuſauit, finemq; ſibi belli feciſſe, & in ocium properare palàm reſpondit. quod eius dictum ſic moleſtè quidam tulere, ut parum abfuerit quin occideretur. quare properè in Italiam reuerſus, ſtatuit Brunduſij Cæſaris reditum in Aſia & Aegypto commorantis præſtolari. Erat autem Brunduſij Antonius, qui Ciceronem, quòd in partibus fuiſſet Pompeianis, occidere potuit: quod obiecit, dicens ſuo eum beneficio uiuere, uixq; ſe eũ à Cæſaris militib. defendiſſe. Semper præ me tuli.) faſſus ſum ſemper, ac ſi ita ut dicis, eſſet. Minus prudenti.) rem ipſam ut eſt cognoſcenti. Ipſe uictor.) Cæſar. Eũ tu occideres, quẽ ſaluũ Cæſar uoluiſſet?) ac ſi dicat, minimè. Quod ſi eſſet beneficiũ, nõ occidere cũ poßis, quoniã beneficiũ nõ eſt: illi quib. Cæſar nõ ademit uitã, cũ poſſet, nõ laudarentur quòd eũ interfecerint, ſed ingrati haberentur, & uituperarentur: ſed quia laudãtur, idcirco non adimere uitam, non eſt beneficium. Illum) Cæſarem. Seruati.) non occiſi, ut Brutus, Caßius, & reliqui, qui partes Pompeij ſecuti ſunt, quibus uictor Cæſar pepercit.

Quàm miſerum.) miſerum enim uideri debet, te hominem nefarium tantum habuiſſe licentiæ, ut ciuem optimum & præſtantißimum necare poſſes, ſi uelles. De interitu Reipub.) quæ interijt per te. Ne ingratus uiderer.) in te, qui non ademiſſe iactas uitam, cum poſſes. In illa querela.) quæ eſt in ſuperiore oratione. Et quidem.) & tamen nullus adeò temperans extitiſſet, qui de te conquerens abſtinere à maledicto poſſet. Reliquias Reip.) Propter interceptam pecuniã hoc ait, quæ fuerat ad ædem Opis: & propter quatuor millia talenta, quæ à Calpurnia Cæſaris uxore accepit. Turpißimo mercatu.) Tanquã in nundinis & mercatu omnia Antonius uendiderat, magiſtratus, immunitates. Cum leges eas.) ut Prætoriæ prouinciæ pluſquam annum, Conſulares pluſquam biennium obtinerentur, ut duabus decurijs tertia Centurionum adderetur, ut de ui & maieſtate damnatis liceret prouocare. De te.) nam uolebat Antonius licere ſibi prouinciam pro arbitrio ſuo retinere. Interceßionẽ.) Tribunitiã. Suſtuliſſes.) Conſulari poteſtate & auctoritate. Omnes impuritates.) omnes impuros & fœdos homines, aleatores, ganeones, ut mox dicetur. Luſtris.) Sunt & in ſyluis luſtra ferarum habitacula. Virg. Non abſunt illic ſaltus, & luſtra ferarum. & loca ſordida, atque occulta: in queis qui uerſantur, gulæ & luxuriæ operam dant: ac ipſa etiam lupanaria. Plaut. in Aſin. Luſtris ſtudet. Confectus.) conſumptus, exinanitus. Cum M. Craſſo.) Hic eſt M. Craſſus ille diues, qui perijt in Parthis, cum quo Ciceroni graues & diuturnæ fuerunt inimicitiæ. Earum uerò extitit cauſſa, quòd cum Catilina coniuraſſe eum Cicero inſimulauit: & in oratione quam de Conſulatu ſuo habuit, Craſſum ad ſe noctu ueniſſe retulit, epiſtolã à Catilina miſſam tenentem, qua illum quaſi conſcium ad confirmandam coniurationem hortabatur. Quòd uerò in Ciceronem æquior eſſet Craſſus, ac non apertè inſectaretur, filius cauſſa extitit: qui ſtudiorum gratia Ciceronẽ ſectabatur, & ſic obſeruabat, ut eo damnato ueſtẽ mutauerit: idq; ut cõplures nobilißimi adoleſcentes facerent, fuaſerit. Tandẽ uerò patrem etiam reconciliauit Ciceroni. Tum.) quãdo habuit primã illam orationẽ quæ hanc præcedit. Vitæ cõmunis.) ac ſi diceret humanæ conſuetudinis, quam ſequi ſolemus. non enim ſi quid ſcriptum aut dictum eſt nobis ab amicis prius, id cum inimici euadimus, diuulgare debemus. Nec prudens quiſpiam facere auderet.) nam ſi hoc fieret, abſtinerent homines loqui multa cum amicis aut ſcribere abſentes: quippe qui dicerent, ſi fortè inimicitiæ inter nos exorirentur, quicquid dixero aut ſcripſero, propalabitur. Aliqua offenſione.) id eſt ſi qua offenſio interuenit, ſi diſplicuerunt. Vitæ ſocietatem.) ut ad amicum non audeat quiſquam ſcribere aliqua de re, ſi dubitat eum aliqua offenſione interueniente proditurum. Inepta.) ut ioci & dicta faceta, ambigua, & obſcœna nonnunquam, qualia ſunt in Cic. epiſtolis illis ad Pætum, & alios nonnullos. Seria.) de Repub. ſed non diuulganda, quãdo periculum eſt inde ei qui ſcripſit, ut cum tempora accuſamus, & principes carpimus. Sit hoc inhumanitatis tuæ.) id eſt imputetur inhumanitati tuæ, cum ſic ſis natus: ſed uos P. C. incredibilem ſtultitiam uidete, & conſiderate. Homo diſerte.) Ironicè. Vt tuis, inquit, uideris.) operis & aſſeclis, hominibus impurißimis & ſceleſtißimis. Muſtellæ Tamiſio, Tyroni.) quos & inferius cõmemorat. ij uini exhalandi, non acuendi ingenij cauſa declamare dictitabantur: quod pòſt dicetur. Inter ſicarios.) Quaſi iocatur Cicero, & tamẽ uerũ obijcit crimen Antonio, quòd & ipſe & operæ eius obnoxij eſſent legi de ſicarijs, quoniam armati uenerant in Senatũ. Lex uerò Cornelia de Sica, homicidas ultore ferro perſequitur, uel eos qui hominis occidendi cauſa cum telo ambulant. Sica uerò eſt, quicquid teli hominis occidẽdi cauſa fertur. An chirographo.) ipſa manus meæ ſcriptura. In quo habes &c.) in effingendis ſcilicet chirographis, & ſcriptura manus alienius ac characteribus, ex quibus magnum capis fructum in adulterinis literis & teſtamentis. Qui poßis?) quaſi dicat, nõ uideo. nõ enim ſunt meæ, ſed librarij mei manu. Iam inuideo &c.) Et hic iocatur, ſed cũ felle & acri reprehẽſione: Curioni dicit inuidere ſe, qui nihil Antonium ſapere docuit tanta mercede: ei enim ſe ſubſtrauerat Antonius, ut eſt dictum. Omne autem tuum crimen eſt.) omnis in tali re tua accuſatio eſt, & in hoc me criminaris. At ego tuas literas.) Literæ Antonij quas hic ſignificat, ſic incipiunt: Occupationibus eſt factum meis, & ſubita tua profectione, ne tecum coràm de hac re agerem: quam ob cauſam uereor ne abſentia mea leuior ſit apud te. Quòd ſi bonitas tua reſponderit iudicio meo, quod ſemper habui de te, gaudebo. A Cæſare petij ut Sextũ Clodiũ reſtitueret. Impetraui. Erat mihi in animo etiam tum ſic uti beneficio eius, ſi tu conceßiſſes: quo magis laboro, ut & tua uoluntate id per me facere liceat. Quòd ſi duriorem te eius miſeræ & afflictæ fortunæ præbes, non contendã ego aduerſus te. Ex hac M. Antonij epiſtola ſatis liquet quem de exilio reducere uelit, & quẽadmodũ inuito Cicerone aduret ſe nihil eſſe facturũ. Quẽdã de exilio reducere.) P. Clodij filiũ intelligimus: quẽ exulẽ reducturus

Antonius

Antonius ſcripſit,ad Ciceronē prius,ſe illū niſi Cicero annueret, nō reuocaturū. Quid enim me interponerē auda.tuæ.) acſi diceret,facturus omnino fueras,uellem nollem ego. Huius ordinis.) Senatorij. Cæſaris lege.) quam in actis & libellis Cæſaris tu ipſe eſſe dicebas. Meam gratiam.) meū beneficium. Lege lata)Si Cæſar tulerat ut P. Clodij filius reſtitueretur, neq; Ciceronis cōſentientis, neq; Antonij reuocantis poterat beneficiū eſſe. Attente.) quoniam magna & uera in illum dicam. Modeſtiam.) in uita & morib. Oblitū eſſe putetis mei.) conſuetudinis meæ. Vel quòd ita factus eſt Conſul.) Cæſar Antoniū ſibi collegam aſſumpſit. Cæſaris ergo arbitrio, nō populi ſuffragijs factus eſt Conſul, non lege, nō more: ideoq; ait Cicero, Vel quòd ita factus eſt Conſul. Statuerat autem Cæſar ſe magiſtratu abdicare, ita ut in locum ſuum Dolabella ſubrogaretur. quod prius eſt dictum. Re ueſtr.) uobis enim & publicæ utilitati, non meæ & priuatæ, ut Antonius ſuæ, Conſul fui: nec quicquam, niſi ex ſenatus autoritate geſsi aut conſtitui, cum omnia Antonius ex libidine agat. Tu homo ſapiens.) Ironicè. Fatum.) ut quemadmodū ille, pereas. C. Curionem.) qui in Libyam contra Attilium Varum, qui pro Pompeio ductabat exercitū, & Iubam Maurorum ac Numidarū regem, qui Varo obſequebatur, cum duabus miſſis legionibus, pugnans apud Bragadam fluuium, cum omnibus qui unà erant trucidatus eſt: quod Appianus & Lucanus ſcribunt pluribus. Domi tuæ.) ut omnes ex iſta familia ferro pereatis, ſicuti & auus tuus perijt. Fatale.) peſtiferū. P. Seruilio.) Is eſt qui Iſauros in Cilicia domuit, & Iſaurici cognomen reportauit. Lucio Catulo.) Quintū Catulum potius legendū puto, qui conſumptum incendio Iouis templum in Capitolio & refectū dedicauit. Duobus Lucullis.) Lucio & Marco. uterque conſularis fuit Lucius ætate Pōpeio grandior, res præclaras cōtra Mithridatē geſsit, & ingentes poſſedit diuitias.

Marco Craſſo.) illi diuiti. Quinto Hortenſio) oratori præſtantiſsimo. C. Curioni.) patri, cuius & alijs in locis, & in libro meminit de Claris oratorib. Deceſsit is nō multo antè quàm in Ciliciam proficiſceretur Cicero. Marco Lepido.) qui fuit triumuir. C. Piſoni.) qui frater fuit Lucij Piſonis ſoceri Cæſaris. M. Labeoni) is iureconſultus fuit, cum Cæſare in Gallia militauit, & tamen in ciuilibus bellis Pompeiū eſt ſecutus. L. Volcatio.) Huius meminit in Epiſtolis. C. Figulo.) Ad hunc multæ ſunt Ciceronis epiſtolæ. fuit antē eruditiſsimus. D Syllano, & L. Murænæ.) Horū et Salluſt. meminit in Catilin. Placuit M Catoni) qui conſularis non fuit, ſed prætorius. M. Cato, qui ſe Vticæ occidit, ne Cæſarem uictorem, patriamq; ſeruientem uideret, & illi ſupplicare cogeretur, ac pro his rebus gratias agere, quas contra leges & per iniuriam feciſſet: quemadmodū ipſe L. Cæſari inquit, Cæſaris propinquo: qui à trecentis qui contra Cæſarem ſæuierant, pro uenia & ſalute impetranda ad uictorem mittebatur. Cn. Pompeius.) qui cum primùm ex Aſia ſeſe in urbem recepiſſet, gratias Ciceroni egit, fruſtra ſe affirmans triumphum reportaturū fuiſſe, niſi urbs à Cicerone ſeruata eſſet, in qua poſſet triumphare. Ex Syria.) quam prouinciam populus Rom fecit, cum & Iudæam ſubegit direpto Salomonis templo, & Ariſtobulo Iudæorum rege capto. Vt parenti.) M. Catonis ſententia pater patriæ eſt appellatus, quod diximus. Acceptum referret.) à ratiocinantibus & rationibus, hoc eſt, ſupputationibus tractus eſt ſermo: in quibus cum pecuniam creditam accipimus, acceptam referre dicimur: cū uerò reddimus, expenſam. Ad quos.) uiliſsimos & nefarios. Audiendi ſunt.) & oſtendit quo pacto quaſi per dialogū. uox enim eſt cuiuſpiam interrogantis cur in ſenatū aut forum nō deſcendat Antonius: cui reſpondetur.

Dat natalitia.) dat facultatē celebrandi natales dies in hortis ſuis, & ipſe intereſt. Neminem nominabo.) cui det. Sed putatote eum.) cogitate uos ipſi, & diuinate. Phormioni.) Phormio & Gnatho perſonæ ſunt paraſitorum Terentianæ. Alter in fabula cui nomen dat, alter in Eunucho introducitur. Ballioni.) Ballio lenonis nomen. is in fabula eſt apud Plautū, cui nomen Pſeudolus. Tuus uidelicet.) Hæc Antonij fuerant uerba, quæ eleuat & contemnit Cicero. Scilicet & uidelicet deriſum indicant cum amaritudine quadā permixtū, ut Terentius: Id populus curat ſcilicet. In eo templo.) Cōcordiæ, ubi habitus eſt ſenatus, quod pòſt apparet, quādo in Ciceronē dixit Antonius. aut certè in Curia, quæ ſacra erat. nō enim in ſacro loco haberi ſenatus poterat. Vergil. Hoc illis curia templū. Cliuum Capitolinū.) qui ducebat ad Capitolium ex Romano foro. Vt illa credo)Hæc ironicè ait. ideo cliuum inquit Capitolinum armatorum ſeruorum plenum fuiſſe, ut tunc illa Senatuſcōſulta de coniuratis fierent, cum uim ſenatui afferebam, & ita ut uolebam ſentire illum cogebam. quod in diuerſum accipiendum eſt: nam & ſalutaria referente Cicerone Senatuſcōſulta facta ſunt, quibus liberata ab interitu reſpub. & puniti nefarij homines coniurati. Præterie.) qui Catilinæ perſimilis minimè affuiſti, quaſi iniquo animo ferres talia in Catilinam ſtatui. Quis nomen nō dedit?) interrogatus itá ne cenſeret, & quaſi profitens ſe in ſenatus uoluntate futurum. nam militaturi unà cum aliquo conſule ſeu imperatore, nomina dabant. Conſciorū indicijs.) Hæc omnia apud Criſpum. Haberet decem.) me. Ad ſepulturam.) hoc quid ſit, prius eſt dictū.

P. Clodius.) cum accuſator Ciceronis ad populū multa obiecit: ſed illud in primis, quòd de indemnatis ciuibus Romanis ſupplicium ſumpſiſſet. Diſciplina.) educatio. Quanta tecū eſſet contentio.) dum minus cohærētia dicis, et à te ipſo diſſentis. Eum.) me. Eos.) Senatores. In hac cella Cōcordiæ.) templū Concordiæ in cliuo fuit Capitolino nō procul à Iunonis Monetæ templo, quod illic fuit ubi domus M. Manlij in Capitolio, qua diruta ædes Iunonis eſt extructa. Furius Camillus uouit bello Veientano, & poſuit. Ouidius autor in Faſtis. Cella uerò pars templi eſt, ubi res diuina fit, ubi ſimulacrū numinis, circa quam præcinctiones columnarum. & in cellam ingredi omnibus fas non erat. Ab Ityreis.) Ityrea regio eſt Palæſtinæ Iudeæ, in qua Antonius ſub Gabinio cōſule meruit, unde etiā multos abduxit, quibus poſtea utebatur ſeruis & miniſtris. Sunt item Ityrei uicini Parthis & Arabibus, montanam incolentes regionē, homines malefici. Verg. optimos arcus ſignificare uolens, Ityreos dixit in Georg. Ityreos taxi torquentur in arcus. Alteri.) mihi. Salutaris.) quæ ſalutē attulerunt. At etiam quodam loco facetus eſſe uoluiſti.) Nam quaſi per iocū, Ciceronis recitauerat uerſum, Cedāt arma togæ. Salis.) facetiarū. Terent. Qui habet ſalem, quod in te eſt. Ab uxore mima.) Antonio fuit uxor & eadem ſoror C. Antonij filia, Ciceronis collegæ in Conſulatu, quam à Dolabella adulteratam ſuſpicatus repudiauit, & Fuluiam accepit, C. Curioni prius nuptā: quæ ſic imperium in uirum exercebat, ut ei ſe gratiam ha-

bere aliquando Cleopatra dixerit, quòd ita inſtitutum ab ea accepiſſet Antonium, ut uxoribus eſſe obnoxius didiciſſet. Hic Volumniam intelligit mimam, quæ ueluti uxor Antonio erat: et quam tanquam nurũ mater Antonij ſequebatur, ut mox dicetur. *Succiſiuis operis.*) Quidã tex. hoc nõ habent. Succiſiua tẽpora uocat Plin. ſunt aũt quæ à rebus neceſſarijs ſuccisa ſunt, & ab illo tempore quod alicui certæ rei deſtinatum eſt, diuiſa, ut horæ nocturnæ quietis. Cic. lib. de Legibus, Succiſiua quædã tempora incurrunt, quæ ego perire non patior. A. Gellius: Quãtum autem uitæ mihi deinceps deûm uoluntate erit, quãtumq́; à cura & à re familiari, procurandoq́; cultu liberorũ meorum dabitur ocium: ea omnia ſucciſiua & ſubſecundaria tempora ad colligẽdas huiuſmodi memoriarũ delectatiunculas conferam. *Meo conſilio interfectum.*) Id quod alij quoq; Ciceroni obiecere, eius cõſilio et impulſu à Milone occiſum Clodiũ. *Cum tu illũ.*) Antonius ducẽta quinquaginta millia debebat: pro quib. cũ intercesſiſſet Curio, cuius erat ſcortum, Curionis pater ægrè ferens, domo prohibuit Antonium. is ſe ad P. Clodiũ contulit: nec multò pòſt ortis inter ipſum & Clodium inimicitijs, in Aſiam abijt.

Oppilatis.) direptis. Nam tabernam illam librariam in qua delituit, fugiens Clodius Antonium, etiam oppilauit. Eſt autẽ oppilare & compilare, furari, ſed ita, ut ne pilus quidem remaneat. uel quoniam milites quæ rapiunt, in pile figuram conferunt, ut ait Pedianus. *Fauiſſe.*) contra Clodium. *Rem tranſegit.*) Clodium occidit in uia Appia. *Scilicet is animus.*) quaſi reip. cauſſa occiderit Clodium Milo: quod in illa oratione nititur probare quæ pro Milone extat. *At lætatus ſum.*) Diluit et hoc quod obiecerat Antonius. *In tanta lætitia.*) quæ fuit publica occiſo Clodio. *Quæſtio.*) Lege Põpeij, qui tulit ut de cæde in Appia uia facta quæreretur. erat autem tum ſolus Conſul Pomp. ut Cicero & Pedian. *Non ſatis prudenter illa &c.*) Nam ueteri lege 12. tab. de morte hominis quæſtio conſtituta eſt. *Nemo in me dixit.*) me ſuaſore aut impulſore cæſum Clodium. *Quod uerò dicere auſus es.*) Diluit obiectum ab Antonio, qui dixerat Ciceronis culpa ciuile bellum exortũ. *Temporibus.*) quid enim quibus egerim temporibus, ignoraſti. *M. Bibulo.*) qui collega fuit Cæſaris in conſulatu: in quo ſic impotenter Cæſar ſe geſſit, ut uenire Bibulum in ſenatum prohibuerit, & communem magiſtratum penè ſolus adminiſtrauerit. hinc duo illi uerſus iactati, Non Bibulo quicquam nuper, ſed Cæſare geſtum eſt. Nam Bibulo fieri Cõſule nil memini. Tunc inita eſt concordia inter Cæſarẽ, Pompeium, & Craſſum: pro quorum arbitrio gubernabatur Reſpublica. Et Lucanus ait, Tu cauſa malorum Facta tribus domini communis Roma. *Pompeius Cæſari tradidit.*) eius filia Iulia in matrimonium accepta. *Vnũ, ne quinquennij &c.*) Poſt primum Conſulatum, ſocero L. Piſone, genero Cn. Pompeio ſuffragantibus Galliã Ciſalpinam initiò lege Vatinia cum Illyrico, mox per Senatũ Comatam quoq; accepit in quinquennũ, & cũ imperio. Sed cum L. Domitius Conſulatus candidatus adempturum ei exercitum minaretur: cum Craſſo Pompeioq́; Lucam urbẽ prouinciæ ſuæ accitis effecit ut detrudẽdi Domitij cauſa alterum peterent Conſulatũ, & ſibi in alterũ quinquennium imperium prorogaretur. Cicero quantum in ipſo fuit, Pompeio perſuaſit id ne fieri pateretur. *Alterum, ne pateretur fieri.*) Iam annos nouẽ Galliã cum imperio tenuerat Cæſar, cum Marcus Marcellus Conſul ad Senatum retulit ut Cæſari ante tempus ſuccederetur, quoniã bello confecto pax eſſet, ac dimitti deberet uictor exercitus. *Et ne abſentis ratio in comitijs haberetur.*) Miſerat enim centurionem quendam Cæſar, qui conſulatum ſuo nomine, & tempus prouinciæ prorogandum peteret: quem egredientem curiam Senatu, auditis quæ acta erant, poſita ad enſis capulũ manu dixiſſe ferunt? At hic dabit, ſi uos abnueritis. Pompeius autem legem tulerat de iure magiſtratuum: & eo capite quo à petitione honorum abſentes ſubmouebat, ne Cæſarem quidem acceperat, per obliuionem: ac mox lege in æs inciſa, & in ærarium condita, correxit errorem. Cicero duo hæc Pompeio ſuaſiſſe ſe non negat. *Pacis.*) concordiæ. *Cum aduerſantib.* Cæſari Marcello ac Lentulo Conſulibus, qui iam ab eo Pompeium penitus abalienauerant, id ageretur, ut & prouinciam & arma deponeret Cæſar, depoſiturum ſe libenter arma per Curionem pollicitus eſt, ſi id Pompeius quoq; faceret. nec multò pòſt literas ad Senatum miſit & populum, quibus petebat ut Ciſalpina tantùm Gallia Illyricumq́; ſibi cum duabus legionibus cõcederetur. paulò antè è Cilicia reuerſus fuerat Cicero. utriuſque amicos orans, lenire Pompeium non deſiſtebat: ſed is cum cætera non abnueret, exercitum non concedebat. Ad id autem Cæſaris amicos impulerat Cicero, ut prædictis contenti prouincijs, et una tantum legione, inimicitijs depoſitis pacem agerent. ſed qui cum Lentulo ſentiebant, non ſiuere. Pacis quidem ſuaſor fuit Cicero, quod pluribus in locis ipſe ſcribit. *Cæſarem meo conſilio interfectum.*) Conſpiratum eſt in Cæſarem à LX amplius, C. Caſsio Marcoq́; et D. Brutis principib. cõſpirationis. nemo inter coniuratos Ciceronem tradit fuiſſe: & ipſe quodam loco dolet eius ſe rei conſcium non fuiſſe. Timuerum fortaſſe lubricum in eo fidei, coniurati, cùm alijs cauſis, tum quòd à Cæſare & ab eius amicis fiebat plurimi.

Præuaricatorem appoſuiſſe uidear.) id eſt, dedita opera, aut ego in me dicere hortatus ſim: qui cum contra me dicere uideretur, tamen pro me diceret. Laudi enim ſibi fore exiſtimat, ſi inter Cæſaris interfectores & libertatis aſſertores nominetur. Præuaricator uerò eo differt à patrono, quòd is ea dicit quæ cauſæ conducunt: ille uerò ſe cauſam ſimulans defendere, quæ obſunt dicendo cauſam prodit. *Alienis.*) Bruti & Caſsij, & cæterorũ qui quia tyrannum ſuſtulerunt, inſignem merentur laudem. *Iactaſſe.*) gloriatos eſſe. *Partim obſcuris.*) non ignobilibus, ſed qui nullum geſſerunt magiſtratum. *Partim adoleſcentibus neminem occultantibus.*) nam inter coniuratos adoleſcentes fuere Cæcilius & Bucolianus, Sextius Naſo, & alij nonnulli. eius aũt ætatis eſt nihil reticere. Impuliſſem ergo, inquit, Brutos, ſi conſcius rei fuiſſem, et neceſſe uiſum eſſet. *Auctoribus.*) Iu. Bruto qui reges exegit, & populi Romani primus libertatẽ peperit: & C. Seruilio, qui magiſter equitũ iuſſu Q. Cincinnati Dictatoris Sp. Meliũ equitẽ Ro. frumentum populo in magna penuria ſua impenſa largientẽ, & ob id factũ conciliata ſibi plebe regnum affectantem interfecit: quod Liuius ſcribit 4. ab Vrbe condita. *Vterque.*) Vtriuſq; Bruti, M. ſcilicet & Decimi, paternum genus in Iuniũ Brutũ referunt: à quo ſunt, ut diximus, eiecti reges: ſed Seruiliæ matris M. in C. Seruilium Halam origo refertur. Plutarch. auctor. *Alter.*) Marcus. *Quid C. Caſsius.*) Familia Caſsiorum peruetuſta extitit. ab eo Caſsio originem duxit cognomento

Spu qui conſularis regni affectati crimine damnatus, necatusq́; eſt. Cæteri fuere præſtantißimi, & libertatis ſtudioſißimi, ſed inſignes ſeueritatis, ut ille L. Caßius, qui quoties alicuius iudicij quæſitor eſſet, in quo de homine occiſo quæreretur, ſuadebat iudicibus atq; præibat, cui perire illum fuiſſet bono. & ille item qui filiũ Tribunũ plebis, qui agrariã legẽ primus tulerat, ac multis pro rebus alijs popularibus animos hominum deuinctos tenebat, poſtquã illam poteſtatẽ depoſuit, adhibito propinquorũ & amicorum conſilio, affectati regni crimine damnauit, uerberibusq́; affectum necari iußit, ac peculiũ eius Cereri conſecrauit. Ipſe C. Caßius, quod in Bruto Plutarchus tradit, ab ineunte ætate tyrannos oderat. Huius rei quam ſcribit Cicero, ipſe ſolus auctor, cum fugientẽ Pompeium perſequeretur Cæſar, & ad Helleſpontũ peruenißet, triremiũ inopia ſcaphis exercitum traducere compulſus eſt. Caßius uerò fortuna quadam triremium copia comitatus, obuiam factus eſt, cum ad Pharnacem properaret. Et quamuis aduerſus paruas naues magno triremium numero tutò depugnare poſſet, Cæſaris tamen fœlicitate conterritus, impetrata uenia ultrò illi & ſe & triremes omnes dedidit, quæ erant lxxx. Contigiſſe autem tunc arbitror ut Cæſarem occidere cogitauerit, cum ab Alexandria in Syriam & in Pontum tranſijt contra Pharnacem magni Mithridatis filium, quem quatuor quibus in conſpectũ uenerat horis, tota profligauit acie. ſimul autẽ & Caßius erat. Sine his clarißimis uiris.) M. & D. Brutis, & alijs plurimis. Ille.) Cæſar. Cydni.) Per Ciliciam decurrit: cuius auctore Solino incerta origo. alij ex monte Tauro naſci, alij ex Coaſpidis alueo defluere tradunt. per mediam fluit Tarſum, à qua tamen non procul eſſe eius ortum Strabo inquit: aquam uerò rapidißimã frigidißimamq́;, & ea gratia hominibus ac beſtijs auxiliari, qui neruos craßiores habent. Cn. Domitium.) L. Domitij filium, qui adoleſcens in coniuratione fuit. L. autẽ Domitius Prætor Cæſarem abeuntem conſulatu, quem aduerſus auſpicia legesq́; geßiſſe exiſtimabatur, ad diſquiſitionem Senatus uocauit, & mox Conſul imperatorem ab exercitibus Gallicis retrahere tentauit: ſucceſſorq́; Cæſari per factionem nominatus, principio ciuilis belli ad Corfinium captus eſt. inde dimiſſus, Maßilienſes obſidione laborantes cum aduentu ſuo confirmaſſet, repentè deſtituit, acieq́; demũ Pharſalica occubuit. Sed is quẽ Cicero nominat, filius, inter conſcios Cæſarianæ necis, quanquam inſcius, damnatus lege Plotia, ad Brutum Caßiumq́; ſibi propinquos cognatione coniunctos tranſiuit. Claßi præfuit, quam partibus profligatis Antonio ſpontè tradidit, ſolusq́; omniũ ex his qui pari lege damnati erant, reſtitutus in patriam, amplißimos honores percurrit. poſtea ciuili redintegrata diſcordia inter Auguſtum & Antonium, legatus Antonio, & ſumma imperij ſibi commiſſa, ad Auguſtum tranſijt, & in diebus paucis obijt. Auunculi.) Pompeij, ex cuius ſorore natus eſt. Spoliatio dignitatis.) neq; enim ullam dignitatem eum adipiſci paſſus eſt Cæſar. C. Trebonio.) Is & Cæſaris partes ſecutus eſt, & in eius amicis ſemper fuerat. L. Tullius Cimber.) & is in amicis fuit Cæſaris. Duos Seruilios Caſcas.) Cognomento Caſcas duos fratres dicit, qui rectius Halæ quàm Caſcæ poſſunt cognominari, quòd progenitorẽ ſuum Seruilium Halam ſunt imitati. Alter ex Seruilijs.) C. Seruilius Caſca primus Cæſarẽ iuxta collum enſe percuſſit: in quem Cæſar conuerſus, eius apprehenſo gladio, Sceleratæ, inquit, Caſca quid agis? ille autem fratrem uocans inquit, ἀδελφὲ βοήθει. Plutarchus. Ergo ego ſceleratus.) Meritò ſtultitiæ Antonium arguit Cicero, qui ſceleratum ipſum appellet, quòd uideatur conſcius coniurationis fuiſſe: cum Brutus interfector, quod nemo negat, honoris à te cauſa nominetur. Hic ſtupor.) hæc hallucinatio, atque hic error. Conſtitue.) irriſiuè. Tu, inquit, qui Conſul es, quẽ decet conſtantẽ eſſe, ſtatue utrũ bonã an malam cauſam uelis interfectorũ eſſe. Edormi.) dormiendo eijce & expurga. Terentianũ autem eſt. ille enim ait: Ibo in angulum, ibi interea hoc uilli edormiſcam. Crapula uerò eſt ebrietas nimia, & capitis ob ebrietatẽ attonitio. κραιπάλην dicunt Græci. An faces.) quod attonitis fit & ſtupidis ac lethargicis. Ad punctum temporis.) Nam ſecundum Geometras & Euclidem, punctum eſt cuius pars nõ eſt. Quicquã eſſe medium.) tanquam tertium, & alterutrum, duntaxat homicidas, aut uindices. Patriæ parentẽ.) ſic dicebat Antonius, patriæ parentẽ Iuliũ eos occidiſſe: ſed tyrannus ille, nõ parens fuit. Tu homo ſapiẽs.) ironicè. Te referente.) te proponente. Legibus cautum erat, ne liceret Prætori Vrbano plus decẽ diebus abeſſe ab urbe. Antonius in ſenatu retulit, ut Bruto, quando rei frumentariæ eſſet præfectus, abeſſe liceret, & legibus ſoluit, nec uoluit illis eſſe obnoxium. Ludi Apollinares.) de quibus plura diximus in primam Philippicam. Prouinciæ.) Macedonia prius Bruto, Syria Caßio conceſſa fuerat: ſed cum Antonius Macedoniam ſibi, Syriam Dolabella aſſumpſiſſet, & qui pro Caßio & Bruto aderant, alias dari illis depoſcerent prouincias, Cyrene ac Creta Caßio, Bithynia Bruto conceſſa eſt. Quæſtores additi.) qui in prouinciam ſequerentur. Iam retexo &c.) conuerto, in contrarium muto: & qui dicebam me inter coniuratos non fuiſſe, dico iam fuiſſe. In equum Troianũ.) in quo, quod aiunt Poetæ, non niſi uiri principes clauſi ſunt. Cicero ait ex Iſocratis ludo ueluti ex equo Troiano innumeros principes exiſſe. Virg. Huc delecta uirûm ſortiti corpora furtim includunt cæco lateri. Sed regnum.) quaſi dicat, te & cæteros qui regnum hic agitis. Meus ſtilus.) meus character, mea dicendi figura, in ea fabula fuiſſet, non incepiſſem ſolum, ſed etiam compleſſem. Fabula, ut tragœdia & comœdia, quinque actib. abſoluitur. Incipere nihil prodeſt, niſi compleas. Et in prouerbiũ exijt, ut abeſſe extremum actum dicerent, cum imperfecta res eſſet. Cic. Extremum actum tanquam ab inerti poeta eſſe neglectum. Hoc conſilium.) occidendi Cæſaris. Narbone.) quæ ciuitas eſt Galliæ, à qua nomen prouinciæ, cuius amplißimum eſt emporium. ſupra exitum Araris fluminis Narbonenſemq́; lacum iacet. Seuocari.) Cum quidam Antonium unà cum Cæſare trucidandum cenſerent, prohibuit Brutus, dicens quod pro legibus ac iure ſuſciperetur, id omni iniuria carere debere. Negocium tamen datum fuit Trebonio, ut ingrediente Senatum Cæſare, Antonium extra retineret, ſeuocaretq́;. cum enim Conſul eſſet, eius timebant auctoritatem. Cicero innuit idcirco ſeuocatum à Trebonio, quòd conſcius eſſet Cæſaris necis. Non indicaſti.) Cum Brutus & Caßius cæteriq́; occidendi Cæſaris cõſilium cepiſſent, illud agitauere inter ſe, an ad eam rem perficiendam Antonius eſſet inuitandus. quod cum nonnullis placeret, contradixit Trebonius. inquit enim ſe Antonij mentem iam antea tentaſſe, cum Cæſar ex Hiſpania reuerteretur: Antonium uerò non eſſe aſſenſum,

non tamen id eum indicaſſe. Virum.) Tu autē uir nō es, ſed timidus & mollis. Illud Caſsianum, cui bono fuerit.) Hoc & in oratione pro Milone, & ſuperius eſt à nobis dictum. Hereas.) dubites. Ad ædem Opis.) intercepta quæ illic erat pecunia: quod prius diximus. Per eaſdem tabulas.) eorundem creditorū. nam ſolutis nominibus & debitis ueteribus, eaſdem, hoc eſt, priores tabulas cū iiſdem renouauit creditoribus, mutuatus rurſus ab eiſdem pecunias quas diſsiparet. Tam multa.) à Calpurnia Cæſaris uxore, quod prius diximus. Officina.) Veluti officina, quæ eſt ubi opera fiūt, ut ſtatuarij, fuſoris, cum taberna ſit ubi effecta uenduntur, etſi eadem poteſt eſſe & officina, & taberna, ut ſutrina. Nundinæ.) mercatus: propriè ſunt feriarū dies, quò mercandi cauſa ruſtici in urbem ueniunt, ut ait Pompeius. Neſcio quid conturbatus.) quaſi Cic. ſignificare uelit conſcium Iulij necis Antonium fuiſſe. Hoc crimen.) Cæſaris nex. Clariſsimos uiros.) Brutum & Caſsiū, & cæteros cōiuratos. Nō arguo.) nō accuſo feciſſe. Caſtra mihi Pompeij.) Obiecit quòd ſerò in Pompeij caſtra ueniſſet, & omnia improbis perturbaſſet conſilijs. Quo tempore Pōpeius ueniente ex Gallia Cæſare urbem deſeruit, Cicero cum faſcibus & lictoribus quos pop. Romanus illi dederat, ſe in prædijs ſuis circa Campaniam oramq́; maritimam continebat. redire in urbem, cum Cæſar poſt Pompeij à Brūduſio fugam hortaretur, recuſauit: quia ſi adeſſet, ea dicenda eſſent, quæ nullo modo tacere poſſet: & Cæſarem offenderet, qui cum in Hiſpaniā proficiſceretur, ex itinere Ciceroni (quem ad Pompeium nauigaturum ſatis conſtanti fama afferebatur) epiſtolam ſcripſit, ne ad aduerſarios tranſiret hortatus, et ut ab omni abeſſet ciuili cōtentione. Sed cum puderet uirum bonū ſemper reipub. partes ſuſcipere ſolitū, nō eſſe in his caſtris in quibus & Pompeius optimè de ſe meritus, & ſenatus ac Conſules conſiſterent, minusq́; honeſtos in caſtris de ſe haberi acciperet ſermones, tuto ocio periculoſum prætulit bellum. Occultè enim parata naui, cum omnis maritima ora à Cæſaris cuſtodiretur militibus, et Antonio in primis mandatū à Cæſare eſſet ut Ciceronē obſeruaret, ad caſtra Pompeij nauigauit: ubi cum peiora omnia opinione offendiſſet, & neq; gerendi belli conſiliū, neq; Pompeij copias probaret: pacē primò, deinde quòd Pompeius ualde ab ea ſententia abhorrebat, ut bellū traheret, ſuadere inſtituit. Cumq́; eum multorū uaria offenderent uitia, quos emendare non poterat, quaſi pœnitētia ductus quòd eò acceſsiſſet, omnia contemnere, & ſeſe à rebus gerendis quantū poterat abducere cœpit. Nos liberi eſſemus.) facta pace, & compoſitis inter Cæſarem & Pompeiū rebus. Tot duces.) Pompeium, Scipionē, Catonem, Petreium, & Afraniū. Exercitus.) in Pharſalia, in Libya. Cōficeret angoribus.) oppreſſa repub & amiſsis ornamentis. Dimiſſa.) eſt enim miſeriarū omniū finis mors. Tot conſulares.) qui in Pharſalico bello periere. At non hi maximo &c.) Pompeius Pharſalicā pugnā inuitus quidem ſuſcepit. nam trahere malebat bellum: id quod ut faceret, hortabatur Cicero, cum præſertim cōmeatibus abundaret, quibus carebat Cæſar: ſed magna Senatorū multitudo magna equitū, qui ſuperiores fore ſe credebant, ut ſuſciperet coëgerunt: quod Appianus tradit pluribus. Elati ſpe uictoriæ.) qui fore ſibi perſuadebant ut uincerent, ſicut apud Dyrrachium uicerant.

At uerò &c.) & hoc obiecerat Anto. alienatū à Cicerone fuiſſe Pompeiū, Ciceronis ipſius dicacitate & accuſationibus. Contulit.) cōmunicauit. De ſumma re.) de tota repub. Spectarē.) quaſi finē. Præſenti.) ſcilicet dignitati: non quid utile eſſet, ſed quid ſe deceret. ſpectans. Quid ſequeretur.) Rationes quibus uterq; ſuam firmaret ſententiā. Ille cōſularis uir.) Pōpeius. Paphū.) oppidū Cypri ab Agapenore conditū, quod diſtare ab Alexandria per tria millia & ſexcenta ſtadia quidā dicūt, unde Venus Paphia. Sectorem.) Sector, ut ait Pedianus, eſt qui ſpem lucri ſui ſecutus, bona cōdemnatorum auctionabatur, hoc eſt, in auctione uendebat. Idem ait alio loco ſectorem eſſe æſtimatorem redemptoremq́; bonorum damnati atq; proſcripti: qui ſpem ſecutus lucri ſui, id eſt ſecutus ſpem æſtimationis ſuæ, bona omnia in auctione uendit. Plinius libro 36. Vnde enim illi uitricus Sylla, & Metella mater, proſcriptionū ſectrix? Lucanus, Sectorq́; fauoris ipſe ſui populus. Antonius bona Pompeij redempta à Cæſare, ſub haſta uendebat: ſed exigi redemptionis à ſe precium moleſtè ferebat: atq; hanc ſibi fuiſſe cauſam cur bello Punico non interfuiſſet, dicebat: quòd parū uideretur in his quæ prius geſſerat, gratiæ conſecutus. Cumq́; Cæſar precium domus Pompeianæ popoſciſſet, iratus uehementer eſt Antonius, quòd pro tanto eius in Cæſarem ſtudio, pro tantis ſudoribus ac periculis, pecuniam illam non remitteret, ſed quæ emerat uel dono acceperat Pompeij bona, ea uendebat Antonius: ideo ſectorem appellauit. Ne iocis quidem.) Et hoc obiecit Antonius, iocari in caſtris ſolitum quandoque Ciceronem, quaſi parum prudentem, & ineptum omnino, qui tam triſti & periculoſo Reipublicæ tempore iocari poſſet. Facetiſsimus fuit Cicero, cuius facetiarum impatiens erat Pompeius: dicebatq́; de eo, Quē fugiam habeo, quem ſequar, nō habeo. Cum in caſtra ueniſſet, dicentibus ſerò ueniſſe, reſpondit, Minimè ſerò ueni. nam nihil hic paratum uideo. Interroganti deinde Pompeio ubi gener eius eſſet Dolabella, reſpondit, cum ſocero tuo. Et cum donaſſet Pompeius transfugam ciuitate Romana: O hominē bellū, inquit, Gallis ciuitatem promittit alienam, qui noſtram nobis reddere non poteſt. Propter quæ meritò uidebatur dixiſſe Pompeius: Cupio ad hoſtes Cicero tranſeat, ut nos timeat. Animis relaxantur.) remittunt animos. Mœſtitiam meā.) Nam, quod diximus, cum uideret cōtemni ſententiam ſuam, & multorum offenderent uitia, quaſi pœnitentia ductus quòd in caſtra ueniſſet, omnia negligere, & ſeſe à rebus gerendis abducere cœpit. In utroq;.) in iocis & mœſtitia. Hæreditatem &c.) Hoc obiecerat Antonius, diuitem Ciceronem factū, & tamen nullam ei hæreditatē obueniſſe: ex quo uolebat colligi, mali quippiā egiſſe Ciceronem, & improbè ditatum eſſe. Salluſtius in ea oratione qua in Ciceronē inuehitur: Ex coniuratis, inquit, alios pecunia cōdemnabas, cum tibi alius Tuſculanū, alius Pompeianum uillam ædificabat. Vtinam hoc.) utinam quod mihi crimini das, nullam mihi obueniſſe hæreditatē, id uerū tuū crimē eſſet: ut nulla tibi obuenerit hæreditas, cum obuenerint plurimæ. Plures amici.) quos mori tu feciſti, ut eorum adires hæreditates. Amplius ſeſter. du.) ac ſi diceret, ſeſtertia pluſquam ducenta. Acceptum retuli.) ex hæreditatibus quæ mihi obuenere, accepi, & in mearum rationum libris ex tali re habuiſſe annotaui. Animi dolor.) quòd amico priuarer. L. Rubrius Caſinâs.) Caſinum Campaniæ oppidum, ubi Latina uia coniungitur Appiæ. Silius: Nymphiſque habitata Caſini Rura euaſtantur, mox & uicinus Aquinâs. Eſt & fluuius eiuſdem

dem nominis Straboni. Varro Caſinatē agrum ficum optimam inquit producere. Fecit hæredem.) ut tu inquies, qui eiuſdem defuncti inuaſiſti falſis tabulis hæreditatem. Statura) lõga, an breui. Quo municipio.) qua patria.

Qua tribu.) qua in parte municipij. Alieniſsimorum.) qui tibi nunq̃ fuerũt amici aut noti. Nõ adiſſes.) Quoniã ſoluendo creditorib. patris non eras, quẽ et ipſum bonis ſupra modũ erogãdis tenuẽ factũ legimus. In aliena uilla.) Tiburtino Scipionis. Magiſtrũ.) Sextũ Clodiũ Rhetorem, de quo mox dicetur. hoc magiſtro utebatur dicendi, ſed magis compotor erat. Suffragio tuo.) ut tibi in declamãdo ſuffragetur. Salſum.) facetũ, & qui ſalis multũ habeat: unde ſalſa dicta: & inſulſus, inurbanus ac inſipidus.

Dicere.) iocari et mordere adhibita urbanitate. iocos aũt eiuſmodi dicta et dicteria maiores dixere. Cicero in epiſtola ad Corneliũ Nepotẽ: Itaq; noſtri, cũ omnia quæ dixiſſemus, dicta eſſent: quæ facetè et breuiter et acutè locuti eſſemus, ea proprio nomine appellari dicta uoluerũt. Auum tuum.) M. Antoniũ. Senſim.) paulatim & ſedatè. Aliena.) abhorrentia à cauſa, & penitus inutilia. Duo millia iugerum.) Actus quadratus undiq; centũ uiginti pedibus præfinitur: duplicatus iugerũ facit: dictum, quòd ex duobus quadratis actibus iunctum ſit: ut Varroni uerò & Plinio placet, quòd uno iugo boum in die exarari poteſt. Occupat ergo iugerum in lõgitudine pedes ducentos quadraginta, in latitudine centũ uiginti. Leontini.) Leontium mediterranea Siciliæ ciuitas, et in regione Septentrionali, cuius agri feraciſsimi, quod ait Cicero in Verrem actione quinta. Immunia.) nullũ uectigal pendentia, contra antiquã & Hieronis & Romanorũ legem, qua Siciliæ agri Decumani erant, hoc eſt decimam pendebant: cui colligendæ qui præerat, Decumanus uocabatur. Sextũ Clodium.) Hic eſt Sex. Clodius Clodij familiariſsimus, et operarum Clodianarũ dux, à quo illatum in curiã Clodij cadauer eſt, & eum eo curia incenſa. Etiã hoc ex Cæſaris commentarijs?) ſcilicet feciſſe dicis, ex Cæſaris uoluntate, quæ in cõmentarijs apparet? De Cãpano.) qui publicus erat, quem Antonius largitus fuerat. Inquinauit.) fœdauit. De ipſo correctore.) Irriſiuè ipſo Antonio. Nouis.) nouis criminibus. Prætextatũ.) antequam uirilem ſumpſiſti togam. nam prætextã, quæ ueſtis fuit regũ & magiſtratuum, à principio ab Hetruſcis ſumpta, diu puerilis uſurpauit ætas. Decoxiſſe.) creditorum fidẽ feſelliſſe, et mercatorum, interceptis pecunijs: unde decoctores de quib. Iureconſulti loquuntur. Patris.) qui & ipſe prodigus fuit. Pietatis plena defenſio.) Ironicè et irriſiuè. neq; enim pium eſt, neq; decet, filium crimen ſuum in patrẽ transferre. In quatuordecim ordinibus.) L. Roſcius Otho Conſul legem tulit qua equitib. ordines primos 14. aſsignauit ad ſpectandum: ſed ijs duntaxat qui quadringenta in cenſu haberent ſeſtertia. Hæc & theatralis lex uocata eſt. Decoctoribus.) ijs qui coxiſſent, ſed fortunæ uitio, non ſcelere, ut amiſsis naufragio mercibus & pecunijs: quod accidere frequenter ſolet. Virilem togã.) quã ſextodecimo anno Liberalibus accipiebant deponentes prætextam. quod in Faſtis tradit Ouidius. Muliebris ſtola.) quoniam in muliebres abiſti mores, ueluti proſtituta fœmina ac uulgare ſcortum factus, certam pro coitu mercedem poſtulans. Curio.) filius. Stolã dediſſet.) ut uiri ſolent uxorib. Veteres non honeſtam ſolùm ueſtẽ ſtolã dixere, ſed omnẽ quæ muliebre corpus tegeret. Marcellus. Sed pro honeſta poni frequẽtius cõſueuit. Valerius titulo de Pudicitia: Te cuſtode matronalis ſtola cenſetur.

In Domitij poteſtate.) Is eſt Domitius de quo ſuprà diximus, ad Corfiniũ captus, amator & corruptor pueritiæ.

Pater eius.) Curionis. Hortante libidine) quæ te ſtimulabat et comitabatur. Nõ potuit) nam omnino te Curio pater domo prohibuit: quod tunc accidit, cũ pro Antonio qui ducenta quinquaginta millia debebat, interceſsit. Sexagies ſeſtertiũ.) quod Curio filius ex pecunia paterna pro Antonio effuderat, pro quo interceſſerat. Seſtertius & ſeſtertiũ dicitur. dupondius uerò fuit et ſemis, id eſt duæ libræ & ſemis. Notatur aũt duplici LL. & S, unde incipit. Sexagies uerò aduerbium eſt, à ſexaginta, ut ſi dicas, Mutuo tibi bis ſeſtertiũ: ſignificas duo ſeſtertia mutuare. Florentiſsimæ fa.) Curionẽ. Aes alienũ.) debita filij tuo nomine contracta. Redimeret.) quaſi addictũ creditorib. Congreſsione.) ut ne loqueretur quidẽ tecũ. Auſus eſſes?) ac ſi dicat, minimè. Perſtringam.) complectar. Incidamus.) præcidamus et omittamus. Intimus erat, &c.) Cum amoribus, libidinib. uarijsq; ſumptib grande æs alienum conflaſſet Anto. & ducẽta quinquaginta millia deberet, interceſsiſſetq; pro eo Curio, & Curionis pater iccirco Antoniũ domo prohibuiſſet, ad P. Clodium trib. pl. ea tẽpeſtate ſe contulit: in cuius contubernio haud multũ fuit, ſiue quòd inimicos Clodij formidaret, ſiue quòd Clodiani furoris ſatietas eũ cepiſſet, ut Plutarchus ait. Quiddam iam tũ molitus eſt.) Fuluiam credo Clodij uxorẽ de coitu appellauit, aut eam adulterauit: poſtea eam ipſe Antonius in matrimonio habuit. Inde itũ Alexandriã.) Antonius offenſus amentia, ut diximus, Clodij, in Græciã aijt: ibiq; permanſit, & corpus ad militaria certamina, & linguam ad dicendũ exercens. Contigit aũt ut A. Gabinius (qui unà cũ L. Piſone Cõſulatũ geſſerat, quo tempore accuſante Clodio Trib. Cicero in exiliũ pulſus eſt.) finito Conſulatu in Syriam prouinciã proficiſceretur ad eam cum exercitu obtinendam, ſicuti Põpeius inuitis ferè omnibus Senatoribus uoluerat. Antonium fortè, ita ut fit, cum offendiſſet, ut ſecum proficiſceretur hortatus eſt. negauit ſe priuatum iturum. Præfectus uerò equitibus ſecutus eſt. Pugnauit contra Ariſtobulũ Iudæorũ regem & fortiter et feliciter. parua manu magnas hoſtiũ copias fudit: ipſum Ariſtobulum unà cum filio cepit. Cũq; Ptolemæus cognomento Auletes à ſuis regno pulſus impetrare à Romanis non potuiſſet ut reſtitueretur in regnum, ueniſſetq; ad Gabinium, ingentẽ pollicitus pecuniam, ſi eum reſtitueret: dubitantibus cæteris, & in primis ipſo Gabinio, etſi cupiditate regiæ pecuniæ erat accenſus, et ut reduceret Pompeij literis hortaretur, Antonius reducendũ eſſe perſuaſit: ductoq; per loca aſpera & difficilia exercitu, Peluſiũ peruenere, ac cepere. Inde Alexandriam profecti, regem in regnũ unde exciderat, repoſuere, contra populi uoluntatẽ, & decreta Senatus (ſtatuerat enim ne omnino reduceretur.) neglecta etiam religione uerſuum Sibyllinorum, qui huiuſcemodi fuere: Si Aegypti rex auxilio quondã indigens uenerit, eius amicitiã ne abnueritis: ſed illũ cũ multitudine ne iuueritis. quod ſi aliter factũ fuerit, labores & pericula habebitis. Reus deinde Gabinius factus eſt, ſed cum pecuniarũ, tum Põpeij auxilio abſolutus. Idcirco profectũ inquit Cicero Alexandriã Antoniũ contra Senatus decreta, et contra religionẽ. Itũ.) ab Antonio. Gabiniũ.) hominẽ ſceleſtiſsimũ: cuius ubiq; uitã lacerat Cic. Quicum.)

Lata aduerſus eos qui contra imperatorem uel Rempub. aliquid moliti ſunt, cuius pœna animæ amiſsionem ſuſtinet, & memoria rei etiam poſt mortem damnatur. par. Publica autem. Inſtitut. de Iudicijs publicis. Quis eſt hodie.) Legis Antonianæ improbatio ab inutili. At res popularis.) Subiectio. Vtinam.) Cõfutatio ſubiectionis à negatione. Quæ cupiditas.) Ab inhoneſto legem improbat. Quid enim turpius.) Probat legis turpitudinem. Sed quid plura de lege diſputo.) Correctio. Quaſi uerò.) A fine legis, legem improbat. Quis eſt enim.) Confirmatio à diuiſione, uel potius diſtributione. Non igitur prouocatio.) Clauſula argumentorum eſt. Quid eſt igitur.) Exaggeratio. Quid quod obrogatur.) Exaggeratio eſt finis legis Antonianæ. Quæ quidem ego.) Redit ad ſuperiorem propoſitionem, acta Cæſaris ſeruãda eſſe. De exilio reducti.) Quia Antonius dixerat in actis eſſe Cæſaris, ut aliqui exules ab exilio reducerentur. Vide Appianum libro ſecundo Bell. ciuil. De exilio reducti.) A minori probat leges quas uiuus Cæſar tulit, inprimis tuendas eſſe. Eas inquam.) Repetitio cum magna uehementia. Ac de his tameen legibus.) Tranſitio eſt. Quærunt quid.) πρόληψις, id eſt occurſio obiectionis eſt. Tribunis plebis.) Hoc dicit propter Lucium Antoniũ, qui iſto tempore Tribunus plebis erat. Religione.) Hoc propter Augures dicit, qui obnunciare ſolebãt, ſi in legebus ferendis aues non addicerent. Quas tu mihi.) Dialogiſmo orationem exornat. Reipublicæ ſalus.) Nam ſaluti Reipublicæ erat, ſiquando Tribuni plebis legibus latis à Senatu intercederent: aut quando augures obnunciabant infauſtum eſſe eum diem, quo uel leges ferre, uel comitia inire uellent. Atque ego dico.) Adhortatiuncula ad Patres Conſcriptos eſt. Iraſci te quidem.) Dicturus & in Dolabellam Conſulem præſentem, & collegam Antonium abſentem, nouo quodam exordio utitur. Pro Repub.) Captat beneuolentiam à re pro qua dicturus eſt. Noui facilitatem.) Captat beneuolentiam à facilitate Dolabellæ. Auorum.) Scilicet M. Antonij oratoris, qui Syllam ſequutus à Mario interfectus eſt. Sed promam ius.) Captat beneuolentiam ab æquitate poſtulationis, quam ab Antonio poſtulet. Id eſt ſi liberè quæ ſentiam.) Expexegeſis eſt, quando uerba ſequentia, præcedentia interpretantur. Non idem tibi aduerſario.) Fingit ſecum loqui Antonij familiares, per mimeſin. Admonent quiddam.) ne ſcilicet ab Antonio inopinatò interficiar. non enim uult apertè indicare id quod cauere debeat, ne offendat & iritet animos plerorumq;.

Sed per deos immor.) In Dolabellam inuehitur, ſed amicè, quòd uoluntatem Reip. defendendæ prorſus depoſuerit: & eam iam euertat, quam antea omnibus uirib. propugnarit. Credo enim.) A diuiſione locus. Sed charitatem ciuium.) Locus à re, quum nobiles è Rep. concupiſcant. Ea autem eſt gloria.) Locus à finitione gloriæ.

Dicerem Dolabella.) A fructu rectè factorum Dolabellam hortatur. Expiato foro.) id eſt ara deturbata illa, in qua ſcelerati quidam Cæſari diuinos honores habebãt, ut ſuprà habuimus. Diſsipato concurſu impio.) qui ad aram cõuolabant, & incendia tam tectis quàm templis minitabantur. Cuius ordinis.) Amplificatio facti Dolabellæ. Pœna.) Serui in crucem ſuffixi ſunt: liberi uerò homines præcipites è loco edito detruſi. autor Appianus lib. 2. Bellorum. ciuil. Earum rerum obliti.) Indicat tribunatum Dolabellæ, quemadmodũ ſeditioſe geſsit, ut ſcribit Appianus lib. 2. Bellorum ciuilium. Hanc tu potuiſti.) Clauſula & amicæ reprehenſionis, & hortationis.

Magno loquor.) πάθος mouet. Hanc tu inquam.) Amplificatio à repetitione. Te autem M. Anton.) Nonnihil in M. Antonium abſentem dicit: & eum, quò rectà ad ueram gloriã contendat, hortatur. Depoſitis inimicitijs.) Quum Iulius Cæſar aliquando Conſul crearetur, neq; in urbe manere auderet, in locum ſuum Dolabellam eligendum cenſuit: quem quum collegam habere Antonius repudiaſſet ex augurio, tamen poſtea quum Iulius Cæſar occiſus eſſet, eum ultrò optauit, oblitus augurij, &c. Vt enim propter exemplum.) Ab exemplo pari factum Antonij exaggerat. M. Manlij.) qui Capitoliũ à Gallis defenderat, quum obſtrictos ære alieno liberaret, nexos exolueret, crimine affectati regni damnatus, de Saxo Tarpeio deiectus eſt, in cuius notam ſenatuſconſultum factum eſt, ne cui de Manlia gente, Manlio cognomen eſſet. Hæc Florus Epit. 6. Num huiuſce quum pro ſalute.) Exaggeratio factorum Antonij, à commodis quæ facta eius ſequuta ſunt. Non poſſum adduci.) Occupatiuncula eſt. Quanquam ſolent.) Correctio quædam eſt. Charum eſſe ciuem.) Hortatur Antonium ut malit ſe charum eſſe ciuib. quàm metui. Quod uidemus etiam.) Ab exitu tyrannorum tragicorum Antonium hortatur, ne metui à ciuibus uelit. Oderint, dum metuant.) Tyrannica uox, ſumpta eſt è tragœdia Accij, & à multis ſcriptoribus uſurpata, præcipuè à Seneca libro de Clementia ſecundo.

Acerbiſsimum eius diem.) Is enim cum Syllanus eſſet, à Mario & Cinna interfectus eſt, cuius caput pro roſtris poſitum fuit. L. Cinnæ.) De Cinna Eutropium uide lib. quinto hiſt. Rom. Si enim exitus.) A morte Cæſaris Antonium hortatur. Beatus eſt nemo.) A finitione beati locus. Quare flecte te.) Epilogus. Et populi Romani iudicia.) A iudicijs populi Romani utrunq; & Antonium & Dolabellam hortatur, ut diligi magis quàm metui, & Remp. liberam potius quàm oppreſſam uelint.

Quid enim gladiatoribus.) cum ſcilicet Cæſarem confectis bellis ciuilib. pleriq; regem ſalutarent. uide Appianũ lib 2. Bel. ciuil. Plauſus infiniti.) dati à populo propter ſtatuam qua Pompeius propter uirtutem ſuã donatus eſt.

Apollinarium ludorum plauſus.) A plauſu populi in ludis Apollinaribus dato adhortatur. Apollinares autem ludi dicti, quòd in laudem Apollinis celebrati ſint. Et alij hiſtorici ſcribunt peſtis gratia, alij uictoriæ cauſa celebratos. Liuius in 5. ſecundi belli Punici, Macrobius in 1. Saturnalium. O beatos illos.) Exclamatio pathetica eſt. Actio.) Poëtæ tragico, cuius fertur exhibita fabula cui nomen Bruto fuerit, quæ fabula cum magno applauſu ſpectata eſt. uide Petrum Crinitum lib. 2. de poëtis Latinis, & Euſebium in Chronicis. Equidem is ſum.) Occupatio eſt. Satis enim erat.) Diſtributio per incrementum.

Non interpretamini.) id eſt, non exponitis, non expenditis cuiuſmodi ſit iudiciũ et uoluntas populi Romani in retinenda libertate, cũ adeò de Hircij libertatis propugnatoris uita laborarit. Certè in nullo.) Subiectio. Quod igitur.) Clauſula hortationis. De ueſtra uita.) de uobis, qui adhuc incolumes eſtis, & non laboratis morbo, ut Hircius. Cepi Patres Conſcripti.) Epilogus orationis totius: in quo diſſerit & cur tam liberè de Republica, & quid poſthac, ſi uixerit, dicturus ſit.

IOD. BADII ASCENSII IN PRImam Philippicam Annotatio.

SEd ut ſi quid mihi humanitus, &c.) Loci huius enarratio apud Aul. Gellium eſt li. Noct. At. 13. ca. 1. Præter naturam, inquit, præterq́; fatum, an utrunq; idem ualere uoluerit, fatum atq; naturam: & duas res ἀντὶ ἑνὸς ὑποκειμένου πεπρωμένην καὶ φύσιν: an uerò diuiſerit ſepararitq́, ut alios caſus natura ferre uideatur, alios fatum, conſiderandum equidem puto. Atque id maximè requirendum, qua ratione dixerit accidere multa humanitus poſſe præter fatum, quando ſic ratio & ordo & inſuperabilis quædam neceßitas fati conſtituitur, ut omnia intra fatum claudenda ſint: niſi illud ſanè Homeri ſecutus eſt,

μὴ ϗ ὑπὲρ μοῖραν δόμον Ἄϊδος εἰσαφίκηαι.

Nil autem dubium eſt, quin uiolentam et inopinatā mortem ſignificauerit, quæ quidem poteſt rectè uideri accidere præter naturam. Sed cur id quoque mortis genus extra fatum poſuerit, neque operis huius eſt explorare, neque temporis. Illud tamen non prætermittendum eſt, quod Virgilius quoq; idipſum quod Cic. de fato opinatus eſt, cum hoc in 4. lib. dixit de Eliſa, quæ mortē per uim potita eſt,

Nam quia nec fato, merita nec morte peribat:

Tanquam in faciendo fine uitæ, quæ uiolenta ſunt, non uideantur è fato uenire. Demoſthenis autem uiri prudentia pari atq; facundia præditi uerba idem ferè ſignificantia de natura atque fato, M. Cicero ſecutus uidetur. Ita enim ſcriptum eſt in oratione illa egregia, cuius titulus eſt περὶ στεφάνου. ὁ μὲν τοῖς γονεῦσι νομίζων μόνον γεγενῆσθαι, τὸν τῆς εἱμαρμένης καὶ τὸν αὐτόματον θάνατον περιμένει. ὁ δὲ καὶ τῇ πατρίδι, ὑπὲρ τοῦ μὴ ταύτην ἐπιδεῖν δουλεύουσαν ἀποθνῄσκειν ἐθελήσει. Quod Cicero fatum atque naturam uidetur dixiſſe, id multo antè Demoſthenes τὸν πεπρωμένον καὶ τὸν αὐτόματον θάνατον appellauit. αὐτόματος enim θάνατος, quaſi naturalis & fatalis, nulla extrinſecus ui coactus uenit. Hactenus Gellius.

MICAELI TOXITAE RHAETI P. L Commentarius in Philippicam M. T. Ciceronis primam, confectus ex ſcholis Ioannis Sturmij pomeridianis.

ARGVMENTVM.

MAgna Philippicarum laus eſt, in quibus Cicero ad Atticum ſcribit, enituiſſe Demoſthenē: quem cùm in cæteris omnibus, tum in his orationibus maximè imitandum ſibi propoſuit. Vt enim hic contra Macedoniæ regē ſcripſit, ſic Cicero contra Antoniū: quæ etiā cauſa fuit, ut has orationes ueteri potius atque Græco, quàm nouo & Latino nomine Philippicas appellaret. In hac autem prima ſenatores, & per hos populum Romanum hortatur ad libertatem tuendam: & M. Antonium à conſilijs deterioribus ad meliorem uiam atque conſilia ſaniora deducere conatur. Genus dicendi eſt tenue quidē, ſed quale in orationib. eſſe ſolet, & grauitate rerum, quæ ſenatorem decent, mixtū, & ſuis ornatum ſententiarū formis.

Partes.

Partes huius orationis ſunt, Propoſitio, confirmatio, peroratio. Ponunt alij plures, alio etiam modo: ſed nos commodißimè diſtribui in has tres orationem totam, arbitramur.

Propoſitio.

Nullum hæc oratio habet exordium, ut in deliberationibus ferè fieri ſolet: ſed ab ipſa propoſitione incipit, quæ eſt κατασκευή. Eſt autem κατάστασις ordinis conſtitutio. Proponit igitur ſe dicturum cauſas abitionis & reuerſionis ſuæ: tum de Repub. tametſi autem tria tantum proponat, tamen quadruplex eſt diuiſionis expoſitio: de qua re in confirmatione.

Confirmatio.

Confirmatio bipartita eſt: pars prima habet ἀπολογίαν, altera ſententiæ ſuæ de Republica dictio. Nam quia uideri poterat inconſtantior, quòd interfecto Cæſare ac Republica iam ad ſenatus conſilium autoritatemq́; reuocata manſiſſet Romæ (cuius membri in diuiſione non meminit) poſtea uerò diſceßiſſet, ac demum in Vrbem rediiſſet: cauſas reddit & manſionis ſuæ, & abitionis, et reuerſionis: ſeq́; rectè & manſiſſe in Republica, ab eaq́; diſceſſiſſe, ac reuerſum iterum eſſe oſtendit. Hanc partem narratione tractat, cuius primum membrum, cur Romæ interfecto Cæſare manſerit, in propoſitione poſitum non fuit: fortè ideo, quòd operæprecium non fuit ponere, quoniam cum abitione manſio ita cohærebat, ut neceſſariò inde cepiſſe narrationem uideretur. Status huius partis eſt abſolutus, quē Græci ἀντίληψιν uocant: utrum rectè in repub. Cicero manſerit, utrum rectè ab ea diſceſſerit ac reuerſus ſit. Sententiæ dictio in duas etiam partes diſtribui poteſt: primùm enim de re, hoc eſt de actis Cæſaris diſputat: deinde cum Dolabella & Antonio agit. Noua autem κατασκευὴ ad hanc partē accedit: et prius de Antonij queritur iniuria, quàm de repub. dicit. Acta Cæſaris ſtatu tractat duplici: primùm definitionis, quid ſint acta: tum comparationis, quæ magis ſint ſeruāda, leges ne an chirographa. Abſoluta de Cæſaris actis diſputatione, ad perſonā Dolabellæ & Antonij orationem deflectit: quorum primo rectè facta laudans, inconſtantiamq́; uituperans, eos territat: deinde conſilium illis dans, ut relictis conſilijs prauis, redire ad rempub. uelint, cohortatur. Huius partis κρινόμενον eſt πραγματικὴ, an redeundum illis ſit ad Rempub. & ſenatus autoritati parendum. Cauſæ igitur genus συμβουλευτικὸν eſt, mixtum tamen locis generis demonſtratiui propter tractationem perſonarum.

Peroratio.

Ἐπίλογος ἠθικὸς eſt ad beneuolentiam comparatus: oſtendit enim in eo orator ingenium ſuū atq; animum ſolicitū de Repub. & ſenatorum laudat æquanimitatem, quòd benignè ac diligenter eum audiuiſſent: tum reipub. operam ſuam in ſententia liberè deinceps etiam dicēda pollicetur: ac tandem concludit ἐπὶ εὐφημισμῷ. Quanquā igitur breuis eſt ἐπίλογος, ut in deliberatiuis cauſis eſſe ſolēt, nec eorum, quæ antè dicta ſunt, enumerationem habet: tamen et artificioſus, & ad cauſam maximè accommodatus eſt: cuius finis præcipuus eſt ἐπαίνεσις. Quæ cum animis auditorum excitata eſt, fit ut attentè atque diligenter orator audiatur: quod cum fit in fine, ſignum eſt uictoriæ.

ANtequam de Republica P. C. dicam ea.) id eſt, antequam in ſenatu meam ſententiam exponā. Propoſitio κατάστασις. id eſt, ordinis conſtitutio per diuiſionem. Proponit autem tria: abitionem, reuerſionem, & ſententiæ ſuæ de Repub. dictionem: quatuor uerò exponit. ἐπίτασις enim manſionem etiam habet, ut

bet, ut antè dixi, quam non propoſuit. Patres.) P. C. uocas ſenatores. Primi enim ſenatores quos Romulus inſtituit, patres maiorum gentium uocabantur, deinde patres minorum gentiū bis coniungebantur. Poſtea patres C. ſunt uocati, quòd in unum ordinem eſſent collecti atq; coacti.

De Rep.) Hæc eſt pars tertia partitionis. ſe enim dictorum etiam de Rep. oſtendit, quod in altera confirmationis parte facit. Ego eum.) Pars prima confirmationis, quam dixiſſe eſſe ἀπολογητικήν: defendit enim ſe Cic. idq; neceſſariò: non ſolum ne inconſtantior eſſe uideatur, ſed ut plus etiam authoritatis ſua de Repub. ſententia habeat: & ut ſibi beneuolentiam, aduerſario odium conciliet. Fit autem hæc ἠθικῆς narratione, quæ tametſi in deliberationibus raròeſt propter rem: tamen propter perſonas ſæpe ſolet incidere, ut in hac deliberatione Ciceronis. Primum autem eam partem, quam in diuiſione non propoſuit, uidelicet tempus manſionis, tractat ἠθικῶς. Oſtendit enim non ſuum tantum, ſed M. etiam Antonij erga rempub. ſtudium atq; uoluntatem, et huius præclara facta commemorat. Aliquando.) id eſt, tandem: ſignificans uerbum eſt.

Conſilium authoritatemq;.) Hæc in libero populo rectè coniunguntur: in rep. enim libera eſſe debent. Vbi enim nec conſilium, nec autoritas eſt, ibi ἀναρχία eſſe dicitur. Quaſi in.) εἰκών eſt. Deijciebant.) ὑπερβολὴ qua ſuam oſtendit diligentiam. Pacis.) concordiæ. Vetus exemplum.) ſcilicet ἀμνηστίαν. Cum uicti à Lacedemonijs eſſent Athenæ, triginta rectoribus imperium dederūt: qui cum tyrannidem exercerent, tandem à Thraſybulo uincuntur: qui ἀμνηστίας legem ſtatuit, ut uetus iniuria tyrannidis ac proditionis obliuioni traderetur. Memoriam.) Græci uocabuli interpretatio eſt: cauet diligenter Cicero ne Græcis in oratione uerbis utatur, idcirco explicat illa latinis. Præclara.) Hic ſequitur enumeratio egregiè factorum Marci Antonij. Deinde uenit ad malefacta. Cauſa abitionis à rebus lætis incipit, & deſinit in triſtibus: ſimiliter etiam reditionis. In priore parte ad meliorem mentem hortatur Antonium: in poſteriore populū aduerſus ipſum excitat. Voluntas.) eaq; à uero & ſincero animo profecta. Liberos.) unicum Antonij filium ſic uocat, quem obſidem dedit tyrannicidis qui in Capitolium confugerant. Atq; his principijs.) obliuione ſcilicet diſcordiarum. Adhibebat.) Adhibemus priuatim: Aduocamus publicè & in iudicijs. Principes ciuitatis.) id eſt, Senatores. ut dicimus princeps ſenatus, ſic etiam ciuitatis. Deferebat.) Deferimus palàm, agitamus clàm.

Cum dignitate & conſtantia.) Dignitas eſt in conſeruatione honeſtatis: conſtantia autem in fiducia. Commentarijs.) actis quæ rerum erant priuatarum, ut leges publicarum. Num qui exules.) Aſperitas eſt, cum interrogatio eſt cum breui & ſubita reſponſione: eam in rebus obſcuris & odioſis adhibemus: ut in hoc loco.

Vnum.) S. Clodium, de quo in ſecunda Philippica.

Immunitates.) Immunitas non ſolum dicitur munerum publicorum, ſed etiam uectigalium. Ideo latius patet apud Latinos uocabulum immunitas, quàm apud Græcos λειτουργίας: ἀτέλεια idem eſt quod immunitas. Ser. Sulpitio.) Hic uixit tempore C. Cæſaris. Decreti aut beneficij.) Decretum publicum eſt: beneficium priuatum.

Multa præterea.) ἀποσιώπησις. Ad ſingulare.) Ratio τῶ: ἀπολείπομαι κατὰ προσδοκίαν, id eſt, excitationem expectationis rei magnæ. dicitur autem ſingulare, quod ſolum eſt in aliquo genere. Dictaturam.) Hoc eſt ſingulare illud M. Antonij factum. quo tum Rom. populo nihil potuit contingere lætius. Dictator autem is dicebatur, cuius ſumma erat autoritas, etiam ſupra ipſum ſenatum. Erat autem extremum populi Romani præſidium. neque creabatur dictator, niſi in ſummis periculis. Diximus.) id eſt, non ſumus interrogati ſententias, cum ſententiæ interrogantis refragamur. Rhetorica comminatio eſt, & argumentum à conſequente ad antecedens. Senatuſconſultum.) ſcilicet de abroganda dictatura. C. Cæſar perpetuam dictaturam inſtituerat, hanc Antonius ſuſtulit. Autoritatem ſecuti ſumus.) Autoritatē ſequimur, cum interrogantis ſententiam probamus. Lux quædā.) ὑπερβολὴ metaphorica, qua in rebus lætis utimur. Regni timore.) id eſt, non ſolum præſenti, ſed etiam futuro rege ſublato. Perpetuæ.) continuatæ, non ſempiternæ: durauit enim ſolum uſq; ad mortem Cæſaris. Eſt autem perpetuum, quod intermiſſione: ſempiternum, quod fine caret. Cædis.) morte Cæſaris. Vncus impactus.) Vnci impingebantur ijs, qui per ciuitatem trahebantur rei ad ſcalas Gemonias, ex quibus condemnati conijciebantur in Tiberim. Collega.) Dolabella. Collegium publici inſtituti eſt: Societas in priuata inſtitutione: Sodalitas in hilaritate eſt. Nam cum ſerperet.) μετάβασις: hoc enim in loco tranſitum facit ad laudem Dolabellæ. ſic prius dixit quæ laudabiliter ab Antonio geſta ſunt. Deinde ſumma ſcelera utriuſque oſtendit. facit autem hoc tribus de cauſis: Primò, ne uideatur dicax: deinde, ut aduerſarios in officio contineat: poſtremò, ut ſenatum in propoſito cō firmet. Infinitum malum.) domeſticam ſeditionem ſic uocat. Inſepultam ſepulturam.) Duo contraria coniunxit: ut in Roſciana dixit exiguas copias. Sic græcè τάφον ἄταφον. locutio eſt παρὰ τὴν φύσιν. Cū) Hæc particula orationem περιβολικὴν facit. Liberos.) Subſtantiuè poſuit.

Ecce enim.) Hic prærupta eſt abitionis expoſitio κατὰ περιπέτειαν διαβολικήν. Vocabulum autem Ecce, ſemper aliquid nouū & admirabile importat. Edixerat.) Edicere magnorum hominum eſt, & potentium. Nihil per ſenatum.) ſcilicet egit. Conſules deſignati.) Hircius & Panſa primùm deſignabantur conſules: deinde ſiebant, & declarabantur. Ius legationis liberum.) id eſt, liberæ legationis ius. Legatio libera eſt, ad quamuis ciuitatem: mandata, quæ præſcriptū habet numerum: uotiua, quæ ex uoto eſt ſuſcepta. Expoſui P. C.) Pars poſterior narrationis, in qua cauſam reuerſionis oſtendit tranſitione. Conſilium.) cauſam. Effectum pro cauſa efficiente ponit. Nunc reuerſionis.) In poſteriore membro fecit hyperbaton, in priore non fecit. Placent enim periodi μακρόκωλοι magis quàm κόλουροι. Cum Brundiſium.) Narratio ſimplex eſt ἁπλῆ, & perſpicua. Vitauiſſem.) quia ibi erant Cæſariani. Calen. Sextilibus.) eo tempore nondum erant menſium nomina Iulij et Auguſti: ſed hic ſextilis, ille quintilis dicebatur. Trāſmiſſio.) Prætexit cauſam falſam [illegible] pro cauſa: eſt igitur χρῶμα, id eſt, expoſitio non cauſæ loco ipſius cauſæ. color dicitur latinis.

Vna nocte.) Ratiocinatio oratoria. Veritus ſum.) Ratio cur nō potuerit manere. Et hic aliam cauſam prætexit non ueram: oſtenditq; cur præcedenti chromate ſit uſus. Neceſſarios.) Ii dicuntur neceſſarij, quibus carere non poſſumus. fit autē neceſſitas ſiue neceſſitudo officijs, affinitas matrimonio, conſanguinitas ex ſtirpe & genere eodem.

eodem. Et ut hæc differunt, ſic etiam neceßitas & amici tia differunt. Vt tranſmitterem.) Dicimus trāſmittere ab ſolutè, & tranſmittere Rhenum: & cum duobus accuſati uis, trāſmittere Rhenum exercitum. Auſtro.) Hic enim uentus contrarius eſt proficiſcentibus in Græciam: Iapyx uerò ſecūdus. Intempeſta nox.) Nox intempeſta dicitur, in qua nullum tempus eſt agendi. Valerij comitis.) Hic ſimul erat profectus. Expectamus uentum.) ſecundum.

Concionem.) quam habuit ad populum de repub. prima cauſa uera. Nec ita.) Altera cauſa uera, edictū Caßij & Bruti. Addebāt.) Hactenus duas ueras cauſas poſu it, quæ negari nō poſſunt. Antonius enim, quæ prima cau ſa eſt, concionem habuerat. Altera, Bruti & Caßij decre tum fuit. Hic tertiam ponit, eamq; falſam. Remißis.) red ditis, non amplius adminiſtratis. Nulli neq; remi.) ὑπερβολὴ oratoria. Non quo.) Occupatio oratoria eſt, Beneſa cit, qui in tēpore gratulatur: minus bene, qui citò, & non in tempore: Peßimè uerò, qui ſerò. Dicit igitur tametſi in tempore gratulari non potuit, maluit tamen citò, quàm ſerò gratulari. Atq; ego.) Hoc in loco oſtendit quomodo ſpes illa in itinere ſibi ſit ablata, & multos inſperatos exi tus ponit, qui orationē reddūt ſuauē. Excederet.) Oſten dit abitionem uoluntariam, nō neceſſariā: ideo non dicit, eiectus eſſet. Simul autem Bruti oſtendit lætitiam, ut popu lum ad ſimilē excitet. Maximi.) propter difficultatem.

Pulcherrimi.) propter gloriā. L. Piſonis.) Huius men tionem facit, ut excitet alios exemplo fortißimi uiri. Cō ſecutus.) ſcilicet Piſo. Hunc igitur.) Contrariorū compa ratio imperfecta. In priori enim mēbro non dicit abſens.

Hūc igitur.) Exponit conſilij ſui impetū aſperè & pro lixè: non enim periodis, ſed oratione utitur periodica.

Quoniā utriuſq;.) κατάστασις altera, qua ad ſecundā con firmationis partem accedit. Quemadmodum enim prin cipio cauſſæ totius ſummam diuiſit: ita nūc nouam facit κατάστασιν: Se prius de Antonij queſturum eſſe iniuria, quàm de republica ſit dicturus. Primum laudauit Antonium, nunc uituperabit: ſic etiam Dolobellam. Atque ita duos ſemper contrarios affectus in hac oratione miſcuit, ut eam ad illorum amicitiam dirimendam habuiſſe uidea tur. Vtriuſque.) abitionis & reuerſionis. Probatam.) Cauſa probari dicitur, quæ admittitur. Officio.) Brun duſino, de quo in initio ſecundæ Philippicæ. Tam acer bè.) cum tanta iniuria atque ignominia. Cogere.) Metaphora à congregatione pecudum: Cogimus autem inui tos. Minus frequentes.) Ratio oratoria imperfecta. mul titudo enim errantium non excuſat peccatum, ſed potius auget. Oporteret.) Oſtendit, cauſam non ſatis magnam fuiſſe, ut ueniret in ſenatum. Eſt autem ironia. Pyrrhi pace.) id eſt, de pace facienda cum Pyrrho. Supplicatio nibus.) C. Cæſari faciendis. erant autem ſupplicationes principium ἐκθειώσεως. Quo in genere.) Firmamen tum Ciceronis contra rationem aduerſarij. Pignoribus.) non mulctis, aut pœna. Penè.) quia ſola gratia coguntur, ideo hoc dicit. Languerem è uia.) defatiga tus eſſem Ante autem ſtatu abſoluto fuit uſus, quod recte fecerit, cum in ſenatum non uenit, quia nemo ad ſupplica tiones uenire cogatur: hic aſſumptiuo utitur ſtatu, & cauſſam in morbum reijcit. At ille.) Hîc aduerſario con ſtat odium. Cum fabris.) operis publicis. Cuius enim me.) Status minor præſcriptionis ſcilicet, uel actionis.

An me.) Irriſio. defenſionem enim ſuam ab irriſione claudit, quam ab irriſione etiam inceperat. Remiſiſſet aliquid.) Remittere, eſt relaxare: amittere, eſt totum relin quere: intermittere eſt ad tempus omittere, & in medio relinquere. Cum ſupplicationib.) Oratoria parrheſia, & excitatio ſenatorum. Oſtendit enim ſupplicationem non eſſe faciendam, quia mortuus ſit Cæſar: cum ſit con tra religionem, mortuos inter deos referri. Supplicatio nes mortuorū.) Contraria coniūgit. mortuis enim ſuppli cationes fieri non poſſunt. Propè.) non enim omnino fuerunt quingenti anni. Cum deorum.) Id eſt, cum ſup plicatione, quæ deorum immortalium cultus eſt. Sed hoc.) Votum eſt, deprecatur bellum, morbum etiam, & territat ſimul. Decreuit.) ſupplicationes Cæſaris.

Quid de reliquis.) Iam ſe ad dicendi libertatem exci tat, & facit ſibi aditum ad ſententiæ dictionem de repub. cui conqueſtionem præmiſit. Dignitatem.) ſcilicet meam. Atque utinam Calend. Sex.) quibus fuit ſenatus habitus. Conſularis) ſcilicet Piſo. Amplißimis bene ficijs.) Beneficia pop. Romani amplißima ſunt magiſtra tus, ut prætura, ut conſulatus etiā. Ducem.) principem.

Idcirco ne nos.) Iam eſt criminatio. Ne uultu quidē.) ὑπερβολὴ. Fuerit quedā.) etiam ſi fuerit ſub C. Cæſare. Latini uocant uoluntarium & neceſſarium, quod Græci ἑκούσιον καὶ ἀκούσιον uocant. Nec ego hoc.) ἀφαίρεσις poſt reprehenſionem. Primum igitur acta.) Pars altera confirmationis, ſententiæ ſuæ dictio de Repub. hoc eſt, de ijs rebus quæ ad Rempub. pertinent. Primùm autem de actis agit Cæſaris: tum de perſonis Dolabellæ & Antonij. Acta Cæſaris in duo capita diuidit, in chirographa & in leges, id eſt acta publica, & priuata. Suntq; hic duo ſtatus, definitionis unus, & alter comparationis. Primùm enim diſputat ac definit quid ſint acta, chirographa ne an leges: deinde per comparationē, leges magis eſſe ſeruandas quàm chirographa docet. Primùm.) Propoſi tio ad euitandum odium propoſita. Quoniam autē con tra honeſtatem eſt, ut acta eius ſeruentur, quem uiri fortes & boni dignum morte iudicarunt, ideo ἐπανόρθωσιν addit: non quòd acta illius probet, ſed ne quem in Repub. tumultum improbatis illis excitet. Vellem.) Hic pergit ad ſtatum definitionis, quæ res appellandæ ſint acta, commentariolis ne an chirographa, uel leges. Aduocatis.) id eſt, ſine milite. ironia eſt. Intelligit enim ſatellites & ſicarios eius, quos ſæpe in ſenatu ſecum habebat.

Minus ualere.) id eſt, ægrotare. Quemadmodum.) id eſt, qua diſtinctione defenderet, quid acta uocaret. An in commentariolis.) Propoſitio ſtatus cōparationis. Confert enim leges cum commentariolis & chirographis per con temptū aūt commentariola, id eſt, uiles commentarios uocat. Prolatis.) Proferre, eſt rem ipſam oſtendere præſentē.

Quæ ille in æs.) Definitio legis. Lex eſt ſententia inciſa in æs, populi iuſſu fixa, rogatu cōſulis perpetuo ſeruāda.

Equidem.) Iam ſuam fert ſententiam. Non poſſumus au tem benè Latinè dicere, lex eſt actū, ſed leges acta eſſe dici mus. Loquitur igitur oratoriè, quia ſpeciē ſolū inueſtigat.

An ſi.) Reddit ad alterā chirographorū partē. Promiſſa aūt facere idē eſt quod ſeruare. Reperta ſunt.) in falſis chirographis. Sed ea non.) Redit ad primā propoſitio nem, ſcilicet acta Cæſaris eſſe ſeruanda. Præclara.) Ironia eſt. Pecunia.) Mortuo Cn. Pompeio, & omnibus Pompeianis profligatis, bona eorum omnia redacta ſunt in fiſcum, & deportata ad ædes Opis, ut ſi

quando

quando opus haberet ijs, populus Rom. uti poſſet. Eam pecuniã ab Antonio interceptam eſſe oſtendit. Effuſa.) per Antonium. quod magnum ſuit facinus. Ecquid eſt.) Propoſitio definitionis actorũ. Leges eſſe acta, inductione probat. Togatus.) nullo bello exiſtente. Odioſa ſententia. Tyrannicum enim eſt, in libera repub. pacis tempore, imperium & poteſtatem habere. Chirographa.) eſt res promiſſa et declarata manu propria. Sed ea ipſa.) Iam uenit ad aliam argumentationem. Qui leges Cæſaris non ſeruat, is acta ipſius tollit: Antonius leges Cæſaris tollit, ergo Antonius acta Cæſaris tollit. Maioris propoſitionis probatio prius poſita eſt, Leges enim acta ſunt. Eſt autem hoc κρυπτικὸν incipere à probatione antequam ad rem ueniatur. Minorem iam etiam probat: Antonium ſcilicet leges tollere. Non ponit Syllogiſmum, ſed probationes propoſitionum Syllogiſmi. Opt. cum Reipub.) Vocat optimam rempublicam ἀριστοκρατίαν.

Pluſquam annum.) hæc lex erat Cæſaris. Sublata.) ut eſt ab Antonio ſublata. Cæſar legem tulit, ut duo ordines iudicarent: Senatorius, propter dignitatem: & equeſtris, propter cenſum. In iudice ergo requirebatur dignitas & cenſus. M. Antonius tertiam decuriã conſtituit: ut ſcilicet Centuriones etiam iudicarent: nec Romani ſolum, ſed etiam peregrini. Et uos acta.) Iam ponit propoſitionem. q. d. Qui ergo leges Cæſaris euertit, is acta eius euertit. Sed Antonius leges Cæſaris euertit: ergo etiam acta.

Niſi fortè.) Hic repetit probationem illam primam maioris [illegible]. Comitijs centuriatis.) Comitia centuriata ſemper erant honeſtiora, quàm curiata. In illis enim per claſſes, et ſecundũ dignitatẽ, honeſtatẽ, ac cẽſum rogabantur ſuffragia: in his uerò illud non fiebat. Eſt igitur hoc in loco comparatio. At quæ eſt.) Iam oppugnat illã legem per altercationem, cuius propria eſt [illegible]. Antè in minore propoſitione cauſam accepit, ut diſputaret contra legem Antonij de tertia decuria, quæ non eſt ferenda: nunc minoris ſimul probationem. Centurionum.) Centuriones etiam erant equites Rom. tulerat autem Cæſar legem, ut equites iudicarent, ergo etiam Centuriones iudicare debebant, ut Antonius uolebat. Ideo diſcrimen ponit inter legem Iuliam & Antonij Cicero: Cæſar uolebat equites eos iudicare qui cenſum & dignitatem haberent: tu pauperrimum quemq; uis iudicare. Ordinem duxerunt.) id eſt, quicunq; fuit Centurio: is autem dicitur Centurio, qui certum ordinem militum duxit. Nũc uocamus capitaneos uocabulo barbaro. At ſi quis.) Argumenta à minore ad maius. Equo meruiſſet.) id eſt, eques eſſet.

In iudice enim.) Pulchra eſt ſententia, pauperes enim facile corrumpuntur. per fortunam autem cenſum intelligit. Manipulares.) qui manipulos ducunt. Alaudarum.) Gallorum: eſt enim Gallicum uocabulum. Nam illi ad modum auis, ut habet Liuius, inſtruebãt exercitum.

Noſtri.) id eſt, mei homines. O contumelioſum.) Amplificatio per exclamationem, ex loco euentorũ poſt rem enarratam. oſtẽdit enim quæ euentura ſint, ex lege de tertia decuria. Nec opinantes.) inuitos. Hic) ſcilicet bonos. Ii.) Centuriones. Libere iudicare.) propter ſtipendia quæ habebant ab Antonio. Centuriones enim ſtipendia habebant à ciuibus quibuſdam, quorum uoluntatem in iudicijs ſequi cogebantur. Error.) ſcelus, ἁμάρτημα.

Sordidiſſimus.) egentiſſimus: egeſtatem enim ſordes ſequuntur. Conſequens igitur eſt pro antecedente. De curijs.) iudicum. Turpes.) ſcilicet militum. Altera.) Hic locus rectè intelligi niſi ex diuiſione reip. nõ poteſt: Sunt autem genera rerũpub. quatuor. Democratia, Ariſtocratia, Oligarchia, Monarchia. Hæc ſi recta eſt, et bona, regnum dicitur: ſi mala, tyrannis. Romanus uerò populus mixtam habuit Democratiam & Ariſtocratiam. Ad has formas Cicero pleraſq; in orationibus ſuis ſententias accommodauit, quod quis facilè poteſt animaduertere. Hæc utrũ tandem lex eſt.) Vituperat legem illam: primò quòd legum potius quædã ſit diſſolutio, idq; probat remotione, quod neq; ad præſentes, neq; ad futuros pertineat. deinde, quòd Cæſaris legibus abroget. At res.) Occupatio, cui ſtatim Cicero reſpondet uolo. Omnes enim.) ὅρος, quid ſit eſſe popularem hoc tempore, conſenſus ſcilicet omnium ciuium de ſalute reipub. Quæ eſt igitur.) Concluſio uehemens. Quid enim eſt turpius.) Ratio concluſionis à turpitudine legis, et indignitate rei.

Sed quid plura.) Præteritio. Quaſi uerò.) à cauſa finali uituperat legẽ illã. Id agitur, id fertur.) [illegible] oſtendit qua de re agatur. Quis enim.) Confirmatio à diſtributione. Non igitur.) ἄθροισμα euentorum: hoc enim in loco conſecutionem euentorum facit: & quid ex illa lege euentorum ſit, oſtendit. Quæſtioneſq́;.) Quæſtionem uocant latini iudicium, ut in oratione pro Milone eſt: De ea hæc conſtituta eſt quæſtio, id eſt, iudicium. Quid eſt.) Euentorum conglobatio. Velim eſſe.) reſiſtendo ſenatui: hæc enim lex erat lata pro ſenatu & magiſtratu. Abrogatur his legibus.) Tertius euentus, id eſt, quid quod lege Cæſaris abrogabuntur. Quæ quidem.) Præteritio poſt rem uituperatam. Rem enim uituperat, qui enumerat mala, quæ ex ipſa eueniunt. Hac autem præteritione ad concluſionem peruenit, quæ uehemens eſt. concludimus autem uehementer, cum et probamus & uulnus facimus aduerſario, & auditori: id quod hic Cicero facit. A mortuo.) id eſt, poſt mortem Cæſaris. Ciuitas.) Hic Antonio obijcit quod etiã obiecerat Verri. Immunitatibus.) ἀτελείας ſic uocat. Ergo hæc uno.) Cõncluſio per comparationem facta. Optimo.) Ironia eſt. id eſt, ſceleratiſſimo. Gloriabatur.) id eſt, laudem aſſecutus erat: in bonã enim partem accipitur. Iudicijs.) id eſt, de duabus decurijs iudicum quas Cæſar conſtituit. Eas inquam.) à ſpecie ad genus argumentum eſt. Ac de ijs.) Conqueſtio oſtendit deploratam ſpem emendationis. præterita enim, ut nec futura, emendari non poſſunt. Poſſumus autem de præteritis conqueri, non item de futuris. Promulgatæ.) Promulgari lex dicitur, cum nondũ eſt fixa. Ille enim.) Oſtendit duas leges de decurijs & prouincijs rectè latas, quia tempus & conſuetudo non ſit ſeruata: ſimul enim ſcriptæ & promulgatæ ſunt. Quarum.) ἐπεξεργασία illius primæ conglobationis euentorum κατ' ἀνθυποφοράν. ad uitandum enim tædiũ alio orationis genere euenta repetit, & aliquem ex P. C. ſibi reſpondentẽ introducit. Bonis.) cum habeamus bonos trib. plebis. Inquis.) obijcis. Interceſſiones.) ſcilicet tribuni plebis & augurum. Antiqua.) more græcorum loquitur qui ἀρχαῖοι uocant, quod uile & ſtultum eſt.

Forum ſepietur.) quoniam non habet rei præteritæ τὸ κύριον, ponit rei futuræ: & oſtendit reipſa eos hæc comperturos. Omnes claudentur.) [illegible]: ter idem dicit. Iure.) ſecundum ius & conſuetudinem. Rogandi) populum. Sciuit.) iuſſit, decreuit: poſuit pro ψηφίσασθαι & χειροτονεῖν. Qui populus.) Syllogiſmo hypothetico tollit cauſam

ſam ſine qua non: tribuni enim plebis, & augures non poterant aliquid ſtatuere ſine populo. Si intercedent tribuni plebis iure, & apud populum, & augures intercedent. ſed ius nullum eſt: populus excluſus eſt: ergo tribuni plebis intercedere non poſſunt. Atq; ergo.) Concluſio. Tollite ergo leges has. Quæ ſi facta.) id eſt, uos uidebitis omnino ſic futurũ. Iraſci.) Digreditur iam à cauſa ad perſonam Dolabellæ & Antonij: ac primũ eos uituperat & territat: deinde illis dat conſiliũ. Quia uerò hæc pars eſt grauiſſima orationis, præmunit ſe cõtra iram conſulũ, & paucis cum Dolabella agit, quia is erat æquior. Cum Antonio uerò pluribus, quoniã & impudentior erat, & magis ſibi infenſus. Facilitatẽ) in bonã hic partem accipit. Cum enim coniuncta eſt cum ratione, humanitatẽ & comitatem: ſi ratione caret, leuitatẽ ſignificat. Collegam.) καταφορὰ oratoria: impreſſio uiolenta, & orationis perturbatio. Sed eum audio.) Duobus uerbis in eadem ſententia utitur, quæ uno abſolui debebat. Odioſum.) importunum, infeſtum. Gladiorũ.) ſcelerum ἀκυρολογία eſt. Sed promam ius.) ἀξίωσις ὑποθετική, quæ primũ optionem, deinde contrariorũ tractationẽ habet. poſtulat autẽ certis cõditionibus talem lenitatẽ ab Antonio, qualem à Dolabella ſperat. Ego ſi quid.) ὑπόθεσις. Quo minus.) Optio. Primum deprecor.) ἀξίωσις. Iis qui.) id eſt, mihi. Quid hac poſtulatione.) Cicero ipſe uocat hic ἀξίωσιν, ſed latino uocabulo. Quod ſi.) Contrariorũ tractatio. Ita mecum.) ſcilicet argumentantur. Piſoni.) ſcilicet licuit. hic enim liberrimè de repub. dixit, & optimæ ſententiæ autor fuit. Quiddã.) ſcilicet mortẽ. Nec erit.) id eſt, nec enim erit. Morbi.) quæ ſcilicet cauſa Antonij eſt. Mortis.) Quæ mihi fortuna eſt. deinceps argumentatur à minore ad maius: Si Antonius propter morbũ in ſenatum nõ uenit, mihi etiam licebit non uenire in ſenatũ, ut euitem mortẽ, id eſt, ne me ipſe occidat. Sed per deos.) Appellauit utrunq;. Dolabellam præſentem, & Antoniũ abſentem: iam ſe ad Dolabellam ſolũ conuertit: nec dicit quid iam agat, ſed ea commemorat quæ ab eo rectè facta ſunt, ut eum ad benefaciendum incitet. Errore.) Error peccatum eſt, quod aliena uoluntate fit, ἁμάρτημα: ſcelus, quod cum uolũtate & conſilio ſuſcipitur, ἀδίκημα. Ampliſſimo quoq;.) Ampliſſimi dicuntur propter dignitatem: clariſſimi propter res geſtas. Opes.) Opes ſæpe pro præſidijs perſonarũ ponũtur. Ea autẽ.) Sentẽtia generalis. Oſtendit quæ ſit uera gloria: quæ ſcilicet cõſiſtit in rectè factis in remp. Rectè factorũ.) id eſt, cũ uirtute factorũ. Gloria relatiuũ eſt, nõ habet correlatiuũ nominatũ: fundamentũ eius eſt laus: terminus rectè facta. Optimi.) propter ariſtocratiam. Multitudinis.) propter democratiã: populi enim nõ erat ſtatuere aliquid, niſi ſenatus rogaſſet: nec ſenatus erat promulgare, niſi conſentiẽte populo. Ita mixta erat ariſtocratia cum democratia. Dicerem.) Non ſolum Dolabellam in uiam reuocat, ſed excitat etiam auditores ad facienda ſimilia. Rectè factorum fructus.) id eſt, quæ gloria eſſet. definitio loco definiti poſita. Expiato foro.) id eſt, ſublata illa inſepulta ſepultura. Ordinis.) plebeij, equeſtris & ſenatorij.

Quin etiam.) Amplificatio per ratiocinationem oratoriam. Gratulantur.) mihi. de hac re ſcribit ad Dolabellam. uide Epiſtolam ad Atticum. Gratulamur autem in rebus lætis, gratias agimus acceptis beneficijs. Theatri.) id eſt, omnium præſentium, ſeu totius coronæ præſentis. Earum rerum.) quòd ſtudioſus eſſes Cæſaris. Primo enim Cæſarianus erat, ideoq; offenderat populum: deinde mutato conſilio deſtruxit ſepulturam Cæſaris, qua re memoriam præcedentis offenſionis iterum deleuit. Te autem M. Antoni.) Vt Dolabellam, ita iam Antonium etiam appellat, & commemorat quæ ab eo rectè facta ſunt, per conglobationem. Adhuc enim Antonij animum uult tentare, ſi poſſit eum in uiam reuocare. Concordia.) renouato exemplo Athenienſium. Collegam.) Dolabellam.

Auguria.) læta. Viros fortiſſimos.) Brutos & Caſſios. Conſequutis diebus.) Aliquando inſequentes dies uocat. Cæſar ſemper dicit die ſequenti. Maximum autem.) Quod præcipuum eſt, ad extremum poſuit. Nota.) Metaphora ab ijs ſumpta, quibus notæ in frontem inuruntur. Vt enim propter.) Comparatio uehemens, ex qua Antonij inconſtantiam arguit, qui mutata uoluntate, & conſilio, omnium dominus ac dictator eſſe cupiat, cum antè dictatoris nomen ſuſtulerit. M. Manlium.) Ab hoc liberatum eſt Capitoliũ obſeſſum à Gallis. Liberauit enim ipſe omnes obæratos, ex quo in ſuſpicionem regni & tyrannidis uenit, ideoq; cum tota ſua familia ſublatus eſt è medio. Num huiuſce.) ἐπιμονὴ κατ' ἀναφοράν. Vnde igitur.) Nunc cauſas inueſtigat mutatæ uoluntatis. Non poſſum.) Prima cauſa pecuniæ cupiditas: quod tractat ἀφαιρέσει. Quanquam.) Occupatio. egregium exemplũ eſt in Herodiano libro primo, de Cõmodo ab aulicis corrupto. Sed noui.) Correctio occupationis, ad Antonij animum conciliandum. Atque utinam.) εὐχή. Non adulatur autem ei, ſed hæc omnia facit reipublicæ atq; pacis cauſa, & ut eum in uiam meliorem reducat. Illud magis uereor.) Altera cauſa, libido dominandi: quam primum tractat ἀνατροπῇ. Deinde ὁρισμόν: qua oſtendit, quæ ſit uera gloriæ uia. partem autem poſteriorem συγκρίσεως exemplis probat fabularum. Quod ſi ita.) ὑπόθεσις ſiue κλᾶσις.

Charum eſſe.) σύγκρισις per congeriem & ἀντίθεσιν. Metui.) Pars altera. eſt autem pulcherrima comparatio ſiue ἀντίθεσις: in priore parte ad multa unum eſt relatum, ſine aliqua coniunctione: hic duobus, coniunctione: connexis redduntur quatuor ſine coniunctione. Verba grauia ſunt, & ſignificantia. Quod uidemus.) Confirmatio ab exemplis poëtarum. Vtinam Antonij.) παραίνεσις παραδειγματικὴ, adhortatio ab exemplis, quam à uoto incipit. Exempla duo ſunt, eaq; contraria. Vnum enim domeſticum eſt aui Antonij clariſſimi uiri, qui propter rempublicam perijt: alterum C. Cæſaris, qui propter tyrannidem eſt occiſus: ideoq; ad territandum propter exitum triſtem ualet plurimum. Libertate.) Pulcherrima magiſtratus à plebe in republica libera diſtinctio. Itaq; ut omittam.) ἀποδιώξεως συγκριτικῆς. Sed quid oratione.) ἀποδίωξις longioris tractationis, & ſtudij in Antonio ad mentem meliorem reuocando. Si enim.) Ratio ἀποδιώξεως ab exemplo contrario, quod exitum habet triſtem: ideoq; ad terrendum maximè ualet. Quem qui.) ἀνθυποφορά: eos enim uulgus beatos eſſe iudicat, qui cum imperio ſunt, & ſunt potentes. Sed quàm ſint illi beati, Dionyſij docet apophthegma. Beatus eſt nemo.) Ratio occupationis à definitione. Quare flecte te.) Perorationis principium, in quo repetit exemplum domeſticum generaliter, quo eum ad rempublicam rectè gubernandam adhortatur. Quanquã enim peroratio eſt breuiſſima, & in eo loco demum incipit uerè: Cepi P. C. reuerſionis meæ fructum, &c. tamen hic ſuum habet fundamentũ. Non igitur ad iudices ſolum

inſtituitur: ſed partim etiã ad Antoniũ deflectit orationẽ: mox etiam Dolabellam adiungit: & utrunq; hortatur, ut iudicia populi ſequantur, & reipub. libertatẽ defendant. Maiores tuos.) Repetit, ut dixi, primũ exemplũ generaliter quod laudem habet. Fuit enim Antonij auus uir clariſſimus, cuius in Oratore præclarè meminit Cicero, loquentemq; eum introducit. Vt natum.) id eſt, ut poßis patriæ appellari pater: à cauſa finali. quare reſpub. rectè tibi gubernanda eſt? ut ciues gaudeant te eſſe natum. Vt enim dolet populus, cum magiſtratũ habet malum ſic etiã cum bonum nactus eſt, lætatur. Inde clarus aliquis & beatus eſſe, patriæq; poteſt appellari pater. Et populi.) Nũc utrũq; alloquitur, & ut iudicia populi quæ ex ſignis colligit, ſequuti, malint chari, quàm odioſi ciuibus eſſe, cohortatur. Signa quinq; ponit, quibus oſtendit populum fauere ijs, qui ſaluam ac liberã potius, quàm oppreſſam rempub. eſſe ſtudeant. O beatos illos.) [illegible] qua populi uoluntatẽ amplificat, exemplis eorũ qui rempub. à tyrannide liberauerũt. Primũ ponit exempla Caßij & Bruti coniunctè: deinde Hircij ſeorſim. Aderãt tamen.) quomodo? ipſe exponit: in medulla & uiſceribus hærebam: metaphora [illegible]. Niſi fortè.) Occupatio ironica. Equidem is ſum.) [illegible] quæ [illegible] habet. Cur tu igitur nõ cõtempſiſti? Cõtempſi, inquit Cicero, ſed cum à popularibus ciuibus mihi tribuebantur. Cum uerò ab ordinibus omnibus, iudicaui non plauſus, ſed iudicia eſſe. ita diſtinguit plauſum tributũ alicui ab ordinibus omnib. à populi plauſu: & illũ ſignificat eſſe iudiciũ de alicuius uirtute. Sin hæc.) Poſtrema admonitio, quæ fit exemplo Hircij gratioßimi cõſulis [illegible]. tractat autẽ hoc exemplũ primo loco [illegible], id eſt, maiorũ atq; minorũ cõparatione: cui ſtatim ſubiungit [illegible], conſtitutionem rei uniuerſæ, [illegible]: deinde perficit concluſionẽ [illegible]. Cœpi P. C.) Hic uerba perorationis ponit, quam [illegible] eſſe dixi, & habere finẽ præcipuũ [illegible]: propterea quod liberè de repub ſententiã dixit. Vt enim reus maximè iudicũ beneuolentia opus habet, quam orator ubiq; ſtudet excitare: ita is qui conſilium dat, ſi benignè eſt auditus, facilius perſuadere potuit. Oſtendit autẽ in hac parte pulcherrimã uirtutẽ ſuã Cicero, ſolicitudinẽ de repub. nõ in hoc ſolum tempore, ſed etiã in futurũ: ac tria præcipuè facit: primũ dicit ſe fructũ ex reuerſione cepiſſe. deinde promittit reipub. ſuam operã ac ſtudium: tertiò concludit [illegible]. Reuerſionis meæ fructum.) pars prima. Cum fructu ſum reuerſus, quoniam nihil aliud ſpectaui quàm reipub. libertatẽ ac ſalutẽ: de qua quid ſentirẽ liberè dixi. Quoniã dixi.) Duas cauſas oſtendit fructus ſui ex reuerſione. 1. quoniã liberè de repub ſententiã dixi: quæ etiam cauſa fuit ut redirem. 2. quia ſum benignè à uobis auditus. Vt quicunq;.) Cauſa ſententiæ liberè dictæ. fuit libertatis amantiß. Cicero, ne igitur neglexiſſe aliquid in repub. defendenda uideretur, reuertitur Romã, in ſumma trepidatione, & quid ſentiat de repub liberè dicit, ut teſtimonium ſuæ erga illam uoluntatis atq; cõſcientiæ extaret. Et ſum à.) Altera cauſa quæ planè [illegible] eſt: habet enim ſignificationẽ animi grati & laudem ſenatorũ, quibus uirtutes tribuit cõuenientes, beneuolentiã, atq; diligentiã in audiẽdo. Quæ poteſtas.) Pars altera, in qua promittit ſtudium atq; operam ſuam reipub. [illegible]. Sine meo.) id eſt ſi nõ impedient me ſeditioſi ciues. Si minus.) [illegible]. Mihi ferè.) Pars tertia qua cõcludit [illegible] [illegible]: ſunt enim ſententiæ [illegible] ad eos, ad quos dicit, accõmodatæ. Cõfirmat id quod dixit prius, nõ tam mihi me, quàm reipub. reſeruabo. Vel ad ætatem.) Duas uitæ cauſas ponit, unam ætatẽ, alteram gloriã: uerũ alias habet homo Chriſtianus non modò ueriores, ſed etiam præſtantiores, quos etiam ſummi philoſophi ignorarunt.

IN SECVNDAM M. T. CICERONIS PHILIPPICAM Fr. Maturantij Cõmentarius.

QVonam meo fato.) Hæc eſt ſecunda Philippica, quæ M. Antoniũ priore oratione uehementer cõmotum, ſic in Ciceronẽ accendit, ut leniri odij atrocitas poſtea nunq̃ potuerit. Extitit autẽ exitij et mortis Ciceroni cauſa, dicente etiam Satyrico poëta:

—Ridenda poëmata malo,
Quàm te conſpicuæ diuina Philippica famæ,
Volueris à prima quæ proxima.

Superiorẽ Cicero Antonio abſente in ſenatu habuerat orationẽ, qua ille irritatus inimicitias Ciceroni denunciauerat. Sed ea denunciatione nihil omnino deterritus eſt, nihil armati & potentißimi minas ueritus. Cum deinde 14. Calend. Octobris, quo die ſenatus habitus eſt, magna armatorum caterua ſtipatus in ſenatũ ueniſſet Antonius, & longa oratione, quã totos ſeptẽ & decẽ dies in Liburtino Scipionis meditatus fuerat, & poſtea edidit, in Ciceronẽ inuectus eſſet: in ſenatu & coràm reſpõdere cupientẽ amici retinuere, quòd & longè potẽtiora eſſent Antonij arma, & ad manifeſtũ tenderet interitũ. Sed dum hæc Romæ geruntur, C. Octauius adoleſcens hæres à Cæſare ex dodrante relictus, & in familiã nomenq; adoptatus, ex Apollonia rediji primũ omniũ Antoniũ paternũ amicũ ſalutatũ acceßit facta pecuniæ patris mentione, quã Antonius tenebat, cũ adita hæreditate uiritim tricenos ſeſtertios, ut Cæſar legauerat, daturus eſſet. Verùm Antonius aſpernari illum, & inſanum dicere, ac bonis carentẽ ſuaſoribus, quòd tam oneroſam adire hæreditatẽ uellet, ac nõ potius abſtineret. ſed neq; perſuadere adoleſcentẽ potuit, & inſtare ille pro pecunia uehementius cœpit. Antonius & iactare multa contumelioſe, & facere, donec petenti tribunatũ plebis, & aureã ſellã patris ſui ponenti, ducturus ſe illũ in carcerem, niſi ſolicitare plebẽ deſineret, minatus eſt. Qua cõtumelia irritatus Cæſar, ad Ciceronẽ contulit ſe, totumq; ei ſe permiſit & tradidit breuiq; per eum Senatũ ſibi conciliauit. Plebis uerò & ueteranorum ſic in ſe ipſe concitauit ſtudia, ut per omnes amicos de recõciliatione egerit Antonius: tandẽ congreßi in Capitolio, in gratiam rediere, ſed ſimulatè quidẽ: nec multo pòſt maximæ inter eos rurſus exarſere inimicitiæ. uterq; ad legiones ſolicitandas per Italiã diſcurrit: ab utroq; præmijs ueterani ſunt allecti. Cicero ciuitatis eo tempore princeps, quacunq; ratione poterat, omnes in Antoniũ mortales concitabat: cuius factioni par tandem uel ſuperior potius auſus eſt uenire in ſenatũ, & hanc orationem, qua omnem antè actam Antonij uitã carpit & lacerat, habere ipſo Antonio præſente, & audiente. Eſt autẽ in demonſtratiuo genere cauſarũ poſita. continet enim uituperationem. partim autẽ purgationẽ habet criminũ quæ obiecit aduerſarius: partim relationẽ. nam & regerit maledicta, & retaxat uehementißimè & acerbißimè inuectus. Omnis ab ipſo principio concitata eſt oratio, breuißimo qui-

mo quidem exordio. nam & reſpondet prouocatus. cum uerò ſe purgat, ſatis beneuolos auditores habiturus creditur: & indignatus eſt, ut continere ſe nequeat, quin erumpat quamprimum. Exordium per expoſitionem incõmode factum eſt eum admiratione & indignatione. dicit enim neſcire ſe quo fato ſuo contingat, ut uiginti annis quicunq; reipub. hoſtes fuerint, etiam ſibi bellum indixerint. Argumenta à locis confutationis & purgationis prius, deinde turpitudinis ducuntur. His annis xx.) ac ſi dicat, à xx. annis uſq; huc. Indixerit.) denunciauerit. ſignificat autem L. Piſonem, Gabinium, Vatinium, Clodium, Catilinam, M. Antonium: in quos Ciceronis extant orationes. Magis autem reipub. quàm priuata cauſa odia cum illis & inimicitias exercuit. Illi.) in quos inuectus eſt Cicero acerbiſſimè, & quorum detexit ſcelera. Quorum facta imitere.) nam Catilinæ & Clodij ſcelera imitaris.

Exitum non perhorreſcis.) qui fuit fœdiſſimus & infœliciſſimus. In aliis.) qui mihi hoſtes fuere. Audacior.) quæ enim maior audacia, quàm contra patriam coniurare? Furioſior.) Magnus Clodij furor fuit, qui ut Rempublicã perturbaret, ſeſe adoptandum dedit cuidam plebeio Caio Fonteio, qui maior natu erat. Monſtri autem ſimile uidetur, ut pater maior natu filio ſit. Multas leges ſuſtulit, & in primis Heliam & Fufiam, quæ agere cum populo prohibebant, niſi ſeruatum de cœlo eſſet. Deniq; Cicero ſemper Clodij furorem uocat. Vltro.) tua ſponte, non laceſſitus à me. Ad ciues impios.) tui ſimiles, & eiuſdem furoris, ſi bono uiro & libertatis ac patriæ ſtudioſo hoſtis fieres. Quid putem?) Multas enumerat cauſas quibus impulſus uideri poſſit Antonius, ut tam acerbè in ſe inueheretur: multas refellit minus idoneas: unam ſubijcit ad extremum, quæ uera eſſe uideatur. In uita.) in moribus. Gratia.) ciuium beneuolentia. Detrahi.) maledicendo minui aliquid eorũ quæ dixi meã, gratiam, ingenium. Mihi uni conſeruatæ.) Nam cum patriam à coniuratorum audacia liberaſſet Cicero, & de coniuratis ſupplicium ſumptum eſſet: alij urbis conſeruatorem, alij conditorem appellarunt: quòd uiuerent, quòd incolumes eſſent, uirtuti eius acceptum referentes. Marcus Cato patrẽ patriæ cenſuit appellandũ, quod in libera ciuitate ei duntaxat contigit. Hinc Satyricus ait poëta, Roma patrem patriæ Ciceronem libera dixit. Illud profectò eſt.) hoc eſt illud poſtremum quod probat. Patriæ.) quandoquidem quicunque à uiginti annis patriæ hoſtis fuit, idem & Ciceroni bellum indixit. Contra rem ſuam.) res ſic habet: Tres Antonio fuere uxores. Prima Marci Fundi Bambalionis filia. Secunda, C. Antonij Ciceronis in conſulatu Collega, quam adulteratam à Dolabella ſuſpicatus, repudiauit. Tertia, Fuluia, Caio Curioni antea nupta. Ex prima illa libertini generis filium ſuſtulit, quem pro obſide in Capitolium miſſum diximus. hæc inferius patebunt & in hac Philippica, & in tertia. De re pecuniaria lis fuit amico Ciceronis & domeſtico cum M. Fundo Bambalione, homine libertinæ cõditionis, ſed locupletiſſimo: pro quo Cicero in iudicium ubi res agebatur, uenit aduocatus. Antonius iniquo animo tulit, & illa oratione qua eſt in Ciceronem inuectus, queſtus fuit, contra rem ſuam, hoc eſt, ſoceri ſui, Ciceronem ueniſſe aliquando: quod Cicero nunc excuſat, & cur non uenirem, inquit, contra ſocerum tuum, alienum mihi, & cum quo amicitia aut conſuetudo non intercedebat, pro familiari, neceſſario, & quaſi domeſtico, contra Antonij fauorem & gratiam, quam nõ uirtute, ſed flagitio collegit? contra iniuriam, hoc eſt, iniquitatem iudicis, quam Antonij ſocer auxilio & fauore interceſſoris obtinuerat, cum præſertim etiam prætorio iure mihi uenire liceret? An ego non uenirem?) Interrogatiuè legendum. Gratiam.) fauorem & beneuolentiã hominum in Antonium. Non uirtutis ſpecie &c.) Virtutis ſpeciem dixit pulchritudinem & honeſtatem: unde ſpecioſa res dicitur honeſta & pulchra: ſic ait, quoniam ætatis florem ſubiungit. Significat autem rem fœdiſſimã, Antonium ætatis flore multorũ ſibi gratiam conciliaſſe. Egregia fuit forma, ardenter à Curionis filio dilectus: qui ut obnoxium magis ſibi redderet Antonium, in amores, libidines, uariosq; ſumptus impellebat, quare grande æs alienum conflauit. Cumq; C C L. millia deberet, idem pro eo interceſſit Curio: pater uerò Curionis ægrè ferens, domo ſua prohibuit Antonium: qui ad Clodium prius ſe contulit, inde in Aſiam abijt. Cicero fœdiſſimè actam obijcit Antonio pueritiam, & ſe pluribus proſtituiſſe illum oſtendit.

Iniuriam.) iniquitatem iudicis. Iſte.) ſocer tuus. Interceſſoris iniquiſſimi.) aut Antonij, aut Curionis, qui magnam dicendo comparauit potentiam: iniquũ uerò quippiam contra Ciceronis amiciſſimum obtinuerat. Non iure prætorio.) ſcilicet uenirem? nam aut contra leges, aut dolo malo quippiam contra Ciceronis amicum ſtatutum à iudice fuerat, quod Prætoris edicto & iure ſeruari non conueniebat, id quod ſecutus eſt Cicero. quid id autem fuerit, imaginari potius licet, quàm certum aliquid tradere.

Infimo ordini.) Libertinorum. Cõmendares.) gratum redderes, & ad amorem prouocares. Libertini generũ.) te ſcilicet. nam libertini locupletis filiam uxorẽ duxit Antonius. Nepotes quoq; Fundi.) M. Fundi Bambalionis, & quoq; legendum eſt. Definiuntur autem in iure ciuili libertini, qui iuſta ſeruitute manumiſſi ſunt. At enim te in diſciplinam.) Et hoc obiecerat Antonius, quòd in Ciceronis diſciplinam ſeſe adoleſcens tradidiſſet. uolebat autem uideri obſeruaſſe Ciceronem. contrà Cicero negat factum: nec per Curionem, etiam ſi uoluiſſet & optaſſet, dicit facere licuiſſe. Nam ut obſequentiorem adoleſcentem haberet Curio, à uirtute abducebat, & ad omnem turpitudinem impellebat, quod eſt prius dictum. Næ tu, ſi id feciſſes.) certè ſi id feciſſes. Græca particula eſt, uim habet affirmãdi. Terent. in And. Næ iſte haud mecum ſentit. Auguratus petitionem.) Et hoc obiecerat Antonius, in petitione Auguratus ceſſiſſe Ciceroni ſe, hoc eſt petente Cicerone, honoris & beneuolentiæ cauſſa petere deſiſſe. Falſum oſtendit Cicero, quoniã ne petere quidem licebat Antonio Auguratũ: cum & deberet ccl. milia, & ſoluendo non eſſet. nam neq; petere auguratum, neq; augurem in demortui locũ nominari eos licebat, qui aut damnati eſſent de repetũdis, aut creditoribus ſoluendo nõ eſſent. ſic enim lege cautum erat. Et præterea Curio, cuius interceſſionibus id Antonius cõſequi poſſet, aberat Quæſtor in Aſia. is enim Curio eſt, ad quẽ ſunt plures Cic. epiſtolæ in principio ſecundi libri epiſtolarum ad Lentulũ. Augur Cicero in Craſſi locum cooptatus eſt, poſtquam ille perijt in Parthis, paulò anteq̃ Proconſul in Ciliciã proficiſceretur. Nominauerunt.) præſtantiſſimi uiri, & in ſua Repub. florentiſſimi, Cn. Põpeius, & Hortenſius orator. Aut tum, cum es.) Tunc, inquit, cum factus fuiſti augur, unam tribum ad ſuffragia ferre & producere non potuiſſes ſine Cu-

rionis auxilio: ac ſi dicat, non ſuppetebat tibi pecunia, qua unam tribum ambires. Fauore Cæſaris Iulij inquit Plutarchus inter augures cooptatum fuiſſe Antonium.

De ui.) quòd ui pulſo competitore, ſuperiores fuiſſent pro Antonio laborantes. At beneficio ſum uſus tuo.) Et hoc obiecerat Antonius, ſuo uſum beneficio Ciceronem, quòd eum Brunduſij quum poſſet, non occidiſſet. ad quod reſpondet Cicero. Pompeio in Pharſalia ſuperato, quum Cato qui naualibus præerat copijs, & claſſem & exercitum Ciceroni committendum cenſeret, omnesq; ut acciperet, hortarentur, ac unum illum ſibi ducem in communi ſalute depoſcerent: ipſe conſtanter recuſauit, finemq; ſibi belli feciſſe, & in ocium properare palàm reſpondit. quod eius dictum ſic moleſtè quidam tulere, ut parum abfuerit quin occideretur. quare properè in Italiam reuerſus, ſtatuit Brunduſij Cæſaris reditum in Aſia & Aegypto commorantis præſtolari. Erat autem Brunduſij Antonius, qui Ciceronem, quòd in partibus fuiſſet Pompeianis, occidere potuit: quod obiecit, dicens ſuo eum beneficio uiuere, uixq; ſe eũ à Cæſaris militib. defendiſſe. Semper præ me tuli.) faſſus ſum ſemper, ac ſi ita ut dicis, eſſet. Minus prudenti.) rem ipſam ut eſt cognoſcenti. Ipſe uictor.) Cæſar. Eũ tu occideres, quẽ ſaluũ Cæſar uoluiſſet?) ac ſi dicat, minimè. Quod ſi eſſet beneficiũ, nõ occidere cũ poßis, quoniã beneficiũ nõ eſt: illi quib. Cæſar nõ ademit uitã, cũ poſſet, nõ laudarentur quòd eũ interfecerint, ſed ingrati haberentur, & uituperarentur: ſed quia laudãtur, idcirco non adimere uitam, non eſt beneficium. Illum) Cæſarem. Seruati.) non occiſi, ut Brutus, Caßius, & reliqui, qui partes Pompeij ſecuti ſunt, quibus uictor Cæſar pepercit.

Quàm miſerum.) miſerum enim uideri debet, te hominem nefarium tantum habuiſſe licentiæ, ut ciuem optimum & præſtantißimum necare poſſes, ſi uelles. De interitu Reipub.) quæ interijt per te. Ne ingratus uiderer.) in te, qui non ademiſſe iactas uitam, cum poſſes. In illa querela.) quæ eſt in ſuperiore oratione. Et quidem.) & tamen nullus adeò temperans extitiſſet, qui de te conquerens abſtinere à maledicto poſſet. Reliquias Reip.) Propter interceptam pecuniã hoc ait, quæ fuerat ad ædem Opis: & propter quatuor millia talenta, quæ à Calpurnia Cæſaris uxore accepit. Turpißimo mercatu.) Tanquã in nundinis & mercatu omnia Antonius uendiderat, magiſtratus, immunitates. Cum leges eas.) ut Prætoriæ prouinciæ pluſquam annum, Conſulares pluſquam biennium obtinerentur, ut duabus decurijs tertia Centurionum adderetur, ut de ui & maieſtate damnatis liceret prouocare. De te.) nam uolebat Antonius licere ſibi prouinciam pro arbitrio ſuo retinere. Interceßionẽ.) Tribunitiã. Suſtuliſſes.) Conſulari poteſtate & auctoritate. Omnes impuritates.) omnes impuros & fœdos homines, aleatores, ganeones, ut mox dicetur. Luſtris.) Sunt & in ſyluis luſtra ferarum habitacula. Virg. Non abſunt illic ſaltus, & luſtra ferarum. & loca ſordida, atque occulta: in queis qui uerſantur, gulæ & luxuriæ operam dant: ac ipſa etiam lupanaria. Plaut. in Aſin. Luſtris ſtudet. Confectus.) conſumptus, exinanitus. Cum M. Craſſo.) Hic eſt M. Craſſus ille diues, qui perijt in Parthis, cum quo Ciceroni graues & diuturnæ fuerunt inimicitiæ. Earum uerò extitit cauſſa, quòd cum Catilina coniuraſſe eum Cicero inſimulauit: & in oratione quam de Conſulatu ſuo habuit, Craſſum ad ſe noctu ueniſſe retulit, epiſtolã à Catilina miſſam tenentem, qua illum quaſi conſcium ad confirmandam coniurationem hortabatur. Quòd uerò in Ciceronem æquior eſſet Craſſus, ac non apertè inſectaretur, filius cauſſa extitit: qui ſtudiorum gratia Ciceronẽ affectabatur, & ſic obſeruabat, ut eo damnato ueſtẽ mutauerit: idq; ut cõplures nobilißimi adoleſcentes facerent, ſuaſerit. Tandẽ uerò patrem etiam reconciliauit Ciceroni. Tunc.) quãdo habuit primã illam orationẽ quæ hanc præcedit. Vitæ cõmunis.) ac ſi diceret humanæ conſuetudinis, quam ſequi ſolemus. non enim ſi quid ſcriptum aut dictum eſt nobis ab amicis prius, id cum inimici euadimus, diuulgare debemus. Nec prudens quiſpiam facere auderet.) nam ſi hoc fieret, abſtinerent homines loqui multa cum amicis aut ſcribere abſentes: quippe qui dicerent, ſi fortè inimicitiæ inter nos exorirentur, quicquid dixero aut ſcripſero, propalabitur. Aliqua offenſione.) id eſt ſi qua offenſio interuenit, ſi diſplicuerunt. Vitæ ſocietatem.) ut ad amicum non audeat quiſquam ſcribere aliqua de re, ſi dubitat eum aliqua offenſione interueniente proditurum. Inepta.) ut ioci & dicta faceta, ambigua, & obſcœna nonnunquam, qualia ſunt in Cic. epiſtolis illis ad Pætum, & alios nonnullos. Seria.) de Repub. ſed non diuulganda, quãdo periculum eſt inde ei qui ſcripſit, ut cum tempora accuſamus, & principes carpimus. Sit hoc inhumanitatis tuæ.) id eſt imputetur inhumanitati tuæ, cum ſic ſis natus: ſed uos P. C. incredibilem ſtultitiam uidete, & conſiderate. Homo diſertè.) Ironicè. Vt tuis, inquit, uideris.) operis & aſſeclis, hominibus impurißimis & ſceleſtißimis. Muſtellæ Tamiſio, Tyroni.) quos & inferius cõmemorat. ij uini exhalandi, non acuendi ingenij cauſa declamare dictitabantur: quod pòſt dicetur. Inter ſicarios.) Quaſi iocatur Cicero, & tamẽ uerũ obijcit crimen Antonio, quòd & ipſe & operæ eius obnoxij eſſent legi de ſicarijs, quoniam armati uenerant in Senatũ. Lex uerò Cornelia de Sica, homicidas ultore ferro perſequitur, uel eos qui hominis occidendi cauſa cum telo ambulant. Sica uerò eſt, quicquid teli hominis occidẽdi cauſa fertur. An chirographo.) ipſa manus mea ſcriptura. In quo habes &c.) in effingendis ſcilicet chirographis, & ſcriptura manus alicuius ac characteribus, ex quibus magnum capis fructum in adulterinis literis & teſtamentis. Qui poßis?) quaſi dicat, nõ uideo. nõ enim ſunt meæ, ſed librarij mei manu. Iam inuideo &c.) Et hic iocatur, ſed cũ felle & acri reprehẽſione: Curioni dicit inuidere ſe, qui nihil Antonium ſapere docuit tanta mercede: ei enim ſe ſubſtrauerat Antonius, ut eſt dictum. Omne autem tuum crimen eſt.) omnis in tali re tua accuſatio eſt, & in hoc me criminaris. At ego tuas literas.) Literæ Antonij quas hic ſignificat, ſic incipiunt: Occupationibus eſt factum meis, & ſubita tua profectione, ne tecum coràm de hac re agerem: quam ob cauſam uereor ne abſentia mea leuior ſit apud te. Quòd ſi bonitas tua reſponderit iudicio meo, quod ſemper habui de te, gaudebo. A Cæſare petij ut Sextũ Clodiũ reſtitueret. impetraui. Erat mihi in animo etiam tum ſic uti beneficio eius, ſi tu conceßiſſes: quo magis laboro, ut & tua uoluntate id per me facere liceat. Quòd ſi duriorem te eius miſeræ & afflictæ fortunæ præbes, non contendã ego aduerſus te. Ex hac M. Antonij epiſtola ſatis liquet quem de exilio reducere uelit, & quẽadmodũ inuito Cicerone adiuret ſe nihil eſſe facturũ. Quẽdã de exilio reducere.) P. Clodij filiũ intelligimus: quẽ exulẽ reducturus

Antonius

Antonius ſcripſit ad Ciceronē prius, ſe illū niſi Cicero annueret, nō reuocaturū. Quid enim me interponere audis tuæ.) ac ſi diceret, facturus omnino fueras, uellem nollem ego. Huius ordinis.) Senatorij. Cæſaris lege.) quam in actis & libellis Cæſaris tu ipſe eſſe dicebas. Meam gratiam.) meū beneficium. Lege lata) Si Cæſar tulerat ut P. Clodij filius reſtitueretur, neq; Ciceronis cōſentientis, neq; Antonij reuocantis poterat beneficiū eſſe. Attentè.) quoniam magna & uera in illum dicam. Modeſtiam.) in uita & morib. Oblitū eſſe putetis mei.) conſuetudinis meæ. Vel quòd ita factus eſt Conſul.) Cæſar Antoniū ſibi collegam aſſumpſit. Cæſaris ergo arbitrio, nō populi ſuffragijs factus eſt Conſul, non lege, nō more: ideoq; ait Cicero, Vel quò ita factus eſt Conſul. Statuerat autem Cæſar ſe magiſtratu abdicare, ita ut in locum ſuum Dolabella ſubrogaretur. quo l prius eſt dictum. Re ueſtr.) uobis enim & publicæ utilitati, non meæ & priuatæ, ut Antonius ſuæ, Conſul fui: nec quicquam, niſi ex ſenatus autoritate geſsi aut conſtitui, cum omnia Antonius ex libidine agat. Tu homo ſapiens.) Ironicè. Fatum.) ut quemadmodū ille, pereas. C. Curionem.) qui in Libyam contra Attilium Varum, qui pro Pompeio ductabat exercitū, & Iubam Maurorum ac Numidarū regem, qui Varo obſequebatur, cum duabus miſſus legionibus, pugnans apud Bragadam fluuium, cum omnibus qui unà erant trucidatus eſt: quod Appianus & Lucanus ſcribunt pluribus. Domi tuæ.) ut omnes ex iſta familia ferro pereatis, ſicuti & auus tuus perijt. Fatale.) peſtiferū. P. Seruilio.) Is eſt qui Iſauros in Cilicia domuit, & Iſaurici cognomen reportauit. Lucio Catulo.) Quintū Catulum potius legendū puto, qui conſumptum incendio Iouis templum in Capitolio & refectū dedicauit. Duobus Lucullis.) Lucio & Marco. uterque conſularis fuit Lucius ætate Pōpeio grandior, res præclaras cōtra Mithridatē geſsit, & ingentes poſſedit diuitias.

Marco Craſſo.) illi diuiti. Quinto Hortenſio) oratori præſtantiſsimo. C. Curioni.) patri, cuius & alijs in locis, & in libro meminit de Claris oratorib. Deceſsit is nō multo antè quàm in Ciliciam proficiſceretur Cicero. Marco Lepido.) qui fuit triumuir. C. Piſoni.) qui frater fuit Lucij Piſonis ſoceri Cæſaris. M. Labeoni) is Iureconſultus fuit, cum Cæſare in Gallia militauit, & tamen in ciuilibus bellis Pompeiū eſt ſecutus. L. Volcatio.) Huius meminit in Epiſtolis. C. Figulo.) Ad hunc multæ ſunt Ciceronis epiſtolæ. fuit autē eruditiſsimus. D Syllano, & L. Murænæ) Horū et Salluſt. meminit in Catilina. Placuit M Catoni.) qui conſularis non fuit, ſed prætorius. M. Cato, qui ſe Vticæ occidit, ne Cæſarem uictorem, patriamq; ſeruientem uideret, & illi ſupplicare cogeretur, ac pro his rebus gratias agere, quas contra leges & per iniuriam feciſſet: quemadmodū ipſe L. Cæſari inquit, Cæſaris propinquo: qui à trecentis qui contra Cæſarem ſæuierant, pro uenia & ſalute impetranda ad uictorem mittebatur. Cn. Pompeius.) qui cum primùm ex Aſia ſeſe in urbem recepiſſet, gratias Ciceroni egit, fruſtra ſe affirmans triumphum reportaturū fuiſſe, niſi urbs à Cicerone ſeruata eſſet, in qua poſſet triumphare. Ex Syria.) quam prouinciam populus Rom fecit, cum & Iudæam ſubegit direpto Salomonis templo, & Ariſtobulo Iudæorum rege capto. Vt parenti.) M. Catonis ſententia pater patriæ eſt appellatus, quod diximus. Acceptum referret.) à ratiocinantibus & rationibus, hoc eſt, ſupputationibus tractus eſt ſermo: in quibus cum pecuniam creditam accipimus, acceptam referre dicimur: cū uerò reddimus, expenſam. Ad quos.) uiliſsimos & nefarios. Audiendi ſunt.) & oſtendit quo pacto quaſi per dialogū. uox enim eſt cuiuſpiam interrogantis cur in ſenatū aut forum nō deſcendat Antonius: cui reſpondetur.

Dat natalitia.) dat facultatē celebrandi natales dies in hortis ſuis, & ipſe intereſt. Neminem nominabo.) cui det. Sed putatote eum.) cogitate uos ipſi, & diuinate. Phormioni.) Phormio & Gnatho perſonæ ſunt paraſitorum Terentianæ. Alter in fabula cui nomen dat, alter in Eunucho introducitur. Ballioni.) Ballio lenonis nomen. is in fabula eſt apud Plautū, cui nomen Pſeudolus. Tuus uidelicet.) Hæc Antonij fuerant uerba, quæ eleuat & contemnit Cicero. Scilicet & uidelicet deriſum indicant cum amaritudine quadā permixtū, ut Terentius: Id populus curat ſcilicet. In eo templo.) Cōcordiæ, ubi habitus eſt ſenatus, quod pòſt apparet, quādo in Ciceronē dixit Antonius. aut certè in Curia, quæ ſacra erat. nō enim in ſacro loco haberi ſenatus poterat. Vergil. Hoc illis curia templū. Cliuum Capitolinū.) qui ducebat ad Capitolium ex Romano foro. Vt illa credo) Hæc ironicè ait. ideo cliuum inquit Capitolinum armatorum ſeruorum plenum fuiſſe, ut tunc illa Senatuſcōſulta de coniuratis fierent, cum uim ſenatui afferebam, & ita ut uolebam ſentire illum cogebam. quod in diuerſum accipiendum eſt: nam & ſalutaria referente Cicerone Senatuſcōſulta facta ſunt, quibus liberata ab interitu reſpub. & puniti nefarij homines coniurati. Præter te.) qui Catilinæ perſimilis minimè affuiſti, quaſi iniquo animo ferres talia in Catilinam ſtatui. Quis nomen nō dedit?) interrogatus itá ne cenſeret, & quaſi profitens ſe in ſenatus uoluntate futurum. nam militaturi unà cum aliquo conſule ſeu imperatore, nomina dabant. Conſciorū indicijs.) Hæc omnia apud Criſpum. Haberet decem.) me. Ad ſepulturam.) hoc quid ſit, prius eſt dictū.

P. Clodius.) cum accuſator Ciceronis ad populū multa obiecit: ſed illud in primis, quòd de indemnatis ciuibus Romanis ſuppliciū ſumpſiſſet. Diſciplina.) educatio. Quanta tecū eſſet contentio.) dum minus cohærētia dicis, et à te ipſo diſſentis. Eum.) me. Eos.) Senatores. In hac cella Cōcordiæ.) templū Concordiæ in cliuo fuit Capitolino nō procul à Iunonis Monetæ templo, quod illic fuit ubi domus M. Manlij in Capitolio, qua diruta ædes Iunonis eſt extructa. Furius Camillus uouit bello Veientano, & poſuit. Ouidius autor in Faſtis. Cella uerò pars templi eſt, ubi res diuina fit, ubi ſimulacrū numinis, circa quam præcinctiones columnarum. & in cellam ingredi omnibus fas non erat. Ab Ityreis.) Ityrea regio eſt Palæſtinæ Iudææ, in qua Antonius ſub Gabinio cōſule meruit, unde etiā multos abduxit, quibus poſtea utebatur ſeruis & miniſtris. Sunt item Ityrei uicini Parthis & Arabibus, montanam incolentes regionē, homines malefici. Verg. optimos arcus ſignificare uolens, Ityreos dixit in Georg. Ityreos taxi torquentur in arcus. Alteri.) mihi. Salutaria.) quæ ſalutē attulerunt. At etiam quodam loco facetus eſſe uoluiſti.) Nam quaſi per iocū, Ciceronis recitauerat uerſum, Cedāt arma togæ. Salis.) facetiarū. Terent. Qui habet ſalem, quod in te eſt. Ab uxore mima.) Antonio fuit uxor & eadem ſoror C. Antonij filia, Ciceronis collegæ in Conſulatu, quam à Dolabella adulteratam ſuſpicatus repudiauit, & Fuluiam accepit, C. Curioni prius nuptā: quæ ſic imperium in uirum exercebat, ut ei ſe gratiam ha-

bere aliquando Cleopatra dixerit, quòd ita inſtitutum ab ea accepiſſet Antonium, ut uxoribus eſſe obnoxius didiciſſet. Hic Volumniam intelligit mimam, quæ ueluti uxor Antonio erat: et quam tanquam nurũ mater Antonij ſequebatur, ut mox dicetur. Succiſiuis operis.) Quidã tex. hoc nõ habent. Succiſiua tẽpora uocat Plin. ſunt aũt quæ à rebus neceſſarijs ſucciſa ſunt, & ab illo tempore quod alicui certæ rei deſtinatum eſt, diuiſa, ut horæ nocturnæ quietis. Cic. lib. de Legibus, Succiſiua quedã tempora incurrunt, quæ ego perire non patior. A. Gellius: Quãtum autem uitæ mihi deinceps deûm uoluntate erit, quãtumq; à cura & à re familiari, procurandoq; cultu liberorũ meorum dabitur ocium: ea omnia ſucciſiua & ſubſecundaria tempora ad colligẽdas huiuſmodi memoriarũ delectatiunculas conferam. Meo conſilio interfectum.) Id quod alij quoq; Ciceroni obiecere, eius cõſilio et impulſu à Milone occiſum Clodiũ. Cum tu illũ.) Antonius ducẽta quinquaginta millia debebat: pro quib. cũ interceßiſſet Curio, cuius erat ſcortum, Curionis pater ægrè ferens, domo prohibuit Antonium. is ſe ad P. Clodiũ contulit: nec multò pòſt ortis inter ipſum & Clodium inimicitijs, in Aſiam abijt.

Oppilatis.) direptis. Nam tabernam illam librariam in qua delituit, fugiens Clodium Antonium, etiam oppilauit. Eſt autẽ oppilare & compilare, furari, ſed ita, ut ne pilus quidem remaneat. uel quoniam milites quæ rapiunt, in pile figuram conferunt, ut ait Pedianus. Fauiſſe.) contra Clodium. Rem tranſegit.) Clodium occidit in uia Appia. Scilicet is animus.) quaſi reip. cauſſa occiderit Clodium Milo: quod in illa oratione nititur probare quæ pro Milone extat. At lætatus ſum.) Diluit et hoc quod obiecerat Antonius. In tanta lætitia.) quæ fuit publica occiſo Clodio. Quæſtio.) Lege Põpeij, qui tulit ut de cæde in Appiæ uia facta quæreretur. erat autem tum ſolus Conſul Pomp. ut Cicero & Pedian. Non ſatis prudenter illa &c.) Nam ueteri lege 12. tab. de morte hominis quæſtio conſtituta eſt. Nemo in me dixit.) me ſuaſore aut impulſore cæſum Clodium. Quod uerò dicere auſus es.) Diluit obiectum ab Antonio, qui dixerat Ciceronis culpa ciuile bellum exortũ. Temporibus.) quid enim quibus egerim temporibus, ignoraſti. M. Bibulo.) qui collega fuit Cæſaris in conſulatu: in quo ſic impotenter Cæſar ſe geßit, ut uenire Bibulum in ſenatum prohibuerit, & communem magiſtratum penè ſolus adminiſtrauerit. hinc duo illi uerſus iactati, Non Bibulo quicquam nuper, ſed Cæſare geſtum eſt. Nam Bibulo fieri Cõſule nil memini. Tunc inita eſt concordia inter Cæſarẽ, Pompeium, & Craſſum: pro quorum arbitrio gubernabatur Reſpublica. Et Lucanus ait, Tu cauſa malorum Facta tribus domi nis communis Roma. Pompeius Cæſari tradidit.) eius filia Iulia in matrimonium accepta. Vnũ, ne quinquennij &c.) Poſt primum Conſulatum, ſocero L. Piſone, genero Cn. Pompeio ſuffragantibus Galliã Ciſalpinam initio lege Vatinia cum Illyrico, mox per Senatũ Comatam quoq; accepit in quinquennũ, & cũ imperio. Sed cum L. Domitius Conſulatus candidatus adempturum ei exercitum minaretur: cum Craſſo Pompeioq; Lucam urbẽ prouinciæ ſuæ accitis effecit ut detrudẽdi Domitij cauſa alterum peterent Conſulatũ, & ſibi in alterũ quinquennium imperium prorogaretur. Cicero quantum in ipſo fuit, Pompeio perſuaſit id ne fieri pateretur. Alterum, ne pateretur fieri.) Iam annos nouẽ Galliã cum imperio tenuerat Cæſar, cum Marcus Marcellus Conſul ad Senatum retulit ut Cæſari ante tempus ſuccederetur, quoniã bello confecto pax eſſet, ac dimitti deberet uictor exercitus. Et ne abſentis ratio in comitijs haberetur.) Miſerat enim centurionem quendam Cæſar, qui conſulatum ſuo nomine, & tempus prouinciæ prorogandum peteret: quem egredienté curiam Senatu, auditis quæ acta erant, poſita ad enſis capulũ manu dixiſſe ferunt? At hic dabit, ſi uos abnueritis. Pompeius autem legem tulerat de iure magiſtratuum: & eo capite quo à petitione honorum abſentes ſubmouebat, ne Cæſarem quidem acceperat, per obliuionem: ac mox lege in æs inciſa, & in ærarium condita, correxit errorem. Cicero duo hæc Pompeio ſuaſiſſe ſe non negat. Pacis.) concordiæ. Cum aduerſantib. Cæſari Marcello ac Lentulo Conſulibus, qui iam ab eo Pompeium penitus abalienauerant, id ageretur, ut & prouinciam & arma deponeret Cæſar, depoſiturum ſe libenter arma per Curionem pollicitus eſt, ſi id Pompeius quoq; faceret. nec multò pòſt literas ad Senatum miſit & populum, quibus petebat ut Ciſalpina tantùm Gallia Illyricumq; ſibi cum duabus legionibus cõcederetur. paulò antè è Cilicia reuerſus fuerat Cicero. utriuſque amicos orans, lenire Pompeium non deſiſtebat: ſed is cum cætera non abnueret, exercitum non concedebat. Ad id autem Cæſaris amicos impulerat Cicero, ut prædictis contenti prouincijs, et una tantum legione, inimicitijs depoſitis pacem agerent. ſed qui cum Lentulo ſentiebant, non ſiuere. Pacis quidem ſuaſor fuit Cicero, quod pluribus in locis ipſe ſcribit. Cæſarem meo conſilio interfectum.) Conſpiratum eſt in Cæſarem à LX. amplius, C. Caßio Marcoq; et D. Brutis principib. cõſpirationis. nemo inter coniuratos Ciceronem tradit fuiſſe: & ipſe quodam loco dolet eius ſe rei conſcium non fuiſſe. Timuerunt fortaſſe lubricum in eo fidei, coniurati, cùm alijs cauſis, tum quòd à Cæſare & ab eius amicis fiebat plurimi.

Præuaricatorem appoſuiſſe uidear.) id eſt, dedita opera, aut ego in me dicere hortatus ſim: qui cum contra me dicere uideretur, tamen pro me diceret. Laudi enim ſibi fore exiſtimat, ſi inter Cæſaris interfectores & libertatis aſſertores nominetur. Præuaricator uerò eo differt à patrono, quòd is ea dicit quæ cauſæ conducunt: ille uerò ſe cauſam ſimulans defendere, quæ obſunt dicendo cauſam prodit. Alienis.) Bruti & Caßij, & cæterorũ qui quia tyrannum ſuſtulerunt, inſignem merentur laudem. Iactaſſe.) gloriatos eſſe. Partim obſcuris.) non ignobilibus, ſed qui nullum geſſerunt magiſtratum. Partim adoleſcentibus neminem occultantibus.) nam inter coniuratos adoleſcentes fuere Cæcilius & Bucolianus, Seſtius Naſo, & alij nonnulli. eius aũt ætatis eſt nihil reticere. Impuliſſem ergo, inquit, Brutos, ſi conſcius rei fuiſſem, et neceſſe uiſum eſſet. Auctoribus.) Iu. Bruto qui reges exegit, & populi Romani primus libertatẽ peperit: & C. Seruilio, qui magiſter equitũ iuſſu Q. Cincinnati Dictatoris Sp. Meliũ equitẽ Ro. frumentum populo in magna penuria ſua impenſa largientẽ, & ob id factũ conciliata ſibi plebe regnum affectantem interfecit: quod Liuius ſcribit 4. ab Vrbe condita. Vterque.) Vtriuſq; Bruti, M. ſcilicet & Decimi, paternum genus in Iuniũ Brutũ referunt: à quo ſunt, ut diximus, eiecti reges: ſed Seruiliæ matris M. in C. Seruilium Halam origo refertur. Plutarch. auctor. Alter.) Marcus. Quid C. Caßius.) Familia Caßiorum peruetuſta extitit. ab eo Caßio originem duxit cognomento

Spu.

Spu. qui conſularis regni affectati crimine damnatus, necatuſq; eſt. Cæteri fuere præſtantiſsimi, & libertatis ſtudioſiſsimi, ſed inſignis ſeueritatis, ut ille L. Caſsius, qui quoties alicuius iudicij quæſitor eſſet, in quo de homine occiſo quæreretur, ſuadebat iudicibus atq; præibat, cui perire illum fuiſſet bono. & ille item qui filiũ Tribunũ plebis, qui agrariã legẽ primus tulerat, ac multis pro rebus alijs popularibus animos hominum deuinctos tenebat, poſtquã illam poteſtatẽ depoſuit, adhibito propinquorũ & amicorum conſilio, affectati regni crimine damnauit, uerberibuſq; affectum necari iuſsit, ac peculiũ eius Cereri conſecrauit. Ipſe C. Caſsius, quod in Bruto Plutarchus tradit, ab ineunte ætate tyrannos oderat. Huius rei quam ſcribit Cicero, ipſe ſolus auctor, cum fugientẽ Pompeium perſequeretur Cæſar, & ad Helleſpontũ perueniſſet, triremiũ inopia ſcaphis exercitum traducere compulſus eſt. Caſsius uerò fortuna quadam triremium copia comitatus, obuiam factus eſt, cum ad Pharnacem properaret. Et quamuis aduerſus paruas naues magno triremium numero tutò depugnare poſſet, Cæſaris tamen fœlicitate conterritus, impetrata uenia ultrò illi & ſe & triremes omnes dedidit, quæ erant lxxx. Contigiſſe autem tunc arbitror ut Cæſarem occidere cogitauerit, cum ab Alexandria in Syriam & in Pontum tranſijt contra Pharnacem magni Mithridatis filium, quem quatuor quibus in conſpectũ uenerat horis, tota profligauit acie. ſimul autẽ & Caſsius erat. Siue his clariſsimis uiris.) M. & D. Brutis, & alijs plurimis. Ille.) Cæſar. Cydni.) Per Ciliciam decurrit: cuius auctore Solino incerta origo. alij ex monte Tauro naſci, alij ex Coaſpidis alueo defluere tradunt. per mediam fluit Tarſum, à qua tamen non procul eſſe eius ortum Strabo inquit: aquam uero rapidiſsimã frigidiſsimamq;, & ea gratia hominibus ac beſtijs auxiliari, qui neruos craſsiores habent. Cn. Domitium.) L. Domitij filium, qui adoleſcens in coniuratione fuit. L. autẽ Domitius Prætor Cæſarem abeuntem conſulatu, quem aduerſus auſpicia legeſq; geſsiſſe exiſtimabatur, ad diſquiſitionem Senatus uocauit, & mox Conſul imperatorem ab exercitibus Gallicis retrahere tentauit: ſucceſſorq; Cæſari per factionem nominatus, principio ciuilis belli ad Corfinium captus eſt. inde dimiſſus, Maſsilienſes obſidione laborantes cum aduentu ſuo confirmaſſet, repente deſtituit, acieq; demũ Pharſalica occubuit. Sed is quẽ Cicero nominat, filius, inter conſcios Cæſarianæ necis, quanquam inſcius, damnatus lege Plotia, ad Brutum Caſſiumq; ſibi propinqua cognatione coniunctos tranſiuit. Claſsi præfuit, quam partibus profligatis Antonio ſpontè tradidit, ſoluſq; omniũ ex his qui pari lege damnati erant, reſtitutus in patriam, ampliſsimos honores percurrit. poſtea ciuili redintegrata diſcordia inter Auguſtum & Antonium, legatus Antonio, & ſumma imperij ſibi commiſſa, ad Auguſtum tranſijt, & in diebus paucis obijt. Auunculi.) Pompeij, ex cuius ſorore natus eſt. Spoliatio dignitatis.) neq; enim ullam dignitatem eum adipiſci paſſus eſt Cæſar. C. Trebonio.) Is & Cæſaris partes ſecutus eſt, & in eius amicis ſemper fuerat. L. Tullius Cimber.) & is in amicis fuit Cæſaris. Duos Seruilios Caſcas.) Cognomento Caſcas duos fratres dicit, qui rectius Halæ quàm Caſcæ poſſunt cognominari, quòd progenitorẽ ſuum Seruilium Halam ſunt imitati. Alter ex Seruilijs.) C. Seruilius Caſca primus Cæſarẽ iuxta collum enſe percuſſit: in quem Cæſar conuerſus, eius apprehenſo gladio, Scelerate, inquit, Caſca quid agis? ille autem fratrem uocans inquit, ἀδελφὲ βοήθει. Plutarchus. Ergo ego ſceleratus.) Meritò ſtultitiæ Antonium arguit Cicero, qui ſceleratum ipſum appellet, quòd uideatur conſcius coniurationis fuiſſe: cum Brutus interfector, quod nemo negat, honoris à te cauſa nominetur. Hic ſtupor.) hæc hallucinatio, atque hic error. Conſtitue.) irriſiuè. Tu, inquit, qui Conſul es, quẽ decet conſtantẽ eſſe, ſtatue utrũ bonã an malam cauſam uelis interfectorũ eſſe. Edormi.) dormiendo eijce & expurga. Terentianũ autem eſt. Ille enim ait: Ibo in angulum, ibi interea hoc uilli edormiſcam. Crapula uerò eſt ebrietas nimia, & capitis ob ebrietatẽ attonitio. κραιπάλην dicunt Græci. An faces.) quod attonitis fit & ſtupidis ac lethargicis. Ad punctum temporis.) Nam ſecundum Geometras & Euclidem, punctum eſt cuius pars nõ eſt. Quicquã eſſe medium.) tanquam tertium, & alterutrum, duntaxat homicidas, aut uindices. Patriæ parentẽ.) ſic dicebat Antonius, patriæ parentẽ Iuliũ eos occidiſſe: ſed tyrannus ille, nõ parens fuit. Tu homo ſapiẽs.) ironicè. Te referente.) te proponente. Legibus cautum erat, ne liceret Prætori Vrbano plus decẽ diebus abeſſe ab urbe. Antonius in ſenatu retulit, ut Bruto, quando rei frumentariæ eſſet præfectus, abeſſe liceret, & legibus ſoluit, nec uoluit illis eſſe obnoxium. Ludi Apollinares.) de quibus plura diximus in primam Philippicam. Prouinciæ.) Macedonia prius Bruto, Syria Caſsio conceſſa fuerat: ſed cum Antonius Macedoniam ſibi, Syriam Dolabella aſſumpſiſſet, & qui pro Caſsio & Bruto aderant, alias dari illis depoſcerent prouincias, Cyrene ac Creta Caſsio, Bithynia Bruto conceſſa eſt. Quæſtores additi.) qui in prouinciam ſequerentur. Iam retexo &c.) conuerto, in contrarium muto: & qui dicebam me inter coniuratos non fuiſſe, dico iam fuiſſe. In equum Troianũ.) in quo, quod aiunt Poetæ, non niſi uiri principes clauſi ſunt. Cicero ait ex Iſocratis ludo ueluti ex equo Troiano innumeros principes exijſſe. Virg. Huc delecta uirûm ſortiti corpora furtim Includunt cæco lateri. Sed regnum.) quaſi dicat, te & cæteros qui regnum hic agitis. Meus ſtilus.) meus character, mea dicendi figura, in ea fabula fuiſſet, non incepiſſem ſolum, ſed etiam compleſſem. Fabula, ut tragœdia & comœdia, quinque actib. abſoluitur. Incipere nihil prodeſt, niſi compleas. Et in prouerbiũ exijt, ut abeſſe extremum actum dicerent, cum imperfecta res eſſet. Cic. Extremum actum tanquam ab inerti poeta eſſe neglectum. Hoc conſilium.) occidendi Cæſaris. Narbone.) quæ ciuitas eſt Galliæ, à qua nomen prouinciæ, cuius ampliſsimum eſt emporium. ſupra exitum Araris fluminis Narbonenſemq; lacum iacet. Seuocari.) Cum quidam Antonium unà cum Cæſare trucidandum cenſerent, prohibuit Brutus, dicens quod pro legibus ac iure ſuſciperetur, id omni iniuria carere debere. Negocium tamen datum fuit Trebonio, ut ingrediente Senatum Cæſare, Antonium extra retineret, ſeuocaretq;. cum enim Conſul eſſet, eius timebant auctoritatem. Cicero innuit iccirco ſeuocatum à Trebonio, quòd conſcius eſſet Cæſaris necis. Non indicaſti.) Cum Brutus & Caſsius cæteriq; occidendi Cæſaris cõſilium cepiſſent, illud agitauere inter ſe, an ad eam rem perficiendam Antonius eſſet inuitandus. quod cum nonnullis placeret, contradixit Trebonius. inquit enim ſe Antonij mentem iam antea tentaſſe, cum Cæſar ex Hiſpania reuerteretur: Antonium uerò non eſſe aſſenſum,

dem nominis Straboni. Varro Caſinatē agrum ficum optimam inquit producere. Fecit heredem.) ut tu inquies, qui eiuſdem defuncti mutaſiſti falſis tabulis hereditatem. Statura) lōga, an breui. Quo municipio.) qua patria.

Qua tribu.) qua in parte municipij. Alieniſsimorum.) qui tibi nunq̃ fuerūt amici aut noti. Nō adiſſes) Quoniā ſoluendo creditorib. patris non eras, quē et ipſum bonus ſupra modū erogālis tenuē factū legimus. In aliena uilla.) Tiburtino Scipionis. Magiſtrū.) Sextū Clodiū Rhetorem, de quo mox dicetur. hoc magiſtro utebatur dicendi, ſed magis compotor erat. Suffragio tuo.) ut tibi in declamādo ſuffragetur. Salſum.) facetū, & qui ſalis multū habeat: unde ſalſa dicta: & inſulſus, inurbanus ac inſipidus.

Dicere.) iocari et mordere adhibita urbanitate. locos aūt eiuſmodi dicta et dicteria maiores dixere. Cicero in epiſtola ad Corneliū Nepotē: Itaq; noſtri, cū omnia quæ dixiſſemus, dicta eſſent: quæ facete et breuiter et acutè locuti eſſemus, ea proprio nomine appellari dicta uoluerūt. Auunculum.) M. Antoniū. Senſim.) paulatim & ſedatè. Alienæ.) abhorrentia à cauſa, & penitus inutilia. Duo millia iugerum) Actus quadratus undiq; centū uiginti pedibus præfinitur: duplicatus iugerū facit: dictum, quòd ex duobus quadratis actibus iunctum ſit: ut Varroni uerò & Plinio placet, quòd uno iugo boum in die exarari poteſt. Occupat ergo iugerum in lōgitudine pedes ducentos quadraginta, in latitudine centū uiginti. Leontini.) Leontium mediterranea Siciliæ ciuitas, et in regione Septentrionali, cuius agri feraciſsimi, quod ait Cicero in Verrem actione quinta. Immunia.) nullū uectigal pendentia, contra antiquā & Hieronis & Romanorū legem, qua Siciliæ agri Decumani erant, hoc eſt decimam pendebant: cui colligendæ qui præerat, Decumanus uocabatur. Sextū Clodium.) Hic eſt Sex. Clodius Clodij familiariſsimus, et operarum Clodianarū dux, à quo illatum in curiā Clodij cadauer eſt, & cum eo curia incenſa. Etiā hoc ex Cæſaris commentarijs?) ſcilicet feciſſe dicis, ex Cæſaris uoluntate, quæ in cōmentarijs apparet? De Cāpano.) qui publicus erat, quem Antonius largitus fuerat. Inquinauit.) fœdauit. De ipſo correctore.) Irriſiuè ipſo Antonio. Nouus.) nouis criminibus. Prætextatū.) antequam uirilem ſumpſiſſi togam. nam prætextā, quæ ueſtis fuit regū & magiſtratuum, à principio ab Hetruſcis ſumpta, diu puerilis uſurpauit ætas. Decoxiſſe.) creditorum fidē feſelliſſe, et mercatorum, interceptis pecunijs: unde decoctores de quib. Iureconſulti loquuntur. Patris.) qui & ipſe prodigus fuit. Pietatis plena defenſio.) Ironicè et irriſiuè. neq; enim pium eſt, neq; decet, filium crimen ſuum in patrē transferre. In quatuordecim ordinibus.) L. Roſcius Otho Conſul legem tulit qua equitib. ordines primos 14. aſsignauit ad ſpectandum: ſed ijs duntaxat qui quadringenta in cenſu haberent ſeſtertia. Hæc & theatralis lex uocata eſt. Decoctoribus.) ijs qui coxiſſent, ſed fortunæ uitio, non ſcelere, ut amiſsis naufragio mercibus & pecunijs: quod accidere frequenter ſolet. Virilem togā.) quā ſextodecimo anno Liberalibus accipiebant deponentes prætextam. quod in Faſtis tradit Ouidius. Muliebris ſtola.) quoniam in muliebres abiiſti mores, ueluti proſtituta fœmina ac uulgare ſcortum factus, certam pro coitu mercedem poſtulans. Curio.) filius. Stolā dediſſet.) ut uiri ſolent uxorib. Veteres non honeſtam ſolùm ueſtē ſtolā dixere, ſed omnē quæ muliebre corpus tegeret. Marcellus. Sed pro honeſta poni frequētius cōſueuit. Valerius titulo de Pudicitia: Te cuſtode matronalis ſtola cenſetur.

In Domitij poteſtate.) Is eſt Domitius de quo ſuprà diximus, ad Corfiniū captus, amator & corruptor pueritiæ.

Pater eius.) Curionis. Hortante libidine) quæ te ſtimulabat et comitabatur. Nō potuit) nam omnino te Curio pater domo prohibuit: quod tunc accidit, cū pro Antonio qui ducenta quinquaginta millia debebat, interceſsit. Sexagies ſeſtertiū.) quod Curio filius ex pecunia paterna pro Antonio effuderat, pro quo interceſſerat. Seſtertius & ſeſtertiū dicitur. dupondius uerò fuit es ſemis, id eſt duæ libræ & ſemis. Notatur aūt duplici LL. & S, unde incipit. Sexagies uerò aduerbium eſt, à ſexaginta, ut ſi dicas, Mutuo tibi bis ſeſtertiū: ſignificas duo ſeſtertia mutuare. Florentiſsimæ ſa.) Curionē. Aes alienū.) debita filij tuo nomine contracta. Redimeret.) quaſi addictū creditorib. Congreſsione.) ut ne loqueretur quidē tecū. Auſus eſſes?) ac ſi dicat, nunnè. Perſtringam.) complectar. Incidamus.) præcidamus et omittamus. Intimus erat, &c.) Cum amoribus, libidinib. uarijsq; ſumptib. grande æs alienum conflaſſet Anto. & ducēta quinquaginta millia deberet, interceſsiſſetq; pro eo Curio, & Curionis pater iccirco Antoniū domo prohibuiſſet, ad P. Clodium trib. pl. ea tēpeſtate ſe contulit: in cuius contubernio haud multū fuit, ſiue quòd inimicos Clodij formidaret, ſiue quòd Clodiani furoris ſatietas cū cepiſſet, ut Plutarchus ait. Quiddam iam tū molitus eſt.) Fulniam credo Clodij uxorē de coitu appellauit, aut eam adulterauit: poſtea eam ipſe Antonius in matrimonio habuit. Inde itū Alexandriā.) Antonius offenſus amentia, ut diximus, Clodij, in Græciā aijt: ibiq; permanſit, & corpus ad militaria certamina, & linguam ad dicendū exercens. Contigit aūt ut A. Gabinius (qui unà cū L. Piſone Cōſulatū geſſerat, quo tempore accuſante Clodio Trib. Cicero in exiliū pulſus eſt.) finito Conſulatu in Syriam prouinciā proficiſceretur ad eam cum exercitu obtinendam, ſicuti Pōpeius inuitis ferè omnibus Senatoribus uoluerat. Antonium fortè, ita ut fit, cum offendiſſet, ut ſecum proficiſceretur hortatus eſt. negauit ſe priuatum iturum. Præfectus uerò equitibus ſecutus eſt. Pugnauit contra Ariſtobulū Iudæorū regem & fortiter et feliciter. paruamanu magnas hoſtiū copias fudit: ipſum Ariſtobulum unà cum filio cepit. Cūq; Ptolemæus cognomento Auletes à ſuis regno pulſus impetrare à Romanis non potuiſſet ut reſtitueretur in regnum, ueniſſetq; ad Gabinium, ingentē pollicitus pecuniam, ſi eum reſtitueret: dubitantibus cæteris, & in primis ipſo Gabinio, etſi cupiditate regiæ pecuniæ erat accenſus, et ut reduceret Pompeij literis hortaretur, Antonius reducendū eſſe perſuaſit: ductoq; per loca aſpera & difficilia exercitu, Peluſiū peruenere, ac cepere. Inde Alexandriam profecti, regem in regnū unde exciderat, repoſuere, contra populi uoluntatē, & decreta Senatus (ſtatuerat enim ne omnino reduceretur.) neglecta etiam religione uerſuum Sibyllinorum, qui huiuſcemodi fuere: Si Aegypti rex auxilio quondā indigens uenerit, eius amicitiā ne abnueritis: ſed illū cū multitudine ne iuueritis. quod ſi aliter factū fuerit, labores & pericula habebitis. Reus deinde Gabinius factus eſt, ſed cum pecuniarū, tum Pōpeij auxilio abſolutus. Idcirco profectū inquit Cicero Alexandriā Antoniū contra Senatus decreta, et contra religionē. Itū.) ab Antonio. Gabiniū.) hominē ſceleſtiſsimū: cuius ubiq; uitā lacerat Cic. Qui eum.)

cum.) cum quo. Rectiſſimè.) ac ſi diceret: cum nihil non flagitioſe faceret. Inde.) ex Aſia. Qualis.) ac ſi dicat minus honeſtus, conſumptis omnibus pecunijs quas ex regis Ptolemæi largitione acceperat. In ultimam Galliam.) ad Cæſarē. In tuo.) ac ſi dicat, nihil: omnia enim ſibi uendicauerant creditores. Præter unum Miſenum.) prædiū in Campania ad Miſenum, quod eſt Cumis proximū promontorium, ut ait Strab. Cum ſocijs.) cum lenonibus, mimis & paraſitis, aut certè creditoribus qui partem occupauerant. Tanquā Siſaponem.) Villa erat Antonij Siſapo, quam & ipſam cum ſocijs tenebat. Ad quæſturam.) qui magiſtratus dari adoleſcentibus conſueuit. Prius ad patrem tuum.) quoniam ad me prius ueniſti quàm ad patrem tuum. Satisfieri.) id eſt, ut tuam acciperē expurgationē. nam is ſatisfacere dicitur, qui offendit quempiā, cum tantum facit quantū læſo & irato ſatis ſit ad pœnā, ut ait Pedianus. Tranquillus in Iulio: Valeriū Catullum, à quo ſibi uerſibus de Mamurra perpetua ſtigmata impoſita non diſſimulauerat, ſatisfacientem eadem die adhibuit cœnæ. De gratia.) ut in gratiam redires mecum. Cultus.) in honore habitus. Idem &c.) Clodium occidere. Sine Senatuſconſulto.) Non enim Quæſtor in prouinciam proficiſcebatur, niſi eam ex Senatuſconſulto ſortiretur, & lege. Ad Cæſarem.) in Galliam. Id unum perfugium.) ad Cæſarē, aut ipſe Cæſar. Ducebas.) exiſtimabas. Ibi.) apud Cæſarem in Gallia. Aduolas egens ad Tribunatū.) Diſcordia in ciuitate exorta, cum optimates Pompeio hærerent, populus in Cæſarem eſſet propenſior, C. Curio partium prius optimatū, mutata uoluntate popularis factus, & Cæſari largitionibus inuitatus fauens, gratia quā apud populum dicendo comparauerat, effecit ut Trib. pl. Antonius crearetur. nō multò pòſt inter augures cooptauit. Antonius uerò ſimul atq; magiſtratum inijt, & partes & cauſam Cæſaris plurimū iuuit. nā Marcello Conſule ſcriptas iam legiones Pompeio decernente, & nouos inſuper delectus habendi poteſtatē dante, interceſſit, rogationemq; ferens obtinuit plebiſcito, ut Bibulo in Syriam contra Parthos bellum gerenti ſcriptæ legiones mitterentur. qui uerò deligerentur, Pompeio nō parêrent. Cumq; eodem tempore ſenatus pars maxima neq; recipi miſſas à Cæſare literas uellet, neq; recitari pateretur, ui Tribunitiæ poteſtatis fretus Antonius uenit in ſenatū, & ipſe recitauit. Quibus auditis, cum æqua poſtulare uideretur Cæſar, multorū mutati ſunt animi: & uoluntates pluriū qui prius aduerſabantur Cæſari, conciliatæ. Cum præterea relatū eſſet in ſenatu, Cæſarém ne placeret legiones & exercitū dimittere, an Pompeiū: Cæſariq; arma dimittenda pleriſq; cenſentibus, aſſurrexit Antonius, rogauitq; placerét ne utrunq; pariter ab armis diſcedere: quam ſententiā omnes penè alacriter excepere, & ſummo ſtudio cōprobauere. Antoniū uerò collaudauerūt: & ut legem ferret hortati ſunt: quod fieri ab eo Marcellus et Lentulus Conſules prohibuerūt. Oblatæ ſunt & aliæ cōditiones ab amicis Cæſaris, quas M. Cato & Lentulus Conſules improbantes, è ſenatu Antoniū & cæteros qui Cæſari fauebant, eiecerunt. Abiens uerò è curia Antonius, multa in capita inimicorū imprecatus eſt. mutata mox ueſte, & conducto uehiculo ad Cæſarē fugit cū Q. Caſſio: & clamitās apud illū nullas in urbe leges ualere, ius Tribunitiū ſublatum eſſe, omnibus qui æquum bonumq; defendant, capitis periculum imminere, Cæſarē impulit ut cum exercitu in Italiam properaret, & poſtea patriæ arma inferret. Vitrici.) P. Lentuli. * Imò uerò uiri legendum cōtendit Hieronymus Ferrarius in emendationibus ſuis ad Philippicas Cic. ut Curionē intelligas, qui ſuperiore anno tribunus pl. fuerat, emptuſq; à Cæſare, ab eius cauſa pertinaciter ſteterat. Virū autē Antonij uocat, iuxta id quod ſuprà inquit: Sed citò interuenit Curio, qui te à meretricio quæſtu abduxit, & tanquā ſtolam dediſſet, in matrimonio ſtabili & certo locauit. Sic etiam locutus eſt poſt red. in ſena. Eaq; dixit, quæ ſi uir eius Catilina reuixiſſet, dicere nō eſſet auſus. * Fulcire.) firmare, ſedatis diſcordijs inter ſenatorij ordinis homines qui Pompeio ſauebant, & populares qui Cæſaris erant ſtudioſi. Ipſi.) C. Cæſari, ut depoſitis armis & relicta prouincia Romam priuatus rediret, priuatumq; ſplendorē cum omniū beneuolentia, quàm tyrānidem cum omniū odio mallet. Mancipatum.) ueluti mancipiū Cæſari addictū: ac ſi dicat, ea fecit pro quibus ſupplicio dignus erat, ut ſecuri quēadmodum noxij & damnati feriretur. Luminibus.) principibus uiris, qui uelut quædam lumina erant. Quod in hoſtem togatū decerni ſolitū eſt.) nam interdictū eſt ei ſenatu, ex quo ignominioſe eiectus eſt: & ut in exiliū abiret, coactus: ac mox Reip. hoſtis iudicatus: id quod in Catilinam quoq; adhuc togatū ſeruatū eſt, ut ex Ciceronis orationibus intelligitur quæ in illū extant. Mos fuit maioribus interdicere ſenatu primò, deinde urbe, togatis hoſtibus: mox abeuntes hoſtes iudicare. Vendita.) Cæſari. Addicta.) deſtinata. Illud uulnus inflictum.) quòd hoſtis iudicatus es, tibiq; aqua & igni interdictū eſt: & permiſſum omnibus ut te impunè occiderent. Cauſam belli.) cum ſeruili indutus ueſte & meritoria uectus rheda te ei obtuliſti: ſenatum accuſaſti, & ſua ſponte ad tyrannidem accenſo occaſionem & prætextum arma ſumendi, & milites autorandi præbuiſti: id quod in Cæſaris & Pōpeij uita ſcribit Plutarchus pluribus. Circumſcriptus.) circunuentus & oppreſſus. Omitto quàm hæc falſa.) Nam reuera captus imperij conſuetudine, quod ait Tranquill. penſitatiſq; ſuis et inimicorū uiribus, occaſione rapiendæ dominationis uſus eſt, quam ætate prima concupierat: quod exiſtimaſſe uidetur Cicero de Offic. lib. 3. dicens ſemper Cæſarē habuiſſe in ore eos qui ſunt in Phœniſſis Euripidis uerſus εἴπερ γὰρ ἀδικεῖν χρὴ, τυραννίδος πέρι κάλλιστον ἀδικεῖν, τ' ἄλλ' εὐσεβεῖν χρεών. quod ſic Cicero ipſe cōuertit: Nam ſi uiolandum eſt ius, imperij gratia uiolandum eſt: alijs rebus pietatē colas. Conſtitiſſe.) poſitam fuiſſe & hæſiſſe. Conſules.) Marcellum & Lentulū. Veniente infeſtis ſignis ad urbem Cæſare, Pompeius urbem eſt egreſſus, & Capuam ad exercitum profectus. Abeuntem Conſules ſunt proſecuti: poſtero die maior ſenatus pars ad Pompeiū diſceſſit. Omnem ſobolem.) omnē iuniorū multitudinē, & quaſi omnē fœtum Ro. populi. nam in adoleſcentibus ſpes eſt prolis ſufficiendæ, ut in grege uidemus. & Verg. ait: Modò namque gemellos Spem gregis ah ſilice in nuda connixa reliquit. Exterminatam.) extra patriæ terminos & fines poſitam. Vt igitur in ſe.) Pulcherrima ſimilitudo. Cauſa eſt arborū.) quoniā ex ſemine naſcūtur. Semē.) cauſa et origo. uocabulū aūt retinuit ſimilitudinis. Tres exercitus.) in Pharſalia, Pōpeij & Senatus: in Hiſpania, Petreij & Afranij: in Africa, Scipionis & Iubæ regis. Clariſſimos ciues.) Pompeiū, Catonē, Scipionē, & plurimos quos Pharſalicū & Hiſpanicēſe bellū abſumpſit. Ratiocinabimur.) colligemus. Vni accepta referemus.) uni Antonio imputabimus:

mus. Vt Helena Tro.) E curia pulſus Antonius, mutata ueſte & meritoria uectus rheda, quod prius ſæpe diximus, Cæſarē ad arma contra patriā capienda accendit: & idcirco ut Helena à Troianis, quoniā rapta à Paride, bello quo Troianorū opes corruere, repetita eſt: ſic populo Romano Antonius omniū malorū cauſa fuit: id quod falſum eſſe Plutarchus putat: (quoniā nō ita, ut inquit, leuis Cæſar erat, neq; ſic ira præceps ruebat.) & alias fuiſſe cauſas quæ impulerūt: Antoniumq; Cæſari optanti accōmodatiſſimā præbuiſſe occaſionē. Ratiocinabimur.) colligemus. Omnia perfecit) quæ Senatus fieri uetuerat, cum Reſpub. adhuc ſtaret. Scelus in ſcelere.) ac ſi diceret, ſcelus maximū & inauditū. ſcelus fuit leges ſoluere, ſcelus patruū nō reſtituere, cum alienos reſtitueret. Patrui.) C. Antonij. Si ſeuerus.) quia occurrebat, quoniā ſeuerus, ne patruū quidē reſtituere paſſus eſt. atq; Lenticulā colluſorē ſuū de alea condemnatū reſtituit. Idcirco, inquit, reſtituit, quia optabat cū eo ludere, & cum cōdemnato ludere nolebat. Iocatur autē Cicero. Perdiderat Lenticula: & hac cauſa reſtituiſti, ut quod in alea perdiderat, beneficio legis à te de reſtitutione eius latæ diſſolueret. Quod perdiderat.) ut ludēs, æs alienum quod perdendo cōflauerat, lucrādo perſolueret. Abſentē credo.) hæ, inquit, potuerūt afferri à te rationes, quia abſens condemnatus eſt, quia indicta cauſa, quia nulla lex de alea prius lata, quia ui & armis oppreſſus. Hæc enim ferme dici ſolent, cum iniuſtè quempiam condemnatū oſtendimus, & reſtituendum aſſerimus. Sed nihil horum afferre in cauſam potuit Antonius. De alea.) Aleam ab inuentore dictam tradūt quidam. Eſt autem tabula luſoria, quæ & latruncularia, & pyrgus & alueus & alueolus uocatur, rotunda illa tabella rotulæ inſtar, quæ mouetur. hinc in prouerbio eſt, Iacta alea eſt, quum ſic incepta eſt res, ut deſiſtere integrum non ſit. quod Iulius traiecturus Rubiconem uſurpauit. pro euentu rei dubio ponitur. Lucanus: Placet alea fati Alterutrum merſura caput. De aleæ luſu & aleatoribus titulus eſt lib xi. Digeſtorū. Senatuſcōſulto olim uetitū eſt in pecunia ludere, præterquàm ſi quis certet haſta uel pilo iaciendo, uel currēdo, ſaliendo, luctādo, uel pugnādo: quod uirtutis cauſa fiat. Quòd de patruo.) C. Antonius iniuſtè dicebatur dānatus, pecunia corruptis iudicibus; uir deinde bonus & reipub. dignus ferebatur: ſed nihil apud Antoniū efficiebatur. neq; enim quicquā ad eum reſtituendū cōmouebatur, & tamen, inquit Cicero, ignoſcerem ego patruo, ſi ita res ut dicitur, haberet: cum præſertim cōdemnatū eſſe pro nihilo ſit: quoniā facilè omnes quauis cauſa cōdemnati, reſtituuntur ab Antonio. Hominē.) Licinū Lenticulā. Vel.) etiam. In integrū.) in priſtinū ſtatum & locū. In eodem Tribunatu.) Pompeio ex Italia pulſo cum optimatibus, cū prius q̄ eum perſequeretur, in Hiſpaniā proficiſci ſtatuiſſet Cæſar, oppreſſurus (ut ipſe dixit) exercitum ſine duce, & mox ad ducē rediturus ſine exercitu (nam Petreius et Afranius, qui Hiſpaniēſi præerant exercitui, haud magnopere rei militaris periti erant) Lepido Prætori Vrbē, Antonio Tribuno Italiā cuſtodiendam cum præſidijs mādauit. Conculcandā.) nō luſtrandam & cuſtodiēdā, ſed uaſtandā potius. Qui nō fui.) Erat enim in Pōpeianis caſtris Cicero. Scientiæ ueſtræ.) cum plura uos memineritis Antonij flagitia q̄ poſſim ipſe meminiſſe. In eſſedo.) curru. Eſſedum uehiculi genus apud Belgas Gallos primò repertū. Virg. Belgica uel molli melius feret eſſeda collo. Trib. pl.) cum ſtomacho dictū eſt.

Aperta.) quod erat multo indignius, ac manifeſtiū. uehebatur enim etiā clauſa, ut Iuuenalis ait: Namq; facit ſomnū clauſa lectica feneſtra. Legitur &, in exhedra. ſedē autē ſignificat & locū ad ſedendū cōſtitutū. Græcū eſt. Neceſſario.) neceſſitate, quadam aſtrictione. iniquo animo ferret Antonius, niſi ita fieret. Rheda.) uehiculi genus, & hoc Gallicū, ut ait Fabius, uocabulū, quo Cicero utitur: ſicut item petorritū, quo Horatius. Cum lenonib. comites nequiſſimi.) Erat inter maximè familiares Sergius, & Cytheris quędā ex eadem palæſtra mulierculā amās: erāt ſcorta & aleatores: & hoc comitatu Italiā peragrabat Anto. lectica delatus, aureas pateras ueluti in pompa circunferens. Ducebātur & leones ad rhedā ligati. & quod maximè homines torquebat, honeſtiſſimæ domus ſcortis & mimis pro diuerſorijs tradebantur: per lucos & amniū ripas prandia ſumptuoſiſſima parabātur: pleriſq; indignè ferentibus quòd Cæſare periculoſa gerente bella, & labores maximos tolerāte, Antonius tam luxurioſe Italiam calcaret. quare reuerſus poſtea Cæſar, ueniam Dolabellæ dedit, qui Antonio erat inuiſus: & tertiū Conſul creatus, nō Ant. ſed Lepidū ſibi collegā aſſumpſit. Fœcūditatē calamitoſam.) nam cum Antoniū peperit Iulia, calamitates peperit plurimas. Præfecturas.) De municipijs & colonijs A. Gellius. Præfectura uerò prouincia eſt. Auguſtus in præfecturas xi. totā diuiſit Italiā, quas alij regiones uocant, Græci ἐπαρχίας. Et præfecturæ quidē gubernādæ, hoc eſt, in pluribus unius regionis ciuitatibus ac locis aut prætor aut procōſul præficiebatur. Lubricè.) incōſtanter & uariè, ac dubia fide. Lubricus propriè locus eſt in quo nequeas inſiſtere: et lubrica res, quā nō facilè teneas, & quæ de manibus labitur, ut anguilla. Hinc homo lubricus. & Ciceroni legimus lubricū fidei fuiſſe obiectū. Diſſimillimorū fui.) ac ſi diceret optimorū. Fuit fœlix.) quando uicit, & res ei pro uoto ſucceſſit. Cautū eſſe uoluit.) nam cautū ueteranis uolebat eſſe ſenatus: quod in prima Philippica dictū eſt. Secuti ſunt.) Cæſarē in patriā ruentem, ſub quo militabant. Quæſiuiſti.) urbem egreſſus mutata ueſte, & rheda meritoria in Galliā uectus ad impellendū cōtra patriā Cæſarē. In inuidiam.) odium. Ibi me nō occidiſti.) Hoc obiecerat Ant. reſponderat quidē Cicero: ſed ſibi ipſi minimè ſatiſfecerat: quare idē nūc repetit. Sanctus.) inuiolabilis. Præſertim &c.) nam cum meam noſſes in dicenda ſententia libertatē, & hæc mea in patriam charitas te nō lateret, illo ipſo tempore quo me (ut ais) ſeruaſti, uidere & tibi perſuadere potuiſti hæc facturū & dicturum quæ facio & dico. Mimulæ.) Volūnæ. Quid eſt?) ſic ait, quaſi id negare uellet Antonius. Si te.) Argumentum à maiori ad minus. Municipiorū.) quæ cū Mima luſtraſti, ut pudere debuiſſet. Ne exercitus quidem.) te puduit, ubi maior multo licentia. Tot dierū.) ab urbe. Quē hominē.) fortē enim & continentē ſequi crediderant uirū, & imbecillē ac laſciuum cognouere. In oppida.) in alienas poſſeſſiones, & eorū inprimis qui Pompeij & bonorū partibus fauiſſent. Magiſter equitū.) Cæſar enim dictaturā iam inuaſerat. Suo iure cum Hippia.) Mimus hic erat, et impuriſſimus. quaſi uerò ad nomē alludit. nam ἵππος equū ſignificat, unde Hippias. quaſi fas eſſet magiſtro equitū cum eo ſuo iure uiuere, cui equi nomen eſſet. Sergio mimo.) de quo dictum eſt prius. Equos.) legitur et Aquinos, hoc eſt Aquini oppidi municipes: quod nō placet: nam Aquinates diceret inferius. Vectigal.) qui ei uectigal pēderēt, et quos Sergius locaret

quibus

quibus uellet. Repentinus.) ſubitarius, & nulla cauſa.

Tu iſtis faucibus.) Eſt hic per ratiocinationem amplificatio, ut ad id quod extolli uoluit Cicero, ratio adduceretur. obiecturus enim Antonio merum & uomitum, ſic ait. Fauces uerò ac latera ad ebrietatem minimè ſunt ocioſa. nam reſpicientes ad hæc, poſſumus æſtimare quantum ille uini in Hippiæ nuptijs exhauſerit, quod ferre & coquere non poſſet gladiatoria corporis firmitate. Poſtridie uomeret.) quodam ex amicis, ut Plutarchus tradit, togam ſub ijciente. Immanibus.) ingentibus. & hic quod idem ait, amplificatio eſt: ſiquidem tanta uis fuit uini erumpentis, ut non caſum afferret aut uoluntatem, ſed neceſſitatem, ubi minime deceret uomendi: & cibus non recens, ut accidere interim ſolet, redderetur, ſed qui in poſterum diem redundaret. Haſta poſita.) cui ſubijciebant ea quæ publicè uenundabant, & eorum bona qui haſta, hoc eſt, bello ſuperantur: quia ſignum armorum præcipuum eſt haſta. Pompeius Feſtus. Cicero in Officijs: Nec uerò unquam bellorum ciuilium ſemen & cauſa deerit, dum homines perditi haſtam illam cruentam & meminerint, & ſperabunt. Iouis Statoris.) quam Romulus bello Sabino uouit ſuis fugientibus, & intra ueterem Palatij portam compulſis, illicq; exædificauit. Stator autem uocatus eſt Iupiter, quòd orantem Romulum ut fugam ſuorum ſiſteret, audiuit. Liuius author libro primo ab Vrbe cond. Tam demens.) Viuebant enim Pompeij filij, & redire in patriam, ac ſua recuperare bona poſſe credebantur. Sectionis) uenditionis. Haſtam illam) Cæſaris, ſub qua ciuium qui contrariæ fuerant factionis, bona uendebantur. Alia omnia.) præter Pompeij bona. Iſto loco.) iſta familia. Sector) emptor. nam utrunque ſignificat, & emptorem, & uenditorem. Heluo.) ab eluendo dictus eſt heluo, is qui bona ſua immoderatè conſumit: quod aſpiratur, ut auiditas magis comprobetur. fit enim uox incitatior per aſpirationem Pompeius Feſtus. Copias.) maximas diuitias. Ingurgitauiſſet.) tanquam gurges quidam & uorago & cum ille hoc ait, ſimul & magnitudinem diuitiarum hoc uerbo ſignificans Pompeij, & nimiam Antonij ac importunam auiditatem. Perſona de mimo.) ueluti perſona de aliquo mimo & hiſtrione aſſumpta, qui modò reges agat, modò priuatos: modò dominum, modò ſeruum: nunc lætam aliquem, nunc triſtem alium. Varia erat Antonij perſona, & pro fortunæ conditione nunc triſtis uultus, cum egeret: nunc lætus, cum abundaret. Numerus.) menſura. Quæ numerum & menſuram ſignificant, inuicem pro ſe poni ſolent. Quæ Charybdis.) De tropis præcipiens Fabius, creſcere nõnunquã hyperbolen inquit, alia inſuper addita: & hic ſequitur, Oceanus me hercule fidius. Apothecæ.) loca in quibus uinum, oleum, triticũ, & alia id genus reponuntur. Latinè horrea & repoſitoria poſſumus dicere. De apothecis uini Plin. loquitur. Hypotheca pignus eſt. Conchyliatis.) Laudat hanc amplificationẽ Fabius, & Ciceronẽ inquit tantũ de M. Antonij luxuria fingere non potuiſſe, quantum dicendo oſtendit, Conchyliatis peristromatis Cn. Pompeij lectos in ſeruorum cellis fuiſſe ſtratos. Nam cum hoc ita eſſet, aliquid amplius in ipſo domino neceſſe erat cogitare. Cõchylia in genere ſunt purpurarũ, quarũ ſucco purpureus tingitur color: unde cõchyliata ueſtis. Et Iuuenalis ait cum ſtomacho de Græcis loquens: Horũ ego non fugiã conchylia: hoc eſt cõchyliatas & purpureas ueſtes, quibus ſunt indigniſſimi.

Periſtroma græca dictio ſtragulã ueſtem ſignificat & aulæum. περὶ enim circum, στρώννυμι uerò extendo, ſterno: quòd circunſternuntur huiuſmodi ueſtes: quæ etiã peripetaſmata nominãtur. datiuus & ablatiuus numeri multitudinis in his nominibus in bus exeunt, & in is, ut poëmatibus, & poëmatis. Plautus: Lectũ, inquit, eſt in poematis. Aedes) Põpeij. Hortos.) Põpeianos. Tu ingredi.) Repetitio eſt aptiſſima cõtentioni & inuectioni habet enim acrimoniæ plurimũ. Roſtra.) nauiũ, quæ pro foribus erant affixa maritimarũ uictoriarũ monimenta, quas Põpeius de piratis adeptus fuerat. Poſtibus hæc affigendi Romanis mos fuit, quem Virgil. ad regem Latinum tranſtulit, dicens:

Multaq; præterea ſacris in poſtibus arma,
Captiui pendent currus, curuæq; ſecures,
Et criſtæ capitum, & portarum ingentia clauſtra,
Spiculaq;, clypeiq;, ereptaq; roſtra carinis.

Et te.) Pompeio diſſimillimũ, & illa domo indigniſſimũ. Tua.) tenuiſſima. Tuos.) nulla in re cum Pompeio conferendos. Stabula.) Veluti ſtabula quædã & diuerſoria in quibus impuri ac nefarij pernoctant. nam ſtabula diuerſoria etiam, in quibus diuerſari, hoc eſt, ad tempus habitare, & ex itinere poſſunt homines. Iureconſulti de cauponibus loquuntur & ſtabularijs. Triclinijs) Qui eſt locus diſcumbendi, à tribus toris ſeu menſis dictus. ibi enim comedebant, præcipuè in conuiuium coepti: cui apparando qui præerat, architriclinus uocabatur. Popinæ) ſunt in quibus cocti quippiam uenditur: ubi qui uerſarentur gulæ indulgentes, popinones ſunt appellati: quod Marcellus ait. Tiberius Cæſar, inquit Tranquillus, ædilibus negocium dedit popinas ganeaſq; uſque eò inhibendi, ut ne opera quidem piſtoria proponi uenalia ſinerent. Frugi.) modeſtus ac temperans & locatur. Illam ſuam.) Volumniam mimam ſuas res ſibi habere iuſſit. ac ſi dicat, fecit cum illa diuortium. nam quod ait Paulus titulo de diuortijs, in his & repudijs his utebantur uerbis: Tuas res tibi habeto. Item, tuas res tibi agito. Ex duodecim tabulis.) Ex lege duodecim tabularum, quæ uult ex cauſa fieri diuortium: & niſi adiecta cauſa (ſunt autem plures) ratum non eſſe. Nullum autem diuortium ratum erat, niſi ſeptem ciuibus Romanis puberibus adhibitis. Exegit.) expulit. hinc dicuntur exacti reges. Spectatus.) ipſe interpretatur, ſubiurgens. & probatus. Virgil. Et rebus ſpectata iuuentus. At quàm crebrò uſurpat, & Conſul & Antonius.) Frequenter hoc uſurpabat Antonius, & Conſul & Antonius iubet, uel edicit, non Conſul Antonius. quaſi emphaſis quædam & uis atq; auctoritas ſuo ineſſet nomini proprio. ſed inſolenter & ſuperbè nimis: quod reprehendit & inſectatur Cicero. Auus tuus.) M. Antonius orator, qui Conſul fuit. Dixiſſet.) ſe & Conſulem & Antonium. Collega meus) in Cõſulatu, C. Antonius. Solus es Antonius.) hoc eſt, impudiciſſimus & nequiſſimus. Earũ partiũ propria.) ac ſi diceret, earum actionũ.

Opera tua.) per te, & tua cauſa. Natum.) Ordo naturalis, naſcitur quippiã, coaleſcit & augetur, in uſum inde deducitur. Et bello.) Africanũ intelligit, quod cum Scipione & Iuba ac reliquis Pompeianis in Africa geſtũ eſt. Anteſignanus.) cuſtodiendis ſignis & uexillis præpoſitus.

Quem locum obtinuiſti.) ac ſi dicat, uilem locum & conditionem. Antonius hanc ſibi dicebat cauſam fuiſſe cur bello Africano non intereſſet, quòd parũ gratiæ in his quæ prius geſſerat, uideretur conſecutus: cum domus Põpeianæ

precium

precium ab eo exegiſſet Cæſar: qui reuerſus ex Africa, quaſi parùm æquus Antonio, Dolabellæ inimico eius ueniam dedit: & tertium Conſul factus, Lepidū, non Antonium collegam uoluit. Quo numero.) quo ordine, & honoris gradu. Pro domo.) Pompeiana. Pro ſectione.) emptione bonorum Pompeij. A me C. Cæſar pecuniam?) ſub. poſtulat? & ſunt Antonij uerba. Ne potuit quidem.) ſine me uincere. Rogaui.) cum Tribunus plebis eſſem, rogando tuli. Leges in populo libero, ut Romæ quondam, iniuſſu populi latæ ratæ non erant: et quoniam rogari, hoc eſt interrogari populus ſolebat, rogationes dicebantur. Atteius Capito legem definit, generale iuſſum populi aut plebis, rogante magiſtratu. Ius poſtulabas.) nam quod ius erat & æquum, petebas Antoni. Præclara illa tabula.) in qua bona quæ tua eſſe aſſeuerabas & diuendebas, deſcripta erant. ſic inquit deridendo. Præter partem Miſeni.) prædia ad Miſenum (quod dictum eſt) obtinebat Antonius cum ſocijs. Auctionaretur.) uenderet. nam bona Pompeij à Cæſare empta nō perſoluto precio, rurſus uendere coactus eſt Antonius. Auctio, uenditio quædam eſt in loco celebri. hinc auctionari, publicè & ſub haſta aliorum bona uendere. Deferre precium in auctione, licitari eſt: qui uerò defert, licitator dicitur: et quoniam in huiuſmodi uenditione alius alio maius preciū pollicetur, auctio nominatur. Maculoſa.) aut uaria, ut in aulæis uidemus maculas, & colorum uarietates. Virgilius: Aut maculoſæ tegmine lyncis. Aut fœdata. nam ſeruorum & impuriſsimorū lectos ea ſterni & ornari paſſus erat Antonius. L. Rubrij.) cuius hæreditatem dolo et calliditate (quod prius dictum eſt) inuaſit Antonius, quare ueri hæredes fieri hanc auctionem prohibebant, decretum Cæſaris interponentes, quòd ſcilicet ipſis ſi quæ eſſent Antonij bona deberentur, à quo Rubrij hæreditate eſſent priuati. Hærebat.) dubitabat incertus animi. Nebulo.) Pōpeius Feſt. Nebulo, inquit, eſt qui non pluris eſt quàm nebula, aut qui non facilè perſpici poteſt qualis ſit, nequā & nugator. Scio aliter & Donatum & Marcellum dicere. Sica.) Sicarios per abuſionem uocamus qui cædem telo quocunq; commiſerint, inquit Fab. Tam bonus gladiator.) ueluti gladiator, qui Cæſarem quocūq; ibat comitabatur: & ad id alluſit, quòd in ciues Romanos Antonius ſæpe gladios ſtrinxerat. Rudem.) uacationē & ceſſationem ab arte gladiatoria. nam rudis fœminino genere uirga eſt, qua donati gladiatores, emeriti erant, et cogi ad certamen & pugnam amplius non poterant. Iuuenalis: Hic Sergius olim Accepta rude cœpiſſet Veiento uideri. Hinc Horatius de ſe per ſimilitudinem ait: Spectatū ſatis, et donatū iam rude, quæris Mæcenas iterū antiquo me includere ludo. Et Ouid. Me quoq; donari iam rude, tēpus erat. Aliquādo.) ſerò ſcilicet. Vt ait.) prætēdit enim hāc cauſam ignauiæ. Iſta cauſa.) Cæſaris. Ter depugnauit Cæſar.) in Theſſalia cum Pōpeio, in Africa cū Scipione & Iuba, in Hiſpania cum Pompeij liberis. In Hiſpanienſi.) quæ ad Cordubam & Mundam pugnata eſt, tanto Cæſaris periculo, ut deſperatis rebus etiam de conſciſcenda ſibi morte cogitauerit. graue tūc Dolabella uulnus accepit. Si de meo iudicio quæris, nollem.) affuiſſe omnibus pugnis Dolabellam. Principia ſæpe poſſunt reprehendi, & tamen conſtātia ac perſeuerantia laudatur, id quod in te deſideratur Antoni. Tu uerò quis es?) ſi de te, inquit, quæramus qualis es. Cn. Pompeij liberi.) Cn. & Sextus. Hæc.) patria. nam utrique partium Pompeianis & Cæſarianis communis erat patria: ac ſi diceret, nō quòd cum alijs commune illis erat, repetebant tantùm, ſed priuata etiam, quæ tenebas tu. Deos penates patrios.) Qui fuerint dij penates, & Macrobius & Dionyſius inueſtigant. Focos.) ubi ſacra fiunt. Larem ſuum familiarem.) quem ſingulæ uenerabantur familiæ, & cui ad focum rem diuinam faciebant. Plautus in Aulularia: Ego ſum lar familiaris. Qui ſint lares, docet Ouidius in Faſtis. Ii.) Pompeij liberi. Tamen erat æquiſsimum.) putabatur non iniquum pro rebus pugnare quas iam tibi uendicaſſes, ne eriperentur. Sectorem.) in auctione uendentem quæ à Cæſare redemeras Pompeij bona. Qui uerò Narbone reditus.) inhoneſtus ſcilicet, qualem infrà deſcribit. nam digreditur interim Antonio reſpondens. quæſierat enim cur tam ſubitò ex ipſo curſu, cū in Græciam nauigaret, rediſſet: id quod in prima Philippica dictum eſt. Suum cum illius comparat habitum, quo in reditu uterq; uſus eſt, dicens: Cum nunciatum Romæ eſſet Cæſarem ex Hiſpania uictorem aduentare, ciuitatis primores ferè omnes obuiam prodire: cumq; Antonium etiam quamlōgiſsimè proceſsiſſet, et exortus rumor eſſet Cæſarem occiſum eſſe, hoſteſq; in Italiam properare, illico in urbem Antonius redijt. famuli ueſte indutus noctu domum uenit, & ſeſe Fuluiæ uxori talem exhibuit, qualem Cicero per notationem deſcribit. *Eſt autem Narbone ablatiuus, à nominatiuo Narbo. Intelligit enim de Narbone Marcio, de quo Cic. pro Fonteio, & Velleius Patereulus, qui hanc coloniam deductam tradit Porcio & Marcio conſulibus: ex quo exiſtimari poteſt à Marcio Marcij nomen traxiſſe. Hiero. Ferra.* Non tenebris.) ut tu Narbone rediſti. Cum calceis & toga.) Qui ciuilis habitus eſt. Caligis.) quæ ſunt militares & caſtrenſes: unde C. Cæſar Caligulæ cognomen traxit, quia paruulus manipulario habitu inter milites educatus eſt, quod ait Trāquil. unde caligati, armati ea parte corporis quæ tibialibus munitur.

Nec lacerna.) quæ & ipſa militaris eſt ueſtis, minor capitio, ut ait Feſtus: quod ſic dicitur, quoniam pectus capit, & induſium operit, id quod intra omnes ueſtes corpori adhæret. Var. autor. Quicquid intra capitium & togam, hoc eſt ueſtem exteriorem, ſumebāt, ferè ſubuculam dixere. Ne tu mecum.) Næ, certè aut ualde. Ex omnibus.) Ea gratia in Galliam profectus erat Antonius, cum aduentare Cæſar nunciaretur, ut Conſulatum ab eo, fauore municipiorum et coloniarum Galliæ rogaret. erat enim initurus quartum Conſulatum Cæſar, & dignum ſe conſulatu iudicabat Antonius, quòd magiſter equitum extitiſſet. Municipia uerò & coloniæ ius habebant ciuitatis Romanæ, & dandi ſuffragij comitijs conſularib. ad quæ caligatus & lacernatus excurrerat Antonius, rogaturus ut pro ſe ad Cæſarem intercederent: quod uehementer reprehendit Cicero. nam neq; ſic eundum fuerat, neq; rogandus Conſulatus, ſed petendus: & olim, inquit, cum petebatur Conſulatus, per uirtutem & bonas artes, non autem unus Cæſar rogabatur, petere ſolebamus Conſulatum. quaſi tunc eum rogarit Antonius: ideoq; non peteretur, quòd unus rogandus eſſet. Antoniū Iulum in quarto, de quo diximus, Conſulatu collegam ſibi aſſumpſit.

Decima ferè.) circa meridiem. nam diei initium Romanis à media nocte eſt, ut Aulus Gellius & Macrobius docent. Meridie cibū ſumebant hora decima. Martialis: Ho

ra libellorum decima eſt Euphemę meorũ, Temperat ambroſias cum tua cura dapes. Ad Saxa Rubra.) locus in uia Caßia inter urbẽ et Veios, quorũ Liu. meminit lib. 2. ab Vrbe condita, dicẽs: Ita fuſi, retro ad Saxa rubra, ubi caſtra habebant. Illic perierũt Fabij illi trecenti. Caßia uerò uia erat, quæ in Liguriã per Tuſciã ducebat, à L. Caſſio Longino ſtrata, qui Trib pl. C. Mario et C. Flacco Cõſulibus plures leges ad minuendã nobilitatis potentiam tulit. Conſul poſtea à Tigurinis Gallis in finibus Allobrogum cũ exercitu cæſus eſt. Delituit.) ut cognoſceret re uera tãtiſper quid in urbe ageretur (nunciatũ enim erat Cæſarem interfectum) ut uelle uidetur Cicero, quòſe cõponeret, et ueluti tabellarius ab Antonio miſſus, uxori ſe exhiberet. Ianitor quis tu?) Scilicet es, inquit. A Marco.) ſcilicet Antonio. Ad eam.) Fuluiã. Caput aũt literarũ.) initiũ literarũ hoc cõtinebat. Illinc.) à mima Volumnia.

Hanc.) Fuluiã. Nequam.) qui ne tanti quidẽ eſt, quàm id quod habetur minimi, quaſi nequicquam. Vt catamitum.) mollem & effœminatũ catamitum, inquit Pomp. Feſt. pro Ganymede dixerunt, qui fuit Iouis concubinus. & nos ſic uocamus ſcorta maſcula. Terrore nocturno.) Rumor enim falſus de Cæſaris cæde exortus erat, et Antonius noctu urbẽ ingreſſus, trepidationẽ auxerat. Multorum dierũ metu.) Creditum enim eſt Cæſarem occiſum, quòd Antonius ex medio itinere retro erat cõuerſus. Domi.) apud uxorẽ. L. Plancus.) C. Munatij Planci frater, & Ciceroni amicißimus. Prædes tuos.) Cum L. Plancus. Trib. pleb. quia multa Antonius debebat populo pro Rep. ab eo empta, & ſoluendi tẽpus erat tranſactũ, prædes, hoc eſt res pro Antonio in ſponſione obligatas, uendi turũ ſe minaretur, productus in concionẽ Antonius, ideo ſe inquit rediſſe, ut rem ſuam ageret. inuehiq; in eum illico cœpit populus, quippe qui nouerat alia cauſa rediſſe, rumore illo de Cæſaris cæde exorto. Præs aũt eſt q populo ſe obligat, interrogatusq; à magiſtratu ſi præs ſit, ille reſpondet, præs. Feſtus & Varro idem. Prædes aũt hic accipias non ſponſores, ſed rem ſponſione à prædibus obligatam. Dicacẽ.) conuiciantẽ. dicax enim mordax eſt. Cæſari ex Hiſpania redeunti.) quo tẽpore omnes ciuitatis primores obuiam Cæſari prodire, et Antonius quamlongiſſimè, ſed celeriter & iuit & rediit, exorto (quod prius dictum eſt) de Cæſare interfecto rumore. Rurſus inde proceßit obuiam, tanti à Cæſare factus, ut in eodem curru ueheretur. Strenuum.) diligentem, & rei gerendæ auidũ.

Rurſus neſcio quomodo.) infenſus enim prius ei uiſus fuerat Cæſar. Habebat.) erat hac natura & moribus. Quem planè perditum.) ſciebat enim nihil non auſurum eum qui ære alieno eſſet oppreſſus. cupiunt nanq; huiuſmodi homines res nouas ſemper. His rebus.) ironicôs, quòd perditus & egens. Cum ipſo.) Cæſare. Nihil queror.) ac ſi dicat, nihil dico. Impulſus.) à Cæſare ad petendum Conſulatum. Ille.) Cæſar. Interuertit.) fraude abſtulit. & per translationem locutus eſt. nam interuertere, eſt rem commodatam aut depoſitam aut creditam callidè doloq;, ne domino reſtituatur, efficere. Adſcripſiſti.) addidiſti. In iſtum.) Antonium. Hic.) Antonius. Cum primùm.) Hoc in prima Philippica dictum eſt. Cæſarem quartùm Conſulem cum Antonio, ſe magiſtratu abdicare conſtituiſſe, & in ſuum locum Dolabellam, inuito Antonio, cui erat inimicus, renunciari Conſulem iußiſſe: Antonium uerò Augurem obiciſſe auguria. Tunc in Antonium eſt inuectus Dolabella acerbißimè, nec pauciora ab eo audiuit. Senatus autem re infecta eſt dimiſſus. Occiſo poſtea Cæſare, inſignia Conſulatus Dolabella ſuo iure accepit, & ſe Conſulem geßit. Antonius uerò collegam ſibi eſſe depoſitis inimicitijs paſſus eſt.

Proficiſceretur) in Parthos Getasq;, contra quos expeditionem apparabat: Getis, ut inſultantibus: Parthis, ut Craßi ulciſceretur iniuriam, illaturus bellum, inſtructo iam exercitu ſex & decem legionum peditum, equitũ decem millium, & Ioniũ tranſmittere iuſſo: quod ſcribit Appianus. Quem negãt regem.) ſcilicet Cæſarem, & tamẽ re uera rex erat, cum faceret ſemper pro iure ſuo omnia, & diceret. Eo ſacerdotio.) Auguratu. Comitia.) Dolabellæ creandi conſulis. Auſpicijs.) iure auſpiciorum per Fuſiam & Heliam leges, quas Fuſius & Helius Tribuni tulere, ne agi cum populo liceret, niſi de cœlo prius ſeruatum eßet, hoc eſt niſi captatis prius auſpicijs. Agere uerò cum populo eſt rogare populum ut ſuis ſuffragijs iubeat aliquid aut uetet. quòd ſi aues non admittebant, obnunciabant Augures, hoc eſt non eſſe agendum quippiam ſignificabãt. Et ſicut intercesßio Tribunorum eſt, hoc eſt impedimentum rei agendæ, quod à Tribuno magiſtratui affertur, ita obnunciatio Augurum. Vel impedire.) antequam haberentur. Vel uitiare.) poſtquã habita ſint, uitio factum Conſulem oſtendere, quòd ſeruatum de cœlo non ſit, & aut tonuerit, aut pluerit. Minus facere potuiſſes.) ac ſi dicat, multo plus impedire Cõſul comitia potuiſſes. Vide ne etiam facilius.) hoc eſt, multo facere potuiſſes facilius. Nos.) Augures. Nunciationẽ.) ut mox docebit. Etiam ſpectionẽ.) ius inſpiciẽdi, & præſentiam exhibẽdi auſpicijs. Nunquam ſobrio.) ſic diſtinguendũ.

Impudentiam.) temeritatem. Eſt autem impudentia huiuſmodi, dixiſſe in Senatu multis menſibus antè ſe Dolabellæ aut prohibiturũ comitia auſpicijs, aut impediturũ: id quod fecit. Quiſquàm ne diuinare.) Impediri comitia antequã auſpicia capiãtur, non poſſunt: quoniã quod uitij in auſpicijs futurum ſit, diuinari non poteſt: nec niſi uitium acciderit, prohiberi ipſa poſſunt comitia. De cœlo ſeruare.) auſpicia cœlum obſeruando captare. Quod neque licet comitijs per leges.) Heliam & Fuſiam. Comitijs ſeruare de cœlo nõ licebat, donec ſcilicet cum populo agebatur. antè fieri id conueniebat. Non habitis.) non cõpletis comitijs. Nunciare.) quid acciderit, aut pluiſſe, aut tonuiſſe. Nam Ioue tonante, agere cum populo nõ licebat, niſi id per ſudum, hoc eſt ſereno cœlo fieret. Hinc est Virgil. lætũ ſignificans augurium, Cœli de parte ſerena Intonuit læuũ. Verùm implicata.) Inſcitia declaratur, quoniam de auſpicijs loquens ritum ignorat auſpiciorũ, nec ſcit prohiberi per Augurẽ comitia non poſſe, cuius tãtum nunciare ſit aut pluiſſe aut tonuiſſe, & uitio creatũ oſtendere, ſi aut tale aliquid acciderit, aut ſeruatum de cœlo priuſquam comitia haberentur, non fuerit. Impudentia uerò in eo eſt, quòd ea impediturum minabatur, quæ impedire niſi cauſa adeſſet, non poterat: et ſic de futuris, ac ſi exploratа ea haberet, loquebatur. Apparitor.) miniſter. Apparere, præſto eſſe magiſtratui et regi ſignificat ad quandam dignitatem, ac ueram oſtentationem. Virgil. Hæ Iouis ad ſoliũ ſæuiq; ad limina regis Apparent. Rogabat.) Cæſarem. In aduerſam lecticã.) Cæſaris, qua ille uehebatur. Inferens.) immittens dum illi ſupplicat. Beneficia.) gratias, ut uulgus dicit. A collega.) Cæſare. Ecce Dolabellæ.)

bellæ.)cum abdicare ſe magiſtratu Cæſar uellet, & Dolabellam Conſulem renunciari iußiſſet. Sortitio prærogatiuæ.)Creandis Conſulibus comitia habebantur Centuriata, populus in claſſes erat diuiſus, claßes uerò in centurias, quæ per magiſtratum ad dãda ſuffragia conuocabantur. Prærogatiua uerò ſuffragiorũ erat cum trib. aut centuriæ obtinebant, ſed ſorte, ut primæ ſuffragium ferrent. Nam quod ex Liuio & alijs ſcriptorib. licet cognoſcere, nomina tribuum in urnam conijciebãtur: & cuius nomen eductum prius fuiſſet, illa prærogatiuã habebat, hoc eſt prius de candidatis iudicium ferebat: & ſuam aperiebat ſententiã: & aut dignos magiſtratu qui petebant, aut indignos renunciabat. Eratq; ueluti ſcrutinium, quod cæteræ ferè ſemper ſequebantur. Prærogatiua enim, quod ex Pediano licet colligere, duo ſignificat, et cũ quiſpiã qui benefacturus nobis eſt, adhuc integro beneficio, aut dicto aut facto aliquid præſignificat de ſua in nos uoluntate & ſtudio: & ſunt tribuum prærogatiuæ, quæ primæ ſuffragiũ ferunt ante iure uocatas. Iuris enim fuerat, quo facilius in comitijs concordia populi firmaretur, bina de iiſdẽ candidatis comitia fieri, quorũ tribus primæ prærogatiuæ dicebant quos uellent magiſtratus fieri. Secundæ iure uocatæ, quòd in his ſequente populo, ut ſæpe contingit, prærogatiuarum uoluntatem, iure omnia complerentur. Ergo præibant iudicio & ſententia quæ per ſortem habuerant prærogatiuam, ſequebantur reliquæ: et ferè ſemper ille obtinebat magiſtratum, in quem tribus primæ prærogatiuæ inclinaſſent. Quieſcit.)Antonius. Renunciatur.)Dolabella à centurijs quæ primam nactæ erant prærogatiuã.

Tacet.)Antonius. Prima claßis.)Cẽturiæ primæ claßis iure uocatæ, poſt uoluntatem & iudiciũ tribuum habentium prærogatiuã. In claſſes populũ diuiſit Ser. Tullius: quod tradit Liuius libro primo ab Vrbe cõdita. Suffragia.)omnium centuriarum, ut fieri ſolet creandis Conſulibus. Confecto negocio.)cum renunciatus Conſul eſſet ſuffragio omnium Dolabella. Bonus Augur.) ironicè. Lelium diceres.)eam præ ſe ferens grauitatem, qua Leliũ quõdam fuiſſe legimus. Alio inquit die.)hoc eſt, non licet hodie Conſulẽ renunciare Dolabellã, q. uitio electus eſt, nec cõſentiũt auſpicia. Lelij duo fuere illuſtres, eodem C. prænomine: alter Scipionis ſuperioris, alter poſterioris amicus: ſed is in primis eloquẽs fuit, ſapientis adeptus nomen, de quo plura Cicero de Claris oratoribus ad Brutum. Libro de Amicitia ſic ad eum Fannius gener loquitur: Vnum te ſapientem & appellant, & exiſtimant. Et paulò pòſt: Te autem alio quodam modo non ſolùm natura & moribus, uerùm etiam ſtudio & doctrina eſſe ſapientem. Quid uideras? præpetes aues aut oſcines.

Quid ſenſeras?) ut pluuias. Quid audiueras?) ut tonitrua. Nec enim.)nihil profectò aut uideras, aut ſenſeras, aut audiueras. Nec de cœlo te ſeruaſſe dixiſti.) ſed tantùm, non hoc die. Neq; hodie dicis.)te de cœlo ſeruaſſe, cum quippiam fieri prohibes, ſed tantùm pro iure tuo, & inſolenter ac impotenter loqueris, dicens non hodie.

Id igitur obuenit uitiũ.)Cæſar, quod ſæpe diximus, quartùm Conſul creatus, Antonium ſibi collegam aſſumpſit. Statuerat autem Conſulatum ſimul atq; iniſſet, deponere, ita ut in eius locũ Dolabella ſubrogaretur: eũq; renunciari à claßib. & centurijs Conſulem calendis ipſis Ianuarij iußit. Antonius obiecit auguria. Inuectus aũt in Dolabellam, dixit non poſſe illũ ſine magna Reip. calamitate, neglecta religione auſpiciorũ Cõſulẽ fieri. Euenit, inquit Cicero, uitiũ quod tu præuidiſti: ſed illa à te prædicta calamitas, in te potius quàm in Remp. futura eſt. Spero.)credo. Ementita auſpicia.)quæ ementitus tu es. nulla enim erant quæ Dolabellæ comitia impedirent. Populũ.)ferentẽ ſuffragia in creando Conſule Dolabella. Obſtrinxiſti.)alligaſti, impediſti. Auguri.) Cæſari, qui & ipſe Augur erat. Nunciaſti.)obieciſti auguria, & interceßiſti. Ne acta Dolabellæ uidear conuellere.)tanquam irrita eſſe dicere, quoniam tu uitio creatum nũciaſti. Ad noſtrum collegium.)ut decernat fuerit ne uitio creatus, an contrà, & ſint eius acta ſtabilia & rata. nam poſtquam animaduerſum fuerat etiam finito magiſtratu quempiam (ut apud Liuium & alios hiſtoricos legimus) uitio fuiſſe creatum, & contra auſpicia, acta eius omnia irrita habebantur & reſcindebantur. Neq; enim uerus magiſtratus fuerat, non ritè creatus: neq; conſtituere ea poterat quæ ad eiuſmodi magiſtratus ius & poteſtatẽ ſpectabant. Quãdiu tu uoles.) Viuo Cæſare Dolabellam Conſulem fieri paßus non eſt: eo mortuo collegam ſibi eſſe ultrò uoluit. id quod in prima Philippica eſt dictum. Sed ſi nihil eſt.)Cauſa enim aliqua adijcienda fuerat. Conſiteri te &c.)ideo dixiſſe, non hoc die, quoniam ſobrius tunc non eſſes, & in alium differri diem uelles, quo ſobrius eſſes. Augur.) ego. A collega.)te. erant enim in eodem augurum collegio Antonius & Cicero. Pulcherrimam.)ironicè. ac ſi dicat flagitioſißimam. Ad Lupercalia.) De origine, appellatione, ac curſu Lupercorum, multa Plutarchus in Romuli uita: multa item Ouidius Faſtorum libro ſecundo. Hiſtoria uerò hoc habet: Cæſar triumphali amictus ueſte Lupercaliorum die pro roſtris ſedens currentes ſpectabat. Erant autem adoleſcentes nobiles nudi ac uncti, loris albis obuios cædentes, inter quos Antonius & Conſul & Lupercus. Is propius ad Cæſarem accedens, diadema capiti eius impoſuit: quod, detorquens caput, ſemel ille & ſecundò reiecit, non ſine maxima totius Romani populi lætitia & plauſu: quippe qui regium nomen & habitum ferre non poterat. Cumq; idem diadema Cæſaris ſtatuæ impoſuiſſet Antonius, Flauius & Marullus Tribuni pleb. abſtulere, ſuntq; à populo collaudati. à Cæſare uerò ob id duntaxat non multò pòſt magiſtratu priuati. quæ cauſa Bruto & Caßio, cæteriſq; coniuratis maturãdi de Cæſaris nece conſilium extitit. auctor Plutarchus. Hoc Antonij factũ Cicero inſectatur acerbißimè. Sudat.)quod accidit his quibus id obijcitur crimen quod & graue eſt, & dißimulari non poteſt. Iuuenalis: Rubet auditor, cui frigida mens eſt Criminibus: tacita ſudant præcordia culpa. Et ſudat quidem uerecundia, & pallet reprehenſionis timore. Ariſtoteles, cur & pudore erubeſcimus, & timore palleſcimus, quærit in Problemat. utrũq; eodẽ, pro uario animi affectu, ferè cõtingit tẽpore. Ne nauſeet. faciat.)ne euomat: quod facere ſolent hi quib. ſentinæ nauis fœtor ſtomachũ mouit. Iuuenalis: Illa maritũ Nauſeat. Inde nautea herba granis nigris qua coriarij utuntur. t in s mutato, ut Feſto placet. In porticu Numicia.)quam Numicius extruxit, in quã uiri principes conuenire nõnunquã ſolebant. illic aliquando Antonius nauſeam fecit. * Minutia magis legi debere putat Hiero. Ferr. in hunc locum, auctoritate Victoris adductus, qui, Regio, inquit, nona circũ Flaminiũ continet, & ſtabula quatuor factionũ ſex, porticũ Philippi Minutiã ueterẽ, & frumentariam. * Rhetoris.) Sexti

Clodij. Collega tuus.) Iulius. Coronatus.) laurea. Aliud enim corona, aliud diadema. Corona datur priuatis: diadema uerò eſt inſigne regum. Faſcia, quæ circunligatur coronæ aut capiti regis. Αναδέω circunligo eſt. Vt te eſſe Conſulẽ.) nam quod Lupercũ decebat, hoc eſt, nudum & currentem eſſe, Conſulẽ non decebat. Collegã.) quem parem haberes, quærebas habere ſuperiorem. Tentares.) experireris. neq; enim populus id pati poterat. Ad pedes.) Cæſaris. Tibi uni peteres.) ac ſi dicat, tolerabilẽ id fuiſſet, ſi tibi uni petijſſes ſeruire. Hæc cruentat oratio.) ſtimulos habet & pungit ipſa. In faſtis.) in quibus feſtorum dierum ac totius anni fit deſcriptio. De die.) in luce uerſari. In diem.) præſentis diei habere rationem, de craſtino nihil cogitare: quod corruptiſſimi et imprudentiſſimi faciunt. Ideóne.) De his omnibus nota hiſtoria. Quid egiſſes.) nam contra te dicturus Cæſar erat. Paratum.) ad reſpondendum mihi, quem audieras contra te dicturũ, & ementita à te auſpicia, quibus tamen parendum à nobis fuerat, uellemus nollemus. Incidi.) nolens, & præter conſilium. Quæ tua fuga?) Nam occiſo Cæſare, abiectis Conſulatus inſignibus, & mutata ueſte, delituit Antonius, ac mox prodijt, cum nihil hoſtile fieri audiſſet, & ſe in Capitolium recepiſſe coniuratos: ad quos filium pro obſide miſit, ut deſcenderent hortatus. quæ prius ſunt à nobis dicta. Eorum.) coniuratorum: ſed in primis Bruti, qui Antonium occidi uetuit. Similem tui.) ad naturã & mores rediturum. In ædem Telluris.) ubi habitus eſt Senatus de præſenti rerum ſtatu, ac Repub. componenda. Actum.) præſentibus interfectoribus, qui miſſis in Capitolium obſidibus deſcenderant. Subitò.) quia Rempub. & libertatem defendebat Cicero. Quòd tibi inuideris.) fuiſſes enim in Repub. cum omniũ gratia princeps, niſi ad tyrannidem animum conieciſſes, & ſempiternam laudem tibi uindicaſſes. Mentem.) conſilium & uoluntatem.

Per obſidem puerum nobilem.) per filium M. Antonij, etſi Lepidi quoq; filium in Capitolium pro obſide miſſum legimus. & nobilem inquit Cicero, ironicè, ſequitur enim, Bambalionis nepotem. Non diuturni magiſter officij.) quia timor facit nos in officio eſſe, ſed non diuturno. Quæ dum timor abeſt.) quæ ſemper comes eſt, niſi cum times. Tua illa pulchra laudatio.) ironicè, quam in Cæſaris funere habuit Antonius. qualis autem fuerit, apud Appianũ licet cognoſcere. Cum Cæſarẽ laudaſſet Antonius, eiusq; indignam mortem deploraſſet, acerbè in interfectores inuectus, ſtudium uerò populi in celebrãdo funere laudaſſet, ac iuſiurãdum recitaſſet, quo Cæſari fidelitatem erant polliciti, uehementer circunfuſam multitudinem commouere uiſus eſt. Cum autem imaginẽ Cæſaris, quæ machina quadam circumagebatur ex cera facta, ad caput iacentis poſita, & uulnera illa quib. eſt confoſſus, præ ſe ferens quidam ſuſtuliſſet, ſeſe continere uulgus ulterius non ualuit. cadauer in rogo cremandum reliquit, ad interfectorum ædes cucurrit. Cinnam quendam tribunum, nominis ſimilitudine deceptum, & Cinnam illum eſſe ratum, qui Prætor in occaſum Cæſarẽ fuerat inuectus, trucidauit. Domum L. Bellieni Senatoris combuſſit. à Dolabella altero Conſule ægrè repulſum. Fugêre ex urbe percuſſores, ac in prouincias pleriq; abiere à Cæſare uiuo decretas. Illa miſeratio.) cũ ueſtem à pectore diſcidit, & in lachrymas conuerſus. Cæſaris corpus nudum protulit, et eius uulneribus proſciſſam ac ſanguine fœdatã ueſtem. Semiuſtulatus.) Accenſa Antonij oratione & actione diſcurrere cœpit ad percuſſorum domos multitudo, ſic ut ſemuſtum cadauer relinqueretur. *Hoc uerbo & pro Milone uſus eſt, Infelicißimis lignis ſemuſtulatũ, nocturnis canibus dilacerandum reliquiſti. Vſtulare dicit autor obſcœni carminis: & buſtulatum Plautus. Fuligine abſterſa.) qua denigratus fueras in Cæſaris cremando cadauere, ut dolorẽ tuum populo indicares. Præclara ſenatuſcõſulta feciſti.) Hæc omnia ſunt prius dicta. Vænibant.) uendebãtur. Si hæc manent.) ac ſi diceret, ſi durant diutius quæ facit Antonius. Domeſticis nundinis.) mercatu ac foro quod domi agit, in quo omnia uẽdit. Vbi eſt.) Hãc pecuniam interceperat Antonius, ut eſt iam dictum. Funeſtæ.) ex bonis interfectorum & proſcriptorum redactæ. A tributis.) quæ uiritim pẽdimus. Vindicare.) ut immunes à tributis eſſemus. Non inſciente te.) ac ſi diceret, te conſcio & uolente. Sed unum egregiũ.) Deiotarus Tetrarcha Gallogræciæ & Paphlagoniæ, Senatui populoq; Romano amiciſſimus, & rex à Cicerone Senatus populiq; Romani nomine adiecta Armenia appellatus, in partibus fuit Pompeianis, & cum auxilijs in Pharſaliam uenit. Victo poſtea Pompeio, Cæſari ſatisfecit. equites quos imperauit, & pecuniam miſit. diuertentem apud ſe in Luceio caſtello, cum aduerſus Pharnacem proficiſceretur, hoſpitio ſuſcepit, rurſumq; poſtulatam pecuniam Cæſari numerauit. Accuſatus deinde eſt à Philippo quodam medico ſeruo ſuo, Caſtore nepote ſubornante, & aliorum criminum, & quòd diuertentem apud ſe C. Cæſarem occidere cogitauerat. Cicero præclara illa oratione, quæ eſt in manibus, defendit. Cæſar indignatus, Deiotarum ad ueterem Tetrarchiam redegit: adempta Media, & quibuſdã Græcis qui comitati in bellis eum fuerant, tradita: ac item Armenia ablata, quam Senatus conceſſerat. Cæſare mortuo, quicquid ereptũ fuerat, illico recepit. Sed Antonius cum Legatis eius qui Romæ erant, inſcio tamen Rege, & Regis hoſpitibus (quorum unus erat Cicero) diſſuadentibus, pactus eſt, ſi certam pecuniam acciperet à Deiotario, edictum ſe prolaturũ, quo adempta, ex Cæſaris uoluntate reſtituerentur. Inſectatur hoc & irridet Cicero: &, meditere, inquit, Antoni de ſyngrapha, hoc eſt de cautione per tuam & contrahentium tecum Legatorum ſcripturam facta: nam quæ amiſerat Deiotarus, ea recepit, & ſine ullis Cæſaris commentarijs tenet, et iure quidem tenet: quod oſtendit Cicero. Propoſito.) in pariete, ut ab omnibus legi poſſet. Huic ordini.) Senatorio. Maßilienſibus.) quos uehementiſſimè odit Cæſar, quòd in partibus Senatus & Pompeij fuiſſent, quòd obſidionem & extrema omnia paßi eſſent, id quod & Lucanus ſcribit, & legitur in Cæſaris commentarijs. Hinc poſtea triumphans Cæſar portari in triumphi pompa etiam Maßiliam uoluit, etſi minus licebat, quòd ſocia ſemper fuerat populi Romani. Hinc illa Ciceronis in Officiorum libris lamentatio: Itaque uexatis & perditis exteris nationibus, ad exemplum amißi imperij, portari in triumpho Maßiliam uidimus: & ex ea urbe triumphari, ſine qua nunquam noſtri imperatores ex tranſalpinis bellis triumpharunt. Plura de Maßilia, quæ Narbonenſis prouinciæ metropolis quondam fuit, commentario quarto Strab. ſcribit.

Tetrarchiam.) Gens quæ unius eſſet linguæ, diuiſa olim in parteis quatuor, in totidem ſciſſa dicebatur tetrarchias: quare ſingulæ ſuum habebant tetrarcham, & iudi-

cem

cem et ephorū tetrarchæ ipſi ſubiectos. autor Strab. Hæc uiuus eripuit.) ſi uiuus eripuit, nunquā reddidit mortuus.

Qu:bus uerbis?) frequens erat in decreto quod Antonius fixerat ex cōmentarijs, ut dicebat, Cæſaris, æquū eſt reſtitui: Deiotaro Armeniam, non iniquum Mediæ tetrarchiā reddi: & ſimilia. quam uerborum complexionem, hoc eſt implicationem deridet Cicero. Affui.) ſemper defendi.

Aequum dixit.) Quoniam etſi defendebat crimen Deiotarus, deprecatione tamen utebatur: fateor, dicebat, peccaſſe, nec æquum quicquam poſtulare à Cæſare: & tamen ut ignoſcat poſtulo: & quæ peto, pro ſua ſumma humanitate concedat. HS centies.) ſic pactus cum Deiotari Legatis fuerat Antonius, ut centies daret ſeſtertium. Regis hoſpitum.) quos plures Romæ habebat: Cicero enim & Pompeius hoſpites fuere Deiotari. In Gynæceo.) locus domi eſt ubi ſolæ uerſantur mulieres: ſicuti Andronitis, ubi uiri. γυνὴ mulier eſt. Venere.) uenditæ ſunt, & quotidie uenduntur. Suo Marte.) ſua auctoritate & robore, in prouerbio eſt. Nemo iure conſultus.) nemo à te de iure interrogatus. duæ hic partes, iure conſultus. Ne iſte quidem.) Sex. Clodium (ut opinor) intelligit rhetorem, cuius conſilio hæc faciebat. Auctorem.) Cæſarem. Quorum imitatores.) Nonnulli ex Antonij ſectatoribus chirographa ab eo propoſita in multorū beneficium imitabantur. nam & ipſi ſcribebant, & uenalia proponebant in publico, ut qui uellent, hoc uel illud beneficium emerent: non aliter quàm gladiatorum libelli proponi ſolent, in quibus nomina continentur eorum, & patriæ atq; ætas, cuius item ſint, ut ſciant qui emere aut conducere uolunt. nam ædiles & Prætores munus edebant gladiatoriū: & Aedilis Cæſar ludis & reliquæ munificentiæ adiecit gladiatorium munus aliquanto paucioribus quàm deſtinauerat paribus. nam cum multiplici undique familia comparata aduerſarios exterruiſſet, cautum eſt de numero gladiatorum, quo ne maiorem cuiquam Romæ habere liceret, ut Tranquil. ait. Vel libellos, gladiatorum compoſitiones. Cicero in Epiſtolis ad Cælium: Quid enim? me hoc tibi mādaſſe exiſtimas ut gladiatorum compoſitiones? Nam libellus etiam duorum pluriūmue ſignificat pactionem. Ouid. Dum loquitur, tangitq; manum, poſcitq; libellum. Poſſumus etiam eos accipere libellos, in quibus pugnæ gladiatorum erant deſcriptæ, quibus legendis uulgus oblectabatur. Venales autem ab his qui inde lucrum quærebant, circumferebantur. Appendantur.) quod fieri ſolet quoties maximus numerus eſt. Priſci cum ſignata adhuc pecunia non eſſet, pendebant æs, non numerabant: hoc graue uocabatur, ſicut quod numerabatur, ſignatum. unde pendere tributa, & pendere pœnas. Poſt M. Brutum.) qui Proconſul Cretam obtinebat. Ne prouincia.) ut deſineret tributum pendere, & libera eſſet, nec amplius prouincia & uectigalis haberetur. Conſtringendus.) arguendus & conuincēdus hoc decreto quod tu dicis Cæſaris eſſe. Dicebat enim Antonius Cæſarem hoc decreuiſſe. Et dic mihi, inquit, Antoni, Creta non potuit liberari uiuo Cæſare, ſi hæc Cæſaris uoluntas fuiſſet? nam ad Brutum quidem tunc nihil pertinebat. cur ſtatim poſtquam illinc diſcederet Brutus, liberam eſſe uoluiſti? Certè apparet neque cogitaſſe neq; uoluiſſe hoc Cæſarem: ſed id agitur P.C. ut hoc decreto Antonius à Cretenſibus pro immunitate pecuniam accipiat, Reſpublica Cretam prouinciam amittat.

Omnino.) nihil quiſquam uoluit emere, quod hic nō fuerit paratus uendere. De exulibus.) Legem propoſuerat, qua exulibus ſub certa pecuniæ pactione reditus liber eſſet in patriam. Cicero non dolere ſe dicit quenquam reſtitui in patriam: ſed id ferre permoleſtè & reprehendere, quòd idem pari conditione omnibus reditus patet, cum diſpar cauſa exilij fuerit. Et inquinatos.) confuſos, commixtos ac uelut fœdatos, tanquam par omnium fuerit cauſa. Simili.) in qua reliqui reſtituti. Loco patrui.) C. Antonij, qui fuit in partibus Pōpeianis, & idcirco exul à Cæſare factus: de cuius reditu ferre diſtulit Antonius, cū de alijs Cæſare occiſo referret. eundem reſtitutum poſtea Antonius ad cenſuræ petitionem impulit, ſubornatis uiliſſimis & indigniſſimis quibuſdam qui competitores fierent: id quod & riſus hominum mouet, eiuſmodi perſonas cenſuræ candidatos fieri: & querelas, quòd uir clariſſimus & Conſularis honeſtiſſimus ſic ludibrio eſſet Antonio: & tamē haberi ea comitia poſtea non eſt paſſus. Comparaſti.) conſtituiſti dedita opera. Fulmen ſiniſtrum.) Fulminibus, quid aut faciendum eſſet, aut cauendum, moneri ſe à Ioue putabant homines. Siniſtrum fulmen uitium erat comitijs. Cicero lib. 2. de Diuinatione, Comitiorum ſolum uitium eſt fulmen, quod idem omnibus reb. optimum auſpicium habemus, ſi ſiniſtrum fuerit. Cum ſis religioſus.) Quoniam Augur tu es & religioſus, tuos auſpicijs ſubeſſe non exiſtimas, & te ac tuos extra omnia auſpicia poſitos eſſe tibi perſuades. ironicè autem loquitur. In ſeptemuiratu.) Petierat C. Antonius Septemuiratū, M. Antonio ad petitionē impellente. ab eodem repentè deſtitutus eſt. Septemuiri epulones dicebantur. ſeptem enim erāt collegæ in hoc magiſtratu quod ad ſacra pertinebat. Datū autem ijs eſt hoc nomen, quoniam indicēdi Ioui cæteriſq; dijs epulas poteſtatem haberent. auctor Pompeius Feſtus. Eorum filiæ à Veſtæ ſacerdotio excuſationem merebantur, quod A. Gell. tradit. Interuenit.) tanquam ad rem certam affuit. Quid metuiſti? credo.) Id ne metuiſti, ne non poſſes negare ſaluo capite, id eſt uiuus? ac ſi diceret, ne non poſſes negare quando uelles: quoniam quando uoluiſſes, negare omnino potuiſſes. Vel ſaluo capite, ſalua et integra fama. C. Antonij, quē idcirco adeſſe uoluiſti, ut maiore afficeretur dedecore, cum negare Septēuiratū ei integra poſſes fama. Sororē.) patruelē. Alia conditione.) alia uxore Calpurnia. Probri.) adulterij cū Dolabella.

Inſimulaſti.) accuſaſti. Tua cognitio.) quæ tu ſolus notaſti & nouiſti. Pacis cauſa.) id quod in prima Philippica eſt dictū. Si ſunt falſa.) Dianœa. Cū cōſilio.) alijs adhibitis. Percurſationē.) cū mortuo Cæſare ueteranorū colonias luſtraſti, ut eorū ſtudia tibi cōciliares. id quod feciſſet Antonius, niſi Octauius impediſſet. Capuam deducere.) ſcilicet coloniā. uoluit illuc coloniā deducere, ſed Cāpani prohibuere: et parū abfuit quin occideretur. non ergo adijt, ſed penè adijt: hoc eſt parum abfuit quin adiret. Vel Capua deducere, ueteranos ſcilicet, & ſecum ducere. Illud penè.) ut adeas & pereas, non penè adeas. Simile eſt illud Propertij, Quod quæris quare, non habet ullus amans. * Eſt autem hic ſenſus: Vtinā conere ut illud penè tollatur, & te interfecto, peregrinatio tua nobilitata ſit. id enim ſignificat quod 11. Philip. declarat: Veſtrū hoc conſilium Capua probabit? quæ temporibus his Roma altera eſt. illa impios ciues iudicauit, eiecit, excluſit. illi inquā urbi conanti è manibus eſt ereptus Antonius. Hieron. Ferr. Cui urbi.) quali, & quàm contra te iratæ

inſti uitur: ſed partim etiã ad Antoniũ deflecti: orationẽ: mox etiam Dolabellam adiungit: & utrunq; hortatur, ut iudicia populi ſequantur, & reipub. libertatẽ defendant. Maiores tuos.) Repetit, ut dixi, primũ exemplũ generaliter quod laudem habet. Fuit enim Antonij auus uir clariſſimus, cuius in Oratore præclarè meminit Cicero, loquentemq; eum introducit. Vt natum.) id eſt, ut poßis patriæ appellari pater: à cauſa finali. quare reſpub. rectè tibi gubernanda eſt? ut ciues gaudeant te eſſe natum. Vt enim dolet populus, cum magiſtratũ habet malum ſic etiã cum bonum nactus eſt, lætatur. Inde clarus aliquis & beatus eſſe, patriæq; poteſt appellari pater. Et populi.) Nũc utrũq; alloquitur, & ut iudicia populi quæ ex ſignis colligit, ſecuti, malint chari, quàm odioſi ciuibus eſſe, cohortatur. Signa quinq; ponit, quibus oſtendit populum fauere ijs, qui ſaluam ac liberã potius, quàm oppreſſam rempub. eſſe ſtudeant. O beatos illos.) [illegible] *qua populi uoluntatẽ amplificat, exemplis eorũ qui rempub. à tyrannide liberauerũt. Primũ ponit exempla Caßij & Bruti coniunctè: deinde Hircij ſeorſim. Aderãt tamen.) quomodo? ipſe exponit: in medulla & uiſceribus hærebant: metaphora* [illegible]. *Niſi fortè.) Occupatio ironica. Equidem is ſum.)* [illegible] *quæ* [illegible] *habet. Certe igitur nõ cõtempſiſti? Cõtempſi, inquit Cicero, ſed cum à popularibus ciuibus mihi tribuebantur. Cum uerò ab ordinibus omnibus, iudicaui non plauſus, ſed iudicia eſſe. ita diſtinguit plauſum tributũ alicui ab ordinibus omnib. à populi plauſu: & illũ ſignificat eſſe iudiciũ de alicuius uirtute. Sin hæc.) Poſtrema admonitio, quæ fit exemplo Hircij gratiosiſsimi cõſulis* [illegible]*, tractat autẽ hoc exemplũ primo loco* [illegible]*, id eſt, maiorũ atq; minorũ cõparatione: cui ſtatim ſubiungit* [illegible]*, conſtitutionem rei uniuerſæ,* [illegible]*: deinde perficit concluſionẽ* [illegible]*. Cœpi P. C.) Hic uerba perorationis ponit, quam* [illegible] *eſſe dixi, & habere finẽ præcipuũ* [illegible]*: propterea quod liberè de repub. ſententiã dixit. Vt enim reus maximè iudicũ beneuolentia opus habet, quam orator ubiq; ſtudet excitare: ita is qui conſilium dat, ſi benignè eſt auditus, facilius perſuadere potuit. Oſtendit autẽ in hac parte pulcherrimã uirtutẽ ſuã Cicero, ſolicitudinẽ de repub. nõ in hoc ſolum tempore, ſed etiã in futurũ: ac tria præcipuè facit: primũ dicit ſe fructũ ex reuerſione cepiſſe. deinde promittit reipub. ſuam operã ac ſtudium: tertiò concludit* [illegible]*. Reuerſionis meæ fructum.) pars prima. Cum fructu ſum reuerſus, quoniam nihil aliud ſpectaui quã reipub. libertatẽ ac ſalutẽ: de qua quid ſentirẽ liberè dixi. Quoniã dixi.) Duas cauſas oſtendit fructus ſui ex reuerſione. 1. quoniã liberè de repub. ſententiã dixi: quæ etiam cauſa fuit ut redirem. 2. quia ſum benignè à uobis auditus. Vt quicunq;.) Cauſa ſententiæ liberè dictæ fuit libertatis amantiß. Cicero, ne igitur neglexiſſe aliquid in repub. defendenda uideretur, reuertitur Romã, in ſumma trepidatione. & quid ſentiat de repub. liberè dicit, ut teſtimonium ſuæ erga illam uoluntatis atq; cõſcientiæ extaret. Et ſum à.) Altera cauſa quæ planè* [illegible] *eſt: habet enim ſignificationẽ animi grati & laudem ſenatorũ, quibus uirtutes tribuit cõuenientes, beneuolentiã, atq; diligentiã in audiẽdo. Quæ poteſtas.) Pars altera, in qua promittit ſtudium atq; operam ſuam reipub.* [illegible]*. Sine meo.) id eſt ſi nõ impedient me ſeditioſi ciues. Si minus.)* [illegible]*. Mihi ferè.) Pars tertia quæ cõcludit* [illegible] [illegible]*: ſunt enim ſententiæ* [illegible] *ad eos, ad quos dicit, accõmodatæ. Cõfirmat id quod dixit prius, nõ tam mihi me, quàm reipub. reſeruabo. Vel ad ætatem.) Duas uitæ cauſas ponit, unam ætatẽ, alteram gloriã: uerũ alias habet homo Chriſtianus non modò ueriores, ſed etiam præſtantiores, quos etiam ſummi philoſophi ignorarunt.*

IN SECVNDAM M. T. CICERONIS PHILIPPICAM

Fr. Maturantij Cõmentarius.

QVonam meo fato.) Hæc eſt ſecunda Philippica, quæ M. Antoniũ priore oratione uehementer cõmotum, ſic in Ciceronẽ accendit, ut leniri odij atrocitas poſtea nunquã potuerit. Exitij autẽ exitij et mortis Ciceroni cauſa, dicente etiam Satyrico poëta:

—Ridenda poëmata malo,
Quàm te conſpicuæ diuina Philippica famæ,
Volueris à prima quæ proxima.

Superiorẽ Cicero Antonio abſente in ſenatu habuerat orationẽ, qua ille irritatus inimicitias Ciceroni denunciauerat. Sed ea denunciatione nihil omnino deterritus eſt, nihil armati & potentißimi minas ueritus. Cum deinde 14. Calend. Octobris, quo die ſenatus habitus eſt, magna armatorum caterua ſtipatus in ſenatũ ueniſſet Antonius, & longa oratione, quã totos ſeptẽ & decẽ dies in Liburtino Scipionis meditatus fuerat, & poſtea edidit, in Ciceronẽ inuectus eſſet: in ſenatu & coràm reſpõdere cupientẽ amici retinuere, quòd & longè potẽtiora eſſent Antonij arma, & ad manifeſtũ tenderet interitũ. Sed dum hæc Romæ geruntur, C. Octauius adoleſcens hæres à Cæſare ex dodrante relictus, & in familiã nomenq; adoptatus, ex Apollonia rediit primũ omniũ Antoniũ paternũ amicũ ſalutatũ acceßit. facta pecuniæ patris mentione, quã Antonius tenebat, cũ adita hæreditate uiritim tricenos ſeſtertios, ut Cæſar legauerat, daturus eſſet. Verùm Antonius aſperari illum, & inſanum dicere, ac bonis carentẽ ſuaſoribus, quòd tam oneroſam adire hæreditatẽ uellet, ac nõ potius abſtineret. ſed neq; perſuadere adoleſcentẽ potuit, & inſtare ille pro pecunia uehementius cœpit. Antonius & iactare multa contumelioſè, & facere, donec petenti tribunatũ plebis, & aureã ſellã patris ſui ponenti, ducturus ſe illũ in carcerem, niſi ſolicitare plebẽ deſineret, minatus eſt. Qua cõtumelia irritatus Cæſar, ad Ciceronẽ contulit ſe, totumq; ei ſe permiſit & tradidit breuiq; per eum Senatũ ſibi conciliauit. Plebis uerò & ueteranorum ſic in ſe ipſe concitauit ſtudia, ut per omnes amicos de recõciliatione egerit Antonius: tandẽ congreßi in Capitolio, in gratiam redière, ſed ſimulatè quidẽ: nec multo pòſt maximæ inter eos rurſus exarſere inimicitiæ. uterq; ad legiones ſolicitandas per Italiã diſcurrit: ab utroq; præmijs ueterani ſunt allecti. Cicero ciuitatis eo tempore princeps, quacũq; ratione poterat, omnes in Antoniũ mortales concitabat: cuius factioni par iam uel ſuperior potius auſus eſt uenire in ſenatũ, & hanc orationem, qua omnem antè actam Antonij uitã carpit & lacerat, habere ipſo Antonio præſente, & audiente. Eſt autẽ in demonſtratiuo genere cauſarũ poſita. continet enim uituperationem. partim autẽ purgationẽ habet criminũ quæ obiecit aduerſarius: partim relationẽ. nam & regerit maledicta, & retaxat uehementißimè & acerbißimè inuectus. Omnis ab ipſo principio concitata eſt oratio, breuißimo qui-

mo quidem exordio. nam & reſpondet prouocatus. cum uerò ſe purgat, ſatis beneuolos auditores habiturus creditur: & indignatus eſt, ut continere ſe nequeat, quin erumpat quamprimum. Exordium per expoſitionem incõmodi factum eſt cum admiratione & indignatione. dicit enim neſcire ſe quo fato ſuo contingat, ut uiginti annis quicunq; reipub. hoſtes fuerint, etiam ſibi bellum indixerint. Argumenta à locis confutationis & purgationis prius, deinde turpitudinis ducuntur. His annis xx.) ac ſi dicat, à xx. annis uſq; huc. Indixerit.) denunciauerit. ſignificat autem L. Piſonem, Gabinium, Vatinium, Clodium, Catilinam, M. Antonium: in quos Ciceronis extant orationes. Magis autem reipub. quàm priuata cauſa odia cum illis & inimicitias exercuit. Illi.) in quos inuectus eſt Cicero acerbiſſimè, & quorum detexit ſcelera. Quorum facta imitere.) nam Catilinæ & Clodij ſcelera imitaris.

Exitum non perhorreſcis.) qui fuit fœdiſſimus & infœliciſſimus. In alijs.) qui mihi hoſtes fuere. Audacior.) quæ enim maior audacia, quàm contra patriam coniurare? Furioſior.) Magnus Clodij furor fuit, qui ut Rempublicã perturbaret, ſeſe adoptandum dedit cuidam plebeio Caio Fonteio, qui maior natu erat. Monſtri autem ſimile uidetur, ut pater maior natu filio ſit. Multas leges ſuſtulit, & in primis Heliam & Fuſiam, quæ agere cum populo prohibebant, niſi ſeruatum de cœlo eſſet Denuq; Cicero ſemper Clodij furorem uocat. Vltro.) tua ſponte, non laceſſitus à me. Ad ciues impios.) tui ſimiles, & eiuſdem furoris, ſi bono uiro & libertatis ac patriæ ſtudioſo hoſtis fieres. Quid putem?) Multas enumerat cauſas quibus impulſus uideri poſſit Antonius, ut tam acerbè in ſe inueheretur: multas refellit minus idoneas: unam ſubijcit ad extremum, quæ uera eſſe uidea tur. In uita.) in moribus. Gratia.) ciuium beneuolentia. Detrahi.) maledicendo minui aliquid eorũ quæ dixi mea, gratiam, ingenium. Mihi uni conſeruatæ.) Nam cum patriam à coniuratorum audacia liberaſſet Cicero, & de coniuratis ſupplicium ſumptum eſſet: alij urbis conſeruatorem, alij conditorem appellarunt: quòd uiuerent, quòd incolumes eſſent, uirtuti eius acceptum referentes. Marcus Cato patrẽ patriæ cenſuit appellandũ, quod in libera ciuitate ei duntaxat contigit. Hinc Satyricus ait poëta, Roma patrem patriæ Ciceronem libera dixit. Illud profectò eſt.) hoc eſt illud poſtremum quod probat. Patriæ.) quandoquidem quicunque à uiginti annis patriæ hoſtis fuit, idem & Ciceroni bellum indixit. Contra rem ſuam.) res ſic habet: Tres Antonio fuere uxores. Prima Marci Fundi Bambalionis filia. Secunda, C. Antonij Ciceronis in conſulatu Collegæ, quam adulteratam à Dolabella ſuſpicatus, repudiauit. Tertia, Fuluia, Caio Curioni antea nupta. Ex prima illa libertini generis filium ſuſtulit, quem pro obſide in Capitolium miſſum diximus. hæc inferius patebunt & in hac Philippica, & in tertia. De re pecuniaria lis fuit amico Ciceronis & domeſtico cum M Fundo Bambalione, homine libertinæ cõditionis, ſed locupletiſſimo: pro quo Cicero in iudicium ubi res agebatur, uenit aduocatus. Antonius iniquo animo tulit, & illa oratione quæ eſt in Ciceronem inuectus, queſtus fuit, contra rem ſuam, hoc eſt, ſoceri ſui, Ciceronem ueniſſe aliquando: quod Cicero nunc excuſat, & cur non uenirem, inquit, contra ſocerum tuum, alienum mihi, & cum quo amicitia aut conſuetudo non intercedebat, pro familiari, neceſſario, & quaſi domeſtico, contra Antonij fauorem & gratiam, quam nõ uirtute, ſed flagitio collegit? contra iniuriam, hoc eſt, iniquitatem iudicis, quam Antonij ſocer auxilio & fauore interceſſoris obtinuerat, cum præſertim etiam prætorio iure mihi uenire liceret? An ego non uenirem?) Interrogatiuè legendum. Gratiam.) fauorem & beneuolentiã hominum in Antonium. Non uirtutis ſpecie &c.) Virtutis ſpeciem dixit pulchritudinem & honeſtatem: unde ſpecioſa res dicitur honeſta & pulchra: ſic ait, quoniam ætatis florem ſubiungit. Significat autem rem fœdiſſimã, Antonium ætatis flore multorũ ſibi gratiam conciliaſſe. Egregia fuit forma, ardenter à Curionis filio dilectus: qui ut obnoxium magis ſibi redderet Antonium, in amores, libidines, uariosq; ſumptus impellebat, qua re grande æs alienum conflauit. Cumq; C C L. millia deberet, idem pro eo interceſſit Curio: pater uerò Curionis ægrè ferens, domo ſua prohibuit Antonium: qui ad Clodium prius ſe contulit, inde in Aſiam abijt. Cicero fœdiſſimè actam obijcit Antonio pueritiam, & ſe pluribus proſtituiſſe illum oſtendit.

Iniuriam.) iniquitatem iudicis. Iſte.) ſocer tuus. Interceſſoris iniquiſſimi.) aut Antonij, aut Curionis, qui magnam dicendo comparauit potentiam: iniquũ uerò quippiam contra Ciceronis amiciſſimum obtinuerat. Non iure prætorio.) ſcilicet uenirem? nam aut contra leges, aut dolo malo quippiam contra Ciceronis amicum ſtatutum à iudice fuerat, quod Prætoris edicto & iure ſeruari non conueniebat, id quod ſecutus eſt Cicero. quid id autem fuerit, imaginari potius licet, quàm certum aliquid tradere.

Infimo ordini.) Libertinorum. Cõmendares.) gratum redderes, & ad amorem prouocares. Libertini generũ.) te ſcilicet. nam libertini locupletis filiam uxorẽ duxit Antonius. Nepotes quoq; Fundi.) M. Fundi Bambalionis, & quoq; legendum eſt. Definiuntur autem in iure ciuili libertini, qui iuſta ſeruitute manumiſſi ſunt. At enim te in diſciplinam.) Et hoc obiecerat Antonius, quòd in Ciceronis diſciplinam ſeſe adoleſcens tradidiſſet. uolebat autem uideri obſeruaſſe Ciceronem. contrà Cicero negat factum: nec per Curionem, etiam ſi uoluiſſet & optaſſet, dicit facere licuiſſe. Nam ut obſequentiorem adoleſcentem haberet Curio, à uirtute abducebat, & ad omnem turpitudinem impellebat, quod eſt prius dictum. Næ tu, ſi id feciſſes.) certè ſi id feciſſes. Græca particula eſt, uim habet affirmãdi. Terent. in And. Næ iſte haud mecum ſentit. Auguratus petitionem.) Et hoc obiecerat Antonius, in petitione Auguratus ceſſiſſe Ciceroni ſe, hoc eſt petente Cicerone, honoris & beneuolentiæ cauſſa petere deſiſſe. Falſum oſtendit Cicero, quoniã ne petere quidem licebat Antonio Auguratũ: cum & deberet ccl. milia, & ſoluendo non eſſet. nam neq; petere auguratum, neq; augurem in demortui locũ nominari eos licebat, qui aut damnati eſſent de repetũdis, aut creditoribus ſoluendo nõ eſſent. ſic enim lege cautum erat. Et præterea Curio, cuius interceſſionibus id Antonius cõſequi poſſet, aberat Queſtor in Aſia. is enim Curio eſt, ad quẽ ſunt plures Cic. epiſtolæ in principio ſecundi libri epiſtolarum ad Lentulũ Augur Cicero in Craſſi locum cooptatus eſt, poſtquam ille perijt in Parthis, paulò anteq̃ Proconſul in Ciliciã proficiſceretur. Nominauerunt.) præſtantiſſimi uiri, & in ſua Repub floretiſſimi, Cn. Põpeius, & Hortenſius orator. Aut tum, cum es.) Tunc, inquit, cum factus fuiſti augur, unam tribum ad ſuffragia ferre & producere non potuiſſes ſine Cu

rionis auxilio: ac ſi dicat, non ſuppetebat tibi pecunia, qua unam tribum ambires. Fauore Cæſaris Iulij inquit Plutarchus inter augures cooptatum fuiſſe Antonium.

De ui.) *quòd ui pulſo competitore, ſuperiores fuiſſent pro Antonio laborantes.* At beneficio ſum uſus tuo.) *Et hoc obiecerat Antonius, ſuo uſum beneficio Ciceronem, quòd eum Brunduſij quum poſſet, non occidiſſet. ad quod reſpondet Cicero. Pompeio in Pharſalia ſuperato, quum Cato qui naualibus præerat copijs, & claſſem & exercitum Ciceroni committendum cenſeret, omneſq; ut acciperet, hortarentur, ac unum illum ſibi ducem in communi ſalute depoſcerent: ipſe conſtanter recuſauit, finemq; ſibi belli feciſſe, & in ocium properare palàm reſpondit. quod eius dictum ſic moleſtè quidam tulere, ut parum abfuerit quin occideretur. quare properè in Italiam reuerſus, ſtatuit Brunduſij Cæſaris reditum in Aſia & Aegypto commorantis præſtolari. Erat autem Brunduſij Antonius, qui Ciceronem, quòd in partibus fuiſſet Pompeianis, occidere potuit: quod obiecit, dicens ſuo eum beneficio uiuere, uixq; ſe eũ à Cæſaris militib. defendiſſe.* Semper præ me tuli.) *faſſus ſum ſemper, ac ſi ita ut dicis, eſſet.* Minus prudenti.) *rem ipſam ut eſt cognoſcenti.* Ipſe uictor.) *Cæſar.* Eũ tu occideres, quẽ ſaluũ Cæſar uoluiſſet?) *ac ſi dicat, minimè.* Quod ſi eſſet beneficiũ, nõ occidere cũ poſſis, quoniã beneficiũ nõ eſt: *illi quib. Cæſar nõ ademit uitã, cũ poſſet, nõ laudarentur quòd eũ interfecerint, ſed ingrati haberentur, & uituperarentur: ſed quia laudãtur, idcirco non adimere uitam, non eſt beneficium.* Illum) *Cæſarem.* Seruati.) *non occiſi, ut Brutus, Caßius, & reliqui, qui partes Pompeij ſecuti ſunt, quibus uictor Cæſar pepercit.*

Quàm miſerum.) *miſerum enim uideri debet, te hominem nefarium tantum habuiſſe licentiæ, ut ciuem optimum & præſtantißimum necare poſſes, ſi uelles.* De interitu Reipub.) *quæ interijt per te.* Ne ingratus uiderer.) *in te, qui non ademiſſe iactas uitam, cum poſſes.* In illa querela.) *quæ eſt in ſuperiore oratione.* Et quidem.) *& tamen nullus adeò temperans extitiſſet, qui de te conquerens abſtinere à maledicto poſſet.* Reliquias Reip.) *Propter interceptam pecuniã hoc ait, quæ fuerat ad ædem Opis: & propter quatuor millia talenta, quæ à Calpurnia Cæſaris uxore accepit.* Turpißimo mercatu.) *Tanquã in nundinis & mercatu omnia Antonius uendiderat, magiſtratus, immunitates.* Cum leges eas.) *ut Prætoriæ prouinciæ pluſquam annum, Conſulares pluſquam biennium obtinerentur, ut duabus decurijs tertia Centurionum adderetur, ut de ui & maieſtate damnatis liceret prouocare.* De te.) *nam uolebat Antonius licere ſibi prouinciam pro arbitrio ſuo retinere.* Interceßionẽ.) *Tribunitiã.* Suſtuliſſes.) *Conſulari poteſtate & auctoritate.* Omnes impuritates.) *omnes impuros & fœdos homines, aleatores, ganeones, ut mox dicetur.* Luſtris.) *Sunt & in ſyluis luſtra ferarum habitacula. Virg. Non abſunt illic ſaltus, & luſtra ferarum. & loca ſordida, atque occulta: in queis qui uerſantur, gulæ & luxuriæ operam dant: ac ipſa etiam lupanaria. Plaut. in Aſin. Luſtris ſtudet.* Confectus.) *conſumptus, exinanitus.* Cum M. Craſſo.) *Hic eſt M. Craſſus ille diues, qui perijt in Parthis, cum quo Ciceroni graues & diuturnæ fuerunt inimicitiæ. Earum uerò extitit cauſſa, quòd cum Catilina coniuraſſe eum Cicero inſimulauit: & in oratione quam de Conſulatu ſuo habuit, Craſſum ad ſe noctu ueniſſe retulit, epiſtolã à Catilina miſſam tenentem, qua illum quaſi conſcium ad confirmandam coniurationem hortabatur. Quòd uerò in Ciceronem æquior eſſet Craſſus, ac non apertè inſectaretur, filius cauſſa extitit: qui ſtudiorum gratia Ciceronẽ ſectabatur, & ſic obſeruabat, ut eo damnato ueſtẽ mutauerit: idq; ut cõplures nobilißimi adoleſcentes facerent, ſuaſerit. Tandẽ uerò patrem etiam reconciliauit Ciceroni.*

Tum.) *quãdo habuit primã illam orationẽ quæ hanc præcedit.* Vitæ cõmunis.) *ac ſi diceret humanæ conſuetudinis, quam ſequi ſolemus. non enim ſi quid ſcriptum aut dictum eſt nobis ab amicis prius, id cum inimici euadimus, diuulgare debemus.* Nec prudens quiſpiam facere auderet.) *nam ſi hoc fieret, abſtinerent homines loqui multa cum amicis aut ſcribere abſentes: quippe qui dicerent, ſi fortè inimicitiæ inter nos exorirentur, quicquid dixero aut ſcripſero, propalabitur.* Aliqua offẽnſione.) *id eſt ſi qua offenſio interuenit, ſi diſplicuerunt.* Vitæ ſocietatem.) *ut ad amicum non audeat quiſquam ſcribere aliqua de re, ſi dubitat eum aliqua offenſione interueniente proditurum.* Inepta.) *ut ioci & dicta faceta, ambigua, & obſcœna nonnunquam, qualia ſunt in Cic. epiſtolis illis ad Pætum, & alios nonnullos.* Seria.) *de Repub. ſed non diuulganda, quãdo periculum eſt inde ei qui ſcripſit, ut cum tempora accuſamus, & principes carpimus.* Sit hoc inhumanitatis tuæ.) *id eſt imputetur inhumanitati tuæ, cum ſic ſis natus: ſed uos P. C. incredibilem ſtultitiam uidete, & conſiderate.* Homo diſerte.) *Ironicè.* Vt tuis, inquit, uideris.) *operis & aſſeclis, hominibus impurißimis & ſceleſtißimis.* Muſtellæ Tamiſio, Tyroni.) *quos & inferius cõmemorat. Ij uini exhalandi, non acuendi ingenij cauſa declamare dictitabantur: quod pòſt dicetur.* Inter ſicarios.) *Quaſi iocatur Cicero, & tamẽ uerũ obijcit crimen Antonio, quòd & ipſe & operæ eius obnoxij eſſent legi de ſicarijs, quoniam armati uenerant in Senatũ. Lex uerò Cornelia de Sica, homicidas ultore ferro perſequitur, uel eos qui hominis occidendi cauſa cum telo ambulant. Sica uerò eſt, quicquid teli hominis occidẽdi cauſa fertur.* An chirographo.) *ipſa manus meæ ſcriptura.* In quo habes &c.) *in effingendis ſcilicet chirographis, & ſcriptura manus alicuius ac characteribus, ex quibus magnum capis fructum in adulterinis literis & teſtamentis.* Qui poßis?) *quaſi dicat, nõ uideo. nõ enim ſunt meæ, ſed librarij mei manu.* Iam inuideo &c.) *Et hic iocatur, ſed cũ felle & acri reprehẽſione: Curioni dicit inuidere ſe, qui nihil Antonium ſapere docuit tanta mercede: ei enim ſe ſubſtrauerat Antonius, ut eſt dictum.* Omne autem tuum crimen eſt.) *omnis in tali re tua accuſatio eſt, & in hoc me criminaris.* At ego tuas literas.) *Literæ Antonij quas hic ſignificat, ſic incipiunt: Occupationibus eſt factum meis, & ſubita tua profectione, ne tecum coràm de hac re agerem: quam ob cauſam uereor ne abſentia mea leuior ſit apud te. Quòd ſi bonitas tua reſponderit iudicio meo, quod ſemper habui de te, gaudebo. A Cæſare petij ut Sextũ Clodiũ reſtitueret. Impetraui. Erat mihi in animo etiam tum ſic uti beneficio eius, ſi tu conceßiſſes: quo magis laboro, ut & tua uoluntate id per me facere liceat. Quòd ſi duriorem te eius miſeræ & afflictæ fortunæ præbes, non contendã ego aduerſus te. Ex hac M. Antonij epiſtola ſatis liquet quem de exilio reducere uelit, & quẽadmodũ inuito Cicerone adiuret ſe nihil eſſe facturũ.* Quẽdã de exilio reducere.) *P. Clodij filiũ intelligimus: quẽ exulẽ reducturus*

Antonius

Antonius ſcripſit ad Ciceronẽ prius, ſe illũ niſi Cicero annueret, nõ reuocaturũ. Quid enim me interponerẽ audaciæ tuæ.) ac ſi diceret, facturus omnino fueras, uellem nollem ego. Huius ordinis.) Senatorij. Cæſaris lege.) quam in actis & libellis Cæſaris tu ipſe eſſe dicebas. Meam gratiam.) meũ beneficium. Lege lata.) Si Cæſar tulerat ut P. Clodij filius reſtitueretur, neq; Ciceronis cõſentientis, neq; Antonij reuocantis poterat beneficiũ eſſe. Attente.) quo nam magna & uera in illum dicam. Modeſtiam.) in uita & morib. Oblitũ eſſe putetis mei.) conſuetudinis meæ. Vel quòd ita factus eſt Conſul.) Cæſar Antoniũ ſibi collegam aſſumpſit. Cæſaris ergo arbitrio, nõ populi ſuffragijs factus eſt Conſul, non lege, nõ more: ideoq; ait Cicero, Vel quòd ita factus eſt Conſul. Statuerat autem Cæſar ſe magiſtratu abdicare, ita ut in locum ſuum Dolabella ſubrogaretur. quod prius eſt dictum. Re ueſtra.) uobis enim & publicæ utilitati, non meæ & priuatæ, ut Antonius ſuæ, Conſul fui: nec quicquam, niſi ex ſenatus autoritate geſsi aut conſtitui, cum omnia Antonius ex libidine agat. Tu homo ſapiens.) Ironicè. Fatum.) ut quemadmodũ ille, pereas. C. Curionem.) qui in Libyam contra Attilium Varum, qui pro Pompeio ductabat exercitũ, & Iubam Maurorum ac Numidarũ regem, qui Varo obſequebatur, cum duabus miſſus legionibus, pugnans apud Bragadam fluuium, cum omnibus qui unà erant trucidatus eſt: quod Appianus & Lucanus ſcribunt pluribus. Domi tuæ.) ut omnes ex iſta familia ferro pereatis, ſicuti & auus tuus perijt. Fatale.) peſtiferũ. P. Seruilio.) Is eſt qui Iſauros in Cilicia domuit, & Iſaurici cognomen reportauit. Lucio Catulo.) Quintũ Catulum potius legendũ puto, qui conſumptum incendio Iouis templum in Capitolio & refectũ dedicauit. Duobus Lucullis.) Lucio & Marco. uterque conſularis fuit. Lucius ætate Põpeio grandior, res præclaras cõtra Mithridatẽ geſsit, & ingentes poſſedit diuitias.

Marco Craſſo.) illi diuiti. Quinto Hortenſio.) oratori præſtantiſsimo. C. Curioni.) patri, cuius & alijs in locis, & in libro meminit de Claris oratorib. Deceſsit is nõ multo antè quàm in Ciliciam proficiſceretur Cicero. Marco Lepido.) qui fuit triumuir. C. Piſoni.) qui frater fuit Lucij Piſonis ſoceri Cæſaris. M. Labeoni.) is Iureconſultus fuit, cum Cæſare in Gallia militauit, & tamen in ciuilibus bellis Pompeiũ eſt ſecutus. L. Volcatio.) Huius meminit in Epiſtolis. C. Figulo.) Ad hunc multæ ſunt Ciceronis epiſtolæ. fuit autẽ eruditiſsimus. D. Syllano, & L. Murænæ.) Horũ et Salluſt. meminit in Catilina. Placuit M. Catoni.) qui conſularis non fuit, ſed prætorius. M. Cato, qui ſe Vticæ occidit, ne Cæſarem uictorem, patriamq; ſeruientem uideret, & illi ſupplicare cogeretur, ac pro his rebus gratias agere, quas contra leges & per iniuriam feciſſet: quemadmodũ ipſe L. Cæſari inquit, Cæſaris propinquo: qui à trecentis qui contra Cæſarem ſæuierant, pro uenia & ſalute impetranda ad uictorem mittebatur. Cn. Pompeius.) qui cum primùm ex Aſia ſeſe in urbem recepiſſet, gratias Ciceroni egit, fruſtra ſe affirmans triumphum reportaturũ fuiſſe, niſi urbs à Cicerone ſeruata eſſet, in qua poſſet triumphare. Ex Syria.) quam prouinciam populus Rom. fecit, cum & Iudæam ſubegit direpto Salomonis templo, & Ariſtobulo Iudæorum rege capto. Vt parenti.) M. Catonis ſententia pater patriæ eſt appellatus, quod diximus. Acceptum referret.) à ratiocinantibus & rationibus, hoc eſt, ſupputationibus tractus eſt ſermo: in quibus cum pecuniam creditam accipimus, acceptam referre dicimur: cũ uerò reddimus, expenſam. Ad quos.) uiliſsimos & nefarios. Audiendi ſunt.) & oſtendit quo pacto quaſi per dialogũ. uox enim eſt cuiuſpiam interrogantis cur in ſenatũ aut forum nõ deſcendat Antonius: cui reſpondetur.

Dat natalitia.) dat facultatẽ celebrandi natales dies in hortis ſuis, & ipſe intereſt. Neminem nominabo.) cui det. Sed putatote eum.) cogitate uos ipſi, & diuinate. Phormioni.) Phormio & Gnatho perſonæ ſunt paraſitorum Terentianæ. Alter in fabula cui nomen dat, alter in Eunucho introducitur. Ballioni.) Ballio lenonis nomen. is in fabula eſt apud Plautũ, cui nomen Pſeudolus. Tuus uidelicet.) Hæc Antonij fuerant uerba, quæ eleuat & contemnit Cicero. Scilicet & uidelicet deriſum indicant cum amaritudine quadã permixtũ, ut Terentius: Id populus curat ſcilicet. In eo templo.) Cõcordiæ, ubi habitus eſt ſenatus, quod pòſt apparet, quãdo in Ciceronẽ dixit Antonius. aut certè in Curia, quæ ſacra erat. nõ enim in ſacro loco haberi ſenatus poterat. Vergil. Hoc illis curia templũ. Cliuum Capitolinũ.) qui ducebat ad Capitolium ex Romano foro. Vt illa credo.) Hæc ironicè ait. ideo cliuum inquit Capitolinum armatorum ſeruorum plenum fuiſſe, ut tunc illa Senatuſcõſulta de coniuratis fierent, cum uim ſenatui afferebam, & ita ut uolebam ſentire illum cogebam. quod in diuerſum accipiendum eſt: nam & ſalutaria referente Cicerone Senatuſcõſulta facta ſunt, quibus liberata ab interitu reſpub. & puniti nefarij homines coniurati. Præter te.) qui Catilinæ perſimilis minimè affuiſti, quaſi iniquo animo ferres talia in Catilinam ſtatui. Quis nomen nõ dedit?) interrogatus ità ne cenſeret, & quaſi profitens ſe in ſenatus uoluntate futurum. nam militaturi unà cum aliquo conſule ſeu imperatore, nomina dabant. Conſciorũ indicijs.) Hæc omnia apud Criſpum. Haberet ducem.) me. Ad ſepulturam.) hoc quid ſit, prius eſt dictũ.

P. Clodius.) cum accuſator Ciceronis ad populũ multa obiecit: ſed illud in primis, quòd de indemnatis ciuibus Romanis ſupplicium ſumpſiſſet. Diſciplina.) educatio. Quanta tecũ eſſet contentio.) dum minus cohærẽtia dicis, et à te ipſo diſſentis. Eum.) me. Eos.) Senatores. In cella Cõcordiæ.) templũ Concordiæ in cliuo fuit Capitolino nõ procul à Iunonis Monetæ templo, quod illic fuit ubi domus M. Manlij in Capitolio, qua diruta ædes Iunonis eſt extructa. Furius Camillus uouit bello Veientano, & poſuit. Ouidius autor in Faſtis. Cella uerò pars templi eſt, ubi res diuina fit, ubi ſimulacrũ numinis, circa quam præcinctiones columnarum. & in cellam ingredi omnibus fas non erat. Ab Ityreis.) Ityrea regio eſt Palæſtinæ Iudææ, in qua Antonius ſub Gabinio cõſule meruit, unde etiã multos abduxit, quibus poſtea utebatur ſeruis & miniſtris. Sunt item Ityrei uicini Parthis & Arabibus, montanam incolentes regionẽ, homines malefici. Verg. optimos arcus ſignificare uolens, Ityreos dixit in Georg. Ityreos taxi torquentur in arcus. Alteri.) mihi. Salutaria.) quæ ſalutẽ attulerunt. At etiam quodam loco facetus eſſe uoluiſti.) Nam quaſi per iocũ, Ciceronis recitauerat uerſum, Cedãt arma togæ. Salis.) facetiarũ. Terent. Qui habet ſalem, quod in te eſt. Ab uxore mima.) Antonio fuit uxor & eadem ſoror C. Antonij filia, Ciceronis collegæ in Conſulatu, quam à Dolabella adulteratam ſuſpicatus repudiauit, & Fuluiam accepit, C. Curioni prius nuptã: quæ ſic imperium in uirum exercebat, ut ei ſe gratiam habere

bere aliquando Cleopatra dixerit, quòd ita inſtitutum ab ea accepiſſet Antonium, ut uxoribus eſſe obnoxius didiciſſet. Hic Volumniam intelligit mimam, quæ ueluti uxor Antonio erat: et quam tanquam nurū mater Antonij ſequebatur, ut mox dicetur. Succiſiuis operis.) Quidā tex. hoc nō habent. Succiſiua tēpora uocat Plin. ſunt aūt quæ à rebus neceſſarijs ſuccīſa ſunt, & ab illo tempore quod alicui certæ rei deſtinatum eſt, diuiſa, ut horæ nocturnæ quietis. Cic. lib. de Legibus, Succiſiua quædā tempora incurrunt, quæ ego perire non patior. A. Gellius: Quātum autem uitæ mihi deinceps deûm uoluntate erit, quātumq; à cura & à re familiari, procurandoq; cultu liberorū meorum dabitur ocium: ea omnia ſucciſiua & ſubſecundaria tempora ad colligēdas huiuſmodi memoriarū delectatiunculas conferam. Meo conſilio interfectum.) Id quod alij quoq; Ciceroni obiicere, eius cōſilio et impulſu à Milone occiſum Clodiū. Cum tu illū.) Antonius ducēta quinquaginta millia debebat: pro quib. cū interceſſiſſet Curio, cuius erat ſcortum, Curionis pater ægrè ferens, domo prohibuit Antonium. is ſe ad P. Clodiū contulit: nec multò pòſt ortis inter ipſum & Clodium inimicitijs, in Aſiam abijt.

Oppilatis.) direptis. Nam tabernam illam librariam in qua delituit, fugiens Clodius Antonium, etiam oppilauit. Eſt autē oppilare & compilare, furari, ſed ita, ut ne pilus quidem remaneat. uel quoniam milites quæ rapiunt, in pilæ figuram conferunt, ut ait Pedianus. Fauiſſe.) contra Clodium. Rem tranſegit.) Clodium occidit in uia Appia. Scilicet is animus.) quaſi reip. cauſſa occiderit Clodium Milo: quod in illa oratione nititur probare quæ pro Milone extat. At lætatus ſum.) Diluit et hoc quod obiecerat Antonius. In tanta lætitia.) quæ fuit publica occiſo Clodio. Quæſtio.) Lege Pōpeij, qui tulit ut de cæde in Appia uia facta quæreretur. erat autem tum ſolus Conſul Pomp. ut Cicero & Pedian. Non ſatis prudenter illa &c.) Nam ueteri lege 12. tab. de morte hominis quæſtio conſtituta eſt. Nemo in me dixit.) me ſuaſore aut impulſore cæſum Clodium. Quod uerò dicere auſus es.) Diluit obiectum ab Antonio, qui dixerat Ciceronis culpa ciuile bellum exortū. Temporibus.) quid enim quibus egerim temporibus, ignoraſti. M. Bibulo.) qui collega fuit Cæſaris in conſulatu: in quo ſic impotenter Cæſar ſe geſſit, ut uenire Bibulum in ſenatum prohibuerit, & communem magiſtratum penè ſolus adminiſtrauerit. hinc duo illi uerſus iactati, Non Bibulo quicquam nuper, ſed Cæſare geſtum eſt. Nam Bibulo fieri Cōſule nil memini. Tunc inita eſt concordia inter Cæſarē, Pompeium, & Craſſum: pro quorum arbitrio gubernabatur Reſpublica. Et Lucanus ait, Tu cauſa malorum Facta tribus domini communis Roma. Pompeius Cæſari tradidit.) eius filia Iulia in matrimonium accepta. Vnū, ne quinquennij &c.) Poſt primum Conſulatum, ſocero L. Piſone, genero Cn. Pompeio ſuffragantibus Galliā Ciſalpinam initio lege Vatinia cum Illyrico, mox per Senatū Comatam quoq; accepit in quinquenniū, & cū imperio. Sed cum L. Domitius Conſulatus candidatus adempturum ei exercitum minaretur: cum Craſſo Pompeioq; Lucam urbē prouinciæ ſuæ accitis effecit ut detrudēdi Domitij cauſa alterum peterent Conſulatū, & ſibi in alterū quinquennium imperium prorogaretur. Cicero quantum in ipſo fuit, Pompeio perſuaſit id ne fieri pateretur. Alterum, ne pateretur fieri.) Iam annos nouē Galliā cum imperio tenuerat Cæſar, cum Marcus Marcellus Conſul ad Senatum retulit ut Cæſari ante tempus ſuccederetur, quoniā bello confecto pax eſſet, ac dimitti deberet uictor exercitus. Et ne abſentis ratio in comitijs haberetur.) Miſerat enim centurionem quendam Cæſar, qui conſulatum ſuo nomine, & tempus prouinciæ prorogandum peteret: quem egredientem curiam Senatu, auditis quæ acta erant, poſita ad enſis capulū manu dixiſſe ferunt? At hic dabit, ſi uos abnuerītis. Pompeius autem legem tulerat de iure magiſtratuum: & eo capite quo à petitione honorum abſentes ſubmouebat, ne Cæſarem quidem acceperat, per obliuionem: ac mox lege in æs inciſa, & in ærarium condita, correxit errorem. Cicero duo hæc Pompeio ſuaſiſſe ſe non negat. Pacis.) concordiæ. Cum aduerſantib. Cæſari Marcello ac Lentulo Conſulibus, qui iam ab eo Pompeium penitus abalienauerant, id ageretur, ut & prouinciam & arma deponeret Cæſar, depoſiturum ſe libenter arma per Curionem pollicitus eſt, ſi id Pompeius quoq; faceret. nec multò pòſt literas ad Senatum miſit & populum, quibus petebat ut Ciſalpina tantùm Gallia Illyricumq; ſibi cum duabus legionibus cōcederetur. paulò antè è Cilicia reuerſus fuerat Cicero. utriuſque amicos orans, lenire Pompeium non deſiſtebat: ſed is cum cætera non abnueret, exercitum non concedebat. Ad id autem Cæſaris amicos impulerat Cicero, ut prædictis contenti prouincijs, et una tantum legione, inimicitijs depoſitis pacem agerent. ſed qui cum Lentulo ſentiebant, non ſiuere. Pacis quidem ſuaſor fuit Cicero, quod pluribus in locis ipſe ſcribit. Cæſarem meo conſilio interfectum.) Conſpiratum eſt in Cæſarem à LX. amplius, C. Caſſio Marcoq; et D. Brutis principib. cōſpirationis. nemo inter coniuratos Ciceronem tradit fuiſſe: & ipſe quodam loco dolet eius ſe rei conſcium non fuiſſe. Timuerunt fortaſſe lubricum in eo fidei, coniurati, cùm alijs cauſis, tum quòd à Cæſare & ab eius amicis fiebat plurimi.

Præuaricatorem appoſuiſſe uidear.) id eſt, dedita opera, aut ego in me dicere hortatus ſim: qui cum contra me dicere uideretur, tamen pro me diceret. Laudi enim ſibi fore exiſtimat, ſi inter Cæſaris interfectores & libertatis aſſertores nominetur. Præuaricator uerò eo differt à patrono, quòd is ea dicit quæ cauſæ conducunt: ille uerò ſe cauſam ſimulans defendere, quæ obſunt dicendo cauſam prodit. Alienis.) Bruti & Caſſij, & cæterorū qui quia tyrannum ſuſtulerunt, inſignem merentur laudem. Iactaſſe.) gloriatos eſſe. Partim obſcuris.) non ignobilibus, ſed qui nullum geſſerunt magiſtratum. Partim adoleſcentibus neminem occultantibus.) nam inter coniuratos adoleſcentes fuere Cæcilius & Bucolianus, Sextius Naſo, & alij nonnulli. eius aūt ætatis eſt nihil reticere. Impuliſſem ergo, inquit, Brutos, ſi conſcius rei fuiſſem, et neceſſe uiſum eſſet. Auctoribus.) Iu. Bruto qui reges exegit, & populi Romani primus libertatē peperit: & C. Seruilio, qui magiſter equitū iuſſu Q. Cincinnati Dictatoris Sp. Meliū equitē Ro. frumentum populo in magna penuria ſua impenſa largientē, & ob id factū conciliata ſibi plebe regnum affectantem interfecit: quod Liuius ſcribit 4. ab Vrbe condita. Vterque.) Vtrinſq; Bruti, M. ſcilicet & Decimi, paternum genus in Iuniū Brutū referunt: à quo ſunt, ut diximus, eiecti reges: ſed Seruiliæ matris M. in C. Seruilium Halam origo refertur. Plutarch. auctor. Alter.) Marcus. Quid C. Caſſius.) Familia Caſſiorum peruetuſta extitit. ab eo Caſſio originem duxit cognomento

Spu.

Spu qui conſularis regni affectati crimine damnatus, necatusq́; eſt. Ceteri fuere præſtantiſſimi, & libertatis ſtudioſiſſimi, ſed inſignes ſeueritatis, ut ille L. Caſſius, qui quoties alicuius iudicij quæſitor eſſet, in quo de homine occiſo quæreretur, ſuadebat iudicibus atq; præibat, cui perire illum fuiſſet bono. & ille item qui filiũ Tribunũ plebis, qui agrariã legẽ primus tulerat, ac multis pro rebus alijs popularibus animos hominum deuinctos tenebat, poſtquã illam poteſtatẽ depoſuit, adhibito propinquorũ & amicorum conſilio, affectati regni crimine damnauit, uerberibusq́; affectum necari iuſſit, ac peculiũ eius Cereri conſecrauit. Ipſe C. Caſſius, quod in Bruto Plutarchus tradit, ab ineunte ætate tyrannos oderat. Huius rei quam ſcribit Cicero, ipſe ſolus auctor, cum fugientẽ Pompeium perſequeretur Cæſar, & ad Helleſpontũ perueniſſet, triremiũ inopia ſcaphis exercitum traducere compulſus eſt. Caſſius uerò fortuna quadam triremium copia comitatus, obuiam factus eſt, cum ad Pharnacem properaret. Et quamuis aduerſus paruas naues magno triremium numero tutò depugnare poſſet, Cæſaris tamen fœlicitate conterritus, impetrata uenia ultrò illi & ſe & triremes omnes dedidit, quæ erant lxxx. Contigiſſe autem tunc arbitror ut Cæſarem occidere cogitauerit, cum ab Alexandria in Syriam & in Pontum tranſijt contra Pharnacem magni Mithridatis filium, quem quatuor quibus in conſpectũ uenerat horis, tota profligauit acie. ſimul autẽ & Caſſius erat. Siue his clariſſimis uiris.) M. & D. Brutis, & alijs plurimis. Ille.) Cæſar. Cydni.) Per Ciliciam decurrit: cuius auctore Solino incerta origo. alij ex monte Tauro naſci, alij ex Coaſpidis alueo defluere tradunt. per mediam fluit Tarſum, à qua tamen non procul eſſe eius ortum Strabo inquit: aquam uero rapidiſſimã frigidiſſimamq́;, & ea gratia hominibus ac beſtijs auxiliari, qui neruos craſſiores habent. Cn. Domitium.) L. Domitij filium, qui adoleſcens in coniuratione fuit. L. autẽ Domitius Prætor Cæſarem abeuntem conſulatu, quem aduerſus auſpicia legesq́; geſſiſſe exiſtimabatur, ad diſquiſitionem Senatus uocauit, & mox Conſul imperatorem ab exercitibus Gallicis retrahere tentauit: ſucceſſorq́; Cæſari per factionem nominatus, principio ciuilis belli ad Corfinium captus eſt. inde dimiſſus, Maſſilienſes obſidione laborantes cum aduentu ſuo confirmaſſet, repentè deſtituit, acieq́; demũ Pharſalica occubuit. Sed is quẽ Cicero nominat, filius, inter conſcios Cæſarianæ necis, quanquam inſcius, damnatus lege Plotia, ad Brutum Caſſiumq́; ſibi propinqua cognatione coniunctos tranſiuit. Claſſi præfuit, quam partibus profligatis Antonio ſponte tradidit, ſolusq́; omniũ ex his qui pari lege damnati erant, reſtitutus in patriam, ampliſſimos honores percurrit. poſtea ciuili redintegrata diſcordia inter Auguſtum & Antonium, legatus Antonio, & ſumma imperij ſibi commiſſa, ad Auguſtum tranſijt, & in diebus paucis obijt. Auunculi.) Pompeij, ex cuius ſorore natus eſt. Spoliatio dignitatis.) neq; enim ullam dignitatem eum adipiſci paſſus eſt Cæſar. C. Trebonio.) Is & Cæſaris partes ſecutus eſt, & in eius amicis ſemper fuerat. L. Tullius Cimber.) & is in amicis fuit Cæſaris. Duos Seruilios Caſcas.) Cognomento Caſcas duos fratres dicit, qui rectius Halæ quàm Caſcæ poſſunt cognominari, quòd progenitorẽ ſuum Seruilium Halam ſunt imitati. Alter ex Seruilijs.) C. Seruilius Caſca primus Cæſarẽ iuxta collum enſe percuſſit: in quem Cæſar conuerſus, eius apprehenſo gladio, Scelerate, inquit, Caſca quid agis? Ille autem fratrem uocans inquit, ἀδελφὲ βοήθει. Plutarchus. Ergo ego ſceleratus.) Meritò ſtultitiæ Antonium arguit Cicero, qui ſceleratum ipſum appellet, quòd uideatur conſcius coniurationis fuiſſe: cum Brutus interfector, quod nemo negat, honoris à te cauſa nominetur. Hic ſtupor.) hæc hallucinatio, atque hic error. Conſtitue.) irriſiuè. Tu, inquit, qui Conſul es, quẽ decet conſtantẽ eſſe, ſtatue utrũ bonã an malam cauſam uelis interfectorũ eſſe. Edormi.) dormiendo eijce & expurga. Terentianũ autem eſt. Ille enim ait: Ibo in angulum, ibi interea hoc uilli edormiſcam. Crapula uerò eſt ebrietas nimia, & capitis ob ebrietatẽ attonitio. κραιπάλην dicunt Græci. An faces.) quod attonitis fit & ſtupidis ac lethargicis. Ad punctum temporis.) Nam ſecundum Geometras & Euclidem, punctum eſt cuius pars nõ eſt. Quicquã eſſe medium.) tanquam tertium, & alterutrum, duntaxat homicidas, aut uindices. Patriæ parentẽ.) ſic dicebat Antonius, patriæ parentẽ Iuliũ eos occidiſſe: ſed tyrannus ille, nõ parens fuit. Tu homo ſapiẽs.) ironicè. Te referente.) te proponente. Legibus cautum erat, ne liceret Prætori Vrbano plus decẽ diebus abeſſe ab urbe. Antonius in ſenatu retulit, ut Bruto, quando rei frumentariæ eſſet præfectus, abeſſe liceret, & legibus ſoluit, nec uoluit illis eſſe obnoxium. Ludi Apollinares.) de quibus plura diximus in primam Philippicam. Prouinciæ.) Macedonia prius Bruto, Syria Caſſio conceſſa fuerat: ſed cum Antonius Macedoniam ſibi, Syriam Dolabella aſſumpſiſſet, & qui pro Caſſio & Bruto aderant, alias dari illis depoſcerent prouincias, Cyrene ac Creta Caſſio, Bithynia Bruto conceſſa eſt. Quæſtores additi.) qui in prouinciam ſequerentur. Iam retexo &c.) conuerto, in contrarium muto: & qui dicebam me inter coniuratos non fuiſſe, dico iam fuiſſe. In equum Troianũ.) in quo, quod aiunt Poëtæ, non niſi uiri principes clauſi ſunt. Cicero ait ex Iſocratis ludo ueluti ex equo Troiano innumeros principes exijſſe. Virg. Huc delecta uirûm ſortiti corpora furtim Includunt cæco lateri. Sed regnum.) quaſi dicat, te & cæteros qui regnum hic agitis. Meus ſtilus.) meus character, mea dicendi figura, in ea fabula fuiſſet, non incepiſſem ſolum, ſed etiam compleſſem. Fabula, ut tragœdia & comœdia, quinque actib. abſoluitur. Incipere nihil prodeſt, niſi compleas. Et in prouerbiũ exijt, ut abeſſe extremum actum dicerent, cum imperfecta res eſſet. Cic. Extremum actum tanquam ab inerti poëta eſſe neglectum. Hoc conſilium.) occidendi Cæſaris. Narbone.) quæ ciuitas eſt Galliæ, à qua nomen prouinciæ, cuius ampliſſimum eſt emporium. ſupra exitum Araris fluminis Narbonenſemq́; lacum iacet. Seuocari.) Cum quidam Antonium unà cum Cæſare trucidandum cenſerent, prohibuit Brutus, dicens quod pro legibus ac iure ſuſciperetur, id omni iniuria carere debere. Negocium tamen datum fuit Trebonio, ut ingrediente Senatum Cæſare, Antonium extra retineret, ſeuocaretq́;. cum enim Conſul eſſet, eius timebant auctoritatem. Cicero innuit idcirco ſeuocatum à Trebonio, quòd conſcius eſſet Cæſaris necis. Non indicaſti.) Cum Brutus & Caſſius cæteriq́; occidendi Cæſaris cõſilium cepiſſent, illud agitauere inter ſe, an ad eam rem perficiendam Antonius eſſet inuitandus. quod cum nonnullis placeret, contradixit Trebonius. inquit enim ſe Antonij mentem iam antea tentaſſe, cum Cæſar ex Hiſpania reuerteretur: Antonium uerò non eſſe aſſenſum,

non tamen ideum indicaſſe. Virum.) Tu autẽ uir nõ es, ſed timidus & mollis. Illud Caßianum, cui bono fuerit.) Hoc & in oratione pro Milone, & ſuperius eſt à nobis dictum. Hereas.) dubites. Ad ædem Opis.) intercepta quæ illic erat pecunia: quod prius diximus. Per eaſdem tabulas.) eorundem creditorũ. nam ſolutis nominibus & debitis ueteribus, eaſdem, hoc eſt, priores tabulas cũ iiſdem renouauit creditoribus, mutuatus rurſus ab eiſdem pecunias quas dißiparet. Tam multa.) à Calpurnia Cæſaris uxore, quod prius diximus. Officina.) Veluti officina, quæ eſt ubi opera fiũt, ut ſtatuarij, fuſoris, cum taberna ſit ubi effecta ueneduntur, etſi eadem poteſt eſſe & officina, & taberna, ut ſutrina. Nundinæ.) mercatus: propriè ſunt feriarũ dies, quò mercandi cauſa ruſtici in urbem ueniunt, ut ait Pompeius. Neſcio quid conturbatus.) quaſi Cic. ſignificare uelit conſcium Iulij necis Antonium fuiſſe. Hoc crimen.) Cæſaris nex. Clarißimos uiros.) Brutum & Caßiũ, & cæteros cõiuratos. Nõ arguo.) nõ accuſo feciſſe. Caſtra mihi Pompeij.) Obiecit quòd ſerò in Pompeij caſtra ueniſſet, & omnia improbis perturbaſſet conſilijs. Quo tempore Põpeius ueniente ex Gallia Cæſare urbem deſeruit, Cicero cum faſcibus & lictoribus quos pop. Romanus illi dederat, ſe in prædijs ſuis circa Campaniam oramq; maritimam continebat. redire in urbem, cum Cæſar poſt Pompeij à Brũduſio fugam hortaretur, recuſauit: quia ſi adeſſet, ea dicenda eſſent, quæ nullo modo tacere poſſet: & Cæſarem offenderet, qui cum in Hiſpaniã proficiſceretur, ex itinere Ciceroni (quem ad Pompeium nauigaturum ſatis conſtanti fama afferebatur) epiſtolam ſcripſit, ne ad aduerſarios tranſiret hortatus, et ut ab omni abeſſet ciuili cõtentione. Sed cum puderet uirum bonũ ſemper reipub. partes ſuſcipere ſolitũ, nõ eſſe in his caſtris in quibus & Pompeius optimè de ſe meritus, & ſenatus ac Conſules conſiſterent, minusq; honeſtos in caſtris de ſe haberi acciperet ſermones, tuto ocio periculoſum prætulit bellum. Occultè enim parata naui, cum omnis maritima ora à Cæſaris cuſtodiretur militibus, et Antonio in primis mandatũ à Cæſare eſſet ut Ciceronẽ obſeruaret, ad caſtra Pompeij nauigauit: ubi cum peiora omnia opinione offendiſſet, & neq; gerendi belli conſiliũ, neq; Pompeij copias probaret: pacẽ primò, deinde quòd Pompeius ualde ab ea ſententia abhorrebat, ut bellũ traheret, ſuadere inſtituit. Cumq; cum multorũ uaria offenderent uitia, quos emendare non poterat, quaſi pœnitẽtia ductus quòd eò acceßiſſet, omnia contemnere, & ſeſe à rebus gerendis quantũ poterat abducere cœpit. Nos liberi eſſemus.) facta pace, & compoſitis inter Cæſarem & Pompeiũ rebus. Tot duces.) Pompeium, Scipionẽ, Catonem, Petreium, & Afraniũ. Exercitus) in Pharſalia, in Libya. Cõficeret angoribus.) oppreſſa repub & amißis ornamentis. Dimiſſa.) eſt enim miſeriarũ omniũ finis mors. Tot conſulares.) qui in Pharſalico bello periere. At non hi maximo &c.) Pompeius Pharſaliẽã pugnã inuitus quidem ſuſcepit. nam trahere malebat bellum: id quod ut faceret, hortabatur Cicero, cum præſertim cõmeatibus abundaret, quibus carebat Cæſar: ſed magna Senatorũ multitudo magna equitũ, qui ſuperiores fore ſe credebant, ut ſuſciperet coëgerunt: quod Appianus tradit pluribus. Elati ſpe uictoriæ.) qui fore ſibi perſuadebant ut uincerent, ſicut apud Dyrrachium uicerant.

At uerò &c) & hoc obiecerat Anto. alienatũ à Cicerone fuiſſe Pompeiũ, Ciceronis ipſius dicacitate & accuſationibus. Contulit.) cõmunicauit. De ſumma re.) de tota repub. Spectarẽ.) quaſi finẽ. Præſenti.) ſcilicet dignitati: non quid utile eſſet, ſed quid ſe deceret. ſpectans. Quid ſequeretur.) Rationes quibus uterq; ſuam firmaret ſententiã. Ille cõſularis uir.) Põpeius. Paphũ.) oppidũ Cypri ab Agapenore conditũ, quod diſtare ab Alexandria per tria millia & ſexcenta ſtadia quidã dicũt, unde Venus Paphia. Sectorem.) Sector, ut ait Pedianus, eſt qui ſpem lucri ſui ſecutus, bona cõdemnatorum auctionabatur, hoc eſt, in auctione uendebat. Idem ait alio loco ſectorem eſſe æſtimatorem redemptoremq; bonorum damnati atq; proſcripti: qui ſpem ſecutus lucri ſui, id eſt ſecutus ſpem æſtimationis ſuæ, bona omnia in auctione uendit. Plinius libro 36. Vnde enim illi uitricus Sylla, & Metella mater, proſcriptionũ ſectrix? Lucanus, Sectorq; fauoris Ipſe ſui populus. Antonius bona Pompeij redempta à Cæſare, ſub haſta uendebat: ſed exigi redemptionis à ſe precium moleſtè ferebat: atq; hanc ſibi fuiſſe cauſam cur bello Punico non interfuiſſet, dicebat: quòd parũ uideretur in his quæ prius geſſerat, gratiæ conſecutus. Cumq; Cæſar precium domus Pompeianæ popoſciſſet, iratus uehementer eſt Antonius, quòd pro tanto eius in Cæſarem ſtudio, pro tantis ſudoribus ac periculis, pecuniam illam non remitteret, ſed quæ emerat uel dono acceperat Pompeij bona, ea uendebat Antonius: ideo ſectorem appellauit. Ne iocis quidem.) Et hoc obiecit Antonius, iocari in caſtris ſolitum quandoque Ciceronem, quaſi parum prudentem, & ineptum omnino, qui tam triſti & periculoſo Reipublicæ tempore iocari poſſet. Facetißimus fuit Cicero, cuius facetiarum impatiens erat Pompeius: dicebatq; de eo, Quẽ fugiam habeo, quem ſequar, uõ habeo. Cum in caſtra ueniſſet, dicentibus ſerò ueniſſe, reſpondit, Minimè ſerò ueni. nam nihil hic parati uideo. Interrogan̄ deinde Pompeio ubi gener eius eſſet Dolabella, reſpondit, cum ſocero tuo. Et cum donaſſet Pompeius transfugam ciuitate Romana: O hominẽ bellũ, inquit, Gallis ciuitatem promittit alienam, qui noſtram nobis reddere non poteſt. Propter quæ meritò uidebatur dixiſſe Pompeius: Cupio ad hoſtes Cicero tranſeat, ut nos timeat. Animis relaxantur.) remittunt animos. Mœſtitiam meã.) Nam, quod diximus, cum uideret cõtemni ſententiam ſuam, & multorum offenderent uitia, quaſi pœnitentia ductus quòd in caſtra ueniſſet, omnia negligere, & ſeſe à rebus gerendis abducere cœpit. In utroq;.) in iocis & mœſtitia. Hereditatem &c.) Hoc obiecerat Antonius, diuitem Ciceronem factũ, & tamen nullam ei hereditatẽ obueniſſe: ex quo uolebat colligi, mali quippiã egiſſe Ciceronem, & improbè ditatum eſſe. Salluſtius in ea oratione qua in Ciceronẽ inuehitur: Ex coniuratis, inquit, alios pecunia cõdemnabas, cum tibi alius Tuſculanũ, alius Pompeianum uillam ædificabat. Vtinam hoc.) utinam quod mihi crimini das, nullam mihi obueniſſe hereditatẽ, id uerũ tuũ crimẽ eſſet: ut nulla tibi obuenerit hereditas, cum obuenerint plurimæ. Plures amici.) quos mori tu feciſti, ut eorum adires hereditates. Amplius ſeſter. du.) ac ſi diceret, ſeſtertia pluſquam ducenta. Acceptum retuli.) ex hereditatibus quæ mihi obuenere, accepi, & in mearum rationum libris ex tali re habuiſſe annotaui. Animi dolor.) quòd amico priuarer. L. Rubrius Caſinâs.) Caſinum Campaniæ oppidum, ubi Latina uia coniungitur Appiæ. Silius: Nymphiſque habitata Caſini Rura euaſtantur, mox & uicinus Aquinâs. Eſt & fluuius eiuſ-

dem

dem nominis Straboni. Varro Caſinatē agrum ficum optimam inquit producere. Fecit heredem.) ut tu inquies, qui eiuſdem defuncti inuaſiſti falſis tabulis hereditatem. Statura) lõga, an breui. Quo municipio.) qua patria.

Qui tribu.) qua in parte municipij. Alieniſſimorum.) qui tibi nunquã fuerũt amici aut noti. Nõ adiſſes.) Quoniã ſoluendo creditorib. patris non eras, quẽ et ipſum bonis ſupra modũ erogãdis tenuẽ factũ legimus. In aliena uilla.) Tiburtino Scipionis. Magiſtrũ.) Sextũ Clodiũ Rhetorem, de quo mox dicetur. hoc magiſtro utebatur dicendi, ſed magis compotor erat. Suffragio tuo.) ut tibi in declamãdo ſuffragetur. Salſum.) facetũ, & qui ſalis multũ habeat: unde ſalſa dicta: & inſulſus, inurbanus ac inſipidus.

Dicere.) iocari et mordere adhibita urbanitate. locos aũt eiuſmodi dicta et dicteria maiores dixere. Cicero in epiſtola ad Corneliũ Nepotẽ: Itaq; noſtri, cũ omnia quæ dixiſſemus, dicta eſſent: quæ facete et breuiter et acutè locuti eſſemus, ea proprio nomine appellari dicta uoluerũt. Autem tuum.) M. Antoniũ. Senſim.) paulatim & ſedatè. Aliena.) abhorrentia à cauſa, & penitus inutilia. Duo millia iugerum.) Actus quadratus undiq; centũ uiginti pedibus præfinitur: duplicatus iugerũ facit: dictum, quòd ex duobus quadratis actibus iunctum ſit: ut Varroni uerò & Plinio placet, quòd uno iugo boum in die exarari poteſt. Occupat ergo iugerum in lõgitudine pedes ducentos quadraginta, in latitudine centũ uiginti. Leontini.) Leontium mediterranea Siciliæ ciuitas, et in regione Septentrionali, cuius agri feraciſſimi, quod ait Cicero in Verrem actione quinta. Immunia.) nullũ uectigal pendentia, contra antiquã & Hieronis & Romanorũ legem, qua Siciliæ agri Decumani erant, hoc eſt decimam pendebant: cui colligendæ qui præerat, Decumanus uocabatur. Sextũ Clodium.) Hic eſt Sex. Clodius Clodij familiariſſimus, et operarum Clodianarũ dux, à quo illatum in curiã Clodij cadauer eſt, & cum eo curia incenſa. Etiã hoc ex Cæſaris commentarijs?) ſcilicet feciſſe dicis, ex Cæſaris uoluntate, quæ in cõmentarijs apparet? De Cãpano.) qui publicus erat, quem Antonius largitus fuerat. Inquinauit.) fœdauit. De ipſo correctore.) Irriſiuè ipſo Antonio. Nouus.) nouis criminibus. Prætextatũ.) antequam uirilem ſumpſiſti togam. nam prætextã, quæ ueſtis fuit regũ & magiſtratuum, à principio ab Hetruſcis ſumpta, diu puerilis uſurpauit ætas. Decoxiſſe.) creditorum fidẽ fefelliſſe, et mercatorum, interceptis pecunijs: unde decoctores de quib. Iureconſulti loquuntur. Patris.) qui & ipſe prodigus fuit. Pietatis plena defenſio.) Ironicè et irriſiuè. neq; enim pium eſt, neq; decet, filium crimen ſuum in patrẽ transferre. In quatuordecim ordinibus.) L. Roſcius Otho Conſul legem tulit qua equitib. ordines primos 14. aſsignauit ad ſpectandum: ſed ijs duntaxat qui quadringenta in cenſu haberent ſeſtertia. Hæc & theatralis lex uocata eſt. Decoctoribus.) ijs qui coxiſſent, ſed fortunæ uitio, non ſcelere, ut amiſsis naufragio mercibus & pecunijs: quod accidere frequenter ſolet. Virilem togã.) quã ſextodecimo anno Liberalibus accipiebant deponentes prætextam. quod in Faſtis tradit Ouidius. Muliebris ſtola.) quoniam in muliebres abiiſti mores, ueluti proſtituta fœmina ac uulgare ſcortum factus, certam pro coitu mercedem poſtulans. Curio.) filius. Stolã dediſſet.) ut uiri ſolent uxorib. Veteres non honeſtam ſolùm ueſtẽ ſtolã dixere, ſed omnẽ quæ muliebre corpus tegeret. Marcellus. Sed pro honeſta poni frequẽtius cõſueuit. Valerius titulo de Pudicitia: Te cuſtode matronalis ſtola cenſetur.

In Domitij poteſtate.) Is eſt Domitius de quo ſuprà diximus, ad Corfiniũ captus, amator & corruptor pueritiæ.

Pater eius.) Curionis. Hortante libidine) quæ te ſtimulabat et comitabatur. Nõ potuit) nam omnino te Curio pater domo prohibuit: quod tunc accidit, cũ pro Antonio qui ducenta quinquaginta millia debebat, interceſsit. Sexagies ſeſtertiũ.) quod Curio filius ex pecunia paterna pro Antonio effuderat, pro quo interceſſerat. Seſtertius & ſeſtertiũ dicitur. dupondius uerò fuit et ſemis, id eſt duæ libræ & ſemis. Notatur aũt duplici LL. & S, unde incipit. Sexagies uerò aduerbium eſt, à ſexaginta, ut ſi dicas, Mutuo tibi bis ſeſtertiũ: ſignificas duo ſeſtertia mutuare. Florentiſsimæ ſa.) Curionẽ. Aes alienũ.) debita filij tuo nomine contracta. Redimeret.) quaſi addictũ creditorib. Congreſsione.) ut ne loqueretur quidẽ tecũ. Auſus eſſes?) ac ſi dicat, minimè. Perſtringam.) complectar. Incidamus.) præcidamus et omittamus. Intimus erat, &c.) Cum amoribus, libidinib. uarijsq; ſumptib grande æs alienum conflaſſet Anto. & ducẽta quinquaginta millia deberet, interceſsiſſetq; pro eo Curio, & Curionis pater iccirco Antoniũ domo prohibuiſſet, ad P. Clodium trib. pl. ea tẽpeſtate ſe contulit: in cuius contubernio haud multũ fuit, ſiue quòd inimicos Clodij formidaret, ſiue quòd Clodiani furoris ſatietas eũ cepiſſet, ut Plutarchus ait. Quiddam iam tũ molitus eſt.) Fuluiam credo Clodij uxorẽ de coitu appellauit, aut eam adulterauit: poſtea eam ipſe Antonius in matrimonio habuit. Inde itũ Alexandriã.) Antonius offenſus amentia, ut diximus, Clodij, in Græciã abijt: ibiq; permanſit, & corpus ad militaria certamina, & linguam ad dicendũ exercens. Contigit aũt ut A. Gabinius (qui unà cũ L. Piſone Cõſulatũ geſſerat, quo tempore accuſante Clodio Trib. Cicero in exiliũ pulſus eſt.) finito Conſulatu in Syriam prouinciã proficiſceretur ad eam cum exercitu obtinendam, ſicuti Põpeius inuitis ferè omnibus Senatoribus uoluerat. Antonium fortè, ita ut fit, cum offendiſſet, ut ſecum proficiſceretur hortatus eſt. negauit ſe priuatum iturum. Præfectus uerò equitibus ſecutus eſt. Pugnauit contra Ariſtobulũ Iudæorũ regem & fortiter et feliciter. parua manu magnas hoſtiũ copias fudit: ipſum Ariſtobulum unà cum filio cepit. Cũq; Ptolemæus cognomento Auletes à ſuis regno pulſus impetrare à Romanis non potuiſſet ut reſtitueretur in regnum, ueniſſetq; ad Gabinium, ingentẽ pollicitus pecuniam, ſi eum reſtitueret: dubitantibus cæteris, & in primis ipſo Gabinio, etſi cupiditate regiæ pecuniæ erat accenſus, et ut reduceret Pompeij literis hortaretur, Antonius reducendũ eſſe perſuaſit: ductoq; per loca aſpera & difficilia exercitu, Peluſiũ peruenere, ac cepere. Inde Alexandriam profecti, regem in regnũ unde exciderat, repoſuere, contra populi uoluntatẽ, & decreta Senatus (ſtatuerat enim ne omnino reduceretur.) neglecta etiam religione uerſuum Sibyllinorum, qui huiuſcemodi fuere: Si Aegypti rex auxilio quondã indigens uenerit, eius amicitiã ne abnueritis: ſed illũ cũ multitudine ne iuueritis. quod ſi aliter factũ fuerit, labores & pericula habebitis. Reus deinde Gabinius factus eſt, ſed cum pecuniarũ, tum Põpeij auxilio abſolutus. Idcirco profectũ inquit Cicero Alexandriã Antoniũ contra Senatus decreta, et contra religionẽ. Itũ.) ab Antonio. Gabiniũ.) hominẽ ſceleſtiſsimũ: cuius ubiq; uitã lacerat Cic. Quicum.)

cum.) cum quo. Rectiſſimè.) ac ſi diceret: cum nihil non flagitioſe faceret. Inde.) ex Aſia. Qualis.) ac ſi dicat minus honeſtus, conſumptis omnibus pecunijs quas ex regis Ptolemæi largitione acceperat. In ultimam Galliam.) ad Cæſarē. In tuo.) ac ſi dicat, nihil: omnia enim ſibi uendicauerant creditores. Præter unum Miſenum.) prædiū in Campania ad Miſenum, quod eſt Cumis proximū promontorium, ut ait Strab. Cum ſocijs.) cum lenonibus, mimis & paraſitis, aut certè creditoribus qui partem occupauerant. Tanquā Siſaponem.) Villa erat Antonij Siſapo, quam & ipſam cum ſocijs tenebat. Ad quæſturam.) qui magiſtratus dari adoleſcentibus conſueuit. Prius ad patrem tuum.) quoniam ad me prius ueniſti quàm ad patrem tuum. Satisfieri.) id eſt, ut tuam acciperē expurgationē. nam is ſatisfacere dicitur, qui offendit quempiā, cum tantum facit quantū læſo & irato ſatis ſit ad pœnā, ut ait Pedianus. Tranquillus in Iulio: Valeriū Catullum, à quo ſibi uerſibus de Mamurra perpetua ſtigmata impoſita non diſſimulauerat, ſatisfacientem eadem die adhibuit cœnæ. De gratia.) ut in gratiam redires mecum. Cultus.) in honore habitus. Idem &c.) Clodium occidere. Sine Senatuſconſulto.) Non enim Quæſtor in prouinciam proficiſcebatur, niſi eam ex Senatuſconſulto ſortiretur, & lege. Ad Cæſarem.) in Galliam. Id unum perfugium.) ad Cæſarē, aut ipſe Cæſar. Ducebas.) exiſtimabas. Ibi.) apud Cæſarem in Gallia. Aduolas egens ad Tribunatū.) Diſcordia in ciuitate exorta, cum optimates Pompeio hærerent, populus in Cæſarem eſſet propenſior, C. Curio partium prius optimatū, mutata uoluntate popularis factus, & Cæſari largitionibus inuitatus fauens, gratia quā apud populum dicendo comparauerat, effecit ut Trib. pl. Antonius crearetur. nō multò pòſt inter augures cooptauit. Antonius uerò ſimul atq; magiſtratum inijt, & partes & cauſam Cæſaris plurimū iuuit. nā Marcello Conſule ſcriptas iam legiones Pompeio decernente, & nouos inſuper delectus habendi poteſtatē dante, interceſſit, rogationemq; ferens obtinuit plebiſcito, ut Bibulo in Syriam contra Parthos bellum gerenti ſcriptæ legiones mitterentur. qui uerò deligerentur, Pompeio nō parerent. Cumq; eodem tempore ſenatus pars maxima neq; recipi miſſas à Cæſare literas uellet, neq; recitari pateretur, ui Tribunitiæ poteſtatis fretus Antonius uenit in ſenatū, & ipſe recitauit. Quibus auditis, cum æqua poſtulare uideretur Cæſar, multorū mutati ſunt animi: & uoluntates pluriū qui prius aduerſabantur Cæſari, conciliatæ. Cum præterea relatū eſſet in ſenatu, Cæſarem ne placeret legiones & exercitū dimittere, an Pompeiū: Cæſariq; arma dimittenda pleriſq; cenſentibus, aſſurrexit Antonius, rogauitq; placeret ne utrunq; pariter ab armis diſcedere: quam ſententiā omnes pene alacriter excepere, & ſummo ſtudio cōprobauere. Antoniū uerò collaudauerūt: & ut legem ferret hortati ſunt: quod fieri ab eo Marcellus et Lentulus Conſules prohibuerūt. Oblatæ ſunt & aliæ cōditiones ab amicis Cæſaris, quas M. Cato & Lentulus Conſules improbantes, è ſenatu Antoniū & cæteros qui Cæſari fauebant, eiecerunt. Abiens uerò è curia Antonius, multa in capita inimicorū imprecatus eſt. mutata mox ueſte, & conducto uehiculo ad Cæſarē fugit cū Q. Caſſio: & clamitās apud illū nullas in urbe leges ualere, ius Tribunitiū ſublatum eſſe, omnibus qui æquum bonumq; defendant, capitis periculum imminere, Cæſarē impulit ut cum exercitu in Italiam properaret, & poſtea patriæ arma inferret. Vitrici.) P. Lentuli. * Imò uerò uiri legendum cōtendit Hieronymus Ferrarius in emendationibus ſuis ad Philippicas Cic. ut Curionē intelligas, qui ſuperiore anno tribunus pl. fuerat, emptusq; à Cæſare, ab eius cauſa pertinaciter ſteterat. Virū autē Antonij uocat, iuxta id quod ſuprà inquit: Sed citò interuenit Curio, qui te à meretricio quæſtu abduxit, & tanquā ſtolam dediſſet, in matrimonio ſtabili & certo locauit. Sic etiam locutus eſt poſt red. in ſena. Eaq; dixit, quæ ſi uir eius Catilina reuixiſſet, dicere nō eſſet auſus. * Fulcire.) firmare, ſedatis diſcordijs inter ſenatorij ordinis homines qui Pompeio fauebant, & populares qui Cæſaris erant ſtudioſi. Ipſi.) C. Cæſari, ut depoſitis armis & relicta prouincia Romam priuatus rediret, priuatumq; ſplendorē cum omniū beneuolentia, quàm tyrānidem cum omniū odio mallet. Mancipatum.) ueluti mancipiū Cæſari addictū: ac ſi dicat, ea fecit pro quibus ſupplicio dignus erat, ut ſecuri quēadmodum noxij & damnati feriretur. Luminibus.) principibus uiris, qui uelut quædam lumina erant. Quod in hoſtem togatū decerni ſolitū eſt.) nam interdictū eſt ei ſenatu, ex quo ignominioſe eiectus eſt: & ut in exiliū abiret, coactus: ac mox Reip. hoſtis iudicatus: id quod in Catilinam quoq; adhuc togatū ſeruatū eſt, ut ex Ciceronis orationibus intelligitur quæ in illū extant. Mos fuit maioribus interdicere ſenatu primò, deinde urbe, togatis hoſtibus: mox abeuntes hoſtes iudicare. Vendita.) Cæſari. Addicta.) deſtinata. Illud uulnus inflictum.) quòd hoſtis iudicatus ei, tibiq; aqua & igni interdictū eſt: & permiſſum omnibus ut te impunè occiderent. Cauſam belli.) cum ſeruili indutus ueſte & meritoria uectus rheda te ei obtuliſti: ſenatum accuſaſti, & ſua ſponte ad tyrannidem aſcenſo occaſionem & prætextum arma ſumendi, & milites autorandi præbuiſti: id quod in Cæſaris & Pōpeij uita ſcribit Plutarchus pluribus. Circumſcriptus.) circumuentus & oppreſſus. Omitto quàm hæc falſa.) Nam reuera captus imperij conſuetudine, quod ait Tranquill. penſitatisq; ſuis et inimicorū uiribus, occaſione rapiendæ dominationis uſus eſt, quam ætate prima concupierat: quod exiſtimaſſe uidetur Cicero de Offic. lib. 3. dicens ſemper Cæſarē habuiſſe in ore eos qui ſunt in Phœniſſis Euripidis uerſus εἴπερ γὰρ ἀδικεῖν χρὴ, τυραννίδος πέρι κάλλιστον ἀδικεῖν, τ᾽ ἄλλα δ᾽ εὐσεβεῖν χρεών. quod ſic Cicero ipſe cōuertit: Nam ſi uiolandum eſt ius, imperij gratia uiolandum eſt: alijs rebus pietatē colas. Conſtitiſſe.) poſitam fuiſſe & hæſiſſe. Conſules.) Marcellum & Lentulū. Veniente infeſtis ſignis ad urbem Cæſare, Pompeius urbem eſt egreſſus, & Capuam ad exercitum profectus. Abeuntem Conſules ſunt proſecuti: poſtero die maior ſenatus pars ad Pompeiū diſceſſit. Omnem ſobolem.) omnē iuniorū multitudinē, & quaſi omnē fœtum Ro. populi. nam in adoleſcentibus ſpes eſt prolis ſufficiendæ, ut in grege uidemus. & Verg. ait: Modò nanque gemellos Spem gregis ah ſilice in nuda connixa reliquit. Exterminatam.) extra patriæ terminos & fines poſitam. Vt igitur in ſc.) Pulcherrima ſimilitudo. Cauſa eſt arborū.) quoniā ex ſemine naſcūtur. Semē.) cauſa et origo. uocabulū autē retinuit ſimilitudinis. Tres exercitus.) in Pharſalia, Pōpeij & Senatus: in Hiſpania, Petreij & Afranij: in Africa, Scipionis & Iubæ regis. Clariſſimos ciues.) Pompeiū, Catonē, Scipionē, & plurimos quos Pharſalicū & Hiſpanienſe bellū abſumpſit. Ratiocinabimur.) colligemus. Vni accepta referemus.) uni Antonio imputabimus:

mus. Vt Helena Tro.) E curia pulſus Antonius,mutata ueſte & meritoria uectus rheda,quod prius ſæpe diximus, Cæſarẽ ad arma contra patriã capienda accendit: & ideirco ut Helena à Troianis,quoniã rapta à Paride, bello quo Troianorũ opes corruere,repetita eſt:ſic populo Romano Antonius omniũ malorũ cauſa fuit:id quod falſum eſſe Plutarchus putat: (quoniã nõ ita, ut inquit, leuis Cæſar erat, neq; ſic ira præceps ruebat.) & alias fuiſſe cauſas quæ impulerũt:Antoniumq; Cæſari optanti accõmodatiſsimã præbuiſſe occaſionẽ. Ratiocinabimur.)colligemus. Omnia perfecit) quæ Senatus fieri uetuerat, cum Reſpub. adhuc ſtaret. Scelus in ſcelere.) ac ſi diceret, ſcelus maximũ & inauditũ.ſcelus fuit leges ſoluere, ſcelus patruũ nõ reſtituere,cum alienos reſtitueret. Patrui.) C. Antonij. Si ſeuerus.) quia occurrebat, quoniã ſeuerus,ne patruũ quidẽ reſtituere paſſus eſt. atq; Lenticulã colluſorẽ ſuũ de alea condemnatũ reſtituit. Idcirco, inquit, reſtituit,quia optabat cũ eo ludere, & cum cõdemnato ludere nolebat. Iocatur autẽ Cicero. Perdiderat Lenticula: & hac cauſa reſtituiſti, ut quod in alea perdiderat, beneficio legis à te de reſtitutione eius latæ diſſolueret. Quod perdiderat.) ut ludẽs,æs alienum quod perdendo cõſtiuerat,lucrãdo perſolueret. Abſentẽ credo.)hæ,inquit,potuerũt afferri à te rationes,quia abſens condemnatus eſt, quia indicta cauſa,quia nulla lex de alea prius lata,quia ui & armis oppreſſus. Hæc enim ferme dici ſolent,cum iniuſtè quempiam condemnatũ oſtendimus, & reſtituendum aſſerimus. Sed nihil horum afferre in cauſam potuit Antonius. De alea.) Aleam ab inuentore dictam tradũt quidam. Eſt autem tabula luſoria,quæ & latruncularia, & pyrgus & alueus & alueolus uocatur, rotunda illa tabella rotulæ inſtar,quæ mouetur. hinc in prouerbio eſt, Iacta alea eſt, quum ſic incepta eſt res, ut deſiſtere integrum non ſit. quod Iulius traiecturus Rubiconem uſurpauit. pro euentu rei dubio ponitur. Lucanus: Placet alea fati Alterutrum merſura caput. De aleæ luſu & aleatoribus titulus eſt lib xi. Digeſtorũ.Senatuſcõſulto olim uetitũ eſt in pecunia ludere,præterquàm ſi quis certet haſta uel pilo iaciendo,uel currẽdo, ſaliendo, luctãdo, uel pugnãdo:quod uirtutis cauſa fiat. Quòd de patruo.) C. Antonius iniuſtè dicebatur dãnatus, pecunia corruptis iudicibus;uir deinde bonus & repub.dignus ferebatur:ſed nihil apud Antoniũ efficiebatur.neq; enim quicquã ad eum reſtituendũ cõmouebatur, & tamen, inquit Cicero, ignoſcerem ego patruo,ſi ita res ut dicitur,haberet:cum præſertim cõdemnatũ eſſe pro nihilo ſit:quoniã facilè omnes quauis cauſa cõdemnati,reſtituuntur ab Antonio. Hominẽ.) Licinũ Lenticulã. Vel.) etiam. In integrũ.) in priſtinũ ſtatum & locũ. In eodem Tribunatu.) Pompeio ex Italia pulſo cum optimatibus, cũ prius q̃ eum perſequeretur, in Hiſpaniã proficiſci ſtatuiſſet Cæſar,oppreſſurus (ut ipſe dixit) exercitum ſine duce, & mox ad ducẽ rediturus ſine exercitu (nam Petreius et Afranius,qui Hiſpaniẽſi præerant exercitui, haud magnopere rei militaris periti erant) Lepido Prætori Vrbẽ, Antonio Tribuno Italiã cuſtodiendam cum præſidijs mãdauit. Conculcandã.) nõ luſtrandam & cuſtodiẽdã,ſed uaſtandã potius. Qui nõ fui.) Erat enim in Põpeianis caſtris Cicero. Scientiæ ueſtræ.) cum plura uos memineritis Antonij flagitia q̃ poſsim ipſe meminiſſe. In eſſedo.) curru. Eſſedum uehiculi genus apud Belgas Gallos primò repertũ. Virg. Belgica uel molli melius feret eſſeda collo. Trib.pl.) cum ſtomacho dictũ eſt.

Aperta.) quod erat multo indignius,ac minus ferẽdũ. uehebatur enim etiã clauſa,ut Iuuenalis ait: Nanq; facit ſomnũ clauſa lectica feneſtra. Legitur &, in exhedra. ſedẽ autẽ ſignificat & locũ ad ſedendũ cõſtitutũ. Græcũ eſt. Neceſſario.) neceſsitate, quadam aſtrictione. iniquo animo ferret Antonius,niſi ita fieret. Rheda.) uehiculi genus, & hoc Gallicũ,ut ait Fabius,uocabulũ, quo Cicero utitur: ſicut item petorritũ,quo Horatius. Cum lenonib. comites nequiſsimi.) Erat inter maximè familiares Sergius, & Cytheris quidã ex eadem palæſtra mulierculã amãs: erãt ſcorta & aleatores: & hoc comitatu Italiã peragrabat Anto. lectica delatus, aureas pateras ueluti in pompa circunferens. Ducebãtur & leones ad rhedã ligati. & quod maximè homines torquebat, honeſtiſsimæ domus ſcortis & mimis pro diuerſorijs tradebantur: per lucos & amniũ ripas prandia ſumptuoſiſsima parabãtur: pleriſq; indignè ferentibus quòd Cæſare periculoſa gerente bella, & labores maximos tolerãte, Antonius tam luxurioſe Italiam calcaret. quare reuerſus poſtea Cæſar, ueniam Dolabellæ dedit, qui Antonio erat inuiſus: & tertiũ Conſul creatus, nõ Ant ſed Lepidũ ſibi collegã aſſumpſit. Fœcũditatẽ calamitoſam.) nam cum Antoniũ peperit Iulia, calamitates peperit plurimas. Præfecturas.) De municipijs & colonijs A. Gellius. Præfectura uerò prouincia eſt. Auguſtus in præfecturas xi. totã diuiſit Italiã, quas alij regiones uocant, Græci ἐπαρχίας. Et præfecturæ quidẽ gubernãdæ, hoc eſt, in pluribus unius regionis ciuitatibus ac locis aut prætor aut procõſul præficiebatur. Lubricè.) incõſtanter & uariè, ac dubia fide. Lubricus propriè locus eſt in quo nequeas inſiſtere: et lubrica res, quã nõ facilè teneas, & quæ de manibus labitur, ut anguilla Hinc homo lubricus. & Ciceroni legimus lubricũ fidei fuiſſe obiectũ. Diſsimillimorũ ſui.) ac ſi diceret optimorũ. Fuit fœlix.) quando uicit, & res ei pro uoto ſucceſsit. Cauũ eſſe uoluit.) nam cauũ ueteranis uolebat eſſe ſenatus: quod in prima Philippica dictũ eſt. Secuti ſunt.) Cæſarẽ in patriã ruentem, ſub quo militabant. Quæſiuiſti.) urbem egreſſus mutata ueſte, & rheda meritoria in Galliã uectus ad impellendũ cõtra patriã Cæſarẽ. In inuidiam.) odium. Ibi me nõ occidiſti.) Hoc obiecerat Ant. reſponderat quidẽ Cicero: ſed ſibi ipſi minimè ſatisfecerat: quare idẽ nũc repetit. Sanctus.) inuiolabilis. Præſertim &c.) nam cum meam noſſes in dicenda ſententia libertatẽ, & hæc mea in patriam charitas te nõ lateret, illo ipſo tempore quo me (ut ais) ſeruaſti, uidere & tibi perſuadere potuiſti hæc facturũ & dicturum quæ facio & dico. Mimulæ.) Volũniæ. Quid eſt?) ſic ait, quaſi id negare uellet Antonius. Si te.) Argumentum à maiori ad minus. Municipiorũ.) quæ cũ Mima luſtraſti, ut pudere debuiſſet. Ne exercitus quidem.) te puduit, ubi maior multo licentia. Tot dierũ.) ab urbe. Quẽ hominẽ.) fortẽ enim & continentẽ ſequi crediderant uirũ, & imbecillẽ ac laſciuum cognouere. In oppida.) in alienas poſſeſsiones, & eorũ imprimis qui Pompeij & bonorũ partibus fauiſſent. Magiſter eqtũ.) Cæſar enim dictaturã iam inuaſerat. Suo iure cum Hippia.) Mimus hic erat, et impuriſsimus. quaſi uerò ad nomẽ alludit. nam ἵππος equũ ſignificat, unde Hippias. quaſi fas eſſet magiſtro equitũ cum eo ſuo iure uiuere, cui equi nomen eſſet. Sergio mimo.) de quo dictum eſt prius. Equos.) legitur et Aquinos, hoc eſt Aquini oppidi municipes: quod nõ placet: nam Aquinates dicet inferius. Vectigal.) qui ei uectigal pẽderẽt, et quos Sergius locaret

quibus

quibus uellet. Repentinus.) ſubitarius, & nulla cauſa.

Tu iſtis faucibus.) Eſt hic per ratiocinationem amplificatio, ut ad id quod extolli uoluit Cicero, ratio adduceretur. obiecturus enim Antonio merum & uomitum, ſic ait. Fauces uerò ac latera ad ebrietatem minimè ſunt ocioſa. nam reſpicientes ad hæc, poſſumus æſtimare quantùm ille uini in Hippiæ nuptijs exhauſerit, quod ferre & coquere non poſſet gladiatoria corporis firmitate. Poſtridie uomeret.) quodam ex amicis, ut Plutarchus tradit, togam ſub ijciente. Immanibus.) ingentibus. & hic quod idem ait, amplificatio eſt: ſiquidem tanta uis fuit uini erumpentis, ut non caſum afferret aut uoluntatem, ſed neceßitatem, ubi minime deceret uomendi: & cibus non recens, ut accidere interim ſolet, redderetur, ſed qui in poſterum diem redundaret. Haſta poſita.) cui ſubijciebant ea quæ publicè uenundabant, & eorum bona qui haſta, hoc eſt, bello ſuperantur: quia ſignum armorum præcipuum eſt haſta. Pompeius Feſtus. Cicero in Officijs: Nec uerò unquam bellorum ciuilium ſemen & cauſa deerit, dum homines perditi haſtam illam cruentam & meminerint, & ſperabunt. Iouis Statoris.) quam Romulus bello Sabino uouit ſuis fugientibus, & intra ueterem Palatij portam compulſis, illicq́; exædificauit. Stator autem uocatus eſt Iupiter, quòd orantem Romulum ut fugam ſuorum ſiſteret, audiuit. Liuius author libro primo ab Vrbe cond. Tam demens.) Viuebant enim Pompeij filij, & redire in patriam, ac ſua recuperare bona poſſe credebantur. Sectionis.) uenditionis. Haſtam illam.) Cæſaris, ſub qua ciuium qui contrariæ fuerant factionis, bona uendebantur. Alia omnia.) præter Pompeij bona. Iſto loco.) iſta familia. Sector.) emptor. nam utrunque ſignificat, & emptorem, & uenditorem. Heluo.) ab eluendo dictus eſt heluo, is qui bona ſua immoderatè conſumit: quod aſpiratur, ut auiditas magis comprobetur. fit enim uox incitatior per aſpirationem Pompeius Feſtus. Copias.) maximas diuitias. Ingurgitauiſſet.) tanquam gurges quidam & uorago & cum ille hoc ait, ſimul & magnitudinem diuitiarum hoc uerbo ſignificans Pompeij, & nimiam Antonij ac importunam auiditatem. Perſona de mimo.) ueluti perſona de aliquo mimo & hiſtrione aſſumpta, qui modò reges agat, modò priuatos: modò dominum, modò ſeruum: nunc lætum aliquem, nunc triſtem alium. Varia erat Antonij perſona, & pro fortunæ conditione nunc triſtis uultus, cum egeret: nunc lætus, cum abundaret. Numerus.) menſura. Quæ numerum & menſuram ſignificant, inuicem pro ſe poni ſolent. Quæ Charybdis.) De tropis præcipiens Fabius, creſcere nõnunquã hyperbolen inquit, alia inſuper addita: & hic ſequitur, Oceanus me diusfidius. Apothecæ.) loca in quibus uinum, oleum, triticũ, & alia id genus reponuntur. Latinè horrea & repoſitoria poſſumus dicere. De apothecis uini Plin. loquitur. Hypotheca pignus eſt. Conchyliatis.) Laudat hanc amplificationẽ Fabius, & Ciceronẽ inquit tantũ de M. Antonij luxuria fingere non potuiſſe, quantum dicendo oſtendit, Conchyliatis peristromatis Cn. Pompeij lectos in ſeruorum cellis fuiſſe ſtratos. Nam cum hoc ita eſſet, aliquid amplius in ipſo domino neceſſe erat cogitare. Cõchylia in genere ſunt purpurarũ, quarũ ſucco purpureus tingitur color: unde cõchyliata ueſtis. Et Iuuenalis ait cum ſtomacho de Græcis loquens: Horũ ego non fugiã conchylia: hoc eſt cõchyliatas & purpureas ueſtes, quibus ſunt indigniſsimi.

Periſtroma græca dictio ſtragulã ueſtem ſignificat & aulæum. [illegible] enim circum, [illegible] uerò extendo, ſterno: quòd circunſternuntur huiuſmodi ueſtes: quæ etiã peripetaſmata nominãtur. datiuus & ablatiuus numeri multitudinis in his nominibus in bus exeunt, & in is, ut poëmatibus, & poëmatis. Plautus: Lectũ, inquit, eſt in poematis. Aedes.) Põpeij. Hortos.) Põpeianos. Tu ingredi.) Repetitio eſt aptiſsima cõtentioni & inuectioni habet enim acrimoniæ plurimũ. Roſtra.) nauiũ, quæ pro foribus erant affixa maritimarũ uictoriarũ monumenta, quas Põpeius de piratis adeptus fuerat. Poſtibus hæc affigendi Romanis mos fuit, quem Virgil. ad regem Latinum tranſtulit, dicens:

Multaq́; præterea ſacris in poſtibus arma,
Captiui pendent currus, curuæq́; ſecures,
Et criſtæ capitum, & portarum ingentia clauſtra,
Spiculaq́;, clypeiq́;, ereptaq́; roſtra carinis.

Et te.) Pompeio diſsimillimũ, & illa domo indigniſsimũ. Tua.) tenuiſsima. Tuos.) nulla in re cum Pompeio conferendos. Stabula.) Veluti ſtabula quædã & diuerſoria in quibus impuri ac nefarij pernoctant. nam ſtabula diuerſoria etiam, in quibus diuerſari, hoc eſt, ad tempus habitare, & ex itinere poſſunt homines. Iureconſulti de cauponibus loquuntur & ſtabularijs. Triclinijs.) Qui eſt locus diſcumbendi, à tribus toris ſeu menſis dictus. ibi enim comedebant, præcipuè in conuiuium accepti: cui apparando qui præerat, architriclinus uocabatur. Popinæ) ſunt in quibus cocti quippiam uenditur: ubi qui uerſarentur gulæ indulgentes, popinones ſunt appellati: quod Marcellus ait. Tiberius Cæſar, inquit Tranquillus, ædilibus negocium dedit popinas ganeasq́; uſque eò inhibendi, ut ne opera quidem piſtoria proponi uenalia ſinerent. Frugi.) modeſtus ac temperans. & locatur. Illam ſuam.) Volumniam mimam ſuas res ſibi habere iuſsit. ac ſi dicat, fecit cum illa diuortium. nam quod ait Paulus titulo de diuortijs, in his & repudijs his utebantur uerbis: Tuas res tibi habeto. Item, tuas res tibi agito. Ex duodecim tabulis.) Ex lege duodecim tabularum, quæ uult ex cauſa fieri diuortium: & niſi adiecta cauſa (ſunt autem plures) ratum non eſſe. Nullum autem diuortium ratum erat, niſi ſeptem ciuibus Romanis puberibus adhibitis. Exegit.) expulit. hinc dicuntur exacti reges. Spectatus.) ipſe interpretatur, ſubiurgens. & probatus. Virgil. Et rebus ſpectata iuuentus. At quàm crebrò uſurpat, & Conſul & Antonius.) Frequenter hoc uſurpabat Antonius, & Conſul & Antonius iubet, uel edicit, non Conſul Antonius. quaſi emphaſis quædam & uis atq; auctoritas ſuo ineſſet nomini proprio. ſed inſolenter & ſuperbè nimis: quod reprehendit & inſectatur Cicero. Auus tuus.) M. Antonius orator, qui Conſul fuit. Dixiſſet.) ſe & Conſulem & Antonium. Collega meus.) in Cõſulatu, C. Antonius. Solus es Antonius.) hoc eſt, impudiciſsimus & nequiſsimus. Earũ partiũ propria.) ac ſi diceret, earum actionũ.

Opera tua.) per te, & tua cauſa. Natum.) Ordo naturalis, naſcitur quippiã, coaleſcit & augetur, in uſum inde deducitur. Et bello.) Africanũ intelligit, quod cum Scipione & Iuba ac reliquis Pompeianis in Africa geſtũ eſt. Anteſignanus.) cuſtodiendis ſignis & uexillis præpoſitus.

Quem locum obtinuiſti.) ac ſi dicat, uilem locum & conditionem. Antonius hanc ſibi dicebat cauſam fuiſſe cur bello Africano non intereſſet, quòd parũ gratiæ in his quæ prius geſſerat, uideretur conſecutus: cum domus Põpeianæ

precium

precium ab eo exegiſſet Cæſar: qui reuerſus ex Africa, quaſi parum æquus Antonio, Dolabellæ inimico eius ueniam dedit: & tertium Conſul factus, Lepidũ, non Antonium collegam uoluit. Quo numero.) quo ordine, & honoris gradu. Pro domo.) Pompeiana. Pro ſectione.) emptione bonorum Pompeij. A me C. Cæſar pecuniam?) ſub. poſtulat? & ſunt Antonij uerba. Ne potuit quidem.) ſine me uincere. Rogaui.) cum Tribunus plebis eſſem, rogando tuli. Leges in populo libero, ut Romæ quondam, iniuſſu populi latæ ratæ non erant: et quoniam rogari, hoc eſt interrogari populus ſolebat, rogationes dicebantur. Atteius Capito legem definit, generale iuſſum populi aut plebis, rogante magiſtratu. Ius poſtulabas.) nam quod ius erat & æquum, petebas Antoni. Præclara illa tabula.) in qua bona quæ tua eſſe aſſeuerabas & diuendebas, deſcripta erant. ſic inquit deridendo. Præter partem Miſeni.) prædia ad Miſenum (quod dictum eſt) obtinebat Antonius cum ſocijs. Auctionaretur.) uenderet. nam bona Pompeij à Cæſare empta nõ perſoluto precio, rurſus uendere coactus eſt Antonius. Auctio, uenditio quædam eſt in loco celebri. hinc auctionari, publicè & ſub haſta aliorum bona uendere. Deferre precium in auctione, licitari eſt: qui uerò defert, licitator dicitur: et quonam in huiuſmodi uenditione alius alio maius preciũ pollicetur, auctio nominatur. Maculoſa.) aut uaria, ut in aulæis uidemus maculas, & colorum uarietates. Virgilius: Aut maculoſæ tegmine lyncis. Aut fœdata. nam ſeruorum & impuriſſimorũ lectos ea ſterni & ornari paſſus erat Antonius. L. Rubrij.) cuius hæreditatem dolo et calliditate (quod prius dictum eſt) inuaſit Antonius, quare ueri hæredes fieri hanc auctionem prohibebant, decretum Cæſaris interponentes, quòd ſcilicet ipſis ſi qua eſſent Antonij bona deberentur, à quo Rubrij hæreditate eſſent priuati. Hærebat.) dubitabat incertus animi. Nebulo.) Põpeius Feſt. Nebulo, inquit, eſt qui non pluris eſt quàm nebula, aut qui non facilè perſpici poteſt qualis ſit, nequã & nugator. Scio aliter & Donatum & Marcellum dicere. Sica.) Sicarios per abuſionem uocamus qui cædem telo quocunq; commiſerint, inquit Fab. Tam bonus gladiator.) ueluti gladiator, qui Cæſarem quocũq; ibat comitabatur: & ad id alluſit, quòd in ciues Romanos Antonius ſæpe gladios ſtrinxerat. Rudem.) uacationẽ & ceſſationem ab arte gladiatoria. nam rudis fœminino genere uirga eſt, qua donati gladiatores, emeriti erant, et cogi ad certamen & pugnam amplius non poterant. Iuuenalis: Hic Sergius olim Accepta rude cœpiſſet Veiento uideri. Hinc Horatius de ſe per ſimilitudinem ait: Spectatũ ſatis, et donatũ iam rude, quæris Mœcenas iterũ antiquo me includere ludo. Et Ouid. Me quoq; donari iam rude, tẽpus erat. Aliquãdo.) ſerò ſcilicet. Vt ait.) prætẽdit enim hãc cauſam ignauiæ. Iſta cauſa.) Cæſaris. Ter depugnauit Cæſar.) in Theſſalia cum Põpeio, in Africa cũ Scipione & Iuba, in Hiſpania cum Pompeij liberis. In Hiſpanienſi.) quæ ad Cordubam & Mundam pugnata eſt, tanto Cæſaris periculo, ut deſperatis rebus etiam de conſciſcenda ſibi morte cogitauerit. graue tũc Dolabella uulnus accepit. Si de meo iudicio quæris, nollem.) affuiſſe omnibus pugnis Dolabellam. Principia ſæpe poſſunt reprehendi, & tamen conſtãtia ac perſeuerantia laudatur, id quod in te deſideratur Antoni. Tu uerò quis es?) ſi de te, inquit, quæramus qualis es. Cn. Pompeij liberi.) Cn. & Sextus. Hæc.) patria. nam utrique partium Pompeianis & Cæſarianis communis erat patria: ac ſi diceret, nõ quòd cum alijs commune illis erat, repetebant tantùm, ſed priuata etiam, quæ tenebas tu. Deos penates patrios.) Qui fuerint dij penates, & Macrobius & Dionyſius inueſtigant. Focos.) ubi ſacra fiunt. Larem ſuum familiarem.) quem ſingulæ uenerabantur familiæ, & cui ad focum rem diuinam faciebant. Plautus in Aulularia: Ego ſum lar familiaris. Qui ſint lares, docet Ouidius in Faſtis. Ii.) Pompeij liberi. Tamen erat æquiſſimum.) putabatur non iniquum pro rebus pugnare quas iam tibi uendicaſſes, ne eriperentur. Sectorem.) in auctione uendentem quæ à Cæſare redemeras Pompeij bona. Qui uerò Narbone reditus.) inhoneſtus ſcilicet, qualem infrà deſcribit. nam digreditur interim Antonio reſpondens. quæſierat enim cur tam ſubitò ex ipſo curſu, cũ in Græciam nauigaret, rediſſet: id quod in prima Philippica dictum eſt. Suum cum illius comparat habitum, quo in reditu uterq; uſus eſt, dicens: Cum nunciatum Romæ eſſet Cæſarem ex Hiſpania uictorem aduentare, ciuitatis primores ferè omnes obuiam prodire: eumq; Antonium etiam quamlõgiſſimè proceſſiſſet, et exortus rumor eſſet Cæſarem occiſum eſſe, hoſteſq; in Italiam properare, illico in urbem Antonius redijt. famuli ueſte indutus noctu domum uenit, & ſeſe Fuluiæ uxori talem exhibuit, qualem Cicero per notationem deſcribit. *Eſt autem Narbone ablatiuus, à nominatiuo Narbo. Intelligit enim de Narbone Marcio, de quo Cic. pro Fonteio, & Velleius Patereulus, qui hanc coloniam deductam tradit Porcio & Marcio conſulibus: ex quo exiſtimari poteſt à Marcio Marcij nomen traxiſſe. Hiero. Ferra.* Non tenebris.) ut tu Narbone rediſti. Cum calceis & toga.) Qui ciuilis habitus eſt. Caligis.) quæ ſunt militares & caſtrenſes: unde C. Cæſar Caligulæ cognomen traxit, quia paruulus manipulario habitu inter milites educatus eſt, quod ait Trãquil. unde caligati, armati ea parte corporis quæ tibialibus munitur.

Nec lacerna.) quæ & ipſa militaris eſt ueſtis, minor capitio, ut ait Feſtus: quod ſic dicitur, quoniam pectus capit, & induſium operit, id quod intra omnes ueſtes corpori adhæret. Var. autor. Quicquid intra capitum & togam, hoc eſt ueſtem exteriorem, ſumebãt, ferè ſubuculam dixere. Næ tu mecum.) Næ, certè aut ualde. Ex omnibus.) Ea gratia in Galliam profectus erat Antonius, cum aduentare Cæſar nunciaretur, ut Conſulatum ab eo, fauore municipiorum et coloniarum Galliæ rogaret. erat enim initurus quartum Conſulatum Cæſar, & dignum ſe conſulatu iudicabat Antonius, quòd magiſter equitum extitiſſet. Municipia uerò & coloniæ ius habebant ciuitatis Romanæ, & dandi ſuffragij comitijs conſularib. ad quæ caligatus & lacernatus cucurrerat Antonius, rogaturus ut pro ſe ad Cæſarem intercederent: quod uehementer reprehendit Cicero. nam neq; ſic cundum fuerat, neq; rogandus Conſulatus, ſed petendus: & olim, inquit, cum petebatur Conſulatus, per uirtutem & bonas artes, non autem unus Cæſar rogabatur, petere ſolebamus Conſulatum. quaſi tunc eum rogarit Antonius: ideoq; non peteretur, quòd unus rogandus eſſet. Antoniũ Iulius in quarto, de quo diximus, Conſulatu collegam ſibi aſſumpſit.

Decima ferè.) circa meridiem. nam diei initium Romanis à media nocte eſt, ut Aulus Gellius & Macrobius docent. Meridie cibũ ſumebant hora decima. Martialis: Ho

ra libellorum decima eſt Eupheme meorũ, Temperat ambroſias eum tua cura dapes. Ad Saxa Rubra.) locus in uia Caßia inter urbẽ et Veios, quorũ Liu. meminit lib. 2. ab Vrbe condita, dicẽs: Ita fuſi, retro ad Saxa rubra, ubi caſtra habebant. Illic perierũt Fabij illi trecenti. Caßia uerò uia erat, quæ in Liguriã per Tuſciã ducebat, à L. Caßio Longino ſtrata, qui Trib pl. C. Mario et C. Flacco Cõſulibus plures leges ad minuendã nobilitatis potentiam tulit. Conſul poſtea à Tigurinis Gallis in finibus Allobrogum cũ exercitu cæſus eſt. Delituit.) ut cognoſceret re uera tãtiſper quid in urbe ageretur (nunciatũ enim erat Cæſarem interfectum) ut uelle uidetur Cicero, quò ſe cõponeret, et ueluti tabellarius ab Antonio miſſus, uxori ſe exhiberet. Ianitor quis tu?) Scilicet es, inquit. A Marco.) ſcilicet Antonio. Ad eam.) Fuluiã. Caput aũt literarũ.) initiũ literarũ hoc cõtinebat. Illinc.) à mima Volumnia.

Hanc.) Fuluiã. Nequam.) qui ne tanti quidẽ eſt, quàm id quod habetur minimi, quaſi nequicquam. Vt catamitum.) mollem & effœminatũ catamitum, inquit Pomp. Feſt. pro Ganymede dixerunt, qui fuit Iouis concubinus. & nos ſic uocamus ſcorta maſcula. Terrore nocturno.) Rumor enim falſus de Cæſaris cæde exortus erat, et Antonius noctu urbẽ ingreſſus, trepidationẽ auxerat. Multorum dierũ metu.) Creditum enim eſt Cæſarem occiſum, quòd Antonius ex medio itinere retro erat cõuerſus. Domi.) apud uxorẽ. L. Plancus.) C. Munatij Planci frater, & Ciceroni amicißimus. Prædes tuos.) Cum L. Plancus. Trib. pleb. quia multa Antonius debebat populo pro Rep. ab eo empta, & ſoluendi tẽpus erat tranſactũ, prædes, hoc eſt res pro Antonio in ſponſione obligatas, uenditurũ ſe minaretur, productus in concionẽ Antonius, ideo ſe inquit rediſſe, ut rem ſuam ageret. inuehiq́; in eum illico cœpit populus, quippe qui nouerat alia cauſa rediſſe, rumore illo de Cæſaris cæde exorto. Præs aũt eſt q populo ſe obligat, interrogatusq́; à magiſtratu ſi præs ſit, ille reſpondet, præs. Feſtus & Varro idem. Prædes aũt hic accipias non ſponſores, ſed rem ſponſione à prædibus obligatam. Dicacẽ.) conuiciantẽ. dicax enim mordax eſt. Cæſari ex Hiſpania redeunti.) quo tẽpore omnes ciuitatis primores obuiam Cæſari prodire, et Antonius quamlongiſſimè, ſed celeriter & iuit & rediit, exorto (quod prius dictum eſt) de Cæſare interfecto rumore. Rurſus inde proceßit obuiam, tanti à Cæſare factus, ut in eodem curru ueheretur. Strenuum.) diligentem, & rei gerendæ auidũ.

Rurſus neſcio quo modo.) infenſus enim prius ei uiſus fuerat Cæſar. Habebat.) erat hæc natura & moribus. Quem planè perditum.) ſciebat enim nihil non auſurum eum qui ære alieno eſſet oppreſſus. cupiunt nanq; huiuſmodi homines res nouas ſemper. His rebus.) ironicôs, quòd perditus & egens. Cum ipſo.) Cæſare. Nihil queror.) ac ſi dicat, nihil dico. Impulſus.) à Cæſare ad petendum Conſulatum. Ille.) Cæſar. Interuertit.) fraude abſtulit. & per tranſlationem locutus eſt. nam interuertere, eſt rem commodatam aut depoſitam aut creditam callidè doloq́; ne domino reſtituatur, efficere. Adſcripſiſti.) addidiſti. In iſtum.) Antonium. Hic.) Antonius. Cum primùm.) Hoc in prima Philippica dictum eſt. Cæſarem quartùm Conſulem cum Antonio, ſe magiſtratu abdicare conſtituiſſe, & in ſuum locum Dolabellam, inuito Antonio, cui erat inimicus, renunciari Conſulem iußiſſe: Antonium uerò Augurem obiceiſſe auguria. Tunc in Antonium eſt inuectus Dolabella acerbißimè, nec pauciora ab eo audiuit. Senatus autem re infecta eſt dimiſſus. Occiſo poſtea Cæſare, inſignia Conſulatus Dolabella ſuo iure accepit, & ſe Conſulem geßit. Antonius uerò collegam ſibi eſſe depoſitis inimicitijs paſſus eſt.

Proficiſceretur) in Parthos Getasq́;, contra quos expeditionem apparabat: Getis, ut inſultantibus: Parthis, ut Craßi ulciſceretur iniuriam, illaturus bellum, inſtructo iam exercitu ſex & decem legionum peditum, equitũ decem millium, & Ioniũ tranſmittere iuſſo: quod ſcribit Appianus. Quem negãt regem.) ſcilicet Cæſarem, & tamẽ re uera rex erat, cum faceret ſemper pro iure ſuo omnia, & diceret. Eo ſacerdotio.) Auguratu. Comitia.) Dolabellæ creandi conſulis. Auſpicijs.) iure auſpiciorum per Fuſiam & Heliam leges, quas Fuſius & Helius Tribuni tulere, ne agi cum populo liceret, niſi de cœlo prius ſeruatum eßet, hoc eſt niſi captatis prius auſpicijs. Agere uerò cum populo, eſt rogare populum ut ſuis ſuffragijs iubeat aliquid aut uetet. quòd ſi aues non admittebant, obnunciabant Augures, hoc eſt non eſſe agendum quippiam ſignificabãt. Et ſicut interceßio Tribunorum eſt, hoc eſt impedimentum rei agendæ, quod à Tribuno magiſtratui affertur, ita obnunciatio Augurum. Vel impedire.) antequam haberentur. Vel uitiare.) poſtquã habita ſint, uitio factum Conſulem oſtendere, quòd ſeruatum de cœlo non ſit, & aut tonuerit, aut pluerit. Minus facere potuiſſes.) ac ſi dicat. multo plus impedire Cõſul comitia potuiſſes. Vide ne etiam facilius.) hoc eſt, multo facere potuiſſes facilius. Nos.) Augures. Nunciationẽ.) ut mox docebit. Etiam ſpectionẽ.) ius inſpiciẽdi, & præſentiam exhibẽdi auſpicijs. Nunquam ſobrio.) ſic diſtinguendũ.

Impudentiam.) temeritatem. Eſt autem impudentia huiuſmodi, dixiſſe in Senatu multis menſibus antè ſe Dolabellæ aut prohibiturũ comitia auſpicijs, aut impediturũ: id quod fecit. Quiſquám ne diuinare.) Impediri comitia antequã auſpicia capiãtur, non poſſunt: quoniã quod uitij in auſpicijs futurum ſit, diuinari non poteſt: nec niſi uitium acciderit, prohiberi ipſa poſſunt comitia. De cœlo ſeruare.) auſpicia cœlum obſeruando captare. Quod neque licet comitijs per leges.) Heliam & Fuſiam. Comitijs ſeruare de cœlo nõ licebat, donec ſcilicet cum populo agebatur. antè fieri id conueniebat. Non habitis.) non cõpletis comitijs. Nunciare.) quid acciderit, aut pluiſſe, aut tonuiſſe. Nam Ioue tonante, agere cum populo nõ licebat, niſi id per ſudum, hoc eſt ſereno cœlo fieret. Hinc eſt Virgil. lætũ ſignificans auguriũ, Cœli de parte ſerena Intonuit læuũ. Verùm implicata.) Inſcitia declaratur, quoniam de auſpicijs loquens ritum ignorat auſpiciorũ, nec ſcit prohiberi per Augurẽ comitia non poſſe, cuius tãtum nunciare ſit aut pluiſſe aut tonuiſſe, & uitio creatũ oſtendere, ſi aut tale aliquid acciderit, aut ſeruatum de cœlo priuſquam comitia haberentur, non fuerit. Impudentia uerò in eo eſt, quòd ea impediturum minabatur, quæ impedire niſi cauſa adeſſet, non poterat: et ſic de futuris, ac ſi explorata ea haberet, loquebatur. Apparitor.) miniſter. Apparere, præſto eſſe magiſtratui et regi ſignificat ad quandam dignitatem, ac ueram oſtentationem. Virgil. Hæ Iouis ad ſoliũ ſæuiq́; ad limina regis Apparent. Rogabat.) Cæſarem. In aduerſam lecticã.) Cæſaris, qua ille uehebatur. Inferens.) immittens dum illi ſupplicat. Beneficia.) gratias, ut uulgus dicit. A collega.) Cæſare. Ecce Dolabellæ.)

bellæ.)cum abdicare ſe magiſtratu Cæſar uellet, & Dolabellam Conſulem renunciari iuſsiſſet. Sortitio prærogatiuæ.) Creandis Conſulibus comitia habebantur Centuriata, populus in claſſes erat diuiſus, claſses uerò in centurias, quæ per magiſtratum ad dãda ſuffragia conuocabantur. Prærogatiua uerò ſuffragiorũ erat cum trib. aut centuriæ obtinebant, ſed ſorte, ut primæ ſuffragium ferrent. Nam quod ex Liuio & alijs ſcriptorib. licet cognoſcere, nomina tribuum in urnam conijciebãtur: & cuius nomen eductum prius fuiſſet, illa prærogatiuã habebat, hoc eſt prius de candidatis iudicium ferebat: & ſuam aperiebat ſententiã: & aut dignos magiſtratu qui petebant, aut indignos renunciabat. Eratq́; ueluti ſcrutinium, quod cæteræ ferè ſemper ſequebantur. Prærogatiua enim, quod ex Pediano licet colligere, duo ſignificat, et eũ quiſpiã qui benefacturus nobis eſt, adhuc integro beneficio, aut dicto aut facto aliquid præſignificat de ſua in nos uoluntate & ſtudio: & ſunt tribuum prærogatiuæ, quæ primæ ſuffragiũ ferunt ante iure uocatas. Iuris enim fuerat, quo facilius in comitijs concordia populi firmaretur, bina de ijſdẽ candidatis comitia fieri, quorũ tribus primæ prærogatiuæ dicebant quos uellent magiſtratus fieri. Secundæ iure uocatæ, quòd in his ſequente populo, ut ſæpe contingit, prærogatiuarum uoluntatem, iure omnia complerentur. Ergo præibant iudicio & ſententia quæ per ſortem habuerant prærogatiuam, ſequebantur reliquæ: et ferè ſemper ille obtinebat magiſtratum, in quem tribus primæ prærogatiuæ inclinaſſent. Quieſcit.) Antonius. Renunciatur.) Dolabella à centurijs quæ primam nactæ erant prærogatiuã.

Tacet.) Antonius. Prima claßis.) Cẽturiæ primæ claſſis iure uocatæ, poſt uoluntatem & iudiciũ tribuum habentium prærogatiuã. In claſſes populũ diuiſit Ser. Tullius: quod tradit Liuius libro primo ab Vrbe cõdita. Suffragia.) omnium centuriarum, ut fieri ſolet creandis Conſulibus. Confecto negocio.) cum renunciatus Conſul eſſet ſuffragio omnium Dolabella. Bonus Augur.) ironicè. Lælium diceres.) eam præ ſe ferens grauitatem, qua Læliũ quõdam fuiſſe legimus. Alio inquit die.) hoc eſt, non licet hodie Conſulẽ renunciare Dolabellã, q. uitio electus eſt, nec cõſentiũt auſpicia. Lælij duo fuere illuſtres, eodem C. prænomine: alter Scipionis ſuperioris, alter poſterioris amicus: ſed is in primis eloquẽs fuit, ſapientis adeptus nomen, de quo plura Cicero de Claris oratoribus ad Brutum. Libro de Amicitia ſic ad eum Fannius gener loquitur: Vnum te ſapientem & appellant, & exiſtimant. Et paulò pòſt: Te autem alio quodam modo non ſolùm natura & moribus, uerùm etiam ſtudio & doctrina eſſe ſapientem. Quid uideras? præpetes aues aut oſcines.

Quid ſenſeras?) ut pluuias. Quid audiueras?) ut tonitrua. Nec enim.) nihil profectò aut uideras, aut ſenſeras, aut audiueras. Nec de cœlo te ſeruaſſe dixiſti.) ſed tantùm, non hoc die. Neq; hodie dicis.) te de cœlo ſeruaſſe, cum quippiam fieri prohibes, ſed tantùm pro iure tuo, & inſolenter ac impotenter loqueris, dicens non hodie.

Id igitur obuenit uitiũ.) Cæſar, quod ſæpe diximus, quartùm Conſul creatus, Antonium ſibi collegam aſſumpſit. Statuerat autem Conſulatum ſimul atq; iniſſet, deponere, ita ut in eius locũ Dolabella ſubrogaretur: eũq́; renunciari à claßib. & centurijs Conſulem calendis ipſis Ianuarij iuſsit. Antonius obiecit auguria. Inuectus aũt in Dolabellam, dixit non poſſe illũ ſine magna Reip. calamitate, neglecta religione auſpiciorũ Cõſulẽ fieri. Euenit, inquit Cicero, uitiũ quod tu præuidiſti: ſed illa à te prædicta calamitas, in te potius quàm in Remp. futura eſt. Spero.) credo. Ementita auſpicia.) quæ ementitus tu es. nulla enim erant quæ Dolabellæ comitia impedirent. Populũ.) ferentẽ ſuffragia in creando Conſule Dolabella. Obſtrinxiſti.) alligaſti, impediſti. Auguri.) Cæſari, qui & ipſe Augur erat. Nunciaſti.) obieciſti auguria, & interceßiſti. Ne acta Dolabellæ uidear conuellere.) tanquam irrita eſſe dicere, quoniam tu uitio creatum nũciaſti. Ad noſtrum collegium.) ut decernat fuerit ne uitio creatus, an contrà, & ſint eius acta ſtabilia & rata. nam poſtquam animaduerſum fuerat etiam finito magiſtratu quempiam (ut apud Liuium & alios hiſtoricos legimus) uitio fuiſſe creatum, & contra auſpicia, acta eius omnia irrita habebantur & reſcindebantur. Neq; enim uerus magiſtratus fuerat, non ritè creatus: neq; conſtituere ea poterat quæ ad eiuſmodi magiſtratus ius & poteſtatẽ ſpectabant. Quãdiu tu uoles.) Viuo Cæſare Dolabellam Conſulem fieri paßus non eſt: eo mortuo collegam ſibi eſſe ultrò uoluit. id quod in prima Philippica eſt dictum. Sed ſi nihil eſt.) Cauſa enim aliqua adijcienda fuerat. Conſuere te &c.) ideo dixiſſe, non hoc die, quoniam ſobrius tunc non eſſes, & in alium differri diem uelles, quo ſobrius eſſes. Augur.) ego. A collega.) te. erant enim in eodem augurum collegio Antonius & Cicero. Pulcherrimam.) ironicè. ac ſi dicat flagitioſiſsimam. Ad Lupercalia.) De origine, appellatione, ac curſu Lupercorum, multa Plutarchus in Romuli uita: multa item Ouidius Faſtorum libro ſecundo. Hiſtoria uerò hoc habet: Cæſar triumphali amictus ueſte Lupercaliorum die pro roſtris ſedens currentes ſpectabat. Erant autem adoleſcentes nobiles nudi ac uncti, loris albis obuios cædentes, inter quos Antonius & Conſul & Lupercus. Is propius ad Cæſarem accedens, diadema capiti eius impoſuit: quod, detorquens caput, ſemel ille & ſecundò reiecit, non ſine maxima totius Romani populi lætitia & plauſu: quippe qui regium nomen & habitum ferre non poterat. Cumq́; idem diadema Cæſaris ſtatuæ impoſuiſſet Antonius, Flauius & Marullus Tribuni pleb. abſtulere, ſuntq́; à populo collaudati. à Cæſare uerò ob id duntaxat non multò pòſt magiſtratu priuati. quæ cauſa Bruto & Caßio, cæteriſq́; coniuratis maturãdi de Cæſaris nece conſilium extitit. auctor Plutarchus. Hoc Antonij factũ Cicero inſectatur acerbißimè. Sudat.) quod accidit his quibus id obijcitur crimen quod & graue eſt, & dißimulari non poteſt. Iuuenalis: Rubet auditor, cui frigida mens eſt Criminibus: tacita ſudant præcordia culpa. Et ſudat quidem uerecundia, & pallet reprehenſionis timore. Ariſtoteles, cur & pudore erubeſcimus, & timore palleſcimus, quærit in Problemat. utrũq; eodẽ, pro uario animi affectu, ferè cõtingit tẽpore. Ne nauſeet, faciat.) ne euomat: quod facere ſolent hi quib. ſentinæ nauis fœtor ſtomachũ mouit. Iuuenalis: Illa maritũ Nauſeat. Inde nautea herba granis nigris qua coriarij utuntur. t in s mutato, ut Feſto placet. In porticu Numicia.) quam Numicius extruxit, in quã uiri principes conuenire nõnunquã ſolebant. illic aliquando Antonius nauſeam fecit. * Minutia magis legi debere putat Hiero. Ferr. in hunc locum, auctoritate Victoris adductus, qui, Regio, inquit, nona circũ Flaminiũ continet, & ſtabula quatuor factionũ ſex, porticũ Philippi Minutiã ueterẽ, & frumentariam. * Rhetoris.) Sexti

Clodij. Collega tuus.) Iulius. Coronatus.) laurea. Aliud enim corona, aliud diadema. Corona datur priuatis: diadema uerò eſt inſigne regum. Faſcia, quæ circunligatur coronæ aut capiti regis. Διαδέω circunligo eſt. Vt te eſſe Conſulē.) nam quod Lupercū decebat, hoc eſt, nudum & currentem eſſe, Conſulē non decebat. Collegā.) quem parem haberes, quærebas habere ſuperiorem. Tentares.) experireris. neq; enim populus id pati poterat. Ad pedes.) Cæſaris. Tibi uni peteres.) ac ſi dicat, tolerabilē id fuiſſet, ſi tibi uni petijſſes ſeruire. Hæc cruentat oratio.) ſtimulos habet & pungit ipſa. In faſtis.) in quibus feſtorum dierum ac totius anni fit deſcriptio. De die.) in luce uerſari. In diem.) præſentis diei habere rationem, de craſtino nihil cogitare: quod corruptiſsimi et imprudentiſsimi faciunt. Idcóne.) De his omnibus nota hiſtoria. Quid egiſſes.) nam contra te dicturus Cæſar erat. Paratum.) ad reſpondendum mihi, quem audieras contra te dicturū, & ementita à te auſpicia, quibus tamen parendum à nobis fuerat, uellemus nollemus. Incidi.) nolens, & præter conſilium. Quæ tua fuga?) Nam occiſo Cæſare, abiectis Conſulatus inſignibus, & mutata ueſte, delituit Antonius, ac mox prodijt, cum nihil hoſtile fieri audiſſet, & ſe in Capitolium recepiſſe coniuratos: ad quos filium pro obſide miſit, ut deſcenderent hortatus. quæ prius ſunt à nobis dicta. Eorum.) coniuratorum: ſed in primis Bruti, qui Antonium occidi uetuit. Similem tui.) ad naturā & mores rediturum. In ædem Telluris.) ubi habitus eſt Senatus de præſenti rerum ſtatu, ac Repub. componenda. Actum.) præſentibus interfectoribus, qui miſsis in Capitolium obſidibus deſcenderant. Subitò.) quia Rempub. & libertatem defendebat Cicero. Quòd tibi inuideris.) fuiſſes enim in Repub. cum omniū gratia princeps, niſi ad tyrannidem animum conieciſſes, & ſempiternam laudem tibi uindicaſſes. Mentem.) conſilium & uoluntatem.

Per obſidem puerum nobilem.) per filium M. Antonij, etſi Lepidi quoq; filium in Capitolium pro obſide miſſum legimus. & nobilem inquit Cicero, ironicè. ſequitur enim, Bambalionis nepotem. Non diuturni magiſter officij.) quia timor facit nos in officio eſſe, ſed non diuturno. Quæ dum timor abeſt.) quæ ſemper comes eſt, niſi cum times. Tua illa pulchra laudatio.) ironicè, quam in Cæſaris funere habuit Antonius. qualis autem fuerit, apud Appianū licet cognoſcere. Cum Cæſarē laudaſſet Antonius, eiusq; indignam mortem deploraſſet, acerbè in interfectores inuectus, ſtudium uerò populi in celebrādo funere laudaſſet, ac iuſiurādum recitaſſet, quo Cæſari fidelitatem erant polliciti, uehementer circunfuſam multitudinem commouere uiſus eſt. Cum autem imaginē Cæſaris, quæ machina quadam circumagebatur ex cera facta, ad caput iacentis poſita, & uulnera illa quib. eſt confoſſus, præ ſe ferens quidam ſuſtuliſſet, ſeſe continere uulgus ulterius non ualuit. cadauer in rogo cremandum reliquit, ad interfectorum ædes cucurrit. Cinnam quendam tribunum, nominis ſimilitudine deceptum, & Cinnam illum eſſe ratum, qui Prætor in occaſum Cæſarē fuerat inuectus, trucidauit. Domum L. Bellieni Senatoris combuſsit. à Dolabella altero Conſule ægrè repulſum. Fugêre ex urbe percuſſores, ac in prouincias pleriq; abiere à Cæſare uiuo decretas. Illa miſeratio.) cū ueſtem à pectore diſcidit, & in lachrymas conuerſus, Cæſaris corpus nudum protulit, et eius uulneribus proſciſſam ac ſanguine fœdatā ueſtem. Semiuſtulatus.) Accenſa Antonij oratione & actione diſcurrere cœpit ad percuſſorum domos multitudo, ſic ut ſemiuſtum cadauer relinqueretur. *Hoc uerbo & pro Milone uſus eſt, infelicißimis lignis ſemiuſtulatū, nocturnis canibus dilacerandum reliquiſti. Vſtulare dicit autor obſcœni carminis: & buſtulatum Plautus. Fuligine abſterſa.) qua denigratus fueras in Cæſaris cremando cadauere, ut dolorē tuum populo indicares. Præclara ſenatuſcōſulta feciſti.) Hæc omnia ſunt prius dicta. Venibant.) uendebātur. Si hæc manent.) ac ſi diceret, ſi durant diutius quæ facit Antonius. Domeſticis nundinis.) mercatu ac foro quod domi agit, in quo omnia uēdit. Vbi eſt.) Hāc pecuniam interceperat Antonius, ut eſt iam dictum. Funeſtæ.) ex bonis interfectorum & proſcriptorum redactæ. A tributis.) quæ uiritim pēdimus. Vindicare.) ut immunes à tributis eſſemus. Non inſciente te.) ac ſi diceret, te conſcio & uolente. Sed unum egregiū.) Deiotarus Tetrarcha Gallogræciæ & Paphlagoniæ, Senatui populoq; Romano amiciſsimus, & rex à Cicerone Senatus populiq; Romani nomine adiecta Armenia appellatus, in partibus fuit Pompeianis, & cum auxilijs in Pharſaliam uenit. Victo poſtea Pompeio, Cæſari ſatisfecit. equites quos imperauit, & pecuniam miſit. diuertentem apud ſe in Luceio caſtello, cum aduerſus Pharnacem proficiſceretur, hoſpitio ſuſcepit, rurſumq; poſtulatam pecuniam Cæſari numerauit. Accuſatus deinde eſt à Philippo quodam medico ſeruo ſuo, Caſtore nepote ſubornante, & aliorum criminum, & quòd diuertentem apud ſe C. Cæſarem occidere cogitauerat. Cicero præclara illa oratione, quæ eſt in manibus, defendit. Cæſar indignatus, Deiotarum ad ueterem Tetrarchiam redegit: adempta Media, & quibuſdā Græcis qui comitati in bellis eum fuerant, tradita: ac item Armenia ablata, quam Senatus conceſſerat. Cæſare mortuo, quicquid ereptū fuerat, illico recepit. Sed Antonius cum Legatis eius qui Romæ erant, inſcio tamen Rege, & Regis hoſpitibus (quorum unus erat Cicero) diſſuadentibus, pactus eſt, ſi certam pecuniam acciperet à Deiotario, edictum ſe prolaturū, quo adempta, ex Cæſaris uoluntate reſtituerentur. Inſectatur hoc & irridet Cicero: &, meditere, inquit, Antoni de ſyngrapha, hoc eſt de cautione per tuam & contrahentium tecum Legatorum ſcripturam facta: nam quæ amiſerat Deiotarus, ea recepit, & ſine ullis Cæſaris commentarijs tenet, et iure quidem tenet: quod oſtendit Cicero. Propoſito.) in pariete, ut ab omnibus legi poſſet. Huic ordini.) Senatorio. Maßilienſibus.) quos uehementiſsimè odit Cæſar, quòd in partibus Senatus & Pompeij fuiſſent, quòd obſidionem & extrema omnia paßi eſſent, id quod & Lucanus ſcribit, & legitur in Cæſaris commentarijs. Hinc poſtea triumphans Cæſar portari in triumphi pompa etiam Maßiliam uoluit, etſi minus licebat, quòd ſocia ſemper fuerat populi Romani. Hinc illa Ciceronis in Officiorum libris Lamentatio: Itaque uexatis & perditis exteris nationibus, ad exemplum amißi imperij, portari in triumpho Maßiliam uidimus: & ex ea urbe triumphari, ſine qua nunquam noſtri imperatores ex tranſalpinis bellis triumpharunt. Plura de Maßilia, quæ Narbonenſis prouinciæ metropolis quondam fuit, commentario quarto Strab. ſcribit.

Tetrarchiam.) Gens quæ unius eſſet linguæ, diuiſa olim in parteis quatuor, in totidem ſciſſa dicebatur tetrarchias: quare ſingulæ ſuum habebant tetrarcham, & iudi-

cem

cem et ephorũ tetrarchæ ipſi ſubiectos. autor Strab. Hęc uiuus eripuit.) ſi uiuus eripuit, nunquã reddidit mortuus.

Quibus uerbis?) frequens erat in decreto quod Antonius fixerat ex cõmentarijs, ut dicebat, Cæſaris, æquũ eſt reſtitui Deiotaro Armeniam, non iniquum Mediæ tetrarchiã reddi: & ſimilia. quam uerborum complexionem, hoc eſt implicationem deridet Cicero. Aſſus.) ſemper defendi.

Aequum dixit.) Quoniam etſi defendebat crimen Deiotarus, deprecatione tamen utebatur: fateor, dicebat, peccaſſe, nec æquum quicquam poſtulare à Cæſare: & tamen ut ignoſcat poſtulo: & quæ peto, pro ſua ſumma humanitate concedat. HS centies.) ſic pactus cum Deiotari Legatis fuerat Antonius, ut centies daret ſeſtertium. Regis hoſpitum.) quos plures Romæ habebat: Cicero enim & Pompeius hoſpites fuere Deiotari. In Gynæceo.) locus domi eſt ubi ſolæ uerſantur mulieres: ſicuti Andronitis, ubi uiri. γυνὴ mulier eſt. Vænere.) uenditæ ſunt, & quotidie ueneunt. Suo Marte.) ſua auctoritate & robore, in prouerbio eſt. Nemo iure conſultus.) nemo à te de iure interrogatus. duæ hic partes, iure conſultus. Ne iſte quidem.) Sex. Clodium (ut opinor) intelligit rhetorem, cuius conſilio hæc faciebat. Auctorem.) Cæſarem. Quorum imitatores.) Nonnulli ex Antonij ſectatoribus chirographa ab eo propoſita in multorũ beneficium imitabantur. nam & ipſi ſcribebant, & uenalia proponebant in publico, ut qui uellent, hoc uel illud beneficium emerent: non aliter quàm gladiatorum libelli proponi ſolent, in quibus nomina continentur eorum, & patriæ atq; ætas, cuius item ſint, ut ſciant qui emere aut conducere uolunt. nam ædiles & Prætores munus edebant gladiatoriũ: & Aedilis Cæſar ludis & reliquæ munificentiæ adiecit gladiatorium munus aliquanto paucioribus quàm deſtinauerat paribus. nam cum multiplici undique familia comparata aduerſarios exterruiſſet, cautum eſt de numero gladiatorum, quo ne maiorem cuiquam Romæ habere liceret, ut Tranquil. ait. Vel libellos, gladiatorum compoſitiones. Cicero in Epiſtolis ad Cælium: Quid enim? me hoc tibi mãdaſſe exiſtimas ut gladiatorum compoſitiones? Nam libellus etiam duorum pluriũmue ſignificat pactionem. Ouid. Dum loquitur, tangitq; manum, poſcitq; libellum. Poſſumus etiam eos accipere libellos, in quibus pugnæ gladiatorum erant deſcriptæ, quibus legendis uulgus oblectabatur. Venales autem ab his qui inde lucrum quærebant, circumferebantur. Appendantur.) quod fieri ſolet quoties maximus numerus eſt. Priſci cum ſignata adhuc pecunia non eſſet, pendebant æs, non numerabant: hoc graue uocabatur, ſicut quod numerabatur, ſignatum. unde pendere tributa, & pendere pœnas. Poſt M. Brutum.) qui Proconſul Cretam obtinebat. Ne prouinciæ.) ut deſineret tributum pendere, & libera eſſet, nec amplius prouincia & uectigalis haberetur. Conſtringendus.) arguendus & conuincẽdus hoc decreto quod tu dicis Cæſaris eſſe. Dicebat enim Antonius Cæſarem hoc decreuiſſe. Et dic mihi, inquit, Antoni, Creta non potuit liberari uiuo Cæſare, ſi hæc Cæſaris uoluntas fuiſſet! nam ad Brutum quidem tunc nihil pertinebat. cur ſtatim poſtquam illinc diſcederet Brutus, liberam eſſe uoluiſti? Certe apparet neque cogitaſſe neq; uoluiſſe hoc Cæſarem: ſed id agitur P. C. ut hoc decreto Antonius à Cretenſibus pro immunitate pecuniam accipiat, Reſpublica Cretam prouinciam amittat.

Omnino.) nihil quiſquam uoluit emere, quod hic nõ fuerit paratus uendere. De exulibus.) Legem propoſuerat, qua exulibus ſub certa pecuniæ pactione reditus liber eſſet in patriam. Cicero non dolere ſe dicit quenquam reſtitui in patriam: ſed id ferre permoleſtè & reprehendere, quòd idem pari conditione omnibus reditus patet, cum diſpar cauſa exilij fuerit. Et inquinatos.) confuſos, commixtos ac uelut fœdatos, tanquam par omnium fuerit cauſa. Similis.) in qua reliqui reſtituti. Loco patrui.) C. Antonij, qui fuit in partibus Põpeianis, & idcirco exul à Cæſare factus: de cuius reditu ferre diſtulit Antonius, cũ de alijs Cæſare occiſo referret. eundem reſtitutum poſtea Antonius ad cenſuræ petitionem impulit, ſubornatis uiliſſimis & indigniſſimis quibuſdam qui competitores fierent: id quod & riſus hominum mouet, eiuſmodi perſonas cenſuræ candidatos fieri: & querelas, quòd uir clariſſimus & Conſularis honeſtiſſimus ſic ludibrio eſſet Antonio: & tamẽ haberi ea comitia poſtea non eſt paſſus. Comparaſti.) conſtituiſti dedita opera. Fulmen ſiniſtrum.) Fulminibus, quid aut faciendum eſſet, aut cauendum, moneri ſe à Ioue putabant homines. Siniſtrum fulmen uitium erat comitijs. Cicero lib. 2. de Diuinatione, Comitiorum ſolum uitium eſt fulmen, quod idem omnibus reb. optimum auſpicium habemus, ſi ſiniſtrum fuerit. Cum ſis religioſus.) Quoniam Augur tu es & religioſus, tuos auſpicijs ſubeſſe non exiſtimas, & te ac tuos extra omnia auſpicia poſitos eſſe tibi perſuades. ironicè autem loquitur. In ſeptemuiratu.) Petierat C. Antonius Septemuiratũ, M. Antonio ad petitionẽ impellente. ab eodem repentè deſtitutus eſt. Septemuiri epulones dicebantur. ſeptem enim erãt collegæ in hoc magiſtratu quod ad ſacra pertinebat. Datũ autem ijs eſt hoc nomen, quoniam indicẽdi Ioui cæteriſq; dijs epulas poteſtatem haberent. auctor Pompeius Feſtus. Eorum filiæ à Veſtæ ſacerdotio excuſationem merebantur, quod A. Gell. tradit. Interuenit.) tanquam ad rem certam affuit. Quid metuiſti? credo.) Id ne metuiſti, ne non poſſes negare ſaluo capite, id eſt uiuus? ac ſi diceret, ne non poſſes negare quando uelles: quoniam quando uoluiſſes, negare omnino potuiſſes. Vel ſaluo capite, ſalua et integra fama. C. Antonij, quẽ idcirco adeſſe uoluiſti, ut maiore afficeretur dedecore, cum negarẽ Septẽuiratũ ei integra poſſes fama. Sororẽ.) patruelẽ. Alia conditione.) alia uxore Calpurnia. Probri.) adulterij cũ Dolabella.

*Inſimulaſti.) accuſaſti. Tua cognitio.) quæ tu ſolus notaſti & nouiſti. Pacis cauſa.) id quod in prima Philippica eſt dictũ. Si ſunt falſa.) Dianœa. Cũ cõſilio.) alijs adhibitis. Percurſationẽ.) cũ mortuo Cæſare ueteranorũ colonias luſtraſti, ut eorũ ſtudia tibi cõciliares. id quod feciſſet Antonius, niſi Octauius impediſſet. Capuam deducere.) ſcilicet coloniã. uoluit illuc coloniã deducere, ſed Cãpani prohibuere: et parũ abfuit quin occideretur. non ergo adijt, ſed penè adijt: hoc eſt parum abfuit quin adiret. Vel Capua deducere, ueteranos ſcilicet, & ſecum ducere. Illud penè.) ut adeas & pereas, non penè adeas. Simile eſt illud Propertij, Quod quæris quare, non habet ullus amans. * Eſt autem hic ſenſus: Vtinã conere ut illud penè tollatur, & te interfecto, peregrinatio tua nobilitata ſit. id enim ſignificat quod 11. Philip. declarat: Veſtrũ hoc conſilium Capua probabit? quæ temporibus his Romæ altera eſt. illa impios ciues iudicauit, eiecit, excluſit. illa inquã urbi conanti è manibus eſt ereptus Antonius. Hieron. Ferr. Cui urbi.) quali, & quàm contra te iratæ*

rionis auxilio: ac ſi dicat, non ſuppetebat tibi pecunia, qua unam tribum ambires. Fauore Cæſaris Iulij inquit Plutarchus inter augures cooptatum fuiſſe Antonium.

De ui.) quòd ui pulſo competitore, ſuperiores fuiſſent pro Antonio laborantes. At beneficio ſum uſus tuo.) Et hoc obiecerat Antonius, ſuo uſum beneficio Ciceronem, quòd eum Brundufij quum poſſet, non occidiſſet. ad quod reſpondet Cicero. Pompeio in Pharſalia ſuperato, quum Cato qui naualibus præerat copijs, & claſſem & exercitum Ciceroni committendum cenſeret, omnesq́; ut acciperet, hortarentur, ac unum illum ſibi ducem in communi ſalute depoſcerent: ipſe conſtanter recuſauit, finemq́; ſibi belli feciſſe, & in ocium properare palàm reſpondit. quod eius dictum ſic moleſtè quidam tulere, ut parum abfuerit quin occideretur. quare properè in Italiam reuerſus, ſtatuit Brunduſij Cæſaris reditum in Aſia & Aegypto commorantis præſtolari. Erat autem Brunduſij Antonius, qui Ciceronem, quòd in partibus fuiſſet Pompeianis, occidere potuit: quod obiecit, dicens ſuo eum beneficio uiuere, uixq́; ſe eũ à Cæſaris militib. defendiſſe. Semper præ me tuli.) faſſus ſum ſemper, ac ſi ita ut dicis, eſſet. Minus prudenti.) rem ipſam ut eſt cognoſcenti. Ipſe uictor.) Cæſar. Eũ tu occideres, quẽ ſaluũ Cæſar uoluiſſet?) ac ſi dicat, minimè. Quod ſi eſſet beneficiũ, nõ occidere cũ poßis, quoniã beneficiũ nõ eſt: illi quib. Cæſar nõ ademit uitã, cũ poſſet, nõ laudarentur quòd eũ interfecerint, ſed ingrati haberentur, & uituperarentur: ſed quia laudãtur, idcirco non adimere uitam, non eſt beneficium. Illum.) Cæſarem. Seruati.) non occiſi, ut Brutus, Caßius, & reliqui, qui partes Pompeij ſecuti ſunt, quibus uictor Cæſar pepercit.

Quàm miſerum.) miſerum enim uideri debet, te hominem nefarium tantum habuiſſe licentiæ, ut ciuem optimum & præſtantißimum necare poſſes, ſi uelles. De interitu Reipub.) quæ interijt per te. Ne ingratus uiderer.) in te, qui non ademiſſe iactas uitam, cum poſſes. In illa querela.) quæ eſt in ſuperiore oratione. Et quidem.) & tamen nullus adeò temperans extitiſſet, qui de te conquerens abſtinere à maledicto poſſet. Reliquias Reip.) Propter interceptam pecuniã hoc ait, quæ fuerat ad ædem Opis: & propter quatuor millia talenta, quæ à Calpurnia Cæſaris uxore accepit. Turpißimo mercatu.) Tanquã in nundinis & mercatu omnia Antonius uendiderat, magiſtratus, immunitates. Cum leges eas.) ut Prætoriæ prouinciæ pluſquam annum, Conſulares pluſquam biennium obtinerentur, ut duabus decurijs tertia Centurionum adderetur, ut de ui & maieſtate damnatis liceret prouocare. De te.) nam uolebat Antonius licere ſibi prouinciam pro arbitrio ſuo retinere. Interceßionẽ.) Tribunitiã. Suſtuliſſes.) Conſulari poteſtate & auctoritate. Omnes impuritates.) omnes impuros & fœdos homines, aleatores, ganeones, ut mox dicetur. Luſtris.) Sunt & in ſyluis luſtra ferarum habitacula. Virg. Non abſunt illic ſaltus, & luſtra ferarum. & loca ſordida, atque occulta: in queis qui uerſantur, gulæ & luxuriæ operam dant: ac ipſa etiam lupanaria. Plaut. in Aſin. Luſtris ſtudet. Confectus) conſumptus, exinanitus. Cum M. Craſſo.) Hic eſt M. Craſſus ille diues, qui perijt in Parthis, cum quo Ciceroni graues & diuturnæ fuerunt inimicitiæ. Earum uerò extitit cauſſa, quòd cum Catilina coniuraſſe eum Cicero inſimulauit: & in oratione quam de Conſulatu ſuo habuit, Craſſum ad ſe noctu ueniſſe retulit, epiſtolã à Catilina miſſam tenentem, qua illum quaſi conſcium ad confirmandam coniurationem hortabatur. Quòd uerò in Ciceronem æquior eſſet Craſſus, ac non apertè inſectaretur, filius cauſſa extitit: qui ſtudiorum gratia Ciceronẽ ſectabatur, & ſic obſeruabat, ut eo damnato ueſtẽ mutauerit: idq́; ut cõplures nobilißimi adoleſcentes facerent, fuaſerit. Tandẽ uerò patrem etiam reconciliauit Ciceroni. Tum.) quãdo habuit primã illam orationẽ quæ hanc præcedit. Vita cõmunis.) ac ſi diceret humanæ conſuetudinis, quam ſequi ſolemus. non enim ſi quid ſcriptum aut dictum eſt nobis ab amicis prius, id cum inimici euadimus, diuulgare debemus. Nec prudens quiſpiam facere auderet.) nam ſi hoc fieret, abſtinerent homines loqui multa cum amicis aut ſcribere abſentes: quippe qui dicerent, ſi fortè inimicitiæ inter nos exorirentur, quicquid dixero aut ſcripſero, propalabitur. Aliqua offenſione.) id eſt ſi qua offenſio interuenit, ſi diſplicuerunt. Vitæ ſocietatem.) ut ad amicum non audeat quiſquam ſcribere aliqua de re, ſi dubitat eum aliqua offenſione interueniente proditurum. Inepta.) ut ioci & dicta faceta, ambigua, & obſcœna nonnunquam, qualia ſunt in Cic. epiſtolis illis ad Pætum, & alios nonnullos. Seria.) de Repub. ſed non diuulganda, quãdo periculum eſt inde ei qui ſcripſit, ut cum tempora accuſamus, & principes carpimus. Sit hoc inhumanitatis tuæ.) id eſt imputetur inhumanitati tuæ, cum ſic ſis natus: ſed uos P. C. incredibilem ſtultitiam uidete, & conſiderate. Homo diſerte.) Ironicè. Vt tuis, inquit, uideris.) operis & aſſeclis, hominibus impurißimis & ſceleſtißimis. Muſtellæ Tamiſio, Tyroni.) quos & inferius cõmemorat. ij uini exhalandi, non acuendi ingenij cauſa declamare dictitabantur: quod pòſt dicetur. Inter ſicarios.) Quaſi iocatur Cicero, & tamẽ uerũ obijcit crimen Antonio, quòd & ipſe & operæ eius obnoxij eſſent legi de ſicarijs, quoniam armati uenerant in Senatũ. Lex uerò Cornelia de Sica, homicidas ultore ferro perſequitur, uel eos qui hominis occidendi cauſa cum telo ambulant. Sica uerò eſt, quicquid teli hominis occidẽdi cauſa fertur. An chirographo.) ipſa manus meæ ſcriptura. In quo habes &c.) in effingendis ſcilicet chirographis, & ſcriptura manus alienius ac characteribus, ex quibus magnum capis fructum in adulterinis literis & teſtamentis. Qui poßis?) quaſi dicat, nõ uideo. nõ enim ſunt meæ, ſed librarij mei manu. Iam inuideo &c.) Et hic iocatur, ſed cũ felle & acri reprehẽſione: Curioni dicit inuidere ſe, qui nihil Antonium ſapere docuit tanta mercede: ei enim ſe ſubſtrauerat Antonius, ut eſt dictum. Omne autem tuum crimen eſt.) omnis in tali re tua accuſatio eſt, & in hoc me criminaris. At ego tuas literas.) Literæ Antonij quas hic ſignificat, ſic incipiunt: Occupationibus eſt factum meis, & ſubita tua profectione, ne tecum coràm de hac re agerem: quam ob cauſam uereor ne abſentia mea leuior ſit apud te. Quòd ſi bonitas tua reſponderit iudicio meo, quod ſemper habui de te, gaudebo. A Cæſare petij ut Sextũ Clodiũ reſtitueret. Impetraui. Erat mihi in animo etiam tum ſic uti beneficio eius, ſi tu conceßiſſes: quo magis laboro, ut & tua uoluntate id per me facere liceat. Quòd ſi duriorem te eius miſeræ & afflictæ fortunæ præbes, non contendã ego aduerſus te. Ex hac M. Antonij epiſtola ſatis liquet quem de exilio reducere uelit, & quẽadmodũ inuito Cicerone adiuret ſe nihil eſſe facturũ. Quẽdã de exilio reducere.) P. Clodij filiũ intelligimus: quẽ exulẽ reducturus

Antonius

Antonius ſcripſit ad Ciceronē prius, ſe illū niſi Cicero annueret, nō reuocaturū. Quid enim me interponerē auda. tuæ.) ac ſi diceret, facturus omnino fueras, uellem nollem ego. Huius ordinis.) Senatorij. Cæſaris lege.) quam in actis & libellis Cæſaris tu ipſe eſſe dicebas. Meam gratiam.) meū beneficium. Lege lata) Si Cæſar tulerat ut P. Clodij filius reſtitueretur, neq; Ciceronis cōſentientis, neq; Antonij reuocantis poterat beneficiū eſſe. Attentè.) quoniam magna & uera in illum dicam. Modeſtiam.) in uita & morib. Oblitū eſſe putetis mei.) conſuetudinis meæ. Vel quòd ita factus eſt Conſul.) Cæſar Antoniū ſibi collegam aſſumpſit. Cæſaris ergo arbitrio, nō populi ſuffragijs factus eſt Conſul, non lege, nō more: ideoq; ait Cicero, Vel quòd ita factus eſt Conſul. Statuerat autem Cæſar ſe magiſtratu abdicare, ita ut in locum ſuum Dolabella ſubrogaretur. quod prius eſt dictum. Re ueſter.) uobis enim & publicæ utilitati, non meæ & priuatæ, ut Antonius ſuæ, Conſul fui: nec quicquam, niſi ex ſenatus autoritate geßi aut conſtitui, cum omnia Antonius ex libidine agat. Tu homo ſapiens.) Ironicè. Fatum.) ut quemadmodū ille, pereas. C. Curionem.) qui in Libyam contra Attilium Varum, qui pro Pompeio ductabat exercitū, & Iubam Maurorum ac Numidarū regem, qui Varo obſequebatur, cum duabus miſſus legionibus, pugnans apud Bragadam fluuium, cum omnibus qui unà erant trucidatus eſt: quod Appianus & Lucanus ſcribunt pluribus. Domi tuæ.) ut omnes ex iſta familia ferro pereatis, ſicuti & auus tuus perijt. Fatale.) peſtiferū. P. Seruilio.) Is eſt qui Iſauros in Cilicia domuit, & Iſaurici cognomen reportauit. Lucio Catulo.) Quintū Catulum potius legendū puto, qui conſumptum incendio Iouis templum in Capitolio & refectū dedicauit. Duobus Lucullis.) Lucio & Marco. uterque conſularis fuit Lucius ætate Pōpeio grandior, res præclaras cōtra Mithridatē geßit, & ingentes poſſedit diuitias.

Marco Craſſo.) illi diuiti. Quinto Hortenſio) oratori præſtantiſsimo. C. Curioni.) patri, cuius & alijs in locis, & in libro meminit de Claris oratorib. Deceßit is nō multo antè quàm in Ciliciam proficiſceretur Cicero. Marco Lepido.) qui fuit triumuir. C. Piſoni.) qui frater fuit Lucij Piſonis ſoceri Cæſaris. M. Labeoni) is Iureconſultus fuit, cum Cæſare in Gallia militauit, & tamen in ciuilibus bellis Pompeiū eſt ſecutus. L. Volcatio.) Huius meminit in Epiſtolis. C. Figulo.) Ad hunc multæ ſunt Ciceronis epiſtolæ. fuit autē eruditißimus. D Syllano, & L. Murenæ) Horū et Salluſt. meminit in Catilina. Placuit M Catoni.) qui conſularis non fuit, ſed prætorius. M. Cato, qui ſe Vticæ occidit, ne Cæſarem uictorem, patriamq; ſeruientem uideret, & illi ſupplicare cogeretur, ac pro his rebus gratias agere, quas contra leges & per iniuriam feciſſet: quemadmodū ipſe L. Cæſari inquit, Cæſaris propinquo: qui à trecentis qui contra Cæſarem ſæuierant, pro uenia & ſalute impetranda ad uictorem mittebatur. Cn. Pompeius.) qui cum primùm ex Aſia ſeſe in urbem recepiſſet, gratias Ciceroni egit, fruſtra ſe affirmans triumphum reportaturū fuiſſe, niſi urbs à Cicerone ſeruata eſſet, in qua poſſet triumphare. Ex Syria.) quam prouinciam populus Rom fecit, cum & Iudæam ſubegit direpto Salomonis templo, & Ariſtobulo Iudæorum rege capto. Vt parenti.) M. Catonis ſententia pater patriæ eſt appellatus, quod diximus. Acceptum referret.) à ratiocinantibus & rationibus, hoc eſt, ſupputationibus tractus eſt ſermo: in quibus cum pecuniam creditam accipimus, acceptam referre dicimur: cū uerò reddimus, expenſam. Ad quos.) uilißimos & nefarios. Audiendi ſunt.) & oſtendit quo pacto quaſi per dialogū. uox enim eſt cuiuſpiam interrogantis cur in ſenatū aut forum nō deſcendat Antonius: cui reſpondetur.

Dat natalitia.) dat facultatē celebrandi natales dies in hortis ſuis, & ipſe intereſt. Neminem nominabo.) cui det. Sed putatote eum.) cogitate uos ipſi, & diuinate. Phormioni.) Phormio & Gnatho perſonæ ſunt paraſitorum Terentianæ. Alter in fabula cui nomen dat, alter in Eunucho introducitur. Ballioni.) Ballio lenonis nomen. is in fabula eſt apud Plautū, cui nomen Pſeudolus. Tuus uidelicet.) Hæc Antonij fuerant uerba, quæ eleuat & contemnit Cicero. Scilicet & uidelicet deriſum indicant cum amaritudine quadā permixtū, ut Terentius: Id populus curat ſcilicet. In eo templo.) Cōcordiæ, ubi habitus eſt ſenatus, quod pòſt apparet, quādo in Ciceronē dixit Antonius. aut certè in Curia, quæ ſacra erat. nō enim in ſacro loco haberi ſenatus poterat. Vergil. Hoc illis curia templū. Cliuum Capitolinū.) qui ducebat ad Capitolium ex Romano foro. Vt illa credo) Hæc ironicè ait. ideo cliuum inquit Capitolinum armatorum ſeruorum plenum fuiſſe, ut tunc illa Senatuſcōſulta de coniuratis fierent, cum uim ſenatui afferebam, & ita ut uolebam ſentire illum cogebam. quod in diuerſum accipiendum eſt: nam & ſalutaria referente Cicerone Senatuſcōſulta facta ſunt, quibus liberata ab interitu reſpub. & puniti nefarij homines coniurati. Præter te.) qui Catilinæ perſimilis minimè affuiſti, quaſi iniquo animo ferres talia in Catilinam ſtatui. Quis nomen nō dedit?) interrogatus ità ne cenſeret, & quaſi profitens ſe in ſenatus uoluntate futurum. nam militaturi unà cum aliquo conſule ſeu imperatore, nomina dabant. Conſciorū indicijs.) Hæc omnia apud Criſpum. Haberet ducem.) me. Ad ſepulturam.) hoc quid ſit, prius eſt dictū.

P. Clodius.) cum accuſator Ciceronis ad populū multa obiecit: ſed illud in primis, quòd de indemnatis ciuibus Romanis ſuppliciū ſumpſiſſet. Diſciplina.) educatio. Quanta tecū eſſet contentio.) dum minus cohærētia dicis, et à te ipſo diſſentis. Eum.) me. Eos.) Senatores. In hac cella Cōcordiæ.) templū Concordiæ in cliuo fuit Capitolino nō procul à Iunonis Monetæ templo, quod illic fuit ubi domus M. Manlij in Capitolio, qua diruta ædes Iunonis eſt extructa. Furius Camillus uouit bello Veientano, & poſuit. Ouidius autor in Faſtis. Cella uerò pars templi eſt, ubi res diuina fit, ubi ſimulacrū numinis, circa quam præcinctiones columnarum. & in cellam ingredi omnibus fas non erat. Ab Ityreis.) Ityrea regio eſt Palæſtinæ Iudææ, in qua Antonius ſub Gabinio cōſule meruit, unde etiā multos abduxit, quibus poſtea utebatur ſeruis & miniſtris. Sunt item Ityrei uicini Parthis & Arabibus, montanam incolentes regionē, homines malefici. Verg optimos arcus ſignificare uolens, Ityreos dixit in Georg. Ityreos taxi torquentur in arcus. Alteri.) mihi. Salutaris.) quæ ſalutē attulerunt. At etiam quodam loco facetus eſſe uoluiſti.) Nam quaſi per iocū, Ciceronis recitauerat uerſum, Cedāt arma togæ. Salis.) facetiarū. Terent. Qui habet ſalem, quod in te eſt. Ab uxore mima.) Antonio fuit uxor & eadem ſoror C. Antonij filia, Ciceronis collegæ in Conſulatu, quam à Dolabella adulteratam ſuſpicatus repudiauit, & Fuluiam accepit, C. Curioni prius nuptā: quæ ſic imperium in uirum exercebat, ut ei ſe gratiam ha-

bere aliquando Cleopatra dixerit, quòd ita inſtitutum ab ea accepiſſet Antonium, ut uxoribus eſſe obnoxius didiciſſet. Hic Volumniam intelligit mimam, quæ ueluti uxor Antonio erat: et quam tanquam nurū mater Antonij ſequebatur, ut mox dicetur. Succiſiuis operis.) *Quidā tex. hoc nō habent. Succiſiua tēpora uocat Plin. ſunt aūt quæ à rebus neceſſarijs ſuciſa ſunt, & ab illo tempore quod alicui certæ rei deſtinatum eſt, diuiſa, ut horæ nocturnæ quietis. Cic. lib. de Legibus, Succiſiua quædā tempora incurrunt, quæ ego perire non patior. A. Gellius: Quātum autem uitæ mihi deinceps deûm uoluntate erit, quātumq; à cura & à re familiari, procurandoq; cultu liberorū meorum dabitur ocium: ea omnia ſuccisiua & ſubſecundaria tempora ad colligēdas huiuſmodi memoriarū delectatiunculas conferam.* Meo conſilio interfectum.) *Id quod alij quoq; Ciceroni obiecere, cius cōſilio et impulſu à Milone occiſum Clodiū.* Cum tu illū.) *Antonius ducēta quinquaginta millia debebat: pro quib. cū interceſſiſſet Curio, cuius erat ſcortum, Curionis pater ægrè ferens, domo prohibuit Antonium. is ſe ad P. Clodiū contulit: nec multò pòſt ortis inter ipſum & Clodium inimicitijs, in Aſiam abijt.*

Oppilatis.) *direptis. Nam tabernam illam librariam in qua delituit, fugiens Clodius Antonium, etiam oppilauit. Eſt autē oppilare & compilare, furari, ſed ita, ut ne pilus quidem remaneat. uel quoniam milites quæ rapiunt, in pilæ figuram conferunt, ut ait Pedianus.* Fauiſſe.) *contra Clodium.* Rem tranſegit.) *Clodium occidit in uia Appia.* Scilicet is animus.) *quaſi reip. cauſſa occiderit Clodium Milo: quod in illa oratione nititur probare quæ pro Milone extat.* At lætatus ſum.) *Diluit et hoc quod obiecerat Antonius.* In tanta lætitia.) *quæ fuit publica occiſo Clodio.* Quæſtio.) *Lege Pōpeij, qui tulit ut de cæde in Appia uia facta quæreretur. erat autem tum ſolus Conſul Pomp. ut Cicero & Pedian.* Non ſatis prudenter illa &c.) *Nam ueteri lege 12. tab. de morte hominis quæſtio conſtituta eſt.* Nemo in me dixit.) *me ſuaſore aut impulſore cæſum Clodium.* Quod uerò dicere auſus es.) *Diluit obiectum ab Antonio, qui dixerat Ciceronis culpa ciuile bellum exortū.* Temporibus.) *quid enim quibus egerim temporibus, ignoraſti.* M. Bibulo.) *qui collega fuit Cæſaris in conſulatu: in quo ſic impotenter Cæſar ſe geſſit, ut uenire Bibulum in ſenatum prohibuerit, & communem magiſtratum penè ſolus adminiſtrauerit. hinc duo illi uerſus iactati, Non Bibulo quicquam nuper, ſed Cæſare geſtum eſt. Nam Bibulo fieri Cōſule nil memini. Tunc inita eſt concordia inter Cæſarē, Pompeium, & Craſſum: pro quorum arbitrio gubernabatur Reſpublica. Et Lucanus ait, Tu cauſa malorum Facta tribus dominis communis Roma.* Pompeius Cæſari tradidit.) *cius filia Iulia in matrimonium accepta.* Vnū, ne quinquennij &c.) *Poſt primum Conſulatum, ſocero L. Piſone, genero Cn. Pompeio ſuffragantibus Galliā Ciſalpinam initio lege Vatinia cum Illyrico, mox per Senatū Comatam quoq; accepit in quinquenniū, & cū imperio. Sed cum L. Domitius Conſulatus candidatus ademturum ei exercitum minaretur: cum Craſſo Pompeioq; Lucam urbē prouinciæ ſuæ accitis effecit ut detrudēdi Domitij cauſa alterum peterent Conſulatū, & ſibi in alterū quinquennium imperium prorogaretur. Cicero quantum in ipſo fuit, Pompeio perſuaſit id ne fieri pateretur.* Alterum, ne pateretur fieri.) *Iam annos nouē Galliā cum imperio tenuerat Cæſar, cum Marcus Marcellus Conſul ad Senatum retulit ut Cæſari ante tempus ſuccederetur, quoniā bello confecto pax eſſet, ac dimitti deberet uictor exercitus.* Et ne abſentis ratio in comitijs haberetur.) *Miſerat enim centurionem quendam Cæſar, qui conſulatum ſuo nomine, & tempus prouinciæ prorogandum peteret: quem egredientem curiam Senatu, auditis quæ acta erant, poſita ad enſis capulū manu dixiſſe ferunt? At hic dabit, ſi uos abnueritis. Pompeius autem legem tulerat de iure magiſtratuum: & eo capite quo à petitione honorum abſentes ſubmouebat, ne Cæſarem quidem acceperat, per obliuionem: ac mox lege in æs inciſa, & in ærarium condita, correxit errorem. Cicero duo hæc Pompeio ſuaſiſſe ſe non negat.* Pacis.) *concordiæ.* Cum aduerſantib. *Cæſari Marcello ac Lentulo Conſulibus, qui iam ab eo Pompeium penitus abalienauerant, id ageretur, ut & prouinciam & arma deponeret Cæſar, depoſiturum ſe libenter arma per Curionem pollicitus eſt, ſi id Pompeius quoq; faceret. nec multò pòſt literas ad Senatum miſit & populum, quibus petebat ut Ciſalpina tantùm Gallia Illyricumq; ſibi cum duabus legionibus cōcederetur. paulò antè è Cilicia reuerſus fuerat Cicero. utriuſque amicos orans, lenire Pompeium non deſiſtebat: ſed is cum cætera non abnueret, exercitum non concedebat. Ad id autem Cæſaris amicos impulerat Cicero, ut prædictis contenti prouincijs, et una tantum legione, inimicitijs depoſitis pacem agerent. ſed qui cum Lentulo ſentiebant, non ſiuere. Pacis quidem ſuaſor fuit Cicero, quod pluribus in locis ipſe ſcribit.* Cæſarem meo conſilio interfectum.) *Conſpiratum eſt in Cæſarem à LX amplius, C. Caſſio Marcoq; et D. Brutis principib. cōſpirationis. nemo inter coniuratos Ciceronem tradit fuiſſe: & ipſe quodam loco dolet eius ſe rei conſcium non fuiſſe. Timuerunt fortaſſe lubricum in eo fidei, coniurati, cùm alijs cauſis, tum quòd à Cæſare & ab eius amicis fiebat plurimi.*

Præuaricatorem appoſuiſſe uidear.) *id eſt, dedita opera, aut ego in me dicere hortatus ſim: qui cum contra me dicere uideretur, tamen pro me diceret. Laudi enim ſibi fore exiſtimat, ſi inter Cæſaris interfectores & libertatis aſſertores nominetur. Præuaricator uerò eo differt à patrono, quòd is ea dicit quæ cauſæ conducunt: ille uerò ſe cauſam ſimulans defendere, quæ obſunt dicendo cauſam prodit.* Alienis.) *Bruti & Caſſij, & cæterorū qui quia tyrannum ſuſtulerunt, inſignem merentur laudem.* Iactaſſe.) *gloriatos eſſe.* Partim obſcuris.) *non ignobilibus, ſed qui nullum geſſerunt magiſtratum.* Partim adoleſcentibus neminem occultantibus.) *nam inter coniuratos adoleſcentes fuere Cæcilius & Bucolianus, Sextius Naſo, & alij nonnulli. eius aūt ætatis eſt nihil reticere. Impuliſſem ergo, inquit, Brutos, ſi conſcius rei fuiſſem, et neceſſe uiſum eſſet.* Auctoribus.) *Iu. Bruto qui reges exegit, & populi Romani primus libertatē peperit: & C. Seruilio, qui magiſter equitū iuſſu Q. Cincinnati Dictatoris Sp. Meliū equitē Ro. frumentum populo in magna penuria ſua impenſa largientē, & ob id factū conciliata ſibi plebe regnum affectantem interfecit: quod Liuius ſcribit 4. ab Vrbe condita.* Vterque.) *Vtrinſq; Bruti, M. ſcilicet & Decimi, paternum genus in Iuniū Brutū referunt: à quo ſunt, ut diximus, eiecti reges: ſed Seruiliæ matris M. in C. Seruilium Halam origo refertur. Plutarch. auctor.* Alter.) *Marcus.* Quid C. Caſſius.) *Familia Caſſiorum peruetuſta extitit. ab eo Caſſio originem duxit cognomento*

Spu.

Spu qui conſularis regni affectati crimine damnatus, necatusq; eſt. Cæteri fuere præſtantiſsimi, & libertatis ſtudioſiſsimi, ſed inſignis ſeueritatis, ut ille L. Caßius, qui quoties alicuius iudicij quæſitor eſſet, in quo de homine occiſo quæreretur, ſuadebat iudicibus atq; præibat, cui perire illum fuiſſet bono. & ille item qui filiũ Tribunũ plebis, qui agrariã legẽ primus tulerat, ac multis pro rebus alijs popularibus animos hominum deuinctos tenebat, poſtquã illam poteſtatẽ depoſuit, adhibito propinquorũ & amicorum conſilio, affectati regni crimine damnauit, uerberibusq; affectum necari iußit, ac peculiũ eius Cereri conſecrauit. Ipſe C. Caßius, quod in Bruto Plutarchus tradit, ab ineunte ætate tyrannos oderat. Huius rei quam ſcribit Cicero, ipſe ſolus auctor, eum fugientẽ Pompeium perſequeretur Cæſar, & ad Helleſpontũ perueniſſet, triremiũ inopia ſcaphis exercitum traducere compulſus eſt. Caßius uerò fortuna quadam triremium copia comitatus, obuiam factus eſt, cum ad Pharnacem properaret. Et quamuis aduerſus paruas naues magno triremium numero tutò depugnare poſſet, Cæſaris tamen fœlicitate conterritus, impetrata uenia ultrò illi & ſe & triremes omnes dedidit, quæ erant lxxx. Contigiſſe autem tunc arbitror ut Cæſarem occidere cogitauerit, cum ab Alexandria in Syriam & in Pontum tranſijt contra Pharnacem magni Mithridatis filium, quem quatuor quibus in conſpectũ uenerat horis, tota profligauit acie. ſimul autẽ & Caßius erat. Siue his clarißimis uiris.) M. & D. Brutis, & alijs plurimis. Ille.) Cæſar. Cydni.) Per Ciliciam decurrit: cuius auctore Solino incerta origo. alij ex monte Tauro naſci, alij ex Coaſpidis alueo defluere tradunt. per mediam fluit Tarſum, à qua tamen non procul eſſe eius ortum Strabo inquit: aquam uero rapidißimã frigidißimamq;, & ea gratia hominibus ac beſtijs auxiliari, qui neruos craßiores habent. Cn. Domitium.) L. Domitij filium, qui adoleſcens in coniuratione fuit. L. autẽ Domitius Prætor Cæſarem abeuntem conſulatu, quem aduerſus auſpicia legesq; geßiſſe exiſtimabatur, ad diſquiſitionem Senatus uocauit, & mox Conſul imperatorem ab exercitibus Gallicis retrahere tentauit: ſucceſſorq; Cæſari per factionem nominatus, principio ciuilis belli ad Corfinium captus eſt. inde dimiſſus, Maßilienſes obſidione laborantes cum aduentu ſuo confirmaſſet, repentè deſtituit, acieq; demũ Pharſalica occubuit. Sed is quẽ Cicero nominat, filius, inter conſcios Cæſarianæ necis, quanquam inſcius, damnatus lege Plotia, ad Brutum Caſſiumq; ſibi propinqua cognatione coniunctos tranſiuit.

Claßi præfuit, quam partibus profligatis Antonio ſpontè tradidit, ſolusq; omniũ ex his qui pari lege damnati erant, reſtitutus in patriam, amplißimos honores percurrit. poſtea ciuili redintegrata diſcordia inter Auguſtum & Antonium, legatus Antonio, & ſumma imperij ſibi commiſſa, ad Auguſtum tranſijt, & in diebus paucis obijt. Auunculi.) Pompeij, ex cuius ſorore natus eſt. Spoliatio dignitatis.) neq; enim ullam dignitatem eum adipiſci paſſus eſt Cæſar. C. Trebonio.) Is & Cæſaris partes ſecutus eſt, & in eius amicis ſemper fuerat. L. Tullius Cimber.) & is in amicis fuit Cæſaris. Duos Seruilios Caſcas.) Cognomento Caſcas duos fratres dicit, qui rectius Halæ quàm Caſcæ poſſunt cognominari, quòd progenitorẽ ſuum Seruilium Halam ſunt imitati. Alter ex Seruilijs.) C. Seruilius Caſca primus Cæſarẽ iuxta collũm enſe percuſſit: in quem Cæſar conuerſus, eius apprehenſo gladio, Sceleratè. inquit, Caſca quid agis? ille autem fratrem uocans inquit, ἀδελφὲ βοήθει. Plutarchus. Ergo ego ſceleratus.) Meritò ſtultitiæ Antonium arguit Cicero, qui ſceleratum ipſum appellet, quòd uideatur conſcius coniurationis fuiſſe: cum Brutus interfector, quod nemo negat, honoris à te cauſa nominetur. Hic ſtupor.) hæc hallucinatio, atque hic error. Conſtitue.) irriſiuè. Tu, inquit, qui Conſul es, quẽ decet conſtantẽ eſſe, ſtatue utrũ bonã an malam cauſam uelis interfectorũ eſſe. Edormi.) dormiendo eijce & expurga. Terentianũ autem eſt. ille enim ait: Ibo in angulum, ibi interea hoc uilli edormiſcam. Crapula uerò eſt ebrietas nimia, & capitis ob ebrietatẽ attonitio. κραιπάλην dicunt Græci. An faces.) quod attonitis fit & ſtupidis ac lethargicis. Ad punctum temporis.) Nam ſecundum Geometras & Euclidem, punctum eſt cuius pars nõ eſt. Quicquã eſſe medium.) tanquam tertium, & alterutrum, duntaxat homicidas, aut uindices. Patriæ parentẽ.) ſic dicebat Antonius, patriæ parentẽ Iuliũ eos occidiſſe: ſed tyrannus ille, nõ parens fuit. Tu homo ſapiẽs.) ironicè. Te referente.) te proponente. Legibus cautum erat, ne liceret Prætori Vrbano plus decẽ diebus abeſſe ab urbe. Antonius in ſenatu retulit, ut Bruto, quando rei frumentariæ eſſet præfectus, abeſſe liceret, & legibus ſoluit, nec uoluit illis eſſe obnoxium. Ludi Apollinares.) de quibus plura diximus in primam Philippicam. Prouinciæ.) Macedonia prius Bruto, Syria Caßio conceſſa fuerat: ſed cum Antonius Macedoniam ſibi, Syriam Dolabella aſſumpſiſſet, & qui pro Caßio & Bruto aderant, alias dari illis depoſcerent prouincias, Cyrene ac Creta Caßio, Bithynia Bruto conceſſa eſt. Quæſtores additi.) qui in prouinciam ſequerentur. Iam retexo &c.) conuerto, in contrarium muto: & qui dicebam me inter coniuratos non fuiſſe, dico iam fuiſſe. In equum Troianũ.) in quo, quod aiunt Poetæ, non niſi uiri principes clauſi ſunt. Cicero ait ex Iſocratis ludo ueluti ex equo Troiano innumeros principes exijſſe. Virg. Huc delecta uirûm ſortiti corpora furtim Includunt cæco lateri. Sed regnum.) quaſi dicat, te & cæteros qui regnum hic agitis. Meus ſtilus.) meus character, mea dicendi figura, in ea fabula fuiſſet, non incepiſſem ſolum, ſed etiam compleſſem. Fabula, ut tragœdia & comœdia, quinque actib. abſoluitur. Incipere nihil prodeſt, niſi compleas. Et in prouerbiũ exijt, ut abeſſe extremum actum dicerent, cum imperfecta res eſſet. Cic. Extremum actum tanquam ab inerti poeta eſſe neglectum. Hoc conſilium.) occidendi Cæſaris. Narbone.) quæ ciuitas eſt Galliæ, à qua nomen prouinciæ, cuius amplißimum eſt emporium. ſupra exitum Araris fluminis Narbonenſemq; lacum iacet. Seuocari.) Cum quidam Antonium unà cum Cæſare trucidandum cenſerent, prohibuit Brutus, dicens quod pro legibus ac iure ſuſciperetur, id omni iniuria carere debere. Negocium tamen datum fuit Trebonio, ut ingrediente Senatum Cæſare, Antonium extra retineret, ſeuocaretq;. cum enim Conſul eſſet, eius timebant auctoritatem. Cicero innuit idcirco ſeuocatum à Trebonio, quòd conſcius eſſet Cæſaris necis. Non indicaſti.) Cum Brutus & Caßius cæteriq; occidendi Cæſaris cõſilium cepiſſent, illud agitauere inter ſe, an ad eam rem perficiendam Antonius eſſet inuitandus. quod cum nonnullis placeret, contradixit Trebonius. inquit enim ſe Antonij mentem iam antea tentaſſe, cum Cæſar ex Hiſpania reuerteretur: Antonium uerò non eſſe aſſenſum,

dem nominis Straboni. Varro Caſinatẽ agrum ficum optimam inquit producere. Fecit hæredem.) ut tu inquies, qui eiuſdem defuncti inuaſiſti ſalſis tabulis hæreditatem. Statura) lõga, an breui. Quo municipio.) qua patria.

Qua tribu.) qua in parte municipij. Alieniſſimorum.) qui tibi nunq̃ fuerũt amici aut noti. Nõ adiſſes) Quoniã ſoluendo creditorib patris non eras, quẽ et ipſum bonis ſupra modũ erogãtis tenuẽ factũ legimus. In aliena uilla.) Tiburtino Scipionis. Magiſtrũ.) Sextũ Clodiũ Rhetorem, de quo mox dicetur. hoc magiſtro utebatur dicendi, ſed magis compotor erat. Suffragio tuo.) ut tibi in declamãdo ſuffragetur. Salſum.) facetũ, & qui ſalis multũ habeat: unde ſalſa dicta: & inſulſus, inurbanus ac inſipidus.

Dicere.) iocari et mordere adhibita urbanitate. iocos aũt eiuſmodi dicta et dicteria maiores dixere. Cicero in epiſtola ad Corneliũ Nepotẽ: Itaq; noſtri, cũ omnia quæ dixiſſemus, dicta eſſent: quæ facetè et breuiter et acutè locuti eſſemus, ea proprio nomine appellari dicta uoluerũt. Auum tuum.) M. Antoniũ. Senſim.) paulatim & ſedatè. Aliena.) abhorrentia à cauſa, & penitus inutilia. Duo millia iugerum.) Actus quadratus undiq; centũ uiginti pedibus præfinitur: duplicatus iugerũ facit: dictum, quòd ex duobus quadratis actibus iunctum ſit: ut Varroni uerò & Plinio placet, quòd uno iugo boum in die exarari poteſt. Occupat ergo iugerum in lõgitudine pedes ducentos quadraginta, in latitudine centũ uiginti. Leontini.) Leontium mediterranea Siciliæ ciuitas, et in regione Septentrionali, cuius agri feraciſſimi, quod ait Cicero in Verrem actione quinta. Immunia.) nullũ uectigal pendentia, contra antiquã & Hieronis & Romanorũ legem, qua Siciliæ agri Decumani erant, hoc eſt decimam pendebant: cui colligendæ qui præerat, Decumanus uocabatur. Sextũ Clodium.) Hic eſt Sex. Clodius Clodij familiariſſimus, et operarum Clodianarũ dux, à quo illatum in curiã Clodij cadauer eſt, & cum eo curia incenſa. Etiãhoc ex Cæſaris commentarijs?) ſcilicet feciſſe dicis, ex Cæſaris uoluntate, quæ in cõmentarijs apparet? De Cãpano.) qui publicus erat, quem Antonius largitus fuerat. Inquinauit) fœdauit. De ipſo correctore.) Irriſiuè ipſo Antonio. Nouis.) nouis criminibus. Prætextatũ.) antequam uirilem ſumpſiſti togam. nam prætextã, quæ ueſtis fuit regũ & magiſtratuum, à principio ab Hetruſcis ſumpta, diu puerilis uſurpauit ætas. Decoxiſſe.) creditorum fidẽ fefelliſſe, et mercatorum, interceptis pecunijs: unde decoctores de quib. Iureconſulti loquuntur. Patris.) qui & ipſe prodigus fuit. Pietatis plena defenſio.) Ironicè et irriſiuè. neq; enim pium eſt, neq; decet, filium crimen ſuum in patrẽ transferre. In quatuordecim ordinibus.) L. Roſcius Otho Conſul legem tulit qua equitib. ordines primos 14. aſſignauit ad ſpectandum: ſed ijs duntaxat qui quadringenta in cenſu haberent ſeſtertia. Hæc & theatralis lex uocata eſt. Decoctoribus.) ijs qui coxiſſent, ſed fortunæ uitio, non ſcelere, ut amiſſis naufragio mercibus & pecunijs: quod accidere frequenter ſolet. Virilem togã.) quã ſextodecimo anno Liberalibus accipiebant deponentes prætextam. quod in Faſtis tradit Ouidius. Muliebris ſtola.) quoniam in muliebres abiiſti mores, ueluti proſtituta fœmina ac uulgare ſcortum factus, certam pro coitu mercedem poſtulans. Curio.) filius. Stolã dediſſet.) ut uiri ſolent uxorib. Veteres non honeſtam ſolum ueſtẽ ſtolã dixere, ſed omnẽ quæ muliebre corpus tegeret. Marcellus. Sed pro honeſta poni frequẽtius cõſueuit. Valerius titulo de Pudicitia: Te cuſtode matronalis ſtola cenſetur.

In Domitij poteſtate.) Is eſt Domitius de quo ſuprà diximus, ad Corfiniũ captus, amator & corruptor pueritiæ.

Pater eius.) Curionis. Hortante libidine) quæ te ſtimulabat et comitabatur. Nõ potuit) nam omnino te Curio pater domo prohibuit: quod tunc accidit, cũ pro Antonio qui ducenta quinquaginta millia debebat, interceſſit. Sexagies ſeſtertiũ.) quod Curio filius ex pecunia paterna pro Antonio effuderat, pro quo interceſſerat. Seſtertius & ſeſtertiũ dicitur. dupondius uerò fuit et ſemis, id eſt duæ libræ & ſemis. Notatur aũt duplici LL. & S, unde incipit. Sexagies uerò aduerbium eſt, à ſexaginta, ut ſi dicas, Mutuo tibi bis ſeſtertiũ: ſignificas duo ſeſtertia mutuare. Florentiſſimæ fa.) Curionẽ. Aes alienũ.) debita filij tuo nomine contracta. Redimeret.) quaſi addictũ creditorib. Congreſſione.) ut ne loqueretur quidẽ tecũ. Auſus eſſes?) ac ſi dicat, minimè. Perſtringam.) complectar. Incidamus.) præcidamus et omittamus. Intimus erat, &c.) Cum amoribus, libidinib. uarijsq; ſumptib grande æs alienum conflaſſet Anto. & ducẽta quinquaginta millia deberet, interceſſiſſetq; pro eo Curio, & Curionis pater idcirco Antoniũ domo prohibuiſſet, ad P. Clodium trib. pl. ea tẽpeſtate ſe contulit: in cuius contubernio haud multũ fuit, ſiue quòd inimicos Clodij formidaret, ſiue quòd Clodiani furoris ſatietas eũ cepiſſet, ut Plutarchus ait. Quiddam iam tũ molitus eſt.) Fuluiam credo Clodij uxorẽ de coitu appellauit, aut eam adulterauit: poſtea eam ipſe Antonius in matrimonio habuit. Inde itũ Alexandriã.) Antonius offenſus amentia, ut diximus, Clodij, in Græciã ijt: ibiq; permanſit, & corpus ad militaria certamina, & linguam ad dicendũ exercens. Contigit aũt ut A. Gabinius (qui unà cũ L. Piſone Cõſulatũ geſſerat, quo tempore accuſante Clodio Trib. Cicero in exiliũ pulſus eſt.) finito Conſulatu in Syriam prouinciã proficiſceretur ad eam cum exercitu obtinendam, ſicuti Põpeius inuitis ferè omnibus Senatoribus uoluerat. Antonium fortè, ita ut fit, cum offendiſſet, ut ſecum proficiſceretur hortatus eſt. negauit ſe priuatum iturum. Præfectus uerò equitibus ſecutus eſt. Pugnauit contra Ariſtobulũ Iudæorũ regem & fortiter et feliciter. parua manu magnas hoſtiũ copias fudit: ipſum Ariſtobulum unà cum filio cepit. Cũq; Ptolemæus cognomento Auletes à ſuis regno pulſus impetrare à Romanis non potuiſſet ut reſtitueretur in regnum, ueniſſetq; ad Gabinium, ingentẽ pollicitus pecuniam, ſi eum reſtitueret: dubitantibus cæteris, & in primis ipſo Gabinio, etſi cupiditate regiæ pecuniæ erat accenſus, et ut reduceret Pompeij literis hortaretur, Antonius reducendũ eſſe perſuaſit: ductoq; per loca aſpera & difficilia exercitu, Peluſiũ peruenere, ac cepere. Inde Alexandriam profecti, regem in regnũ unde exciderat, repoſuere, contra populi uoluntatẽ, & decreta Senatus (ſtatuerat enim ne omnino reduceretur.) neglecta etiam religione uerſuum Sibyllinorum, qui huiuſcemodi fuere: Si Aegypti rex auxilio quondã indigens uenerit, eius amicitiã ne abnueritis: ſed illũ cũ multitudine ne iuueritis. quod ſi aliter factũ fuerit, labores & pericula habebitis. Reus deinde Gabinius factus eſt, ſed cum pecuniarũ, tum Põpeij auxilio abſolutus. Idcirco profectũ inquit Cicero Alexandriã Antoniũ contra Senatus decreta, et contra religionẽ. Itũ.) ab Antonio. Gabiniũ.) hominẽ ſceleſtiſſimũ: cuius ubiq; uitã lacerat Cic. Qui eum.)

cum.) cum quo. Rectiſsimè.) ac ſi diceret: cum nihil non flagitioſe faceret. Inde.) ex Aſia. Qualis.) ac ſi dicat minus honeſtus, conſumptis omnibus pecunijs quas ex regis Ptolemæi largitione acceperat. In ultimam Galliam.) ad Cæſarẽ. In tuo.) ac ſi dicat, nihil: omnia enim ſibi uendicauerant creditores. Præter unum Miſenum.) prædiũ in Campania ad Miſenum, quod eſt Cumis proximũ promontorium, ut ait Strab. Cum ſocijs.) cum lenonibus, mimis & paraſitis, aut certè creditoribus qui partem occupauerant. Tanquã Siſaponem.) Villa erat Antonij Siſapo, quam & ipſam cum ſocijs tenebat. Ad quæſturam.) qui magiſtratus dari adoleſcentibus conſueuit. Prius ad patrem tuum.) quoniam ad me prius uenisti quàm ad patrem tuum. Satisfieri.) id eſt, ut tuam acciperẽ expurgationẽ. nam is ſatisfacere dicitur, qui offendit quempiã, cum tantum facit quantũ læſo & irato ſatis ſit ad pœnã, ut ait Pedianus. Tranquillus in Iulio: Valeriũ Catullum, à quo ſibi uerſibus de Mamurra perpetua ſtigmata impoſita non diſsimulauerat, ſatisfacientem eadem die adhibuit cœnæ. De gratia.) ut in gratiam redires mecum. Cultus.) in honore habitus. Idem &c.) Clodium occidere. Sine Senatuſconſulto.) Non enim Quæſtor in prouinciam proficiſcebatur, niſi eam ex Senatuſconſulto ſortiretur, & lege. Ad Cæſarem.) in Galliam. Id unum perfugium.) ad Cæſarẽ, aut ipſe Cæſar. Ducebas.) exiſtimabas. Ibi.) apud Cæſarem in Gallia. Aduolas egens ad Tribunatũ.) Diſcordia in ciuitate exorta, cum optimates Pompeio hærerent, populus in Cæſarem eſſet propenſior, C. Curio partium prius optimatũ, mutata uoluntate popularis factus, & Cæſari largitionibus inuitatus fauens, gratia quã apud populum dicendo comparauerat, effecit ut Trib. pl. Antonius crearetur. nõ multò pòſt inter augures cooptauit. Antonius uerò ſimul atq; magiſtratum iniſt, & partes & cauſam Cæſaris plurimũ iuuit. nã Marcello Conſule ſcriptas iam legiones Pompeio decernente, & nouos inſuper delectus habendi poteſtatẽ dante, interceſsit, rogationemq; ferens obtinuit plebiſcito, ut Bibulo in Syriam contra Parthos bellum gerenti ſcriptæ legiones mitterentur. qui uerò deligerentur, Pompeio nõ parêrent. Cumq; eodem tempore ſenatus pars maxima neq; recipi miſſas à Cæſare literas uellet, neq; recitari pateretur, ui Tribunitiæ poteſtatis fretus Antonius uenit in ſenatũ, & ipſe recitauit. Quibus auditis, cum æqua poſtulare uideretur Cæſar, multorũ mutati ſunt animi: & uoluntates pluriũ qui prius aduerſabantur Cæſari, conciliatæ. Cum præterea relatũ eſſet in ſenatu, Cæſarẽm ne placeret legiones & exercitũ dimittere, an Pompeiũ: Cæſariq; arma dimittenda pleriſq; cenſentibus, aſſurrexit Antonius, rogauitq; placerèt ne utrunq; pariter ab armis diſcedere: quam ſententiã omnes pene alacriter excepere, & ſummo ſtudio cõprobauere. Antoniũ uerò collaudauerũt: & ut legem ferret hortati ſunt: quod fieri ab eo Marcellus et Lentulus Conſules prohibuerũt. Oblatæ ſunt & aliæ cõditiones ab amicis Cæſaris, quas M. Cato & Lentulus Conſules improbantes, è ſenatu Antoniũ & cæteros qui Cæſari fauebant, eiecerunt. Abiens uerò è curia Antonius, multa in capita inimicorũ imprecatus eſt. mutata mox ueſte, & conducto uehiculo ad Cæſarẽ fugit cũ Q. Caſsio: & clamitãs apud illũ nullas in urbe leges ualere, ius Tribunitiũ ſublatum eſſe, omnibus qui æquum bonumq; defendant, capitis periculum imminere, Cæſarẽ impulit ut cum exercitu in Italiam properaret, & poſtea patriæ arma inferret. Vitrici.) P. Lentuli. * Imò uerò uiri legendum cõtendit Hieronymus Ferrarius in emendationibus ſuis ad Philippicas Cic. ut Curionẽ intelligas, qui ſuperiore anno tribunus pl. fuerat, emptusq; à Cæſare, ab eius cauſa pertinaciter ſteterat. Virũ autẽ Antonij uocat, iuxta id quod ſuprà inquit: Sed citò interuenit Curio, qui te à meretricio quæſtu abduxit, & tanquã ſtolam dediſſet, in matrimonio ſtabili & certo locauit. Sic etiam locutus eſt poſt red. in ſen. Eaq; dixit, quæ ſi uir eius Catilina reuixiſſet, dicere nõ eſſet auſus. * Fulcire.) firmare, ſedatis diſcordijs inter ſenatorij ordinis homines qui Pompeio fauebant, & populares qui Cæſaris erant ſtudioſi. Ipſi.) C. Cæſari, ut depoſitis armis & relicta prouincia Romam priuatus rediret, priuatumq; ſplendorẽ cum omniũ beneuolentia, quàm tyrãnidem cum omniũ odio mallet. Mancipatum.) ueluti mancipiũ Cæſari addictũ: ac ſi dicat, ea fecit pro quibus ſupplicio dignus erat, ut ſecuri quẽadmodum noxij & damnati feriretur. Luminibus.) principibus uiris, qui uelut quædam lumina erant. Quod in hoſtem togatũ decerni ſolitũ eſt.) nam interdictũ eſt ei ſenatu, ex quo ignominioſe eiectus eſt: & ut in exiliũ abiret, coactus: ac mox Reip. hoſtis iudicatus: id quod in Catilinam quoq; adhuc togatũ ſeruatũ eſt, ut ex Ciceronis orationibus intelligitur quæ in illũ extant. Mos fuit maioribus interdicere ſenatu primò, deinde urbe, togatis hoſtibus: mox abeuntes hoſtes iudicare. Vendita.) Cæſari. Addicta.) deſtinata. Illud uulnus inflictum.) quòd hoſtis iudicatus es, tibiq; aqua & igni interdictũ eſt: & permiſſum omnibus ut te impunè occiderent. Cauſam belli.) cum ſeruili indutus ueſte & meritoria uectus rheda te ei obtuliſti: ſenatum accuſaſti, & ſua ſponte ad tyrannidem accenſo occaſionem & prætextum arma ſumendi, & milites autorandi præbuiſti: id quod in Cæſaris & Põpeij uita ſcribit Plutarchus pluribus. Circumſcriptus.) circumuentus & oppreſſus. Omitto quàm hæc ſalſa.) Nam reuera captus imperij conſuetudine, quod ait Tranquill. penſitatisq; ſuis et inimicorũ uiribus, occaſione rapiendæ dominationis uſus eſt, quam ætate prima concupierat: quod exiſtimaſſe uidetur Cicero de Offic. lib. 3. dicens ſemper Cæſarẽ habuiſſe in ore eos qui ſunt in Phœniſsis Euripidis uerſus εἴπερ γὰρ ἀδικεῖν χρὴ, τυραννίδος πέρι κάλλιστον ἀδικεῖν, τἆλλα δ' εὐσεβεῖν χρεών. quod ſic Cicero ipſe cõuertit: Nam ſi uiolandum eſt ius, imperij gratia uiolandum eſt: alijs rebus pietatẽ colas. Conſtitiſſe.) poſitam fuiſſe & hæſiſſe. Conſules.) Marcellum & Lentulũ. Veniente infeſtis ſignis ad urbem Cæſare, Pompeius urbem eſt egreſſus, & Capuam ad exercitum profectus. Abeuntem Conſules ſunt proſecuti: poſtero die maior ſenatus pars ad Pompeiũ diſceſsit. Omnem ſobolem.) omnẽ iuniorũ multitudinẽ, & quaſi omnẽ fœtum Ro. populi. nam in adoleſcentibus ſpes eſt prolis ſufficiendæ, ut in grege uidemus. & Verg. ait: Modò nanque gemellos Spem gregis ah ſilice in nuda connixa reliquit. Exterminatam.) extra patriæ terminos & fines poſitam. Vt igitur in ſe.) Pulcherrima ſimilitudo. Cauſa eſt arborũ.) quoniã ex ſemine naſcũtur. Semẽ.) cauſa et origo. uocabulũ aũt retinuit ſimilitudinis. Tres exercitus.) in Pharſalia, Põpeij & Senatus: in Hiſpania, Petreij & Afranij: in Africa, Scipionis & Iubæ regis. Clariſsimos ciues.) Pompeiũ, Catonẽ, Scipionẽ, & plurimos quos Pharſalicũ & Hiſpanienſe bellũ abſumpſit. Ratiocinabimur.) colligemus. Vni accepta referemus.) uni Antonio imputabimus:

nius. Vt Helena Tro.) E curia pulſus Antonius, mutata ueſte & meritoria uectus rheda, quod prius ſæpe diximus, Cæſarē ad arma contra patriā capienda accendit: & idcirco ut Helena à Troianis, quoniā rapta à Paride, bello quo Troianorū opes corruere, repetita eſt: ſic populo Romano Antonius omniū malorū cauſa fuit: id quod falſum eſſe Plutarchus putat: (quoniā nō ita, ut inquit, leuis Cæſar erat, neq; ſic ira præceps ruebat.) & alias fuiſſe cauſas quæ impulerūt: Antoniumq; Cæſari optanti accōmodatiſſimā præbuiſſe occaſionē. Ratiocinabimur.) colligemus. Omnia perfecit) quæ Senatus fieri uetuerat, cum Reſpub. adhuc ſtaret. Scelus in ſcelere.) ac ſi diceret, ſcelus maximū & inauditū. ſcelus fuit leges ſoluere, ſcelus patruū nō reſtituere, cum alienos reſtitueret. Patrui.) C. Antonij. Si ſeuerus.) quia occurrebat, quoniā ſeuerus, ne patruū quidē reſtituere paſſus eſt. atq; Lenticulā colluſorē ſuū de alea condemnatū reſtituit. Idcirco, inquit, reſtituit, quia optabat cū eo ludere, & cum cōdemnato ludere nolebat. locutus autē Cicero. Perdiderat Lenticula: & hac cauſa reſtituiſti, ut quod in alea perdiderat, beneficio legis à te de reſtitutione eius latæ diſſolueret. Quod perdiderat.) ut ludēs, æs alienum quod perdendo cōſtauerat, lucrādo perſolueret. Abſentē credo.) hæ, inquit, potuerūt afferri à te rationes, quia abſens condemnatus eſt, quia indicta cauſa, quia nulla lex de alea prius lata, quia ui & armis oppreſſus. Hæc enim fermè dici ſolent, cum iniuſtè quempiam condemnatū oſtendimus, & reſtituendum aſſerimus. Sed nihil horum afferre in cauſam potuit Antonius. De alea.) Aleam ab inuentore dictam tradūt quidam. Eſt autem tabula luſoria, quæ & latruncularia, & pyrgus & alueus & alueolus uocatur, rotunda illa tabella rotulæ inſtar, quæ mouetur. hinc in prouerbio eſt, Iacta alea eſt, quum ſic incepta eſt res, ut deſiſtere integrum non ſit. quod Iulius traiecturus Rubiconem uſurpauit. pro euentu rei dubio ponitur. Lucanus: Placet alea fati Alterutrum merſura caput. De aleæ luſu & aleatoribus titulus eſt lib xi. Digeſtorū. Senatuſcōſulto olim uetitū eſt in pecunia ludere, præterquam ſi quis certet haſta uel pilo iaciendo, uel currēdo, ſaliendo, luctādo, uel pugnādo: quod uirtutis cauſa fiat. Quòd de patruo.) C. Antonius iniuſtè dicebatur dānatus, pecunia corruptis iudicibus; uir deinde bonus & repub. dignus ferebatur: ſed nihil apud Antoniū efficiebatur. neq; enim quicquā ad eum reſtituendū cōmouebatur, & tamen, inquit Cicero, ignoſcerem ego patruo, ſi ita res ut dicitur, haberet: cum præſertim cōdemnatū eſſe pro nihilo ſit: quoniā facilè omnes quauis cauſa cōdemnati, reſtituuntur ab Antonio. Hominē.) Licinū Lenticulā. Vel.) etiam. In integrū.) in priſtinū ſtatum & locū. In eodem Tribunatu.) Pompeio ex Italia pulſo cum optimatibus, cū prius q̄ eum perſequeretur, in Hiſpaniā proficiſci ſtatuiſſet Cæſar, oppreſſurus (ut ipſe dixit) exercitum ſine duce, & mox ad ducē rediturus ſine exercitu (nam Petreius et Afranius, qui Hiſpanieſi præerant exercitui, haud magnopere rei militaris periti erant) Lepido Prætori Vrbē, Antonio Tribuno Italiā cuſtodiendam cum præſidijs mādauit. Conculcandā.) nō luſtrandam & cuſtodiēdā, ſed uaſtandā potius. Qui nō fui.) Erat enim in Pōpeianis caſtris Cicero. Scientiæ ueſtræ.) cum plura uos memineritis Antonij flagitia q̄ poſſim ipſe meminiſſe. In eſſedo.) curru. Eſſedum uehiculi genus apud Belgas Gallos primò repertū. Virg. Belgica uel molli melius ferret eſſeda collo. Trib. pl.) cum ſtomacho dictū eſt.

Aperta.) quod erat multo indignius, ac minus ferēdū. uehebatur enim etiā clauſa, ut Iuuenalis ait: Nanq; facit ſomnū clauſa lectica feneſtra. Legitur &, in exhedra. ſedē autē ſignificat & locū ad ſedendū cōſtitutū. Græcū eſt. Neceſſario.) neceſſitate, quadam aſtrictione. iniquo animo ferret Antonius, niſi ita fieret. Rheda.) uehiculi genus, & hoc Gallicū, ut ait Fabius, uocabulū, quo Cicero utitur: ſicut item petorritū, quo Horatius. Cum lenonib. comites nequiſſimi.) Erat inter maximè familiares Sergius, & Cytheris quidā ex eadem palæſtra mulierculā amās: erāt ſcorta & aleatores: & hoc comitatu Italiā peragrabat Anto. lectica delatus, aureas pateras ueluti in pompa circunferens. Ducebātur & leones ad rhedā ligati. & quod maximè homines torquebat, honeſtiſſimæ domus ſcortis & mimis pro diuerſorijs tradebantur: per lucos & amniū ripas prandia ſumptuoſiſſima parabātur: pleriſq; indignè ferentibus quòd Cæſare periculoſa gerente bella, & labores maximos tolerāte, Antonius tam luxurioſe Italiam calcaret. quare reuerſus poſtea Cæſar, ueniam Dolabellæ dedit, qui Antonio erat inuiſus: & tertiū Conſul creatus, nō Ant. ſed Lepidū ſibi collegā aſſumpſit. Fœcūditatē calamitoſam.) nam cum Antoniū peperit Iulia, calamitates peperit plurimas. Præfecturas.) De municipijs & colonijs A. Gellius. Præfectura uerò prouincia eſt. Auguſtus in præfecturas xi. totā diuiſit Italiā, quas alij regiones uocant, Græci ἐπαρχίας. Et præfecturæ quidē gubernādæ, hoc eſt, in pluribus unius regionis ciuitatibus ac locis aut prætor aut procōſul præficiebatur. Lubricè.) incōſtanter & uariè, ac dubia fide. Lubricus propriè locus eſt in quo nequeas inſiſtere: et lubrica res, quā nō facilè teneas, & quæ de manibus labitur, ut anguilla. Hinc homo lubricus. & Ciceroni legimus lubricū fidei fuiſſe obiectū. Diſſimillimorū ſui.) ac ſi diceret optimorū. Fuit fœlix.) quando uicit, & res ei pro uoto ſucceſſit. Caluū eſſe noluit.) nam caluū ueteranis uolebat eſſe ſenatus: quod in prima Philippica dictū eſt. Secuti ſunt.) Cæſarē in patriā ruentem, ſub quo militabant. Quæſiuiſti.) urbem egreſſus mutata ueſte, & rheda meritoria in Galliā uectus ad impellendū cōtra patriā Cæſarē. In inuidiam.) odium. Ibi me nō occidiſti.) Hoc obiecerat Ant. reſponderat quidē Cicero: ſed ſibi ipſi minimè ſatisfecerat: quare idē nūc repetit. Sanctus.) inuiolabilis. Præſertim &c.) nam cum meam noſſes in dicenda ſententia libertatē, & hæc mea in patriam charitas te nō lateret, illo ipſo tempore quo me (ut ais) ſeruaſti, uidere & tibi perſuadere potuiſti hæc facturū & dicturum quæ facio & dico. Mimulæ.) Volūmæ. Quid eſt?) ſic ait, quaſi id negare uellet Antonius. Si te.) Argumentum à maiori ad minus. Municipiorū.) quæ cū Mima luſtraſti, ut pudere debuiſſet. Ne exercitus quidem.) te puduit, ubi maior multo licentia. Tot dierū.) ab urbe. Quē hominē.) fortē enim & continentē ſequi crediderant uirū, & imbecillē ac laſciuum cognouere. In oppida.) in alienas poſſeſſiones, & eorū in primis qui Pompeij & bonorū partibus fauiſſent. Magiſter eqtū.) Cæſar enim dictaturā iam inuaſerat. Suo iure cum Hippia.) Mimus hic erat, et impuriſſimus. quaſi uerò ad nomē alludit. nam ἵππος equū ſignificat, unde Hippias. quaſi fas eſſet magiſtro equitū cum eo ſuo iure uiuere, cui equi nomen eſſet. Sergio mimo.) de quo dictum eſt prius. Equos.) legitur et Aquinos, hoc eſt Aquini oppidi municipes: quod nō placet: nam Aquinates dicet inferius. Vectigal.) qui ei uectigal pēderēt, et quos Sergius locaret

quibus

quibus uellet. Repentinus.) ſubitarius, & nulla cauſa.

Tu iſtis faucibus.) Eſt hic per ratiocinationem amplificatio, ut ad id quod extolli uoluit Cicero, ratio adduceretur. obiecturus enim Antonio merum & uomitum, ſic ait. Fauces uerò ac latera ad ebrietatem minimè ſunt otioſa. nam reſpicientes ad hæc, poſſumus æſtimare quantùm ille uini in Hippiæ nuptijs exhauſerit, quod ferre & concoquere non poſſet gladiatoria corporis firmitate. Poſtridie uomeret.) quodam ex amicis, ut Plutarchus tradit, togam ſub ijciente. Immanibus.) ingentibus. & hic quod idem ait, amplificatio eſt: ſiquidem tanta uis fuit uini erumpentis, ut non caſum afferret aut uoluntatem, ſed neceßitatem, ubi minime deceret uomendi: & cibus non recens, ut accidere interim ſolet, redderetur, ſed qui in poſterum diem redundaret. Haſta poſita.) cui ſubijciebant ea quæ publicè uenundabant, & eorum bona qui haſta, hoc eſt, bello ſuperantur: quia ſignum armorum præcipuum eſt haſta. Pompeius Feſtus. Cicero in Officijs: Nec uerò unquam bellorum ciuilium ſemen & cauſa deerit, dum homines perditi haſtam illam cruentam & meminerint, & ſperabunt. Iouis Statoris.) quam Romulus bello Sabino uouit ſuis fugientibus, & intra ueterem Palatij portam compulſis, illicq́; exædificauit. Stator autem uocatus eſt Iupiter, quòd orantem Romulum ut fugam ſuorum ſiſteret, audiuit. Liuius author libro primo ab Vrbe cond. Tam demens.) Viuebant enim Pompeij filij, & redire in patriam, ac ſua recuperare bona poſſe credebantur. Sectionis) uenditionis. Haſtam illam) Cæſaris, ſub qua ciuium qui contrariæ fuerant factionis, bona uendebantur. Alia omnia.) præter Pompeij bona. Iſto loco.) iſta familia. Sector) emptor. nam utrunque ſignificat. & emptorem, & uenditorem. Heluo.) ab eluendo dictus eſt heluo, is qui bona ſua immoderatè conſumit: quod aſpiratur, ut auiditas magis comprobetur. fit enim uox incitatior per aſpirationem. Pompeius Feſtus. Copias.) maximas diuitias. Ingurgitauiſſet.) tanquam gurges quidam & uorago & cum ille hoc ait, ſimul & magnitudinem diuitiarum hoc uerbo ſignificans Pompeij, & nimiam Antonij ac importunam auiditatem. Perſona de mimo.) ueluti perſona de aliquo mimo & hiſtrione aſſumpta, qui modò reges agat, modò priuatos: modò dominum, modò ſeruum: nunc lætum aliquem, nunc triſtem alium. Varia erat Antonij perſona, & pro fortunæ conditione nunc triſtis uultus, cum egeret: nunc lætus, cum abundaret. Numerus.) menſura. Quæ numerum & menſuram ſignificant, inuicem pro ſe poni ſolent. Quæ Charybdis.) De tropis præcipiens Fabius, creſcere nõnunquã hyperbolen inquit, alia inſuper addita: & hic ſequitur, Oceanus me dius fidius. Apotheca.) loca in quibus uinum, oleum, triticũ, & alia id genus reponuntur. Latinè horrea & repoſitoria poſſumus dicere. De apothecis uini Plin. loquitur. Hypotheca pignus eſt. Conchyliatis.) Laudat hanc amplificationẽ Fabius, & Ciceronẽ inquit tantũ de M. Antonij luxuria fingere non potuiſſe, quantum dicendo oſtendit, Conchyliatis periſtromatis Cn. Pompeij lectos in ſeruorum cellis fuiſſe ſtratos. Nam cum hoc ita eſſet, aliquid amplius in ipſo domino neceſſe erat cogitare. Cõchylia in genere ſunt purpurarũ, quarũ ſucco purpureus tingitur color: unde cõchyliata ueſtis. Et Iuuenalis ait cum ſtomacho de Græcis loquens: Horũ ego non fugiã conchylia: hoc eſt cõchyliatas & purpureas ueſtes, quibus ſunt indigniſsimi.

Periſtroma græca dictio ſtragulã ueſtem ſignificat & aulæum. περὶ enim circum, στρώννυμι uerò extendo, ſterno: quòd circunſternuntur huiuſmodi ueſtes: quæ etiã peripetaſmata nominãtur. datiuus & ablatiuus numeri multitudinis in his nominibus in bus exeunt, & in is, ut poëmatibus, & poëmatis. Plautus: Lectũ, inquit, eſt in poëmatis. Aedes.) Põpeij. Hortos.) Põpeianos. Tu ingredi.) Repetitio eſt aptiſsima cõtentioni & inuectioni. habet enim acrimoniã plurimũ. Roſtra.) nauiũ, quæ pro foribus erant affixa maritimarũ uictoriarũ monumenta, quas Põpeius de piratis adeptus fuerat. Poſtibus hæc affigendi Romanis mos fuit, quem Virgil. ad regem Latinum tranſtulit, dicens:

Multaq́; præterea ſacris in poſtibus arma,
Captiui pendent currus, curuæq́; ſecures,
Et criſtæ capitum, & portarum ingentia clauſtra,
Spiculaq́;, clypeiq́;, ereptaq́; roſtra carinis.

Et te.) Pompeio diſsimillimũ, & illa domo indigniſsimũ. Tua.) tenuiſsima. Tuos.) nulla in re cum Pompeio conferendos. Stabula.) Veluti ſtabula quædã & diuerſoria in quibus impuri ac nefarij pernoctant. nam ſtabula diuerſoria etiam, in quibus diuerſari, hoc eſt, ad tempus habitare, & ex itinere poſſunt homines. Iureconſulti de cauponibus loquuntur & ſtabularijs. Triclinijs.) Qui eſt locus diſcumbendi, à tribus toris ſeu menſis dictus. ibi enim comedebant, præcipuè in conuiuium accepti: cui apparando qui præerat, architriclinus uocabatur. Popinæ) ſunt in quibus cocti quippiam uenditur: ubi qui uerſarentur gulæ indulgentes, popinones ſunt appellati: quod Marcellus ait. Tiberius Cæſar, inquit Tranquillus, ædilibus negocium dedit popinas ganeasq́; uſque eò inhibendi, ut ne opera quidem piſtoria proponi uenalia ſinerent. Frugi.) modeſtus ac temperans & uocatur. Illam ſuam.) Volumniam mimam ſuas res ſibi habere iuſsit. ac ſi dicat, fecit cum illa diuortium. nam quod ait Paulus titulo de diuortijs, in his & repudijs his utebantur uerbis: Tuas res tibi habeto. Item, tuas res tibi agito. Ex duodecim tabulis.) Ex lege duodecim tabularum, quæ uult ex cauſa fieri diuortium: & niſi adiecta cauſa (ſunt autem plures) ratum non eſſe. Nullum autem diuortium ratum erat, niſi ſeptem ciuibus Romanis puberibus adhibitis. Exegit.) expulit. hinc dicuntur exacti reges. Spectatus.) ipſe interpretatur, ſubiurgens. & probatus. Virgil. Et rebus ſpectata iuuentus. At quàm crebrò uſurpat, & Conſul & Antonius.) Frequenter hoc uſurpabat Antonius, & Conſul & Antonius iubet, uel edicit, non Conſul Antonius. quaſi emphaſis quædam & uis atq́; auctoritas ſuo ineſſet nomini proprio. ſed inſolenter & ſuperbè nimis: quod reprehendit & inſectatur Cicero. Auus tuus.) M. Antonius orator, qui Conſul fuit. Dixiſſet.) ſe & Conſulem & Antonium. Collega meus) in Cõſulatu, C. Antonius. Solus es Antonius.) hoc eſt, impudiciſsimus & nequiſsimus. Earũ partiũ propria.) ac ſi diceret, earum actionũ.

Opera tua.) per te, & tua cauſa. Natum.) Ordo naturalis, naſcitur quippiã, coaleſcit & augetur, in uſum inde deducitur. Et bello.) Africanũ intelligit, quod cum Scipione & Iuba ac reliquis Pompeianis in Africa geſtũ eſt. Anteſignanum.) cuſtodiendis ſignis & uexillis præpoſitum.

Quem locum obtinuiſti.) ac ſi dicat, uilem locum & conditionem. Antonius hanc ſibi dicebat cauſam fuiſſe cur bello Africano non intereſſet, quòd parũ gratiæ in his quæ prius geſſerat, uideretur conſecutus: cum domus Põpeianæ precium

precium ab eo exegiſſet Cæſar: qui reuerſus ex Africa, quaſi parium æquus Antonio, Dolabellæ inimico eius ueniam dedit: & tertium Conſul factus, Lepidũ, non Antonium collegam uoluit. Quo numero.) quo ordine, & honoris gradu. Pro domo.) Pompeiana. Pro ſectione.) emptione bonorum Pompeij. A me C. Cæſar pœcuniam?) ſub. poſtulat? & ſunt Antonij uerba. Ne potuit quidem.) ſine me uincere. Rogaui.) eum Tribunus plebis eſſem, rogando tuli. Leges in populo libero, ut Romæ quondam, iniuſſu populi latæ ratæ non erant: et quoniam rogari, hoc eſt interrogari populus ſolebat, rogationes dicebantur. Atteius Capito legem definit, generale iuſſum populi aut plebis, rogante magiſtratu. Ius poſtulabas.) nam quod ius erat & æquum, petebas Antoni. Præclara illa tabula.) in qua bona quæ tua eſſe aſſeuerabas & diuendebas, deſcripta erant. ſic inquit deridendo. Præter partem Miſeni.) prædia ad Miſenum (quod dictum eſt) obtinebat Antonius cum ſocijs. Auctionaretur.) uenderet. nam bona Pompeij à Cæſare empta nõ perſoluto precio, rurſus uendere coactus eſt Antonius. Auctio, uenditio quædam eſt in loco celebri. hinc auctionari, publicè & ſub haſta aliorum bona uendere. Deferre precium in auctione, licitari eſt: qui uerò defert, licitator dicitur: et quoniam in huiuſmodi uenditione alius alio maius preciũ pollicetur, auctio nominatur. Maculoſa.) aut uaria, ut in aulæis uidemus maculas, & colorum uarietates. Virgilius: Aut maculoſæ tegmine lyncis. Aut fœdata. nam ſeruorum & impuriſſimorũ lectos ea ſterni & ornari paſſus erat Antonius. L. Rubrij.) cuius hæreditatem dolo et calliditate (quod prius dictum eſt) inuaſit Antonius, quare ueri hæredes fieri hanc auctionem prohibebant, decretum Cæſaris interponentes, quòd ſcilicet ipſis ſi qua eſſent Antonij bona deberentur, à quo Rubrij hæreditate eſſent priuati. Hærebat.) dubitabat incertus animi. Nebulo.) Põpeius Feſt. Nebulo, inquit, eſt qui non pluris eſt quàm nebula, aut qui non facilè perſpici poteſt qualis ſit, nequã & nugator. Scio aliter & Donatum & Marcellum dicere. Sica.) Sicarios per abuſionem uocamus qui cædem telo quocunq; commiſerint, inquit Fab. Tam bonus gladiator.) ueluti gladiator, qui Cæſarem quocũq; ibat comitabatur: & ad id alluſit, quòd in ciues Romanos Antonius ſæpe gladios ſtrinxerat. Rudem.) uacationẽ & ceſſationem ab arte gladiatoria. nam rudis fœminino genere uirga eſt, qua donati gladiatores, emeriti erant, et cogi ad certamen & pugnam amplius non poterant. Iuuenalis: Hic Sergius olim Accepta rude cœpiſſet Veiento uideri. Hinc Horatius de ſe per ſimilitudinem ait: Spectatũ ſatis, et donatũ iam rude, quæris Mœcenas iterũ antiquo me includere ludo. Et Ouid. Me quoq; donari iam rude, tẽpus erat. Aliquãdo.) ſerò ſcilicet. Vt ait.) prætẽdit enim hãc cauſam ignauiæ. Iſta cauſa.) Cæſaris. Ter depugnauit Cæſar.) in Theſſalia cum Põpeio, in Africa cũ Scipione & Iuba, in Hiſpania cum Pompeij liberis. In Hiſpanienſi.) quæ ad Cordubam & Mundam pugnata eſt, tanto Cæſaris periculo, ut deſperatis rebus etiam de conſciſcenda ſibi morte cogitauerit. graue tũc Dolabella uulnus accepit. Si de meo iudicio quæris, nollem.) affuiſſe omnibus pugnis Dolabellam. Principia ſæpe poſſunt reprehendi, & tamen conſtãtia ac perſeuerantia laudatur, id quod in te deſideratur Antoni. Tu uerò quis es?) ſi de te, inquit, quæramus qualis es. Cn. Pompeij liberi.) Cn. & Sextus. Hæc.) patria. nam utrique partium Pompeianis & Cæſarianis communis erat patria: ac ſi diceret, nõ quòd cum alijs commune illis erat, repetebant tantùm, ſed priuata etiam, quæ tenebas tu. Deos penates patrios.) Qui fuerint dij penates, & Macrobius & Dionyſius inueſtigant. Focos.) ubi ſacra fiunt. Larem ſuum familiarem.) quem ſingulæ uenerabantur familiæ, & cui ad focum rem diuinam faciebant. Plautus in Aulularia: Ego ſum lar familiaris. Qui ſint lares, docet Ouidius in Faſtis. Ii.) Pompeij liberi. Tamen erat æquiſſimum.) putabatur non iniquum pro rebus pugnare quas iam tibi uendicaſſes, ne eriperentur. Sectorem.) in auctione uendentem quæ à Cæſare redemeras Pompeij bona. Qui uerò Narbone reditus.) inhoneſtus ſcilicet, qualem infrà deſcribit. nam digreditur interim Antonio reſpondens. quæſierat enim cur tam ſubitò ex ipſo curſu, cũ in Græciam nauigaret, rediſſet: id quod in prima Philippica dictum eſt. Suum cum illius comparat habitum, quo in reditu uterq; uſus eſt, dicens: Cum nunciatum Romæ eſſet Cæſarem ex Hiſpania uictorem aduentare, ciuitatis primores ferè omnes obuiam prodire: eumq; Antonium etiam quamlõgiſſimè proceſſiſſet, et exortus rumor eſſet Cæſarem occiſum eſſe, hoſteſq; in Italiam properare, illico in urbem Antonium rediiſt. famuli ueſte indutus noctu domum uenit, & ſeſe Fuluiæ uxori talem exhibuit, qualem Cicero per notationem deſcribit. * Eſt autem Narbone ablatiuus, à nominatiuo Narbo. Intelligit enim de Narbone Marcio, de quo Cic. pro Fonteio, & Velleius Paterculus, qui hanc coloniam deductam tradit Porcio & Marcio conſulibus: ex quo exiſtimari poteſt à Marcio Marcij nomen traxiſſe. Hiero. Ferra.* Non tenebris.) ut tu Narbone rediiſti. Cum calceis & toga.) Qui ciuilis habitus eſt. Caligis.) quæ ſunt militares & caſtrenſes: unde C. Cæſar Caligulæ cognomen traxit, quia paruulus manipulario habitu inter milites educatus eſt, quod ait Trãquil. unde caligati, armati ea parte corporis quæ tibialibus munitur.

Nec lacerna.) quæ & ipſa militaris eſt ueſtis, minor capitio, ut ait Feſtus: quod ſic dicitur, quoniam pectus capit, & induſium operit, id quod intra omnes ueſtes corpori adhæret. Var. autor. Quicquid intra capitium & togam, hoc eſt ueſtem exteriorem, ſumebãt, ferè ſubuculam dixere. Næ tu mecum.) Næ, certè aut ualde. Ex omnibus.) Ea gratia in Galliam profectus erat Antonius, cum aduentare Cæſar nunciaretur, ut Conſulatum ab eo, fauore municipiorum et coloniarum Galliæ rogaret. erat enim initurus quartum Conſulatum Cæſar, & dignum ſe conſulatu indicabat Antonius, quòd magiſter equitum extitiſſet. Municipia uerò & coloniæ ius habebant ciuitatis Romanæ, & dandi ſuffragij comitijs conſularib. ad quæ caligatus & lacernatus cucurrerat Antonius, rogaturus ut pro ſe ad Cæſarem intercederent: quod uehementer reprehendit Cicero. nam neq; ſic eundum fuerat, neq; rogandus Conſulatus, ſed petendus: & olim, inquit, cum petebatur Conſulatus, per uirtutem & bonas artes, non autem unus Cæſar rogabatur, petere ſolebamus Conſulatum. quaſi tunc eum rogarit Antonius: ideoq; non peteretur, quòd unus rogandus eſſet. Antoniũ Iulius in quarto, de quo diximus, Conſulatu collegam ſibi aſſumpſit.

Decima ferè.) circa meridiem. nam diei initium Romanis à media nocte eſt, ut Aulus Gellius & Macrobius docent. Meridie cibũ ſumebant hora decima. Martialis: Hora li-

ra libellorum decima eſt Eupheme meorū, Temperat ambroſias cum tua cura dapes. Ad Saxa Rubra.) locus in uia Caßia inter urbē et Veios, quorū Liu. meminit lib. 2. ab Vrbe condita, dicēs: Ita fuſi, retro ad Saxa rubra, ubi caſtra habebant. Illic periérūt Fabij illi trecenti. Caßia uerò uia erat, quæ in Liguriā per Tuſciā ducebat, à L. Caſſio Longino ſtrata, qui Trib pl. C. Mario et C. Flacco Cōſulibus plures leges ad minuendā nobilitatis potentiam tulit. Conſul poſtea à Tigurinis Gallis in finibus Allobrogum cū exercitu cæſus eſt. Delituit.) ut cognoſceret re uera tātiſper quid in urbe ageretur (nunciatū enim erat Cæſarem interfectum) ut uelle uidetur Cicero, quò ſe cōponeret, et ueluti tabellarius ab Antonio miſſus, uxori ſe exhiberet. Ianitor quis tu?) Scilicet es, inquit. A Marco.) ſcilicet Antonio. Ad eam.) Fuluiā. Caput aūt literarū.) initiū literarū hoc cōtinebat. Illinc.) à mima Volumnia.

Hanc.) Fuluiā. Nequam.) qui ne tanti quidē eſt, quàm id quod habetur minimū, quaſi nequiequam. Vt catamitum.) mollem & effœminatū catamitum, inquit Pomp. Feſt. pro Ganymede dixerunt, qui fuit Iouis concubinus. & nos ſic uocamus ſcorta maſcula. Terrore nocturno.) Rumor enim falſus de Cæſaris cæde exortus erat, et Antonius noctu urbē ingreſſus, trepidationē auxerat. Multorum dierū metu.) Creditum enim eſt Cæſarem occiſum, quòd Antonius ex medio itinere retro erat cōuerſus. Domi.) apud uxorē. L. Plancus.) C. Munatij Planci frater, & Ciceroni amicißimus. Prædes tuos.) Cum L. Plancus. Trib. pleb. quia multa Antonius debebat populo pro Rep. ab eo empta, & ſoluendi tēpus erat tranſactū, prædes, hoc eſt res pro Antonio in ſponſione obligatas, uenditurū ſe minaretur, productus in concionē Antonius, ideo ſe inquit rediſſe, ut rem ſuam ageret. inuehiq; in eum illico cœpit populus, quippe qui nouerat alia cauſa rediſſe, rumore illo de Cæſaris cæde exorto. Præs aūt eſt q populo ſe obligat, interrogatusq; à magiſtratu ſi præs ſit, ille reſpondet, præs. Feſtus & Varro idem. Prædes aūt hic accipias non ſponſores, ſed rem ſponſione à prædibus obligatam. Dicacē.) conuiciantē. dicax enim mordax eſt. Cæſari ex Hiſpania redeunti.) quo tēpore omnes ciuitatis primores obuiam Cæſari prodire, et Antonius quamlongißimè, ſed celeriter & iuit & rediit, exorto (quod prius dictum eſt) de Cæſare interfecto rumore. Rurſus inde proceßit obuiam, tanti à Cæſare factus, ut in eodem curru ueheretur. Strenuum.) diligentem, & rei gerendæ auidū.

Rurſus neſcio quo modo.) infenſus non prius ei uiſus fuerat Cæſar. Habebat.) erat hac natura & moribus. Quem planè perditum.) ſciebat enim nihil non auſurum eum qui ære alieno eſſet oppreſſus. cupiunt namq; huiuſmodi homines res nouas ſemper. His rebus.) tronicos, quòd perditus & egens. Cum ipſo.) Cæſare. Nihil queror.) ac ſi dicat, nihil dico. Impulſus.) à Cæſare ad petendum Conſulatum. Ille.) Cæſar. Interuertit.) fraude abſtulit. & per tranſlationem locutus eſt. nam interuertere, eſt rem commodatam aut depoſitam aut creditam callidè doloq; ne domino reſtituatur, efficere. Adſcripſiſti.) addidiſti. In iſtum.) Antonium. Hic.) Antonius. Cum primùm.) Hoc in prima Philippica dictum eſt, Cæſarem quū in Conſulem cum Antonio, ſe magiſtratu abdicare conſtituiſſe, & in ſuum locum Dolabellam, inuito Antonio, cui erat inimicus, renunciari Conſulem iußiſſe: Antonium uerò Augurem obieciſſe auguria. Tunc in Antonium eſt inuectus Dolabella acerbißimè, nec pauciora ab eo audiuit. Senatus autem re infecta eſt dimiſſus. Occiſo poſtea Cæſare, inſignia Conſulatus Dolabella ſuo iure accepit, & ſe Conſulem geßit. Antonius uerò collegam ſibi eſſe depoſitis inimicitijs paſſus eſt.

Proficiſceretur) in Parthos Getasq;, contra quos expeditionem apparabat: Getis, ut inſultantibus: Parthis, ut Craßi ulciſceretur iniuriam, illaturus bellum, inſtructo iam exercitu ſex & decem legionum peditum, equitū decem millium, & Ioniū tranſmittere iuſſo: quod ſcribit Appianus. Quem negāt regem.) ſcilicet Cæſarem, & tamē re uera rex erat, cum faceret ſemper pro iure ſuo omnia, & diceret. Eo ſacerdotio.) Auguratu. Comitia.) Dolabellæ creandi conſulis. Auſpicijs.) iure auſpiciorum per Fuſiam & Heliam leges, quas Fuſius & Helius Tribuni tulere, ne agi cum populo liceret, niſi de cœlo prius ſeruatum eſſet, hoc eſt niſi captatis prius auſpicijs. Agere uerò cum populo eſt rogare populum ut ſuis ſuffragijs iubeat aliquid aut uetet. quòd ſi aues non admittebant, obnunciabant Augures, hoc eſt non eſſe agendum quippiam ſignificabāt. Et ſicut interceßio Tribunorum eſt, hoc eſt impedimentum rei agendæ, quod à Tribuno magiſtratui affertur, ita obnunciatio Augurum. Vel impedire.) antequam haberentur. Vel uitiare.) poſtquā habita ſint, uitio factum Conſulem oſtendere, quòd ſeruatum de cœlo non ſit, & aut tonuerit, aut pluerit. Minus facere potuiſſes.) ac ſi dicat. multo plus impedire Cōſul comitia potuiſſes. Vide ne etiam facilius.) hoc eſt, multo facere potuiſſes facilius. Nos.) Augures. Nunciationē.) ut mox docebit. Etiam ſpectionē.) ius inſpiciēdi, & præſentiam exhibēdi auſpicijs. Nunquam ſobrio.) ſic diſtinguendū.

Impudentiam.) temeritatem. Eſt autem impudentia huiuſmodi, dixiſſe in Senatu multis menſibus antè ſe Dolabellæ aut prohibiturū comitia auſpicijs, aut impediturū: id quod fecit. Quiſquām ne diuinare.) Impediri comitia antequā auſpicia capiātur, non poſſunt: quoniā quod uitij in auſpicijs futurum ſit, diuinari non poteſt: nec niſi uitium acciderit, prohiberi ipſa poſſunt comitia. De cœlo ſeruare.) auſpicia cœlum obſeruando captare. Quod neque licet comitijs per leges.) Heliam & Fuſiam. Comitijs ſeruare de cœlo nō licebat, donec ſcilicet cum populo agebatur. antè fieri id conueniebat. Non habitis.) non cōpletis comitijs. Nunciare.) quid acciderit, aut pluiſſe, aut tonuiſſe. Nam Ioue tonante, agere cum populo nō licebat, niſi id per ſudum, hoc eſt ſereno cœlo fieret. Hinc ait Virgil. læuū ſignificans auguriū, Cœli de parte ſerena Intonuit læuū. Verùm implicata.) Inſcitia declaratur, quoniam de auſpicijs loquens ritum ignorat auſpiciorū, nec ſcit prohiberi per Augurē comitia non poſſe, cuius tātum nunciare ſit aut pluiſſe aut tonuiſſe, & uitio creatū oſtendere, ſi aut tale aliquid acciderit, aut ſeruatum de cœlo priuſquam comitia haberentur, non fuerit. Impudentia uerò in eo eſt, quòd ea impediturum minabatur, quæ impedire niſi cauſa adeſſet, non poterat: et ſic de futuris, ac ſi explorata ea haberet, loquebatur. Apparitor.) miniſter. Apparere, præſto eſſe magiſtratui et regi ſignificat ad quandam dignitatem, ac ueram oſtentationem. Virgil. Hæ Iouis ad ſoliū ſæuiq; ad limina regis Apparent. Rogabat.) Cæſarem. In aduerſam lecticā.) Cæſaris, qua ille uehebatur. Inferens.) immittens dum illi ſupplicat. Beneficia.) gratias, ut uulgus dicit. A collega.) Cæſare. Ecce Dolabellæ.)

bellæ.)cum abdicare ſe magiſtratu Cæſar uellet, & Dolabellam Conſulem renunciari iuſsiſſet. Sortitio prærogatiuæ.)Creandis Conſulibus comitia habebantur Centuriata, populus in claſſes erat diuiſus, claſſes uerò in centurias, quæ per magiſtratum ad dãda ſuffragia conuocabantur. Prærogatiua uerò ſuffragiorũ erat cum trib. aut centuriæ obtinebant, ſed ſorte, ut primæ ſuffragium ferrent. Nam quod ex Liuio & alijs ſcriptorib. licet cognoſcere, nomina tribuum in urnam conijciebãtur: & cuius nomen eductum prius fuiſſet, illa prærogatiuã habebat, hoc eſt prius de candidatis iudicium ferebat: & ſuam aperiebat ſententiã: & aut dignos magiſtratu qui petebant, aut indignos renunciabat. Eratq; ueluti ſcrutinium, quod cæteræ ferè ſemper ſequebantur. Prærogatiua enim, quod ex Pediano licet colligere, duo ſignificat, et cũ quiſpiã qui benefacturus nobis eſt, adhuc integro beneficio, aut dicto aut facto aliquid præſignificat de ſua in nos uoluntate & ſtudio: & ſunt tribuum prærogatiuæ, quæ primæ ſuffragiũ ferunt ante iure uocatas. Iuris enim fuerat, quo facilius in comitijs concordia populi firmaretur, bina de iiſdẽ candidatis comitia fieri, quorũ tribus primæ prærogatiuæ dicebant quos uellent magiſtratus fieri. Secundæ iure uocatæ, quòd in his ſequente populo, ut ſæpe contingit, prærogatiuarum uoluntatem, iure omnia complerentur. Ergo præibant iudicio & ſententia quæ per ſortem habuerant prærogatiuam, ſequebantur reliquæ: et ferè ſemper ille obtinebat magiſtratum, in quem tribus primæ prærogatiuæ inclinaſſent. Quieſcit.)Antonius. Renunciatur.)Dolabella à centurijs quæ primam nactæ erant prærogatiuã.

Tacet.)Antonius. Prima claßis.)Cẽturiæ primæ claſſis iure uocatæ, poſt uoluntatem & iudiciũ tribuum habentium prærogatiuã. In claſſes populũ diuiſit Ser. Tullius: quod tradit Liuius libro primo ab Vrbe cõdita. Suffragia.)omnium centuriarum, ut fieri ſolet creandis Conſulibus. Confecto negocio.)cum renunciatus Conſul eſſet ſuffragio omnium Dolabella. Bonus Augur.) ironicè. Lælium diceres.)eam præ ſe ferens grauitatem, qua Læliũ quõdam fuiſſe legimus. Alio inquit die.)hoc eſt, non licet hodie Conſulẽ renunciare Dolabellã, q. uitio electus eſt, nec cõſentiũt auſpicia. Lælij duo fuere illuſtres, eodem C. prænomine: alter Scipionis ſuperioris, alter poſterioris amicus: ſed is in primis eloquẽs fuit, ſapientis adeptus nomen, de quo plura Cicero de Claris oratoribus ad Brutum. Libro de Amicitia ſic ad eum Fannius gener loquitur: Vnum te ſapientem & appellant, & exiſtimant. Et paulò pòſt: Te autem alio quodam modo non ſolùm natura & moribus, uerùm etiam ſtudio & doctrina eſſe ſapientem. Quid uideras? præpetes aues aut oſcines.

Quid ſenſeras?) ut pluuias. Quid audiueras?) ut tonitrua. Nec enim.) nihil profectò aut uideras, aut ſenſeras, aut audiueras. Nec de cœlo te ſeruaſſe dixiſti.) ſed tantùm, non hoc die. Neq; hodie dicis.)te de cœlo ſeruaſſe, cum quippiam fieri prohibes, ſed tantùm pro iure tuo, & inſolenter ac impotenter loqueris, dicens non hodie.

Id igitur obuenit uitiũ.)Cæſar, quod ſæpe diximus, quartùm Conſul creatus, Antonium ſibi collegam aſſumpſit. Statuerat autem Conſulatum ſimul atq; iniſſet, deponere, ita ut in eius locũ Dolabella ſubrogaretur: eũq; renunciari à claßib. & centurijs Conſulem calendis ipſis Ianuarij iußit. Antonius obiecit augeria. Inuectus aũt in Dolabellam, dixit non poſſe illũ ſine magna Reip. calamitate, neglecta religione auſpiciorũ Cõſulẽ fieri. Euenit, inquit Cicero, uitiũ quod tu præuidiſti: ſed illa à te prædicta calamitas, in te potius quàm in Remp. futura eſt. Spero.)credo. Ementita auſpicia.)quæ ementitus tu es. nulla enim erant quæ Dolabellæ comitia impedirent. Populũ.)ferentẽ ſuffragia in creando Conſule Dolabella. Obſtrinxiſti.)alligaſti, impediſti. Augurí.) Cæſari, qui & ipſe Augur erat. Nunciaſti.)obieciſti augeria, & interceßiſti. Ne acta Dolabellæ uidear conuellere.)tanquam irrita eſſe dicere, quoniam tu uitio creatum nũciaſti. Ad noſtrum collegium.)ut decernat fuerít ne uitio creatus, an contrà, & ſint eius acta ſtabilia & rata. nam poſtquam animaduerſum fuerat etiam finito magiſtratu quempiam (ut apud Liuium & alios hiſtoricos legimus) uitio fuiſſe creatum, & contra auſpicia, acta eius omnia irrita habebantur & reſcindebantur. Neq; enim uerus magiſtratus fuerat, non ritè creatus: neq; conſtituere ea poterat quæ ad eiuſmodi magiſtratus ius & poteſtatẽ ſpectabant. Quãdiu tu uoles.) Viuo Cæſare Dolabellam Conſulem fieri paßus non eſt: eo mortuo collegam ſibi eſſe ultrò uoluit. id quod in prima Philippica eſt dictum. Sed ſi nihil eſt.)Cauſa enim aliqua adijcienda fuerat. Confitere te &c.)ideo dixiſſe, non hoc die, quoniam ſobrius tunc non eſſes, & in alium differri diem uelles, quo ſobrius eſſes. Augur.) ego. A collega.)te. erant enim in eodem augurum collegio Antonius & Cicero. Pulcherrimam.)ironicè. ac ſi dicat flagitioſißimam. Ad Lupercalia.) De origne, appellatione, ac curſu Lupercorum, multa Plutarchus in Romuli uita: multa item Ouidius Faſtorum libro ſecundo. Hiſtoria uerò hoc habet: Cæſar triumphali amictus ueſte Lupercaliorum die pro roſtris ſedens currentes ſpectabat. Erant autem adoleſcentes nobiles nudi ac uncti, loris albis obuios cædentes, inter quos Antonius & Conſul & Lupercus. Is propius ad Cæſarem accedens, diadema capiti eius impoſuit: quod, detorquens caput, ſemel ille & ſecundò reiecit, non ſine maxima totius Romani populi lætitia & plauſu: quippe qui regium nomen & habitum ferre non poterat. Cumq; idem diadema Cæſaris ſtatuæ impoſuiſſet Antonius, Flauius & Marullus Tribuni pleb. abſtulere, ſuntq; à populo collaudati. à Cæſare uerò ob id duntaxat non multò pòſt magiſtratu priuati. quæ cauſa Bruto & Caßio, cæteriſq; coniuratis maturãdi de Cæſaris nece conſilium extitit. auctor Plutarchus. Hoc Antonij factũ Cicero inſectatur acerbißimè. Sudat.)quod accidit his quibus id obijcitur crimen quod & graue eſt, & dißimulari non poteſt. Iuuenalis: Rubet auditor, cui frigida mens eſt Criminibus: tacita ſudant præcordia culpa. Et ſudat quidem uerecundia, & pallet reprehenſionis timore. Ariſtoteles, cur & pudore erubeſcimus, & timore palleſcimus, quærit in Problemat. utrũq; eodẽ, pro uario animi affectu, ferè cõtingit tẽpore. Ne nauſeet. faciat.)ne euomat: quod facere ſolent hi quib. ſentinæ nauis fœtor ſtomachũ mouit. Iuuenalis: Illa maritũ Nauſeat. Inde nautea herba granis nigris qua coriarij utuntur. t in s mutato, ut Feſto placet. In porticu Numicia.)quam Numicius extruxit, in quã uiri principes conuenire nõnunquã ſolebant. illic aliquando Antonius nauſeam fecit. * Minutia magis legi debere putat Hiero. Ferr. in hunc locum, auctoritate Victoris adductus, qui, Regio, inquit, nona circũ Flaminiũ continet, & ſtabula quatuor factionũ ſex, porjicũ Philippi Minutiã ueterẽ, & frumentariam. * Rhetoris.) Sexti

cem et ephorũ tetrarchæ ipſi ſubiectos. autor Strab. Hæc uiuus eripuit.) ſi uiuus eripuit, nunquã reddidit mortuus.

Quibus uerbis?) frequens erat in decreto quod Antonius fixerat ex cõmentarijs, ut dicebat, Cæſaris, æquũ eſt reſtitui Deiotaro Armeniam, non iniquum Mediæ tetrarchiã reddi: & ſimilia. quam uerborum complexionem, hoc eſt implicationem deridet Cicero. Aſſus.) ſemper defendi.

Aequum dixit.) Quoniam etſi defendebat crimen Deiotarus, deprecatione tamen utebatur: fateor, dicebat, peccaſſe, nec æquum quicquam poſtulare à Cæſare: & tamen ut ignoſcat poſtulo: & quæ peto, pro ſua ſumma humanitate concedat. HS centies.) ſic pactus cum Deiotari Legatis fuerat Antonius, ut centies daret ſeſtertium. Regis hoſpitum.) quos plures Romæ habebat: Cicero enim & Pompeius hoſpites fuere Deiotari. In Gynæceo.) locus domi eſt ubi ſolæ uerſantur mulieres: ſicuti Andronitis, ubi uiri. γυνὴ mulier eſt. Venere.) uenditæ ſunt, & quotidie uenduntur. Suo Marte.) ſua auctoritate & robore, in prouerbio eſt. Nemo iure conſultus) nemo à te de iure interrogatus. duæ hic partes, iure conſultus. Ne iſte quidem.) Sex. Clodium (ut opinor) intelligit rhetorem, cuius conſilio hæc faciebat. Auctorem.) Cæſarem.

Quorum imitatores.) Nonnulli ex Antonij ſectatoribus chirographa ab eo propoſita in multorũ beneficium imitabantur. nam & ipſi ſcribebant, & uenalia proponebant in publico, ut qui uellent, hoc uel illud beneficium emerent: non aliter quàm gladiatorum libelli proponi ſolent, in quibus nomina continentur eorum, & patriæ atq; ætas, cuius item ſint, ut ſciant qui emere aut conducere uolunt. nam ædiles & Prætores munus edebant gladiatoriũ: & Aedilis Cæſar ludis & reliquæ munificentiæ adiecit gladiatorium munus aliquanto paucioribus quàm deſtinauerat paribus. nam cum multiplici undique familia comparata aduerſarios exterruiſſet, cautum eſt de numero gladiatorum, quo ne maiorem cuiquam Romæ habere liceret, ut Tranquil. ait. Vel libellos, gladiatorum compoſitiones. Cicero in Epiſtolis ad Cælium: Quid enim? me hoc tibi mãdaſſe exiſtimas ut gladiatorum compoſitiones? Nam libellus etiam duorum pluriũmue ſignificat pactionem. Ouid. Dum loquitur, tangitq; manum, poſcitq; libellum. Poſſumus etiam eos accipere libellos, in quibus pugnæ gladiatorum erant deſcriptæ, quibus legendis uulgus oblectabatur. Venales autem ab his qui inde lucrum quærebant, circumferebantur. Appendantur.) quod fieri ſolet quoties maximus numerus eſt. Priſci cum ſignata adhuc pecunia non eſſet, pendebant æs, non numerabant: hoc graue uocabatur, ſicut quod numerabatur, ſignatum. unde pendere tributa, & pendere pœnas. Poſt M. Brutum.) qui Proconſul Cretam obtinebat. Ne prouincia.) ut deſineret tributum pendere, & libera eſſet, nec amplius prouincia & uectigalis haberetur. Conſtringendus.) arguendus & conuincẽdus hoc decreto quod tu dicis Cæſaris eſſe. Dicebat enim Antonius Cæſarem hoc decreuiſſe. Et dic mihi, inquit, Antoni, Creta non potuit liberari uiuo Cæſare, ſi hæc Cæſaris uoluntas fuiſſet ! nam ad Brutum quidem tunc nihil pertinebat. cur ſtatim poſtquam illinc diſcederet Brutus, liberam eſſe uoluiſti? Certè apparet neque cogitaſſe neq; uoluiſſe hoc Cæſarem: ſed id agitur P.C. ut hoc decreto Antonius à Cretenſibus pro immunitate pecuniam accipiat, Reſpublica Cretam prouinciam amittat.

Omnino.) nihil quiſquam uoluit emere, quod hic nõ fuerit paratus uendere. De exulibus.) Legem propoſuerat, qua exulibus ſub certa pecuniæ pactione reditus liber eſſet in patriam. Cicero non dolere ſe dicit quenquam reſtitui in patriam: ſed id ferre permoleſtè & reprehendere, quòd idem pari conditione omnibus reditus patet, cum diſpar cauſa exilij fuerit. Et inquinatos.) confuſos, commixtos ac uelut fœdatos, tanquam par omnium fuerit cauſa. Simili.) in qua reliqui reſtituti. Loco patrui.) C. Antonij, qui fuit in partibus Põpeianis, & idcirco exul à Cæſare factus: de cuius reditu ferre diſtulit Antonius, cũ de alijs Cæſare occiſo referret. eundem reſtitutum poſtea Antonius ad cenſuræ petitionem impulit, ſubornatis uiliſſimis & indigniſſimis quibuſdam qui competitores fierent: id quod & riſus hominum mouet, eiuſmodi perſonas cenſuræ candidatos fieri: & querelas, quòd uir clariſſimus & Conſularis honeſtiſſimus ſic ludibrio eſſet Antonio: & tamẽ haberi ea comitia poſtea non eſt paſſus. Comparaſti.) conſtituiſti dedita opera. Fulmen ſiniſtrum.) Fulminibus, quid aut faciendum eſſet, aut cauendum, moneri ſe à Ioue putabant homines. Siniſtrum fulmen uitium erat comitijs. Cicero lib. 2. de Diuinatione, Comitiorum ſolum uitium eſt fulmen, quod idem omnibus reb. optimum auſpicium habemus, ſi ſiniſtrum fuerit. Cum ſis religioſus.) Quoniam Augur tu es & religioſus, tuos auſpicijs ſubeſſe non exiſtimas, & te ac tuos extra omnia auſpicia poſitos eſſe tibi perſuades. ironicè autem loquitur. In ſeptemuiratu.) Petierat C. Antonius Septemuiratũ, M. Antonio ad petitionẽ impellente. ab eodem repentè deſtitutus eſt. Septemuiri epulones dicebantur. ſeptem enim erãt collegæ in hoc magiſtratu quod ad ſacra pertinebat. Datũ autem ijs eſt hoc nomen, quoniam indicẽdi Ioui cæteriſq; dijs epulas poteſtatem haberent. auctor Pompeius Feſtus. Eorum filiæ à Veſtæ ſacerdotio excuſationem merebantur, quod A. Gell. tradit. Interuenit.) tanquam ad rem certam affuit. Quid metuiſti? credo.) Id ne metuiſti, ne non poſſes negare ſaluo capite, id eſt uiuus? ac ſi diceret, ne non poſſes negare quando uelles: quoniam quando uoluiſſes, negare omnino potuiſſes. Vel ſaluo capite, ſalua et integra fama. C. Antonij, quẽ idcirco adeſſe uoluiſti, ut maiore afficeretur dedecore, cum negarẽ Septẽuiratũ ei integra poſſes fama. Sororẽ.) patruelẽ. Alia conditione.) alia uxore Calpurnia. Probri.) adulterij cũ Dolabella.

Inſimulaſti.) accuſaſti. Tua cognitio.) quæ tu ſolus notaſti & nouiſti. Pacis cauſa.) id quod in prima Philippica eſt dictũ. Si ſunt falſa.) Dianœa. Cũ cõſilio.) alijs adhibitis. Percurſationẽ.) cũ mortuo Cæſare ueteranorũ colonias luſtraſti, ut eorũ ſtudia tibi cõciliares. id quod feciſſet Antonius, niſi Octauius impediſſet. Capuam deducere.) ſcilicet coloniã. uoluit illuc coloniã deducere, ſed Cãpani prohibuere: et parũ abfuit quin occideretur. non ergo adijt, ſed penè adijt: hoc eſt parum abfuit quin adiret. Vel Capua deducere, ueteranos ſcilicet, & ſecum ducere. Illud penè.) ut adeas & pereas, non penè adeas. Simile eſt illud Propertij, Quod quæris quare, non habet ullus amans. * Eſt autem hic ſenſus: Vtinã eo uenire ut illud penè tollatur, & te interfecto, peregrinatio tua nobilitata ſit. id enim ſignificat quod 12. Philip. declarat: Veſtrũ hoc conſilium Capua probabit? quæ temporibus his Romæ altera eſt. illa impios ciues iudicauit, eiecit, excluſit. illi inquã urbi conanti è manibus eſt ereptus Antonius. Hieron. Ferr. Cui urbi.) quali, & quàm contra te iratæ

Capuæ. Tua iſta.) ac ſi diceret, in te ipſum hæc admittis, & dedecus priuatum tuum. Qui cum de uectigalibus.) ſemper enim publicus fuit, & uectigal populo Ro. pependit. Glandiferæ.) Ipſe interpretatur, & fructuoſæ ſubiungens. Caſilinum.) Campaniæ oppidum ad flumen Vulturnum ſitum, in quo Præneſtini milites quingenti & xl. & unà nõnulli Peruſini ſic obſtinatè Hannibalis obſidionẽ pertulere, ut fame uexati, lora ac pelles ſcutis detractas, & mures item eſſent. nucibus quoque à Romanis per Vulturnum amnem miſſis uixere. auctor Liu. lib. 23. ab urbe condita. Conſuluiſti me de Capua &c. poßésne Capuam coloniam deducere?) ego, inquit, idem reſpondi, quod de Caſilino reſponderã. De Capua negaui poſſe illuc coloniã nouam deduci, quò auſpicatò & ritè deducta antea eſſet, & incolumis maneret. dixi idem quod de Caſilino dixeram, addi nouos colonos ueteribus extinctis poſſe. hoc enim ſignificat adſcribi alijs, addi, & adiungi. Vt uexillum uideres.) Ideo nouam coloniam Caſilinum deduxiſti, ut inter ueteres & nouos colonos ortis diſcordijs & bellis ciuitas uaſtaretur & deſolaretur: uel potius ut tu hoſtiliter inuaderes oppidum, & euerteres. Aratrum circunduceres.) Sicuti aratro condentes urbes priſci deſignabant, unde ait Virg. Interea Aeneas urbem deſignat aratro: ſic delentes, ubi muri fuerant, aratrum circunducebant. auctores Porphyrio & Acron. Horat. lib. i. Carminũ, Iræ altis urbibus ultimæ Stetere cauſæ cur perirent Funditus, imprimeretq; muris Hoſtile aratrũ exercitus inſolens. Penè perſtrinxiſti.) quia parũ abfuit quin Capuam ipſam euerteres, eius imminuto territorio, quod eſt circumiectus urbi cuipiã ager. Perturbaturũ.) cum ſpreta auſpiciorũ religione illuc nouã duceres coloniã, quò antea auſpicatò ducta eſt. M. Varronis.) Qui fuit togatorũ literatißimus, & quo nemo unquã doctior, ne apud Græcos quidem fuit, ut ait Lactantius. Decem ante Ciceronem annis natus eſt, cui ſcriptos de Latina lingua dedicauit libros. In partibus fuit Põpeianis. eo mortuo Antonius fundũ eius Caſinatem occupauit, uenisſe ſibi à Cæſare dicens: quod factũ negat Cicero. Et ſi ab haſta.) Eſto inquit, tabulæ emptionis ſub haſta factæ ualeant nunc, hoc eſt uim & robur obtineant, quia re uera non obtinent: & tabulæ inquã nõ tuæ, & à te factæ, ſed Cæſaris: & tabulæ illæ Cæſaris, in quibus debitor tu apparebas, non hæ quas tu cõmentus es, & falsò Cæſaris eſſe aſſeris, quibus te liberaſti, & alienũ æs diſſoluiſti. Varronis quidem Caſinatẽ fundum uæniſſe ſub haſta à Cæſare, nemo dicit. Nullius.) quàm Varronis ſcilicet. Rem ullam eſſe detractam.) quod ſcilicet dicis. Quid.) ſcilicet dices. nam ſcripſit ad te Cæſar ut redderes Caſinatẽ fundum, quem interceperas. Dominus.) Varro. Ab hora tertia.) ſtatim poſt mediam noctem. Quàm diſpari domino.) Cic. lib. i. Offic. Odioſum, inquit, eſt, cum à prætereuntibus dicitur: O domus antiqua, heu quàm diſpari domino dominaris. quod his temporibus de multis licet dicere. Inquilino.) Dominus in ſuo habitat, inquilinus in alieno priuato, & propriè in conducto, ſiue in urbe, ſiue ruri. Salluſtius enim M. Tullium Romæ inquilinum dixit. Cum meritorijs.) non liberis ſcilicet maſculis ſcortis. nam illa tẽpeſtate pueros non liberos mangones aut uendebant, aut commodare etiam precio abutendos ſolebant, ſiue etiam ipſi pueri, permiſſu dominorum, ſiue ſuo iure proſtabant, meritorij uocabantur. Scortа.) meretrices. non autem ſicut dicimus meritorium puerum, ſic meritoriam puellam, ſed meretricem. Interamna.) ab Interamna, quod eſt Campaniæ oppidum, non procul ab Aquino: ſic dictum, quòd inter duos amnes iacet in unum confluentes, Melpim et Lirim. autor Strabo. Obſolebant.) turpia & fœda erant. Obſoleo, inquinor eſt, ex obs & oleo. Eſt & obſolere, deficere. Cicero: Hoc uerò à plerisq; eorum deſertum obſoleuiſſe. unde obſoleti, ſqualidi & ſordidi. Horat. Caret obſoleti ſordibus tecti. Stultè Aquinates.) ſcilicet egere, qui obuiàm proceſſere. Anagnini.) Inſignis in Campania olim urbs fuit Anagnia, quod ait Strab. de qua Maro, Quos diues Anagnia paſcit. Deuij.) extra uiã. In Sidicinos.) Ciuitas Oſcorũ in Cãpania Theanum eſt, Sidicinũ uocatum. autor Strabo. Puteolos.) In Campania maritimum oppidum eſt Puteoli, Cumanorum olim emporium, in ſupercilio quodam conſtructum, Dicæarchia prius uocatum. Romani frequentes Hannibale Italiam bello uexante habitauere, & à puteorum frequentia Puteolos appellauere. Sunt qui ab aquarum putore, quæ ſulphuratæ & malè olentes per totum illum & Baiarum & Cumarum ſunt tractum, dictos malint. Vt Baſillum.) Fuit hic in partibus Cæſarianis, & & poſtea Antonianis, cuius & Lucanus meminit. Dum tu abes.) Aberat Antonius, ut colonias circuĩret ueteranorum, & eos ſibi conciliaret: quod eſt prius dictum. Collegæ tui.) Dolabellæ. Metum & arma.) hoc eſt territum à te Dolabellam mutaſſe uoluntatem. De cœlo) de ſumma laude, qua in cœlum uſq; perueniebat. Erant gladij.) Cinnæ, Syllæ, & Cæſaris dominatus. Agmine quadrato.) Aelianus quadratis aciebus Perſas & Siculos uſos tradit, et maiorem ferè Græcorum partẽ: confiſos eas & poſſe componi facilius, & equitandi ſocietatem, expeditionisq; uſum ſeruare multis in rebus præſtantius. Onoſander qui ad Anaſtaſium Cæſarem pulcherrima de re militari ſcripſit commentaria, contractiore quadratoq; agmine mouere exercitum, quàm alio modo, ſatius et tutius putat. Lecticas.) quibus geſtabatur Antonius cum ſui ſimilibus. Leges Cæſaris,) de quibus dictum Philippica prima. Numerum annorum.) ut prætoriæ plus quàm annũ, conſulares plus quàm biennium tenerentur. Sine promulgatione.) priuata auctoritate, re ad populum minimè relata. Vt tolleret.) latas illas à Cæſare. Promulgauit.) contrarias. Teſtamentum.) Cæſaris. Signa, tabulas.) Signa ſtatuæ ſunt, & ſculptorũ artificium: tabulæ uerò picturæ, & pictorum opera. In uillã Scipionis.) quæ erat in Tiburtino. Is.) Cæſar. Puluinar.) Hæc omnia tribuebantur deorum immortalium honori, puluinar, ſimulacrum, faſtigium. Puluinaria lecticæ erant deorũ, & lectuli qui in tẽplis ſterni cõſueuere: unde puluinaria feſta. Horatius, Nunc Saliaribus Ornare puluinar deorum.

*De hac re ita Florus: Itaq; non ingratis ciuibus, omnes in Cæſarẽ congeſti honores, circa tẽpla imagines, in theatro diſtincta radijs corona, ſuggeſtus in curia, faſtigum in domo: ut fortaſſe quod noſtra lingua Baldachinum eſt, faſtigium nominaretur, à forma, ut opinor, ducto nomine. Hieron. Ferra. Faſtigium.) templum, & altius ædificium. Eſt flamen diuo Iulio Marcus Antonius.) Cum ſto macho inquit: quoniã eius imitabatur tyrannidẽ, et uelut miniſter erat illius conſuetudinis. Cur non inaugurare?) cur nõ per auguria conſecraris, ſacerdotio præfuturus? inaugurari, hoc eſt augurio cõſecrari ſacerdotes futuri ſolebant, & item loca quæ numini dicabantur. Exaugurari

uerò

uerò contrà, cum extra ſacrum & phanaticam cauſam ponebantur, & in prophanum uſum reuocabantur. Sume diem.) elige diem quo inaugureris. Qui te inauguret.) quia ſcilicet nullus futurus eſt. Quero deinceps.) Cum mortuo Cæſari diuinos honores tribui uellet Antonius, tulerat ad populum, ut quinto die ludorum Romanorum Cæſari ſacrificaretur: idq; ſcitum fuerat, & tamẽ honorem Cæſari Antonij lege conceſſum, non exequebantur: ideoq; Cicero, cum ludi Romani celebrarentur, quo tempore hanc habebat orationem, et quintus eſſet eorum dies, fortaſſe, inquit ignoras heri diem quartum fuiſſe, hodiernum quintum eſſe, hoc eſt diem Cæſari lege tua decretum. Ludorum.) Ludi Romani Magniq; uariè appellati annui fuere. equi pugileſq; certabãt, à Tarquinio Priſco inſtituti, deſignato circo, qui poſtea Maximus eſt dictus. fiebant hi ludi menſe Aprili. initium erat ſexto Idus.

Cur non ſumus prætextati?) In prætexta ludos & ſacrificia Rom. celebrabant. Aut ſupplicationes.) Cæſari parentalia & ſupplicationes decreuerat Antonius, quibus poſtea diem addiderat inauſpicatò: quare piaculum commiſſum erat, id quod obijcit Cicero. Puluinaria noluiſti.) reſpuiſti, cum concederentur. Acta Cæſaris.) Cum acta cuiuſpiam dicuntur, nõ ſolum quæ ille egerit, ſed quæ honori tributa fuerint, etiam intelligamus. Apertiorẽ.) propter id quòd nudato pectore concionatus eſt. Valuæ Concordiæ.) illic enim haberi Senatus ſolebat. Deſcribo.) deſigno. Debet tertiam penſionem.) Etenim duos prius habuerat maritos Fuluia, Publium Clodium, & Curionem filium, quod antea diximus. ambo perierant, alter à Milone occiſus, alter cum exercitu in Africa circumuentus: uterq; Reipublicæ infeſtus, quoniam uterq; hoſtis. Tertia ergo penſio dicebatur Marcus Antonius eius maritus, ut periret. Habet populus Rom.) Octauium ſignificat.

Exemplum facti reliquerunt.) ut quod egerunt ipſi, alij imitentur, & te occidant. Hi primi) Brutus & Caſſius. Confer.) compara. Cum nummatione.) cum copia nummorum & lucro. Si propter innocentiam.) ſcilicet non metuis. innocens enim iudicia nõ timet. Quid timendum ſit.) ut occidatur. Quæ eſt autem uita, &c.) ac ſi dicat, periculoſiſſimum eſt diu à ſuis timeri. Niſi uerò aut maioribus.) quod non eſt ita. A quibus eſt interfectus.) nam & Decimus Brutus & Caſſius, C. Trebonius, Tullius Cimber, Cæſari fuere amiciſſimi, pluribuſq; ab eo affecti beneficijs. In illo.) Cæſare. Literatura.) ſcientia literarum atque eruditio uaria, quæ in Cæſare fuit. Non multos annos regnare.) Meditatus quidem eſt regnare, ſed non multos annos, quia non ea egit quibus durare in regno & ferri poſſet diu. Monumentis.) ædificijs. Congiarijs.) Menſuræ genus congius eſt, chus item dictus, ſex capit ſextarios. Quicquid liberalitatis erogabãt ueteres, congiarium prius dixere. Tenuit inde conſuetudo, ut pecuniam ſignificaret quam Imperatores militibus, principes uiritim gratuitam diſtribuebãt. Tranquillus in Iulio: Ex reliquo quoque ordinum genere uel inuitatos, uel ſpontè ad ſe commeantes uberrimo congiario proſequebatur. Idem in Octauio: Congiaria populo frequenter dedit, ſed diuerſæ ferè ſummæ, modò quadragenos, modò tricenos, nonnunquam ducenos quinquagenoſq; nummos. Macrobius: Auguſtus cum ab eo Pacuuius Taurus congiarium peteret, diceretq; iam homines uulgò loqui, nõ paruam ſibi ab illo pecuniam datam: Sed tu, inquit, noli credere. Inuſta.) inflicta, impreſſa. Profiteor.) apertè eloquor quid facturus ſim. Repræſentari.) renouari & reſtitui in præſens tẽpus poſſit. Quod iamdiu parturit.) Párere, eſt in lucẽ edere, & enixã eſſe: parturire uerò, deſiderare eniti & párere. Ab hinc annos 20.) cum de coniuratis actum eſt. Conſulari.) mihi. Vt ita &c.) bene merentibus rectè, malè merentibus, ut Antonio, malè.

GEORGII TRAPEZVNTII IN II. Philippicam Annot.

HAec eſt ſecunda Philippica, quæ Ciceroni mortẽ attulit. Reſpondet aũt criminib. & maledictis Antonij: deinde uehementiſſimè & acerbiſſimè in eũ inuehitur. Quónã meo fato.) Ab admiratione & indignatione incipit & format ſententiã ſuam. Hoc tamen affirmatiuè dicit: hoc fato uideor eſſe ſuſceptus & natus, ut omnes Reipublicæ hoſtes qui fuerunt his annis uiginti, mihi etiã fuerint hoſtes. In alijs.) Catilina, Piſone, Vatinio, Clodio. Vltro.) nõ à me prouocatus, nullis iniurijs à me affectus. Vt uiderere.) id eſt, in quo tu es mihi uiſus audacior quã Catilina. Quid putẽ.) Numerat cauſas quæ uiderẽ poſſunt adduxiſſe Antoniũ ad maledicendũ de Cicerone: quæ cum non ſint idoneæ, ad extremũ unam ſubijcit, quæ uidetur eſſe uera. In uita.) quantũ ad mores. In gratia.) quantum ad beneuolentiã ciuiũ. Detrahi.) maledici, unde detractores dicuntur. Sed ætatis flore collectam.) Notat impudicitiam M. Antonij. Domũ meam uẽtitaras.) ſcilicet cauſa audiẽdi, quod Græci dicunt [illegible]. C. Curionem.) ſcilicet filiũ, cuius παιδικὰ fuerat: cuius cõſuetudine ita perditus ac nequã euaſit, ut ducentorũ ac quinquaginta talentorum æs alienum contraxerit: quod cum Curio filius diſſoluere conaretur, Curio pater domo illũ expulit: ex quo Clodio ſe adiunxit. cumq; illi uis pararetur, in Aſiam ſe contulit, & Gabinio in Iudæos exercitum ducenti præfectus equitũ fuit. Nominauerunt.) ſcilicet cum Ciceronem cooptauerunt in locum demortui.

Tu nec ſoluendo eras.) id eſt non poteras ſoluere æs alienum. Vnam tribũ ſine Curione ferre potuiſſes?) Quaſi dicat, non ſuppetebat tibi pecunia quam in ambitum collocares. Ipſe uictor.) ſcilicet Cæſar. Fac potuiſſe.) id eſt, concedamus quòd potueris. Quod ſi eſſet.) Hoc dicit: Si non adimere uitam, eſſet beneficium: illi quibus Cæſar non ademit uitam, cum poſſet, quòd eum interfecerunt, ingrati ſunt habendi & uituperandi: ſed ipſi laudantur: ergo non adimere uitam, non eſt beneficium. Cum tu reliquias Reip. diſſipauiſſes.) credo propter quatuor illa millia talentorum quæ à Calpurnia uxore Cæſaris accepit. Offènſione aliqua interpoſita.) id eſt, ſi qua offenſio inter eos intereſſet, ſi qua in re ſe offendiſſent poſt miſſas literas. Inepta.) inſulſa, abſurda, non loco, non tempori, non perſonæ, non rei apta, conuenientia. Vt Muſtellæ Tamiſio.) ut Muſtellæ ſolùm, & non alijs, ſcire aliquid uidearis. Erant aũt Muſtella & Tyro Numiſius milites Antonij ac latrones. Sicarios.) facinoroſos, à ſica qui eſt breuis gladius. In quo habes ſciẽtiã quæſtuoſam.) hoc eſt, tu es egregius magiſter faciendorũ chirographorum, ex quo magnum aſſequeris fructum & compendiũ.

Officij, beneuolẽtiæ.) id eſt, redarguo te nõ reddidiſſe officium mihi, non beneuolentiam. Prouidit.) cauit, proſpexit: ſicut imperium Cæſaris, ſeruitutẽ populi Rom.

Ex Syria.)cum in Palæſtinam profectus tẽplum Iudæorum profanauit. Non ut parenti gratias ageret.) Nam pater patriæ appellatus eſt: unde eſt ille uerſus, Roma patrem patriæ Ciceronẽ libera dixit. Referret acceptam.) Acceptum referre, tractũ eſt à rationibus & libris, in quos cum pecuniam creditam accipimus, acceptum ferre dicimur: cum uerò pecuniam credimus, expenſum ferre dicimur. Illa nefaria Senatuſconſulta.) Per contrarium accipiendum eſt. nam ea Senatuſconſulta facta ſunt referente Cicerone. quibus ſupplicium ſumptum eſt de parricidis, et Reſpublica ab interitu liberata. Scribæ.) γραμματεῖς Græcè. Capere.) χωρεῖν. Confiterentur.) ui ſcilicet. Fatemur autem ſponte. Conſciorum indicijs.) & multorum aliorum, & Ceparij cuiuſdam in primis, qui retractus, fide publica interpoſita, totam cõiurationẽ patefecit. Patriæ parricidio.) Parricida dicitur non utique ſolùm is qui parentem aut patriam uiolat, ſed qualemcunque hominem occidit: ut indicat lex Numæ Pompilij, ijs compoſita uerbis: Si quis hominem liberũ ſciens morti duit, parricida eſto. Voce literarũ.) quæ deprehenſæ ſunt ad pontem Miluium, cum legati Allobrogorũ capti ſunt.

Sceleratorum arma.) ſcilicet ceßiſſe meæ togæ. Monumentorum meorum.) id eſt ſcriptorum. In omni genere.) & in philoſophia, & in arte dicendi. Operis ſucciſiuis.) id eſt ſubſequentibus & ſecũdarijs, quod Græci dicunt πάρεργον. Iuuẽtuti utilitatis.) quia facti ſunt docti & eloquentes. Nomini Romano laudis.) quia Romani Græcos antea tantùm belli gloria ſuperabant: poſt Ciceronem etiam ingenij laudem ſibi arripuerunt. Compilatis.) Alij oppilatis. Compilare à pilis, ita furari ut ne pilus quidem relinquatur. Quæſtio non ſatis prudenter illa quidem conſtituta.) Hoc dicit, nam cum ueteri lege de morte hominis quæri poſſet, lege noua per Pompeiũ lata quæſitum eſt M. Bibulo Conſule: cuius collega fuit Cæſar, qui in eo Conſulatu ita impotenter ac malè ſe geßit, ut collegam ſuum in Senatum uenire prohibuerit: quo tempore iactati ſunt duo uerſus: quorum alter eſt: Nam Bibulo fieri Cõſule nil memini. Quàm charitate.) id eſt non charitate. eſt enim abnegatiua coniũctio. Perſequi.) ſcilicet numerare, διελθεῖν. Aemulum.) imitatorẽ. Stuporem.) κατάπληξιν. Edormi crapulam inquam.) Simile illud Terentianum: Ibo in angulum, ibi interea hoc uilli edormiſcam. Tantæ cauſæ indormiẽtem.) id eſt in tanta cauſa. Vindices.) Vindices ſunt facinoris nõ commißi, ultores iam commißi. Siquidem.) quia. Atrocius.) crudelius. Si ab urbe.) Prætori plus quàm decem dies ab urbe abeſſe non licebat. Diſtinctius.) elegantius, clarius, apertius. Retexo.) rurſus texo, & ordior quaſi aliam telam. Narbone.) ciuitas Hiſpaniæ. Illud Caßianum.) Caßius ſolitus eſt dicere, cum factum negatur, nullũ eſſe firmius argumentum, quàm uidere cui ea res aliquid commodi afferat. Officina.) taberna. Nundinæ.) mercatus. Immunitatum.) τῶν ἀτελειῶν. Vectigalium.) τῶν φόρων. Tot duces.) Sicut Pompeium, Afranium, Petreium, Catonem, & alios. Exercitus.) legiones, in Pharſalia cum Pompeio, in Aphrica cum Iuba & Scipione, in Hiſpania cum Petreio & Afranio. Angoribus.) doloribus. Contulit.) communicauit. De ſumma re.) de tota Rep. Quid ſequeretur.) quid ſpectaret, quaſi finem τὸν σκοπόν. Paphum.) Inſula & ciuitas eſt. Sectorem.) Sectorem Pompeij appellat M. Antonium, quòd bona Pompeij in primis à Cæſare redemiſſet: inde cum Cæſar preciũ domus popoſciſſet, iratus eſt Antonius, quòd pro tãto eius in Cæſarem ſtudio, pro tantis laboribus ac periculis illam pecuniam Cæſar ipſi non remiſiſſet. Sunt aũt ſectores, qui prædam publicam redimunt. Faſciæ.) facies totius corporis lineamẽta. Statura.) longitudo, proceritas corporis.

Compotorum.) συμποτῶν. Dicere.) Dicta per excellentiam uerba ſalſa & iocoſa intelliguntur, ut eſt apud Terentium, Vnum dictũ de melioribus. Campi Leontini.) qui eſt in Sicilia publicus. Prætextatum.) cum nondum uirilem togam ſumpſiſſes. Decoxiſſe.) mercatorũ fidem fefelliſſe. Quãuis.) ſcilicet conſtitutus eſſet locus ei qui fortunæ uitio decoxiſſet, non ſuo. Intercesſiſſe.) fidem ſuam interpoſuiſſe, ſpopondiſſe. Inde iterum Alexãdriam.) Expulſus Antonius et excluſus à patre Curione, primùm Clodio ſe adiunxit. inde eo metu relicto, in Aſiã ſe contulit, ubi & corpus & in dicendo ſe exercuit: pòſt Gabinio aduerſus Ariſtobulum in Iudæos exercitũ ducenti præfectus equitum fuit. cumq́ Ptolemæus regno expulſus Gabinium ſe ut reduceret, decem millia talentorum pollicitus, obtinere non poſſet (timebat enim Gabinius ſine auctoritate ſenatus exercitũ Alexandriam ducere.) hortatu Antonij eam expeditionem ſuſcepit. Miſenum.) Villa Antonij ad mare poſita. Eſt aũt locus iuxta Baias. à Miſeno tibicine Aeneæ dictus eſt, de quo Virgil. in ſexto Aeneid. Miſenum Aeolidẽ, quo nõ præſtantior alter, Aere ciere uiros, Martẽq́ accendere cantu. Vt mihi ſatisfieri paterer à te.) id eſt ut acciperem tuam excuſationẽ et purgationem.

Ea gratia.) propter gratiam Cæſaris, id eſt ut gratificarer Cæſari. Cuſtoditus.) id eſt habui te ad cuſtodiã corporis mei, quemadmodum alios nobiles permultos. Sine Senatuſconſulto.) Scire uos oportet, Curionem filium, cum antea bonarum partium fuiſſet, commutata uoluntate popularem eſſe factum, & Cæſari fauere cœpiſſe: quod quo facilius efficere poſſet, & Cæſar ea quæ cuperet, aſſequeretur, ſua gratia atque opibus effecit ut M. Antonius Tribunus plebis fieret: inde ut Augur eſſet. in quo quidem Tribunatu cum Marcellus Conſul legiones conſcriptas Pompeio attribueret, & alias ſcribendi poteſtatem faceret, Antonius interceßit: & plebiſcito eas legiones Bibulo in Syria aduerſus Parthos bellum gerenti mittendas auxilio cenſuit. Eodem tempore conſulib. & magna parte Senatus literas à Cæſare miſſas in Senatu palàm recitare prohibentibus, Antonius ui Tribunitiæ poteſtatis recitauit: in quo multorum animos & ſtudia ad Cæſarem commutauit, quòd eis literis Cæſar niſi iuſtũ ac mediocre nihil poſtulare uidebatur. Itẽ cum in Senatu ſententiæ rogarentur, utrùm Senatui uideretur, Cæſarem, an Pompeium arma deponere, & pluribus Cæſarem tantùm arma dimittere oportere uideretur: Antonius cum ſurrexiſſet & quæſiſſet, placerét ne Pompeium & Cæſarem ſimul arma deponere, & legiones dimittere, ab omnibus eſt collaudatus: cumq́ omnes eam ſententiam decernere uellent, Cato & Lentulus prohibuere, & Antonium ex ſenatu eiecerunt: quare uim timens Antonius, conducto uehiculo ſeruili habitu unà cum Caßio ad Cæſarem ſe contulit. Fulcire.) ſuſtentare: unde etiam fulcra lectorum dicuntur. Mancipatũ.) uenditũ. Addicta.) cõſecrata, deſtinata. Circumſcriptus.) oppreſſus. Exequi cladẽ potuiſſent.) qui fugere potuerunt, & ea clade fungi, & eam calamitatem obire. Omnẽ ſobolẽ.) omnem fœtum.

& quaſi

& quaſi ſementem Reipublicæ. nam in iuuenibus ſpes eſt ſufficiendæ prolis, quemadmodum in agnis & iuuencis uidemus. Idcirco Virgil. Modò nanq; gemellos Spem gregis &c. Dicitur aũt ſoboles à ſoboleſcendo, id eſt creſcendo. creſcunt enim & ſuccedunt parentum & ſeniorum ætati.

Exterminatam) ἐξορισθεῖσαν, extra terminos & fines poſitam. Afflixit.) proſtrauit. Ratiocinabimur.) συλλογισόμεθα, colligemus. Cuius tamen ſcelus in ſcelere cognoſcite.) Scelus fuit, leges ſoluere: ſcelus, patruum non reſtituere, alienos cum reſtitueret. In Hiſpaniam proficiſceris.) tum ſcilicet, cum pulſo ex Italia Pompeio, ne quid hoſtium à tergo relinqueretur, ad Afranium & Petreium Pompeij duces perſequendos profectus eſt: quo tempore urbem Lepido commendauit, Antonio negociũ dedit ut Italiam luſtraret. Conculcandam.) non luſtrandam. eſſet enim leue uerbum, nec tantæ importunitati conueniens. Non fui) quippe qui in caſtris tum eram Pompeij. Exhedra.) ſedes. Mima.) ſcilicet Cytheris. In rheda.) in uehiculo. Magiſter equitum.) Nam Cæſar dictator erat. Haſta poſita.) Vnde ſubhaſtare dicitur, cum haſta poſita eorum bona uenduntur, qui haſta hoc eſt bello uincuntur. Copias.) facultates, diuitias. Ingurgitauiſſet.) id eſt tanquam gurges quidam & uorago immiſiſſet. Apothecæ.) repoſitoria. ἀποθῆκαι. Suggerebantur.) ſubminiſtrabantur, ſubijciebantur. interdum enim in alea multũ nummorũ perdebatur. Importuniſſimum.) impuriſſimũ, improbiſſimũ. Importunũ illud dicitur, in quo nullũ eſt auxiliũ, uelut ſolet eſſe portus nauigantibus. Diuerſari.) ad tẽpus habitare, unde diuerſoria dicuntur quò ex itinere diuertere ſolemus. καταλύειν καὶ καταλῦσαι græcè. Veſtibula.) Veſtibulum uel à ue, quæ eſt particula diminutiua, & ſtando quia ibi non ſtatur: uel à ueſtiendo, ut quidam uolunt. Roſtra.) quæ à Pompeio foribus ſuſpenſa ſunt, cum de piratis uictoriam reportaſſet. Spolia.) quæ ex alijs uictorijs & terreſtribus bellis ſuperatis hoſtibus domum retulit. Mimam illam ſuam ſuas res ſibi habere iuſſit.) quod ab his fiebat qui diuortium faciebant. Nam uxoribus dotem ſuam retinere iubebant. Pro triclinijs popinæ ſunt.) Triclinium locus eſt ubi diſcumbitur, id eſt cœnaculum. Popinæ ſunt loca guloſorum, ubi coquuntur res ad gulam pertinentes. Cauſam ſcilicet repudij. Ei bello.) quod in Africa geſtum eſt cum Scipione & Iuba, & reliquis Pompeianis. Numero.) gradu honoris. Rogaui.) cum Tribunus plebis eſſem. unde dicuntur rogationes. Auctionaretur.) Auctionantur qui bona ſua per præconem uendunt. Hoc intereſt inter ſubhaſtare & auctionari: ſubhaſtare, eſt bona hoſtium & inimicorum proponere: auctionari, priuatorum. Colliſa.) fracta. Mancipia.) quicquid manu capi poteſt. Nebulo.) epithetum nequam ſerui, quos comici idcirco appellant, quòd nebulas dominorum oculis offundunt, & eos decipiunt, aut quòd leues & futiles ſint quaſi nebulæ. Proficiſcitur in Hiſpaniam.) ſecunda expeditione aduerſus Pompeij filios. Gladiator.) Gladiatorem appellat M. Antonium, quòd gladios in ciues Romanos exercuerit. Rudem.) Rudis uirga quædam ſiue baculus qui dabatur gladiatoribus emeritis, id eſt quibus per ætatem artem finire licebat, in ſignum uirtutis. Qui uerò Narbone reditus.) Nam cum Romam nunciatum fuiſſet Cæſarẽ Pompeij filium ſuperaſſe, multi congratulatum ex urbe obuiam exierãt: inter quos cum eſſet Antonius, repentino ſed ſed falſo nuncio allato de morte Cæſaris, ſtatim Romam reuertit. Lacerna.) quæ minor captio eſt, ſic dicta. Lacinia uerò pars ueſtimenti. Delituit.) aut timens, quoniam hoſtes occupaſſe urbem dicebantur: aut certè ut liberius perpotaret. Ad ſaxa rubra.) Caſſia uia, qua iter erat Roma in Galliam per Tuſciam: dicta Caſſia, quia à Caſſio erat ſtrata. Catamitum.) pro Ganymede dixerunt, qui fuit Iouis concubinus. Dicacem.) Dicaces dicuntur faceti & mordaces & σκωμματικοί τινες. Cæſari ex Hiſpania redeunti.) Quo tempore Cæſar per Italiam lectica ueheretur, ſecum ſemper in lectica habuit Antonium: & Romam reuerſus, & quartum Conſul declaratus, Antonium collegam ſibi adiunxit. Interuertit.) Interuertere, dolo auferre. Dicitur autem hæreditas interuerti, & patrimonium, & pecunia. Vel impedire.) antequam eligeretur. Vel uitiare.) poſtquã electus fuiſſet)

Aſſeuerauit.) affirmauit. Aut id facturum eſſe quod fecit.) ut ſi diceret auſpicia uitioſa fuiſſe, & Dolabellã uitio creatum fuiſſe. Seruare de cœlo.) Eſt nunciare aut pluiſſe aut intonuiſſe. Ioue enim tonante, cum populo agere non licebat. Verùm implicata inſcitia imprudentia eſt.) Imprudentia in eo fuit, quòd de futuris diuinaturum ſe dixit: inſcitia in eo, quòd morem ac ritũ religionis ignorat: cũ neſciat uitio creari poſſe neminem, niſi eũ qui pluente aut tonante Ioue delectus ſit. Obſtrinxiſti populum Rom. religione.) ut piaculum fieri oporteat. Vitioſus.) uitio creatus. Lupercalia.) feſta Panis Πανὸς, dicta à lupis arcendis. diſcurrebãt iuuenes nudi per laſciuiam pellibus obuiàm occurrentes diuerberando. Nauſeat.) quod Græci dicunt ναυτιᾶν, à naue quæ nauſeã facit. Amictus.) indutus. Toga purpurea.) τῇ πορφυρίδι. Coronatus.) [illegible] coronatus. Differt autem corona à diademate. nam corona etiam ciuium priuatorũ eſt, ſiue magiſtratum gerentium, honoris cauſa delata: διάδημα inſigne regũ eſt. eſt autem faſcia quæ capiti religatur. Cum plangore.)

Plangor luctus & doloris. Plauſu.) Plauſus lætitiæ.

In faſtis.) Faſti libri ſunt in quos referebantur acta Conſulum. ✝Hanc eandem rem indicat locus in epiſt. ad Brutum: Ego enim D. Bruto liberato, cum lætiſſimus ille ciuitati dies illuxiſſet, idemq; caſu Bruti natalis eſſet: decreui ut in faſtis ad eum diem Bruti nomen adſcriberetur. Adſcribebatur autem quid in faſtis ad aliquem diem ſic: Hoc die, exempli gratia, Brutus erupit Mutina: Antonius Cæſari regnum detulit: Cæſar uti noluit. hoc in faſtis antiquis apparet. Hieron. Ferr. Multis pòſt ſeculis.) Seculum ad tempus centum annorum extendi exiſtimabant. Beneficio eorum.) Marci Bruti potiſſimùm conſilio & ſuaſu. Tua miſeratio.) quam omnibus mouit Antonius, cum ueſtẽ Cæſaris ſanguine reſperſam pro concione oſtenderet. Semiuſtulatus.) nam ne totũ cadauer combureretur, Dolabella prohibuit, expulſis foro improbis & ſeruis. Fuligine.) fauilla. Venibant.) uendebãtur.

A tributis.) Tributa ſunt quæ à priuatis in publicum tribuuntur. Appendantur.) De more antiquo. nam cum pecunia nondũ ſignata eſſet, ære penſo, non numerato, ſoluebant. Vnde pendere pœnas etiam dicimus, ab eo quòd ære graui cũ uterentur Romani, eo penſo, nõ numerato, ſoluebant. unde etiã penſiones dictæ, & pendere tributũ. Inquinatos.) mixtos, turpes, fœdos. Deſtituiſti.) reliquiſti, deſeruiſti. Sororẽ tuã.) ſcilicet patruelẽ. ergo nõ germanã.

Inſimu-

Inſimulaſti.) falſo accuſaſti. Stipatum armis.) Stipatores dicuntur cuſtodes cuiuſque corporis, à ſtipe quam accipiebant mercedis nomine. Percurſationem tuam menſe Aprili.) quo tempore mortuo Cæſare colonias ueteranorũ luſtrauit, ut eorũ ſtudia ſibi adiungeret: quod & effeciſſet, niſi Octauius magna ex parte impediſſet. Vel penè non adieris.) Parum enim abfuit quin occideretur. Grandiferæ.) grandem numerum frumenti ferentes. Vexillum.) à uelo uexillum, ſicut à talo taxillus. Territorium.) eſt quantitas agri uniuſcuiuſq; urbis ſeu caſtelli, quamũ eius iuriſdictio extenditur. Seſtertium.) dicitur quarta pars denarij, quo tempore is decuſſis ualebat, id eſt dipõdius et ſemis. Fundum.) Fundus dicitur ager, quòd planus ſit ad ſimilitudinem fundi uaſorum. Quàm multos.) quot.

O tecta.) Tritum eſt prouerbium: O domus antiqua, quàm diſpari dominare domino. in eos dictum qui ipſi nequã, bonos habuerũt parentes ac maiores ſuos. Buſtũ.) Buſtũ dicitur locus in quo mortuus eſt combuſtus et ſepultus. diciturq; buſtum, quaſi bene uſtum. Vbi uerò combuſtus quis tantummodo, alibi uerò eſt ſepultus, is locus ab urendo uſtrina uocatur. Sed modò buſta ſepulchra uocamus. Obduruimus.) callum obduximus. Irritum.) non ratum. Legauit.) teſtamento reliquit. Ludorum Romanorum.) Ludi Romani ludi magni dicebantur, ſiue Circenſes, ſiue Conſualia. Prætextati.) Prætexta ueſtis erat nobilium puerorum. Deſcribo.) deſigno, interdum lacero, carpo, noto. Tertiam penſionem.) Nam duous iam nupſerat, qui propter ſeditionem fuerant interfecti. de Clodio memini, de altero non item. Confer.) compara. Iudicia.) ipſa litigatio diſceptantium, iudicatio, pœna, locus ubi agitur cauſa, ipſi etiam Iudices: quemadmodum δικαστήριον γὰρ τὸ πρᾶγμα τὸ καλοῦσι δικάζειν, καὶ τὸν ἀμφισβητοῦντα, καὶ τὴν τιμωρίαν. Literatura.) ſcientia literarum. ſcripſit enim ad Ciceronem librum de Lingua Latina. Non multos regnare meditatus eſt annos.) hoc eſt, non ſe exercuit multos annos ut regnaret.

Congiarijs) Congiarium dabant Imperatores militibus, aut domini ſiue tyranni, cum pecuniam uiritim gratis dabant. Repræſentiari.) impræſentiarum reſtitui. Immaturam.) acerbam. Perfuncto.) qui perfunctus ſum, & obij honores.

PHILIPPI BEROALDI IN II. Philippicam Annotationes.

HAec eſt illa Philippica omnibus Antonianis anteponenda, quam diuinam eſſe meritò appellant, de qua ſic ſeriò ſcripſit poeta Satyricus: Ridenda poemata malo, Quàm te conſpicuæ diuina Philippica famæ, Volueris à prima quæ proxima. Hac omnes rhetoricæ partes continentur, quæ ad demonſtratiuũ genus pertinent. ſiquidem laudes & uituperationes ex his locis ſumuntur. eſtq; tripartita diſtributio, in animum, & corpus, & extra poſita. Corporis, ualetudo, dignitas, uires, uelocitas. Extraneæ res, honos, pecunia, genus, potentia, atque his contraria. Animi autem & laus honeſta, & uituperatio uehemens eſt. Nunc M. Tullius, utpote diuinus orator, oratoriè ac eloquenter uituperat Antonium, ab animi potiſsimùm maculis & ſordibus: quæ uera uituperatio eſt.

Quid putem? contemptúmne me?) Quintilianus inquit: Verùm eloquentiæ ut indecora iactatio, ita nonnunquam concedenda fiducia eſt. Nam quis reprehẽdet hæc, Quid putem? contemptúm ne me? non ui deo, nec in uita, nec in gratia, nec in reb. geſtis, nec in hac mea mediocritate ingenij, quid deſpicere poſsit Antonius. Auguratus petitionem.) M. Tullius in Bruto refert ſe cooptatum ab Hortenſio oratore in collegium Augurum, & inauguratum ab eodem. Docet Plin. in epiſtolis, Augurum dignitatem fuiſſe perpetuam, neque Augurí dum uiueret adimi ſolitam. Collegium Augurum ex Auguribus numero nouem conſtabat: cautumq; erat, ut numerus eorum impar eſſet. Allegebantur non ſolùm de Patricijs, ſed & de plebe. Græci, ut autor eſt Dionyſius, οἰωνοπόλους uocant. Plinius in 8. Naturalis hiſtoriæ, Auguriis, inquit, periculis fecere. Apud Romanos ſacerdotum collegium uel maximè ſolenne eſt. Vnam tribum ferre.) Suffragium tribulium & ſuffragatorum unius tribus. At beneficio uſus ſum tuo.) In epiſtola ad M. Antonium ita ſcribit: Nam cum te ſemper amaui, primùm tuo ſtudio, pòſt etiam beneficio prouocatus: tum his temporibus Reſpub. te mihi ita commendauit, ut chariorem habeam neminem.

Vino luſtriſq; confectus.) Mala luſtra bono epitheto dixit Horatius, intelligi uolens nequitiæ, libidinis, gulæ diuerſoria. Luſtratus à Grammaticis luxurioſus exponitur, uidelicet à luſtris, de quibus Plautus: Id apud ſcortum corruptelæ & liberis luſtris ſtudet. Idem in Caſina: Vbi fuiſti? ubi luſtratus? ubi bibiſti? Idem in Pſeudolo: Ex conſpectu heri ſi ſui ſe abdiderunt, luxuriantur, luſtrantur, comedunt. Eſt enim luſtrari, luſtris operam dare.

Literas recitauit.) Apuleius in Apologia reprehendit filium Pudentillæ, quòd literas maternas publicauerit, & in cœtu frequentiſsimo legerit: Contrà laudantur Athenienſes, qui ex captiuis epiſtolis Philippi Macedonis hoſtis ſui unam epiſtolam, cum ſingulæ publicè legerentur, recitari prohibuerunt, quæ erat ad uxorem Olympiadem conſcripta. hoſti potius pepercerunt, ne maritale ſecretum diuulgarent, præferendum rati fas commune propriæ ultioni. Iam inuideo magiſtro tuo.) Non Curionem intelligi uult, ut Commentatores hallucinantur: ſed Sextum Clodium, Latinæ ſimul Græcæq; eloquentiæ profeſſorem, malè oculatum, & dicacem, qui cum M. Antonium rhetoricen docuiſſet, ab eo mox Conſule ingens congiarium accepit: & ut pòſt paulò docebit, duo millia iugerũ Sexto Clodio rhetori aſsignauit Antonius, & quidem immunia, ut tanta mercede nihil ſapere doceret. De hoc Sexto Clodio ſcribit Tranquillus in lib. de Grammaticis & Rhetoribus. Si uerbo negarit.) Potentiſsimum eſt, ut inquit Quintilianus, & longè facillima tuendi ſe ratio, ſi quod obijcitur, negari poteſt. Quod enim uerbũ in iſtis literis.) Opinor ſignificari epiſtolam illam Ciceronis ad Antonium, cuius initium eſt: Quod mecum per literas agis, unam ob cauſam mallem coràm egiſſes. in calce huius epiſtolæ clauſula talis legitur: Ego quæ te uelle, quæq; ad te pertinere arbitrabor, ſemper ſine ulla dubitatione ſummo ſtudio faciam.

Non tractabo ut Conſulem.) Scitum eſt illud oratoris Domitij: Cur ego te, inquit, habeam ut principem, cum tu me non habeas ut Senatorem? Lucius quoq; Craſſus ſimiliter Philippo inquit: Ego te Conſulẽ putem, cum tu me non putes Senatorem? quæ uox, ut inquit Quintilianus, honeſtiſsimæ eſt libertatis. Quinetiam à M. Tullio in L. Piſonem non diſsimilis eſt deprompta illa ſententia: Ego Conſulem eſſe putem, qui Senatum in Republica

non putauit? & ſine eo conſilio Cõſulem numerũ, ſine quo Romæ ne Reges quidem eſſe potuerũt? Quoniã id domi tuæ eſt, quod fuit illorũ utriq; fatale.) Fuluiam intelligi uult, quæ trigama fuit, hoc eſt tres habuit maritos, Clodium, Curionẽ, & M. Antoniũ: quæ cum duob. iam maritis fuiſſet fatalis atq; peſtifera, præſagit orator eandem conſimile infortuniũ & fatum Antonio allaturam: tanquam Clodius, Curio, & Antonius non magis ſuo, quàm uxoris infauſtæ fato perierint. Alibi ſic inquit: Etenim iſta tua minimè auara coniunx, quam ego ſine contumelia deſcribo, nimiũ debet diu populo Romano penſionem tertiam.

Meo beneficio patriam ſe uiſurũ.) In primo de Officijs ſic refert: Mihi quidem certè uir abundans bellicis laudibus Cn. Pompeius multis audientibus hoc tribuit, ut diceret fruſtra ſe tertium triumphum deportaturum fuiſſe, niſi meo in Remp. beneficio ubi triumpharet, eſſet habiturus. Vitam refert acceptã.) Epiſtola quadam ad Atticũ ſcribit hoc ad hãc ſententiam pertinens: Craſſus ſurrexit, ornatiſſimeq; de meo conſulatu locutus eſt, ut ita diceret, ſe quòd eſſet Senator, quòd ciuis, quòd liber, quòd uiueret, mihi acceptum referre. quoties coniugem, quoties domum, quoties patriã uideret, beneficiũ meum uidere. Lucius Cotta.) Is ſupplicationẽ decreuit Ciceroni patefacta coniuratione, & ſupplicio de coniuratis ſumpto, cui Senatus eſt aſſenſus. Nemini autem contigit unquam talis honor togato. nam decerni ſupplicationes conſueuere ijs qui extra urbem bellum gerunt. Qui honos habitus eſt togato ante me nemini.) Vbiq; librorum gloriatur M. Tullius ſibi in toga ſoli ſupplicationes fuiſſe decretas, qui maximus honor uictoribus bello ducibus datur. In inuectiuis contra Catilinam, conſimiliter inquit: Meo nomine ſupplicationem decreuiſtis: qui honos togato habitus ante me eſt nemini, Et paulò pòſt: Cæteris ſemper bene geſtæ, mihi uni conſeruatæ Reip. gratulationem decreuiſtis. In ſororis ſuæ.) Iulia ex Cæſaris familia, L. Cæſaris ſoror, Antonio M. Antonij oratoris filio nupſit: fœmina primaria, et nulli ætatis ſuæ pudicitia cedens. poſt mariti mortẽ nupſit iterum Publio Cornelio Lentulo, qui cum L. Catilina coniurauit, & ſupplicio Cicerone Conſule & uindice coniurationis eſt affectus: unde uehemens Antonij in Ciceronẽ odium, quippe qui dicere ſolebat, uitrici ſui corpus non prius ad ſepulturam conceſſum, quàm id mater ſupplex à Ciceronis uxore impetraſſet. ſed falsò hoc prædicabat. nam nemo ſupplicio affectorum ob eam coniurationem ſepultura eſt prohibitus. Alienus.) non affinis, aut propinquus. Sororis.) Lucij Cæſaris. In ſororis ſuæ uirũ.) Lentulum intelligit: qui unus fuit ex popularibus Catilinianæ coniurationis. Vitrici.) Lentulum ſignificat.

Dat natalia.) Lego natalitia. ſic enim appellãt conuiuia luxurioſa ad celebrandum natalem diem peculiariter ſtructa. Phormioni, Gnatoni.) Nomina ſunt paraſitorum notiſſimorum ex Terentiana lectione. Ballioni.) nomẽ eſt Plautini lenonis ex Pſeudulo, qui Buſtirapus, Sociofraudus, Legirupa periuriſſimus, conuicio lenonio appellatur. In oratione pro Roſcio Comœdo: Nam Ballionem illum improbiſſimum et periuriſſimum lenonem cum agit, agit Chæream. perſona illa lutulenta, impura, inuiſa, in huius moribus natura uitaq; eſt expreſſa. Item in oratione pro Cecinna: Sextus Clodius cui nomen eſt Phormio, nec minus confidens quàm ille Terentianus Phormio. Cliuũ Capitolinum.) De cliuo Capitolino mentio eſt apud Liuium ſic ſcribentem: Hunc ducem ſecuti, nequicquã reclamantibus Tribunis, in cliuum Capitolinũ erigunt aciem. Meminerunt & Iuriſconſulti Titulo ad legem Aquiliam his uerbis: In Cliuo Capitolino duo plauſtra onuſta mulæ ducebant. Meminit & M. Tullius plurib. in locis. Sua manu, uoce penè literarum coacti.) In Catilinam ſcribens ſic ait: De coniuratis introductus eſt Statilius. cognouit manum & ſignum ſuum: recitatæ ſunt tabellæ. & pòſt paulò: Atque ibi uehementiſſimè perturbatus Lẽtulus, tamen ſignum & manum cognouit. Ad ſepulturam uitrici.) Ferunt uehemens illud Antonij odium in Ciceronem, hinc initium traxiſſe, quod ſcilicet conqueri ſolebat Antonius cadauer Lentuli uitrici ſui non prius ad ſepulturam datum, quàm id mater ſupplex impetraſſet à Ciceronis uxore: ſed hac quidem in re ſanè mentiebatur Antonius: ſiquidem nullus ex Catilinianis coniuratis, qui tunc ſupplicio fuerunt affecti, ſepultura prohibitus eſt. Niſi acceſſiſſet etiã diſciplina.) Rhetorici doctores inter attributa perſonæ enumerant educationem & diſciplinam, ex quo argumenta ducuntur. In quo conſiderare oportet, apud quos, & quo more, & cuius arbitratu ſit educatus: quos habuerit magiſtros, quibus amicis utatur. In laudem Druſi cecinit Horat. Auguſti paternos in pueros animus Nerones, Doctrina ſed uim promouet inſitam. Animaduerſio.) Punitionem intelligit & pœnam qua affecti ſunt coniurati ex Senatuſconſulto. Cedant arma togæ.) Hic eſt uerſiculus ille notiſſimus, Ciceroni frequẽter obiectus. Nanque & Piſo dicere ſolebat: M. Tulli, non illa tibi inuidia nocuit, ſed uerſus tui. nimis magna pœna te conſule cõſtituta eſt. ſcripſiſti enim uerſum, Cedant arma togæ. Quem uerſum ita Piſo interpretabatur, taquam diceret Cicero, ſibi togato ſummum imperatorem Pompeium eſſe ceſſurum. Et ita uolebat Pompeium iſto uerſu factum eſſe inimicum Ciceroni. Verùm Cicero ita uerſiculum ſuum enarrat, ut dicat ſe more poëtarum loquutum, ſignificare uoluiſſe bellum ac tumultum paci atq; ocio conceſſurum: cum pacis inſigne ſit & ocij, toga: è contrario autem arma, tumultus atque belli. Hiſq; oppilatis impetũ tuum compreſſiſſet.) Huius hiſtoriæ commeminit in oratione pro Milone, cuius uerba ſubſcripſi, quæ ſunt hæc: Nuper cum M. Antonius ſummam ſpem ſalutis bonis omnibus attuliſſet, grauiſſimamq; adoleſcens nobiliſſimus Reipublicæ partem fortiſſimè ſuſcepiſſet, atque illam belluam iudicij laqueos declinantem iam irretitam teneret, qui locus, quod tẽpus illud dij immortales fuit, cum ſe ille fugiens in ſcalarum tenebris abdidiſſet? hactenus Cicero. Oppilatas autem tabernæ ſcalas expone obſeptas occluſaſq;, & obturatione quaſi quadam tenebricoſas. quod uerbum à pila inflexum eſt. In frequenti uſu recentiorum medicorum eſt, oppilationem atque oppilatos homines dicere, quorum meatus occluſi ſunt, & quaſi obſtipati. Sed cum uerba hoc genus uulgaria ſint, nulloq; eruditorum conſenſu fulciantur, fugienda cenſeo, ne ex conſuetudine uitioſi ſermonis, uitioſe loqui & barbarè conſueſcamus. Quid attinebat noua lege quæri.) In oratione pro Milone: Hanc uerò quæſtionem, etſi non eſt iniqua, nunquam tamen Senatus conſtituendam putauit. Erant enim leges, erant quæſtiones, uel de cæde, uel de ui: nec tantum mœrorem ac luctum Senatus mors Publij Clodij afferebat, ut noua quæſtio conſtitueretur.

Ne quinquennij imperiũ Cæſari prorogaretur.) Cæſar

Galliam

Galliam utranque Illyrico adiecto lege Vatinia obtinuit in quinquennium: deinde effecit Craſſo Pompeioq́; adminiculatoribus, ut in alterum quoq; quinquennium ſibi imperium prorogaretur. quam legem cum impediret Cato, à Trebonio tribuno plebis ipſius legis auctore in uincula ductus eſt. Nec abſentis ratio haberetur.) Conſternata Publij Clodij cæde Republica, cū Senatus unū Conſulem nominatimq́; Cn. Pompeiū fieri cenſuiſſet, egit Cæſar cum Tribunis plebis ut id ad populum ferrent, ut abſenti ſibi petitio ſecundi conſulatus daretur: itaq; lex lata eſt, ut ratio abſentis Cæſaris in petitione Conſulatus haberetur, inuito & contradicente M. Catone: ipſo quoque M. Tullio reclamante: qui in epiſtolis ad Atticum ſic taxat Pompeium: Ille prouinciæ propagator, ille abſentis Cæſaris in omnibus adiutor. Idem etiam in tertio Cōſulatu poſtquam eſſe defenſor Reipublicæ cœpit, contendit ut decem Tribuni plebis ferrent, ut abſentis ratio haberetur.

Ad Cæſarem detuliſſet.) In hanc ſententiam ſic ſcribit ad Atticum: Omitto illa uetera, quòd Cæſarem in Rempublicam ille aluit, auxit, armauit. ille Galliæ ulterioris adiunctor, ille gener. Societatem coiſſes.) Signatè dixit: nam coire ſocietatem propriè dicimus copulare, coniūgere, contrahere. ſic & iuriſconſulti, qui puriſſimè elegantiſſimeq́; ſcripſerunt, locuti ſunt, à quibus ſic ſcriptum eſt: Societas coiri poteſt uel in perpetuum, uel ad tempus. Item ſocietatem coire & re & uerbis & per nuncium poſſe nos, dubium non eſt. Item duo ſocietatem coierūt ut Grammaticam docerent. Alter etiam Halæ.) Ex duobus Brutis qui tyrannoctoni fuerunt, id eſt Cæſaris tyranni interfectores, alter M. Brutus paterno genere ab illo Iunio Bruto ducebat originem, qui Tarquiniorum Regum exactor extiterat: materna uerò ſtirpe oriundus erat ab Hala Seruilio, qui Spurium Melium largitione frumentaria regnū affectantem, in medio foro Romano obtruncauit. quem Cincinatus Dictator in propatulo ita laudauit, Macte uirtute Seruili eſto liberata Republica. Itaq; M. Brutus imaginem Bruti ob ſtirpem paternam, imaginem Seruilij Halæ ob originem maternam colebat. An Caio Trebonio perſuaſi.) Hic M. Antoniū Conſulem iuxta fores curiæ remoratus eſt, inducto ex induſtria lōgiore colloquio, donec Cæſar in curia à coniuratis interficeretur. Tullius Cimber.) Hic eſt ille Cimber, quem uinolētum fuiſſe et ebrioſum indicat Seneca in epiſtolis ad Lucilium. huic tamen de Cæſaris Dictatoris cæde tam credita res eſt, quàm Caſsio, qui tota uita aquam bibit. Tullius Cimber in hāc rem ita locutus eſt: Ego, inquit, quempiam feram, qui uinum ferre non poſſum? Patriæ parentem occidere.) Cæſar inter cæteros honores & titulos cognomen quoq; patris patriæ accepit: quod populus comprobauit, qui columnam Cæſari in foro dedicatam inſcripſit parenti patriæ. Occidere autem parentem patriæ haud dubiè atrocius eſt quàm ſuum. Hinc quidam ſcriptores parricidiū appellant Cæſaris necem, & interfectores Cæſaris parricidas, quos M. Tul. Tyrannoctonos uocabulo pulcherrimo nominauit. Placuit, ut inquit Tranquillus, Idus Martias parricidium nominari, tanquam parens patriæ Cæſar illo die fuiſſet occiſus. Cur Legatorū numerus additus.) Maiores noſtri imperatoribus dederunt decē Legatos ex Conſularibus, quod conſilium foret diſpenſandæ cohoneſtandæq́; uictoriæ: quibus legiones & auxilia uniuerſa obtemperabant. autores Liuius et Vegetius. De his Legatis nūc intellige. Celatum me ab ipſis.) Coniurationis in Cæſarem expers fuit M. Tullius, quanquam amiciſsimus coniuratorum: qui, ut hiſtorici prodiderunt, pertimuerunt hominis naturam perinde ac meticuloſi, & ætatem ſeneſcentem, in qua robuſtiſsimis etiam uiris ſolent animi inteſcere. Fuit autem Cicero micropſychos, & nihil minus quàm ad bella natus. Tanquam in equum Troianum.) Ex lectione poëtica ſat notum, proceres principesq́; Græcorum incluſos fuiſſe in equum Troianum: de quo compoſitæ apud priſcos fabulæ ſunt eodem titulo. Plinius autumat equum Troianum fuiſſe machinā muralem, qui nunc aries appellatur: cuius fabricator fuerit Epeus. M. Varro indicat Epeum hunc qui dicitur ad Troiam feciſſe equum Troianum, fuiſſe coquum, & Argiuis cibū curaſſe: ideoq́; à Plauto fumificum coquinatorio epitheto nominatum.

Non ſolum Regem, ſed etiam regnū.) Significat ſe cum Cæſare Antoniū quoq; fuiſſe interfecturum, ut unà cum rege regnum quoq; tolleretur. In epiſtolis ad Atticum: Sublato, inquit, tyranno, tyrannida manere uideo. Item epiſtola quadam ad C. Caſsium Cæſaris dictatoris uiolatorem: Vellem, inquit, Idibus Martijs me ad cœnam inuitaſſes: profectò reliquiarum nihil fuiſſet: nunc me reliquiæ ueſtræ exercent. His planè uerbis ſymbolicôs & cum ſeria quadam mordacitate ſignificat, ſe, ſi coniurationis particeps fuiſſet, Cæſarem cum Antonio fuiſſe ſublaturum. Hoc conſilium cepiſſe.) Cōiurati in unū congregati cum multa diſpoſuiſſent, illud inter ſe agitauere, an ad eā rem perficiendam M. Antonius eſſet inuitandus. Quod cum nonnullis placeret, contradixit Trebonius, oſtendens mentem Antonij ſe antehac tentauiſſe, cum Cæſar ex Hiſpania reuerteretur: Antonium uerò recuſaſſe, nec tamen id unquam Cæſari indicaſſe, ſed tacuiſſe fideliter. His Trebonij uerbis commoniti, iterum conſultauere an unà cum Cæſare Antonium trucidarent. ſed & hoc prohibuit Brutus, cēſens eam rem, quam pro legibus ac libertate ſuſciperent, carere omni iniuria oportere. Illud Caſsianū, cui bono fuerit.) Lucius Caſsius fuit ſummæ uir ſeueritatis, qui quoties quæſitor iudicij alicuius eſſet, in quo quæreretur de homine occiſo, ſuadebat atque etiam præibat iudicibus (hoc quod nunc Cicero admonet) ut quæreretur cui bono fuiſſet perire eum de cuius morte quærebatur. Ad quem è domo Cæſaris delata.) Ad M. Antonium, utpote Cæſarianum Conſulem, Cæſaris amici ſe contulerunt: ad quem & Calpurnia uxor pecuniam à Cæſare relictā detulit, & penes eum depoſuit. erant autem quatuor millia talenta. Accepit & Cæſaris commentaria, in quibus decreta iudicataq́; erant perſcripta. Hinc Antonius quodcūq; ipſius animo collibuiſſet faciebat: alijs magiſtratus dabat, alijs immunitates. multi Senatores facti, pleriq; ab exilio reducti. & hæc omnia faciebat quaſi à Cæſare antea decreta. Quamobrem iocantes Romani, eos omnes Charonitas ſiue Necronitas appellabant: quia ſi quid illis obiectum erat, continuò ad mortui Cæſaris chirographa cōfugiebant. An ille quenquam plus dilexit.) In oratione ad Pontifices pro domo ſua: Quod par amicitiæ fuit unquam in hac ciuitate coniunctius, quàm fuimus inter nos ego & Cn. Pompeius? Præterea tantopere M. Tullium dilexit Pompeius, ut inuidi illum in ſermonibus Cn. Ciceronem appellarent. De ſumma re diſſentientes.) In oratione de prouincijs conſularibus conſimiliter dictum eſt: Poſteaquam ſum penitus in Rempublicam ingreſſus: ita diſ-

ſenſi

ſenſi ab illo, ut in illa diſiunctione ſententiæ, coniuncti tamen amicitia maneremus. Te ſectorem eſſe fateare.) Vbique M. Antonium Pompeij ſectorem uelitanter appellat. In hac oratione pòſt paulò ſcribit, Cum ſector ſis iſto loco natus. Deinde ait, O Pompeij ſector. Atq; inibi ex interuallo: Tum erat æquiſſimum, contra Cn. Pompeij pugnare ſectorem. Sectores autem ſunt, ut docet Aſconius in interpretatione Verrinarum, qui bona condemnatorum in auctionibus emebant, & poſtea pro compendio ſuo uenditabant: dicti ſectores ex eo, quòd ſpem lucri ſui ſequuntur. In libro Annotationum copioſe diligenterq; perſcripſi de ſectoribus & de ſectione, ubi enarrauimus illud Cæſaris ex Commentarijs, Sectionem eius oppidi uniuerſam Cæſar uendidit. Corn. Tacitus: Vbique haſta & ſector, & inquieta urbs auctionibus. A Lucano quoque ſcitè dictus eſt populus Romanus ſector ſui fauoris, quia ſcilicet fauorem ſuum uendebat candidatis, ſpem lucri ſecutus. Nunc à Cicerone M. Antonius ſector Pompeij dolenter & indignanter appellatur, quoniam in ſubhaſtatione bona Pompeij redemerat, cum nemo alius tam impius inueniretur qui ad illud ſcelus ſectionis auderet accedere. Ne iocis quidem reſpondebo.) Facetum & mordacem in Pompeium fuiſſe Ciceronem legimus: qui epiſtola quadam ad Atticum ſic ſcribit: Ego uerò quē fugiam, habeo: quem ſequar, non habeo. Idem cum ad Pompeiū ueniſſet, dicentibus ſerò eum ueniſſe, reſpondit, Minime ſerò ueni. nam hic nihil parati uideo. Interroganti Pōpeio ubi gener eius eſſet Dolabella, reſpondit, Cum ſocero tuo. Apud Græcos ſcriptores comperio hac quoque mordacitate Pompeium à Cicerone in caſtris fuiſſe perſtrictū, cum poſt pugnam Pharſalicam Nonius quidam dixiſſet adhuc aquilas ſeptem, quæ ſunt Romanorum ſigna, ſupereſſe, & ob id ut bono animo eſſent, hortaretur. καλῶς, ἂν ἦν παραίνεσις, εἰ κολοιοῖς ἐπολεμοῦμεν. Rectè, inquit, admoneres, ſi aduerſus graculos pugnaremus. Acceptum hæreditatibus retuli.) Honeſtiſſima locutio eſt, expenſum ferre, & acceptum referre, apud Iuriſconſultos, oratores, & ſcholam omniū eruditorū. Expenſa ferimus, quæ alijs damus: accepta referimus, quæ ab alijs accipimus. hinc priſci codicem accepti & expenſi uocant, in quo accepta & expenſa perſcribuntur. M. Tul. in oratione pro Roſcio Comœdo: Quomodo ſeſtertis ter cētū quinquaginta tria in codice accepti & expenſi nō ſunt? Item: Vtrum cætera nomina in codice accepti & expenſi digeſta habes, an nō? Ex hac negociatoria conſuetudine ductum eſt decentiſſimè illud Plinianum de fortuna: Huic omnia expenſa, huic omnia feruntur accepta: & in tota ratione mortaliū ſola utranq; paginam facit. Referre acceptum hæreditatibus, eſt profiteri & ſcribere ſe ex hæreditatibus accepiſſe ducenties ſeſtertiū. Albus atérue fueris, ignorans.) Prouerbialis elocutio eſt de eo qui qualis ſit, non magnipēdimus. Catullus in Cæſarem prouerbium hoc uſurpat, cum ait: Nec ſcire utrū ſis albus, an ater homo. hanc Catullianam mordacitatem ſignat Quintilianus, cum ſic ſcribit: Negat ſe magni facere aliquis poëtarū, utrum Cæſar ater ſit, an albus homo. Inanis.) Apud Apuleiū in Apologia: Etiam libenter te nuper uſq; albus an ater eſſes, ignoraui: adhuc hercle non ſatis noui. Conſimiliter apud diuum Hieronymum libro contra Heluidium prouerbiale hoc dicēdi genus decēter uſurpatum legimus, ita ſcribentē: Quare balbutis & erubeſcis? albus, ut aiūt, atérue ſis, neſcio. Porphyrio cōmentator Horatianus, apud Horatiū canentē, Vultu mutabilis, albus & ater: interpretatur album bonū & liberalem ſignificari: atrum uerò malum et ſordidū. Præterijt.) in teſtamento omiſit. Præteriti dicuntur, qui in teſtamentis minimè nominantur. dictio frequens apud Iuriſconſultos. Præteritos quoq; uocamus eos, qui in petitione magiſtratus repulſam patiuntur. Præteriti ſenatores dicuntur, qui in electione Senatus prætereūtur, & loco mouentur: qui quondam in opprobrio non erant: poſtea factū eſt ut ignominioſi haberentur. In aliena uilla declamaſti.) Villam Metelli Scipionis ſignificat, in qua complures dies commentatus eſt Antonius, ut ad reſpondendum paratior eſſet. uerùm ut idem ait epiſtola quadā ad Caſſium, Quæ in luſtris & in uino cōmetatio potuit eſſe? itaq; omnibus uiſus eſt uomere, non dicere. Item in quinta Philippica: In Tiburtino Scipionis declamitauit, ſitim quærens. hæc enim ei cauſa ſolet eſſe declamandi. Lege Roſcia.) Hanc legem theatralē uocant: de qua Horatius, Roſcia dic ſodes melior lex, an puerorū Nenia? Hac lege cauebatur, ut proximis ab Orcheſtra quatuordecim gradibus ſpectarent ij quibus cenſus foret quadringentorum ſeſtertiorum. Decoctoribus.) Decoquere dicuntur mercatores & debitores, qui diminuto patrimonio fluxa fide creditores fallunt circumſcribuntq́;. Annotat Plinius Craſſum, qui primus diues cognominatus ſit, decoxiſſe creditoribus ſuis. Res decoxit, dicitur Columellæ pro diminuta eſt, & deterior facta. Inde iturum Alexandriā contra religionem.) Deſignat illud tempus quo Ptolemæus Aegypti rex ab Alexādrinis eiectus, Romam uenit: quem Pompeius ſuſcepit, Senatuiq́; commēdauit, ac de reductione eius in regnum diu uarieq́; actitatū. Rex ipſe per Pompeium reduci cupiebat: tandē à Gabinio reductus eſt contra auctoritatē Senatus, contraq́; religionem librorum Sibyllinorū, de qua intelligi uult M. Tullius in epiſtolis ad Lentulum his uerbis: Senatus religionis calumnia, non religione, ſed maleuolentia, & illius regiæ largitionis inuidia comprobat. In epiſtolis quoque ad Quintum fratrem ſic refert: De rege Alexandrino factum eſt Senatuſconſultum: cum multitudine eum reduci, periculoſum reip. uideri. Tradunt hiſtorici, Antonium magnarum rerum cupidum, & Ptolemæi gratia permotum, perſuaſiſſe Gabinio, ut eam prouinciam ſuſciperet, regemq́; Alexandrinum in regnum reduceret. qua in expeditione complura et fortitudinis et induſtriæ militaris facinora nauauit Antonius. fuit et magna illius apud Aegyptios fama & exiſtimatio. Suam quiſq; domum.) Hoc dictum accipe propter Pompeium, cuius domum poſt Pompeianam factionem profligatam poſſedit Antonius. Fuit autem Pompeianorum domus in Carinis, quam olim inhabitauit Tiberius: mox ex ea in hortos Mecœnatianos tranſmigrauit.

Tanquam Siſaponem tenebas.) Ciuitas eſt in Hiſpania, ubi olim celeberrimum fuit minium. Hinc Plinius Siſaponenſia miniaria magnificat. Id unum perditis refugiū.) Suetonius in hanc ſentētiam ſcribit: Tum reorum, aut obæratorum, aut prodigæ iuuentutis ſubſidium unicum ac promptiſſimū erat Cæſar: niſi quos grauior criminum uel inopiæ luxuriæ ue uis urgeret, q̄ ut ſubueniri poſſet à ſe. his planè palàm bello ciuili opus eſſe dicebat. Vitrici tui.) Lētulū ſignificat Catilinæ cōiurationis popularē. In te id decreuit Senatus.) Senatus M. Antoniū & Curionem atque Quintū Caſſiū Tribunos plebis patrocinium abſentis Cæ

Galliam utranque Illyrico adiecto lege Vatinia obtinuit in quinquennium: deinde effecit Craſſo Pompeioq; adminiculatoribus, ut in alterum quoq; quinquennium ſibi imperium prorogaretur. quam legem cum impediret Cato, à Trebonio tribuno plebis ipſius legis auctore in uincula ductus eſt. Nec abſentis ratio haberetur.) Conſternata Publij Clodij cęde Republica, cũ Senatus unũ Conſulem nominatimq; Cn. Pompeiũ fieri cenſuiſſet, egit Cęſar cum Tribunis plebis ut id ad populum ferrent, ut abſenti ſibi petitio ſecundi conſulatus daretur: itaq; lex lata eſt, ut ratio abſentis Cęſaris in petitione Conſulatus haberetur, inuito & contradicente M. Catone: ipſo quoque M. Tullio reclamante: qui in epiſtolis ad Atticum ſic taxat Pompeium: Ille prouincię propagator, ille abſentis Cęſaris in omnibus adiutor. Idem etiam in tertio Cõſulatu poſtquam eſſe defenſor Reipublicę cœpit, contendit ut decem Tribuni plebis ferrent, ut abſentis ratio haberetur.

Ad Cęſarem detuliſſet.) In hanc ſentẽtiam ſic ſcribit ad Atticum: Omitto illa uetera, quòd Cęſarem in Rempublicam ille aluit, auxit, armauit. ille Gallię ulterioris adiunctor, ille gener. Societatem coiſſes.) Signatè dixit: nam coire ſocietatem propriè dicimus copulare, coniũgere, contrahere. ſic & iuriſconſulti, qui purißimè elegantißimeq; ſcripſerunt, locuti ſunt, à quibus ſic ſcriptum eſt: Societas coiri poteſt uel in perpetuum, uel ad tempus. Item ſocietatem coire & re & uerbis & per nuncium poſſe nos, dubium non eſt. Item duo ſocietatem coierũt ut Grammaticam docerent. Alter etiam Halę.) Ex duobus Brutis qui tyrannoctoni fuerunt, id eſt Cęſaris tyranni interfectores, alter M. Brutus paterno genere ab illo Iunio Bruto ducebat originem, qui Tarquiniorum Regum exactor extiterat: materna uerò ſtirpe oriundus erat ab Hala Seruilio, qui Spurium Melium largitione frumentaria regnũ affectantem, in medio foro Romano obtruncauit. quem Cincinatus Dictator in propatulo ita laudauit, Macte uirtute Seruili eſto liberata Republica. Itaq; M. Brutus imaginem Bruti ob ſtirpem paternam, imaginem Seruilij Halę ob originem maternam colebat. An Caio Trebonio perſuaſi.) Hic M. Antoniũ Conſulem iuxta fores curię remoratus eſt, inducto ex induſtria lõgiore colloquio, donec Cęſar in curia à coniuratis interficeretur. Tullius Cimber.) Hic eſt ille Cimber, quem uinolẽtum fuiſſe et ebrioſum indicat Seneca in epiſtolis ad Lucilium. huic tamen de Cęſaris Dictatoris cęde tam credita res eſt, quàm Caßio, qui tota uita aquam bibit. Tullius Cimber in hãc rem ita locutus eſt: Ego, inquit, quempiam feram, qui uinum ferre non poſſum? Patrię parentem occidere.) Cęſar inter cęteros honores & titulos cognomen quoq; patris patrię accepit: quod populus comprobauit, qui columnam Cęſari in foro dedicatam inſcripſit parenti patrię. Occidere autem parentem patrię haud dubiè atrocius eſt quàm ſuum. Hinc quidam ſcriptores parricidiũ appellant Cęſaris necem, & interfectores Cęſaris parricidas, quos M. Tul. Tyrannoctonos uocabulo pulcherrimo nominauit. Placuit, ut inquit Tranquillus, Idus Martias parricidium nominari, tanquam parens patrię Cęſar illo die fuiſſet occiſus. Cur Legatorũ numerus additus.) Maiores noſtri imperatoribus dederunt decẽ Legatos ex Conſularibus, quod conſilium foret diſpenſandę cohoneſtandęq; uictorię: quibus legiones & auxilia uniuerſa obtemperabant. autores Liuius et Vegetius. De his Legatis nũc intellige. Celatum me ab ipſis.) Coniurationis in Cęſarem expers fuit M. Tullius, quanquam amicißimus coniuratorum: qui, ut hiſtorici prodiderunt, pertimuerunt hominis naturam perinde ac meticuloſi, & ętatem ſeneſcentem, in qua robuſtißimis etiam uiris ſolent animi intepeſcere. Fuit autem Cicero micropſychos, & nihil minus quàm ad bella natus. Tanquam in equum Troianum.) Ex lectione poëtica ſat notum, proceres principesq; Gręcorum incluſos fuiſſe in equum Troianum: de quo compoſitę apud priſcos fabulę ſunt eodem titulo. Plinius autumat equum Troianum fuiſſe machinã muralem, qui nunc aries appellatur: cuius fabricator fuerit Epeus. M. Varro indicat Epeum hunc qui dicitur ad Troiam feciſſe equum Troianum, fuiſſe coquum, & Argiuis cibũ curaſſe: ideoq; à Plauto ſumificum coquinatorio epitheto nominatum.

Non ſolum Regem, ſed etiam regnũ.) Significat ſe cum Cęſare Antoniũ quoq; fuiſſe interfecturum, ut unà cum rege regnum quoq; tolleretur. In epiſtolis ad Atticum: Sublato, inquit, tyranno, tyrannida manere uideo. Item epiſtola quadam ad C. Caßium Cęſaris dictatoris uiolatorem: Vellem, inquit, Idibus Martijs me ad cœnam inuitaſſes: profectò reliquiarum nihil fuiſſet: nunc me reliquię ueſtrę exercent. His planè uerbis ſymbolicôs & cum ſeria quadam mordacitate ſignificat, ſe, ſi coniurationis particeps fuiſſet, Cęſarem cum Antonio fuiſſe ſublaturum.

Hoc conſilium cepiſſe.) Cõiurati in unũ congregati cum multa diſpoſuiſſent, illud inter ſe agitauere, an ad eã rem perficiendam M. Antonius eſſet inuitandus. Quod cum nonnullis placeret, contradixit Trebonius, oſtendens mentem Antonij ſe antehac tentauiſſe, cum Cęſar ex Hiſpania reuerteretur: Antonium uerò recuſaſſe, nec tamen id unquam Cęſari indicaſſe, ſed tacuiſſe fideliter. His Trebonij uerbis commoniti, iterum conſultauere an unà cum Cęſare Antonium trucidarent. ſed & hoc prohibuit Brutus, cẽſens eam rem, quam pro legibus ac libertate ſuſciperent, carere omni iniuria oportere. Illud Caßianũ, cui bono fuerit.) Lucius Caßius fuit ſummę uir ſeueritatis, qui quoties quęſitor iudicij alicuius eſſet, in quo quęreretur de homine occiſo, ſuadebat atque etiam pręibat iudicibus (hoc quod nunc Cicero admonet) ut quęreretur cui bono fuiſſet perire eum de cuius morte quęrebatur. Ad quem è domo Cęſaris delata.) Ad M. Antonium, utpote Cęſarianum Conſulem, Cęſaris amici ſe contulerunt: ad quem & Calpurnia uxor pecuniam à Cęſare relictã detulit, & penes eum depoſuit. erant autem quatuor millia talenta. Accepit & Cęſaris commentaria, in quibus decreta iudicataq; erant perſcripta. Hinc Antonius quodcũq; ipſius animo collibuiſſet faciebat: alijs magiſtratus dabat, alijs immunitates. multi Senatores facti, pleriq; ab exilio reducti. & hęc omnia faciebat quaſi à Cęſare antea decreta. Quamobrem iocantes Romani, eos omnes Charonitas ſiue Necronitas appellabant: quia ſi quid illis obiectum erat, continuò ad mortui Cęſaris chirographa cõfugiebant. An ille quenquam plus dilexit.) In oratione ad Pontifices pro domo ſua: Quod par amicitię fuit unquam in hac ciuitate coniunctius, quàm fuimus inter nos ego & Cn. Pompeius? Pręterea tantopere M. Tullium dilexit Pompeius, ut inuidi illum in ſermonibus Cn. Ciceronem appellarent. De ſumma re diſſentientes.) In oratione de prouincijs conſularibus conſimiliter dictum eſt: Poſteaquam ſum penitus in Rempublicam ingreſſus: ita diſ-

ſenſi

ſenſi ab illo, ut in illa diſiunctione ſententiæ, coiuncti tamen amicitia maneremus. Te ſectorem eſſe fateare.) Vbique M. Antonium Pompeij ſectorem inſectanter appellat. In hac oratione pòſt paulò ſcribit, Cum ſector ſis iſto loco natus. Deinde ait, O Pompeij ſector. Atq; inibi ex interuallo: Tum erat æquiſsimum, contra Cn. Pompeij pugnare ſectorem. Sectores autem ſunt, ut docet Aſconius in interpretatione Verrinarum, qui bona condemnatorum in auctionibus emebant, & poſtea pro compendio ſuo uenditabant: dicti ſectores ex eo, quòd ſpem lucri ſui ſequuntur. In libro Annotationum copioſe diligenterq; perſcripſi de ſectoribus & de ſectione, ubi enarrauimus illud Cæſaris ex Commentarijs, Sectionem eius oppidi uniuerſam Cæſar uendidit. Corn. Tacitus: Vbique haſta & ſector, & inquieta urbs auctionibus. A Lucano quoque ſcitè dictus eſt populus Romanus ſector ſui fauoris, quia ſcilicet fauorem ſuum uendebat candidatis, ſpem lucri ſecutus. Nunc à Cicerone M. Antonius ſector Pompeij dolenter & indignanter appellatur, quoniam in ſubhaſtatione bona Pompeij redemerat, cum nemo alius tam impius inueniretur qui ad illud ſcelus ſectionis auderet accedere. Ne iocis quidem reſpondebo.) Facetum & mordacem in Pompeium fuiſſe Ciceronem legimus: qui epiſtola quadam ad Atticum ſic ſcribit: Ego uerò quẽ fugiam, habeo: quem ſequar, non habeo. Idem cum ad Pompeiũ ueniſſet, dicentibus ſerò eum ueniſſe, reſpondit, Minime ſerò ueni, nam hic nihil parati uideo. Interroganti Põpeio ubi gener eius eſſet Dolabella, reſpondit, Cum ſocero tuo. Apud Græcos ſcriptores comperio hac quoque mordacitate Pompeium à Cicerone in caſtris fuiſſe perſtrictũ, cum poſt pugnam Pharſalicam Nonius quidam dixiſſet adhuc aquilas ſeptem, quæ ſunt Romanorum ſigna, ſupereſſe, & ob id ut bono animo eſſent, hortaretur. καλῶς ἄν, εἰ πρὸς κολοιοὺς ἐπολεμοῦμεν. Rectè, inquit, admoneres, ſi aduerſus graculos pugnaremus. Acceptum hæreditatibus retuli.) Honeſtiſsima locutio eſt, expenſum ferre, & acceptum referre, apud Iuriſconſultos, oratores, & ſcholam omniũ eruditorũ. Expenſa ferimus, quæ alijs damus: accepta referimus, quæ ab alijs accipimus. hinc priſci codicem accepti & expenſi uocant, in quo accepta & expenſa perſcribuntur. M. Tul. in oratione pro Roſcio Comœdo: Quomodo ſeſtertia ter cẽtũ quinquaginta tria in codice accepti & expenſi nõ ſunt? Item: Vtrum cætera nomina in codice accepti & expenſi digeſta habes, an nõ? Ex hac negociatoria conſuetudine ductum eſt decentiſsimè illud Plinianum de fortuna: Huic omnis expenſa, huic omnia feruntur accepta: & in tota ratione mortaliũ ſola utranq; paginam facit. Referre acceptum hæreditatibus, eſt profiteri & ſcribere ſe ex hæreditatibus accepiſſe ducenties ſeſtertiũ. Albus atérue fueris, ignorans.) Prouerbialis elocutio eſt de eo qui qualis ſit, non magnipẽdimus. Catullus in Cæſarem prouerbium hoc uſurpat, cum ait: Nec ſcire utrũ ſis albus, an ater homo. hanc Catullianam mordacitatem ſignat Quintilianus, cum ſic ſcribit: Negat ſe magni facere aliquis poëtarũ, utrum Cæſar ater ſit, an albus homo. Inania.) Apud Apuleiũ in Apologia: Etiam libenter te nuper uſq; albus an ater eſſes, ignoraui: adhuc hercle non ſatis noui. Conſimiliter apud diuum Hieronymum libro contra Heluidium prouerbiale hoc dicẽdi genus decẽter uſurpatum legimus, ita ſcribentẽ: Quare balbutis & erubeſcis? albus, ut aiũt, atérue ſis, neſcio. Porphyrio cõmentator Horatianus, apud Horatiũ canentẽ, Vultu mutabilis, albus & ater: interpretatur album bonũ & liberalem ſignificari: atrum uerò malum et ſordidũ. Præteriſt.) in teſtamento omiſit. Præteriti dicuntur, qui in teſtamentis minimè nominantur. dictio frequens apud Iuriſconſultos. Præteritos quoq; uocamus eos, qui in petitione magiſtratus repulſam patiuntur. Præteriti ſenatores dicuntur, qui in electione Senatus prætereũtur, & loco mouentur: qui quondam in opprobrio non erant: poſtea factũ eſt ut ignominioſi haberentur. In aliena uilla declamaſti.) Villam Metelli Scipionis ſignificat, in qua complures dies commentatus eſt Antonius, ut ad reſpondendum paratior eſſet. uerùm ut idem ait epiſtola quadã ad Caſsium, Quæ in luſtris & in uino cõmetatio potuit eſſe? itaq; omnibus uiſus eſt uomere, non dicere. Item in quinta Philippica: In Tiburtino Scipionis declamitauit, ſitim quærens. hæc enim ei cauſa ſolet eſſe declamandi. Lege Roſcia.) Hanc legem theatralẽ uocant: de qua Horatius, Roſcia dic ſodes melior lex, an puerorũ Nenia? Hac lege cauebatur, ut proximis ab Orcheſtra quatuordecim gradibus ſpectarent ij quibus cenſus foret quadringentorum ſeſtertiorum. Decoctoribus.) Decoquere dicuntur mercatores & debitores, qui diminuto patrimonio fluxa fide creditores fallunt circunſcribuntq;. Annotat Plinius Craſſum, qui primus diues cognominatus ſit, decoxiſſe creditoribus ſuis. Res decoxit, dicitur Columellæ pro diminuta eſt, & deterior facta. Inde iuum Alexandriã contra religionem.) Deſignat illud tempus quo Ptolemæus Aegypti rex ab Alexãdrinis eiectus, Romam uenit: quem Pompeius ſuſcepit, Senatuiq; commẽdauit, ac de reductione eius in regnum diu uarieq; actitatũ. Rex ipſe per Pompeium reduci cupiebat: tandẽ à Gabinio reductus eſt contra auctoritatẽ Senatus, contraq; religionem librorum Sibyllinorũ, de qua intelligi uult M. Tullius in epiſtolis ad Lentulum his uerbis: Senatus religionis calumnia, non religione, ſed maleuolentia, & illius regiæ largitionis inuidia comprobat. In epiſtolis quoque ad Quintum fratrem ſic refert: De rege Alexandrino factum eſt Senatuſconſultum: cum multitudine eum reduci, periculoſum reip. uideri. Tradunt hiſtorici, Antonium magnarum rerum cupidum, & Ptolemæi gratia permotum, perſuaſiſſe Gabinio, ut eam prouinciam ſuſciperet, regemq; Alexandrinum in regnum reduceret. qua in expeditione complura et fortitudinis et induſtriæ militaris facinora nauauit Antonius. fuit et magna illius apud Aegyptios fama & exiſtimatio. Suam quiſq; domum.) Hoc dictum accipe propter Pompeium, cuius domum poſt Pompeianam factionem profligatam poſſedit Antonius. Fuit autem Pompeianorum domus in Carinis, quam olim inhabitauit Tiberius: mox ex ea in hortos Mecœnatianos tranſmigrauit.

Tanquam Siſaponem tenebat.) Ciuitas eſt in Hiſpania, ubi olim celeberrimum fuit minium. Hinc Plinius Siſaponenſia miniaria magnificat. Id unum perditis refugiũ.) Suetonius in hanc ſentẽtiam ſcribit: Tum reorum, aut obæratorum, aut prodigæ iuuentutis ſubſidium unicum ac promptiſsimũ erat Cæſar: niſi quos grauior criminum uel inopiæ luxuriæúe uis urgeret, ꝙ ut ſubueniri poſſet à ſe. his planè palàm bello ciuili opus eſſe dicebat. Vitrici tui.) Lẽtulũ ſignificat Catilinæ cõiurationis popularẽ. In te id decreuit Senatus.) Senatus M. Antoniũ & Curionem atque Quintũ Caſsiũ Tribunos plebis patrocinium abſentis Cæ

ſaris acerrimè ſuſcipientes, è curia, deinde ex urbe ſumma cum ignominia eiecit: qui in ſeruili ueſte rheda meritoria miſerando habitu ad Cæſarem perfugerunt. M. Antonius clamitabat nullas in urbe leges ualere, poteſtatem Tribunitiam ſublatam, omnibus qui bonum æquũq; defendant, periculum capitis imminere. Quæ res prætextum occaſionemq; honeſtiſſimam Cæſari præbuit armorum ciuiliũ. De hac re Lucanus, Expulit ancipiti diſcordes urbe Tribunos Victo iure minax iactatis curia Gracchis. Tua illa peſtifera interceſſio.) Marcello Cõſule legiones Pompeio decernente, interceſſit Antonius, rogationem ferens ut præſentes copiæ militares in Syriam mitterentur aduerſus Parthos. Deinde cũ Senatus epiſtolas Cæſaris legi prohiberet, ipſe Tribunitia poteſtate, quæ ſacroſancta eſt, ſubnixus recitauit, multorumq; mentes flexit: qui cum hanc rogationem promulgaſſet, placeréne Cæſarem & Pompeium ab armis diſcedere, exercitumq; dimittere, eam ſummo ſtudio uniuerſi comprobauerunt: Antoniumq; laudantes hortabantur ut eam legem perferret. quod Conſules non permiſere. Interceſſio autem propria eſt Tribunorum, qui antiquitus creati uidentur non iuri dicendo, ſed interceſſionibus faciendis. Sylla cum Tribunitiæ poteſtatis uim comminuiſſet ſubneruaſſetq;, interceſſionẽ tamen liberam reliquit. unde Cæſar meritò conqueſtus eſt apud milites poteſtatem Tribunitiam ab aduerſarijs ſuis penitus infractam eſſe, & interceſſione præter fas eſſe nudatam. Addicta ſententia.) mancipata uenditaq; Cæſari. Illud uulnus inflictum.) Eiectionẽ intelligi uult, qua expulſus eiectusq; à Senatu cum Curione & Quinto Caſſio ad Cæſarem confugit. Circumſcriptus eſſet Antonius.) circumuentus, oppreſſus, & in ordinem redactus. Circumſcribere eſt inſidiari, fraudare, circumuenire. Circumſcriptores, ut inquit Seneca, dici ſolent qui aliquid ſuſtulerunt. Circumſcriptio ſemper crimen ſub ſpecie inuoluit: ſemper circumſcriptio per ius ad iniuriam uenit.

Nulla cauſa iuſta contra patriam.) Sententialiter cecinit Silius, Succenſere nefas patriæ. Interfecit Ant.) Is mortem afferre dicitur, qui cauſa mortis fuit. Plutar. cum huiuſce Tullianæ ſententiæ mentionem faceret, negat id ſibi uerum uideri. Neq; enim, inquit, tam leuis erat Cæſar, neque ita facilè iræ impetu ferebatur, ut omnia perturbare cuperet & bellum patriæ inferre ob M. Antonium ſorditatum expulſum ad ſe confugientem. uerùm illa magis Cæſarem impulerunt ad arma contra patriam capienda, quæ Alexandrum Magnum Cyrumq; olim extimulauerant, amor uidelicet immoderatus dominandi, & principatus furioſa cupiditas, quæ cunctis affectibus flagrantior eſt. Vt Helena Troia.) à ſimili ducitur argumentum, ut docet Martianus citans hoc teſtimonium. In his patrui nulla mentio.) Caium Antonium ſignificat, Marci Tullij collegam in conſulatu: qui poſt Conſulatum condemnatus & extorris factus, in inſula Cephalenia diu uixit, totamq; inſulam perinde ac prædium ſubiectã habuit: mox ab exilio reuocatus, uita defunctus eſt. Cum Cæſar in Hiſpaniam.) Cæſar profecturus in Hiſpaniam, antequam Pompeium trans maria ſequeretur, Lepido prætori Vrbem, Antonio Tribuno pl. Italiam præſidiaq; commiſit: qui in maxima licentia peccandi conſtitutus, multa libidinoſe contumelioſeq; patrauit. Cæſar tamẽ ex Hiſpania uictor reuerſus, Antonij errata neglexit: gnarusq; illum uirum fortem eſſe, & manu promptum, eius opera deinceps in bello non fruſtra eſt uſus. Eſſedo.) currus nomen eſt, unde eſſedarij dicti, qui ex eſſedo depugnant: qui et alio nomine couinarij nominantur, à couino peculiari curru Britannorum, ut docet Cornelius Tacitus eo uolumine quod condidit de uita Iulij agricolæ ſoceri ſui. Non noto illo & mimico nomine.) Cytheridem intelligi uult meretricem. de qua Gallus poëta libros condidit. uerùm Volumnia ex eo eſt appellata, quod Volumnij ciuis Romani liberta fuerit. de hac mima Cytheride dilecta Antonio ſic ſcribit Plinius noſter: Primus Romæ ad currũ leones iunxit M. Anto. & quidem ciuili bello, cum dimicatum eſſet in Pharſalicis campis, non ſine oſtento quodam, tempore illo generoſos ſpiritus iugum ſubire prodigo ſignificante. nam quòd ita uectus eſt cum mima Cytheride, ſupra monſtra etiam illarum calamitatum fuit. O miſeræ mulieris fœcunditatem calamitoſam.) Conſimile eſt illud Apuleianum ex apologia, O infelix uterum tuum Pudentula. O ſterilitas liberis potior. O infauſti decem menſes. Præfecturas.) Præfecturæ appellabantur in Italia, in quibus & ius dicebatur, & nundinæ agebantur. et erat quædam earum Reſpublica, neq; tamen magiſtratus ſuos habebant: in quas Præfecti Romani mittebantur quotannis qui ius dicerẽt. Se ſuo iure cum Hippia uiuere.) Ferunt M. Antonium in Hippiæ mimi nuptijs cœnatũ, tantum uini per uniuerſam noctem hauſiſſe, ut ſibi poſtridie neceſſe fuerit in propatulo uomere, quodam ex amicis togam ſubijciente. Hippias autem cum nomen ſit quaſi ab equo deriuatum, qui Græcè dicitur hippos, cumq; M. Antonius magiſter equitum Cæſaris Dictatoris foret, ueluti alludens M. Tullius ſcitè inquit M. Antonium ſuo iure uiuere cum Hippia, tanquam magiſtrum equitum cum equitario, id eſt, cum eo mimo cuius nomen equum ſonat. Vectigales.) tributarios ſtipendiariosq;, hoc eſt qui uectigal et lucrum Sergio mimo conficerent: de quo Plutarchus ſic ſcribit: Erant inter maximè familiares Sergius mimus, & Cytheris quidam ex eadem palæſtra mulierculã amans. Tu iſtis faucibus.) Quintilianus in octauo de amplificatione ſcribẽs quæ fit per ratiocinationẽ, ſic habet: Amplificatio alibi poſita eſt, alibi ualet: & ut aliud creſcat, aliud augetur: inde ad id quod extolli uolumus, ratio deducitur.

Tu, inquit, iſtis faucibus, iſtis laterib. iſta gladiatoria totius corporis firmitate. Quid fauces & latera ad ebrietatem? minimè ſunt ocioſa: nam reſpicientes ad hæc, poſſumus æſtimare quantum ille uini in Hippiæ nuptijs hauſerit, quod ferre & coquere non poſſet illa corporis gladiatoria firmitate. hactenus Quintilianus. Porcius Latro declamator egregius, & Naſonis poëtæ magiſter, hæc uerba Ciceronis decenter uſurpans, inquit: Videbis illas fauces, per quas Cn. Pompeij bona tranſierunt: illa latera, illam totius corporis gladiatoriam firmitatem, uidebis illum pro tribunali locum, quem magiſter equitum uomitu fœdauerat. In cœtu uerò populi.) Quintilianus: Creſcit oratio minus apertè, ſed neſcio an hoc ipſo efficacius, cum citra diſtinctionem in contextu & curſu ſemper aliquid priore maius inſequitur, ut de uomitu in Antoniũ Cicero: In cœtu uerò populi Romani, negocium publicum gerens, magiſter equitum. Singula incrementum habẽt. Per ſe deforme, uel nõ in cœtu uomere, in cœtu iam non populi, populi etiã non Romani, uel ſi nullum negocium ageret, uel ſi non publicum, uel ſi non magiſter equitum. Quòd autem uomitor eſſet Antonius,

ſignat

ſignat Epigrammatiſta illo uerſu, Quòd uomis Antoni, quòd luxurians Apici. Plinius quoque taxans ebrietatẽ ſcribit hæc digna memoratu: M. Antonius auidiſſimè apprehenderat hanc palmam, edito etiam uolumine de ſua ebrietate, quo patrocinari ſibi auſus, approbauit planè, ut equidem arbitror, quanta per temulentiam mala terrarũ orbi intuliſſet. exiguo tempore ante prælium Actiacum illud uolumẽ euomuit. quo facile intelligebatur ebrius iam ſanguine ciuium, & tanto magis eum ſitiens. Haſta poſita.) Subhaſtationem auctionemq́; bonorum Pompeij à Cæſare factam eſſe dolenter oſtendit. De haſta quam poſuit Sylla, uendens bona ciuium Marianorum, de haſta Cæſaris, pluribus in locis fit mentio, & eſt à nobis in commentarijs frequenter annotatum. Sector ſis.) id eſt emptor bonorũ Pompeianorũ. de ſectore paulò antè dictum eſt. Plutarchus in hanc ſententiam: Bona Cn. Pompeij ſub haſta uẽdita mercatus eſt Antonius: ſed exigi à ſe precium moleſtè ferebat. aitq́; ſe ipſe hanc ob cauſam in bello Africo non fuiſſe, quòd parum ſibi uideretur in ijs quæ prius geſſerat, gratiæ conſecutus. Heluo.) uorator & gurges. Heluonem ueteres dixere bona ſua immoderatè conſumentem: & heluari, patrimonium comeſſe, & gulæ indulgere. M. Tullius Catonem librorum heluonẽ decenter appellat. In oratione pro Seſtio: Vtrum ego tibi patrimonium eripui Gelli, an tu comediſti, quod tu meo periculo gurges ac uorago patrimonij heluabare? Aul. Gell. Plerique in patrimonijs amplis heluarentur. Perſonæ de mimo.) Perſonæ hiſtrionicæ mutabiles ſunt & uariæ. modò enim hiſtrio agit opulentum & regem, modò egenum & humilem. Talem fuiſſe Antonium ſignificat, qui repentè ex diuite factus ſit egens ob heluationes popinationesq́;, & luxuriam exuperantiſſimam. Apud priſcos uecticularia uita eorum dicebatur, qui repentè largiter haberent, repentè nihil. Apud poëtam neſcio quem.) Næuium ſignificat, quod Feſtus Pompeius euidenter oſtendit ſic ſcribens, Partus ponitur pro parato. Næuius, Malè parta, malè dilabuntur. Conſimilis eſt illa Plautina ſententia: Malè partum, malè diſperit. Metellus inter decem res quas optimas habuit, gloriatus eſt ſe pecuniã magnam bono modo partam habuiſſe. Plato in Gorgia cantilenam conuiualem celebrat, in qua cantabatur optimum eſſe bene ualere: ſecundo, loco formoſum eſſe: tertio, habere diuitias bene partas: tanquam optanda non ſint, nec pro diuitijs habẽdæ, quæ malè parta ſunt. At nunc uidere eſt inſitam eſſe mortalibus inexhauſtam atque inexplebilem habendi cupiditatem: qui non curant, minimeq́; in hoc ſoliciti ſunt, ut honeſtè rem faciant, ut bene parta poſſideant: ſed per rapinas, per furta, per uſuras rem conduplicare & in infinitum augere contendunt. Dies noctesq́; huic diuitiarum cumulandarũ ſtudio ſitienter impendunt, quibus maior eſt marſupij cura quàm uitæ, quibus nihil eſt ſatis. Scilicet improbæ creſcunt diuitiæ: tamen curtæ neſcio quid ſemper abeſt rei. Verùm multiplicent patrimonia, horrea habeant gazis refertiſſima, aurum calcent & argentum: tamen non tam diuitias habent, quàm à diuitijs habentur. Sic diuitias habent, quomodo habere dicimur febrem, cum illa nos habeat. Charybdis tam uorax.) Cũ tranſlatis uerbis magis delectentur ueteres quàm proprijs, ſyrtim patrimonij dicebant & charybdim bonorum eos qui bona uorauerant, & patrimonium prodegerant. Quintilianus in octauo: Creſcit interdũ, inquit, hyperbole alia inſuper addita. ut Cicero in Antoniũ: Quæ charybdis tam uorax? utiturq́; hoc toto Ciceronis exemplo ad hyperbolen explicandam. Tricarius declamator in ſuaſoria qua deliberat Cicero an Antoniũ deprecetur, hoc totum eleganter uſurpat, cum ſic ait: Quæ charybdis eſt tam uorax? charybdim dixi? quæ ſi fuit, animal unum fuit: uix medius fidius oceanus tot res tamq́; diuerſas uno tempore abſorbere potuiſſet. huic tu ſæuienti putas Ciceronẽ poſſe ſubduci? Conchyliatis C. Pompeij periſtromatis.) Quintilianus: Quid M. Tullius de Antonij luxuria tantum fingere ſaltẽ potuiſſet, quantũ oſtendit dicẽdo, Cõchyliatis Cn. Pompeij periſtromatis ſeruorũ in cellis ſtratos lectos uideres? Conchyliata periſtromata, & Cn. Põpeij, et in cellis ſeruorũ, nihil dici poteſt ultrà: & neceſſe eſt tamẽ infinito plus in domino cogitare. Sunt aũt periſtromata aulæa et ſtragula ueſtimenta, quæ et peripetaſmata nominantur. Conchyliata accipe purpurea, & purpurarũ infectu precioſo colorata. De conchylijs apud Pliniũ in nono. De conchyliata ueſte apud Suetonium in primo cõmentario. De periſtromatis ſiue periſtromatibus ubiq; librorũ meorum crebra eſt mentio. Eſt aũt periſtromatis hoc in loco ſeptimus caſus, ut poëmatis, epigrãmatis, pro epigrammatibus & poematib. frequenter utuntur. ſexcenta preſtò ſunt exempla, & ratio grãmaticæ. huiuſmodi nomina uidentur apud priſcos ſecundi ordinis fuiſſe, ut hoc periſtromatum, hoc emblematũ: quod & Priſcianus Martianusq́; notificant. Tanta nequitia.) Nequitiam hoc in loco intelligit luxum uitæ prodigum, effuſamq́; prodigalitatem, quã Græci ἀσωτίαν uocant. Conſimiliter dixit Claudius in primo Annaliũ, Luxuria et nequitia pecuniã magnam conſumpſerat. & omnia mala, ut dicere ſolebat P. Africanus, probra & flagitia quæ homines faciunt, in duabus rebus ſunt, malitia, atq; nequitia. Roſtra ſpolia cum aſpexiſti.) Signa pro ueſtibulo Pompeianæ domus affixa fuerunt ſpolia hoſtilia, & nauium roſtra, quæ ex bellis piraticis Pompeius reportauerat. Hæc hoſtium ſpolia affixa in forib. & circa limina, ut inquit elegãter Plinius, erant animorũ ingentiũ imagines: quæ nec emptori refringere liceret: quæ etiã dominis mutatis domus ornamẽta erant: eratq; hæc ſtimulatio ſumma et ingens, exprobrantib. tectis quotidie imbellẽ dominũ intrare in alienũ triumphũ.

Pro triclinijs popinæ ſunt.) Popina eſt locus in quo eſculentiora cibaria concinnantur, & ſcitè concinnata ueduntur: diuerſoriumq́; eſt nequitiæ & gulæ. Inde popinones dicti ganeones & guloſi: quorũ Deus popina eſt. hinc & popinatio nuncupatur heluatio & uoratrina, quam græco uocabulo ἀσωτίαν appellant. Horatius, Fornix tibi & uncta popina Incutiunt urbis deſideriũ. Frugi factus eſt) temperatus, abſtinens, moderatus. De frugalitate copioſè ſcripſi in commentarijs Tuſculanarum. Frugalitati aduerſatrix eſt luxuria, id eſt prodigentia. Quintilianus: Eſt argumentorum locus ex contrarijs, ſi frugalitas bonum, luxuria malum. Suas res ſibi habere iuſſit.) Intelligi uult inter Antonium & Mimam Cytheridem factum eſſe diuortium. namq; in repudijs, id eſt in renunciationibus comprobata ſunt hæc uerba: Res tuas tibi habeto. Item, res tuas tibi agito. hinc ait matrona Plautina à marito diuortens: Valeas, tibi habeas res tuas, reddas meas. Si dignitas in nomine.) Ex nomine proprio interdum argumenta ducuntur. ſic apud Euripidem nomen Polynicis ut argumentum morum frater inceſſit. ſic

ra libellorum decima eſt Eupheme meorũ, Temperat ambroſias cum tua cura dapes. Ad Saxa Rubra.) locus in uia Caßia inter urbẽ et Veios, quorũ Liu. meminit lib. 2. ab Vrbe condita, dicẽs: Ita fuſi, retro ad Saxa rubra, ubi caſtra habebant. Illic periêrũt Fabij illi trecenti. Caßia uerò uia erat, quæ in Liguriã per Tuſciã ducebat, à L. Caſſio Longino ſtrata, qui Trib pl. C. Mario et C. Flacco Cõſulibus plures leges ad minuendã nobilitatis potentiam tulit. Conſul poſtea à Tigurinis Gallis in finibus Allobrogum cũ exercitu cæſus eſt. Delituit.) ut cognoſceret re uera tãtiſper quid in urbe ageretur (nunciatũ enim erat Cæſarem interfectum) ut uelle uidetur Cicero, quò ſe cõponeret, et ueluti tabellarium ab Antonio miſſus, uxori ſe exhiberet. Ianitor quis tu?) Scilicet es, inquit. A Marco.) ſcilicet Antonio. Ad eam.) Fuluiã. Caput aũt literarũ.) initiũ literarũ hoc cotinebat. Illinc.) à mima Volumnia.

Hanc.) Fuluiã. Nequam.) qui ne tanti quidẽ eſt, quàm id quod habetur minimi, quaſi nequicquam. Vt catamitum.) mollem & effœminatũ catamitum, inquit Pomp. Feſt. pro Ganymede dixerunt, qui fuit Iouis concubinus. & nos ſic uocamus ſcorta maſcula. Terrore nocturno.) Rumor enim falſus de Cæſaris cæde exortus erat, et Antonius noctu urbẽ ingreſſus, trepidationẽ auxerat. Multorum dierũ metu.) Creditum enim eſt Cæſarem occaſum, quòd Antonius ex medio itinere retro erat cõuerſus. Domi.) apud uxorẽ. L. Plancus.) C. Munatij Planci frater, & Ciceroni amicißimus. Prædes tuos.) Cum L. Plancus. Trib. pleb. quia multa Antonius debebat populo pro Rep. ab eo empta, & ſoluendi tẽpus erat tranſlactũ, prædes, hoc eſt res pro Antonio in ſponſione obligatas, uenditurũ ſe minaretur, productus in concionẽ Antonius, ideo ſe inquit rediſſe, ut rem ſuam ageret. inuehiq; in eum illico cœpit populus, quippe qui nouerat alia cauſa rediſſe, rumore illo de Cæſaris cæde exorto. Præs aũt eſt q populo ſe obligat, interrogatusq; à magiſtratu ſi præs ſit, ille reſpondet, præs. Feſtus & Varro idem. Prædes aũt hic accipias non ſponſores, ſed rem ſponſione à prædibus obligatam. Dicacẽ.) conuiciantẽ. dicax enim mordax eſt. Cæſari ex Hiſpania redeunti.) quo tẽpore omnes ciuitatis primores obuiam Cæſari prodire, et Antonius quamlongiſſimè, ſed celeriter & iuit & rediit, exorto (quod prius dictum eſt) de Cæſare interfecto rumore. Rurſus inde proceßit obuiam, tanti à Cæſare factus, ut in eodem curru ueheretur. Strenuum.) diligentem, & rei gerendæ auidũ.

Rurſus neſcio quo modo.) infenſus enim prius ei uiſus fuerat Cæſar. Habebat.) erat hac natura & moribus. Quem planè perditum.) ſciebat enim nihil non auſurum eum qui ære alieno eſſet oppreſſus. cupiunt nanq; huiuſmodi homines res nouas ſemper. His rebus.) ironicôs, quòd perditus & egens. Cum ipſo.) Cæſare. Nihil queror.) ac ſi dicat, nihil dico. Impulſus.) à Cæſare ad petendum Conſulatum. Ille.) Cæſar. Interuertit.) fraude abſtulit. & per tranſlationem locutus eſt. nam interuertere, eſt rem commodatam aut depoſitam aut creditam callidè doloq; ne domino reſtituatur, efficere. Adſcripſiſti.) addidiſti. In iſtum.) Antonium. Hic.) Antonius. Cum primũm.) Hoc in prima Philippica dictum eſt, Cæſarem quartũ in Conſulem cum Antonio, ſe magiſtratu abdicare conſtituiſſe, & in ſuum locum Dolabellam, inuito Antonio, cui erat inimicus, renunciari Conſulem iußiſſe: Antonium uerò Augurem obiiciſſe auguria.

Tunc in Antonium eſt inuectus Dolabella acerbißimè, nec pauciora ab eo audiuit. Senatus autem re infecta eſt dimiſſus. Occiſo poſtea Cæſare, inſignia Conſulatus Dolabella ſuo iure accepit, & ſe Conſulem geßit. Antonius uerò collegam ſibi eſſe depoſitis inimicitijs paſſus eſt.

Proficiſceretur) in Parthos Getasq;, contra quos expeditionem apparabat: Getis, ut inſultantibus: Parthis, ut Craßi ulciſceretur iniuriam, illaturus bellum, inſtructo iam exercitu ſex & decem legionum peditum, equitũ decem millium, & Ioniũ tranſmittere iuſſo: quod ſcribit Appianus. Quem negãt regem.) ſcilicet Cæſarem, & tamẽ re uera rex erat, cum faceret ſemper pro iure ſuo omnia, & diceret. Eo ſacerdotio.) Auguratu. Comitia.) Dolabellæ creandi conſulis. Auſpicijs.) iure auſpiciorum per Fuſiam & Heliam leges, quas Fuſius & Helius Tribuni tulere, ne agi cum populo liceret, niſi de cœlo prius ſeruatum eßet, hoc eſt niſi captatis prius auſpicijs. Agere uerò cum populo. eſt rogare populum ut ſuis ſuffragijs iubeat aliquid aut uetet. quòd ſi aues non admittebant, obnunciabant Augures, hoc eſt non eſſe agendum quippiam ſignificabãt. Et ſicut interceßio Tribunorum eſt, hoc eſt impedimentum rei agendæ, quod à Tribuno magiſtratui affertur, ita obnunciatio Augurum. Vel impedire.) antequam haberentur. Vel uitiare.) poſtquã habita ſint, uitio factum Conſulem oſtendere, quòd ſeruatum de cœlo non ſit. & aut tonuerit, aut pluerit. Minus facere potuiſſes.) ac ſi dicat, multo plus impedire Cõſul comitia potuiſſes. Vide ne etiam facilius.) hoc eſt, multo facere potuiſſes facilius. Nos.) Augures. Nunciationẽ.) ut mox docebit. Etiam ſpectionẽ.) ius inſpiciẽdi, & præſentiam exhibẽdi auſpicijs. Nunquam ſobrio.) ſic diſtinguendũ.

Impudentiam.) temeritatem. Eſt autem impudentia huiuſmodi, dixiſſe in Senatu multis menſibus antè ſe Dolabellæ aut prohibiturũ comitia auſpicijs, aut impediturũ: id quod fecit. Quiſquàm ne diuinare.) Impediri comitia antequã auſpicia capiãtur, non poſſunt: quoniã quod uitij in auſpicijs futurum ſit, diuinari non poteſt: nec niſi uitium acciderit, prohiberi ipſa poſſunt comitia. De cœlo ſeruare.) auſpicia cœlum obſeruando captare. Quod neque licet comitijs per leges.) Heliam & Fuſiam. Comitijs ſeruare de cœlo nõ licebat, donec ſcilicet cum populo agebatur. antè fieri id conueniebat. Non habitis.) non cõpletis comitijs. Nunciare.) quid acciderit, aut pluiſſe, aut tonuiſſe. Nam Ioue tonante, agere cum populo nõ licebat, niſi id per ſudum, hoc eſt ſereno cœlo fieret. Hinc ait Virgil. lætũ ſignificans augurium, Cœli de parte ſerena Intonuit læuũ. Verum implicata.) Inſcitia declaratur, quoniam de auſpicijs loquens ritum ignorat auſpiciorũ, nec ſcit prohiberi per Augurẽ comitia non poſſe, cuius tãtum nunciare ſit aut pluiſſe aut tonuiſſe, & uitio creatũ oſtendere, ſi aut tale aliquid acciderit, aut ſeruatum de cœlo priuſquam comitia haberentur, non fuerit. Impudentia uerò in eo eſt, quòd ea impediturum minabatur, quæ impedire niſi cauſa adeſſet, non poterat: et ſic de futuris, ac ſi explorata ea haberet, loquebatur. Apparitor.) miniſter. Apparere, præſto eſſe magiſtratui et regi ſignificat ad quandam dignitatem, ac ueram oſtentationem. Virgil. Hæ Iouis ad ſoliũ ſæuiq; ad limina regis Apparent. Rogabat.) Cæſarem. In aduerſam lecticã.) Cæſaris, qua ille uehebatur. Inferens.) immitens dum illi ſupplicat. Beneficia.) gratias, ut uulgus dicit. A collega.) Cæſare. Ecce Dolabellæ.)

bellæ.)cum abdicare ſe magiſtratu Cæſar uellet, & Dolabellam Conſulem renunciari iußiſſet. Sortitio prærogatiuæ.) Creandis Conſulibus comitia habebantur Centuriata, populus in claſſes erat diuiſus, claßes uerò in centurias, quæ per magiſtratum ad dādā ſuffragia conuocabantur. Prærogatiua uerò ſuffragiorū erat cum trib. aut centuriæ obtinebant, ſed ſorte, ut primæ ſuffragium ferrent. Nam quod ex Liuio & alijs ſcriptorib. licet cognoſcere, nomina tribuum in urnam conijciebātur: & cuius nomen eductum prius fuiſſet, illa prærogatiuā habebat, hoc eſt prius de candidatis iudicium ferebat: & ſuam aperiebat ſententiā: & aut dignos magiſtratu qui petebant, aut indignos renunciabat. Eratq; ueluti ſcrutinium, quod cæteræ ferè ſemper ſequebantur. Prærogatiua enim, quod ex Pediano licet colligere, duo ſignificat, et cū quiſpiā qui benefacturus nobis eſt, adhuc integro beneficio, aut dicto aut facto aliquid præſignificat de ſua in nos uoluntate & ſtudio: & ſunt tribuum prærogatiuæ, quæ primæ ſuffragiū ferunt ante iure uocatas. Iuris enim fuerat, quo facilius in comitijs concordia populi firmaretur, bina de ijſdē candidatis comitia fieri, quorū tribus primæ prærogatiuæ dicebant quos uellent magiſtratus fieri. Secundæ iure uocatæ, quòd in his ſequente populo, ut ſæpe contingit, prærogatiuarum uoluntatem, iure omnia complerentur. Ergo præibant iudicio & ſententia quæ per ſortem habuerant prærogatiuam, ſequebantur reliquæ: et ferè ſemper ille obtinebat magiſtratum, in quem tribus primæ prærogatiuæ inclinaſſent. Quieſcit.) Antonius. Renunciatur.) Dolabella à centurijs quæ primam nactæ erant prærogatiuā.

Tacet.) Antonius. Prima claßis.) Cēturiæ primæ claſſis iure uocatæ, poſt uoluntatem & iudiciū tribuum habentium prærogatiuā. In claſſes populū diuiſit Ser. Tullius: quod tradit Liuius libro primo ab Vrbe cōdita. Suffragia.) omnium centuriarum, ut fieri ſolet creandis Conſulibus. Confecto negocio.) cum renunciatus Conſul eſſet ſuffragio omnium Dolabella. Bonus Augur.) ironicè. Lælium diceres.) tam præ ſe ferens grauitatem, qua Læliū quōdam fuiſſe legimus. Alio inquit die.) hoc eſt, non licet hodie Conſulē renunciare Dolabellā, q̃ uitio electus eſt, nec cōſentiūt auſpicia. Lælij duo fuere illuſtres, eodem C. prænomine: alter Scipionis ſuperioris, alter poſterioris amicus: ſed is in primis eloquēs fuit, ſapientis æ le ptus nomen, de quo plura Cicero de Claris oratoribus ad Brutum. Libro de Amicitia ſic ad eum Fannius gener loquitur: Vnum te ſapientem & appellant, & exiſtimant. Et paulò pòſt: Te autem alio quodam modo non ſolùm natura & moribus, uerùm etiam ſtudio & doctrina eſſe ſapientem. Quid uideras? præpetes aues aut oſcines.

Quid ſenſeras?) ut pluuias. Quid audiueras?) ut tonitrua. Nec enim.) nihil profectò aut uideras, aut ſenſeras, aut audiueras. Nec de cœlo te ſeruaſſe dixiſti.) ſed tantùm, non hoc die. Neq; hodie dicis.) te de cœlo ſeruaſſe, cum quippiam fieri prohibes, ſed tantùm pro iure tuo, & inſolenter ac impotenter loqueris, dicens non hodie.

Id igitur obuenit uitiū.) Cæſar, quod ſæpe diximus, quartùm Conſul creatus, Antonium ſibi collegam aſſumpſit. Statuerat autem Conſulatum ſimul atq; iniſſet, deponere, ita ut in eius locū Dolabella ſubrogaretur: eūq; renunciari à claßib. & centurijs Conſulem calendis ipſis Ianuarij iußit. Antonius obiecit auguria. Inuectus aūt in Dolabellam, dixit non poſſe illū ſine magna Reip. calamitate, neglecta religione auſpiciorū Cōſulē fieri. Euenit, inquit Cicero, uitiū quod tu præuidiſti: ſed illa à te prædicta calamitas, in te potius quàm in Remp. futura eſt. Spero.) credo. Ementita auſpicia.) quæ ementitus tu es. nulla enim erant quæ Dolabellæ comitia impedirent. Populū.) ferentē ſuffragia in creando Conſule Dolabella. Obſtrinxiſti.) alligaſti, impediſti. Auguri.) Cæſari, qui & ipſe Augur erat. Nunciaſti.) obiecisti auguria, & interceßiſti. Ne acta Dolabellæ uidear conuellere.) tanquam irrita eſſe dicere, quoniam tu uitio creatum nūciaſti. Ad noſtrum collegium.) ut decernat fuerit ne uitio creatus, an contrà, & ſint eius acta ſtabilia & rata. nam poſtquam animaduerſum fuerat etiam finito magiſtratu quempiam (ut apud Liuium & alios hiſtoricos legimus) uitio fuiſſe creatum, & contra auſpicia, acta eius omnia irrita habebantur & reſcindebantur. Neq; enim uerus magiſtratus fuerat, non ritè creatus: neq; conſtituere ea poterat quæ ad eiuſmodi magiſtratus ius & poteſtatē ſpectabant. Quādiu tu uoles.) Viuo Cæſare Dolabellam Conſulem fieri paßus non eſt: eo mortuo collegam ſibi eſſe ultrò uoluit. id quod in prima Philippica eſt dictum. Sed ſi nihil eſt.) Cauſa enim aliqua adijcienda fuerat. Confuere te &c.) ideo dixiſſe, non hoc die, quoniam ſobrius tunc non eſſes, & in alium differri diem uelles, quo ſobrius eſſes. Augur.) ego. A collega.) te. erant enim in eodem augurum collegio Antonius & Cicero. Pulcherrimam.) ironicè. ac ſi dicat flagitioſißimam. Ad Lupercalia.) De origine, appellatione, ac curſu Lupercorum, multa Plutarchus in Romuli uita: multa item Ouidius Faſtorum libro ſecundo. Hiſtoria uerò hoc habet: Cæſar triumphali amictus ueſte Lupercaliorum die pro roſtris ſedens currentes ſpectabat. Erant autem adoleſcentes nobiles nudi ac uncti, loris albis obuios cædentes, inter quos Antonius & Conſul & Lupercus. Is propius ad Cæſarem accedens, diadema capiti eius impoſuit: quod, detorquens caput, ſemel ille & ſecundò reiecit, non ſine maxima totius Romani populi lætitia & plauſu: quippe qui regium nomen & habitum ferre non poterat. Cumq; idem diadema Cæſaris ſtatuæ impoſuiſſet Antonius, Flauius & Marullus Tribuni pleb. abſtulere, ſuntq; à populo collaudati. à Cæſare uerò ob id duntaxat non multò pòſt magiſtratu priuati. quæ cauſa Bruto & Caßio, cæteriſq; coniuratis maturādi de Cæſaris nece conſilium extitit. auctor Plutarchus. Hoc Antonij factū Cicero inſectatur acerbißimè. Sudat.) quod accidit his quibus id obijcitur crimen quod & graue eſt, & dißimulari non poteſt. Iuuenalis: Rubet auditor, cui frigida mens eſt Criminibus: tacita ſudant præcordia culpa. Et ſudat quidem uerecundia, & pallet reprehenſionis timore. Ariſtoteles, cur & pudore erubeſcimus, & timore palleſcimus, quærit in Problemat. utrūq; eodē, pro uario animi affectu, ferè cōtingit tēpore. Ne nauſeet. faciat.) ne euomat: quod facere ſolent hi quib. ſentinæ nauis fœtor ſtomachū mouit. Iuuenalis: Illa maritū Nauſeat. Inde nautea herba granis nigris qua coriarij utuntur. t in s mutato, ut Feſto placet. In porticu Numicia.) quam Numicus extruxit, in quā uiri principes conuenire nōnunquā ſolebant. illic aliquando Antonius nauſeam fecit. * Minutia magis legi debere putat Hiero. Ferr. in hunc locum, auctoritate Victoris adductus, qui, Regio, inquit, nona circū Flaminiū continet, & ſtabula quatuor factionū ſex, porticū Philippi Minutiā ueterē, & frumentariam. * Rhetoris.) Sexti

cem et ephorũ tetrarchæ ipſi ſubiectos. autor Strab. Hæc uiuus eripuit.) ſi uiuus eripuit, nunquã reddidit mortuus.

Quibus uerbis?) frequens erat in decreto quod Antonius fixerat ex cõmentarijs, ut dicebat, Cæſaris, æquũ eſt reſtitui Deiotaro Armeniam, non iniquum Mediæ tetrarchiã reddi: & ſimilia. quam uerborum complexionem, hoc eſt implicationem deridet Cicero. Affui.) ſemper defendi.

Aequum dixit.) Quoniam etſi defendebat crimen Deiotarus, deprecatione tamen utebatur: fateor, dicebat, peccaſſe, nec æquum quicquam poſtulare à Cæſare: & tamen ut ignoſcat poſtulo: & quæ peto, pro ſua ſumma humanitate concedat. HS centies.) ſic pactus cum Deiotari Legatis fuerat Antonius, ut centies daret ſeſtertium. Regis hoſpitum.) quos plures Romæ habebat: Cicero enim & Pompeius hoſpites fuere Deiotari. In Gynæceo.) locus domi eſt ubi ſolæ uerſantur mulieres: ſicuti Andronitis, ubi uiri. γυνὴ mulier eſt. Væniere.) uenditæ ſunt, & quotidie uenduntur. Suo Marte.) ſua auctoritate & robore, in prouerbio eſt. Nemo iure conſultus.) nemo à te de iure interrogatus. duæ hic partes, iure conſultus. Ne iſte quidem.) Sex. Clodium (ut opinor) intelligit rhetorem, cuius conſilio hæc faciebat. Auctorem.) Cæſarem.

Quorum imitatores.) Nonnulli ex Antonij ſectatoribus chirographa ab eo propoſita in multorũ beneficium imitabantur. nam & ipſi ſcribebant, & uenalia proponebant in publico, ut qui uellent, hoc uel illud beneficium emerent: non aliter quàm gladiatorum libelli proponi ſolent, in quibus nomina continentur eorum, & patriæ atq; ætas, cuius item ſint, ut ſciant qui emere aut conducere uolunt. nam ædiles & Prætores munus edebant gladiatoriũ: & Aedilis Cæſar ludis & reliquæ munificentiæ adiecit gladiatorium munus aliquanto paucioribus quàm deſtinauerat paribus. nam eum multiplici undique familia comparata aduerſarios exteruiſſet, cautum eſt de numero gladiatorum, quo ne maiorem cuiquam Romæ habere liceret, ut Tranquil. ait. Vel libellos, gladiatorum compoſitiones. Cicero in Epiſtolis ad Cælium: Quid enim? me hoc tibi mãdaſſe exiſtimas ut gladiatorum compoſitiones? Nam libellus etiam duorum pluriúmue ſignificat pactionem. Ouid. Dum loquitur, tangitq; manum, poſcitq; libellum. Poſſumus etiam eos accipere libellos, in quibus pugnæ gladiatorum erant deſcriptæ, quibus legendis uulgus oblectabatur. Venales autem ab his qui inde lucrum quærebant, circunferebantur. Appendantur.) quod fieri ſolet quoties maximus numerus eſt. Priſci cum ſignata adhuc pecunia non eſſet, pendebant æs, non numerabant: hoc graue uocabatur, ſicut quod numerabatur, ſignatum. unde pendere tributa, & pendere pœnas. Poſt M. Brutum.) qui Proconſul Cretam obtinebat. Ne prouincia.) ut deſineret tributum pendere, & libera eſſet, nec amplius prouincia & uectigalis haberetur. Conſtringendus.) arguendus & conuincẽdus hoc decreto quod tu dicis Cæſaris eſſe. Dicebat enim Antonius Cæſarem hoc decreuiſſe. Et dic mihi, inquit, Antoni, Creta non potuit liberari uiuo Cæſare, ſi hæc Cæſaris uoluntas fuiſſet? nam ad Brutum quidem tunc nihil pertinebat. cur ſtatim poſtquam illinc diſcederet Brutus, liberam eſſe uoluiſti? Certè apparet neque cogitaſſe neq; uoluiſſe hoc Cæſarem: ſed id agitur P.C. ut hoc decreto Antonius à Cretenſibus pro immunitate pecuniam accipiat, Reſpublica Cretam prouinciam amittat.

Omnino.) nihil quiſquam uoluit emere, quod hic nõ fuerit paratus uendere. De exulibus.) Legem propoſuerat, qua exulibus ſub certa pecuniæ pactione reditus liber eſſet in patriam. Cicero non dolere ſe dicit quenquam reſtitui in patriam: ſed id ferre permoleſtè & reprehendere, quòd idem pari conditione omnibus reditus patet, cum diſpar cauſa exilij fuerit. Et inquinatos.) confuſos, commixtos ac uelut fœdatos, tanquam par omnium fuerit cauſa. Simili.) in qua reliqui reſtituti. Loco patrui.) C. Antonij, qui fuit in partibus Põpeianis, & idcirco exul à Cæſare factus: de cuius reditu ferre diſtulit Antonius, cũ de alijs Cæſare occiſo referret. eundem reſtitutum poſtea Antonius ad cenſuræ petitionem impulit, ſubornatis uiliſſimis & indigniſſimis quibuſdam qui competitores fierent: id quod & riſus hominum mouet, eiuſmodi perſonas cenſuræ candidatos fieri: & querelas, quòd uir clariſſimus & Conſularis honeſtiſſimus ſic ludibrio eſſet Antonio: & tamẽ haberi ea comitia poſtea non eſt paſſus. Comparaſti.) conſtituiſti dedita opera. Fulmen ſiniſtrum.) Fulminibus, quid aut faciendum eſſet, aut cauendum, moneri ſe à Ioue putabant homines. Siniſtrum fulmen uitium erat comitijs. Cicero lib. 2. de Diuinatione, Comitiorum ſolum uitium eſt fulmen, quod idem omnibus reb. optimum auſpicium habemus, ſi ſiniſtrum fuerit. Cum ſis religioſus.) Quoniam Augur tu es & religioſus, tuos auſpicijs ſubeſſe non exiſtimas, & te ac tuos extra omnia auſpicia poſitos eſſe tibi perſuades. ironicè autem loquitur. In ſeptemuiratu.) Petierat C. Antonius Septemuiratũ, M. Antonio ad petitionẽ impellente. ab eodem repentè deſtitutus eſt. Septemuiri epulones dicebantur. ſeptem enim erãt collegæ in hoc magiſtratu quod ad ſacra pertinebat. Datũ autem ijs eſt hoc nomen, quoniam indicẽdi Ioui cæteriſq; dijs epulas poteſtatem haberent. auctor Pompeius Feſtus. Eorum filiæ à Veſtæ ſacerdotio excuſationem merebantur, quod A. Gell. tradit. Interuenit.) tanquam ad rem certam affuit. Quid metuiſti? credo.) Id ne metuiſti, ne non poſſes negare ſaluo capite, id eſt uiuus? ac ſi diceret, ne non poſſes negare quando uelles: quoniam quando uoluiſſes, negare omnino potuiſſes. Vel ſaluo capite, ſalua et integra fama. C. Antonij, quẽ idcirco adeſſe uoluiſti, ut maiore afficeretur dedecore, cum negarè Septẽuiratũ ei integra poſſes fama. Sororẽ.) patruelẽ. Alia conditione.) alia uxore Calpurnia. Probri.) adulterij cũ Dolabella.

Inſimulaſti.) accuſaſti. Tua cognitio.) quæ tu ſolus notaſti & nouiſti. Pacis cauſa.) id quod in prima Philippica eſt dictũ. Si ſunt falſa.) Diancea. Cũ cõſilio.) alijs adhibitis. Percurſationẽ.) cũ mortuo Cæſare ueteranorũ colonias luſtraſti, ut eorũ ſtudia tibi cõciliares. id quod feciſſet Antonius, niſi Octauius impediſſet. Capuam deducere.) ſcilicet coloniã. uoluit illuc coloniã deducere, ſed Cãpani prohibuere: et parũ abfuit quin occideretur. non ergo adijt, ſed penè adijt: hoc eſt parum abfuit quin adiret. Vel Capua deducere, ueteranos ſcilicet, & ſecum ducere. Illud penè.) ut adeas & pereas, non penè adeas. Simile eſt illud Propertij, Quod quæris quare, non habet ullus amans. * Eſt autem hic ſenſus: Vtinã eo uenire ut illud penè tollatur, & te interfecto, peregrinatio tua nobilitata ſit. id enim ſignificat quod 12. Philip. declarat: Veſtrũ hoc conſilium Capua probabit? quæ temporibus his Roma altera eſt. illa impios ciues iudicauit, eiecit, excluſit. illi inquã urbi conanti è manibus eſt ereptus Antonius. Hieron. Ferr. Cui urbi.) quali, & quàm contra te iratæ

Capuæ. Tua iſta.) ac ſi diceret, in te ipſum hæc admittis, & dedecus priuatum tuum. Qui cum de uectigalibus.) ſemper enim publicus fuit, & uectigal populo Ro. pependit. Glandiferæ.) ipſe interpretatur, & fructuoſæ ſubiungens. Caſilinum.) Campanæ oppidum ad flumen Vulturnum ſitum, in quo Præneſtini milites quingenti & xl. & unà nõnulli Peruſini ſic obſtinatè Hannibalis obſidionẽ pertulere, ut fame uexati, lora ac pelles ſcutis detractas, & mures item eſſent. nucibus quoque à Romanis per Vulturnum amnem miſsis uixere. auctor Liu. lib. 23. ab urbe condita. Conſuluiſti me de Capua &c. poſſéſne Capuam coloniam deducere?) ego, inquit, idem reſpondi, quod de Caſilino reſponderã. De Capua negaui poſſe illuc coloniã nouam deduci, quò auſpicatò & ritè deducta antea eſſet, & incolumis maneret. dixi idem quod de Caſilino dixeram, addi nouos colonos ueteribus extinctis poſſe. hoc enim ſignificat adſcribi alijs, addi, & adiungi. Vt uexillum uideres.) Ideo nouam coloniam Caſilinum deduxiſti, ut inter ueteres & nouos colonos ortis diſcordijs & bellis ciuitas uaſtaretur & deſolaretur: uel potius ut tu hoſtiliter inuaderes oppidum, & euerteres. Aratrum circunduceres.) Sicuti aratro condentes urbes priſci deſignabant, unde ait Virg. Interea Aeneas urbem deſignat aratro: ſic delentes, ubi muri fuerant, aratrum circunducebant. auctores Porphyrio & Acron. Horat. lib. i. Carminũ, Iræ altis urbibus ultimæ Stetere cauſæ cur perirent Funditus, imprimeretq́; muris Hoſtile aratrũ exercitus inſolens. Penè perſtrinxiſti.) quia parũ abfuit quin Capuam ipſam euerteret, eius imminuto territorio, quod eſt circumiectus urbi cuipiã ager. Perturbaturũ.) cum ſpreta auſpiciorũ religione illuc nouã duceres coloniã, quò antea auſpicatò ducta eſt. M. Varronis.) Qui fuit togatorũ literatiſsimus, & quo nemo unquã doctior, ne apud Græcos quidem fuit, ut ait Lactantius. Decem ante Ciceronem annis natus eſt, cui ſcriptos de Latina lingua dedicauit libros. In partibus fuit Põpeianis. eo mortuo Antonius fundũ eius Caſinatem occupauit, ueniſſe ſibi à Cæſare dicens: quod factũ negat Cicero. Et ſi ab haſta.) Eſto inquit, tabulæ emptionis ſub haſta factæ ualeant nunc, hoc eſt uim & robur obtineant, quia re uera non obtinent: & tabulæ inquã nõ tuæ, & à te factæ, ſed Cæſaris: & tabulæ illæ Cæſaris, in quibus debitor tu apparebas, non hæ quas tu cõmentus es, & falsò Cæſaris eſſe aſſeris, quibus te liberaſti, & alienũ æs diſſoluiſti. Varronis quidem Caſinatẽ fundum ueniſſe ſub haſta à Cæſare, nemo dicit. Nullius.) quàm Varronis ſcilicet. Rem ullam eſſe detractam.) quod ſcilicet dices. Quid.) ſcilicet dices. non ſcripſit ad te Cæſar ut redderes Caſinatẽ fundum, quem interceperas. Dominus.) Varro. Ab hora tertia.) ſtatim poſt mediam noctem. Quàm diſpari domino.) Cic. lib. 1. Offic. Odioſum, inquit, eſt, cum à prætereuntibus dicitur: O domus antiqua, heu quàm diſpari domino dominaris. quod his temporibus de multis licet dicere. Inquilino.) Dominus in ſuo habitat, inquilinus in alieno priuato, & propriè in conducto, ſiue in urbe, ſiue ruri. Salluſtius enim M. Tullium Romæ inquilinum dixit. Cum meritorijs.) non liberis ſcilicet maſculis ſcortis. nam illa tẽpeſtate pueros non liberos mangones aut uendebant, aut commodare etiam precio abutendos ſolebant, ſiue etiam ipſi pueri, permiſſu dominorum, ſiue ſuo iure proſtabant, meritorij uocabantur. Scortà.) meretrices. non autem ſicut dicimus meritorium puerum, ſic meritoriam puellam, ſed meretricem. Interamna.) ab Interamna, quod eſt Campanæ oppidum, non procul ab Aquino: ſic dictum, quòd inter duos amnes iacet in unum confluentes, Melpim et Lirim. autor Strabo. Obſolebant.) turpia & fœda erant. Obſoleo, inquinor eſt, ex obs & oleo. Eſt & obſolere, deficere. Cicero: Hoc uerò à plerisq; eorum deſertum obſoleuiſſe unde obſoleti, ſqualidi & ſordidi. Horat. Caret obſoleti ſordibus tecti. Stultè Aquinates.) ſcilicet egere, qui obuiàm proceſſere. Anagnini.) Inſignis in Campania olim urbs fuit Anagnia, quod ait Strab. de qua Maro, Quos diues Anagnia paſcit. Deuij.) extra uiã. In Sidicinos.) Ciuitas Oſcorũ in Cãpania Theanum eſt, Sidicinũ uocatum. autor Strabo. Puteolos.) In Campania maritimum oppidum eſt Puteoli, Cumanorum olim emporium, in ſupercilio quodam conſtructum, Dicæarchia prius uocatum. Romani frequentes Hannibale Italiam bello uexante habitauere, & à puteorum frequentia Puteolos appellauere. Sunt qui ab aquarum putore, quæ ſulphuratæ & malè olentes per totum illum & Baiarum & Cumarum ſunt tractum, dictos maſint. Vt Baſillum.) Fuit hic in partibus Cæſarianis, & & poſtea Antonianis, cuius & Lucanus meminit Dum iu abes.) Aberat Antonius, ut colonias circuiret ueteranorum, & eos ſibi conciliaret: quod eſt prius dictum. Collegæ tui.) Dolabellæ. Metum & arma.) hoc eſt territum à te Dolabellam mutaſſe uoluntatem. De cœlo) de ſumma laude, qua in cœlum uſq; perueniebat. Erant gladij.) Cinnæ, Syllæ, & Cæſaris dominatus. Agmine quadrato.) Aelianus quadratis aciebus Perſas & Siculos uſos tradit, et maiorem ferè Græcorum partẽ: confiſos eas & poſſe componi facilius, & equitandi ſocietatem, expeditionisq́; uſum ſeruare multis in rebus præſtantius. Onoſander qui ad Anaſtaſium Cæſarem pulcherrima de re militari ſcripſit commentaria, contractiore quadratoq́; agmine mouere exercitum, quàm alio modo, ſatius et tutius putat. Lecticas.) quibus geſtabatur Antonius cum ſui ſimilibus. Leges Cæſaris,) de quibus dictum Philippica prima. Numerum annorum.) ut prætoriæ plus quàm annũ, conſulares plus quàm biennnium tenerentur. Sine promulgatione.) priuata auctoritate, re ad populum minimè relata. Vt tolleret.) latas illas à Cæſare. Promulgauit.) contrarias. Teſtamentum.) Cæſaris. Signa, tabulas.) Signa ſtatuæ ſunt, & ſculptorũ artificium: tabulæ uerò picturæ, & pictorum opera. In uillã Scipionis.) quæ erat in Tiburtino. Is.) Cæſar. Puluinar.) Hæc omnia tribuebantur deorum immortalium honori, puluinar, ſimulacrum, faſtigium. Puluinaria lecticæ erant deorũ, & lectuli qui in tẽplis ſterni cõſueuere: unde puluinaria feſta. Horatius, Nunc Saliaribus Ornare puluinar deorum.

* De hac re ita Florus: Itaq; non ingratis ciuibus, omnes in Cæſarẽ congeſti honores, circa tẽpla imagines, in theatro diſtincta radijs corona, ſuggeſtus in curia, faſtigium in domo: ut fortaſſe quod noſtra lingua Baldachinum eſt, faſtigium nominaretur, à forma, ut opinor, ducto nomine. Hieron. Ferra. Faſtigium.) templum, & altius ædificium. Eſt flamen diuo Iulio Marcus Antonius.) Cum ſtomacho inquit: quoniã eius imitabatur tyrannidẽ, et uelut miniſter erat illius conſuetudinis. Cur non inaugurare?) cur nõ per auguria conſecraris, ſacerdotio præfuturus? inaugurari, hoc eſt augurio cõſecrari ſacerdotes futuri ſolebant, & item loca quæ numini dicabantur. Exaugurari

uerò

uerò contrà, cum extra ſacrum & phanaticam cauſam ponebantur, & in prophanum uſum reuocabantur. Sume diem.) elige diem quo inaugureris. Qui te inauguret.) quia ſcilicet nullus futurus eſt. Quæro deinceps.) Cum mortuo Cæſari diuinos honores tribui uellet Antonius, tulerat ad populum, ut quinto die ludorum Romanorum Cæſari ſacrificaretur: idq́; ſcitum fuerat, & tamẽ honorem Cæſari Antonij lege conceſſum, non exequebantur: ideoq́; Cicero, cum ludi Romani celebrarentur, quo tempore hanc habebat orationem, et quintus eſſet eorum dies, fortaſſe, inquit ignoras heri diem quartum fuiſſe, hodiernum quintum eſſe, hoc eſt diem Cæſari lege tua decretum. Ludorum.) Ludi Romani Magniq́; uariè appellati annui fuere. equi pugilesq́; certabãt, à Tarquinio Priſco inſtituti, deſignato circo, qui poſtea Maximus eſt dictus. fiebant hi ludi menſe Aprili. initium erat ſexto Idus.

Cur non ſumus prætextati?) In prætexta ludos & ſacrificia Rom. celebrabant. An ſupplicationes.) Cæſari parentalia & ſupplicationes decreuerat Antonius, quibus poſtea diem addiderat inauſpicatò: quare piaculum commiſſum erat, id quod obijcit Cicero. Puluinaria noluiſti.) reſpuiſti, cum concederentur. Acta Cæſaris.) Cum acta cuiuſpiam dicuntur, nõ ſolum quæ ille egerit, ſed quæ honori tributa fuerint, etiam intelligamus. Apertiorẽ.) propter id quòd nudato pectore concionatus eſt. Valuæ Concordiæ.) illic enim haberi Senatus ſolebat. Deſcribo.) deſigno. Debet tertiam penſionem.) Etenim duos prius habuerat maritos Fuluia, Publium Clodium, & Curionem filium, quod antea diximus. ambo perierant, alter à Milone occiſus, alter cum exercitu in Africa circumuentus: uterq; Reipublicæ infeſtus, quoniam uterq; hoſtis. Tertia ergo penſio dicebatur Marcus Antonius eius maritus, ut periret. Habet populus Rom.) Octauium ſignificat.

Exemplum facti reliquerunt.) ut quod egerunt ipſi, alij imitentur, & te occidant. Hi primi) Brutus & Caſſius. Confer.) compara. Cum nummatione.) cum copia nummorum & lucro. Si propter innocentiam.) ſcilicet non metuis. innocens enim iudicia nõ timet. Quid timendum ſit.) ut occidatur. Quæ eſt autem uita, &c.) ac ſi dicat, periculoſiſsimum eſt diu à ſuis timeri. Niſi uerò aut maioribus.) quod non eſt ita. A quibus eſt interfectus.) nam & Decimus Brutus & Caſsius, C. Trebonius, Tullius Cimber, Cæſari fuere amiciſsimi, pluribusq́; ab eo affecti beneficijs. In illo.) Cæſare. Literatura.) ſcientia literarum atque eruditio uaria, quæ in Cæſare fuit. Non multos annos regnare.) Meditatus quidem eſt regnare, ſed non multos annos, quia non ea egit quibus durare in regno & ferri poſſet diu. Monumentis.) ædificijs. Congiarijs.) Menſuræ genus congius eſt, chus item dictus, ſex caput ſextarios. Quicquid liberalitatis erogabãt ueteres, congiarium prius dixere. Tenuit inde conſuetudo, ut pecuniam ſignificaret quam imperatores militibus, principes uiritim gratuitam diſtribuebãt. Tranquillus in Iulio: Ex reliquo quoque ordinum genere uel inuitatos, uel ſpontè ad ſe commeantes uberrimo congiario proſequebatur. Idem in Octauio: Congiaria populo frequenter dedit, ſed diuerſæ ferè ſummæ, modò quadragenos, modò tricenos, nonnunquam ducenos quinquagenosq́; nummos. Macrobius: Auguſtus cum ab eo Ruſtius Taurus congiarium peteret, diceretq́; iam homines uulgò loqui, nõ paruam ſibi ab illo pecuniam datam: Sed tu, inquit, noli credere. Inuſta.) inflicta, impreſſa. Profiteor.) apertè eloquor quid facturus ſim. Repræſentari.) renouari & reſtitui in præſens tẽpus poſsit. Quod iamdiu parturit.) Párere, eſt in lucẽ edere, & enixã eſſe: parturire uerò, deſiderare eniti & párere. Ab hinc annos 20.) cum de coniuratis actum eſt. Conſulari.) mihi. Vt ita &c.) bene merentibus rectè, malè merentibus, ut Antonio, malè.

GEORGII TRAPEZVNTII IN II. Philippicam Annot.

Haec eſt ſecunda Philippica, quæ Ciceroni mortẽ attulit. Reſpondet aũt criminib. & maledictis Antonij: deinde uehementiſsimè & acerbiſsimè in eũ inuehitur. Quó nã meo fato.) Ab admiratione & indignatione incipit & format ſententiã ſuam. Hoc tamen affirmatiuè dicit; hoc fato uideor eſſe ſusceptus & natus, ut omnes Reipublicæ hoſtes qui fuerunt his annis uiginti, mihi etiã fuerint hoſtes. In alijs.) Catilina, Piſone, Vatinio, Clodio. Vltro.) nõ à me prouocatus, nullis iniurijs à me affectus. Vt uiderere.) id eſt, in quo tu es mihi uiſus audacior quã Catilina. Quid putẽ.) Numerat cauſas quæ uiderẽ poſſunt adduxiſſe Antoniũ ad maledicendũ de Cicerone: quæ cum non ſint idoneæ, ad extremũ unam ſubijcit, quæ uidetur eſſe uera. In uita.) quantũ ad mores. In gratia.) quantum ad beneuolentiã ciuiũ. Detrahi.) maledici, unde detractores dicuntur. Sed ætatis flore collectam.) Notat impudicitiam M. Antonij. Domũ meam uẽtitaras.) ſcilicet cauſa audiẽdi, quod Græci dicunt ἐπιφοιτᾶν. C. Curionem.) ſcilicet filiũ, cuius τὰ παιδικὰ fuerat: cuius cõſuetudine ita perditus ac nequã euaſit, ut ducentorũ ac quinquaginta talentorum æs alienum contraxerit: quod cum Curio filius diſſoluere conaretur, Curio pater domo illũ expulit: ex quo Clodio ſe adiunxit. cumq́; illi uis pararetur, in Aſiam ſe contulit, & Gabinio in Iudæos exercitum ducenti præfectus equitũ fuit. Nominauerunt.) ſcilicet cum Ciceronem cooptauerunt in locum demortui.

Tu nec ſoluendo eras.) id eſt non poteras ſoluere æs alienum. Vnam tribũ ſine Curione ferre potuiſſes?) Quaſi dicat, non ſuppetebat tibi pecunia quam in ambitum collocares. Ipſe uictor.) ſcilicet Cæſar. Fac potuiſſe.) id eſt, concedamus quòd potueris. Quod ſi eſſet.) Hoc dicit: Si non adimere uitam, eſſet beneficium: illi quibus Cæſar non ademit uitam, cum poſſet, quòd eum interfecerunt, ingrati ſunt habendi & uituperandi: ſed ipſi laudantur: ergo non adimere uitam, non eſt beneficium. Cum tu reliquias Reip. diſsipauiſſes.) credo propter quatuor illa millia talentorum quæ à Calpurnia uxore Cæſaris accepit. Offenſione aliqua interpoſita.) id eſt, ſi qua offenſio inter eos intereſſet, ſi qua in re ſe offendiſſent poſt miſſas literas. Inepta.) inſulſa, abſurda, non loco, non tempori, non perſonæ, non rei apta, conueniemia. Vt Muſtellæ Tamiſio.) ut Muſtellæ ſolùm, & non alijs, ſcire aliquid uidearis. Erant aũt Muſtella & Tyro Numiſius milites Antonij ac latrones. Sicarios.) facinoroſos, à ſica qui eſt breuis gladius. In quo habes ſciẽtiã quæſtuoſam.) hoc eſt, tu es egregius magiſter faciendorũ chirographorum, ex quo magnum aſſequeris fructum & compendiũ.

Officij, beneuolẽtiæ.) id eſt, redarguo te nõ reddidiſſe officium mihi, non beneuolentiam. Prouidit.) cauit, proſpexit: ſicut imperium Cæſaris, ſeruitutẽ populi Rom.

Ex Syria.) cum in Palæſtinam profectus tēplum Iudæorum profanauit. Non ut parenti gratias ageret.) Nam pater patriæ appellatus eſt: unde eſt ille uerſus, Roma patrem patriæ Ciceronē libera dixit. Referret acceptam.) Acceptum referre, tractū eſt à rationibus & libris, in quos cum pecuniam creditam accipimus, acceptum ferre dicimur: cum uerò pecuniam credimus, expenſum ferre dicimur. Illa nefaria Senatuſconſulta.) Per contrarium accipiendum eſt. nam ea Senatuſconſulta facta ſunt referente Cicerone. quibus ſupplicium ſumptum eſt de parricidis, et Reſpublica ab interitu liberata. Scribæ.) γραμματεῖς Græcè. Capere.) χωρεῖν. Confiterentur.) ui ſcilicet. Fatemur autem ſponte. Conſciorum indicijs.) & multorum aliorum, & Ceparij cuiuſdam in primis, qui retractus, fide publica interpoſita, totam cōiurationē patefecit. Patriæ parricidio.) Parricida dicitur non utique ſolùm is qui parentem aut patriam uiolat, ſed qualemcunque hominem occidit: ut indicat lex Numæ Pompilij, iis compoſita uerbis: Si quis hominem liberū ſciens morti duit, parricida eſto. Voce literarū.) quæ deprehenſæ ſunt ad pontem Miluium, cum legati Allobrogorū capti ſunt.

Sceleratorum arma.) ſcilicet ceßiſſe meæ togæ. Monumentorum meorum.) id eſt ſcriptorum. In omni genere.) & in philoſophia, & in arte dicendi. Operis ſucceßiuis.) id eſt ſubſequentibus & ſecūdarijs, quod Græci dicunt πάρεργον. Iuuētuti utilitatis.) quia facti ſunt docti & eloquentes. Nomini Romano laudis.) quia Romani Græcos antea tantùm belli gloria ſuperabant: poſt Ciceronem etiam ingenij laudem ſibi arripuerunt. Compilatis.) Alij oppilatis. Compilare à pilis, ita furari ut ne pilus quidem relinquatur. Quæſtio non ſatis prudenter illa quidem conſtituta.) Hoc dicit, nam cum ueteri lege de morte hominis quæri poſſet, lege noua per Pompeiū lata quæſitum eſt M. Bibulo Conſule: cuius collega fuit Cæſar, qui in eo Conſulatu ita impotenter ac malè ſe geſſit, ut collegam ſuum in Senatum uenire prohibuerit: quo tempore iactati ſunt duo uerſus: quorum alter eſt: Nam Bibulo fieri Cōſule nil memini. Quàm charitate.) id eſt non charitate. eſt enim abnegatiua coniūctio. Perſequi.) ſcilicet numerare, διελθεῖν. Aemulum.) imitatorē. Stuporem.) κατάπληξιν. Edormi crapulam inquam.) Simile illud Terentianum: Ibo in angulum, ibi interea hoc uilli edormiſcam. Tantæ cauſæ indormiētem.) id eſt in tanta cauſa. Vindices.) Vindices ſunt facinoris nō commißi, ultores iam commißi. Siquidem.) quia. Atrocius.) crudelius. Si ab urbe.) Prætori plus quàm decem dies ab urbe abeſſe non licebat. Diſtinctius.) elegantius, clarius, apertius. Retexo.) rurſus texo, & ordior quaſi aliam telam. Narbone.) ciuitas Hiſpaniæ. Illud Caßianum.) Caßius ſolitus eſt dicere, cum factum negatur, nullū eſſe firmius argumentum, quàm uidere cui ea res aliquid commodi afferat. Officina.) taberna. Nundinæ.) mercatus. Immunitatum.) τῶν ἀτελειῶν. Vectigalium.) τῶν φόρων. Tot duces.) Sicut Pompeium, Afranium, Petreium, Catonem, & alios. Exercitus.) legiones, in Pharſalia cum Pompeio, in Aphrica cum Iuba & Scipione, in Hiſpania cum Petreio & Afranio. Angoribus.) doloribus. Contulit.) communicauit. De ſumma re.) de tota Rep. Quid ſequeretur.) quid ſpectaret, quaſi finem τὸν σκοπόν. Paphum.) Inſula & ciuitas eſt. Sectorem.) Sectorem Pompeij appellat M. Antonium, quòd bona Pompeij in primis à Cæſare redemiſſet: inde cum Cæſar preciū domus popoſciſſet, iratus eſt Antonius, quòd pro tāto eius in Cæſarem ſtudio, pro tantis laboribus ac periculis illam pecuniam Cæſar ipſi non remiſiſſet. Sunt aūt ſectores, qui prædam publicam redimunt. Faſciæ.) facies totius corporis lineamēta. Statura.) longitudo, proceritas corporis.

Compotorum.) συμποτῶν. Dicere.) Dicta per excellentiam uerba ſalſa & iocoſa intelligūtur, ut eſt apud Terentium, Vnum dictū de melioribus. Campi Leontini.) qui eſt in Sicilia publicus. Prætextatum.) cum nondum uirilem togam ſumpſiſſes. Decoxiſſe.) mercatorū fidem fefelliſſe. Quāuis.) ſcilicet conſtitutus eſſet locus ei qui fortunæ uitio decoxiſſet, non ſuo. Interceßiſſe.) fidem ſuam interpoſuiſſe, ſpopondiſſe. Inde iter Alexādriam.) Expulſus Antonius et excluſus à patre Curione, primùm Clodio ſe adiunxit. inde eo metu relicto, in Aſiā ſe contulit, ubi & corpus & in dicendo ſe exercuit: pòſt Gabinio aduerſus Ariſtobulum in Iudæos exercitū ducenti præfectus equitum fuit. cumq́; Ptolemæus regno expulſus Gabinium ſe ut reduceret, decem millia talentorum pollicitus, obtinere non poſſet (timebat enim Gabinius ſine auctoritate ſenatus exercitū Alexandriam ducere.) hortatu Antonij eam expeditionem ſuſcepit. Miſenum.) Villa Antonij ad mare poſita. Eſt aūt locus iuxta Baias. à Miſeno tibicine Aeneæ dictus eſt, de quo Virgil. in ſexto Aeneid. Miſenum Aeolidē, quo nō præſtantior alter, Aere ciere uiros, Martēq́; accendere cantu. Vt mihi ſatisfieri paterer à te.) id eſt ut acciperem tuam excuſationē et purgationem.

Ea gratia.) propter gratiam Cæſaris, id eſt ut gratificarer Cæſari. Cuſtoditus.) id eſt habui te ad cuſtodiā corporis mei, quemadmodum alios nobiles permultos. Sine Senatuſconſulto.) Scire uos oportet, Curionem filium, cum antea bonorum partium fuiſſet, commutata uoluntate popularem eſſe factum, & Cæſari fauere cœpiſſe: quod quo facilius efficere poſſet, & Cæſar ea quæ cuperet, aſſequeretur, ſua gratia atque opibus effecit ut M. Antonius Tribunus plebis fieret: inde ut Augur eſſet. in quo quidem Tribunatu cum Marcellus Conſul legiones conſcriptas Pompeio attribueret, & alias ſcribendi poteſtatem faceret, Antonius interceßit: & plebiſcito eas legiones Bibulo in Syria aduerſus Parthos bellum gerenti mittendas auxilio cenſuit. Eodem tempore conſulib. & magna parte Senatus literas à Cæſare miſſas in Senatu palàm recitare prohibentibus, Antonius ui Tribunitiæ poteſtatis recitauit: in quo multorum animos & ſtudia ad Cæſarem commutauit, quòd eis literis Cæſar niſi iuſtū ac mediocre nihil poſtulare uidebatur. Itē cum in Senatu ſententiæ rogarentur, utrum Senatui uideretur, Cæſarem, an Pompeium arma deponere, & pluribus Cæſarem tantùm arma dimittere oportere uideretur: Antonius cum ſurrexiſſet & quæſiſſet, placerét ne Pompeium & Cæſarem ſimul arma deponere, & legiones dimittere, ab omnibus eſt collaudatus: cumq́; omnes eam ſententiam decernere uellent, Cato & Lentulus prohibuere, & Antonium ex ſenatu eiecerunt: quare uim timens Antonius, conducto uehiculo ſeruili habitu unà cum Caßio ad Cæſarem ſe contulit. Fulcire.) ſuſtentare: unde etiam fulcra lectorum dicuntur. Mancipatū.) uenditū. Addicta.) cōſecrata, deſtinata. Circumſcriptus.) oppreſſus. Exequi cladē potuiſſent.) qui fugere potuerunt, & ea clade fungi, & eam calamitatem obire. Omnē ſobolē.) omnem fœtum.

& quaſi

& quaſi ſementem Reipublicæ. nam in iuuenibus ſpes eſt ſufficiendæ prolis, quemadmodum in agnis & iuuencis ui demus. Idcirco Virgil. Modò nāq; gemellos Spem gregis &c. Dicitur aūt ſoboles à ſoboleſcendo, id eſt creſcendo. creſcunt enim & ſuccedunt parentum & ſeniorum ætati.

Exterminatam) [illegible], extra terminos & fines poſitam. Afflixit.) proſtrauit. Ratiocinabimur.) συλλογισόμεθα, colligemus. Cuius tamen ſcelus in ſcelere cognoſcite.) Scelus fuit, leges ſoluere: ſcelus, patruum non reſtituere, alienos cum reſtitueret. In Hiſpaniam proficiſcens.) tum ſcilicet, cum pulſo ex Italia Pompeio, ne quid hoſtium à tergo relinqueretur, ad Afranium & Petreium Pompeij duces perſequendos profectus eſt: quo tempore urbem Lepido commendauit, Antonio negociū dedit ut Italiam luſtraret. Conculcandam.) non luſtrandam. eſſet enim leue uerbum, nec tantæ importunitati conueniens. Non fui.) quippe qui in caſtris tum eram Pompeij. Exhedra.) ſedes. Mima.) ſcilicet Cytheris. In rheda.) in uehiculo. Magiſter equitum.) Nam Cæſar dictator erat. Haſta poſita.) Vnde ſubhaſtare dicitur, cum haſta poſita eorum bona uenduntur, qui haſta hoc eſt bello uincuntur. Copias.) facultates, diuitias. Ingurgitauiſſet.) id eſt tanquam gurges quidam & uorago uorauiſſet. Apothecæ.) repoſitoria. ἀποθῆκαι. Suggerebantur.) ſubminiſtrabantur, ſubijciebantur. interdum enim in alea multū nummorū perdebatur. Importuniſſimum.) impuriſsimū, improbiſsimū. Importunū illud dicitur, in quo nullū eſt auxiliū, uelut ſolet eſſe portus nauigantibus. Diuerſari.) ad tēpus habitare, unde diuerſoria dicuntur quò ex itinere diuertere ſolemus. [illegible] græcè. Veſtibula.) Veſtibulum uel à ue, quæ eſt particula diminutiua, & ſtando quia ibi non ſtetur: uel à ueſtiendo, ut quidam uolunt. Roſtra.) quæ à Pompeio foribus ſuſpenſa ſunt, cum de piratis uictoriam reportaſſet. Spolia.) quæ ex alijs uictorijs & terreſtribus bellis ſuperatis hoſtibus domum retulit. Mimam illam ſuam ſuas res ſibi habere iuſſit.) quod ab his fiebat qui diuortium faciebant. Nam uxoribus dotem ſuam retinere iubebant. Pro triclinijs popinæ ſunt.) Triclinium locus eſt ubi diſcumbitur, id eſt cœnaculum. Popinæ ſunt loca guloſorum, ubi coquuntur res ad gulam pertinentes. Cauſam ſcilicet repudij. Ei bello.) quod in Africa geſtum eſt cum Scipione & Iuba, & reliquis Pompeianis. Numero.) gradu honoris. Rogaui.) cum Tribunus plebis eſſem. unde dicuntur rogationes. Auctionaretur.) Auctionantur qui bona ſua per præconem uendunt. Hoc intereſt inter ſubhaſtare & auctionari: ſubhaſtare, eſt bona hoſtium & inimicorum proponere: auctionari, priuatorum. Colliſa.) fracta. Mancipia.) quicquid manu capi poteſt. Nebulo.) epithetum nequam ſerui, quos comici idcirco appellant, quòd nebulas dominorum oculis offundunt, & eos decipiunt, aut quòd leues & futiles ſint quaſi nebulæ. Proficiſcitur in Hiſpaniam.) ſecunda expeditione aduerſus Pompeij filios. Gladiator.) Gladiatorem appellat M. Antonium, quòd gladios in ciues Romanos exercuerit. Rudem.) Rudis uirga quædam ſiue baculus qui dabatur gladiatoribus emeritis, id eſt quibus per ætatem artem finire licebat, in ſignum uirtutis. Qui uerò Narbone reditus.) Nam cum Romam nunciatum fuiſſet Cæſarē Pompeij filium ſuperaſſe, multi congratulatum ex urbe obuiam exierāt: inter quos cum eſſet Antonius, repentino ſed ſed falſo nuncio allato de morte Cæſaris, ſtatim Romam reuertit. Lacerna.) quæ minor captio eſt, ſic dicta. Lacinia uerò pars ueſtimenti. Delituit.) aut timens, quoniam hoſtes occupaſſe urbem dicebantur: aut certè ut liberius perpotaret. Ad ſaxa rubra.) Caſsia uia, qua iter erat Roma in Galliam per Tuſciam: dicta Caſsia, quia à Caſsio erat ſtrata. Catamitum.) pro Ganymede dixerunt, qui fuit Iouis concubinus. Dicacem.) Dicaces dicuntur faceti & mordaces & σαρκαστικοί εἰσι. Cæſari ex Hiſpania redeunti.) Quo tempore Cæſar per Italiam lectica ueheretur, ſecum ſemper in lectica habuit Antonium: & Romam reuerſus, & quartum Conſul declaratus, Antonium collegam ſibi adiunxit. Interuertit.) Interuertere, dolo auferre. Dicitur autem hæreditas interuerti, & patrimonium, & pecunia. Vel impedire.) antequam eligeretur. Vel uitiare.) poſtquā electus fuiſſet)

Aſſeuerauit.) affirmauit. Aut id facturum eſſe quod fecit.) ut ſi diceret auſpicia uitioſa fuiſſe, & Dolabellā uitio creatum fuiſſe. Seruare de cœlo.) Eſt nunciare aut pluiſſe aut intonuiſſe. Ioue enim tonante, cum populo agere non licebat. Verùm implicata inſcitia imprudentiæ eſt.) imprudentia in eo fuit, quòd de futuris diuinaturum ſe dixit: inſcitia in eo, quòd morem ac ritū religionis ignorat: cū neſciat uitio creari poſſe neminem, niſi eū qui pluente aut tonante Ioue delectus ſit. Obſtrinxiſti populum Rom. religione.) ut piaculum fieri oporteat. Vitioſus.) uitio creatus. Lupercalia.) feſta Panis [illegible], dicta à lupis arcendis. diſcurrebāt iuuenes nudi per laſciuiam pellibus obuiàm occurrentes diuerberando. Nauſeat.) quod Greci dicunt ναυτιᾶν, à naue quæ nauſeā facit. Amictus.) indutus. Toga purpurea.) τῇ πορφυρίδι. Coronatus.) ἐστεφανωμένος coronatus. Differt autem corona à diademate. nam corona etiam ciuium priuatorū eſt, ſiue magiſtratum gerentium, honoris cauſa delata: Διάδημα inſigne regū eſt. eſt autem faſcia quæ capiti religatur. Cum plangore.)

Plangor luctus & doloris. Plauſu.) Plauſus lætitiæ.

In faſtis.) Faſti libri ſunt in quos referebantur acta Conſulum. * Hanc eandem rem indicat locus in epiſt. ad Brutum: Ego enim D. Bruto liberato, cum lætiſsimus ille ciuitati dies illuxiſſet, idemq; caſu Bruti natalis eſſet: decreui ut in faſtis ad eum diem Bruti nomen adſcriberetur. Adſcribebatur autem quid in faſtis ad aliquem diem ſic: Hoc die, exempli gratia, Brutus erupit Mutina: Antonius Cæſari regnum detulit: Cæſar uti noluit. hoc in faſtis antiquis apparet. Hieron. Ferr. Multis pòſt ſeculis.) Seculum ad tempus centum annorum extendi exiſtimabant. Beneficio eorum.) Marci Bruti potiſsimùm conſilio & ſuaſu. Tua miſeratio.) quam omnibus mouit Antonius, cum ueſtē Cæſaris ſanguine reſperſam pro concione oſtendebat. Semuſtulatus.) nam ne totū cadauer combureretur, Dolabella prohibuit, expulſis foro improbis & ſeruis. Fuligine.) fauilla. Venibant.) uendebātur.

A tributis.) Tributa ſunt quæ à priuatis in publicum tribuuntur. Appendantur.) De more antiquo. nam cum pecunia nondū ſignata eſſet, ære penſo, non numerato, ſoluebant. Vnde pendere pœnas etiam dicimus, ab eo quòd ære graui cū uterentur Romani, eo penſo, nō numerato, ſoluebant. unde etiā penſiones dictæ, & pendere tributū. Inquinatos.) mixtos, turpes, fœdos. Deſtituiſti.) reliquiſti, deſeruiſti. Sororē tuā.) ſcilicet patruelē. ergo nō germanā.

Inſimu-

Inſimulaſti.) falſo accuſaſti. Stipatum armis.) Stipatores dicuntur cuſtodes cuiuſque corporis, à ſtipe quam accipiebant mercedis nomine. Percurſationem tuam menſe Aprili.) quo tempore mortuo Cæſare colonias ueteranorũ luſtrauit, ut eorũ ſtudia ſibi adiungeret: quod & effeciſſet, niſi Octauius magna ex parte impediſſet. Vel penè non adieris.) Parum enim abfuit quin occideretur. Grandiſeræ.) grandem numerum frumenti ferentes. Vexillum.) à uelo uexillum, ſicut à talo taxillus. Territorium.) eſt quantitas agri uniuſcuiuſq; urbis ſeu caſtelli, quantũ eius iuriſdictio extenditur. Seſtertium.) dicitur quarta pars denarij, quo tempore is decuſsis ualebat, id eſt dipõdius et ſemis. Fundum.) Fundus dicitur ager, quòd planus ſit ad ſimilitudinem fundi uaſorum. Quàm multos.) quot.

O tecta.) Tritum eſt prouerbium: O domus antiqua, quàm diſpari dominare domino. in eos dictum qui ipſi nequã, bonos habuerũt parentes ac maiores ſuos. Buſtũ.) Buſtũ dicitur locus in quo mortuus eſt combuſtus et ſepultus. diciturq; buſtum, quaſi bene uſtum. Vbi uerò combuſtus quis tantummodo, alibi uerò eſt ſepultus, is locus ab urendo uſtrina uocatur. Sed modò buſta ſepulchra uocamus. Obduruimus.) callum obduximus. Irritum.) non ratum. Legauit.) teſtamento reliquit. Ludorum Romanorum.) Ludi Romani ludi magni dicebantur, ſiue Circenſes, ſiue Conſualia. Prætextati.) Prætexta ueſtis erat nobilium puerorum. Deſcribo.) deſigno, interdum lacero, carpo, noto. Tertiam penſionem.) Nam duous iam nupſerat, qui propter ſeditionem fuerant interfecti. de Clodio memini, de altero non item. Confer.) compara. Iudicia.) ipſa litigatio diſceptantium, iudicatio, pœna, locus ubi agitur cauſa, ipſi etiam Iudices: quemadmodum [illegible] Literatura.) ſcientia literarum. ſcripſit enim ad Ciceronem librum de Lingua Latina. Non multos regnare meditatus eſt annos.) hoc eſt, non ſe exercuit multos annos ut regnaret.

Congiarijs) Congiarium dabant Imperatores militibus, aut domini ſiue tyranni, cum pecuniam uiritim gratis dabant. Repræſentiari.) impræſentiarum reſtitui. Immaturam.) acerbam. Perfunctio.) qui perfunctus ſum, & obij honores.

PHILIPPI BEROALDI IN II. Philippicam Annotationes.

HAec eſt illa Philippica omnibus Antonianis anteponenda, quam diuinam eſſe meritò appellant, de qua ſic ſeriò ſcripſit poeta Satyricus: Ridenda poemata malo, Quàm te conſpicuæ diuina Philippica famæ, Volueris à prima quæ proxima. Hac omnes rhetoricæ partes commentur, quæ ad demonſtratiuũ genus pertinent. ſiquidem laudes & uituperationes ex his locis ſumuntur. eſtq; tripartita diſtributio, in animum, & corpus, & extra poſita. Corporis, ualetudo, dignitas, uires, uelocitas. Extraneæ res, honos, pecunia, genus, potentia, atque his contraria. Animi autem & laus honeſta, & uituperatio uehemens eſt. Nunc M. Tullius, utpote diuinus orator, oratoriè ac eloquenter uituperat Antonium, ab animi potiſsimum maculis & ſordibus: quæ uera uituperatio eſt.

Quid putem? contemptúmne me?) Quintilianus inquit: Verùm eloquentiæ ut indecora iactatio, ita nonnunquam concedenda fiducia eſt. Nam quis reprehẽdet hæc, Quid putem? contemptum ne me? non uideo, nec in uita, nec in gratia, nec in reb. geſtis, nec in hac mea mediocritate ingenij, quid deſpicere poſsit Antonius. Auguratus petitionem.) M. Tullius in Bruto refert ſe cooptatum ab Hortenſio oratore in collegium Augurum, & inauguratum ab eodem. Docet Plin. in epiſtolis, Augurum dignitatem fuiſſe perpetuam, neque Auguri dum uiueret adimi ſolitam. Collegium Augurum ex Auguribus numero nouem conſtabat: cautumq; erat, ut numerus eorum impar eſſet. Allegebantur non ſolùm de Patricijs, ſed & de plebe. Græci, ut autor eſt Dionyſius, [illegible] uocant. Plinius in 8. Naturalis hiſtoriæ, Auguria, inquit, periculis fecere. Apud Romanos ſacerdotum collegium uel maximè ſolenne eſt. Vnam tribum ferre.) Suffragium tribulium & ſuffragatorum unius tribus. At beneficio uſus ſum tuo.) In epiſtola ad M. Antonium ita ſcribit: Nam cum te ſemper amaui, primùm tuo ſtudio, pòſt etiam beneficio prouocatus: tum his temporibus Reſpub. te mihi ita commendauit, ut chariorem habeam neminem.

Vino luſtriſq; confectus.) Mala luſtra bono epitheto dixit Horatius, intelligi uolens nequitiæ, libidinis, gulæ diuerſoria. Luſtratus à Grammaticis luxurioſus exponitur, uidelicet à luſtris, de quibus Plautus: Id apud ſcortum corruptelæ & liberis luſtris ſtudet. Idem in Caſina: Vbi fuiſti? ubi luſtratus? ubi bibiſti? Idem in Pſeudolo: Ex conſpectu heri ſi ſui ſe abdiderunt, luxuriantur, luſtrantur, comedunt. Eſt enim luſtrari, luſtris operam dare.

Literas recitauit) Apuleius in Apologia reprehendit filium Pudentillæ, quòd literas maternas publicauerit, & in cœtu frequentiſsimo legerit: Contrà laudantur Athenienſes, qui ex captiuis epiſtolis Philippi Macedonis hoſtis ſui unam epiſtolam, cum ſingulæ publicè legerentur, recitari prohibuerunt, quæ erat ad uxorem Olympiadem conſcripta. hoſti potius pepercerunt, ne maritale ſecretum diuulgarent, præferendum rati fas commune propriæ ultioni. Iam inuideo magiſtro tuo.) Non Curionem intelligi uult, ut Commentatores hallucinantur: ſed Sextium Clodium, Latinæ ſimul Græcæq; eloquentiæ profeſſorem, malè oculatum, & dicacem, qui cum M. Antonium rhetoricen docuiſſet, ab eo mox Conſule ingens congiarium accepit: & ut pòſt paulò docebit, duo millia iugerûm Sexto Clodio rhetori aſsignauit Antonius, & quidem immunia, ut tanta mercede nihil ſapere doceret. De hoc Sexto Clodio ſcribit Tranquillus in lib. de Grammaticis & Rhetoribus. Si uerbo negarit.) Potentiſsimum eſt, ut inquit Quintilianus, & longè facillima tuendi ſe ratio, ſi quod obijcitur, negari poteſt. Quod enim uerbũ in iſtis literis.) Opinor ſignificari epiſtolam illam Ciceronis ad Antonium, cuius initium eſt: Quod mecum per literas agis, unam ob cauſam mallem coràm egiſſes. in calce huius epiſtolæ clauſula talis legitur: Ego quæ te uelle, quæq; ad te pertinere arbitrabor, ſemper ſine ulla dubitatione ſummo ſtudio faciam.

Non tractabo ut Conſulem.) Scitum eſt illud oratoris Domitij: Cur ego te, inquit, habeam ut principem, cum tu me non habeas ut Senatorem? Lucius quoq; Craſſus ſimiliter Philippo inquit: Ego te Conſulẽ putem, cum tu me non putes Senatorem? quæ uox, ut inquit Quintilianus, honeſtiſsimæ eſt libertatis. Quin etiam à M. Tullio in L. Piſonem non diſsimilis eſt deprompta illa ſententia: Ego Conſulem eſſe putem, qui Senatum in Republica

non putauit? & ſine eo conſilio Cõſulem numerẽ, ſine quo Romæ ne Reges quidem eſſe potuerũt? Quoniã id domi tuæ eſt, quod fuit illorũ utriq; fatale.) Fuluiam intelligi uult, quæ trigama fuit, hoc eſt treis habuit maritos, Clodium, Curionẽ, & M. Antoniũ: quæ cum duob. iam maritis fuiſſet fatalis atq; peſtifera, præſagit orator eandem conſimile infortuniũ & fatum Antonio allaturam: tanquam Clodius, Curio, & Antonius non magis ſuo, quàm uxoris infauſtæ fato perierint. Alibi ſic inquit: Etenim iſta tua minimè auara coniunx, quam ego ſine contumelia deſcribo, nimiũ debet diu populo Romano penſionem tertiam.

Meo beneficio patriam ſe uiſurũ.) In primo de Officijs ſic refert: Mihi quidem certè uir abundans bellicis laudibus Cn. Pompeius multis audientibus hoc tribuit, ut diceret fruſtra ſe tertium triumphum deportaturum fuiſſe, niſi meo in Remp. beneficio ubi triumpharet, eſſet habiturus. Vitam refert acceptã.) Epiſtola quadam ad Atticũ ſcribit hoc ad hãc ſententiam pertinens: Craſſus ſurrexit, ornatiſsimeq; de meo conſulatu locutus eſt, ut ita diceret, ſe quòd eſſet Senator, quòd ciuis, quòd liber, quòd uiueret, mihi acceptum referre. quoties coniugem, quoties domum, quoties patriã uideret, beneficiũ meum uidere. Lucius Cotta.) Is ſupplicationẽ decreuit Ciceroni patefacta coniuratione, & ſupplicio de coniuratis ſumpto, cui Senatus eſt aſſenſus. Nemini autem contigit unquam talis honor togato. non decerni ſupplicationes conſueuere iis qui extra urbem bellum gerunt. Qui honos habitus eſt togato ante me nemini.) Vbiq; librorum gloriatur M. Tullius ſibi in toga ſoli ſupplicationes fuiſſe decretas, qui maximus honor uictoribus bello ducibus datur. In inuectiuis contra Catilinam, conſimiliter inquit: Meo nomine ſupplicationem decreuiſtis: qui honos togato habitus ante me eſt nemini. Et paulò pòſt: Cæteris ſemper bene geſtæ, mihi uni conſeruatæ Reip. gratulationem decreuiſtis. In ſororis ſuæ.) Iulia ex Cæſaris familia, L. Cæſaris ſoror, Antonio M. Antonij oratoris filio nupſit: fœmina primaria, et nulli ætatis ſuæ pudicitia cedens. poſt mariti mortẽ nupſit iterum Publio Cornelio Lentulo, qui cum L. Catilina coniurauit, & ſupplicio Cicerone Conſule & uindice coniurationis eſt affectus: unde uehemens Antonij in Ciceronẽ odium, quippe qui dicere ſolebat, uitrici ſui corpus non prius ad ſepulturam conceſſum, quàm id mater ſupplex à Ciceronis uxore impetraſſet. ſed falsò hoc prædicabat. nam nemo ſupplicio affectorum ob eam coniurationem ſepultura eſt prohibitus. Alienus.) non affinis, aut propinquus. Sororis.) Lucij Cæſaris. In ſororis ſuæ uirũ.) Lentulum intelligit: qui unus fuit ex popularibus Catilinianæ coniurationis. Vitrici.) Lentulum ſignificat.

Dat natalia.) Lego natalitia. ſic enim appellãt conuiuia luxurioſa ad celebrandum natalem diem peculiariter ſtructa. Phormioni, Gnatoni.) Nomina ſunt paraſitorum notiſsimorum ex Terentiana lectione. Ballioni.) nomẽ eſt Plautini lenonis ex Pſeudulo, qui Buſtirapus, Sociofraudus, Legirupa periuriſsimus, conuicio lenonio appellatur. In oratione pro Roſcio Comœdo: Nam Ballionem illum improbiſsimum et periuriſsimum lenonem cum agit, agit Chæream. perſona illa lutulenta, impura, inuiſa, in huius moribus natura uitaq; eſt expreſſa. Item in oratione pro Cæcina: Sextus Clodius cui nomen eſt Phormio, nec minus confidens quàm ille Terentianus Phormio. Cliuũ Capitolinum.) De cliuo Capitolino mentio eſt apud Liuium ſic ſcribentem: Hunc ducem ſecuti, nequicquã reclamantibus Tribunis, in cliuum Capitolinũ erigunt aciem. Meminerunt & Iuriſconſulti Titulo ad legem Aquiliam his uerbis: In Cliuo Capitolino duo plauſtra onuſta mulæ ducebant. Meminit & M. Tullius plurib. in locis. Sua manu, uoce penè literarum coacti.) In Catilinam ſcribens ſic ait: De coniuratis introductus eſt Statilius. cognouit manum & ſignum ſuum: recitatæ ſunt tabellæ. & pòſt paulò: Atque ibi uehementiſsimè perturbatus Lẽtulus, tamen ſignum & manum cognouit. Ad ſepulturam uitrici.) Ferunt uehemens illud Antonij odium in Ciceronem, hinc initium traxiſſe, quod ſcilicet conqueri ſolebat Antonius cadauer Lentuli uitrici ſui non prius ad ſepulturam datum, quàm id mater ſupplex impetraſſet à Ciceronis uxore: ſed hac quidem in re ſanè mentiebatur Antonius: ſiquidem nullus ex Catilinarijs coniuratis, qui tunc ſupplicio fuerunt affecti, ſepultura prohibitus eſt. Niſi acceſsiſſet etiã diſciplina.) Rhetorici doctores inter attributa perſonæ enumerant educationem & diſciplinam, ex quo argumenta ducuntur. In quo conſiderare oportet, apud quos, & quo more, & cuius arbitratu ſit educatus: quos habuerit magiſtros, quibus amicis utatur. In laudem Druſi cecinit Horat. Auguſti paternos in pueros animus Nerones, Doctrina ſed uim promouet inſitam. Animaduerſio.) Punitionem intelligit & pœnam qua affecti ſunt coniurati ex Senatuſconſulto. Cedant arma togæ.) Hic eſt uerſiculus ille notiſsimus, Ciceroni frequẽter obiectus. Nanque & Piſo dicere ſolebat: M. Tulli, non illa tibi inuidia nocuit, ſed uerſus tui. nimis magna pœna te conſule cõſtituta eſt. ſcripſiſti enim uerſum, Cedant arma togæ. Quem uerſum ita Piſo interpretabatur, tanquam diceret Cicero, ſibi togato ſummum Imperatorem Pompeium eſſe ceſſurum. Et ita uolebat Pompeium iſto uerſu factum eſſe inimicum Ciceroni. Verùm Cicero ita uerſiculum ſuum enarrat, ut dicat ſe more poëtarum loquutum, ſignificare uoluiſſe bellum ac tumultum paci atq; ocio conceſſurum: cum pacis inſigne ſit & ocij, toga: è contrario autem arma, tumultus atque belli. Hincq; oppilatis impetũ tuum compreſsiſſet.) Huius hiſtoriæ meminit in oratione pro Milone, cuius uerba ſubſcripſi, quæ ſunt hæc: Nuper cum M. Antonius ſummam ſpem ſalutis bonis omnibus attuliſſet, grauiſsimamq; adoleſcens nobiliſsimus Reipublicæ partem fortiſsimè ſuſcepiſſet, atque illam belluam iudicij laqueos declinantem iam irretitam teneret, qui locus, quod tẽpus illud dij immortales fuit, cum ſe ille fugiens in ſcalarum tenebris abdidiſſet? hactenus Cicero. Oppilatas autem tabernæ ſcalas expone obſeptas occluſaſq;, & obturatione quaſi quadam tenebricoſas. quod uerbum à pila inflexum eſt. In frequenti uſu recentiorum medicorum eſt, oppilationem atque oppilatos homines dicere, quorum meatus occluſi ſunt, & quaſi obſtipati. Sed cum uerba hoc genus uulgaria ſint, nulloq; eruditorum conſenſu fulciantur, fugienda cenſeo, ne ex conſuetudine uitioſi ſermonis, uitioſe loqui & barbarè conſueſcamus. Quid attinebat noua lege quæri.) In oratione pro Milone: Hanc uerò quæſtionem, etſi non eſt iniqua, nunquam tamen Senatus conſtituendam putauit. Erant enim leges, erant quæſtiones, uel de cæde, uel de ui: nec tantum mœrorem ac luctum Senatui mors Publij Clodij afferebat, ut noua quæſtio conſtitueretur.

Ne quinquennij imperiũ Cæſari prorogaretur) Cæſar

Galliam utranque Illyrico adiecto lege Vatinia obtinuit in quinquennium: deinde effecit Craſſo Pompeioq́; adminiculatoribus, ut in alterum quoq; quinquennium ſibi imperium prorogaretur. quam legem cum impediret Cato, à Trebonio tribuno plebis ipſius legis auctore in uincula ductus eſt. Nec abſentis ratio haberetur.) *Conſternata Publij Clodij cæde Republica, cũ Senatus unũ Conſulem nominatimq́; Cn. Pompeiũ fieri cenſuiſſet, egit Cæſar cum Tribunis plebis ut id ad populum ferrent, ut abſenti ſibi petitio ſecundi conſulatus daretur: itaq; lex lata eſt, ut ratio abſentis Cæſaris in petitione Conſulatus haberetur, inuito & contradicente M. Catone: ipſo quoque M. Tullio reclamante: qui in epiſtolis ad Atticum ſic taxat Pompeium: Ille prouinciæ propagator, ille abſentis Cæſaris in omnibus adiutor. Idem etiam in tertio Cõſulatu poſtquam eſſe defenſor Reipublicæ cœpit, contendit ut decem Tribuni plebis ferrent, ut abſentis ratio haberetur.*

Ad Cæſarem detuliſſet.) *In hanc ſentẽtiam ſic ſcribit ad Atticum: Omitto illa uetera, quòd Cæſarem in Rempublicam ille aluit, auxit, armauit. ille Galliæ ulterioris adiunctor, ille gener.* Societatem coiſſes.) *Signatè dixit: nam coire ſocietatem propriè dicimus copulare, coniũgere, contrahere. ſic & iuriſconſulti, qui puriſſimè elegantiſſimeq́; ſcripſerunt, locuti ſunt, à quibus ſic ſcriptum eſt: Societas coiri poteſt uel in perpetuum, uel ad tempus. Item ſocietatem coire & re & uerbis & per nuncium poſſe nos, dubium non eſt. Item duo ſocietatem coierũt ut Grammaticam docerent.* Alter etiam Halæ.) *Ex duobus Brutis qui tyrannoctoni fuerunt, id eſt Cæſaris tyranni interfectores, alter M. Brutus paterno genere ab illo Iunio Bruto ducebat originem, qui Tarquiniorum Regum exactor extiterat: materna uerò ſtirpe oriundus erat ab Hala Seruilio, qui Spurium Melium largitione frumentaria regnũ affectantem, in medio foro Romano obtruncauit. quem Cincinatus Dictator in propatulo ita laudauit, Macte uirtute Seruili eſto liberata Republica. Itaq; M. Brutus imaginem Bruti ob ſtirpem paternam, imaginem Seruilij Halæ ob originem maternam colebat.* An Caio Trebonio perſuaſi.) *Hic M. Antoniũ Conſulem iuxta fores curiæ remoratus eſt, inducto ex induſtria lõgiore colloquio, donec Cæſar in curia à coniuratis interficeretur.* Tullius Cimber.) *Hic eſt ille Cimber, quem uinolẽtum fuiſſe et ebrioſum indicat Seneca in epiſtolis ad Lucilium. huic tamen de Cæſaris Dictatoris cæde tam credita res eſt, quàm Caſſio, qui tota uita aquam bibit. Tullius Cimber in hãc rem ita locutus eſt: Ego, inquit, quempiam feram, qui uinum ferre non poſſum?* Patriæ parentem occidere.) *Cæſar inter cæteros honores & titulos cognomen quoq; patris patriæ accepit: quod populus comprobauit, qui columnam Cæſari in foro dedicatam inſcripſit parenti patriæ. Occidere autem parentem patriæ haud dubiè atrocius eſt quàm ſuum. Hinc quidam ſcriptores parricidiũ appellant Cæſaris necem, & interfectores Cæſaris parricidas, quos M. Tul. Tyrannoctonos uocabulo pulcherrimo nominauit.* Placuit, ut inquit Tranquillus, Idus Martias parricidium nominari, tanquam parens patriæ Cæſar illo die fuiſſet occiſus. Cur Legatorũ numerus additus.) *Maiores noſtri imperatoribus dederunt decẽ Legatos ex Conſularibus, quod conſilium foret diſpenſandæ cohoneſtandæq́; uictoriæ: quibus legiones & auxilia uniuerſa obtemperabant. autores Liuius et Vegetius. De his Legatis nũc intellige.* Celatum me ab ipſis.) *Coniurationis in Cæſarem expers fuit M. Tullius, quanquam amiciſſimus coniuratorum: qui, ut hiſtorici prodiderunt, pertimuerunt hominis naturam perinde ac meticuloſi, & ætatem ſeneſcentem, in qua robuſtiſſimis etiam uiris ſolent animi intepeſcere. Fuit autem Cicero micropſychos, & nihil minus quàm ad bella natus.* Tanquam in equum Troianum.) *Ex lectione poëtica ſat notum, proceres principesq́; Græcorum incluſos fuiſſe in equum Troianum: de quo compoſitæ apud priſcos fabulæ ſunt eodem titulo. Plinius autumat equum Troianum fuiſſe machinã muralem, qui nunc aries appellatur: cuius fabricator fuerit Epeus. M. Varro indicat Epeum hunc qui dicitur ad Troiam feciſſe equum Troianum, fuiſſe coquum, & Argiuis cibũ curaſſe: ideoq́; à Plauto fumificum coquinatorio epitheto nominatum.*

Non ſolum Regem, ſed etiam regnũ.) *Significat ſe cum Cæſare Antoniũ quoq; fuiſſe interfecturum, ut unà cum rege regnum quoq; tolleretur. In epiſtolis ad Atticum: Sublato, inquit, tyranno, tyrannida manere uideo. Item epiſtola quadam ad C. Caſſium Cæſaris dictatoris uiolatorem: Vellem, inquit, Idibus Martijs me ad cœnam inuitaſſes: profectò reliquiarum nihil fuiſſet: nunc me reliquiæ ueſtræ exercent. His planè uerbis ſymbolicôs & cum ſeria quadam mordacitate ſignificat, ſe, ſi coniurationis particeps fuiſſet, Cæſarem cum Antonio fuiſſe ſublaturum.* Hoc conſilium cepiſſe.) *Cõiurati in unũ congregati cum multa diſpoſuiſſent, illud inter ſe agitauere, an ad eã rem perficiendam M. Antonius eſſet inuitandus. Quod cum nonnullis placeret, contradixit Trebonius, oſtendens mentem Antonij ſe antehac tentauiſſe, cum Cæſar ex Hiſpania reuerteretur: Antonium uerò recuſaſſe, nec tamen id unquam Cæſari indicaſſe, ſed tacuiſſe fideliter. His Trebonij uerbis commoniti, iterum conſultauere an unà cum Cæſare Antonium trucidarent. ſed & hoc prohibuit Brutus, cẽſens eam rem, quam pro legibus ac libertate ſuſciperent, carere omni iniuria oportere.* Illud Caſſianũ, cui bono fuerit.) *Lucius Caſſius fuit ſummæ uir ſeueritatis, qui quoties quæſitor iudicij alicuius eſſet, in quo quæreretur de homine occiſo, ſuadebat atque etiam præibat iudicibus (hoc quod nunc Cicero admonet) ut quæreretur cui bono fuiſſet perire eum de cuius morte quærebatur.* Ad quem è domo Cæſaris delata.) *Ad M. Antonium, utpote Cæſarianum Conſulem, Cæſaris amici ſe contulerunt: ad quem & Calpurnia uxor pecuniam à Cæſare relictã detulit, & penes eum depoſuit. erant autem quatuor millia talenta. Accepit & Cæſaris commentaria, in quibus decreta iudicataq́; erant perſcripta. Hinc Antonius quodcũq; ipſius animo collibuiſſet faciebat: alijs magiſtratus dabat, alijs immunitates. multi Senatores facti, pleriq; ab exilio reducti. & hæc omnia faciebat quaſi à Cæſare antea decreta. Quamobrem iocantes Romani, eos omnes Charonitas ſiue Necronitas appellabant: quia ſi quid illis obiectum erat, continuò ad mortui Cæſaris chirographa cõfugiebant.* An ille quenquam plus dilexit.) *In oratione ad Pontifices pro domo ſua: Quod par amicitiæ fuit unquam in hac ciuitate coniunctius, quàm fuimus inter nos ego & Cn. Pompeius? Præterea tantopere M. Tullium dilexit Pompeius, ut inuidi illum in ſermonibus Cn. Ciceronem appellarent.* De ſumma re diſſentientes.) *In oratione de prouincijs conſularibus conſimiliter dictum eſt: Poſteaquam ſum penitus in Rempublicam ingreſſus: ita diſ-*

ſenſi

ſenſi ab illo, ut in illa diſiunctione ſententiæ, coniuncti tamen amicitia maneremus. Te ſectorem eſſe ſateare.) Vbique M. Antonium Pompeij ſectorem uiſcelanter appellat In hac oratione pòſt paulò ſcribit, Cum ſector ſis iſto loco natus. Deinde ait, O Pompeij ſector. Atq; inibi ex interuallo: Tum erat æquiſſimum, contra Cn. Pompeij pugnare ſectorem. Sectores autem ſunt, ut docet Aſconius in interpretatione Verrinarum, qui bona condemnatorum in auctionibus emebant, & poſtea pro compendio ſuo uenditabant: dicti ſectores ex eo, quòd ſpem lucri ſui ſequuntur. In libro Annotationum copioſe diligenterq; perſcripſi de ſectoribus & de ſectione, ubi enarrauimus illud Cæſaris ex Commentarijs, Sectionem eius oppidi uniuerſam Cæſar uendidit. Corn. Tacitus: Vbique haſta & ſector, & inquieta urbs auctionibus. A Lucano quoque ſcitè dictus eſt populus Romanus ſector ſui fauoris, quia ſcilicet fauorem ſuum uendebat canditatis, ſpem lucri ſecutus. Nunc à Cicerone M. Antonius ſector Pompeij dolenter & indignanter appellatur, quoniam in ſubhaſtatione bona Pompeij redemerat, cum nemo alius tam impius inueniretur qui ad illud ſcelus ſectionis auderet accedere. Ne iocis quidem reſpondebo.) Facetum & mordacem in Pompeium fuiſſe Ciceronem legimus: qui epiſtola quadam ad Atticum ſic ſcribit: Ego uerò quē fugiam, habeo: quem ſequar, non habeo. Idem cum ad Pompeiū ueniſſet, dicentibus ſerò eum ueniſſe, reſpondit, Minime ſerò ueni. nam hic nihil parati uideo. Interroganti Pōpeio ubi gener eius eſſet Dolabella, reſpondit, Cum ſocero tuo. Apud Græcos ſcriptores comperio hac quoque mordacitate Pompeium à Cicerone in caſtris fuiſſe perſtrictū, cum poſt pugnam Pharſalicam Nonius quidam dixiſſet adhuc aquilas ſeptem, quæ ſunt Romanorum ſigna, ſupereſſe, & ob id ut bono animo eſſent, hortaretur. καλῶς, ἂν ἔφη παρῄνεις, εἰ κολοιοῖς ἐπολεμοῦμεν. Rectè, inquit, admoneres, ſi aduerſus graculos pugnaremus. Acceptum hæreditatibus retuli.) Honeſtiſſima locutio eſt, expenſum ferre, & acceptum referre, apud Iuriſconſultos, oratores, & ſcholam omniū eruditorū. Expenſa ferimus, quæ alijs damus: accepta referimus, quæ ab alijs accipimus. hinc priſci codicem accepti & expenſi uocant, in quo accepta & expenſa perſcribuntur M. Tul. in oratione pro Roſcio Comœdo: Quomodo ſeſtertia ter cētū quinquaginta tria in codice accepti & expenſi nō ſunt? Item: Vtrum cætera nomina in codice accepti & expenſi digeſta habes, an nō? Ex hac negociatoria conſuetudine ductum eſt decentiſſimè illud Plinianum de fortuna: Huic omnia expenſa, huic omnia feruntur accepta: & in tota ratione mortaliū ſola utranq; paginam facit. Referre acceptum hæreditatibus, eſt profiteri & ſcribere ſe ex hæreditatibus accepiſſe ducenties ſeſtertiū. Albus atérue fueris, ignorans.) Prouerbialis elocutio eſt de eo qui qualis ſit, non magnopēdimus. Catullus in Cæſarem prouerbium hoc uſurpat, cum ait: Nec ſcire utrū ſis albus, an ater homo. hanc Catullianam mordacitatem ſignat Quintilianus, cum ſic ſcribit: Negat ſe magni facere aliquis poëtarū, utrum Cæſar ater ſit, an albus homo. Inanis.) Apud Apuleiū in Apologia: Etiam libenter te nuper uſq; albus an ater eſſes, ignoraui: adhuc hercle non ſatis noui. Conſimiliter apud diuum Hieronymum libro contra Heluidium prouerbiale hoc dicēdi genus decēter uſurpatum legimus, ita ſcribentē: Quare balbutis & erubeſcis? albus, ut aiūt, atérue ſis, neſcio. Porphyrio cōmentator Horatianus, apud Horatiū canentē, Vultu mutabilis, albus & ater: interpretatur album bonū & liberalem ſignificari: atrum uerò malum et ſordidū. Præterijt.) in teſtamento omiſit. Præteriti dicuntur, qui in teſtamentis minimè nominantur. dictio frequens apud Iuriſconſultos. Præteritos quoq; uocamus eos, qui in petitione magiſtratus repulſam patiuntur. Præteriti ſenatores dicuntur, qui in electione Senatus prætereūtur, & loco mouentur: qui quondam in opprobrio non erant: poſtea factū eſt ut ignominioſi haberentur. In aliena uilla declamaſti.) Villam Metelli Scipionis ſignificat, in qua complures dies commentatus eſt Antonius, ut ad reſpondendum paratior eſſet. uerùm ut idem ait epiſtola quadā ad Caſſium, Quæ in luſtris & in uino cōmetatio potuit eſſe? itaq; omnibus uiſus eſt uomere, non dicere. Item in quinta Philippica: In Tiburtino Scipionis declamitauit, ſitim quærens. hæc enim ei cauſa ſolet eſſe declamandi. Lege Roſcia.) Hanc legem theatralē uocant: de qua Horatius, Roſcia dic ſodes melior lex, an puerorū Nænia? Hac lege cauebatur, ut proximis ab Orcheſtra quatuordecim gradibus ſpectarent ij quibus cenſus foret quadringentorum ſeſtertiorum. Decoctoribus.) Decoquere dicuntur mercatores & debitores, qui diminuto patrimonio fluxa fide creditores fallunt circunſcribuntq;. Annotat Plinius Craſſum, qui primus diues cognominatus ſit, decoxiſſe creditoribus ſuis. Res decoxit, dicitur Columellæ pro diminuta eſt, & deterior facta. Inde itum Alexandriā contra religionem.) Deſignat illud tempus quo Ptolemæus Aegypti rex ab Alexādrinis eiectus, Romam uenit: quem Pompeius ſuſcepit, Senatuiq; commēdauit, ac de reductione eius in regnum diu uarieq; actitatū. Rex ipſe per Pompeium reduci cupiebat: tandē à Gabinio reductus eſt contra auctoritatē Senatus, contraq; religionem librorum Sibyllinorū, de qua intelligi uult M. Tullius in epiſtolis ad Lentulum his uerbis: Senatus religionis calumnia, non religione, ſed maleuolentia, & illius regiæ largitionis inuidia comprobat. In epiſtolis quoque ad Quintum fratrem ſic refert: De rege Alexandrino factum eſt Senatuſconſultum: cum multitudine eum reduci, periculoſum reip. uideri. Tradunt hiſtorici, Antonium magnarum rerum cupidum, & Ptolemæi gratia permotum, perſuaſiſſe Gabinio, ut eam prouinciam ſuſciperet, regemq; Alexandrinum in regnum reduceret. qua in expeditione complura et fortitudinis et induſtriæ militaris facinora nauauit Antonius. fuit et magna illius apud Aegyptios fama & exiſtimatio. Suam quiſq; domum.) Hoc dictum accipe propter Pompeium, cuius domum poſt Pompeianam factionem profligatam poſſedit Antonius. Fuit autem Pompeianorum domus in Carinis, quam olim inhabitauit Tiberius: mox ex ea in hortos Mecœnatianos tranſmigrauit.

Tanquam Siſaponem tenebas.) Ciuitas eſt in Hiſpania, ubi olim celeberrimum fuit minium. Hinc Plinius Siſaponenſia miniaria magnificat. Id unum perditis refugiū.) Suetonius in hanc ſentētiam ſcribit: Tum reorum, aut obæratorum, aut prodigæ iuuentutis ſubſidium unicum ac promptiſſimū erat Cæſar: niſi quos grauior criminum uel inopiæ luxuriæue uis urgeret, q̄ ut ſubueniri poſſet à ſe. his planè palàm bello ciuili opus eſſe dicebat. Vitrici tui.) Lētulū ſignificat Catilinæ cōiurationis popularē. In te id decreuit Senatus.) Senatus M. Antoniū & Curionem atque Quintū Caſſiū Tribunos plebis patrocinium abſentis Cæ

ſignat Epigrammatiſta illo uerſu, Quòd uomis Antoni, quòd luxuriaris Apici. Plinius quoque taxans ebrietatē ſcribit hæc digna memoratu: M. Antonius auidiſsimè apprehenderat hanc palmam, edito etiam uolumine de ſua ebrietate, quo patrocinari ſibi auſus, approbauit planè, ut equidem arbitror, quanta per temulentiam mala terrarū orbi intuliſſet. exiguo tempore ante prælium Actiacum illud uolumē euomuit. quo facile intelligebatur ebrius iam ſanguine ciuium, & tanto magis eum ſitiens. Haſta poſita.) Subhaſtationem auctionemq́; bonorum Pompeij à Cæſare factam eſſe dolenter oſtendit. De haſta quam poſuit Sylla, uendens bona ciuium Marianorum, de haſta Cæſaris, pluribus in locis fit mentio, & eſt à nobis in commentarijs frequenter annotatum. Sector ſis.) id eſt emptor bonorū Pompeianorū. de ſectore paulò antè dictum eſt. Plutarchus in hanc ſententiam: Bona Cn. Pompeij ſub haſta uēdita mercatus eſt Antonius: ſed exigi à ſe precium moleſtè ferebat. aitq́; ſe ipſe hanc ob cauſam in bello Africo non fuiſſe, quòd parum ſibi uideretur in ijs quæ prius geſſerat, gratiæ conſecutus. Heluo.) uorator & gurges. Heluonem ueteres dixere bona ſua immoderatè conſumentem: & beluari, patrimonium comeſſe, & gulæ indulgere. M. Tullius Catonem librorum heluonē decenter appellat. In oratione pro Seſtio: Vtrum ego tibi patrimonium eripui Gelli, an tu comediſti, quod tu meo periculo gurges ac uorago patrimonij beluabare? Aul. Gell. Plerique in patrimonijs amplis beluarentur. Perſona de de mimo.) Perſonæ hiſtrionicæ mutabiles ſunt & uariæ. modò enim hiſtrio agit opulentum & regem, modò egenum & humilem. Talem fuiſſe Antonium ſignificat, qui repentè ex diuite factus ſit egens ob beluationes popinationesq́;, & luxuriam exuperantiſsimam. Apud priſcos uecticularia uita eorum dicebatur, qui repentè largiter haberent, repentè nihil. Apud poëtam neſcio quem.) Næuium ſignificat, quod Feſtus Pompeius euidenter oſtendit ſic ſcribens, Partus ponitur pro parato. Næuius, Malè parta, malè dilabuntur. Conſimilis eſt illa Plautina ſententia: Malè partum, malè diſperit. Metellus inter decem res quas optimas habuit, gloriatus eſt ſe pecuniā magnam bono modo partam habuiſſe. Plato in Gorgia cantilenam conuiualem celebrat, in qua cantabatur optimum eſſe bene ualere: ſecundo, loco formoſum eſſe: tertio, habere diuitias bene partas: tanquam optanda non ſint, nec pro diuitijs habēda, quæ malè parta ſunt. At nunc uidere eſt inſitam eſſe mortalibus inexhauſtam atque inexplebilem habendi cupiditatem: qui non curant, minimeq́; in hoc ſoliciti ſunt, ut honeſtè rem faciant, ut bene parta poſsideant: ſed per rapinas, per furta, per uſuras rem conduplicare & in infinitum augere contendunt. Dies noctesq́; huic diuitiarum cumulandarū ſtudio ſitienter impendunt, quibus maior eſt marſupij cura quàm uitæ, quibus nihil eſt ſatis. Scilicet improbæ creſcunt diuitiæ: tamen curtæ neſcio quid ſemper abeſt rei. Verùm multiplicent patrimonia, horrea habeant gazis refertiſsima, aurum calcent & argentum: tamen non tam diuitias habent, quàm à diuitijs habentur. Sic diuitias habent, quomodo habere dicimur febrem, cum illa nos habeat. Charybdis tam uorax.) Cū tranſlatis uerbis magis delectentur ueteres quàm proprijs, ſyrtim patrimonij dicebant & charybdim bonorum eos qui bona uorauerant, & patrimonium prodegerant. Quintilianus in octauo: Creſcit interdū, inquit, hyperbole alia inſuper addita. ut Cicero in Antoniū: Quæ charybdis tam uorax? utiturq́; hoc toto Ciceronis exemplo ad hyperbolen explicandam. Tricarius declamator in ſuaſoria qua deliberat Cicero an Antoniū deprecetur, hoc totum eleganter uſurpat, cum ſic ait: Quæ charybdis eſt tam uorax? charybdim dixi? quæ ſi fuit, animal unum fuit: uix medius fidius oceanus tot res tamq́; diuerſas uno tempore abſorbere potuiſſet. huic tu ſæuienti putas Ciceronē poſſe ſubduci? Conchyliatis C. Pompeij periſtromatis.) Quintilianus: Quid M. Tullius de Antonij luxuria tantum fingere ſaltē potuiſſet, quantū oſtendit dicēdo, Cōchyliatis Cn. Pompeij periſtromatis ſeruorū in cellis ſtratos lectos uideres? Conchyliata periſtromata, & Cn. Pōpeij, et in cellis ſeruorū, nihil dici poteſt ultrà: & neceſſe eſt tamē infinito plus in domino cogitare. Sunt aūt periſtromata aulæa et ſtragula ueſtimenta, quæ et peripetaſmata nominantur. Conchyliata accipe purpurea, & purpurarū infectu precioſo colorata. De conchylijs apud Pliniū in nono. De conchyliata ueſte apud Suetonium in primo cōmentario. De periſtromatis ſiue periſtromatibus ubiq; librorū meorum crebra eſt mentio. Eſt aūt periſtromatis hoc in loco ſeptimus caſus, ut poēmatis, epigrāmatis, pro epigrammatibus & poematib. frequenter utuntur. ſexcenta præſtò ſunt exempla, & ratio grāmaticæ. huiuſmodi nomina uidentur apud priſcos ſecundi ordinis fuiſſe, ut hoc periſtromatum, hoc emblematū: quod & Priſcianus Martianusq́; notificant. Tanta nequitia.) Nequitiam hoc in loco intelligit luxum uitæ prodigum, effuſamq́; prodigalitatem, quā Græci ἀσωτίαν uocant. Conſimiliter dixit Claudius in primo Annaliū, Luxuria et nequitia pecuniā magnam conſumpſerat. & omnia mala, ut dicere ſolebat P. Africanus, probra & flagitia quæ homines faciunt, in duabus rebus ſunt, malitia, atq; nequitia. Roſtra ſpolia cum aſpexiſti.) Signa pro ueſtibulo Pompeianæ domus affixa fuerunt ſpolia hoſtilia, & nauium roſtra, quæ ex bellis piraticis Pompeius reportauerat. Hæc hoſtium ſpolia affixa in forib. & circa limina, ut inquit elegāter Plinius, erant animorū ingentiū imagines: quæ nec emptori refringere liceret: quæ etiā dominis mutatis domus ornamēta erant: eratq; hæc ſtimulatio ſumma et ingens, exprobrantib. tectis quotidie imbellē dominū intrare in alienū triumphū.

Pro triclinijs popinæ ſunt.) Popina eſt locus in quo eſculentiora cibaria concinnantur, & ſcitè concinnata uenduntur: diuerſoriumq́; eſt nequitiæ & gulæ. Inde popinones dicti ganeones & guloſi: quorū Deus popina eſt. hinc & popinatio nuncupatur beluatio & uoratrina, quam græco uocabulo ἀσωτίαν appellant. Horatius, Fornix tibi & uncta popina Incutiunt urbis deſideriū. Frugi factus eſt) temperatus, abſtinens, moderatus. De frugalitate copioſè ſcripſi in commentarijs Tuſculanarum. Frugalitati aduerſatrix eſt luxuria, id eſt prodigentia. Quintilianus: Eſt argumentorum locus ex contrarijs, ſi frugalitas bonum, luxuria malum. Suas res ſibi habere iuſsit.) Intelligi uult inter Antonium & Mimam Cytheridem factum eſſe diuortium. namq; in repudijs, id eſt in renunciationibus comprobata ſunt hæc uerba: Res tuas tibi habeto. Item, res tuas tibi agito. hinc ait matrona Plautina à marito diuortens: Valeas, tibi habeas res tuas, reddas meas. Si dignitas in nomine.) Ex nomine proprio interdum argumenta ducuntur. ſic apud Euripidem nomen Polynicis ut argumentum morum frater inceſsit. ſic

Cicero in Verris nomen iocatus dicit ius Verriuũ nequã, & quòd Siculorum bona conuerreret. Cæſar fortaſſe ſeruaſſet.) Clementiam Cæſar in uictoria belli ciuilis admirabilẽ exhibuit. In acie Pharſalica proclamauit, ut ciuibus parceretur: deincepsq́ue cuilibet ſuorũ unũ quẽ uellet partis aduerſæ ſeruare cõceßit: nec ulli ferè periſſe niſi in prælio reperiuntur. laudatur uox Cæſaris illa plena clementiæ, Neminẽ niſi armatum occidi. Appellatus es de pecunia.) Verbum eſt proprium creditorum, qui debitores de pecunia ſignificanter appellant. Quintilianus: Pauper eras, & maximè à creditoribus appellabaris. Item, non debui tibi pecuniam: nunquam me appellaſti. Fœnerator Alphius dicere ſolebat, ut inquit Columella, bona nomina fieri mala, ſi nunquam appelles. Pro ſectione.) Emptionem Pompeij bonorum ſignificat. De ſectione & ſectoribus ſuprà abundè dictum eſt. A me Cæſar.) Sermocinatio eſt oratoria, quæ fit cum alicui perſonæ ſermo tribuitur, & is exponitur cum ratione dignitatis. Conformatio uerò eſt, cum res muta fit loquens, & ei oratio attribuitur ad dignitatem accommodata: ſicuti Cicero Rempublicam facit loquentem. græco uocabulo proſopopœiã uocant. Leges rogaui.) Tribunus Antonius dum morem gerit Cæſari, multas leges pernicioſas tulit. Legis autẽ caput ipſum & origo, & quaſi fons rogatio eſt, cum ſcilicet magiſtratus rogat populum, Velitis iubeatisne Quirites hoc & illud fieri? Niſi autem populus aut plebs rogetur, nullum plebis aut populi iuſſum fieri poteſt. hinc leges appellauerunt rogationes. Nullis nec caligis, nec lacerna.) Vt exiſtimem legendum eſſe gallicis, facit Aulus Gellius, qui gallicas docet eſſe ſoleas & calciamenta effœminatorum, quib. calciatos uiros ingredi nequaquam decorum ſit. ſic & paulò infrà legendũ eſt, Cũ gallicis & lacerna cucurriſti. hoc enim eſt illud turpe crimen quod apud Gelliũ Caſtritius rhetor à M. Tullio obiectatũ eſſe M. Antonio ſeuerè diſſerit. Autumat Aulus Gellius uerbum id eſſe nouum, nec diu ante ætatem M. Ciceronis uſurpari cœptum. Videntur Gallicæ tam fuiſſe uiris indecoræ, quàm Sicyonij calcei, de quibus dixit ad Lyſiam Socrates: Si mihi, inquit, calceos Sicyonios attuliſſes, non uterer, quãuis eſſent habiles & apti ad pedem, quia non eſſent uiriles. Lucilius Sicyonia id calciamenti genus neutraliter protulit illo uerſu, Et pedibus læua Sicyonia demit honeſta. At uidete hominis leuitatẽ.) Aulus Gellius citat hoc Ciceronis teſtimonium, docens leues à ueteribus dictos eſſe uiles, et nullo honore dignos: & leuitatẽ, quaſi uilitatem, tãquam hoc uocabulo iſta in Antonio dedecora notentur, quòd in caupona deliteſceret, quòd ad ueſperam perpotaret, quòd ore inuoluto iter faceret, ne cognoſceretur. Inde Caßia ad urbẽ aduectus.) In libro annotationũ copioſe, nec minus diligẽter annotauimus, legẽdum eſſe hoc in loco non Caßia, ſed ciſio. Eſt aũt ciſium uehiculi genus, quo M. Antonium celeriter ad urbẽ aduectũ eſſe intelligi uult. Ciſij meminit Auſonius illo uerſiculo, Vel ciſio triiugi ſi placet inſilias. Idẽ M. Tullius in oratione pro Roſcio Amerino: Decem, inquit, horis nocturnis, ſex & quinquaginta millia paſſuum ciſijs peruolauit. A ciſio ciſiarius dictus ipſe rhedarius, hoc eſt ipſius ciſij auriga et moderator. Iuriſconſultus in titulo locati, Ciſiarius dum cæteros tranſire contendit, ciſium euertit, et ſeruum quaſſauit uel occidit, puto ex locato eſſe in eũ actionem. Non me fallit Caßiã uiã eſſe Italiæ celebriorẽ, quæ diſcriminat Hetruriam, à Caßio qui eum ſtrauit, nominatam, & commentatores ſimpliciter exponere tanquam per uiam Caßiam ſignificet Marcum Antonium domum reueniſſe: ſed uerior, purior, eruditior lectio eſt quam tradimus, & autorum teſtimonio comprobata. O hominem nequam.) Veteres hominem nequam dixerunt nihili, neque rei, neque frugis bonæ, quod genus Græci ferè ἄσωτον ἢ ἀνάλωτον, ἢ ἄχρειον, ἢ κακότροπον appellant. Hoc nomine probra ludibrioſa & turpia quæ ingeruntur in Antonium, continentur. Catamitum.) Catamitum pro Ganymede dixerunt, qui fuit Iouis concubinus. Inde pueri meritorij & maſcula ſcorta catamiti nominantur. Prædes.) Vades, in re capitali ſponſores appellantur: qui in re numaria dati, prædes dicuntur. Auſonius: Quis cum lis fuerit numaria, quis dabitur? præs. Pedianus prædes fideiuſſores interpretatur, ſic ſcribens: Prædia ſunt res ipſæ: prædes homines, id eſt fideiuſſores: quorum res, bona prædia non uno nomine dicuntur. Conſul.) Cæſar quartùm creatus Conſul, Antonium ſibi adſciuit collegam. conſtituerat autem ſe magiſtratu abdicare, & in ſuum locum Dolabellam ſubſtituere: qua de re etiam ad Senatum uerba fecerat. ſed indignatus Antonius, inimicum ſibi in Cõſulatu collegam adiungi, uehementer eſt inuectus in Dolabellam. itaq; infecta re Senatus dimiſſus eſt. deinde cum Cæſar in ſententia perſeueraret, & Conſulem renunciari iußiſſet, obiecit auguria Antonius, effecitq́ue ut Cæſar tunc ab incepto deſiſteret. Erat ſanè in Dolabella non minus nequitiæ atque improbitatis, quàm in ipſo Antonio: feruntq́ue aliquando cum quis Antonium Dolabellamq́ue apud Cæſarem accuſaret, diceretq́ue illos tanquam inſidiatores & rerum nouarum molitores eſſe cauendos: reſpondiſſe Cæſarem, ſe non uereri eiuſmodi nitidos & comatos homines, ſed graciles illos & pallentes, Caßium ſcilicet & Brutum deſignantem. Cogimur in Senatum.) congregamur, coimus. Senatus eſt coactus, dicitur hiſtorica eloquutione. Etiam ſpectionẽ.) Augurale uerbum eſt ſpectio: poniturq́ue pro inſpectione. Apud priſcos ſcriptores lego duntaxat ſpectionem fuiſſe datam Auguribus ſine nunciatione, ut eo conſilio rem gererent magiſtratus, nec alios impedirent nunciando. ſed hoc in loco ſecus ſentire uidetur M. Tullius, qui nunciationem ſolam aßignat Auguribus, cæteris uerò inſpectionem. De cœlo ſeruare.) De cœlo ſeruare is dicitur, qui captat auguria, qui tonitrua, fulmina, tempeſtates obſeruat, quibus uitioſi magiſtratus creabantur. Lucanus: Nec cœlo ſeruare licet, tonat augure ſurdo. Ioue tonante, fulgurante, nefas erat habere populi comitia. uitiũ enim comitiorũ eſt fulmẽ, quod alijs in rebus optimum auſpiciũ habebatur, ſi ſiniſtrũ fuiſſet. Sortitio prærogatiuæ.) Tribuum Romanarum quæ ſuffragium ferunt, duo ſunt genera. Alteræ prærogatiuæ dicuntur, alteræ iure uocatæ. Prærogatiuæ ſunt, quæ primæ ſuffragium ferunt: ſecundo uerò loco iure uocatæ, quæ ex magna parte prærogatiuarum uoluntatẽ in creandis magiſtratibus ſequebantur. Prima claßis.) De claſſibus in quas diſtributus erat Romanus populus, lege Liuium et Dionyſium. Primæ claßis homines, claßici nominantur, qui cæteris erãt opulẽtiores: cæteri infra claſſem.

Vitioſus Cõſul.) Vitioſi dicũtur magiſtratus uitio creati. Tales ferè ſemper magiſtratu abdicabantur. A collega requiro.) Ego augur à collega Antonio, q & ipſe in collegio augurũ eſt cooptatus, id requiro. Ad Lupercalia.)

In Epiſt.

In Epiſt. Cicero olim ita ſcripſit: Data Lupercalibus, quo dic Antonius Cæſari. quamuis huic clauſulæ nihil addiderit, obticuerítq́; tamen nihil hic aliud intelligi poterat q̃ hoc, diadema impoſuit. auctor Quintil. Campus Leontinus.) In campo Leontino, qui Siciliæ uberrimus eſt campus, duo millia iugerûm Sexto Clodio rhetori aſsignauerat M. Antonius, ut ſe pro tanta mercede nihil ſapere doceret. Es nudus concionatus.) Luperci nudis ſubligaculis tantùm ſuccincti in Lupercalibus diſcurrebant. res notiſsima. Itaq; cum Antonius eſſet Lupercus, meritò nudus. In diem uiuere.) In ſecundo de Oratore: Barbarorũ, inquit, eſt in diem uiuere: noſtra conſilia ſempiternũ tempus ſpectare debent. In diem uiuere eſt nihil cogitare de craſtino: & ut inquit Horatius, Quid ſit futurum cras, noli inquirere. ſicut olim Hebræi dictabant, Edamus & bibamus, cras enim moriemur. De Megarenſibus dictum eſt: Aedificant tanquam ſemper uicturi, edunt & bibunt tanquam cras morituri. Tu in noſtras domos immiſiſti.) In hac funebri oratione & nænia M. Antonius prætextã Caij Cæſaris interfecti cruentam præferri iuſsit in funere, quæ in furorem egit populum Romanum. ſciebatur interfectum eum. corpus demq; ipſum impoſitum lecto erat: at ueſtis tamen illa ſanguine madens pilo ſuffixa, laceratáq; uulneribus, ita repræſentauit imaginem ſceleris, ut non occiſum eſſe Cæſar, ſed tum maximè occidi uideretur. Probri inſimulaſti.) Veteres probrum pro ſtupro poſuerunt. Inſimulare probri, eſt accuſare de ſtupro & adulterio. quod uerbum ferè ſemper genitiuo iungitur. Sorori & uxori tuæ.) Signat M. Antonium uxorem duxiſſe C. Antonij patrui filiam. Tales ſorores patrueles appellantur, ſicut fratres patrueles ex duob. fratrib. nati. hinc illud Naſonis: Frater erat, fraterna peto. Fundũ Caſinatem.) Ad uictum optima fert ager, Campanus frumentũ, Falernus uinum, Caſinas oleum, Tuſculanus ficum, mel Tarentinus, piſcem Tiberis. Quàm diſpari domino tenebantur.) Ampla domus dedecori domino ſæpe fit, ſi eſt in ea ſolitudo: & maximè, ſi aliquando alio domino ſolita eſt frequentari. Odioſum eſt enim, cum à prætereuntibus dicitur: O domus antiqua, quàm diſpari domino dominaris. Ornanda eſt dignitas domo, non tota ex domo quærenda: nec domo dominus, ſed domino domus honeſtanda eſt: ſicuti in fundo Caſinate uilla Varroniana domino honeſtabatur, quo nemo unquam homo doctior fuit: de quo celeberrimus eſt ille uerſiculus, Vir doctiſsimus undecunque Varro. Sed cum M. Antonius fundum uillamq́; Varronianam inuaſiſſet, meritò à prætereuntibus dici poterat, O domus, quàm diſpari domino dominaris? Quod Brutos patronos adoptaſſent.) Mos fuit iſte priſcorum, ut ſingulæ nationes, atque adeò populi patronos Romæ peculiares haberent, in quorum eſſent clientela. Sic Siculi patronos Marcellos habuerunt: Lacedæmonij in tutela Claudiorum extiterunt: Fabius Sanga patronus fuit Allobrogum: quinetiam municipes mei Bononienſes fuere in tutela Antoniorum, ſecutiq́; ſunt partes Antonianas in bellis ciuilibus: unde fit, ut cum patroni clientibus parentum loco ſint, nephas eſſe uideatur Bononienſem quempiam Antoniorum nomen inceſſere, & Antonios ſtilo perſtringere. Quod ſemper obtentum eſt.) Plinius uolumine Epiſtolarum quinto ſic ſcribit: Mihi defuncti uoluntas (uereor quam in partẽ iuriſconſulti quod ſum dicturus accipiant) antiquior ipſo iure eſt. Quintilianus ſenior in Declamationibus, Teſtamenta ultima rata ſint. Teſtamentum eſt potentiſsima defuncti proxima uoluntas, conſignata iure legibusq́; ciuitatis. Vt haberet puluinar.) Nomina ſunt hæc honorum qui dijs immortalib. tribuuntur. Suetonius de Cæſare Dictatore ſcribẽs ait: Ampliora etiã humano faſtigio decerni ſibi paſſus eſt, ſedem auream in curia & pro tribunali: thenſam & ferculum circenſi pompa: templa, aras, ſimulacra iuxta deos, puluinar, flaminem, lupercos, appellationem menſis ex nomine ſuo. Faſtigium.) Quæri ſolet quid intelligi uelit nomine faſtigij: num dignitatem faſtigio humano celſiorem, an templum faſtigio inclytum, an conſecrationem? nanque apud Herodianũ in Seueri imperatoris apotheoſi (ſic enim dicitur conſecratio relatióq; in numerum deorum) legimus extructum fuiſſe ſuggeſtum lignis ingentib. compactum ſpecie quadrangula, æquis lateribus in faſtigij formam, extrinſecus intextis auro ſtragulis, atque eboreis ſignis uarijsq́; picturis exornatum: intrinſecus uerò poſitum eſt minutum tabernaculum: tertiumq́; item & quartum ſemper ſuperiore contractius. poſsis eius ædificij formam comparare turribus his quæ in portubus extruuntur, naues nocturno igne dirigentes, quas uulgò pharos appellant. Flamen ut Ioui.) M. Varro de flaminibus hæc prodidit: Flamines, quòd in Latio capite uelato eſſent ſemper, ac caput cinctum haberent filo, flamines dicti. horum ſinguli cognomina habent ab eo deo cui ſacra faciunt, ut Martialis, Vulcanalis, Dialis, qui à Ioue eſt.

Debet diu tertiam penſionẽ.) Allegoricôs intelligi uult Fuluiam tanquam uxorem fatalem atque peſtiferam, iampridem duos priores maritos Clodium ſcilicet & Curionem peremiſſe: tertium ſupereſſe Antonium, quem perinde ac tertiam penſionem ſatisdebeat atque perſoluat. A quibus eſt interfectus.) Cæſarem Dictatorem plures amici confecerunt, ut inquit Seneca, quàm inimici, quorum non expleuerat ſpes inexplebiles. In teſtamẽto plures percuſſores in tutoribus filij, ſi quis ſibi naſceretur, nominauit: Decimum Brutũ etiam in ſecũdis hæredibus. M. Brutus princeps coniuratorũ, Cæſaris filius creditus eſt. hinc Cæſar cum in ſe irruentem animaduertiſſet, græcè dixit, [illegible]: & tu ô fili illorum es? Literatura.) modò eruditio, aliàs grammatica ſignificatur. Quintilianus: Grammatice, quam in Latinum transferentes literaturam uocauerunt, fines ſuos norit. Martianus, [illegible] dicor in Græcia, Romulus literaturæ nomen adſcripſit, quamuis infantem me literationem uoluerit nuncupari. Aſſectator grammaticæ, nunc literatus dicitur: literator antè uocabatur. hinc illud Catullianum, Manus dat tibi Sylla litterator. apud græcos grammatodidaſcalos uocitatur. Cõgiarijs.) in commentarijs Tranquilli annotauimus congiarium & donatiuum ita diſparari diſcriminariq́; ut congiarium ponatur pro munere Imperatorio quod populo datur: donatiuũ uerò pro eo quod militibus erogatur. Pariat quod iamdiu parturit.) Cõſimile eſt illud Liuianum: Proinde omittite Sagunti atq; Iberi mentionẽ facere, & quod diu parturit animus ueſter, aliquando pariat. Grammatici autumant uerba hæc quæ deſinunt in rio, meditationem ſignificare, & nominari meditatiua: mihi non tam meditatiua uidẽtur, quàm deſideratiua, quod & diuus Auguſtinus affirmat. hinc illud Epigrammatici poëtæ, Cœnaturit Vacerra, non cacaturit. Itidem à Sidonio dictum eſt, Incitatus ſemel animus necdum ſcri-

commotionem. Seria.) grauia. Sit hoc.) Ad aliud tranſit. Sit hoc inhumanitatis.) Arguit ſtultitiam, & obiter lædit & irridet hominem. Quid habes.) εἰρωνεία. Si oſtenderis.) Obijcit ei uim, quòd armatos in ſenatū cōduxerit. ſtabant enim in proſtibulo. Obijcit hoc orator, ut lædat aduerſariū. Sed quid oppones.) Redit ad inſtitutā ſententiā, de qua breuiter deflexit. Sed quid.) Eſt reuocatio uerbi. Subiungit ſententiā per fictionē. Quo me te teſte.) μίμησις eſt, quo tacitè ſignificat Antonium ex chirographis Cæſaris quæſtū facere. Quæſtuoſam.) Hoc opportunè introducitur ad lædendū aduerſariū. Non inuideo.) Hoc urbanè dicitur, & cum uenuſtate in fine ſententiæ ex contrario docemus homines ſapere, non contrariū. Quintilianus uetat ne nobis fingamus ſtultū aduerſarium. At ego non nego.) Arguit iniquitatē obiectionis ex tacita ui tranſlationis. nam ſenſus ſubeſt, non nego me ſcripſiſſe: ſed tu obijcere non debes, quoniā amicè ſcripſi. & profert in teſtimoniū uerba aduerſarij, quæ extremo loco ex ἀντιθέσει ita euertit, ut augeat benignitatem ſuam. Tranſlatio apud Rhetores eſt, cum nō defendimus, ſed depellimus actionē. Quod enim.) Declarat. Crimen.) pro criminatione. Et profert uerba Antonij, qui locus ſapit proſopopœiā. Ad ciuem.) non ad tyrannum. At ego tuas.) Viciſſim confert ſuā modeſtiam cum uanitate Antonij, quam ex illius ad ſe literis cōmemorat. Quendam de.) Intelligit filium P. Clodij.

Adiuraſq́;.) Hoc uult ſimulatū fuiſſe, & mox confirmat ex cauſa. Quid enim.) ex maiori. Veruntamen quid.) Reſpōdet falſum et fictum eſſe. Cæſaris lege.) Cæſar legē tulerat ut reduceretur. Sed uidelicet.) εἰρωνεία, per occupationem irridet, & occurrit reſponſioni Antonij. Meam gratiam uoluit.) uoluit mihi deberi gratiam à Clodio, eleganter dictum. In quo.) in qua re, id eſt in reducendo Clodio. Lege lata.) à Cæſare. Sed cum mihi P.) Poſtulat beneuolentiam, & offenſionem inſectationis deprecatur. Eſt præparatiuncula ad ſequentem locum orationis. Non tractabo ut.) Relatio ex pari, quam tamen minuit ex diuerſa parte, ut ſuam potentiorem efficiat. Vt igitur intelligeretis.) Mirè proponendo obiectionem, eam in argumentum trahit, & mox coniungit defenſionem, quæ eſt ex remotione. Verbo.) nomine. Re.) ſenatus actis, conſilijs. Quid enim.) Declarat. Ordinis.) Omnia ſunt decreta ſententiis ſenatus. Hoc tu homo.) Acrius inuadit perſonā: & reprehendens ſtultitiā, profert aliā defenſionem ex bonorum iudicio, in quo & obiter taxat Clodium, & parem illi exitum Antonio ominatur. Hæc tu.) Defendit abſolutè. Duplex eſt defenſio, abſoluta, et aſſumptiua. Sapiens.) εἰρωνεία. Non ſolùm.) Valla diceret, ne dum eloquens. Quis autem.) Mox profert teſtimonium. Obiter facta mentione Clodij, idem factum illi intēdit ſicut Clodio. Quoniam id domi tuæ eſt.) Fuluiā uxorem intelligit, poſt Clodium & Curionem Antonio nuptam: quæ ambitioſa erat mulier: & maritos ad immoderatas opes inſtigabat. Non placet.) Profert authoritates illuſtriū uirorū, et concitat orationē crebra enumerationis iteratione. Non placet.) Facit contentionē. M. Antonio.) ἔμφασιν habet ad contemptū. Craſſo.) qui in Parthis perijt.

Hortenſio.) qui eloquentiſſimus fuit, & par Ciceroni. Sed quid.) Correctio pœnitentiæ. Sed quoniam illis.) Profert uirorum teſtimonia, ex quibus Cotta & Lentulus ſententiā dixerant Conſule Cicerone in deprehenſos coniuratos. Reliqui.) ſuperſtites. Togato.) Senatori.

In ſororis ſuæ uirum.) P. Lentulum ſignificat, qui fuerat inter coniuratos. nupſerat huic Antonij mater poſt mortem illius Antonij patris. Vitricum.) Is eſt matris meæ maritus, non pater. Hunc tu eum.) Deflectit bona occaſione ad reprehendendam nequitiam Antonij in gerenda Repub. Hunc.) L. Cæſarem. Vitrici.) P. Lentuli. In ſororis.) ἀντίθεσις. Ad quos.) Exclamatio ad indignitatē.

Ad eos.) Reſpondet. Hodie non deſcendit.) Inducit proſopopœiam. O fœditatem hominis.) Mirè inducit uerba populi de Antonio, ad exprimendam indignitatem. O fœditatē.) Exclamat indignitatē. Tu.) Conuerſus in aduerſarij perſonā, acrius inſtat. Ad eum.) ἀντίθεσις. Tuus uidelicet.) εἰρωνεία. Adeó ne.) Grauis increpatio. Florens.) ante dominatū Cæſaris. At etiam.) Tranſit ad aliā obiectionem. At etiam auſus.) Refellit aliam obiectionē, oppoſitis actis illius temporis quod arguebat Antonius. habent uim ex teſtimonijs. Vt illa credo.) Ironicôs loquitur, & Senatuſconſulta intelligit ſe conſule facta in coniuratos. et uidetur imitari uerbū Antonij, cū dicit Nefaria. Illa nefaria.) ἐπιφώνημα. O miſerū.) Per exclamationem refellit. Loquare.) mentiare. In hoc templo.) in æde Concordiæ. Nomē non dedit.) Milites dabāt nomina, ubi delectus fiebat ex ſingulis claſſibus: deinde dicebant omnes ſacramento, qui milites huiuſmodi congregant, ſunt conquiſitores. Etenim eum.) Eſt cauſa cur ciues nomina darēt, à tempore. Sua manu.) Grauiſſima teſtimonia. Parricidio.) in patrē & patriā. Ducē.) Seipſum intelligit. Ad ſepulturam.) Hæc obiectio cohæret cū ſuperiori, non tam re quàm tempore. Ad ſepulturā corpus.) Et hoc negat, reprehendens impudentiā mendacij ex Clodiani teſtimonij remotione, quod ſumit ex maiori. nam teſtimonia interdū & ubi deſunt ualent. Fab. lib. 5. Superatū.) Hoc obiter inſerit ad uituperationē hominis. Quid aūt tibi.) Reprehendit ſtultitiam obiectionis, & aduerſam eſſe oſtendit.

Diſciplina.) magiſter P. Lentulus. Cic. in hac tota ferè oratione inſectatur Antonium ab infantia, ut eum in odium ducat. de qua re uide Quintilianū. Tam aūt eras.) Interpretando pugnantia colligit. Laudare aūt & reprehendere, ſunt pugnantia. Homo diſertus.) εἰρωνεία. Vituperari.) quod eſt offenſum apud Rhetores. Iam illud cuius.) Aliam repugnantiā oſtendit, qua pugnēt facta Antonij cū oratione. Simile eſt illud in Euangelio de feſtuca in oculo fratris, & trabe in ſuo, &c. Inter ſubſellia.) in Senatu. Cella.) ſacellū. Salutares.) ad ſalutem Reip. in coniuratos. Accuſa ſenatū.) Cōceſſione inſultat in impudentiam hominis. Ityreis.) Ityrei fuerunt in Palæſtina Iudæa, in qua Antonius ſub Gabinio militauerat. Hūc ordinem.) Senatū. Nihil profectò.) Cōcluſio. Quid eſt enim.) Enthymema ex contrarijs. At etiam quodam.) Reprehendit ineptiam obiecti uerſiculi, & criminatur aduerſarium, & ſtudia ſua defendit. In quo eſt.) Hæc eſt εἰρωνεία. Obiter autem perſtringit hominem à nequitia. In quo eſt tua culpa.) εἰρωνεία eſt, quaſi hoc dictum ineptum fuerit, non Antonij culpa, ſed ſua, qui uerſiculi autor fuerit. Mima.) hiſtrionica mulier, Hippia prius appellata, quæ poſtea ab illo Volumnius, &c. Cedant arma.) Notus eſt ille uerſiculus, qui iactatus à Cicerone de Conſulatu ſuo, tractus fuit ad inuidiam, & frequenter illi ab inimicis obiectus. Erant autem duo: Cedant arma togæ, concedat laurea linguæ. O fortunatam natam me Conſule Romam. At poſtea.) Ex an

tithesi percellit Antoniũ. Queranum.) Confert ſe cum Antonio, ſuamq́; togam cum armis illius. Tantum dicam breuiter.) Præteritio Rhetorica. Reipub.) cõſulendo. Subciſiuis.) à ſubcidendo, detrahẽdo, amputãdo. Vt meæ uigiliæ.) Ab honeſto & utili. Quidnã hom.) Hoc refel lit argumentando ex maiori, & ſimul eodem crimine repetit Antoniũ. Argumentatio eſt: Si tibi cum fauerem, nõ ſuaſi: nec ſuaſi Miloni, cui fauere nũ potui. Stricto.) nudo, de qua re fit mẽtio in defenſione Milonis, &c. quæ oratio extat. Oppilatis.) occluſis, forib. obiectis. Sed quid.) Hæc particula adfert quandã uehementiã. At ego.) ἰρω-νία. At ego.) Eſt argumentũ à ſuperuacuo et maiori. At lætatus.) Defendit ex tempore. Quanquam de morte.) Corrigit & improbat Clodianũ iudiciũ, ut iure cæſum arguat. ergo defenſio eſt ex qualitate. Quæſtio.) iudicium. de qua re eſt apud Aſconiũ. Noua lege.) à Põpeio lata. Quid ergo?) Ad coniecturã reuertitur, & requirit teſtimonia. Quod uerò dicere.) Refellit à tempore, ſe integra re conatum fuiſſe Pompeium abſtrahere à Cæſare, poſtea nõ potuiſſe. Hoc ex hiſtoria pendet, & pertinet ad cauſam ciuilem. Ego illũ.) Exponit rem. Quid ego.) Negat ſe efficere hoc potuiſſe. erat enim arcta gratia inter illos. Duo tamen tempora.) Profitetur conatum ſuum in impediendis creſcentibus opibus Cæſaris, quibus ille ad tyrannidem prouectus fuerit. Sed hoc negat reprehendi poſſe. Prorogaretur.) ſcilicet lege Trebonia. Abſentis.) Cæſaris. Atque idem.) Sequitur ordinem temporum. Cœpiſſet.) Pompeius. Bellũ) à Cæſare. Meaq́; illa.) Hoc teſtimonij loco profert. Grauitatis.) Põpeij.

Hæc mea.) Cõcluſio huius loci. Tu tuis.) Ex antithesi lædit aduerſariũ. Sed hæc.) Abrũpit hunc locũ. Illud uerò recẽs.) Hoc primũ refellit coniectura, deinde qualitatẽ defendit. Præuaricatorẽ.) Præuaricator, qui colludit cũ aduerſario, qui cauſam ſumit defendendam, ſed ſimulatè. Quis enim meum.) Argumentatur ex teſtimonijs. Cuius autem.) Subeſt argumentatio, quam dialectici uocãt ex ſecunda figura. Omnium coniuratorũ nomina fuerũt diuulgata: Meum no fuit diuulgatũ: Ergo ego non fui inter coniuratos. Citius dixerim.) ἐπιφώνημα. Quàm uериſimile.) Confirmat quod protulit argumentum, à ſua perſona.

Etenim ſi.) Eſt argumentum à ſuperuacuo. Illis.) exiſtentib. Vterq;.) Marcus & Decimus, qui fuerunt ex eadem familia orti. Auctorem.) Auctor eſt alicuius rei effector. Qui etiam ſine.) Hoc factum fuit in bello ciuili in Aegypto. Auunculi.) Cn. Pompeij. Sed mea.) ἀντίθε-σις. Quo etiam.) Hunc obiter laudat. An L.) Omnes ordine narrat. Longũ eſt.) Abrũpit orationẽ. At recordamini.) Refellit probationẽ Antonij. Acutus.) ἰρωνία. Cæſare interfe.) Refert uerba aduerſarij, quæ per ſe infirma ſunt & friuola, & refert cum quadam eluſione. Quur mihi) Reſpondet orator. Vide ne illa.) Soluit in diuerſum interpretando. Tu autem, &c.) Facit offenſum aduerſario, & ſimul populi iudicio defendit. Ingreditur autem iam alteram partem reſponſionis. Ecquis eſt) Addit cauſam cur excipiat Antonium. Occiderant.) uoluntate & ſtudio. Sed ſtuporem.) Pergit defendere qualitatem, & ſimul pugnantia colligit. Exclamauit.) nominauit.

Ergo ego.) Infert enthymema ex repugnantibus Appellat Ciceronem, quòd conſcius fuerit: Marcum laudat, quòd fecerit. Eſto ſit in uerbis.) Profert & rerum pugnantiã: ex qua euincit interfectores Cæſaris non parricidas, ſed liberatores patriæ eſſe, ipſius Antonij teſtimonio. Argumentationem acriter tractat, cum increpatione, qua ſtoliditatem hominis exagitat. Primò conſtituit propoſitionem ſyllogiſmi hypothetici, deinde adiungit aſſumptionis probationem, poſtremò concludit. Brutorum.) Significat Marcum & Decimũ. Edormi.) Increpat hominem, & inſultat. Crapulam.) uini ingurgitationem. facit eum quaſi ebrium in Senatu. Illorum.) coniuratorũ. Tu homo.) Aſſumptio, cuius probationem profert ex teſtimonio Antonij. Datæ.) à te. Sequitur.) Ex repugnantibus. Sed tamen hæc.) Colligit concluſionẽ totius quod efficitur, nempe glorioſum eſſe quod ſibi obiectum ſit, nec ſe iam negare, ſed confiteri. in quo eſt ſpecies ironiæ, audacius concedentis ex cauſæ fiducia. Quintilianus lib. 8. et 9. facit duas ſpecies ironiæ, alteram inter tropos, alteram inter ſchemata. hæc inter ſchemata eſt. Liberati ſunt.) Hæc eſt intentio & concluſio argumentationis. Retexo.) muto. Metaphora ſumpta à lanificio. Scribam.) Cõcludit increpando aduerſarium, et irridendo. Ad illos.) Brutum & Caßium. Etenim uereor.) Cauſa. Quæ enim res.) Deſcendit in amplificationem, & rem uerbis extollit.

Prô ſanctè.) Exclamatione attollit rem. Conſilij.) coniurationis interfecti tyranni. Tanquam in equum.) Venuſta & illuſtris comparatio, ad rei amplificationem inſerta eſt. At ego etiam.) ἰρωνία. Quid enim beatius.) Commutatione uerborum frequẽtat eandem ſententiam. expolitio illa efficitur ex adiunctis. Illos.) interfectores Cæſaris. Tu uerò.) Conceßio. Sed unam rem.) Hoc dicit in Antonium, quem ſignificat unà cum Cæſare tollendum fuiſſe: & ſententiã iterat, allegoria ſumpta à poëtis, ut modeſtius loquatur. Regem.) Cæſarem. Sed regnum.) Intelligit Antonium. Stylus.) Alludit ad pugionem quo interfectus eſt Cæſar. Quanquam ſi interfeci.) Transfert grauiorem ſuſpicionem in Antonium, et loquitur per ironiam. non enim uult uerum eſſe quod obijcit, ſed redarguit impudentiam Antonij in alijs inſectandis. Seuocari.) ante curiam ſcilicet. Quòd ſi te in iudicium.) Ex ſpe commodi facit ſuſpicionem credibiliorem in Antonio, quàm in cæteris. Cui bono fuerit.) Verba erant L. Caßij iudicis, cum de facto quærebatur. Aſconius refert hunc Caßium ſeuerum fuiſſe iudicem. Hæreas.) ne uincaris. Metaphora ſumpta à uelis. Qui maximo.) Enumerat quod commodum ſecutus ſit. & facit criminoſam enumerationem. Tabulas.) Cæſaris, in quibus acta tenebantur. Officina.) ea eſt in qua res fiunt: taberna, in qua uenduntur. Neſcio quid.) Abrumpit hũc locum: & interpretatur quæ dixit, ne quod modò laudauit, tribuere uideatur Antonio. Libero te.) Reſpõdet. Caſtra mihi Pompeij.) Dicit ſe pacem conſuluiſſe, idq́; defendit ex bono publico, remouens ſuam perſonam, & interitũ clarißimorum uirorum deplorans. Reſpub.) Diſtributio in perſonas. Dolebam.) Cauſa cur in tanta triſtitia fuerit. Perituram.) bello ciuili. Neque uerò.) Occurrit obiectioni, ne & ipſe timuiſſe uideatur: & à ſua remouet perſona. Illos ego.) ἀντίθεσις. ubi ſuam perſonam remouit, alios profert. Mihi enim.) παρρησία defendit quod dixit de pace. Vt alia.) incommoda. At uerò Cn.) Hoc ut falſum refellit, et docet qualis ſibi fuerit cum Pompeio diſſenßio, quid ille de ſe iudicarit. Alterum ad cauſam in coniectura, alterum ad teſtimonium pertinet.

Quid uerò.) Remouit cauſam diſſenſionis Pompeij,

nunc profert illius teſtimonium. Ab eo.) Pompeio. Me uidiſſe plus.) [illegible] eſt, ſi uera eſt lectio, uel quòd me plus uidiſſe, uel meo ampliore aſpectu: quod latinè durius eſt. dicit enim aſpectum ſuum Pompeio ſpem attuliſſe, quoties ab eo uiſus eſſet. Et eius.) Amarior indignatio, ad concludendum. Sectorem.) Sector eſt bonorum redemptor, qui ſpem lucri ſecutus, emit uniuerſa bona, ut in auctione reuendat. Inſectari.) Facit paronomaſiam. inter ſe colludunt. Ne iocis quidem.) Hoc ita præterit, ut tamen obiter defendat ex communi humanitate. Verumtamen.) [illegible] Quòd autem.) Hoc infert in bonam partem. Negaſti uenire.) negaſti me conſtitutum fuiſſe heredem. Plures amici.) Hoc ut falſum refellit, & quod multo improbius eſt, obijcit Antonio. Seſtert. CC.) Sunt quinquies centena millia coronatorum.

Acceptum hæreditatibus.) Id eſt ex hæreditatibus accepi. Modus loquendi natus ex tabulis rationum, in quas accepta & expenſa referebant. Hæreditatibus.) acquiſitiuus datiuus. Quanquam in hoc genere.) εἰρωνικῶς loquitur. non enim fœlicem, ſed improbum eſſe uult, qui in alienas hæreditates irrepſerit. Me nemo.) Declarat & addit cauſam. Caſinas.) gentile, ſicut Arpinas. Albus aterue.) Prouerbialis figura ex contrarijs. Ne nomen.) fratris ſui filij. Quem nunquam uiderat.) Hoc uult incredibile uideri, ut quod diuerſum eſt probet, nempe Antonium fraude ad hæreditatem perueniſſe. Subeſt argumentum ex diuerſis, aut ex remotione. Quæ prædia habuerit) quaſi diceret, nunquam cognoui hominem, ſed dedi operam ut prædia ipſius cognoſcerem. Quanquam hoc maximè.) Pater Antonij perliberalis fuiſſe traditur, unde mortuus magnum æs alienum filio reliquit. Hæc ut colligeres.) Inſurgit acrius, & reprehendit declamandi ineptiam, ac proinde ſtoliditatē hominis. Iam enim quoniā.) Tranſit ad alteram partem orationis, qua uituperat Antonium, & breuiter mouet attentionē. Incipit autem à pueritia, & ordinem ætatis perſequitur, criminoſe commemorans tum priuata tum publica flagitia, interpoſita frequēti amplificatione. Illud tamen audacia.) Primi 14. gradus in theatro lege Roſcia equitib. aſsignati erant, ex quibus ſpectarent proximè poſt Senatum. Muliebrem ſtolam.) Figuratè obijcit maſculam Venerem. Seſtertium ſexagies.) id eſt, centum quinquaginta coronatorū. Sed iam.) Abrumpit orationem oratoriè. Sed reliquū uitæ.) Renouat attentionem, & tranſit ad alia. Ad hæc.) Addit cauſam cur feſtinet ad alia, prætermiſsis prioribus. Incidamus.) prætermittamus, compendij gratia amputemus.

Intimus.) Accingitur ad rem. Fax.) omnium ſeditionum auctor. Inde itum Alexandriam.) Antonius cum Gabinio Ptolemæum expulſum à ſuis, in regnum reduxerat, tametſi id fieri uetaretur & Senatuſconſulto, & Sibyllinis uerſibus. Itum.) ab Antonio poſt Clodij Tribunatum. Sed habebat.) εἰρωνεία. Pernicioſiſsimus fuit Gabinius. Qui cum.) cum quo. Qui tum.) Perſequitur ordinem temporis. ſignificat turpem fuiſſe reditum. Domum dico?) Correctio. Tanquam Siſaponem.) Obſcura comparatio. clarum tamen, ſi Siſaponem eſſe urbem Hiſpaniæ intelligas, ad quam miniaria celeberrima fuerunt. Miniarij autem genus hominum, ut opinor, aſotum & diſſolutius uiuens, quales hodie Minerarij in Germania: unde apparet comparationem eſſe ductam. Plinius libro 33. facit mentionem. Siſaponem.) fodinariam. Satis fieri.) ut in gratiam tecum redirem, ut me placabilem præſtarem. Cumq; eam.) Hoc commemorat ad referendum maledictum Antonij. Satis eſſe facturum.) ſatis pœnarū daturum. Id enim.) Addit cauſam cur cucurrerit ad Cæſarem potius quàm ad alium imperatorē. Ibi) apud C. Cæſarem. Aduolas.) Omnia uerba ſunt odioſa. Vt in eo.) Addit cauſam. Vitrici.) P. Lentuli. Accipite nūc.) Renouat attentionem, dicturus de Tribunatu quem Antonius pro Cæſare populariter ac ſeditioſè geſſerat contra auctoritatem ſenatus. Vide Plutarchum in uita Antonij. Priuatum.) Criminoſe ſententiā exponit, qua ſignificat Antonium fuiſſe autorem belli ciuilis. Conſulere.) ut dimitteret exercitum quem habebat in Gallia. Mancipatum.) Mancipatum, id eſt addictum. uerbum iuris eſt de rebus quæ contractu ſeu emptione alienantur. Conſilijs ueſtris oppoſuit.) Conſultabat ſenatus de adimendo exercitu Cæſari, & de armando aduerſus illum Pompeio, ne Rempub. armis inuaderet. cui conſultationi interceſsit Antonius. Itaque unà cum Cæſare hoſtis fuit indicatus. In te autem M. Antoni.) Conuertitur in Antonium criminoſa accuſatione, & hunc locū amplificat uerſando cōmutatis uerbis. & diutius in eo commorando, amplificationem ducit à iudicio ſenatus, ab infamia ſempiterna, ab audacia Antonij, & incōmodis Reipub. Rhetores uocant cōmorationem hoc genus amplificandi. In te M.) ἀποστροφή, in Antonium, & oratio acrior redditur. Et tu.) Hoc per indignationem dicit. Iudicatus.) [illegible] Intermiſſa.) ſuſpenſa ad tempus. Quid cupidè.) Obiurgat acrius. Adoleſcens.) Aetas tanto grauior audacia. In huiuſmodi amplificationibus ſpectandæ ſunt circunſtantiæ quibus res noſtra fulcitur, ut ſecurior ſit. Cum te.) Iterum repetit quomodo fecerit, quo animo, qua pertinacia. Addicta.) mancipata C. Cæſari. Tum illud.) Redit ad [illegible], ad iudicium ſenatus. Vulnus.) Vulnus μεταφορικῶς. at ipſa comparatio auget. Tum contra.) Eſt eadem ſententia, quam rurſus iterat. Dedit arma.) id eſt commendauit Rempublicam.

Tu tu.) Tertio loco iterat eandem ſententiam. Geminatio urget, & adfert uehementiam. Dediſti.) Hæc ab hiſtorijs pendent. conſule uitā Antonij. Quid enim.) Confirmat teſtimonio Cæſaris. Interceſsio.) Tribunitia, quæ ſacroſancta erat. Circunſcriptus eſſet.) id eſt poteſtate prohibitus, ac ui repulſus. Circunſcribere eſt uerbū iuris, circumuenire & quaſi ſepta circūdare. Circūſcriptio, quaſi iuris diminutio. Omitto.) Oratoria præteritio. Tibi.) Quartò repetit eandem ſententiam. in hoc loco Plutarchus diſſentit. O miſerum.) Hanc ſententiam ſuprà poſuit, quam repetit de infamia Antonij. Coſs.) Exaggerat rem enumeratione, & ſingula auget. Prætorij ſunt, qui præturam aliquando geſſerunt, ſicut Senatorij. Vt igitur.) Similitudo. Doletis.) Enumerando incommoda, uehementius premit, crebra conuerſione ad nomen Antonij facta. Omnia enim.) Epiphonemate concludit. Vt Helena.) Bona comparatio. Reliquæ.) Enumerauit primam actionem in ſenatum Antonij: trāſit nunc ad alia.

Patrui.) Patruus Antonij fuit C. Antonius. collega Ciceronis in conſulatu, poſtea repetundarum damnatus. Si ſeuerus.) Correctio rhetorica. nam occurrit defenſioni, & remouet utrunque quod dici poteſt. Licinium.) Hoc ita refert, ut uituperet. Quaſi uerò ludere.) Illudit obiter, & rem urbanitate perſtringit. eſt εἰρωνεία. Quam attuliſti.) Improbat reſtitutionem aleatoris, ut patrui negligentiam

gligentiam exaggeret. Pertinet enim ad comparationē ex minori. nam ſi alienū propinquo anteferre, improbū eſt: quanto improbius, ſi id nequiter & contra leges ſiat.

Abſentem.) εἰρωνεία. Lege.) legitimum, lege conſtitutum. Patruo.) Antonio. At uir.) Similis εἰρωνεία. Ego tamen.) Apprehendit aliud, in quo arguit nequitiam Antonij. Hominem uerò.) ἀντίθεσις. Lege quæ.) Si non legitimè damnatum, eadem lege reſtituas. In eodem.) Perſequitur reliqua. Conculcandam.) non adminiſtrandam.

Luſtratio.) circuitio per omnia municipia. Scio me in rebus.) Occurrit dubitationi, ne quid fingere uideatur. Eſt præmunitio quædā ad ea quæ dicturus eſt. Verſari.) hoc eſt, de rebus notiſſimis dicere. Etenim.) Hæ congeries rem quodammodo maiorem efficiunt. Lectica.) in uehiculo Gallico. Vehebatur in eſſedo.) Inuidioſa ὑποτύπωσις, qua turpitudinem itineris ante oculos ſubijcit. Fabius hanc figuram uocat ſubfigurationem. Sed Volumniam.) Hæc proprio nomine uocabatur Cytheris: ſed Volumnia appellata à patrono cuius liberta erat. Mima.) hiſtrionica mulier. Mater.) Iulia. O miſeræ.) Exclamatio dolentis & miſerantis Ciceronis in matrem Antonij. Iſte ueſtigijs.) memoriam flagitiorum ſuorum reliquit. ἀλληγορία. infixit hominum memoriæ ſua flagitia.

Reliquorum factorum.) Hoc εἰρωνικῶς dicit. reprehendit enim tempus Pharſalicæ expeditionis. Et lubricè uerſatus.) Hoc uidetur cohærere cum præcedēti ſententia, ut legatur, Difficilis reprehenſio & lubrica. Lubrica.) id eſt anceps & incerta: ducta metaphora ab unctis athletarum corporibus. Fœlix.) per uictoriā. Sed quoniam.) Abrumpit hunc locum, eſtq́; εἰρωνεία tacita, qua cōplectitur Antoniū. Ducē.) Cæſarē. Taménne.) εἰρωνεία. Victor. Perſequitur ordinē temporis poſt Pharſalicam pugnam. Theſſalia.) ex Theſſalia. Ibi me.) Hunc locum ſuprà poſuit, quem hic renouat. Quanquam nemo.) Opponit militum iudicium. Tanta enim.) αἰτιολογία. Sanctus.) inuiolandus. ſancire uocamus propriè firmare. Sed fac te.) Concedit rurſus quod reprehēdit, ne pertinax uideatur in contemnendo beneficio: & culpam dictorum confert in Antonium. Tueri.) conſeruare. Mira oratoris prudentia & moderatio in dicendo. Præſertim cum te hæc.) hoc eſt, cum nihil noui tibi obijciatur. Veniſti Brunduſium.) Pergit ad cætera. Mimulæ.) Diminutio augendi cauſa flagitij. Quid eſt.) Inſtat, urget, exagitat hominem. Quod ſit.) Enthymema rhetoricū, ornandi cauſa. Quis qui neſcierit.) Hoc inuidioſiſſimum eſt, propter calamitatem ciuium. Secutus.) ſecuta legendum eſt. intelligitur Mimula. Percurſatio.) ſcilicet à te facta. Militum.) ueteranorum. Fœda.) turpis & crudelis.) In urbe.) Roma. Conſtitueretur.) crearetur.

Cum Hippia.) Hippias mimus fuit, cuius nomine alludit ad magiſterium equitū Antonij. Eadem alluſione addit equos uectigales Sergio mimo traditos, hoc eſt, tributarios Reipub. nomine, quibus Sergius præeſſet. Quid ego.) Præteritio rhetorica. alij uocant ἀπόφασιν, & eſt ſpecies Ironiæ. Cogebat.) Addit cauſam dicti. Aliorum.) ciuium Romanorum. Erat ei.) Ita defendit, ut grauius criminetur. Sed hæc.) Abrumpit hunc locum, feſtinans ad alia. Robuſtioris.) uiolentioris: quæ cōmittuntur ui, nō nequitia. Leuitatis.) nequitiæ. Tu iſtis faucibus.) Hæc referendo habent amplificationem ex tacita ratiocinatione. nam ad fauces & latera reſpicientes, colligimus quantum uim hauſerit. uide Quintilianum de amplificatione. Eſt congeries, uel incrementum. Hoc genus amplificationes uim habet extollendæ rei. Lateribus erat uaſtis, & robuſto corpore & amplo Antonius. Vomere.) Argumentum magnæ ebrietatis, & intemperantiæ. Si inter.) Amplificatio ex cōparatione. Dicimus inter cœnam, uel inter cœnandum. In cœtu uerò.) Et in his amplificatio ineſt, in quibus continenter prolatis, ſemper aliud priore maius ſubiungitur. Hæc uocatur incrementum apud Quintilianum, & eſt tertia ſpecies. In cœtu.) Eſt redditio cōparationis. Eſculentis.) comeſis, uel in cibo natantibus. Eſculentum, quod aptum eſt eſui. Gremium.) eſt imago quædam & expreſſio, non ad oculorum ſenſum tantum, ſed & narium. Veniamus.) Abrumpit hunc locum, & tranſit ad alia. Miſerum me.) Prorumpit in affectum priuſquam ſententiam abſoluat. Et eſt uox dolentis. deplorat enim bonorum Pompeij auctionem, quam Antonius fecerat, cuius inſectatur ſceleratam importunitatem. Bona inquam Cn.) Iterando nomen Pompeij, rem amplificat. tantùm enim ſemel dicit, quo nihil maius eſſe poteſt. Expectantibus.) Hoc cum deteſtatione pronunciandum eſt. Sectionis.) auctionis, emptionis. Præſertim.) Rem amplificat. Audacia.) Ergo audacior quàm cæteri omnes. Subeſt pars comparationis. Tantus igitur.) ἀποστροφὴ ad Antonium. Exprobrat illi ſtuporem.

Vt primùm cum.) Perſequitur ordinem facti, & luxuriam uituperat, totumq́; cum amplificatione. At quàm.) ἀντίθεσις tacita. Inſolenter.) ſuperbè & intemperanter.

Gurgitauiſſet.) immerſiſſet. Perſona de mimo.) id eſt de fabula, in qua idem hiſtrio modò pauperis, modò diuitis perſonam agit. Repentè diues.) tanquam mimus.

Neſcio quem.) Næuium intelligit: cuius tamen nomine abſtinet, ne ſtudioſus eius artis uideatur. itaque & reiectoria particula utitur. Neſcio.) Sic decet grauem uirum, ne uideatur huius rei ſtudioſus eſſe. Sed diebus.) Et hic amplificatio eſt, ut res fiat maior. Maximus.) Reſpicit ad cados. Non illa.) Obiter defendit Pompeium, ne uideatur ipſe luxurioſus fuiſſe. Quæ Charybdis.) Amplificatio hyperbolica. Scriptum.) hoc eſt, inſcriptum, ſcriptura notatum: ut cum tituli inſcribuntur clauſis rebus. Suggerebantur.) inter cætera eueniebant. ſimul minuit. Conchyliatis.) Hoc dictum habet ingentem amplificationem ex tacita ratiocinatione. nam ſi tantus luxus ſeruorum fuit, quantum neceſſe eſt in domino ipſo cogitare? Conchyliatis.) conchylijs tincta. Tu ingredi illā.) Hoc ſeparatè exaggerat cum uehementi increpatione. Nec uerò te.) Fingit credibiliter in Antonium, quæ ſceleratis accidere ſolent: atque hæ ſunt poëtarum furiæ. Me quidem.) Delabitur in commiſerationem. Popinæ.) tabernæ rerum eſculentarum. Etſi iam negat.) Occurrit defenſioni, quam fictis ad imitationem uerbis eludit. imitatur aūt uerba in diuortijs uſurpari ſolita: Tuas res res tibi habeto, tuas res agito. quæ ita demū rata erant, ſi cauſa legitima ex duodecim tabulis acceſſiſſet. At quàm, &c.) Hoc ſuperbè et ineptè uſurpabatur ab Antonio, cum quid ediceret uel imperaret: quare meritò reprehēditur. Cur ei bello.) Arguit inconſtantiam in ſuſcepto bello perſequendi, & de eadem re Cæſaris offenſionem obijcit. Quo numero.) Offenſionem Cæſaris cum amplificatione cōmemorat, ex perſona, & meritorum circumſtantia. habet locus uim iudicij Cæſaris in Antonium. Et

ne om-

ne omnia.) εἰρωνεία eſt, qua defendentis ſpecie, & inducta Antonij perſona, ſcelera eius enumerat. *Cum repente à te.)* Tabulam bonorum Pompeij ſignificat in auctione propoſitam, quam Antonius facere cogebatur ut precium ſectionis diſſolueret. *Praeclara illa.)* εἰρωνεία. *Hanc tu auctionem.)* Haeredes L. Rubrij, decreto Caeſaris interpoſito auctionem prohibebant, quia Antonius bona eorum inuaſiſſet. Ergo aliud flagitium Antonij ex alio infert. *Hunc igitur, &c.)* Enthymema rhetoricum ex contrarijs, ad hominis contemptum. *Peruenire non po.)* Propter mortem Caeſaris, quae falſo nunciabatur. *Quonam modo.)* Reprehendit ab exemplo. *Ter depugnauit.)* Amplificatio inconſtantiae. *Sed tamen conſilium.)* Occupatione interpretatur quid reprehendat. nam ex adiunctione turpe fit, quod per ſe erat honeſtum: ut bellum ſuſceptum non perſequi, & ciuile bellum. *Tu uerò.)* A perſona arguit oportuiſſe Antonium potius intereſſe bello in Hiſpania, quam Dolabellam. *Haec quum.)* Concludit ſententiam, & ſummam proponit quam expoſuit. *An tu.)* Iterat quod dixit, cum increpatione. *Qui uerò Narbone.)* Hoc propoſito in aliud delabitur, quod ſibi ab Antonio fuerat obiectum. σχῆμα facit minus praeparatam orationem, cum uelut aliud ex alio occurrit. *Nam quod quaerebas.)* Hoc ita eludit, ut ineptam interrogationem Antonij fecerit magis ridiculam: & ſimul contraria conferendo, ſuum cum illius reditu conferat. *Gallicis.)* Gallicae ſoleae appellabantur uiris, parum decorae. *Rogabatur.)* flagitabatur. *Cucurriſti.)* per Galliam, ut colligeres ſuffragia. *Decima.)* hora quarta poſt meridiem.

In gratiam redeas.) Blanda ironia, ſed tanto amarulentior. *Conſulatus noſter.)* De ſuo conſulatu loquitur, & obiter confert cum Antonij. *Ciſio.)* rheda. *Cauponula.)* taberna uinaria. *Inuoluto.)* obtecto. *Tabellarius.)* Antonius. *Caput.)* ſumma. *Ferre.)* dolorem mulieris. *O hominem.)* Exclamatio contemnentis nequitiam Antonij. *Ergo ut.)* Inuadit Antonium cum increpatione. *Catamitum.)* effoeminatū. *Ne L. Plancus praedes.)* Praedes ſunt fideiuſſores: praedia, bona eorū ſponſione obligata. ſed hic praedes pro bonis μετωνυμικῶς uſurpatur. *Dicacem.)* urbanum. *Nugis.)* rebus leuibus.

Strenuum.) ſedulum. *Praeclarè commendatus.)* εἰρωνεία.

Nihil queror de.) Caeſar induxerat Dolabellam ut Conſulatum peteret, ſed ubi dies uenit, ipſe petiuit, & collegam aſſumpſit Anto. mox conſtituit bellum Parthis inferre, & Dolabellam ſibi ſubrogare. de quo cum ageretur Calendis Ian. in Senatu, reſtitit Antonius, qui inimicus erat Dolabellae, & ſe auſpicijs oppoſiturum eſſe denunciabat.

Nihil queror.) Praeteritio. *Quae dixit, dij boni!)* Exclamatio admirantis indignitatem. *Dolabellam Conſulem.)* Obiter cum indignatione excurrit in eos qui Caeſaris tyrannidem defendebant. *Iuſſurum.)* Verbum tyrannicum. *Vt comitia auſpicijs.)* Reprehendit inſcitiam auſpiciorum in Antoniū. *Sed cum Caeſar.)* Reuocat ſe ad inſtitutā ſententiā. *Ante menſibus.)* antequam fierent comitia Dolabellae. *Nos.)* Augures. *Quiſquámne diuinare.)* Negat uitium denunciari poſſe. & complexione probat quòd neq; comitijs de caelo ſeruare liceat per leges: & ante comitia ſi ſeruatum ſit, obnunciari debere. *Atque illo die.)* Ingreditur reprehenſionem conſulatus. in quo uide in quanta uarietate rerum, tamen ordinem temporis ſequatur. Colligit uaria flagitia & ſcelera Antonij. *Ad idus Martias.)* uſque ad caedem tyranni Caeſaris. *Apparitor.)* qui praeſtò eſt ad exequenda imperia Magiſtratus.

Ipſe.) Antonius. *Rogabat.)* ſupplicitter, humiliter. *Lecticam.)* Caeſaris. *Venderet.)* ad quaeſtum ſuum. *Sortitio praerogatiuae.)* Mira breuitate ordinem rei geſtae perſtringit. Similis eſt βραχυλογία apud Terentium: Effertur, imus, &c. *Dies.)* aderat. *Praerogatiuae.)* ſcilicet fit. *Vocatur.)* à magiſtratu per praeconem ad ferendum ſuffragium. *Confecto.)* lato ſuffragio. *Laelium diceres.)* Laelius fuit augur, ſingulari auctoritate, familiaris minori Africano. *Laeliū diceres.)* Ridicula cōparatio, cum εἰρωνεία.

Senſeras.) terraemotū. *Audieras.)* tonitruū. *Id igitur.)* Infert quod ex enumeratione relinquitur: confirmatq; illic euenientium fuiſſe auſpicia. *Ego hercule.)* Cōcludit cum amplificatione. *Religione.)* metu numinis. *Conſuli.)* Dolabellae, quòd non oportuit. *Nolo plura.)* Abrumpit hūc locū, & addit cauſam. *Quae.)* acta Dolabellae. *Collegium.)* ſcilicet Augurum. *Sed arrogantiam.)* Ex uno in aliud trāſit. *Quam diu tu uoles.)* Vituperat quòd Dolabellam repudiatū, poſtea ſua ſponte aſſumpſerit. quam leuitatem oratoriè arrogantiā appellat. *Voles.)* Subaudi, eſt. *Si nihil.)* Vrget rem complexione. *Sed ne fortè.)* Regreditur unde progreſſus eſt, ne praetermittat ſingulare facinus Antonij. *Pulcherrimum.)* εἰρωνεία, quaſi diceret flagitioſiſſimum. *Non diſſimulat.)* Inſultatio quaſi in uictum, qui non poſſit tergiuerſari amplius. *Sudat.)* Hoc obiter ad irridendū hominem. *Quae poteſt.)* Proponit rem cū amplificatione. *Rhetoris.)* ſcilicet Clodij. *Campus Leontinus.)* quem tu dediſti totum tuo Rhetori. *Coronatus.)* triumphali habitu. *Diadema.)* Hoc erat flagitioſiſſimum. Diadema, faſcia quae circunligatur coronae, aut capiti regio. à διαδέω, circunligo. *Captabas.)* à C. Caeſare. *Tibi uni.)* Subiungit obiurgationem. Et hoc figuratè in Antoniū dicit, qui in iuuentute muliebria paſſus eſt: quam rem ſuprà taxauit. *O praeclaram illam.)* Exclamatio irridentis. aliud ex alio inuadit. *Quid hoc.)* Vehemens inſultatio in Antonium. *Vereor ne.)* Dubitatione praemunit quod liberius dicturus eſt. intelligit autem Brutum & Caſſium, à quibus Antonium unà cum Caeſare interfici oportuiſſe ſignificat. rem complectitur enthymemate. *Vereor ne.)* Hoc ſchema habet uim ex minori. *Abiecerit.)* Abijcere minus eſt, imponere maius.

In faſtis.) In libris quibus anni deſcriptio continebatur.

Iam, iam.) Acris & criminoſa inuectio. *Vrbem.)* patriam tuam Romam. *De die.)* ſicut de nocte. eadem figura facit παρονομασίαν. *Vbi.)* Hoc amplius urget quod dixit. *Quae.)* quas leges. *Ideóne.)* Profert contraria exempla. *Manlius.)* ex ſaxo deiectus uide Liuium in 5. *Sed ad auſpicia.)* Non redit ad eandem rem, ſed ordinem temporis perſequitur, & reprehendit quod facturus erat Antonius, niſi caeſar interiſſet. *Audiebam.)* Hoc dicit loco teſtimonij. *Paratum.)* inſtructum oratione. *Sed incidi in id.)* Breuiter diſtinguit orationē, dicturus de his quae mortem Caeſaris ſecuta ſunt, de quib. inſtituta fuit oratio. *Sed incidi.)* Perpetuò perſequitur ordinē temporis. *Quae tua.)* Haec orationis diſtinctio ad renouādā memoriā pertinet. *O mea ſemper.)* Exclamatione accuſat infelicitatē ſuorum conſiliorū. *Similē.)* ad mores rediturum. *Optimis.)* Caſſio & Bruto. *Poſt tertium.)* ab interfecto Caeſare. *Armati.)* ab Antonio collocati. *Qui tibi illi dies.)* Amplificat rectè facta, ut malè facta mox grauius

uius uituperet. Mentem.) conſiliū & ſententiam. Obſidem.) Hoc ex hiſtoria pendet. Obſes eſt, qui datur à uicto uictori. Bambalionis.) Hoc obiter dicit ad uituperationem. Quanquam te bonum.) Rurſus interpretando corrumpit quæ modò extulit, ne ueram & integram laudem tribuat Antonio. Magiſter.) auctor, qui ſtatim ab officio recedit. Oderunt peccare boni, &c. Funeri.) C. Ceſari. habuit tum temporis Antonius miſerationem, & non ſolùm uerbis rem exagitauit, uerùm etiam corpus confuſſum populo monſtrauit: quo uiſo, in inſaniam & rabiem ita ferebatur, ut mox ad ulciſcendum Ceſaris interfectores impetuoſe curreret, &c. Tua illa pulchra.) Loqtur cū illuſione, et funus Ceſaris factū inſectatur. Pulchra.) εἰρωνεία. Faces.) Significat rogū C. Ceſaris, quē Antonius ſua manu accendit. Deflagrauit.) combuſta eſt. Idem tamen.) Eſt urbana comparatio, quæ ducta eſt à rogo Ceſaris. Præclara.) in ſpeciem, ut uidebatur. ſapit hic locus εἰρωνείαν ex perſona Antonij. Immunitatis.) uacationis à bonis publicis. Cuiuſquam ben.) ſcilicet tabula. Naufragia.) Bona metaphora. Inſpectantibus.) Sequitur criminoſa narratio factorum Antonij. Venibant.) uendebantur. Singillatim.) priuatis hominibus. Dabatur.) uendebatur. Stante Repub.) ſalua. Nundinis.) pactionibus. Inſtat rurſus in Antonium, & obijcit interuerſam pecuniam. Septies millies.) Septuagies quinquies centena millia coronatorum ſunt. 17 milliones cum dimidio. In tabulis.) in quibus erat ſumma pecuniarum ſcripta. Iis.) Pompeianis. Argumentum ex conſequentibus. Seſtertium quadringenties.) decies centena millia coronatorum. Deſiſſti.) diſſoluiſti. Sed unū.) Profert ridiculam impudentiam ablatæ pecuniæ à Deiotaro. nam huic abſtulerat Ceſar, reſtituit Antonius, pactus ex ſyngrapha centies ſeſtertium ab legatis eius. HS centies.) Sunt ducenta & quinquaginta millia coronatorum. Hoſpitem.) Deiotarum. Præſens.) Ceſar. At quibus uerbis?) Profert uerba decreti, quo rem apertius coarguat. Mira.) Ironia. Complexio.) comprehenſio. At ille.) Ceſar. Semper enim.) Suum interponit teſtimonium. Viros.) ſcilicet facta eſt. HS centies.) hoc eſt, ducenta & quinquaginta millia coronatorum. Gynæceo.) in conclaui mulierum. Hoc obiter addit ad uituperationem Antonij, quòd decreta fecerit inter mulieres. Qua ex ſyngrapha.) Monet nihil actum eſſe cum legatis, & locum ex iure profert. Qua ex ſyngrapha, qua ex cautione. Suo Marte.) per ſe. Ne iſte qui tibi eſt à conſilijs.) Quis ſit, incertū eſt. Ille uir.) Obiter laudat Deiotarū. Tanquam gladiatorum.) Opinor pugnas nobilium gladiatorum ſignificari in membranis ad uiuum expreſſas. Appendantur.) ad ſtaterā. Liberant.) accepta pecunia. M. Brutum.) qui prætor obtinebat Cretam. Vectigalibus.) quæ pendebantur quotānis populo Ro. Tu mentis.) Vehementer inuehit. An Ceſaris.) Arguit uanitatem decreti ex tempore, quòd ueriſimile non ſit Ceſarem eiuſmodi decretum feciſſe: nec ſi feciſſet, poſſe ualere, quoniam ad Brutū Creta adhuc nihil pertinuerit. Omnino.) Epiphonemate concludit hanc inſectationem. Et de exulibus.) Interrogat quod dici non poteſt, oratoriè. Nullius inſector.) Improbat legem, & ſubdititiam arguit coniecturis. Eorum.) exulum. Inquinatos.) ignominia affectos, notatos. Reditus.) ſcilicet tardiores. Quorum cauſam.) Argumentum ex coniecturis. Cur eos habes.) Delabitur ad reprehendendam impietatem in patruum. Intelligit C. Antonium. Quem etiam.) Colligit & alia crimina. Eamq́.) Singularis impietas in patruum.

Petitionem.) id eſt, eos competitores ſubornaſti. Cur autem.) Varia hoc in loco colligit. An quia.) Rurſus interrogat quod dici non poteſt. Siniſtrum.) ad ſiniſtram partem. Interuenit.) C. Antonius. Credo.) εἰρωνεία. Omnibus eam contumelijs.) Erumpit uehementius, et obijcit multa crimina, quæ gradatim attollit. Contumelia eſt iniuria cum contemptu. Sororem.) patruelem. Alia conditione.) alio matrimonio. intelligit Volumniam. Quis interpretari.) Amplificat frequenti & criminoſa dubitatione, quam ſingulatim in perſonas ſpargit. Sed ad.) Cōtinuat ordinem temporis, & excitat auditorem. Locus hic pendet ex hiſtoria. Ad chirographa.) Ceſaris. Dixiſſet.) falsò, & mentitus fuiſſet. Si ſunt.) Obiter coarguit Senatum. Veneunt.) uenduntur. Cōplexio rhetorica. Cum conſilio.) cum conſiliarijs (ſic uocant) adhibitis. Quem.) conſiliarium. An es.) Interrogat quod negari non poteſt. An eas.) ad quas te, donec armatus eſſes, comparaſti. Cum Capuam deducere conatus es.) coloniam. Antonius conatus fuerat Capuam nouam coloniam deducere ex ueteranis militibus, ut ſtudia eorum ſibi adiungeret: ſed prohibitus fuit à Campanis, & penè interfectus. Tollatur.) negocium perficiatur. Agrum Campanum.) Rem profert cum amplificatione. Militibus.) Ceſarianis ueteranis. Infligi) Comparatio. id eſt dolebamus. Leontino.) in Sicilia. Agrum.) ſcilicet dediſti. Te ſanum.) Eſt feſtiua deflexio à corpore ad animum. Eſt etiam εἰρωνεία. Sed ad.) Reuocat ſe ad inſtitutum. Inſolentia.) ſuperbia & arrogantia. Vt uexillum.) Addit cauſam inuidioſam. Vt uexillum uideres.) Hæc erat ſolennitas in colonijs deducendis, uel condendis urbibus. nam erecto uexillo, ſulcus aratro proſcindebatur in modum futuræ urbis, quem primigenium appellabant. Vomer eſt inſtrumentum quo terra proſcinditur. Territorium.) ager. Perturbatione.) uiolatione.

Aduolas.) id eſt inuadis. uerbum uiolentiæ, & iniuriæ.

Et ſi ab haſta.) Occupat, et contendit ex abūdanti, quod tamen à bonis Varronis remouet. Ab haſta.) ab auctione. Valeant.) uim habeant. Etſi.) Concedit. Haſtam.) auctionem. In foro figebatur haſta, ſi alicuius bona uēdenda eſſent, quæ præco pronunciabat. Miſiſſe.) Alia obiectio. Ipſum enim.) A ſuperuacuo. De fortunis.) de bonis. Nullius.) [illegible] confirmat. Quod ſi.) Occurrit uarijs obiectionibus, & anteuertit omnes Antonij defenſiones. Quid ſi etiam ſcripſit.) Hoc uult factum fuiſſe à Ceſare, ſed Antonium non obtemperaſſe. Aliā cauſam.) ſcilicet iuſtā. Aliam confidētiæ.) iniuſtā. At quàm multos.) Inſectatur luxuriam, & fortunam uillæ deplorat. Tertia.) Octaua ab ortu ſolis. Tecta.) uillæ Varronis. Hæc uidentur ſumpta eſſe ab aliquo poëta. Iſte.) Antonius. At uerò te.) Amplificatio ex contentione ſtudiorum. Natabant.) inundabant. Meritorijs.) cinædis: quaſi dicas, cum meretricibus. Obſolebant.) obſcurabantur. Quum inde.) Perſequitur cætera, & ordinem flagitioſiſſimi itineris deſcribit. Vt mortuum.) Ridicula comparatio. Habitabant.) officij cauſa præſtolabātur. Deuij.) id eſt, à uia diuerſi, longius à uia ſiti. Incredibile.) tantam arrogantiam in quoquam eſſe. Tamen.) Obiter hoc addit, ad uituperationem. Quid ego.) [illegible] rhetorica.

rhetorica. Magno quidẽ.) Obiter laudat factũ, & probat. Non ut te.) Hoc in loco facit [illegible] *ad Antoniũ, & concludit ſententiã. Clientes.) Cliens inferior, qui colit patronum: patronus, qui inferiorem ſumit in tutelam, ſumitq; relatius. Interea dum.) Deſcripſit peragrationem. nunc tempus illius deſcribit. omnia cum uituperatione. Buſtum) C. Cæſari erectum. Vt conſtabat.) Hoc addit loco teſtimonij. Cõcidiſti.) ſcilicet metu, animo. Quid euenerit.) Loquitur de Dolabella, qui optimus fuit conſul, ſed poſtea ab Antonio corruptus. Collegam quidẽ de cœ.) id eſt, de ſumma gloria in ſummam inuidiam coniecisti. Prouerbialis metaphora, in cœlo eſſe, eſt ſummis laudibus celebrari, in honore eſſe. Sed certè ut diſsimilis.) Significat Dolabellam corruptum quidem ab Antonio, ſed minus quàm illum peruerſum eſſe. Qui uerò.) Redit ad illius aduentum Romam, & amplificat rem comparatione. Regnantem.) dominantem. Abſconditi.) erant uerecundiores quàm Antonij. Agmine.) Rem oculis ſubijcit. Quadrato.) quaſi in procinctu ſtantes, ad prælium ituri.*

Atq; his.) Quæ dixit, leuiora facit, ut grauiora ſubiungat. Subeſt uis comparationis, & amplificationis. Mirabilia.) [illegible] *Qui chirographi.) Exponit iſta mirabilia quæ dixit. Præclarat.) Seriò loquitur. Prorogauit.) contra legem Cæſaris. Prorogauit.) auxit, extendit. In publicis.) Quod dixit, exponit. Leges alias.) Cæſaris. Obtentum eſt) ratum fuit. Signa.) Exponit quomodo ſit reſciſſum. Populo.) ſcilicet Romano. Deportauit.) ſibi uſurpauit. Et tu in Cæſaris.)* [illegible] *eludit uerba Antonij, & inconſtantiam eius reprehendit in defendendis honoribus Cæſaris: ſimul inuehens in* [illegible] *illius, quam uiuo Antonius lege decreuerat. Tu illum, tu illum amas mortuum!) Hæc geminatio efficacius eludit. * Immo ſi diligenter attenderis, offendit, ſiquidem in ſecundo fit m r o. certè in uetuſtis codicibus non eſt. Hiero. Fer. Puluinar.) lectum ſtratum in Capitolio, & alijs templis. Simulacrum.) effigiem ipſius Cæſaris. Faſtigium.) Faſtigiam moles erat pyramidis in modum in altum extructa, quam uarijs picturis ornatam in conſecrationibus diuorum erigere ſolebant. Flaminem.) ſacerdotem, qui ipſe erat ſacerdos. Eſt ergo.)* [illegible] *Ceſſas.) differs. Quur non inaugurare.) Significat hæc omnia irrita eſſe. Inaugurare.) conſecrare. Siue quòd tyranni, &c.) Vtrunq; nefas. Quæro deinceps.) Sumit occaſionem ex tempore Prætextati.) Vtebantur prætexta & in ludis, & feſtis diebus. An ſupplicationes.) Supplicationes mortuo Cæſari præter cæteros honores addiderat Antonius, ut parentalibus celebrarentur. Quæres; placeã ne.) Occupat & interpretatur quod reprehendit. Metiri) facere, æſtimare. Quid ad hæc.) Eſt inculpatio quædam. Apertiorem in dicendo.) Scomma ex ambiguo. Apertiorem.) nudiorem. nam & ad corpus refertur. aliud refert dicẽdo, aliud notat. Ille.)* [illegible] *urget grauius. Hiſcere.) mutire. Hunc unum diem.) Acriter inſtat, & exagerat obiectionem. repetitio auget. Valuæ.) fores, à uoluendo dictæ. Præſidij.) Occupat defenſionem. Nónne igitur.) Nunc defenſionem conuertit in uituperationem & criminationem. Sed nullam.) Delabitur in comminationem, & perorat. Eſt concluſio orationis. Septum.) munitum. Eripiet.) Minatur. Conſilijs.) tyrannicis. Etenim iſta tua.) Volumniam intelligit, quæ antè Clodio & Curioni, deinde Antonio nupſerat. & eſt ominatio ex fato mulieris. Auara.)* [illegible] *dicit, &* [illegible] *Sine contumelia.) eſt* [illegible] *Penſionem.) mortem Antonij. Habet populus Rom.) Brutum & Caſsium intelligit, in quibus denunciat præſidium fore defendendæ Reipub. Et eſt locus facultatis in coniectura. qua quæ minatur, futura eſſe probat. Præſidium.) omnis defenſio. Vlta eſt.) cæde C. Cæſaris. Habet quidem.) Iterat eandem ſententiam. Nobiliſsimos.) Brutum & Caſsium. Cedam) Occupatio. Quàm.) quantum uolent. A Republica.)* [illegible] *Et nomen pacis.) Addit cauſam ſuſcipiendi facinoris, qua optimus quiſq; ad depellendam tyrannidem impellatur. Sed inter.) Habet uim ex minori. Bello.) ſuſcepto contra tyrannum. Quòd ſi ſeipſos.) Occupat oppoſitionem, & profert alia, ut cauſam impulſionis ab exemplo liberatorum patriæ, quorum factum amplificat tyrãnicidarum comparatione. Abſtulerunt.) ſi ceſſerunt inſidijs & gladijs Antonij. Tarquinium.) Amplificat, & docet. de quo eſt apud Liuium in 2. & 3. lib. Iunium intelligit. Hi.) Caſsius & Decimus & M Brutus. Appetentem.) Cæſarem. Cœlo.) id eſt ampliſsimam gloriam & immortalem. Etſi.) Ipſe exponit hanc gloriam, quam ſunt ſecuti. Recordare.) Concludit, & confert præteritam gloriam Antonij cum tyrannico lucro. & remiſsius mouet. Lætitiam.) quaſi recuperata libertate. Nummatione.) pecuniaria copia. Sed nimirum.) Omittit gloriæ commemorationem, & ad periculum reuertitur. Sed nimirum.) Correctio. Sentiunt.) ut febricitantes. Stupore.) Senſus diminutio eſt, & priuatio. Sic libidinoſi.) Apta comparatio. Iudicia non timeat.) Occupat ſecuritatem, & refellit. Vim.) potentiam tuam. Quod ſi non Rurſus occupat, & aliud opponit, quod confirmat exemplo Cæſaris ex maiori. Interfectus.)* [illegible] *An tu es ullis.) Perſtat in comparatione, & ex ea ducit aliud argumentum coniecturæ, Cæſarem periſſe, ergo Antonium facilius periturum. Lenierat.) conciliauerat ſibi, adiunxerat. Monumentis.) ſpectaculis & ludis. Congiarijs.) liberalitate. Epulis.) publicis. Monumentis.) ædificijs. Cæteris uerò.)* [illegible] *Sed ex plurimis.) Argumentum ex tempore: periculoſius appeti dominatum poſt mortem Cæſaris, quàm tyrannide nondum cognita. Hæc igitur non.) Concludit, & congregat argumenta. Hæc ſolent fieri in epilogis. Sed de te.) Correctio. Defendi Rempublicam.) Oſtendit fidem ſuam erga Rempub. & tacitè Antonio minatur. Catilinæ.) ex ex maiori. Repræſentari.) reſtitui. Vtinam aliquando.) Allegoricôs optat ut populus Romanus tyrannos armis expellat: ſe aſſerendæ libertati defuturum non eſſe, etiam ſi occumbendum ſit. Duo modò.) Pathetica & plena fauoris optatio, qua orationem concludit.*

CHRISTOPHORI HEGENDORphini in II. Philipp. Annot.

ORatio hæc patim eſt iudicialis, partim demonſtratiua. Iudicialis quidem, quòd criminibus & maledictis Antonij in ea reſpondet Cicero: Demonſtratiua uerò, quòd uehementiſsimè & acerbiſsimè Antonium uituperat. Quónam meo fato.) Exorditur ab expoſitione infortunij ſui, cum admiratione, & indignatione. Nec uerò.) Occupatiuncula. Te miror Antoni.) Admiratur Antonium nec aliorum malis à lædenda Repub. abſterreri, &

non licere ſibi tum à Cicerone alienum exiſtere. Tu ne uerbo quidem) Beneuolentiam captat, quòd ultrò ab Antonio prouocatus, ei reſpondere cogatur. Contēpſiſti me.) Beneuolentiam captat, quòd Antonius in ſe Cicerone habeat nihil quod contemnat. Cui priuſquam.) Propoſitio eſt, cum captatione & docilitatis & attentionis. Contra rem ſuam.) Primum crimē Ciceroni ab Antonio obiectū.

An ego) Confutatio obiecti criminis, & argumentū ab honeſto. Non uirtutis ſpecie.) Subindicat M. Antonij impudicitiā. Sed hoc idcirco) Inuidioſum eſt quod hic narrat: nam ad inuidiam ſoceri Antonij hoc cōmemorat. Domum meam uenitaras.) Secunda obiectio Antonij. Ne tu.) Confutatio eſt à falſo. Auguratus petitionem.) Tertia obiectio Antonij. Quo enim tempore.) Confutat à falſo, quòd nec Antonius auguratū petere potuerit, ut qui damnatus fuerit de debito ducentorū ac quinquaginta talentorum. Poteras autē, &c.) Nam eo tempore electus eſt Cicero augur, quando M. Craſſus perijt ad Parthos, & in eius locum Cicero ſucceſſit. Sine Curione.) Ambitū Antonij notat. At beneficio.) Quarta obiectio de Ciceronis ingratitudine erga Antonium. Quo?) Diſſimulatio.

Sed quo beneficio) Subiectio. Beneficio.) Cæſar quum Pompeium uiciſſet, dabat negocium Catoni Vticenſi, ut Ciceronem claſſibus & copijs naualibus præficeret. Verùm Cicero, recuſata iſta conditione, Brundiſium fugiebat: ubi Antonius collocatus, cum, utpute Pompeianum, & recuſantem imperium Cæſaris, interficere potuiſſet, ſi modò uoluiſſet. uide Appianum li. 2. Bellorum ciuil. Quem ipſe uictor.) Confutatio à maiori, & quòd non debuerit Antonius ſe Ciceronem Brundiſij interficere. Ex latronibus.) Inuidioſe hoc dictum eſt. Fac potuiſſe.) Conceſſio eſt. Quod eſt aliud.) Confutatio ab extenuatione beneficij, & quòd prorſus non ſit beneficiū.

Quos tu ipſe.) Vrget Antonium ſuo ipſius de interfectoribus teſtimonio. Sed ſit beneficium.) Conceſſio. In quo potes.) Se non ingratum erga Antonium eſſe probat.

An de interitu.) Subiectio. At illi querela.) Confutatio ſubiectionis eſt. Et quidem cuius temperantiæ.) Congeries flagitiorum Antonij in prima oratione enumeratorum. Reliquias.) Intelligit opinor quatuor millia talentorū quæ à Calpurnia uxore Cæſaris mutuò accepit Antonius. At etiam literas.) Quinta obiectio Antonij ex literis Ciceronis facta. Quis enim unquam.) Locus eſt cōmunis, quàm immane quàm capitale facinus ſit, literas amicorum arcanas propter quandam offenſionem in apertum proferre. Sed quid oppones.) Ad obiectionem ex literis ſuis ab Antonio factam redit. Magiſtro tuo.) Sexto Clodio Latinæ linguæ iuxtà ac Græcæ doctore clariſſimo, de quo Suetonius de Grammaticis & Rhetoribus claris. Quod enim uerbum.) Mea ſententia intelligit epiſtolam cuius initiū eſt, Quod mecum per literas agis, ſcriptam ad Antonium: de qua uide lib. 14. epiſtol. ad Atticū.

At ego tuas literas.) Anticategoria, id eſt recriminatio per occupationem eſt. Tuas literas.) Initium literarum Antonij eſt, Occupationibus eſt factum, &c. quas quoq; uide lib. 14. Epiſtolarum ad Atticum. Veruntamen.) Nullam fuiſſe Antonij rogandi cauſam de reducendo quodam ab exilio, indicat. Sed quum mihi.) Diluturus atrocia quædam crimina ſibi ab Antonio obiecta, nouo quodam exordio utitur. Multa dicenda.) Attentionem captat. Pro me.) Beneuolentiam captat, quòd pro ſe dicere uelit.

Vt prouocatus.) Beneuolentiā captat, quòd prouocatus reſpondere Antonio cogatur. Quid enim.) Probat conſulatum ſuū reipſa ſenatus fuiſſe. Vtriq; fatale.) Fuluiā intelligit, cuius fato Clodium, Antonium, Curionem periturum eſſe oſtendere uult. Non placet.) Repetit obiectionem Antonij. At placuit.) Inductione utitur, probans nulli non bono uiro Conſulatum ſuum placuiſſe.

Qui honos.) Amplificatio honoris ſibi decreti. Huius ego alienus.) Anticategoria eſt. nam Antonij Conſulatum recriminatur. Hodie non deſcendit.) Dialogiſmus eſt. Neminem nominabo.) Intellectio eſt. O fœditatem.) Exclamatio pathetica. Tu quū principē.) Exaggerat hoc, quòd relicto auunculo ſuo, tam malis conſultoribus utatur Antonius. Tuus ſcilicet.) Epiphonema ironicū. At etiā auſus es.) Reſpondet Antonio obijcienti quòd in cliuo Capitolino armatos ſeruos collocarit. Siue illa tibi.) Dilemma eſt. Quis enim.) Se armatos ſeruos in cliuo Capitolino non poſuiſſe probat. Quis enim nomen.) A ſe nullam uim Senatui illatam, dum de pœna coniuratorum conſultat, confirmat. Etenim homines.) Exaggeratio ſceleris coniuratorū, è qua probat quòd omnes ultrò ſibi operam promiſerint. Se urbem inflammare.) Diſtributio eſt. Ad ſepulturam.) Obiectio Antonij eſt. Hoc uerò.) A falſo confutauit, ut quod capitaliſſimus ſuus hoſtis dixerat.

An uerebare.) Antonium uituperat à praua educatione. Tam autem eras excors.) A pugnantibus & contrarijs confutat. Vitricum tuum.) Pugnantia & contraria oſtendit. Iam illud.) Repetit ſuperiorē Antonij obiectionem de cliuo Capitolino. Ab Ityreis.) Ityrea regio Palæſtinæ pariter & Iudææ, in qua M. Antonius rei bellicæ operam dedit, unde & non parum multos inde monſtros & ſatellites abduxit. Quid enim eſt dementius.) Repugnantiam probat. Cedant arma.) Obiectio Antonij eſt. At poſtea.) Recriminatio eſt. Nec uerò tibi de uerſibus.) Reiectio eſt. P. Clodium.) Obiectio Antonij eſt.) Quidnam homines.) Regerit obiectum crimen gratia inuidiæ conflandæ. Si tum occiſus eſſet.) Paradoxon eſt. Sed quid.) Ad obiectionem Antonij redit.

Quanquam de morte.) Correctio eſt, qua leniter perſtringit Pompeium quæſtionem nouā de cæde Clodij conſtituentem. Quid ergo.) Subiectio. Ego M. Bibulo.) Confutatio obiectionis. A mea familiaritate diſiunxit.) Quum ſcilicet Cicero legationem Cæſari pactam abnegaſſet, & ſe ad publica uertiſſet. auctor Plutarch. in uita Ciceronis. Stulti erat ſperare.) Diſtributio. Duo tamen tempora.) Parrheſia, id eſt licētia eſt. Vtinam Cn. Pompei.) Apoſtrophe ad Pompeium. Hæc mea.) Epilogus conſultationis. Sed hæc uetera.) Tranſitio eſt. Cæſarem meo iudicio) Obiectio Antonij. Iam uereor.) Confutatio obiectionis. Quis enim meum.) Cōfutatio à falſo. Occultatum dico?) Correctio. Etenim ſi auctores) Probat ſingulos coniuratores alia quàm Ciceronis conſilia habuiſſe, quibus ad occidendū Cæſarem commoti ſunt. Hala.) A quo matris Seruiliæ reſpectu oriundus erat. hic Hala Spurium Melium largitione frumentaria regnum adfectantem, in medio foro obtrūcauit, auctore Liuio in 4. Non ſpoliatio dignitatis.) Nam Cæſar eū nullo honore fungi paſſus eſt. An C. Trebonio.) Probat pleriſque ſe ut Cæſarem interficerent, ne ſuadere quidem auſum fuiſſe, ut qui amantiſſimi Cæſaris fuerint. Vanum ergo eſſe, conſilio Ciceronis Cæſarem interfectum.

At quem-

At quemadmodũ.) Diluit ſuſpicionem, è qua Antonius Cæſarem conſilio Ciceronis interfectum coniecerat. Quæ mihi potiſsimum.) Inuerſio cauſæ gratulationis M. Bruti. Quid enim intereſt.) Probat conſequentiam argumẽnti. Etenim, &c.) Confirmatio. Sed ſtuporem.) Antonium ſtuporis arguit, quòd Ciceronem, quia conſcius fuerit coniurationis in Cæſarem, ſceleratum appellarit: & M. Brutum, Cæſaris interfectorem, bonore ſemper affecerit. Sic enim dixit.) Mimeſis eſt. Eſto.) Conceſsio.

Nunquámne intelligis.) Vrget Antonium argumento à diſiunctiuo: Aut parricidæ ſunt interfectores Cæſaris, aut uindices libertatis. Sed uindices libertatis ſunt, ergo non parricidæ. Cogitationem ſobrij hominis.) Exprobrat ebrietatem Antonio. Neq; quicquam eſſe medium.) Nam in diſiunctiuo argumẽto neceſſe eſt alteram partem eſſe ueram, alterã falſam. Si parricidæ.) Interfectores Cæſaris non eſſe parricidas, à præmijs quibus ab Antonio affecti ſunt, probat. Scribã ad illos.) Summæ eſt gloriæ ſibi eſſe quòd etiam inter conſcios cædis Cæſaris numeretur. Quæ enim res.) Exaggeratio cædis Cæſaris, à magnitudine rei. Qui locus eſt.) Diſtributio. Et ſi meus ille ſtylus.) Hoc eſt, ſi hoc negocium meo arbitrio, meoq; artificio cõmiſſum fuiſſet. Sumpta metaphora à fabularũ auctoribus, quorũ ſtylo & calamo fabula tota conficitur. Quanquã ſi interfeci.) Regerit crimen ſibi obiectum in aduerſarium Antonium. Quanquã illud quidẽ fuit.) Ratiocinatio eſt. nam à ſpe cõmodorum, Antonium Cæſaris occidendi conſilium cepiſſe probat. Reſpondi maximis criminibus.) Tranſitio eſt. Fatear etium me.) Parrheſia utitur, ſe enim doluiſſe liberè fatetur. Dolebam, dolebam.) Conduplicatio. Neq; uerò.) Præoccupatio. Illos ego præſtantiſsimos.) Cauſam doloris ſui indicat per diſtributionem. At uerò Cn. Pompeij.) Obiectio Antonij eſt. An ille quenquam.) Confutatio obiectionis. Ego incolumitati.) Regreſsio eſt. Quòd autem habebat.) Enthymema eſt. Paphum.) Oppidum Cypri, ab Agapenore conditum, non procul ab Alexandria diſtans. uide Pomponium Melam libro 2. Te ſectorem eſſe.) Sector dicebatur, qui bona condemnatorum in auctionibus emebat, et poſtea pro cõpendio uendebat. Dictus ſector, quòd ſpem lucri ſui ſequeretur. ita Aſconius Pedianus. Ne iocis quidem.) Pompeio dicenti Ciceronem ſerò ueniſſe, reſpondit Cicero, Minime ſerò ueni. nam hic nihil parati uideo. Interroganti Pompeio, ubi nam gener eius eſſet Dolabella: reſpondit, Cum ſocero tuo eſt. Tamen ſi modò.) Non intempeſtiuè ſe uſum iocis probat. Hæreditatem mihi.) Obiectio Antonij eſt. Vtinam hoc tuum.) Confutat obiectum crimen, & à recriminatione, & à falſo.

Te is quem nunquam.) Ab indignitate rem exaggerat. Velim mihi dicas.) Accuſat Antonium, quòd malis artibus hæreditates alienas adierit. Quanquam hoc maximè.) Tacitè paupertatem Antonio exprobrat. Hæc ut colligeres.) Epilogus criminum ſibi obiectorum ab Antonio. Vini exhalandi.) Ebrietatẽ Antonio exprobrat.

Et uerò adhibes.) A præceptore Antonium uituperat. Vide autem.) Collatio aui & Antonij in agendis cauſis. At quanta merces.) A mercede præceptori data Antonium inſectatur. Iugerũm.) Columella libro ſexto: Duo, inquit, actus, iugerum efficiunt longitudine pedum 240. latitudine pedum 20 quæ utraq; ſummæ in ſe ductæ, quadratorum pedum faciunt millia 28. & octingentos. Sed dicam.) Reiectio eſt. Iam enim.) Tranſitio. Nec enim omnia.) Attentionem parat. Vis ne igitur.) Secunda orationis pars, in qua uitam Antonij inſectatur. Tenès ne memor.) Pueritiã Antonij percerpit. Quatuordecim ordinib.) Lucius Roſcius Otho Conſul legem tulit, ut in theatro Equitibus Romanis ordines uigintiquatuor ſpectãdi gratia darentur. Hæc Pompon. Lætus in libello de legib. Romanis. Sumpſiſti uirilem togam.) Adoleſcentiam Antonij inceſsit. Primò uulgare ſcortum.) In fœminam ſtatim mutatus, & non ſecus ac ſcortum uulgare te proſtituiſti mercede flagitioſiſsima. Quoties te pater eius.) Veriſimile facit, quòd Curio cum Antonio rem habuit. Recordare tempus illud.) Narratio facti eiuſdem eſt. Seſtertium ſexagies.) id eſt centena millia ſeſtertiorum, id eſt centum quinquaginta millia aureorum. Sed iam ſtupra.) Occupatio. Sed reliquum curſum.) Attentionem cum docilitate captat. Intimus erat.) Quid Antonius apud Clodium fecerit, cum ſumma Antonij inſectatione cõmemorat. Molitus eſt.) Intelligit Cicero quòd Antonius Fuluiam uxorẽ Clodij de ſtupro appellarit. Quid dicã.) Intellectio eſt. Inde itum.) Quid cum Gabinio Antonius egerit, narrat. Aut qualis.) quàm inhoneſtus. nam Antonius omnem pecuniam quam ex regis Ptolemæi largitione acceperat, in itinere abſumpſerat. autor Plutarchus in uita Antonij. Quam domum.) Inſectatur Antonium, quòd nullam propriam domum habuerit. Quæ autem erat domus.) Hoc dicere mihi uidetur propter domum Pompeij, quam Antonius uicto Pompeio à Cæſare poſſedit. Veniſti è Gallia.) Quid egerit Antonius è Gallia ad quæſturam petendam domũ reuolans. In quo demiror.) Antonium mendacij accuſat. Deinde continuò.) Quid in quæſtura Antonius fecerit. Sine Senatuſconſulto.) Quia nõ licebat quæſtori abſq; Senatuſconſulto in prouinciã proficiſci. auctor Pomponius Lætus de Magiſtrat. Ro. Id enim unũ.) Eadem Suetonius in uita Cæſaris. Aduolas egens.) Paradoxon eſt. Accipite nunc quæſo.) Quid in tribunatu Antonius deſignarit, & quid ei à ſenatu obtigerit. Nam cum L. Lentulo.) Narratio eſt. In te M. Antoni.) Apoſtrophe ad Antoniũ eſt. Id decreuit, &c.) Nam ſenatus M. Antonium & Curionem & Caſsium acerrimos abſentis Cæſaris patronos, primum è curia eiecit, deinde eũ ſumma ignominia ex urbe exegit, & in exiliũ ire coëgit. Quid cupidè, &c.) Amplificat interceſsionem Antonij. Sed ſæpius.) Nam Marcello Conſule legiones Pompeio decernente, Antonius interceſsit, rogationẽ ferens, ut præſentes copiæ Bibulo in Syriam aduerſus Parthos mitterentur. Præterea quum Cæſar epiſtolas ſenatui miſiſſet, & eas ſenatus legi in publico nollet, Antonius fretus Tribunatu, literas in publico recitauit. auctor Plutarchus in uita Antonij. Tu tu inquam M. Antoni.) Repetitio propter uehementiam. Cauſam belli, &c.) Nam Antonius in exilium eiectus, aſſumpta ueſte ſerui, uectus rheda, ad Cæſarem confugiens, ſenatũ accuſauit: nullas in urbe ualere leges, ius tribunitium ſublatum eſſe: ijs qui æquum & bonũ defenderent, periculum capitis imminere dixit. auctoribus Plutarcho in Cæſare, Appiano in libro ſecundo. Omitto quàm hæc falſa.) Per occupationem Cæſarem perſtringit.

O miſerum te.) Exaggerat hoc quòd Antonius auctor belli ciuilis fuerit. quanquam Plutarchus id uerum eſſe negat. Conſules ex Italia.) Exaggerat factum Antonij à uiris in bello ciuili ex Italia expulſis. Et eſt diſtributio. Vt

gitur in ſeminibus.) A ſimili exaggerat. Interfecit Antonius.) Complexio uel συμπλοκή, quando proprium nomen crebrò repetitur. uide Fabium libro 9. Vt Helena.) Exaggeratio à ſimili. Reliquæ partes Tribunatus.) Commemorat quæ reliquo tempore Tribunatus ſui Antonius fecerit. Cuius tamen ſcelus.) Propoſitio cum attentione eſt. In his patrui.) Accuſat Antonium impietatis. Patrui.) C. Antonij, collegæ Ciceronis in Conſulatu, qui poſt Conſulatum condemnatus, in inſula Cephalenia exulauit. Si ſeuerus, ſi miſericors.) Dilemma eſt. Beneficio legis diſſolueret.) Hoc eſt, ideo Antonius legem de reſtitutione Licinij tulit, ut quod Licinius in alea perdidiſſet, reſtitutus rurſum lucraretur. Quam attuliſti rationem.) Communicatio eſt. Abſentem credo.) Fingit cauſas propter quas Antonius Lenticulam reſtituerit, & eſt fictio. At uir bonus.) Subiectio Antonij. Nihil id quidem.) Reiectio. Hominē uerò.) A circumſtantijs exaggerat nequitiā. In eodem Tribunatu.) Cōmemorat aliud factum Antonij, quod Cæſare in Hiſpaniam proficiſcente fecerit. Scio me in rebus.) Beneuolentiam & attentionem parat. Vehebatur in eſſedo.) ὑπό. eſt, id eſt ſplendida deſcriptio uecturæ, qua Antonius uectus eſt in luſtratione municipiorum. O miſeræ mulieris.) Exclamatio pathetica. Præfecturas.) Præfecturæ dicebantur quondam in Italia, in quibus & ius dicebatur, & nundinæ agitabantur. Et erat quædam earum Reſpublica, nec tamen magiſtratus ſuos habebant: in quas præfecti Romani mittebantur quotannis, qui ius dicerent. Hæc Beroaldus. Et lubricè uerſatus.) Quomodo in bello cum Cæſare Antonius uerſatus ſit. Si poteſt ulla.) Correctio. Victor Theſſaliæ.) Repetit quod ſuprà ab Antonio obiectum confutauit, nempe quòd Antonius Ciceronē quē Brundiſij interficere potuiſſet, non interfecit. Veniſti Brundiſium.) Ex obiectione Antonij Cicero occaſionem inſectandi libidinem Antonij arripit. Si te municipiorum.) Exaggeratio eſt flagitij Antonij. Italiæ rurſus.) Quæ flagitia Antonius in Italiæ peregratione fecerit, narrat. Sed hæc quæ robuſtioris.) Tranſitio eſt per occupationem. Tu iſtis faucibus.) Immanem Antonij uinolentiam & uomitum inſectatur. Iſta gladiatoria.) Amplificatio eſt per ratiocinationem. Fab. in 8. Si inter cœnam.) Amplificatio eſt à minori ad maius, uel à circumſtantijs. Veniamus ad ſplendida.) Inſectatur Antonium, quòd ſolus Pompeij bona publicæ auctioni ſubiecta, emere auſus fuerit. Me miſerum.) Narratiuncula adfectibus plena. Bona inquam.) Repetitio eſt propter longiorem parentheſim. Inuentus eſt nemo.) Pathos ab Antonij indignitate. Tantum igitur.) Exaggerat flagitium & furorem Antonij à circumſtantijs. At quàm inſolenter.) Inſolentiam Antonij in inuadendis Pompeij bonis reprehendit. Sed ut eſt apud Poetam.) Profuſionem bonorum Pompeij in Antonium inſectatur. Poeta is Næuius eſt, autore Feſto Pompeio in dictione Partus pro paratus. Maximus uini.) Diſtributio eſt. Charybdim dico.) Eſt amplificatio ab hyperbolarum cumulatione, ut annotauit Fabius libro 8. cap. de Tropis. Nihil erat clauſum.) Hypotypoſis, id eſt luculenta deſcriptio luxuriæ Antonij. Quamobrem.) Clauſula. At eiuſdem ædes.) Inſectatur Antonium, quòd & ædes & hortos Pompeij ingredi auſus ſit. O audaciam.) Exclamatio indignabunda. Tu ingredi illam domum.) Interpretatio eſt cum interrogatione. Quam domum.) Exaggeratio facti Antonij ab impudentia. An tu illa.) Ab ornatu domus Pompeij. Nec uerò te unquam.) A fictione. Neceſſe eſt.) Exaggeratio ab hyperbola. Niſi ex optimo more.) Hoc eſt, Pompeius in iſta domo ſua optimis inſtitutis uſus eſt, & ſanctiſſimè uxorem, liberos, familiam ſuam rexit. Fuit enim ille uir.) A perſona Pompeij. Frugi factus.) Ironia eſt. Illam ſuam.) Iocatur cum Antonio, quòd ſe cum mima diuortium feciſſe dixerat. Suas res ſibi habere iuſsit.) Verba ſolēnia ſunt & repudij & diuortij. L. 2. ff. de diuortijs. At quàm crebrò.) Inſectatur Antonium quòd in edictis & literis & Antonius & Conſul copulatiuè ſcripſerit. Nam ſi dignitas.) Ab exemplo confirmat in nomine proprio dignitatem non ſignificari. Sed omitto.) Occupatio eſt cū tranſitione. Cur ei bello.) Inſectatur Antoniū, quòd cum belli ciuilis auctor fuerit, bello per C. Cæſarē in Africa geſto abfuerit. Itaq; quem locum.) Irridet Antonium, quòd parum gratiæ ex rebus in Pharſalia geſtis apud Cæſarem conſecutus ſit. Cuius tum Imperatoris.) Sermocinatio eſt odioſa. Dictatoris magiſter.) Amplificatio eſt à dignitatibus Antonij. A me Cæſar.) ἔλλειψις eſt, id eſt defectus uerborum, irato accommodatus. Ego ad illum.) Cæſarem ſine ſe non potuiſſe uincere probat, ſed odioſiſsimè. Ego leges.) Amplificatio per diſtributionem. Quorum facimus.) Locus à conſequentibus. Illa tabula.) In qua bona quæ tua eſſe adfirmabas, deſcripta erant. Poſſet ſuum dicere.) Nam quū Antonius bona Pompeij à Cæſare emiſſet, nec ſoluendo eſſe poſſet, rurſum diuendere coactus fuit, & ita præter miſerum prædium ſuum nihil retinuit. Auctionis uerò.) Antonium bona Pompeij reuēdere coactum criminatur. Veſtis Pompeij.) [illegible] eſt à circumſtantijs. Prohibuerunt.) dictitantes, ſi quæ bona Antonij ſupereſſent, eis deberi, ut qui ab Antonio bonis paternis ſpoliati eſſent. Quippe in his ipſis.) Antonium cædis Cæſaris Iulij accuſat. Proficiſcenti in Hiſpaniam.) Criminatur & reprehendit Antonium, quòd Cæſarem in Hiſpaniam proficiſcentem, tam ſerò ſequutus ſit. Rudem accepiſti.) id eſt uacationem ab arte gladiatoria. Eraſmus in Prouerbijs. Sed tutò.) Timiditatem Antonij perſtringit. Quónam modo.) Confutat obiectionem Antonij, & eum timiditatis arguit. Si de meo iudicio.) Præoccupatio eſt. Cn. Pompeij liberi.) Antonij obiectio. Eſto fuerit.) Confutat Cicero obiectionem. Repetebant.) Cōgeries eſt. An tu Narbone.) Antonio uomitum exprobrat. Qui uerò Narbone.) Perſtringit Antonij ex Narbone reditum. Et tamen quærebat.) Digreſsio eſt ab inſtituta recriminatione, quomodo in Græciam nauigaturus, ex itinere redierit Romā. Primùm luce.) Facetiā admiſcet. Caligis.) Beroaldus ex Gellio legit Gallicis. Sunt uerò Gallicæ, ſoleæ & calciamenta effœminatorum, quibus uiros ingredi indecorum erat. uide Gellium libro 13. cap. 2. quanquam & caligis poteſt legi, ut ſit antitheton uocum. Ex omnibus omnium.) Ad inſtitutum redit, narrans quomodo ex Narbone Antonius redierit. At uidete.) Attentionem captat. Saxa rubra.) Locus inter urbem & Veios. autor Liu. in 2. Inde Caſsia.) Beroaldus legit ciſio. Eſt uerò ciſium uehiculi genus, quo M. Antonius uelociter Romam aduectus eſt, qua uoce & Cicero in oratione pro Roſcio uſus eſt. Ianitor, quis tu?) Dialogiſmo exornat narrationem. Miſericors.) Ironia. O hominem nequam.) Exclamatio.

Catamitum

Catamitum.) hominẽ mollem et effœminatũ, alioqui maſculum ſcortum. autor Valla in Raudenſ. Idcirco urbem.) Quid malorũ Antonius falſo nuncio de obitu Cæſaris fecerit. Et domi quidem.) Noua narratiuncula.

Sed nimis multa.) Correctio cum tranſitione. Cæſari ex Hiſpania.) Narrat quomodo tandem Antonius rurſum Cæſari ex Hiſpania redeunti obuiam proceſſerit. Habebat hoc.) Cæſarem obiter proſcindit atrociter.

Nihil queror.) Dolabellam excuſat. Quæ in re.) Perfidiæ tam Cæſarem quàm Antoniũ accuſat. Veniunt Calen. Ianuarij.) Narrat quomodo Dolabella in Conſulatu circumuentus ſit. Quem negant regem.) Cæſaris tyrannidem inceſſit. In quo primum.) Antonium ſtuporis accuſat. Sed uidete impudentiam.) impudentiam Antonio impingit. Per leges.) Et hoc per legem Fuſiam & Heliam ſcilicet. Verùm implicata.) γνώμη eſt. Atq; illo die.) ἀναφώνησις eſt, id eſt adhortatio. Quis unquam.) Vituperat Antonium ob ambitionem qua in petendo Conſulatu apud Cæſarem uſus eſt. Sortitio prærogatiuæ.) Tribus Romanæ bifariam ſuffragia ferebant, aut per prærogatiuam, aut per in iure uocationem. Per prærogatiuam dabantur ſuffragia, quando tribus aut centuriæ obtinebant, ſed forte, ut primæ ſuffragia ferrent. Quid uideras.) σκῶμμα eſt.

Conuellere.) irrita facere. nam ſi uitio creatus Dolabella Conſul fuiſſet, omnia eius acta irrita fuiſſent. Sed arrogantiam.) Arrogantiæ inſolentiæq; Antonium accuſat. Non diſſimulat.) Irridet Antonium amarulentè.

Quæ poteſt eſſe turpitudinis.) Exagitat Antonium, quòd mercedem præceptori datam peſſimè collocarit. Accedis ad ſellam.) Inſectatur Antonium, quòd diebus Lupercaliorum diadema capiti Cæſaris impoſuerit. Tu diadema imponebas.) Contentio eſt. Tu ergo unus.) Amplificat factũ Antonij. At etiam.) Subiectio ironica. O præclaram illam eloquentiam.) Irridet Antonium, quòd nudus in Lupercalibus coram Cæſare concionatus ſit. Quid hoc turpius.) Exaggeratio facti Antonij. Vereor.) Per occupationẽ oſtendit Antoniũ, dignum eſſe qui uita priuaretur. At etiam adſcribi.) Ab indignitate argumentum. Sp. Caſſius.) Qui in agraria largitione ambitioſus in ſocios, & quia pro Siculo frumento pecuniam acceptam populo retribui iuſſerat, necatus eſt. autor Liuius libro ſecũdo ab Vrbe condita. Sp. Melius.) Sp. Melius eques Romanus frumenta populo Romano ſua impenſa largitus eſt, & ob id factum conciliata ſibi plebe regnum affectans, à Seruilio Hala magiſtro equitum iuſſu Cincinnati Dictatoris occiſus. Liuius in quarto ab Vrbe condita. Sed ad auſpicia.) Ad auſpicia Antonij redit, per commorationem. De quibus rebus.) Communicatio eſt. Num etiam tuum.) Odioſum eſt quod hic narrat. Quæ tua fuga.) Inſectatur Antonium, quòd occiſo Cæſare, abiectis inſignibus Conſularibus, & mutata ueſte fugerit, & ſeſe illatebrarit. O mea ſemper.) Exclamatio pathetica. Poſt tertium diem.) Narrat quid Antonius à cæde Cæſaris fecerit. Quanquam te bonum.) Correctio dictorum. Tua illa pulchra laudatio.) qua in funere Cæſaris uſus es. uide Appianum libro ſecundo. Miſeratio.) quum ſcilicet ueſte à pectore diſciſſa, lachrymans corpus Cæſaris nudũ produxiſti, & prætextam Cæſaris cruentam protuliſti. Funeſtæ pecuniæ.) redactæ ſcilicet ex bonis Pompeianorum interfectorum. Seſtertium quadringenties.) id eſt decies centena millia aureorum coronatorum. Ita Budæus. Sed unum egregium.) Irridet Antonium, quòd accepta pecunia Deiotaro regi à Cæſare ablata reſtituere promiſerit. Modò æquum.) Verba ſunt ex decreto Antonij, quod Antonius ex commentarijs, ut ipſe dicebat, Cæſaris affixerat. Rex enim ipſe.) Antonium irridet, quòd ſe ex commentarijs Cæſaris Deiotaro ſua redditurum promiſit, quæ Deiotarus ſuopte Marte recuperare potuerit. Sciebat homo ſapiens.) Locus à iure gentium. Ne iſte quidem.) Intelligit, ni fallor, Sex. Clodiũ. Quid de innumerabilibus.) Inſectatur Antonium, quòd ex chirographis falſis multum pecuniarum contraxerit. Gladiatorum libellos.) Libelli gladiatorum, in quibus pugnæ gladiatorum deſcriptæ erant. At quàm cæca.) Proſcindit Antonium, quòd Cretam uectigalib. liberarit. Tu mentis compos.) Exaggeratio eſt. At huius uenditione dec.) Ironia amarulenta. Et de exulibus.) Cauillatur legem Antonij de exulibus latam. Cur eos habes.) Obiter hic impietatem Antonij in patruum C. Antonium oſtendit. Et riſus hominum.) Propter abiectos homines, quos competitores cum patruo conſtituerat. Et querelas moueret.) Hominem adeò clarum ſcilicet, & uirum Conſularem ab Antonio ludibrio haberi.

An quia Tribunus pl.) Ironia eſt. Fulmen ſiniſtrũ.) Quod in ſolis comitijs uitium eſt, ut ſcribit Cicero lib. 2. de Diuinatione. Alioqui fulmina ſiniſtra, ſeu læua, proſpera exiſtimantur, quoniam læua parte mundi ortus eſt. auctor Plinius lib. 2. cap. 54. Nulla auſpicia.) Ironia eſt. In Septẽuiratu.) Cicero lib. 3. de Oratore: Pontifices, inquit, propter ſacrificiorum multitudinem tres uiros epulones eſſe uoluerunt, ut ludorũ epularia ſacrificia facerent. deinde numerus epulonum auctus eſt adeò, ut ſeptẽ fuerint numero epulones, & ut hic locus Ciceronis indicat. Credo ne ſaluo.) Ironia eſt. Sororẽ tuam.) Oſtendit M. Antonium uxorem C. Antonij patrui filiam duxiſſe. Tales ſorores patrueles uocantur, ſicut fratres patrueles ex duobus fratribus nati. Quis interpretari poteſt.) Amplificatio eſt partim à diſtributione, partim ab incremento. Acta enim Cæſaris.) Accuſat Antoniũ, quòd multa egiſſe Cæſarẽ dixerit quæ nunquam ab eo acta ſint. Quas Cal. Iunij.) Accuſat Antoniũ, quòd non conuentis ſteterit. At eas.) Inopinatum eſt. O præclaram illam.) Irridet Antonium, quòd quum Capuã coloniam deducere conatus ſit, Campani eum prohibuerint. Agrũ Campanum.) Antonium accuſat, quòd agrum Campanum publicum & uectigalem in priuatorum hominum uſum redegerit. Quid id iam querar.) Agrum Leontinum ab Antonio in priuatum uſum redactũ damnat. Sed ad iter.) Correctio. Caſilinũ.) Oppidum Campaniæ ad flumen Vulturnũ ſitum.

Coloniam Caſilinum.) Criminatur Antonium, quòd coloniam Caſilinum deduxerit contra auſpicia. Vt uexillum uideres.) hoc eſt, ut diſcordiam & bellum inter ueteres & nouos colonos concitares. Et aratrum circunduceres.) hoc eſt ui occupares, & euerteres. Nam ut ueteres urbem extructuri, eam aratro deſignabant, unde Virgil. 5. Aeneid. Interea Aeneas urbem deſignat aratro: ita deleturi urbem, aratrum circunducebant. autor Porph. & Acron interpretes Horatij in 1. Odarũ. Quo in heredũ.) Inopinatũ eſt, & Antoniũ inſectatur, quòd fundũ Varronis ui inuaſerit. Varronis quidem.) Cõmoratur in narratione, quàm iniquè Antonius fundum Varronis occuparit. Miſiſſe te dicis.) Antonij obiectio. Ipſum enim

MICAELI TOXITAE RHAETI Poëtæ Laureati in Philippicam Marci Tullij Ciceronis ſecundam Commentarius ex Scholis Ioannis Sturmij pomeridianis.

ARGVMENTVM.

ETſi cauſæ, quæ in ſenatu aguntur, plerunq; ſunt deliberatiuæ: tamen in eas etiam laudes & uituperationes perſonarum cadunt. Itaque hæc oratio tota ferè demonſtratiui eſt generis. Inſectatur enim Antonium, atque per omnes uitæ gradus eius uitia cõmemorat. Sed quia Antonij calumnijs reſpondet, pars illa in genere uerſatur iudiciali. Habuit enim Antonius orationem contra Ciceronem, cui Cicero, ab amicis prohibitus, propter illius potentiam, non eo die, ſed inſequentibus aliquot diebus hac oratione reſpondet. Cum autem omnis demonſtratio figurarum omnium, atque ornamentorum, unde etiam exornatio dicitur, capax ſit: ideo hæc oratio quia grauis eſt, & ornatum habet maximum, Philippicarum omnium eſt elegantiſsima.

Partes.

Habet autem exordium, refutationem, confirmationem, perorationem.

Exordium.

Vt breue huius orationis eſt exordiũ, ita eſt πρὸς τὴν ὑπόθεσιν totum comparatum. Duo igitur in eo facit: primùm enim ſe laceſſitum ab Antonio, reſpondere oſtendit: deinde cauſas inimicitiarum Antonij inueſtigat erga ſe, idq; enumeratione atque remotione. Fiunt autem hæc omnia, ut aduerſarium in inuidiam trahat, ſibi uerò ſenatorum beneuolentiam comparet. Quoniam autem ad confirmationem properat, & res inuidioſa eſt, paucis conqueritur, & querelæ ſubiungit reiectionem.

Refutatio.

Pars altera eſt ἀνασκευὴ refutatio, quam neceſſariò præpoſuit confirmationi: ut ea quæ obſtare illi poterant, dilueret, ne uiolaſſe Cicero amicitiã uideretur. Ad hanc autem partem accedit propoſitione κατασκευῇ: & primum ſe amicitiam non uiolaſſe oſtendit.

Confirmatio.

Hanc κατασκευὴ confirmatio ſequitur: in qua M. Antonij uitã omnẽ narratione διηγητικῇ percurrit, & quid in ſingulis ætatis ſuæ gradibus egerit, ita demõſtrat, ut omnia quaſi oculis ſubijciat. Habet igitur hæc pars grauiſsimam M. Antonij uituperationem, ut non meritò creditum olim ſit propter hanc orationem Ciceronem uita ab Antonio fuiſſe ſpoliatum: quod Lucanus etiam his uerſib. uidetur indicaſſe:

Ingenio manus eſt, & ceruix cæſa, nec unquam
Sanguine cauſidici maduerunt roſtra puſilli.
O fortunatam natam me conſule Romam.
Antonij gladios potuit contemnere, ſi ſic
Omnia dixiſſet. ridenda poëmata malo,
Quam te conſpicuæ diuina Philippica famæ,
Volueris à prima quæ proxima.

Neq; id ſanè mirum. quotus enim quiſq; eſt, ſi malè agat, qui audire uerum poſsit æquo animo: in tanta præſertim potentia, in quanta tum Antonius erat! Atq; hæc pars demonſtratiui generis eſt.

Status.

Status igitur eſt ποιότης, an talis ſit Antonius, qualem eum eſſe Cicero oſtendit. Neq; enim ſe Antonius ſolũ, ſed amici quoq; eius defenderunt ipſum. Non igitur planè eſt ἀκατάστατον genus ἐπιδεικτικὸν: ſed ſtatum ſæpe habet, cum dubitatur, ſit ne aliquis talis, qualem ſiue laudando, ſiue uituperando eſſe eum demonſtramus.

Peroratio.

Pulcherrima peroratio eſt: quã in partes duas præcipuè diuidi poſſe iudico. in prima uariè cũ Antonio agit, et prolixè ſatis: in altera de ſe breuiter. pars prior eſt παθητική: poſterior ἦθος: habet mixtũ τῷ πάθει. In illa nũc Antonio minatur, nunc eũ terret, nũc hortatur: nunc ad minas, nunc ad territationẽ atq; adhortationẽ redit cõparationib. ſimilitudine, παραδείγματα. in hac uerò, hoc eſt, parte poſteriore, perorãs de ſe dicit breuiter atq; ἠθικῶς. ita tamen, ut etiam τὸ πάθος adiungat.

Genus dicendi atq; cauſæ.

Cauſæ genus partim eſt δικανικὸν, defendit enim ſe cõtra Antonij criminationes: partim ἐπιδεικτικόν: quoniã totam Antonij uitam uituperando demõſtrat. Quia uerò omnium Philippicarum eſt grauiſsima, ornatumq; habet maximũ: ideò, ut antè etiam dixi, elegantiſsima eſt, et in ſublimi dicendi genere uerſatur.

QVónam meo fato.) Incipit à querela, cui poſtea cauſarũ inueſtigationẽ ſubiungit. Primũ enim ſe laceſſitũ ab Antonio oſtendit, ne amicitiam uiolaſſe, aut nulla de cauſa ad uituperandũ Antoniũ acceſsiſſe uideretur. Hac ratione beneuolẽtiã ſibi, Antonio inuidiã, ut dixi, cõparat. Eſt igitur pars prima huius exordij ἦθος. Vocamus autem Fatum numen moderans uniuſcuiuſq; curriculũ uitæ. Viginti.) Tot enim anni interceſſerant inter conſulatũ Ciceronis & mortem Cæſaris. Bellũ.) Verbũ ſignificans poſuit uehementiæ cauſa: bellũ enim publicũ eſt, ut hoſtis quoq; publicus eſt. Sed inimicus priuatus eſt. Nec uerò.) ἀποδίωξις: orator enim nõ omnia perſequitur, nec omnia probat: ideo ponit ἀποδίωξιν reiectionẽ occupationis, quia res eſt manifeſta. Vtimur enim reiectionib. uel in reb. notis uel inuiſis. Itaq; hic cum de ſe loquatur Cicero, ſibiq; comparare beneuolentiã ſtudeat, noluit nominare hoſtes ſuos, cum hoc eſſet ſenatorib. notum de quo dicit. Mihi pœnarũ.) Clodius enim à Milone, Catilina contra patriã pugnãs eſt occiſus. Illi.) Catilina, & P. Clodius. Te miror.) Declinatio ad aduerſarium per comparationem. odium enim eius confert cum odio Catilinario & Clodiano, qui duo Reipub. cauſa ad inimicitias à Cicerone erant prouocati: ſed Antonius ultro Ciceroni factus fuit inimicus. Eſt autem hic argumentum ex repugnantibus & loco conſequentium. Imitari enim & perhorreſcere, ſunt inter ſe pugnantia: imitari & non perhorreſcere, conſequentia. Quorum facta imitere.) id eſt, uitam. Atque hoc in alijs minus.) Enthymemati ſubiungit aliam comparationem. cum Catilinæ enim & Clodij facto Antonij factum confert: eumq; iniquiore cauſa inimicitias ſuſcepiſſe quàm illos oſtendit. Voluntarius.) ἑκούσιος ἐχθρός.

Laceſſiti.) ſcilicet inimici fuerunt. Laceſſiſti.) ſcilicet ſuperioribus dieb. Habuit enim Antonius orationem contra Ciceronem: qua de re Dionem uide. Ad ciues.) pro apud: qua in ſignificatione ſæpe hac præpoſitione Cicero utitur. Præpoſitiones enim motum ad locum ſignificantes, pro motum in loco nonnunquam ponūtur. Sic in principio Paradox. in uulgus dixit, pro apud uulgus. Gloriæ fore.) Hæc eſt inimicitiarum cauſa, quam deinde remotione confirmat. Quid putem?) Inueſtigatio cauſarum quibus Antonius Ciceroni factus ſit inimicus. Nō uideo.) Nunc approbationem illius cauſæ ponit per enumerationem, et remotionem. Eſt autem ἀπαρίθμησις ſalſa, & oratoria: non enim enumerat omnes cauſas cōtemptus. Nam erat adhuc una cauſa ſcilicet genus. erat enim Antonius nobilior Cicerone. In uita.) in moribus. Gratia.) id eſt, in amici fauore. nam tempore Ciceronis etiam ſauor dicebatur. An in ſenatu.) Alia cauſa eſt, finalis, quā etiam tollit. nam prima fuit contemptus. Detrahit.) mihi de gratia. Bene geſtæ.) Conſeruare rempub. plus eſt quàm bene gerere. bene gerimus enim in ſtatu iam præſenti: conſeruamus autem iam inclinato. An decertare.) Tertia cauſa. Quid enim.) Ratio. Plenus.) Plenum dicitur etiam quod parum eſt: uberius, quod copioſum eſt.

Illud profectò.) id eſt, illud igitur. concluſio illius enumerationis. Concludit autem alijs uerbis & quaſi alia ſententia, quæ tamen ad idē pertinet, quod prius dixerat, ad ciues impios, &c. Hactenus autem habuimus exordium. Iam ſequitur totius orationis partitio. Cui prius.) Propoſitio ἀνασκευῆς refutationis uniuerſæ: quæ eſt altera huius orationis pars. Contra rem ſuam.) Propoſitio τῆς διαβολῆς: & hic aggreditur refutationem. Apud Ariſtot. lib. 1. Rhet. & apud Cic. li. 2. de Oratore habemus, quod orator fidem faciat argumentis, oratione, & moribus. His enim tribus finem ſuum aſſequitur. In primis autem uidere orator debet ut ſit ἠθικός. Maior enim & fides adhibetur, et maior miſericordia præſtatur uiro bono, quàm malo: & reus talis eſſe uidetur, qualis eſt orator. Ne igitur temerè ad accuſandum uideatur ueniſſe, diluit omnia quæ obſtare illi poterant: & oſtendit ſe amicitiā non uiolaſſe, ſed ab Antonio laceſſitum eſſe. Eſt enim homo malè moratus, qui amicitias non poteſt colere. cum ergo oſtendit Antonium, in inimicitias non fuiſſe prouocatum, manifeſtum eſt, à Cicerone eas non habuiſſe originem, quod moribus eius plurimum obſtitiſſet. Defendit autem ſe per ἀντίληψιν, quòd amicū defenderit, & ideo rectè fecerit. In ea tamen re utrūq; criminatur, & M. Antoniū, et Q. Fatidiū. Contra rē.) Cōtra rem uenire alicuius, eſt cauſam alicuius oppugnare. Cicero aliquando una dictione contrauenire dicit, id eſt, uenire contra rem alicuius. An ego.) Hic incipit ἀντίληψις abſoluta defenſio. ego ueni contra rem tuam: ſed bene in eo egi: defendi enim pudicum, & accuſaui impudicum. Eſt autem familiaris, qui in eadem familia nobiſcum uerſatur: neceſſarius, qui eodem genere uitæ nobis coniunctus eſt, quo carere non poſſumus: & plus eſt hoc, quàm illud. Socrates ἀναγκαίους uocat.

Non uenirem.) Repetit prima duo uerba: non ſolū enim rerū, ſed uerborū eſt repetitio. Gratiā.) gratioſum. Speciε.) opinione. Eſt hic ὑπερβολὴ facta per liptoten. Florem ætatis.) Propriè florē ætatis amittere, ſignificat uirginitatē amittere. Interceſſores.) Trib. pl. Non iure prætorio.) quia Trib. pleb. impediuerat. Sed hoc.) Hactenus habuimus διαβολήν, id eſt, criminationē, deinde defenſionem ἀντίληψιν abſolutam: iam ſequitur oratorium ſcomma, quod eſt accommodatum ad ſuam propoſitionem. In exordio enim dixerat Antoniū uelle placere improbis ciuibus. deinde etiam hic eſt indicatio cauſæ. Infimo ordini.) malis ciuibus. Libertinum.) Obijcit ei genus ſuū. Nam Antonius duxerat uxorem, filiam Q. Fatidij, qui erat libertinus. Differunt autem ſola elegantia libertinus & libertus: & hoc patroni correlatiuum eſt, illud uerò ingenui, quo ſignificamus conditionē hominis: & hoc in iure definitur, illud non. Val. lib. 4. ca. 1. At enim te.) id eſt, at ego tibi maior fui amicus quàm pro quo dicebas: firmamētum eſt, id eſt, contrariæ rationis infirmatio, qua utebatur Antonius contra Ciceronis rationem. Ponit autem rationē infirmationis, loco infirmationis ex ſtatu cōiecturali. Næ tu.) Hinc ſequitur negatio infirmationis. Semper optimum eſt negare: ſed uidendum eſt ut tutò neges. Primum autem concedit ὑποθετικῶς: deinde negat utrunq;, hoc eſt factum atq; facultatē. Pudicitiæ.) Prius uocauit florem ætatis. Sed nec feciſti.) Negat, ſed cum reprehenſione: negando enim uulnerat. Non fuiſti in mea diſciplina: fuiſti enim adoleſcens perditus. Auguratus) Altera ratio, quæ ad eundem ſtatum pertinet. Tres enim rationes habebat Antonius, ſed unamquanq; Cicero ſeorſim refutat. Conceſſiſſe.) Concedere alicui petitionem, eſt abſtinere à competendo. Eſt enim competitor, qui eundem magiſtratum petit, à quo ſi abſtineat, concedit alteri petitionem. O incredibilem.) Vt ſuperiorem infirmationem refutauit negatione, ſic etiam hanc. negat ſibi auguratus petitionem ab Antonio conceſſam, quia is petere, cum obæratus eſſet non potuerit: nec etiam ſoluere eum potuiſſe, cum Curio præſens nō eſſet. Eſt autem primùm exclamatio, deinde interrogatio loco negationis. Incolumem.) liberum ab ære alieno. Nominauerunt.) Nominamus magiſtratum, declaratum: deſignant omnes, nominant pauci. Euerſa repub.) per ſeditionem. Poteras autem eo.) Argumentum eſt oratorium non neceſſarium. non enim ſequitur: Curio non aderat, ergo non poteras ſoluere. Sunt autem, ut dixi, interrogationes negationis loco poſitæ. Ferre.) impetrare. Cuius etiam.) magna eſt criminatio: oſtendit enim Antonium non uni tantum Curioni pudicitiam ſuam proſtituiſſe, ſed multis.

At beneficio ſum uſus tuo.) Tertia ratio Antonij. Tribus enim rationibus Ciceroni ingratitudinem obiecerat. Vtitur autem hic ſtatu definitiuo: & non negat factum, ſed appellationem. Negat autem imperfectè beneficium, & non definit quid ſit beneficium. Quod tu mihi feciſti Antoni, non eſt beneficium: aut ſi eſt beneficium, latronis eſt beneficium. Deinde uenit ad ſtatum abſolutum Et ſi præſtitiſti mihi beneficium, ego tamen nihil contra te egi malè, nec amicitiam uiolaui. Vſus ſum.) accepi à te.

Quo.) Occupatio, quam ponit ante negationem.

Commemoras.) Commemoramus prolixè: præterimus breuiter. Præ me tuli.) confeſſus ſum. Sed quo.) Repetit occupationem uehementiæ cauſa. Quod me.) Ipſe exponit: dicit non licebat tibi me occidere, ergo non eſt beneficium. et ſi eſt, latronis eſt beneficium. Brunduſij) reuerſum à Pompeianis. Ex latronibus.) Depræuatio oratoria. C. Cæſar M. Antonio principatum in exercitu tribuit. ſed nō latronum. Ita oratores ſæpe addunt aliquid ſophiſticè. Ex ſuis latronibus.) id eſt, inter omnes latrones.

nes. Occideres.) occidere poſſis. Fac pot.) Cōceſſio, [illegible] Quod eſt.) [illegible]. Vitā ded.) negat uocabulū rei, et oſtēdit cōcluſionis abſurditatem. Nō ademit, ergo dedit: nō ſeqtur, nō enim ſunt cōſequētia hæc, ſed solū differentia. Quod ſi.) Facit hoc in loco mētionē tyrānicidarū, ut Antonio cōciliet inuidiā. Ii.) Brut. et Caßius. Seruati.) De Bruto loqtur. Vide uitā Bruti apud Plutarc. Gloriā.) ꝓpter tyrāni cædē. Quale.) Iterū repetit occupationē, et quale ſit beneficiū, urget. Quis in re.) Cōqueſtio inuidioſa de ſtatu reip. ꝙ tū fuit, cū licebat impunè ciues occidere. Quòd te abſtin.) Aliquē ſe abſtinere ab aliqua re in prima pſona uſitatū eſt, in alijs nō itē. Vſitatū eſt, cū actio redit in actorē: cū in patientē recidit, non eſt ita uſitatū. Sed ſit.) Hic ſeqtur abſoluta defenſio. Hactenus in ſtatu definitiuo eſt uerſatus. Nō fuit beneficiū tuum, ſed Cæſaris fuit beneficiū. Conceſſit factū, ſe nō occiſum fuiſſe: ſed negauit appellationē rei, eſſe ſcilicet beneficiū. Nūc ſe defendit abſolutè, & dicit, etſi beneficiū ſit, tamē nō ſe uiolaſſe amicitiā, cū nō contra eū dixerit, ſed pro Rip. Ingratū.) Ingratus dicitur, ꝙ animo nō eſt gratus: deinde ſignificat eum ꝙ memoriā beneficij nō habet. Debuit.) Quędā exēplaria habēt, Debui. utrūq; bonum eſt. Cum contum.) contumelioſe.

Luctuoſam.) propter remp. defunctā. Miſeria et luctus differūt ut antecedēs et cōſequēs. Luctus tamē mortē ſeqtur, miſeria damnū. Et quidē.) Hoc in loco oſtēdit ſibi cauſam fuiſſe cōtumeliæ et criminationis, ſe tamē abſtinuiſſe. Et hic nō ſolū defendit ſe, ſed aduerſario etiā uulnus infligit, & oſtēdit illi turpitudinē. Tēperātia.) nō ſolū cibi & potus, ſed etiā cogitationū eſt. Reliquas.) Hoc aut de pſonis, aut de ærario dicit. utrunq; rectè intelligitur. Mercatu.) Vēdidit enim ꝓuinciās, regna, et magiſtratus. Eſt aūt pleonaſmus in hac phraſi aliquid eſſe uenale mercatu. ſed cū addo Turpißimo, nō eſt pleonaſmus. additur enim mercatu ꝓpter epitheton. Leges.) prolatas ex actis Cæſaris. De te.) à C. Cæſare. Auſpicia.) Pop. enim Rom. nihil faciebat niſi auſpicatò. auſpicia aūt Antonius ſuſtulit. Impuritate.) Homo impurus dicitur propter libidines. impuritas ergo nihil aliud eſt niſi libidinū intēperātia.

Pudica in domo.) Propter Antonij maiores hoc dicit, ꝙ ſemper fuerūt cōtinētes. At ego.) Tractatio aduerſaria cōtrariæ ſententiæ Nō dixi ꝙ ſceleratus eſſes homo, ſed tecū egi ut cum ſtrenuo uiro. Poſt hāc tractationē [illegible] ponit. minatur aduerſario, & oſtēdit quomodo poſthac cū eo uelit agere. Homine.) M. Antonio. Itaq;.) [illegible], id eſt, mutua criminatio: dicit ſe nō accepiſſe, ſed dediſſe beneficiū. At etiā.) Occupatio alterius criminationis, quæ habet uituperationē perſonæ, quæ tamē eódē pertinet, ut Cicero oſtēdit amicitiā à ſe nō eſſe ſolutā. Huic ſubiūgit cōditionalē negationē cum irriſione. Tertiò defenſionē abſolutam, in literis nihil eſſe mali. At.) Occupationib. criminū aduerſariorū hæc particula inſeruit. eaq; utimur, cū pro nobis loquimur in noſtro negocio.

Humanitatis.) [illegible] ſic uocat. cōiungit aūt eum moribus uituperationē perſonæ. Quas diceret.) Vt diceret, ut indicaret me aliquādo ad ſe ſcripſiſſe. Recitauit.) prælegit.

Vitæ comm.) Vitā cōmunē uocat ſocietatē uitæ humanæ. Quis enim.) Ratio uituperationis & approbatio. Qui.) [illegible]. abūdat enim qui, & poſitū eſt pro ſe. Quid hoc eſt.) Exclamatio figurata interrogatione, qua aduerſariū urget. E uita.) ex hominibus. Quàm multa.) Rationis confirmatio. Inepta.) Ineptū et ſeriū inter ſe ſunt oppoſita. eſt enim ineptū quod non ſerio adhibetur: ſerium, quod in loco adhibetur. Sit hoc.) Tranſitio ad alterā partē criminationis, ad ipſam ſcilicet irriſionē. Irridet enim aduerſarium, & oſtendit eum malum oratorē eſſe Non enim eſt obijciendū quod negari poteſt. Homo diſerte.) Ironia: quaſi diceret, homo infans, minimè perite in foro. Muſtellæ.) Hi erant adulatores et ſicarij ipſius Antonij. Eſt aūt ſcōma & iocus, non pertinēs ad propoſitū, ſed ad perſonā alienā. Sed quid.) Negatio cōditionalis, atq; [illegible]: Si uelim negare meas eſſe has literas, non poſſes pergere, ſed nō nego. Chirographo.) Chirographum uocamus, quicqd noſtra manu ſcriptū eſt. Scientiā queſt.) Alludit ad acta Cæſaris. Multa enim Cæſaris acta, manū eius imitatus, Antonius proferebat, tanquā à Cæſare ſcripta, quæ tamē non erant. Librarij olim dicebātur, ꝙ libros ſcribebāt, quiq; libris ac bibliothecis præerant, quos hodie uocamus typographos. Lon inuideo.) [illegible]. perſtringit eū acriter. Eſt aūt inuidia erga eū quē putamus nos poſſe aſſeq, et indignè aliqd poßidere. Id.) ad ſpaciū dicēdi, nō ad ipſam orationē refert.

Verbo.) ſcilicet nō, nequaquā, minimè. Lōgius progredi.) id eſt, cauſa caderet. At ego.) Trāſit hic ad cōfeßionē [illegible], fatetur literas à ſe ſcriptas, ſed qualitatē earū non cōcedit. Eſt aūt particula aduerſatiua. Ego poſſem negare, ſed nō nego: nihil enim mali in illis literis eſt. Inhumanitatis.) Inhumanitas eſt uolūtatis, ineptia rationis. Quod.) propterea qd᷑. Omne crimē tuū eſt) id eſt, tu facis crimnoſe. At ego tuas.) Vtitur cōparatione ſuū enim factū cū Antonij cōfert: et oſtēdit ſe melius facere q̃ Antonū, ꝙ nō laceßitus Ciceronis recitet literas. Cicero uerò etiam laceßitus, recitare Antonij literas nolit.

Quēdā.) ſcilicet, Clodiū. obijcit ei beneficiū. Adiuras.) Adiurare, eſt iuramēto cōfirmare. Quid enim.) Oſtendit ſe illi cōceßiſſe beneficiū, ſed nō eſſe beneficiū, cū inuitus cōceſſerit, ꝓpter eius audaciā. Autoritas.) Autoritas eſt exiſtimatio nata ꝓpter uirtutē: exiſtimatio genus eſt, autoritas ſpecies. Dignitas eſt illuſtris exiſtimatio, ideò plus eſt q̃ autoritas, et minus q̃ honeſtas. Eſt enim honeſtas cū honor, autoritas, et magnificētia ſunt cōiūcta. Coercere.) coercere ꝓpriè de cuſtodia et uinculis dicitur: aliquādo de neceßitate, ut hic. Cæſaris lege.) Legem Cæſaris uocat quæ in actis eius eſt inuēta. Sed cū.) Propoſitio alterius partis refutationis. hactenus enim de priuatis iniurijs reſpondit, nūc de publicis eſt acturus. Tota enim hæc reſpōſio diſtributa eſt in duo genera, in crimina priuata & publica. Eſt aūt hic abſoluta defenſio, qua partim pro ſe dicit, & ꝓ publico, nec diuerſum ponit à prima ꝓpoſitione. Partim uerò Antoniū uituperat. Adiūgit aūt huic ꝓpoſitioni [illegible], id eſt, petitionē, et relationē facti præſentis ꝙ coactus iniurijs Anton. reſpōdeat. atq; ita impudētiæ cōtumliæq; ſuſpicionē deprecatur, ne oratio ſua petulās eſſe uideatur. Pro me.) de publicis criminib. Antoniū.) de publicis maleficijs. Alterū peto.) Subiūgit ſtatim ꝓpoſitioni poſtulationē. talis aūt eſt poſtulatio qualis in exordijs eſſe ſolet. Benignè.) Multi audiunt attētè, ꝙ tamē nō benignè audiūt, ut hoſtes ſolēt. In ſuo aūt negocio utrūq; petit: in aduerſarij negocio ſolū attentionē. Simul illud.) Relatio facti præſentis: dicit enim aduerſariū eſſe in cauſa qd᷑ eum uituperet. Moderationē.) Moderatio eſt in ipſa rei tractatione, et geſtione: modeſtia in animi ac uultus ſignificatione, atq; ipſa uolūtate. Nō tract.) Relationis ratio: nō uolo eū tractare ut cōſulē, ꝙa ipſe nō tractauit me ut cōſularē. ratio ſumpta eſt ex cōiugatis. Eſtq; imitatio apophthegmatis Craßiani ꝙ dixit idē Philippo. Habes hic exēplū pulcherrimè tractatæ partitionis. Primū ꝓponit, Dicā de me et de Antonio. deinde poſtulationē ſubiūxit, poſtea deprecationē. Etſi ille.) Subijcit occupationi [illegible] rei, nō uerbi: Conſul eſt, ꝙ parēs eſt patriæ: talē etiā uerbis laceſſere, eſt parricidiū. Vel quia.) Reddit tres ſufficientes cauſas, cur nō ſit cōſul, quarum quæuis per ſe ſufficit. Cum aūt cauſæ ſingulæ ſunt ſufficiētes, utimur particula uel, propter electionem: cum non ſunt ſuffi-

cien-

cientes, utimur particula et. Ita rēpub.)id eſt uel q̄ eōſeruatores patriæ oppugnat, Hirciū et Pāſam. Ita.)cōtra auguria et auſpicia. Vt igitur.)Principiū refutationis alteræ:iā enim ipſam rem adgreditur, et criminib. Antonij iis reſpōdet, quæ ſunt publica. Conſul.)Cōſularis dicitur, q cōſulatū aliquādo geſſit,nō cuius maiores geſſerūt. Cōſul uerò, q iā gerit. Quid enim.)Defendit ſe remotione:Si qd mali ſactū eſt in meo cōſulatu,ſactū ueſtrū eſt:ſi quid bene,ueſter eſt honos,non meus. Si cōſulatus meus noxius fuit,ſenatus in cauſa fuit:is enim ſtatuit,confirmauit, & iuſsit. Conſtitui!)Conſulis erat rogare ſententiā,et deinde cōſtituere. Conſilio.)Eundē ordinē ſeruat:primū eſt,cōſulere:ſecundū,autoritate id confirmare: tertium,idē ſequi. Hæc tu.) Propoſitio inductionis oratoriæ. Oſtēdit neminē conſulatū ſuū improbaſſe,niſi P.Clodiū:et ex inductione multorū quam inſtituit cū reprehēſione perſonæ, propoſitionē uniuerſalē facit. Eloquēs.) Accipit hoc uulgari modo hic pro diſerto, & ſtudioſo eloquētiæ. quaſi dicat,tu q nō ſolū orator es,ſed etiā philoſophus. Eſt reprehēſio ex remotione. Clodiū.)id eſt,præter Clodianos. Hypallage:ut per Hānibalē Pœnos intelligimus. Id domi tuæ eſt.)ſcilicet latrocinium domeſticū. At placuit.)Iā ſeqtur enumeratio ſigulorū, ex quib. uniuerſale cōcludit. Proximè.)De futuro tēpore dicit & de præterito. Deſignati.)Deſignati cōſules inſequētis anni ſunt,declarati præſentis. Multis.)id eſt,multis in rebus.

Prouidit.)Pro pſpicere et intelligere poſuit:ut uidere pro fugere, et euitare,ut mox ſeqtur,cū dicit:Nō uidit,id eſt, euitauit. Nō uidit.)id eſt,qđ tuū cōſulatū ſua morte fugit,et euitauit. Loqtur aūt de Catone Vticēſi,qui ſeipſum occidit. Qui ut ne.)Adiūgit probationē inartificialē. Cōplexus.)Mos erat Romanorū,brachijs ſe mutuo amplecti ſalutationis loco:ut uideatur eos uaria genera ſalutationū habuiſſe,coniūctionē manuū,oſcula,cōplexum,et uerborū ſalutationē. Sed quoniā.) Viui plus mouēt ſua autoritate q̄ mortui:hi dolorem,illi conſtātiā mouēt. Primùm nominauit eos,q autoritatē habuerūt, deinde mortuos. nunc eorū facit mentionē,qui nō ſolū autoritatē habebāt,ſed etiā conſtantiā retinere poterāt. L. Cæſar.) Amplificationē incipit cōparatione. cōfert enim ſuū cōſulatū cū conſulatu Antoniano. Seruauit aūt hāc perſonā ad extremum ꝓpter ordinē,ut eo melius ac cōmodius ad alterā comparationis partē pueniat. Auunculus.)Hoc in loco eſt ſororis maritus. Oratione.)uehemētia. Cōſtantia.)actionis. Grauitate.)perſonæ. Dixit.)in meo conſulatu. Vitricū)P. Lentulū Spintherē, quē Cicero iugulari curauit. Hūc tu.)L. Cæſarē. Habere.)ſeq. Autorē.) Autor eſt principij, præceptor uerò morū:autor factorū, præceptor conſiliorū. Huius.)L. Cottæ. Alienis cōſilijs.)id eſt,huius alieni: mutauit caſum, ꝓpter caſum inſequentē. Oratores enim ſæpe impetu orationis rapiūtur, & mutāt caſus,genera,et perſonas. Retuliſti!) Referre ad aliquē de re aliqua,eſt aliquē in conſiliū adhibere.

Ad quos refers.) Iam trāſit ad alteram partē cōparationis, quæ eſt diſsimiliū. Audiēdi.)ferendi. Deſcēdit.)in curiā et Senatū. Dat natalitia.)Damus alijs natalitia,cum nos ſumptus facimus:celebramus aūt,cum etiā perſonā noſtrā honoramus. Gnatoni.)Mutatio perſonarū, & præteritio oratoria. nō præterit rē,ſed pſonas:neq; eā præterit,ſed ſubſtituit alias perſonas Comicas. O fœditatē.) Significatio rei turpis. non uult nominare adulatores Antonij. Eſt aūt fœditas omniū uitiorū effectū,terminus,comes, & ancilla. Flagitioſa aūt fœditas eſt,quæ flagris digna eſt. O impudentiā.)Hæ ſunt fœditatis cauſæ. Principē ſenatorē.)Princeps ſenator dicitur, qui primus aut inter primos,aut rogat,aut rogatur ſentētiā. Fuit apud ueteres hæc uox adiectiua:nos abſolutè uſurpamus. Ciuem ſingularē.)Ciuis ſingularis dicitur,cuiuſmodi alius non reperitur,nec reperiri facilepoteſt. Qui domū ſuā.) Deprimit perſonā Antonij. Tuus uidelicet.) Vehemēs probatio et teſtimoniū eorū quæ prius dixit. Salutare aūt dicitur, qđ adfert in malis remedium. Pudorē.)Pudor uultus eſt,pudicitia animi. Quondam florens.)id eſt, qui quondam florebat. At etiam auſus es.) Aliud crimē publicum pertinēs eōdē,ſcilicet ad confirmationē:ut oſtēdat conſulatū Antonij fuiſſe pernicioſum,nō ſalutarē. Et quāuis ad prius ptineat,tamē disiunxit, ut eo melius refutare poſsit. Agit aūt contra hoc ſolū inficiatione,et ſe Capitolij cliuum ſeruis impleuiſſe negat,ſed uiros bonos,nō ſeruos fuiſſe dicit. Quid aūt.) Hæc interiectio facta eſt p correctionē: corrigit enim ſeipſum. Credo.) Ironia eſt. Neſaria.)ſalutaria. hic Syllogiſmus faciēdus eſt: In Senatuſconſultis nō opus eſt armatis militib. ergo ſenatuſconſulta ſalutaria agitaui:ergo nō opus habui armatis militibus. Omiſer.)Hactenus adduxit rationē λογικὴν: nūc trāſit exclamatione ad probationē inartificioſam,et dicit ſe tabulis probaturū.

Quis enim.)Enumeratio teſtimoniorū. Nomē dedit.) Nomen dare,eſt nō ſolū nomē ſuū appellare,ſed etiā ſe obſtringere. Non pot.)Hyperbole oratoria. Etenim cum.)Redit ad artificialē probationē. Neſarij.)Catilina et Lētulus. Parricidio.)id eſt,de bello patriæ illato. Catachreſis eſt. Indicijs.) Index eſt rei obſcuræ,certæ,et tacitæ. Cōſenſiſſe.) cōiuraſſe. Eſt hic productio ſpiritus. Præſertim.)Particula eſt ſubcōtinuatiua,qua periodos cōnectimus. Ad ſepulturā.) Aliud crimen publicū quod ei Antonius obiecit,qđ P. Lentulū Spintherē trucidatū,et ſepeliri uetarit. Indignū autē uidebatur, ciuem Rom. ſepultura prohiberi, & læſæ maieſtatis crimē,ſi id iniuſſu populi ac ſenatus fieret. Cicero igitur cōcedit quidem factum eſſe,ſed ſuū non eſſe factū. Eſt igitur defenſio aſſumptiua,qua ſe defendendo,aduerſariū reprehēdit,eumq; malū eſſe oratorē dicit. Fuit aūt apud Romanos ſummū,aduerſarij uitia oſtēdere. In principio crimē ponit,deinde ſtatū,et ratiocinationē pro negatione facti:tertiò digreſsionē in uituperationem pſonæ:quartò facit reditū ad ipſum ſtatū,eūq; tractat p diſtinctionē; quæ cū partes duas habeat,duas quoq; habet probationes. Hoc uerò.) Amplificatoria ratiocinatio. Fuit.) Malo legere fui. cauſa enim remota eſt,ſi fuit legas. Qui autem.)Egreſsio in calūniam, διαβολὴν, atq; uituperationē perſonæ. Rem enim relinqt,et perſonā uituperat,oſtēdēs Antoniū ſimillimū P. Lentulo. In mentē.)id eſt,quo ſtatuere potuiſti reducere in memoriā. Diſciplina.)Hoc uocabulo utūtur latini latius q̄ græci. Eſt autē diſciplina totius rei quæcunq; diſcitur:et ſunt ἀκρόασις diſciplina et doctrina. Tā aūt.) Altera pars calūniæ. prius educationē ei obiecit,nunc artē obijcit,q malū habuerit præceptorē oratorē. Cohærentia.) Sic uocat hic ea quæ in Partitionib. dicit cōſentanea, & ab Ariſtotele appellātur ἀκόλουθα. Disiūcta.)ab Ariſtotele ἀσύμφορα dicūtur.

Vitricum tuū.)Ad rē & ipſum ſtatū aſſumptiuū hic redit, à quo ad calumniā perſonæ declinauerat. Non negat factū,ſed inde in ſenatū trāsfert. dicit comprehēſionē ſontiū ſuam fuiſſe,animaduerſionē uerò ſenatus. In ſcelere.)id eſt,unū ex cōiuratis fuiſſe:ut dicimus in cauſa eſſe. Cōprehēſionē.)cuſtodiam,uincula. Ita qđ.) Diſtinctio ſtatus in duas partes quib. ſuas adiūgit ꝓbationes. Iā illud.)Redit ad ſuperius crimē,antè obiecerat Cic. qđ cliuū Capitolij repleuiſſet armatis militibus et ſceleratis. Id negat Cic. et nō ſeruos,ſed adoleſcētes nobiles fuiſſe dicit:itē ciues bonos,et omniū ordinū homines. deinde interpoſuit crimē aliud de Lētulo:iā facit reditū ad prius κατὰ ἀντίκλησιν,et q aduerſarius ſibi ſuſpicioſe ſolū obiecerat, id ei Cic. nūc uerè obijcit. Audac.)fortè. Habemus.n. apđ Ariſtotelem

riſtotelem, uocabula uirtutum facilè in uocabula uitiorum poſſe mutari, & contrà: idq; in genere demonſtratiuo. ut, Si quis liberalis ſit, dicamus eum eſſe prodigum: Si profuſus, liberalem. Eſt autem fortitudo medium inter audaciam & timorem. Vnde Horat. dicit: Virtus eſt medium uitiorum utrinque reductum. Subſellia.) Subſellia erant minora ſcamna iudicum: ſed dicebantur etiam ſubſellia curiæ & ſenatus. Cella.) Locum ſubterraneum ſic uocamus: eſt autem generale uocabulum. à celando enim dicta eſt cella, ut dixi antè. Accuſat ſenatum.) Redit ad primam defenſionem. Ego non fui cum ſeruis, ſed cum adoleſcentibus Rom. nobilibus & ſenatoribus. Copulatus.) Copulare de amicitia dicitur: inde dicimus amicos copulatos. Ityrei.) Oſtendit Antonium alienos habuiſſe ſeruos. Nihil ſapis.) Obijcit ei ſtultitiam. Impudenter dicere.) nihil aliud eſt quàm mentiri. Repugnantiam.) Non memini me hoc uocabulum alibi apud Ciceronem legere. Quid enim eſt.) Repetit ἀντέγκλημα: eſt autē dementia, furioſa ſtultitia. At etiam.) Quartū crimen, de Ciceronis uerſibus: notus autem eſt uerſus Ciceronis, Cedant arma togæ concedat laurea linguæ. &, O fortunatam natam me conſule Romam. Hos uerſus etiam inter cætera Ciceroni obiecit. Cicero primum ſe defendit, & fatetur eſſe uerum: deinde Antonium reprehendit, quòd non tantum didicerit ut ſciat uerſum componere, ſed ne literas quidem nouerit. Non diſputat igitur, ſed ſimpliciter uerum eſſe carmen dicit: & ſic à ſtatu coniecturali declinat. Facetus.) is dicitur facetus, qui εὐτράπελος eſt. Salis.) facetiarum. obijcit ei matrimonium. Trahere.) Emphaſin habet: trahimus enim ab inuitis, & inuitis: accipimus à uolentibus. Cedant arma.) [illegible]: hæc enim in perſona Antonij dicit. Arma.) gloria militaris. Togæ.) domiſticæ & ciuili uirtuti ac adminiſtrationi. Toga.) Ipſa pax. eſt hic mutua criminatio: & [illegible] in uoce togæ. prius enim eam loco uirtutis domeſticæ poſuit, et arma pro gloria militari: hic togā pro pace, et arma pro bello ponit. Libertati.) paci. Poſtea.) hoc tēpore poſt illam coniurationē. Neq;.) Iam ſequitur ipſa criminatio. hactenus enim ſe defendit, nūc oſtendit ſtudiū ſuum n utile fuiſſe iuuentuti: & pop. Ro. honorificum: ſimul etiam irridet aduerſarium, & ei omnium literarum imperitiam obijcit. Defuiſſe.) in actibus ciuilibus.

Monumentorum.) Libros ſuos ſic uocat. quidam ſcribunt monumentum, quidam uerò monimentum: in illis ἀρχαϊσμός eſt: utrunque autem à monendo uenit. Operis.) laborib. Succiſiuis.) extraordinarijs. P. Clodiū.) Refutat aliud crimē: primū ἀντεγκληματικῶς: quoniam aduerſariū idē antea uoluiſſe facere dicit, quod poſtea Milo fecit. deinde negat ſuo id factū eſſe ſuaſu. paucis aūt & mēbro uno omnes accuſationes delet. Transegiſſes.) confeciſſes. Oppilatis.) clauſit. Oppreßiſſet.) repreßiſſet. Sed quid?) ὁμολογία κατ' [illegible], ſignū cōcedit, ſe fauiſſe Antonio occiſuro Clodium: rem uerò ſignatā non cōcedit, quod ei ſuaſerit, ut occideret: idq; aduerſarij etiā teſtimonio. Eſt aūt fauere nihil aliud ꝙ auere ut res fiat. & fauemus ante rem & negociū geſtū: gratulamur poſt rē factā. At ego ſuaſi.) [illegible] ad ſingula reſpōdet: & corrigit hic atq; emendat argumentationē. Si in ſecunda figura argumenteris à conſequente, fiet ἀσυλλόγιστον: ſi ab antecedente, [illegible]. Nō ſuaſi: ſatis enim prudens fuit Milo. Scilicet.) Argumentū ex habitu perſonæ [illegible]. Animus.) uoluntas, beneuolentia. At lætatus.) Alia obiectio ſigni conſequentis: quod primū defendit [illegible], et ex proprio iudicio cōmune facit: lætatus ſum, ſed cū omnib. ciuibus. deinde negat ſe lætatū fuiſſe. Quanquā de morte.) Arguit factū alienū, & non præſens eſſe. Noua lege.) Pōpeia. Quæri.) iudiciū fieri.) Quæſitū) id eſt, iudicatū tamen eſt. Refutat hoc in loco ipſius teſtimoniū. Quod uerò dicere auſus es.) Sextū crimen de inimicitia Cæſaris ac Pompeij, quod refutat diſtinctione temporū, & negatione rei præcipuæ, & confeßione rei præclaræ. Eſt aūt hoc crimen magis inuidioſum ꝙ ſuperius: quia utrāq; partē læſiſſet. Idq; multis uerbis.) Paucis proponi crimina & accuſationes debēt, ut etiā antè dixi: ſed plurib. ſæpe uerbis utimur propter alterius orationē, ut in hoc loco. In eo.) Propoſitio diſtinctionis, quæ fit negatione facti, qua elabitur.

Ego M. Bibulo.) Inficiatio κατὰ παρομολογίαν, in conſulatu quidē Bibuli Pompeiū à Cæſaris cōiunctione auocare ſtudui: ſed poſtquam Pompeius ſe Cæſari totū tradidit, non feci. Fuit aūt eo tēpore Cæſar cum Bibulo conſul, cuius cum propè nulla eſſet autoritas, boni omnes bellum & inimicitias inter Cæſarē & Pompeiū cupiebant. Ipſe enim.) Ratio cur Cæſar felicior fuerit. Poſtea uerò quā.) Confeßio abſoluta abſq; particula aduerſatiua. Duo tamen.) id eſt, ego duob. temporib. contra Cæſarē fui. eſtq; occupatio qua cōfeßionē hanc corrigit. Inciderūt.) Incidunt res præter ſpem: ueniūt expectatè. Imperiū.) Gallicum. Pateretur.) Pompeiū. Fieri.) ſcilicet ſenatuſcōſultum. Haberetur.) in comitijs, deſignādoq; cōſule. Quorum.) [illegible]. Atq; idem.) Depulſio facti, & recitatio ſententiæ ſuæ quā in ſenatu dixit. Seroq; ſentire.) id eſt, ſerò eorum pœnitere cū cepiſſet. ponit ſentire pro pœnitere. ſic pœnitētia græcè [illegible], unde μετανοεῖν ſentire dicunt. Inferri.) à Cæſare. Pax eſt in publicis reb. cōcordia in priuatis: cōpoſitio in offenſione. Grauitatis.) cōſtantiæ. Prudētiæ.) Prudentia quaſi prouidētia dicitur, propterea quòd prouideat res futuras. Vtinā Cn.) Orationem ſuā ponit teſtimonij loco. Hæc mea.) Concluſio huius refutationis, quæ habet acrē aduerſarij reprehenſionē.

Sed hæc uetera.) Aliud crimē. obiecit aūt Antonius Ciceroni tres cædes, Clodij, Pompeij, ac Cæſaris. Cicero negat [illegible]. negat tū hic ſe feciſſe, quod optat & laudat.

Sed hæc uetera.) Digeſtio refutationis. Recens id dicitur, quod poſtremò, et nouißimè factū eſt. Interfectū.) ſcilicet eſſe. ſæpe hoc uerbū oratores omittūt. Cæſarē meo cōſilio.) Factum præclarū fatetur, à ſe uerò factū eſſe negat: nō quidē apertè, ſed obliquè optādo ut fuiſſet cædis autor. Quod turpiſſimū eſt.) ſcilicet litigatorib. Ne præuaricatorē.) Ironia partim ridentis, partim iraſcentis. Eſt aūt præuaricator, qui cauſam aduerſarij rei iuuat. apponere præuaricatorē idē eſt quod cōſtituere. Meis ornaret.) [illegible]. Alienis.) ſcilicet Brutorū, Caßij, Domitij & cæterorū. Nomen occultatū.) [illegible] per contrariū uerbum. Quis enim) Negatio. Meū nomen.) id eſt, me nominari. Societate.) Societas in bonā partē, coniuratio in malam accipitur. Glorioſum uerò in bonā ſemper, cum de re dicitur, id eſt, gloria dignū: cum de perſona in utrāq; partem. Quam ueriſimile.) Argumentū à toto ad partē & perſonarū qualitate, ſiue ex cōiunctis, quæ ſumuntur ex locis circūſtantiarū. Tot hominib.) Totū eſt. Partim obſcuris.) Diſtributio totius. Obſcuri inclareſcere cupiunt: & quo ſunt pauperiores, eo propter facilitatē facilius

corrum-

corrumpuntur. adoleſcētes uerò, quia linguaces ſunt, ſecreta facilius aperiunt, nec celare res poſſunt. Obſcuri.) poſt cædem Cæſaris. Etenim ſi deſiderarentur.) id eſt, ſi non eſſent. Illis autoribus.) id eſt, his autoribus uiuentibus. Impellerem.) id eſt, impellere poſſem. [illegible] eſt.

Quorum uterq;.) Argumētatio ex enumeratione omnium atq; ſingulorum: è quorū perſonis oſtendit, ſuo opus non fuiſſe cōſilio. Habet igitur hic locus exemplum quomodo ſingula eódem ſpectantia ſeparatim ſint tractanda. Sunt autem hæc argumenta probabilia quidem, non tamen neceßaria. Qui magna familia nati ſunt, & qui ſunt magno animo præditi, hi opus conſultore non habent: Percuſſores Cæſaris è magna familia nati, & magno præditi ſunt animo: ergo conſultore me opus non habuere. Minor quidem eſt conceſſa: ſed maior neganda eſt diſtinctione. igitur [illegible] eſt. Cicero maiorem omiſit, minorē tractauit enumeratione, quæ magis ad percuſſorū laudem pertinet, quàm ad argumentationē. L. Bruti.) qui eiecit Tarquinium Superbum ex urbe. Imaginem) Habebāt enim Romani maiorum ſuorum imagines perpetuas. Alter.) D. Brutus. Halæ.) Qui occidit Spu. Melium. His igitur.) Concluſio oratoria & omnino ἄλογος. Ab alienis) id eſt, à me. A ſuis.) à mòrtuis. erat enim mortuorum imago. ideo ſophiſticum argumentū eſt, quod apud uulgus & indoctos quidem ualet, ſed à Socrate irrideretur.

Quid C. Caßius.) Perſona tertia: Brutos coniunctè enumerauit nunc ſeorſim omnia nomina ponit. Damnatum.) tyrannidem. Potentiam) opes & diuitias.

Sine his) Brutis & Halis. In Ciliciam.) in bello ciuili. Rem.) cædem. Cn. Domitium.) Perſona quarta. Habet autem etiam argumentum ex loco coniunctorum: Qui iuſtas odij cauſas habet, alterius conſilio atque autoritate opus non habet: Sed Cn. Domitius iuſtas odij cauſas habuit: ergo. Minor probatur: Quia auunculum amiſit, & autoritatem propter Cæſarem. Quia uerò oratores ſæpe propoſitiones ſolent omittere, ideo ſæpius utuntur proſyllogiſmis & inductionibus, quàm ſyllogiſmis ueris. Interitus.) ſcilicet bello ciuili. An C. Trebonio.) Perſona quinta: quam tractat primum ratiocinatione: Amicis hoſtium nihil eſt cedendum: Trebonius fuit amicus hoſtis ſcilicet Cæſaris: ergo, nec concedere ei potui, nec conſilium dare. deinde perſonæ laude. Quo etiam.) Iam ſequitur laus perſonæ, [illegible] τοῦ προσώπου. Gratiam.) id eſt, beneficium. maior autem eſt gratia quæ ſtatim fit, quàm quæ tardè. Vnius.) Cæſaris: fuit enim in bello ciuili ſemper cum Cæſare, ut habemus in commentarijs etiam Cæſaris. An L. T. Cimber.) Sexta perſona, quam eodem modo tractat, quo priorem. Quem ego.) Concluſio cum laudatione facti. Beneficiorum.) à Cæſare acceptorum. Quid duos Seruilios.) Vt Brutos in principio coniunxit, ita nunc Seruilios coniungit in fine, qui ambo in coniuratione fuerunt. Lōgum eſt.) Abſolutio enumerationis κατ' [illegible]. Nam quia infinitum eſt recenſere indiuidua atq; ſpecies, ad extremum ſententiam generalem ponere eſt neceſſe, qua genus rei comprehendimus. Tum.) præterea. At quemadmodum.) Primum laudauit factum: tum negauit ſe feciſſe: ut tamen feciſſet, optauit. deinde enumeratione perſonarum ſuo conſilio non fuiſſe opus, comprobauit. quibus omnibus P. C. excitauit. nunc in hoc loco rationem adfert [illegible]: ac concedit ſignum: ſignatum uerò, hoc eſt, ſe conſilium dediſſe non concedit: quo in loco chromate utitur. quæ eo diligentius omnia obſeruanda ſunt, quo maior eſt Cicero collocationis artifex. Coarguerit.) crimen ſuum probauerit. Cæſare interfecto.) Rurſus inuertit ſignum conſequens meliore interpretatione cōſilij, & uoluntatis, & ſententiæ Bruti. Inquit.) Antonius. Cur mihi.) Chroma, & cauſa finalis inuerſa ac mutata. Tu autem omniū ſtultißime.) Trahit aduerſarium in odium, & oſtendit criminationem eius non ſolum ad ſe pertinere, ſed etiam ad ſenatum. eſt autem hic maior propoſitio [illegible]: poſita, ex minore facta. Voluiſſe.) Velle & lætari ſcilicet ſimilia: ut criminoſa eſt uoluntas, ita etiam lætitia: hæc enim uoluntatis eſt ſignum. Si igitur uelle crimē eſt, etiam lætari: Sed omnes boni ſunt lætati, ergo omnes crimen commiſerunt. Quid enim.) Probatio maioris. Suaſorem.) Suaſor eſt ante factum, probator poſt factum. Aut quid.) Altera ratio omnino rhetorica & ſophiſtica: habet enim petitionem principij, τὸ ἐν ἀρχῇ. Illum regnare.) Cæſarem. Omnes enim.) Ego lego pro enim, ergo: niſi pro certè intelligere enim uelis. Quantum in ipſis fuit.) id eſt, quantum in eorum uoluntate fuit. Conſilium & ratio occidendi. Sed ſtuporem hominis.) Alia argumentatio. uituperat Antonium, et oſtendit eum fuiſſe imperitum: ſtultus enim eſt, qui autorem facti laudat, & probatorem uituperat. M. Antonius autorem facti laudat Brutum, & probatorem, id eſt, me uituperat: ergo ſtultus eſt. Suſpicatum eſſe.) conſcium fuiſſe. Pugionem) à pungendo dicitur pugio, quod non cæſim, ſed pūctim feriat: nec definitur magnitudine, ſed modo. Stillantem.) ſanguine. Eſto ſit in) Facit hîc orator aditum tranſitione, per conceßionem ad probationem neceſſariam. Hactenus enim omnia probabiliter egit. Inter neceſſarias argumentationes numerātur concluſiones ſimplices. Vt, ego fui Athenis, cum ille Romæ occideretur, ergo non occidi: deinde enumerationes plenæ: tertiò dilēmata. Hic Cicero inſtituit dilemma, quod propriè dicitur comprehenſio duorum, in quorum altero neceſſe eſt aduerſarium capi. Antequam autem ad dilemma ueniat, aduerſarium calumniatur. deinde ipſum dilēma proponit hoc modo: Vel parricidæ fuerūt, qui Cæſarem occiderunt, uel uindices libertatis. Si parricidæ, cur honoris cauſa à te ſunt nominati? ſi uindices patriæ, ne mihi meum conſilium exprobres. Conſul.) quoniam conſul es: conſulum enim erat primum de repub. ſententiam dicere uel rogare. exultat autem hic orator liberius, & aduerſario obijcit ſtultitiā. Edormi.) Hic eſt calumnia & uituperatio aduerſarij, atq; ad iram prouocatio. Semper autem ei crapulā obijcit. Faces.) Veteres Romani olim metaphoricè utebantur facibus, ut nos fuſtibus. inde uenit admouere faces: ut hic dicit an admouendæ faces? q. d. uellet. tu nimium diu dormis, opus haberes ut baculo excitareris, uel fuſte. Metaphora eſt Romana. Vtrum illis.) Propoſitio dilemmatis. Geſſerunt.) Gerere medium eſt: dicimus enim bene & malè rem gerere. Vindices.) Vindicamus armis, recuperamus in re & iudicio: uindicamus honores, recuperamus amiſſa bona. Attende.) Renouatio propoſitionis cum calumnia. Punctum temporis dicitur, quod tam parum eſt, ut diuidi non poßit. Medium.) ſcilicet inter parricidam & liberatorem patriæ. Inter affirmationem & negationem nihil medij eſt: quare ſi dilemma plures quàm duas habet partes, uitioſum eſt. Aut peccauerunt tyrannicidæ, aut

non

non peccauerunt: Si peccauerunt, cur eos laudas? Si non, cur me uituperas. Familiaris.) Familiaris eſt in ratione uitæ, ſocius in rerum cõmunicatione. Confiteor eos.) Propoſitio exaggerata incremento uerborum. Sicarios.) Sicarius, qui ſicam geſtat, tamen non occidit. Multi ſunt ſicarij, qui nõ ſunt homicidæ: ſed omnes homicidæ ſunt ſicarij. Parentem patriæ.) id eſt, bonum principem. Tu homo ſapiens.) id eſt, inſipiens. eſt enim ironia, & remotio firma. remouet enim non ſolum negando, ſed etiam approbãdo. I. fuit aditus ad dilẽma. II. eiuſdẽ propoſitio. III. amplificatio. IIII. nunc eſt remotio quæ habet [illegible]. Honoris cauſa.) Loco tituli Romani olim dicebant, Quẽ honoris cauſa nomino. & cum ſic dicebant, non ſolũ bonũ uirum eſſe aliquẽ putabant, ſed uirtutẽ etiam ac dignitatem habere eum iudicabant. Te referente.) Refert is qui primus ſententiã rogat. Legatorũ.) Legati ſunt in militia, qui imperatorũ ſunt uicarij. Atq; hæc.) Concluſio.

Sequitur.) Alterum membrũ. Quid eſt.) Irridet aduerſarium propter ignorationẽ philoſophiæ: & ſactũ confitetur [illegible]. Diſtinctius.) [illegible]. Sed tamen hæc eſt ſententia.) Cõcluſio dilẽmatis, ut uocat Cicero in Academicis quæſt. Ariſtoteles [illegible] & [illegible]. Itaq; iam.) Confeßio poſt refutationẽ ex abundanti nõ neceſſaria: concedo me feciſſe, quãuis nõ eſt uerũ. & eſt reditus ad uotum. Prius enim optauit ſe autorẽ eſſe, iam ad id redit. Etenim uereor.) Ratio ex [illegible] rerũ differentiũ. Me ab ipſis celatum.) id eſt, me non adhibitũ ab ipſis in conſilium. Quæ enim res.) Hic eſt illa abſoluta depulſio: Tu fuiſti fautor, & conſiliũ dediſti. dedi, & feci rectè: quoniam nihil in hac urbe glorioſius accidit. Poſt rem defenſam per membra debiliora deuenit ad argumentationẽ firmiorem. In huius me.) Comparat factum hoc cum facto Græcorum. Principibus.) ſcilicet Reipub. Pugnabant olim imperatores magis quàm milites gregarij: & in equo Troiano principes ſolum erant. Ago etiam gratias.) Amplificatio illius abſolutionis. Vtitur enim rurſus exaggeratione & hyperbole: & dicit omnes locos eorum aduentu lætari, cum tamen non lætentur. eſt igitur [illegible]. In re enim incredibili exaggerãdo ad credibile deſcendit. Incipit aũt [illegible], dum gratias illi agit. Tanta enim.) Ratio gratiarum actionis. Quid enim.) Sequitur exaggeratio [illegible]. Qui homines.) Quæ iam ſequũtur credibilia ſunt. Literæ.) ſcriptores. Tu uerò aſcribe.) Permißio, qua redit ad inficiationẽ perfecta qualitate abſoluta. Eſtq; refutatio antecedentis à cõſequẽti: regnũ nõ ſuſtuli, ergo nec regẽ. Pertinet autẽ negatio iſta ad abſolutionẽ. Ita enim negat ut uelit amplius eſſe factũ: eſt igitur negatio mixta abſolutione. In numerũ.) parricidarum. Vnam rem.) me fuiſſe autorẽ, & conſilium dediſſe occidendi Cæſaris. eſt enthymema [illegible], minore propoſitione omiſſa. [illegible] enim ſolũ eſt poſitum. Etſi meus ſtylus.) Bis idem dicit. quod enim prius proprijs uerbis dixit, idẽ nunc dicit translatis. Eſt autẽ pulcherrimũ [illegible] in uocabulo ſtyli: qui & poëtarũ atq; oratorũ eſt, & militũ inſtrumentũ: milites enim ſtylos uocãt pugiones. apud illos uerò pro ſcriptione capitur ſiue ipſa dictione, quoniã ueteres ſtylo in tabulis ſcribebant. Atq; hæc metaphora ad rem expoliendã uſus eſt. Cum autẽ metaphora omnis obſcuritatem habeat, ideo aliquando uel præmittitur, uel ſubiungitur proprium. Hic à proprio ad ſimilitudinẽ tranſit.

Stylus.) id eſt, ſi meus pugio uel gladius. Non unum.) Altera metaphora: eſt enim geminata. Totam fabulam.) poſtremũ actum confeciße. Confeciſſem.) Scriptorũ & poëtarũ eſt conficere & facere fabulas, itẽ docere: hiſtrionum aũt & actorũ, agere. Vendebãt enim poetæ ædilibus ſuas fabulas, quas hiſtriones agebãt. Ideo etiã docere illas cogebantur. Quanquã ſi interfici.) Redit ad ſuũ [illegible], id eſt cõtrariam accuſationẽ: & ignauiã illi obijcit. Eſt autem inter [illegible] & [illegible] differentia: quod in hac mutua accuſatio eſt, in illo uerò & accuſatio & criminis in alium remotio. Sed confunduntur tamen etiam apud Hermogenẽ, qui [illegible] pro [illegible] ſæpe ponit. Voluiſſe.) cupiuiſſe mortem Cæſaris. Interficeretur.) Superiorib. proximis calendis Ianuarij. Seuocari.) Seuocant, qui communicant conſilia ſecreta: appellant, qui palàm aliquid indicãt. Ego autem.) Conceßio [illegible], cum adiuncta uituperatione, quæ fit diſtinctione propriorum. Laudo.) Laudamus rectè facta: gratias agimus benemeritis: ignoſcimus crimina. Indicaſti.) coniurationem aperuiſti. Indicamus res certas et tacitas: quæ myſteria ſunt, prænunciamus: quæ obſcura ſunt in uerbis, interpretamur. Virum.) Ratio [illegible]. uir autem à uirtute dictus eſt. in quo uirtus eſt, & præcipuè fortitudo, is uir dicitur. Græci uirũ à fortitudine, Latini à uirtute uocant: hi à genere, illi à ſpecie. Antonium igitur tam fortẽ eſſe nõ iudicauit Cicero, ut adeò præclarũ factũ auderet. Quod ſi te in iudicium.) In hoc loco trahit ipſum aduerſarium in inuidiam, & pro criminatione utitur ratione, & hoc ſyllogiſmo: Qui maximam utilitatem cepit, is autor habeatur. Huius probatio inartificialis eſt: quia Caßius ſic dicere ſolebat. Tu autem M. Antoni maximam utilitatem ex eius morte cepiſti. Ergo tu autor es mortis illius. Maiorem non tractat, nec concluſionem: quia non uult ei tantum tribuere laudis, ut cõcedat eum inter coniuratos fuiſſe. Minorem ſolum tractat inuidiæ cauſa. eſt igitur [illegible], nec uera argumentatio: quæ tamen argumentationis habet ſpeciem. In iudicium.) id eſt, ſi hæc res non ageretur in ſenatu, ſed in foro. iudex enim ſemper debet ſequi legem: ſenatus autem liber eſt, & utilitatem atq; honeſtatem reipub. reſpicit. Vſurpetur.) [illegible] probatio maioris propoſitionis. Cui bono.) Romani olim bonum uocabant utile more ciuili. philoſophi autem bonum uocant utile coniunctum cum honeſto. Hæreas.) ne uincaris. ita etiam pro Quintio dixit. Eſt autem metaphora ſumpta ab auibus & piſcibus quæ retibus capiuntur, præcipuè tamen ab auibus, quæ etiam fiſco capiuntur. Tibi tamen.) Probatio minoris. Ad ædẽ.) in æde. ſic cauſam agere ad iudicẽ dicimus, pro apud iudicẽ. Erat aũt in æde Opis ærariũ, quod Antoniũ perrupiſſe oſtendit. ergo fierẽ uult intelligi. Et enumerat hic omnia cõmoda quæ ex Cæſaris bonis perceperit. Cuius domus.) [illegible] eorũ, quæ ad Antonium pertinuerunt ex bonis Cæſaris. Officina.) Officina dicitur propriè in qua aliquid efficitur, & ab opifice nomen habet: taberna uerò ab ipſis tabulis. Etenim quæ res.) Concluſio atque propoſitio in hoc loco eſt generalis ipſius enumerationis. Sententia eſt: Ergo nulla res egeſtati & æri alieno ſubuenire potuit quàm mors Cæſaris. Vehementiora ſunt quæ anteceſſerunt. Neſcio.) Iam orator ſuam rationem ac methodum oſtendit. Non concedit ut hactenus audiuimus, eum in numero coniuratorum fuiſſe. Hoc enim erat eum magnis honoribus afficere: igitur ſe non argumentandi, ſed uituperãdi cauſa hæc dixiſſe oſten-

ſe oſtendit. Crimen.)hæc accuſatio & intentio. mediū eſt uocabulū: eſt enim et bonū et malū crimē. Gaudere.) id eſt, fructū ex morte Cæſaris percipere. dico te nebulonē eſſe, cum Cæſarē defendas, & tamē bona eius diſsipes. Romani utebātur hoc uocabulo pro uti: ut etiā nunc quidā barbarè dicūt, gaudere priuilegio. Reſpondi maximis.) Antonius obiecit Ciceroni duo. I. quòd ſe cum Cn. Pompeio coniunxiſſet. II. quòd deſeruiſſet Cn. Pompeiū. Cicero primùm negat ſe fuiſſe autorē belli ciuilis, et ſemper pacis fuiſſe ſtudioſum. Quod ad ſecūdū attinet, dicit ſe id neceſſariò feciſſe. Fuiſſe enim utilius ad Cæſarē redire, et multos ciues ſeruare: q̄ cum Pompeio manere, & multos perdere. Eſt ergo hic ſtatus qualitatis aſſumptiuus cōparationis. Accedit autem etiam ad hoc crimen tranſitione, quæ fit [illegible]. Reſpondi.) Tranſitio. Hæc uerba in fine VII. criminis in curia quadam poſita ſunt: ſed huc pertinent. Criminib.) obiectionib. Caſtra) deſerta, id eſt, partes Pompeianas, quas deſerui. nō ponit totū crimen: nam quæ odioſa ſunt, diſsimulanda ſunt oratori, ut Craſſus lib. 2. docet. Tempus.) belli ciuilis. Quo quidē.) Propoſuit crimen breuiter, nunc refutatio ſequitur. Primum autem conſilium ſuum defendit [illegible], qua [illegible] conſilij ſui oſtendit, ſi ſenatus illud fuiſſet ſecutus. deinde cauſas Antonij duas, cur Pompeij caſtra deſeruerit, refutat [illegible]: quarum una metus fuit, altera Ciceronis in dicēdo petulantia. Tertiò iocos refellit [illegible]. Si ut.) Defendit conſilium ſuum, eius [illegible] oſtendens [illegible]. Tum hodie.) [illegible]. ea enim futura erant, ſi Ciceronis conſilium ſenatus tū ſecutus fuerat. Egeres.) id eſt, non liberaſſes te ære alieno bonis Cn. Pompeij bello enim ciuili M. Antonius ſector bonorum Pompeij factus, ab ære alieno ſeſe liberauit, diueſq; factus eſt. Nos.) Populus Rom. conqueſtio breuis: conqueritur enim amiſſam libertatem. Fateor enim me.) Nunc Antonij cauſas refellit. prima eſt, propter metū caſtra deſeruiſſe. hanc tractat II. confeſsione [illegible]. II. expoſitione cauſæ, cur metuerit. III. negatione [illegible]. IIII. repetitione [illegible], ut latius explicet ea quæ propoſuit antè. eſt igitur tractatio [illegible]. Mœſtitia.) Mœſtitia & mœror in omnibus aduerſis, periculis & damnis. Luctus eſt ex morte. eſtq; hoc ſpeciale, illud generale. Si idem.) id eſt, uictoriam Cæſaris. [illegible] eſt. Dolebam.) Rationis, cur metuerit, expoſitio per remotionem: remouet enim cauſam ſui metus in pericula & mala. Verbum autem Dolebam emphaſeos gratia geminatum eſt, ut orationem augeat. Neq; enim eram.) Occupatio rationis aduerſarij, atque refutatio eius [illegible]. Ponit autem non cauſam pro cauſa, iuſtitiam ſcilicet atque imperitiam, timoris: doctrinam uerò ac peritiam, fortitudinis. Frangere animo.) id eſt, timerem. Quæ.) uita. eſt contrariorum oppoſitio. Me manens.) diuturnior eſſet. Angorib.) Angor eſt animi, dolor uerò corporis. angores mox uocat moleſtias. Dimiſſa.) amiſſa. amittimus nolentes, dimittimus uolentes.

Illos ego præſtantiſsimos) Iam ſequitur comparatio. Inter duo mala minus eligendum eſt. Satius erat redire ad Cæſarem, et multos ſeruare, quàm cum Pomp. manere & multos perdere. habet autem hæc comparatio primū propoſitionem: Reipub. ſumma uiuere cupiebam. deinde enumerationem. generalem tamen: tot conſulares, tot prætorios, tot honeſtiſsimos ſenatores &c. Quiſi.) Iam ponit [illegible] cauſam finalē. Quæ ſentētia ſi ualuiſſet.) Repetitio [illegible] propter maiorē explicationē eius quod antè propoſuit: Tu hodie egeres, nos &c. ut autē dixit prius conſilium & autoritatē ualere, ſic iam dicit ſententiā ualere id eſt, pōdus habere. et qd' antè dixit egeres, idē nūc dicit: nunq̄ in hoc ordine, uel potius nunq̄ in hac urbe māſiſſes. Repetit igitur alijs uerbis ac ſententijs rem eandem. Victoriæ ſpe.) propè enim erat uictoria. At uero Cn. Pompeij.) Alterius cauſæ caſtrorū deſertorum refutatio. Refutat autem hanc primū [illegible], & [illegible] loco ponit interrogationem, quæ uehementior eſt: deinde ſigno oſtendit, ſibi Pompeium nunquam inimicū eſſe factum: tum [illegible] facit rationum utriuſq;: quarta probat teſtimonijs, Pompeium ſemper honorificè eius meminiſſe: quintò redit ad [illegible]: poſtremò reijcit tractatione longiore. Oratio mea) ſcilicet quam habui in Caſtris Pompeianis. An ille quenquam.) Interrogatio [illegible]. quaſi dicat, neminē ille plus dilexit quàm me. antecedens eſt. conſequens, ergo oratione mea illum à me non alienaui. Cum ullo.) Iam ſigna ponit: dilexit neminem plus quàm me. quare? quia cum nemine ſæpius ſermones habuit: quia cum nemine ſæpius contulit conſilia.

Quod quidem.) [illegible]. De ſumma re.) id eſt de pace. Nam Pompeius nullam pacem cum Cæſare facere uoluit. Cicero autem ſuaſit. Sed & ego quid ille.) Confert rationes Pompeij cum ſuis rationibus. Pompeius habebat unicum finem, dignitatem: & ad hanc bello ciuili aditū ſibi facere uolebat. Cicero duos fines habuit, dignitatem & incolumitatem. Pompeius dignitatem habere uoluit cum periculo, Cicero ſine periculo. Incolumitas aūt & uitæ & honorum dicitur. Præſenti.) quam armis uoluit retinere. Diſſenſio) offenſio. Haberet.) rationes ſcilicet & cauſas. Quid uerò.) Sequitur iam [illegible] ratio: probat enim teſtimonijs Pompeium honorificè ſemper de ipſo ſenſiſſe. Conſularis) Cn. Pompeius. Pharſalica.) poſt pugnam Pharſalicam. Nunquā.) Nūc rem ponit [illegible]. Mentio de me.) ſcilicet facta eſt honorifica. mētio eſt, quæ laudē alicuius habet. Deſiderij.) Deſideriū eſt abſentis. Cum me.) [illegible]. Plus.) difficultatē uictoriæ. Speraſſe.) facultatē uictoriæ. Et eius.) Redit hic ad [illegible] [illegible]. Cur dicis me inimicū Pōpeio fuiſſe, cui ſemper amicus fui? cum tu ſemper in cū animo hoſtili fueris? Sectorē.) mancipē bonorū. malo legere ſectorē. eſt aūt ſector, qui alterius bona ſequitur, id eſt, emit. Erat autē inuiſtū ſectorū nomen apud Romanos, qui emebant bona innocentium ciuium proſcriptorum. Sed omittatur.) Reiectio longioris tractationis. erat enim res manifeſta. Bellum.) caſtra Pompeij. Nimirū fœlix.) propter bona Pompeij. Ne iocis.) Malo legere, tu de iocis. ioci fuerunt, Serò uenis Cicero: at hic, non ſerò, inquit. Nihil enim uideo paratū. At ille, ubi eſt gener meus? Cicero reſpondit: Cum Socero. item Pompeius dixit in ſua manu uictoriam eſſe: reſpondit Cicero, Si tibi negocium eſſet cum mulieribus &c. Erant quidem.) Concedit ſe iocatum eſſe, neq; negat factū: ſed defendit rectè factum eſſe ex loco coniunctorū. Si modò homines.) Si modò humani ſunt. Argumentū ſumptū ex loco coniugatorum. in Partitionibus inflexionem uocat. Relaxantur.) animos relaxant. Quod aūt idem.) Defendit ſe [illegible]: obiecerat illi timorem, id eſt, mœſticiam, quæ ex timore uenit. Item iocū, quæ duo inter ſe ſunt contraria: hic

ucriſimi-

ueriſimile eſſe reſpondet ſe in utroq; fuiſſe moderatū, quoniam utrūq; illi obijciat. Hæreditates mihi.) *Alia criminatio: Ciceronem eſſe hominem nouum, et ideo non habere hæreditates multas. Defendit autem ſe hoc in loco trib. modis. Primùm coniectura: negat enim nullas ſibi hæreditates obueniſſe: deinde comparatione, ſibi beneuolētia hæreditates obuenire, Antonium aliorū hæreditatē per uim & fraudem adire: tertiò ponit* ἀντικατηγορίαν*: & dicit ne patris quidem hæreditatem ad Antonium perueniſſe: cū Antonius Ciceroni obiecerat, ipſi nullas hæreditates obuenire. poſt illam* ἀντικατηγορίαν*, egreditur in ſcommata: & dicit Antonium non eſſe bonum oratorē, ſed declamatorem.* Vtinam.) *Informat negationem optatione, & dicit: Vtinam uerū diceres. plures enim mei amici uiuerēt. Animorum autem coniunctio amicos, uſus & conſuetudo neceſſarios facit.* Sed qui iſtuc.) *Denunciatio teſtimonij, informata interrogatione: quæ figura, quoniam uehemēs eſt, crebrò in oratorum orationibus uſurpatur. Vult autē probare tabulis expenſi & accepti, quòd multas adierit hæreditates.* Ego enim.) *Probatio coniecturæ inartificialis, ſcilicet tabularū. idcirco dicit, acceptū retuli.* Acceptū retuli.) *Quaſi dicat, ego tabulis meis accepti & expenſi uolo probare me amplius* H S 200. *accepiſſe. Amplius uerò ad continuam refertur quātitatem.* Quanquā in hoc genere.) *Iam ſequitur comparatio* ἀμφιβολίαι*. oſtendit enim ſuā amicitiam, ſibi hæreditates cōparaſſe: Antonium autem per uim & fraudem aliorum hæreditates inuaſiſſe.* Commodo.) *hæreditatis.* Animi dolor.) *luctus. Luctus enim eſt animi dolor propter alterius mortem, qui nobis charus aut utilis fuit.* Te is quē.) *Tranſit alteram partem comparationis, hæreditates ſcilicet Antonij, quæ pars* ἀμφιβολίαν *habet.* Amarit.) *Amor enim uehemēs eſſe, et perfectus, niſi in præſentibus, nō poteſt. Tametſi enim abſentes amemus, in eo tamen magis deſiderium eſt, quàm charitas.* Q. Furij.) *Nomina ſæpe mutabantur in adoptionib. inde eſt quòd non retinuerit hic nomen familiæ ſuæ Rubriorum, quia adoptatus erat à Furio.* Heredem fecit.) *Facimus heredem ſcripto: factitamus & nominamus uoce, ore, ac palàm.* Quē nunquā uiderat.) *ſcilicet te M. Antonium.* Ac.) *Particula corrigentis & modeſtiæ pro, aut ſaltem. multos enim uidere poſſumus, quos tamen non ſalutamus.* Velim mihi dicas.) *Altera probatio. Argumētatur quaſi ab exēplo in* III. *figura. L. Rubrius & L. Turſecius te hæredem fecerunt: Hi autē fuerunt ignoti tibi: ergo ab ignotis factus es hæres. unde ſequitur, quòd dolo et fallacijs hæres illorū factus ſis.* Prædas.) *id eſt, quam hæreditatem.* In multas præterea.) *Reiectio. nō enumerat cætera: ſed quoniam duplici fuit uſus probatione, iam à ſingularib. quaſi ad uniuerſale ac commune uenit.* Tanquā hæres.) *falſus ſcilicet hæres.* Inuaſit.) *Inuadere, eſt per uim contra iura & leges. adire autē iure.* Quanquam hoc.) *Iam eſt* ἀντικατηγορία*.* Tu ne patris quidem hæreditatem adijſti. *Dicit aūt hoc propterea, quia pater eius fuerat prodigus, ut nihil ei potuerit relinquere.* Hæc ut colligeres.) *Reprehēſio atq; irriſio perſonæ, qui malus atq; imperitus ſit orator: quæ crimina etiā antè habuimus.* In aliena uilla.) *Oſtendit eū nō domi ſuæ facere orationes, ſed apud alios.* Tū uerò.) *Deriſit ingeniū eius: nunc etiā magiſtratū eius deridet.* Cōpotorū.) *Factū eſt ad imitationē Græcorum, qui* συμπότας *dicunt.* Rhetorē.) *Rhetor uocabulū græcum eſt, idē quod ſophiſta: qui dat præcepta rhetorica, & in umbra ſuos exercet. Romani uerò utebantur eo tanq̄ latino. Sic autē Græci ipſos oratores uocabant.* τοὺς λέγοντας. *apud latinos orator nomē erat honoris.* Salſum.) *Ironia eſt. Salſus dicitur, qui oratione ſua mordet. ſed hic pro adulatore accipitur.* Sed materia.) *Correctio ironiæ.* Dicta dicere.) *Nouum, pro ſcommata dicere. id eſt, dicteria & ridicula græci dicunt* σκώμματα. Vide aūt.) *Comparat iam cum Antonio auum ſuum M. Antonium, quem in lib. de Oratore introducit.*

Senſim.) *cū iudicio et meditatione.* Curſim.) *ſubitò & temerè.* Aliena.) *contraria.* At quanta.) *Hoc in loco orator accuſationem liberam ponit: ad hunc tamē locum pertinet. Oſtendit enim eū furē eſſe, & de pecunia Reip. eum ſatisfacere ſuis magiſtris & declamatorib.* Audite, audite.) *Geminatio propter* ἔμφασιν*, ut antè.* Aſsignaſti.) *ex publico. Agros & prædia propriè aſsignare dicimus, id eſt, certa magnitudine, certisq; poſitis terminis, alicui donare.* Immunia.) *Immunia ſunt, quæ nec publicè, nec priuatim ſeruiūt.* Nihil ſapere.) *ut ſtultior fieres.* Nū etiam.) ἀμφιβολικὴ *interrogatio.* Sed dicā.) *Tranſitio* κατ' ἀπόλειψιν *qua ad alterā huius orationis partem uenit.* ἀπόλειψις*, dicā alio loco de agris, quos &c. tranſitio: Reſpondi criminib. Antonij: nunc de ipſo dicā.* Inquinauit.) *id eſt, turpiſsimis hominib. dedit. conſequens eſt pro antecedente.* Iam enim.) *Hactenus* ἀπολογία *fuit: nunc tranſitio ſequitur. modū aūt ſibi præſcribit eorū, quæ de Antonio eſt dicturus: ut ſemper habeat, quod de eo poſsit dicere. Hac ſuſpicione ſcelerū, quam ei Cicero mouet, oſtendit eū ita turpem eſſe, ut nō poſsit eū ſatis una oratione depingere.* Emēdatore.) *id eſt, qui me, moresq; meos, ac populum Rom. uult corrigere.* εἰρωνεία *eſt.* Nec enim.) *id eſt breuiter dicā. Eſt aūt hæc ratio ſubiūcta nō propter rem, ſed propter particulam quædā, quæ ſignificationē habet quantitatis.* Nouus ueniam.) *id eſt, ſemper noua crimina adferam.* Quā facultatem.) *Quaſi occupatio eſt, qua confirmat id quod poſtremò dixit, ſe ſemper noua allaturum eſſe crimina.* Vitiorum.) *Vitia ſunt in ipſa natura & habitu, peccata uerò in effectu.* Vis'ne igitur.) *Sequitur confirmatio, quæ eſt orationis huius pars tertia, & ad genus demonſtratiuū pertinet. omnē enim Antonij uitā per omnes uitæ gradus percurrit: & quid in quauis ætate fecerit, demonſtrat. Cum igitur duplicē demonſtratiuū genus finem habeat, laudem ac uituperationem: poſtremum in hac parte ſolum habet propoſitum, & in uituperatione ad finē orationis uſq; uerſatur, in qua naturæ, ætatisq; ſequitur ordinem, & à pueritia ad ſenectutē uſq; uituperando peruenit.* Vis ne igitur.) *Cōmunicatio, quæ ordinis habet* κατάλογον*. Sumit autē initium pueritia ab anno* VII, *uſque ad anum* XVI. *qui adoleſcentiæ erat initium.* Tenēs ne.) *Duo ponit pueritiæ Antonij crimina. primum, quòd prætextā decoxerit: alterum, quòd uiolarit legem L. Roſcij Othonis. Primū breuiter tractat: primùm interrogatione, deinde obiectione, tum ironia.* Prætextatum.) *Erat prætexta ueſtis Romanorum, quæ illis in pueritia dabatur, cum quadam etiam pecunia. de qua re L. Bayſium uide. Per prætextatum igitur, prætextam intelligit: quam ſi quis abſumpſiſſet, decoctor prætextatus ſuus, ſiue prætextæ dicebatur. id quod Antonium feciſſe oſtendit.* Patris.) *Obiectio cum conceſsione. De patre M. Antonij loquitur, qui fuit prodigus: nō de auo, qui frugalis fuerat.* Etenim eſt pietatis.) *id eſt, impietatis. Eſt enim*

ironia. Religio eſt erga deos, pietas erga parentes. uitupe rat aūt hic eum, ut qui non ſolū de ſe fateatur, ſed patrem etiam accuſet. Prætextatū tuum decoxiſti, quod factū non potes defendere, niſi exemplo patris. At ſi id facis, impius es. patrē enim tuū dehoneſtare non debes. Illud tamen.) Aliud crimen, quòd ſederit in quatuordecim ordinibus, cū eſſet decoctor. Ordinib.) gradibus, id eſt, in ſubſelliorū dignitatibus. L. autem Roſcius Otho conſul legem tulit, ut in XIIII ordinib. primo ſubſellio ſenatus ſederet, deinde poſt ſenatum equites, ut ſpectarent ludos. quibus ſeſe decoctores adiungere nō audebāt. Legis igitur uiolatæ eum accuſat. Decoquere.) Hoc uocabulum hic propriè & improprię accipitur. Noſtro uitio dicimur bona decoquere, fortunæ autē uitio amittere. fortunæ uerò uitio decoquere ſua aliquis dicitur, cum ægrotus prodigaliter omnia medicis elargitur. Sūpſiſti.) Propoſitio. id eſt amiſſus es in uirorum numerum. Vituperat nunc adoleſcentiam, quæ à toga ſumebat initium. Muliebrem.) Propter tuam libidinem. Toga à tegendo dicta eſt, quòd omnia inferiora tegat. ſtola à demittendo, quòd uſq; ad talos demitteretur. Per togam autem ſæpe genus uitæ uirilis intelligimus, ut per ſtolam muliebris. Primò uulgare ſcortum.) Explicatio eius quod præcedit. Eſt enim metaphoricum, quòd dixit muliebrem ſtolam, per quam intelligit uitam luxu perditam. Primò autem de tempore dicitur, primùm de ordine rerū. Scortum) ſcilicet erat. Oſtēdit Antonium proſtituiſſe ſuam adoleſcentiam & florem ætatis. Eſt autem hic in uerbis amplificatio: nō enim in rebus ſolum fit, ſed etiam in uerbis. ideo generis demonſtratiui eſt propria.

Vulgare.) uulgatū et proſtitutū omnibus. Merces flagitij.) id eſt, adoleſcentiæ uenditæ propoſita erat. Sed citò.) Amplificatio. A quæſtu meretricio.) id eſt, non uoluit te eſſe ſcortum uulgare & commune, ſed proprium.

Meretrix) à merendo dicitur, quòd corpore æra mereat. Stolam.) Indicat fuiſſe conſuetudinē, nouis nuptis dari ſtolam à maritis. Nemo unquam.) σύντονος acerba atque uehemens. Quoties te pater.) Probatio ipſius criminis, à ſignis & loco coniunctorum. Quidam uolunt genus demonſtratiuū non habere ſtatum: id tamen nō eſt omnino uerum. Vbicūq; enim eſt probatio, ibi etiā ſtatus eſt. Videtis igitur hic, quomodo crimen ἐπιδεικτικῶς ſit exponendū. Limē.) Extenuatio amplificationis cauſa. Voluit pater, ne pedē poneres in ædes ſuas. Cuſtodes poſuit.) Primum ſignū. cuſtos eſt non ſolū in conſeruandis ac præſentib. reb. ſed etiam in abarcendis, & abſentibus. Cum tamen.) Alterum ſignū eſt. Nocte ſocia.) Incrementū eſt in uerbis, κατ' αὔξησιν. Hæc aūt tria ferè Ouidius habet:

Nox & amor, uinumq; nihil moderabile ſuadēt. Pro uino hic Cicero habet mercedem. Nox adiuuat, ut ſocia: libido hortatur, & ſtimulos admouet, merces uerò cogit. Domus illa.) Curionis. Scis ne.) Tertium ſignum, triſtitia ſcilicet patris. Mœrens.) Ex mœrore ægrotus factus eſt. Participia ſæpenumero cauſam ſignificant.

Filius.) Curio ſcilicet. Proſternēs.) Poſuit duo participia, ut poëtæ aliquādo duo adiectiua. Contra patrē.) id eſt, apud patrem. Peteret.) pater. Pro Cōquereretur autem, poſuit Peteret. Antonius ſexagies ſeſtertium debebat, pro hac ſumma Curio interceſſerat. Confirmabat.) iureiurādo aſſeuerabat. Exiliū.) ſcilicet uoluntariū. Tui diſsidij.) tuum diſsidium & alienationē tuæ uolūtatis & amoris tui, ex qua alienatione & diſsidio naſceretur deſiderium. ἄσεμνον eſt. propter rem enim inhoneſtam obſcurè loquitur. ſic prius petere, pro cōqueri dixit. Quo ego tempore.) Quartum ſignū. Ego eodē tempore pro te interceſsi. Florentiſsimæ.) Florens familia, propter amicos & opes dicitur. Vel potius ſuſtuli.) ἐπανόρθωσις. Aes alienum.) conflatum Antonij nomine. Rei familiaris facultatibus.) id eſt ſua pecunia. Familiaritate.) Familiaritas à familia dicta eſt. eſt autem coniunctio uitæ quotidianæ, & idē quaſi uictus. Hæc tu cū.) ἀπόλειψις longioris enumerationis. Habetis hic exemplū tractandæ uituperationis. 1. Propoſitionē poſuit. 2. expoſitionē. 3. amplificationem. 4. probationem. 5. reiectionem tractationis longioris. Gladijs.) armatis iſtis. Admiſiſti.) Admittimus aliquid in nobis, cum ipſum ſcelus in noſtrum corpus admittimus, eſtq; propria in ſtupris locutio. Sed iam ſtupra.) ἀπόλειψις, quæ rationem ἠθικὴν ſubiunctam habet. Oſtendit enim pudorem ſuum orator, dum non uult minus impudica commemorare. Sunt quædam.) Ratio ἠθική, qua ſibi beneuolentiam comparat, Antonio odium & inuidiam, propter ſuſpicionem turpitudinis. Audire non poſsis.) non audies: id eſt, quæ uerecundus amicus tibi non poſſet dicere. ὕστερον πρότερον eſt. ὑπαλλαγὴν uocant grammatici. figura eſt ſententiæ, non uerborum. Sed reliquū.) Tranſitio ad inſequentia per ἀπόλειψιν, quæ adiunctam habet rationem, quam αἰτήσεως & docilitatis atq; attentionis locus ſequitur. Dicit enim ſe adhuc de ijs dicturū, quæ ante ciuile bellum egit: ſed breuiter, quòd feſtinet ad ea quæ in ciuili bello egerit, quibus & docilitatē & attentionē parat.

Vitæ.) uirilis, id eſt, ætatis uirilis. Celeriter perſtringam.) Attentio, ac docilitas. Ad hæc.) poſteriora. Ratio ἀπολείψεως. Quæ peto.) αἴτησις, id eſt poſtulatio, ut attentè audiatur. Habet autem ὁμολογίαν ſubiunctam occupationis loco. Vt quanquam.) ὁμολογία ſiue occupatio. Debet enim.) Ratio. Tametſi.) Hoc etiam ad attentionē pertinet. Incidamus.) id eſt, prætereamus, et breuiter perſtringamus qua re lector ſit attentus. Nimis ſerò.) id eſt tardè, poſt longā morā. Extrema.) Non ſolū de temporib. ſed etiam de reb. dicitur. Intimus erat.) Sequitur nūc breuis multorū ſcelerū cōprehēſio: & primùm, qualis in Clodij Tribunatu fuerit. Eſt hic συντομία breuitas, quæ ſæpenumero conglobationem effectorum habet, ideoq; amplificationē. breuiter enim reliqua Antonij uitia percurrit. Intimus dicitur, qui particeps eſt omniū cōſiliorū. Qui.) Antonius. Fax.) ſcilicet erat. Eius.) Clodij. Molitus eſt.) Obijcit ei alia ſtupra. Quid dicam.) Præteritio oratoria. Inde itum Alexandriam.) Alterum crimen. Ad regem enim Ptolemæum Alexandrinum reducendum, Gabinium contra ſenatus autoritatē impulit. Hæc omnia facta ſunt eo tempore, quo primus liber Epiſtolarū Ciceronis ſcriptus eſt, in quo hac de re habetur. Contra ſenatus.) Quia ſenatus uoluit ſine exercitu reduci, illi cū exercitu reduxerunt. Religiones.) id eſt, carmina Sibyllina, et uoluntatem Sibyllæ. Sed habebat.) Ponit occupationē loco criminationis. Dicit enim Gabinium non minus eſſe malum, quàm Antoniū. Inde.) ex Alexandria, ciuitate Aegypti. Prius.) Expoſitio. Vltimā Galliā.) Trāſalpinā, ad C. Cæſarē, ad Belgas. Domū.) in Italiā ad ſuos. Quæ erat.) ἐπανόρθωσις dictionis, atq; emendatio, qua obijcit ei prodigalitatē. quaſi dicat, quam quæ erat domus tua. Domum dico. Secunda correctio. Miſerum.) id eſt, præter an .m nullā. Omnis enim διήγησις debet carere mēdacio.

Quia

Quia autem hac hyperbole ad ſummum peruenit, tempe rat eam exceptione ſecundæ correctionis, ut uitet opinionem mendacij, atque temeritatis. Si ſaponem tenebas.) id eſt, tanquam ciuitatem luxu perditam. αἰνιγματικῶς eſt: obſcura tamen, propter hiſtoriæ ignorationem. Veniſti.) ſcilicet Romam. ſeruat ordinem, & de quæſtura eius nũc dicit. Patrem tuum.) Cæſarem, quem tanquam eius patrem nominat. Dicere aude.) id eſt, mentire. Acceperam enim.) Probatio ἄτεχνος. Cæſaris literas.) ſcilicet tuo rogatu ſcriptas, & impulſu. Satisfieri à te.) ut paterer te mihi reconciliari, & permitterem tibi petitionem quæſturæ. Num ſum paſſus.) id eſt, tu facilè impetraſti à me reconciliationẽ, propter cõmẽdationẽ Cæſaris. Ita in Epiſtolis lib. 1. dicit: Ne precib. noſtris quidẽ locum reliquit. id eſt, permiſit, et fecit quæ uoluimus. Cuſtoditus ſum.) id eſt, honor meus, & mea dignitas à te defenſa, ſine cultu fuerunt. Obſeruatus à me.) id eſt, ſummo honore te proſecutus ſum: et tu fuiſti meus defenſor in quæſtura. Quo quidẽ tẽpore.) Redit ad illud ἀντέγκλημα quod prius indicauit. Obiecerat enim Antonius, quòd ſuaſu Ciceronis Milo Clodiũ occidiſſet: Cicero dicit, Tu autem me non rogante uoluiſti eum occidere. In foro.) in petitione quæſturæ. Iniurijs.) offenſionibus. In quo demiror.) Hactenus ſibi beneficium ab Antonio præſtitum expoſuit. nũc ἀντέγκλημα ponit. Demiror aliquando ſignificat contrarium. Vt honeſtare, dehoneſtare. aliquando augmentũ: demiror, id eſt ualde miror. ſic decus, dedecus, etc. Vltro.) Refertur ad participium deferentem. Deferimus officiũ ante geſtionem: deinde dicimur præſtare & facere: tertiò præſtitiſſe & feciſſe. Quanquã) Correctio criminationis: Tu, inquit, tum eras fortior quàm ſis hoc tempore. In eo.) in proſequendo ciues malos. Ad meã gratiã.) ad priuatã amicitiã. Quæſtor es factus.) Perſequitur ordine narrationem: & nunc quomodo ad Tribunatũ peruenit, explicat. Sine ſenatuſconſulto.) Magiſtratus enim ſine Senatuſconſulto, lege, & ordine, non poterant aliquò proficiſci. Id enim.) Hic ponit cauſam finalẽ. Dicit eum profectum eſſe ad Cæſarem propter commodũ priuatum.

Egeſtatis.) Multi enim ſunt perpauperes, qui tamen nõ ſunt oberati. Sed quia poterat illud excuſari, ſi per fortunam eſſet factum, addit nequitiæ & perditis uitæ rationibus, ut oſtendat eum malis rationibus ac artibus ad æs alienum perueniſſe: quod excuſari non poteſt. ita ei uulnus infligit immedicabile. Explcuiſſes.) Explere hic pro implere ponit, contra grammaticos. Si hoc.) παρένθεσις ἐπανορθωτική. Vitrici tui.) id eſt, Lentuli. Accipite nunc.) Facit tranſitionem ad maiora et magis publica crimina. Oſtendit enim eum fuiſſe autorem belli ciuilis. idq; probat adeo, quia fuerit à ſenatu iudicatus hoſtis. Primum igitur Tribunatus ſui crimen fuit, quòd ſenatui ſeſe oppoſuit.

Fecerit in nos.) Committere & facere aliquid in ſe, idẽ ſignificant. In ſe.) Quia uendidit florem ætatis, & ſe quoq; uendidit ipſi Cæſari. Impie.) Impietas eſt, quæ aduerſus patriã atq; parẽtes cõmittitur: nefas, quod in deos. Omnia ſunt geminata hîc. Ab huius.) Antonij. Omniũ malorum.) belli ciuilis. Nam cum.) Hactenus fuit trãſitio, qua attẽtionẽ fecit. Excitauit enim auditores magnitudine rei, quam cõmemorare uoluit. Iam ſequitur διήγησις, id eſt, breuis & conciſa expoſitio, probationis loco adhibita. Calend. Ianuarij.) id eſt, in petitione conſulatus.

Labentem & propè.) Propter potentiã Cæſaris. Labi dicuntur, quæ ruinam minantur: quæ autẽ ruinã faciunt, cadere dicuntur. minus eſt ergo illud, quàm hoc. Si ſana mente eſſet.) id eſt, ſi fuiſſet. Conſulere.) ne ſcilicet abſens conſulatum peteret, & ne prouinciã Galliam prorogari in decẽnium poſtularet. Mancipatum.) Res mancipata dicitur, quæ noſtra manu eſt capta, & uendi poteſt.

Oppoſuit.) Opponimus nos apertè, & in periculis manifeſtis: obducimus aũt nos clã & per inſidias, & in petitione magiſtratus. Securi.) eiuſmodi iudicio pœnæ. Metonymia eſt. Occiderunt.) condemnati ſunt. In te aũt.) Probatio expoſitionis à ſigno neceſſario. quia te ſenatus iudicauit hoſtem. Tot luminaribus.) tot egregijs uiris, quos μεταφορικῶς reipub. uocat lumina. Togatum.) domeſticum, perduellionẽ. Et tu.) Reprehenſio atq; obiurgatio: eſt enim hic et reprehenſionis particula. Ego conſeruator.) ἐναντίωσις: ſiue ex contrariorũ oppoſitione ratiocinatio. Commemoratio.) id eſt, mentio: eſt enim exaggeratio. Fit aũt commemoratio uerbis, memoria ſolùm cogitatione. Dum genus.) αὔξησις ἀπὸ χρόνου turpiſſimæ interceſſionis, à temporis circũſtantia. Interceſſio.) pro cõſulatu Cæſaris, et prouincia Gallicana. Sequitur iã defenſio ſenatus. Quid cupide in ſenatu.) Obiecit orator Antonio, quòd pro Cæſare cõtra ſenatũ egiſſet. ſequitur iam defenſio ſenatus, & expoſitio maior totius facti. Et omnia quatuor quæ prius tractauerat, hic repetit exponẽdo, ut in memoriã ſenatorũ reuocet. id aũt in reb. gratis ſolet fieri. Quid cupidè.) quaſi dicat nihil. Temerè.) Multa fiũt cupidè, quæ tamẽ nõ temerè, ſed cũ conſilio et ratione fiunt: temerè aũt fiũt, quæ ſine cõſilio atq; ratione fiunt. Cum tu unus.) Tyrãnus tolerabilior eſt in ſene, quàm in adoleſcente. ergo eſt exaggeratio. uerba grauia ſunt, & ſonantia. Salute populi.) id eſt, libertate. nullũ enim præſtantius eſt in Repub. bonũ, quàm libertas: quæ cum uiolatur, etiã leges uiolantur. Neq; id.) αὔξησις à tẽpore. Sæpius.) Hoc factũ eſt, cũ Cæſar cuperet ſibi prorogari prouinciã in decẽniũ, & ſui abſentis rationẽ haberi: quod ſenatus recuſabat. Tecũ agi.) deliberari tecum et diſceptari. Quid agebatur.) quid à te contẽdebatur? Eſt aũt hic cõparatio uoluntatis ac petitionis ſenatus, cum petitione ac ſtudio Antonij crudeli. Cum te neq;.) Pars altera comparationis, quæ enumerationem habet factam diſtinctione uerborum propriorũ καὶ ἀκυρολογίᾳ. Nam quæ pars exaggeratur in comparatione, prolixius aut ſæpius ſemper eſt tractanda. Exẽplum eſt in 1. ecloga Vergilij, in qua multis modis fœlicitatem Tityri poeta amplificauit. Ita hic de Antonio Cicero dicit prolixius. Principes.) Hoc eſt iniquum, ut principes rogent, cum potius debeant imperare. eſt igitur διαλογισμὸς non natura propriorum, ſed fortuna. cum enim in locum erat Reſp. redacta, ut ſic fieri conueniret. Maiores natu.) prudentiores.

Agendo.) inſtando & poſtulando. Vendita.) ſcilicet à Cæſare. Addicta) ſcilicet ipſi Cæſari. Tũ illa.) Renouatio probationis tertiæ, hoc eſt ſigni. Tentatis.) à frequẽte ſenatu apud te. Vulnus inflictum.) id eſt, condemnatio, pœna impoſita. Condemnationẽ enim & pœnam Antonij læſæ maieſtatis ſic uocat. Paucis.) ut C. Fimbria, Saturnino, Gracchis. Dedit.) arma imperauit. Imperijs.) ducib. quos ita uocat per μετωνυμίαν à populo Rom. in diuerſis regionibus cõſtitutis, quos imperatores propter uictorias appellabant. Poteſtatibus.) magiſtratibus. antè uocauit imperia. Quæ.) arma. Tu, tu inquam.) Cri-

 minatio

minatio ſummæ illius expoſitionis, quam antè propoſuit, à cauſa finali omnium quæ expoſuit. Vult enim oſtendere, cum à ſenatu iudicatum eſſe hoſtem. geminatione uerò orationem auget. Princeps.) *primus.* Perturbare.) *ſubiugare, redigere in ſeruitutem.* Intercesſio.) *ſcilicet tribuni plebis.* Circunſcriptus.) *deceptus & illuſus à ſenatu. Eſt* παραδιαστολὴ, *qua utimur in uerbis proprijs, cum unicuique rei proprium uocabulum addimus. ut prius etiam habuimus, Neq; principes rogando, ſenatus agendo, &c.* Omitto quàm hæc.) *Refutatio auxiliorum Cæſaris per præteritionem: & concluſio eius quod propoſitũ eſt.* Hæc.) *ſcilicet quæ dicta erant à Cæſare.* Quàm falſa.) *Falſa in coniectura ſunt, leuia in qualitate: quæ etiam ſi uera ſunt, momentum tamen non habent.* Præſertim.) *Status abſolutus. Eſt autem hæc ſententia philoſophica, ſumpta ex libris Politicis Platonis.* Nihil de Cæſare.) *Cõcluſio.* Tibi cauſam conſtituiſſe.) *te autorem fuiſſe & cauſam belli.* In perſona tua.) *tuo tribunatu. Perſona enim propriè dicitur hominis conditio & qualitas.*

O miſerum.) *Exaggeratio atque amplificatio per conglobationem ſingulorum poſt rem narratam & expolitam. incipit autem ab exclamatione, & à repetitione ſententiæ illius, quam prius dixit, commemoratio tui ſceleris.* Condenſatq; *bis omnia quæ facta ſunt in unum locum, ut magnitudinem ſceleris & calamitatis oſtendat.* Si nõ intelligis.) *ſcilicet turpitudinem tuam.* Alterum ſignum eſt ſtulti alterum perditi animi. Mandari literis.) *ſcilicet ab hiſtoricis populi Romani. Facit autem hoc in loco* [illegible] *non uerborum, ſed rerum.* Conſules.) *Deſignatos, Marcellum & Lẽtulum. Iam mala enumerat, ex quorum commemoratione oſtendit, melius fuiſſe unum hominem perire quàm plures. eſtq; hic conglobatio effectorũ quæ facta ſunt.* Conſulares.) *ſcilicet electi ſunt.* Exequi fugam.) *id eſt, fugere.* Exequi cladem.) *id eſt, uitare. Eſt hic* παράγραμμα. Prætores.) *Prætores ſunt, qui iam gerunt præturam: prætorij, qui geſſerunt.* Sobolẽ.) *Soboles iuuentutis eſt, in qua ſpes eſt ciuiũ.* Rempub.) *libertatẽ, ſalutem populi.* Vt igitur.) *Altera amplificatio,* [illegible]*, quæ rem exaggerat. Vix autem inuenias apud Ciceronem exemplum elegantius exaggerationis & amplificationis, quàm hoc eſt.* In ſeminibus.) *id eſt, ut ſemen eſt cauſa arborum & ſtirpium.* Doletis tres.) *Redit ad conglobationem, & ipſa effecta* συμπλοκῇ, *complexione pulcherrima. nec enim eadem uerba repetit, ſed* ἰσοδυναμοῦντα. *deinde concluſionem habet figuratam occupatione.* Tres.) *Pompeij, Scipionis, & Catonis.* Eripuit.) *In malam partem accipitur. metaphora ſumpta ab iis qui habent libellos accepti & expenſi.* Omnia deniq;.) *Concluſio.* Quid autem.) *Occupatio.* Vt Helena.) *Redit ad ſimilitudinem.* Belli, peſtis, exitij.) *Hæc enim tria etiam Roma, ut antè Troia, fuit perpeſſa.* Reliquæ partes.) *Perſeuerat orator adhuc in tertia parte ſuæ narrationis. Incipit à pueritia, à qua ad adoleſcentiam, & inde ad ætatem uirilem peruenit, quæ tribunatum habuit. Ideo perſequitur iam alterum tribunatu eius crimen.*

Partes.) *facta reliqua, quæ in tribunatu egit.* Principia.) *id eſt, primis temporibus.* Repub.) *id eſt, libertate.*

Quæ ſenatus.) *Quod ſenatus uetuerat.* In ſcelere.) *in ſcelerato tribunatu. quem idcirco ita uocat, quòd eſſet uenditus.* Reſtituebat.) *Vocabulum melius poſuit pro deteriore. calamitoſos pro condemnatos.* Patrui.) *C. Antonij, qui repetundarum condemnatus, in exilium relegatus fuit. M. autem Antonius non illum, ſed alienum, ſcilicet Lenticulam reſtituit: quod ſignum eſt mali hominis. Ita hic reuocationem Lenticulæ condemnat: primò, quòd ſine cauſa fuerit reuocatus, quia uir malus fuit: deinde, quòd contra leges. nemo enim inuito ſenatu eum reducere poterat.* Si ſeuerus.) *ſi pœna perſequi uoluit. Dilemma eſt.*

Cur non in omnes.) *cur nõ in Lenticulã etiam?* Suos.) *in patruũ ſuum C. Antoniũ.* Sed omitto.) *Præteritio.* L. Lenticulam.) *Propoſitio: Antonius reuocat colluſorẽ ſuum.* De alea.) *propter luſum aleatorium. accipitur autem, de, hoc in loco in partem deteriorem.* Colluſorem.) *Vocabulum medium, hic in malam partem.* Quaſi uerò.) *Ironica irriſio.* Sed ut quid.) *Occupatio quæ habet criminationem maiorem. obijcit enim illi crimina, quibus rempub. dedecore affecit. Vnum eſt, hominem condemnatum contra ſenatum reſtituit: alterum, quòd etiam ære alieno eum liberauit.* Perdiderat.) *Perdimus conſultò, amittimus inconſultò.* Quam attuliſti.) *Vituperat hic factum abſolutè: & omnia quæ aduerſarius obijcere poterat, diluit. Nam ut defenſio eſt abſoluta, & aſſumptiua, ſic etiam accuſatio. Oratorem igitur omnes aſſumptiones, quæ ab aduerſario adferuntur, refutare oportet.* Abſentem credo.) *Conglobatio eorum omnium quæ ab aduerſario obijciuntur, ironica.* Relatum.) *accuſatum.* Poſtremò) *Abſolutio accuſationis.* Nihil horum.) ἀφαίρεσις *breuis obiectionum omnium.* At uir bonus.) *Licinius ſcilicet Lenticula. Tranſit ſic à ſtatu actionis ad ſtatum comparationis.* Nullum fuiſſe de alea iudicium.) *id eſt, nulla lege accuſatum, & condemnatum. abſq; lege enim nemo accuſari & condemnari poterat.* At uir bonus.) *Remouet remotionem, & à ſtatu actionis ad ſtatum comparationis tranſit.* Nihil ad rem.) *ſcilicet hæc defenſio.* Pro nihilo.) *id eſt, nulla de cauſa condemnatum.* Si ita eſſet.) *ſi nulla de cauſa condemnatus eſſet.*

Hominem.) *Refutatio utriuſque ſtatus, actionis & comparationis. Status actionis, eſt lex conſtituta de alea: ergo non eſt ſine lege condemnatus. Comparationis: Eſt uir nequiſſimus, ergo reſtitui non debuit.* [illegible] *eſt in hoc loco. homo autem nequam eſt, homo non frugi, qui ſibi inutilis eſt. ſceleratus, qui alijs nõ eſt frugi: nefarius, qui deos nihil habet penſi. ſignũ igitur ponit impudentiæ.* Studiũ.) *rationẽ ſuæ uitæ ſcilicet aleatoriã.* In eodem uerò.) ὑποτύπωσις *eſt, et exaggeratio. Omnis autẽ exaggeratio, atq; omnis* ὑποτύπωσις *rem notam et credibilem, quam ſub oculos ſubijciat, habere debet, qualis hæc eſt, ut Cicero ipſe fatetur. Et quanquã adhuc nihil probauit, uult tamen rem ob oculos ponere, tanquam teſtimonium abſolutum. Vt autem uideatur eum eſſe peritũ, dicit ea eſſe in tota Italia nota, quæ cõmemorat. Quia uerò unius generis ſcelerũ faſtidiũ parit, ideo quemadmodũ proximè ſcelerum genera mutauit, ita etiã hoc in loco illa mutat: & cõmemorat hic facinus impiũ & impudicũ cõmiſſum in matrem ſuã, quam minus quàm meretricẽ amauit.* Canculcanda.) *propter quotidianum uſum. Oſtendit iſtum tribunum plebis quaſi hoſtem fuiſſe Italiæ. metaphora à ſenibus ſumpta.* Vagationẽ.) *Latam profectionẽ ſic uocat.*

Scio me.) *Præmunitio, quoniã de rebus manifeſtis loquitur.* Oratio mea.) *Oratio mea non poterit eſſe tam clara & perſpicua, quàm ueſtra ſcientia.* Ecquod enim.) *Admiratio oratoria,* [illegible]*, quæ auditores excitat.*

Laurea-

Laureati.) triumphales. Laurea dabatur uictoriæ: eſſeda tum uoluptatis erat uehiculum. Vt ergo differunt uictoria & uoluptas, ſic eſſedum & laurea. Lectica.) erat molle uehiculum mulierum: quaſi paruus lectus propter ſimilitudinē. Mima.) Meretrix Antonij, Citheris uocabatur. eſt autem mima mulier hiſtrionica. Municipales.) Municipalem uocamus hominem ruſticanum, qui in rure habitat. Ruſtici ſunt moribus, ruſticani etiam genere uitæ.

Neceſſariò.) Obuiam prodeunt homines honoris cauſa uolentes, & libenter: neceſſariò uerò inuiti. Volumniam.) Habuerat illa mima patronum qui uocabatur Volumnius, à quo Antonius eam redemerat: ideoq; illi hoc nomen indidit. Sequebatur.) ipſa Volumnia. Lenonib.) Lenones ſunt uenditores & quaſi mancipes meretricum.

Reiecta.) poſtremo loco relicta. O miſeræ.) Poſt rei indignæ expoſitionem exclamat. Fœcunditatem) Pro fœtu poſuit. Dicitur autem fœtus de uno partu, Fœcunditas de multis. Eſt igitur ταυτολογία uerbi amplificationis cauſa poſita. Horum.) lenonum & mimarum. Conclusio huius ὑποτυπώσεως. Reliquorum factorum.) Repetit beneficium Antonij, de quo in principio huius orationis dixerat, quòd ei uitam non eripuerit. et ut crimen hoc repetit, ſic etiam defenſionem. deinde aduerſarium recriminatur. Eſt autem hic præparatio, ante rei commemorationem, qua rei magnitudinem, & periculum oſtendit, unde ſibi beneuolentiam & attentionem parat. Reprehenſio.) Accuſationem uocat difficilem reprehenſionem, propter rerum uarietatem. lubricā uerò, propter perſonarum offenſiones. Lubricus locus eſſe dicitur, in quo quis facilè labitur: ſic reprehenſio lubrica, in qua quis facilè offendit. Metaphora ſumpta eſt ab ijs qui iter faciunt. Habent autem adiectiua apud oratores triplicem coniunctionem: aut enim utrunq; præcurrit, aut utrunq; ſequitur, aut diuiduntur: ut hic, Difficilis eſt ſanè reprehenſio et lubrica. Saturauit.) Iam eſt ipſa calūnia & criminatio generalis, in qua non ad perſonas deſcendit, ſed in genere manet. Diſsimillimorum.) optimorum. Notationē pro ipſa re poſuit. Fœlix.) beatus. Si poteſt ulla.) ἐπιφώνησις non oratoria, ſed philoſophica. Sed quoniā.) Reiectio eius quod antea conſtituit, ſe dicturū eſſe de factis eius, quæ periculoſa ſunt. Sequitur igitur reiectio eorum. dicit ſe nolle tamen dicere de bello, &c. ſed tranſiturū eſſe ad Antoniū. Cautū.) Quoniā uolunus parcere ueteranis. Veterani ſunt milites, qui antè etiā ſtipēdia fecerunt. æſtimabantur multitudine præliorum et ſtipendiorum, non annorum numero, aut ætate.

Secuti ſunt.) id eſt, neceſſariò obtemperarunt. De genere.) de qualitate. Cicero ſemper genus uocat id quod apud oratores qualitas dicitur. Victor è Theſſalia.) Cōmemoraturus ea quæ libidinoſe, ſpurcè & intemperanter egit M. Antonius, ne in eum propter beneficium præſtitum ingratus eſſe uideatur: præoccupat id, & beneficium fuiſſe negat. Victor.) poſt uictoriam. Ibi me non occidiſti.) [illegible]. Quanquā.) Hactenus ſententias κατασκευαστικὰς habuimus: nunc poſt [illegible] defenſio uel refutatio ſequitur, quòd nō ſit beneficiū Antonij, ſed totius exercitus, qui Ciceroni propter conſeruatam patriam parcendū eſſe duxit. Tanta enim.) ἐπιφώνημα cum ratiocinatione oratoria. Ponit enim cauſam quamobrem illū non occiderunt.

Patriæ.) in patriam. Sanctus eſſem.) Sanctus eſt, qui perpetuò coli, nunquam uiolari debet. Sed fac.) συγχώρησις, conceſſio, Non eſt beneficium, non occidere. nam ſi eſſet beneficium, etiam latronum eſſet. Hoc enim eſt diſcrimen quòd boni præſtent, latrones autem non adimunt.

Neq; à te.) εἰρωνεία. Habere.) Accepiſſe, habere, & non eripere, non ſunt relatiua: ſed dare, & accipere. Tueri.) rationem beneficij accepti reddere. Contumelias.) iniurias. Hæc.) quæ iam commemorabo. Inſeruit autem particula hæc ſæpius conſequentibus nominibus, quàm præcedentibus. Veniſti.) Relinquit defenſionem beneficiorum, & criminando elabitur. Hactenus enim refutatio fuit. iam uituperationem ſubiungit, & factum M. Antonij libidinoſum commemorat. In ſinum.) Oſtendit molliciem & libidinem eius. Tuæ mimulæ.) Dedecus eſt, imperatorem cum regina incedere, ut habemus in Terentio. Diminutio autem non ſolùm paruitatem oſtendit, ſed aliquando etiam res gratas & charas. Sic ſomnulum, id eſt, gratum ſomnum: ſic uetulas res, id eſt, ualde charas: uoculam, uocem ualde ſuauem. Aliquando tamen etiam contemptū & uituperationem habet. ut, uetula, rhetorculus. Veteranus propriè de perſona dicitur, ueteranus miles, &c. Quid eſt.) Poſt indicationem rei, ſequitur iam remotio teſtimoniorum, quia res ſit manifeſta. Quis eſt, inquit, qui hæc negare poſsit? oſtendit eſſe teſtatum, & probatione non egere: eſt igitur criminatio ἀναπόδεικτος. Si te municipiorum.) id eſt, municipum. Obiurgatio eſt. Veterem.) Veteranus propriè de perſona dicitur, deinde per κατάχρησιν ad res refertur: hinc dicit, exercitus ueteranus, itē legio ueterana. Viā.) In epiſtolis ad Atticum habemus: Brunduſiū diſtat trium dierum, ſcilicet uia. hic eam formulā perfectè poſuit. Illic rurſus.) Enumeratio breuis reliquorum factorum abſque commemoratione locorū. Rurſus.) pro poſtea poſitum eſt. Eadem.) ſcilicet Citheride mima. Crudelis.)

Sic uocat propter direptionem multum & uim. Deductio.) Ducimus exercitum ad pugnam, deducimus ad quietem. In urbe.) Oſtendit hominem eſſe uoluptatibus perditum: ideo uini etiam meminit. Eius.) ſcilicet Cæſaris. Cum Hippia.) ſcilicet mima oſtendit eum & mimam & mimum in delicijs habuiſſe. Alludit autem ad nomen Hippiæ: quoniam Antonius erat magiſter equitum, putauit ſe habere poteſtatem in Hippiam, quæ duxit nomen ab ἵππος. Quid ego iſtius.) Reiectio cæterorum. Percurrit omnia leuiter ſine amplificatione. Ereptas.) ſcilicet ſibi. Datas.) per ipſum diuiſas. Cogebat egeſtas.) Defenſio ironica. nolo hæreditates eius enumerare: oſtenderem enim eum fuiſſe furem & direptorem alienorum bonorum. Repentinus hæres.) Repentini hæredes dicuntur, qui fraude ueros hæredes circumſcripſerunt, & ui ac fraude ad hæreditates peruenerunt. Sed hæc.) [illegible] longioris tractationis, ſiue ἐπίλογος, quo tranſit ad commemorationem fœdi & deformis facti habet autem hæc expoſitio amplificationem, quæ facta eſt cōgerendo & ratiocinando. Tu iſtis faucibus.) Ratiocinatio: Habere magnas fauces, et ampla latera, et uentrem magnū, qui multum poſsit capere, & tum iſta inebriari, ut euomas, intemperantis eſt hominis & immodici. Exhauſeras.) Ex fonte exhaurimus, non ex ſcypho. oſtendit os eius eſſe cacabum. Poſtridie.) tantum biberas, ut non poſſes omnia euomere per noctem, nec ſequentem etiam diem, ſed poſtridie. O rem non modò.) Exclamatio & ἀγανάκτησις: propter rei indignitatē, quam probat argumento à minori ad maius. Singula autem uerba emphaſin habent.

Si inter cœnam.) Argumentum à minori ad maius, quo ut dixi, rei indignitatem probat. Eſculentis.) Eſculenta ſunt, quæ ſemel ſunt comeſa. Sed hoc ipſe fatetur.) Commemorauit facinus fœdum, luxurioſum, & libidinoſum, ebrioſi hominis & indulgentis crapulæ. iam tranſit ad crudele & impium. In priori habuiſtis exemplum amplificationis in re fœda: hic eſt exemplum amplificationis in re crudeli & miſera. Sordes.) uitam priuatam & uitioſam. Splendida.) id eſt, ad maiora ſcelera. Splendorem uocat uitam publicā. crapula eſt humile ſcelus, crudelitas maior eſt, & cōiuncta cū audacia. Cæſar ſe recepit.) Expoſitio. plerunq; enim in uituperatione Cicero primū ponit ſententiā ὑποτυπωτικὴν, quæ rem totā oculis ſubijcit: deinde narrationē, tertiò uituperationem. Vituperamus aūt perſonam, exaggeramus rem. Poſt occaſum Cn. Pompeiū, qui à Ptolemæo rege Aegypti decollatus eſt in naui, caput miſſum ad Cæſarem, qui bona eius proſcripſit. Ea Antonius emit & obliguriuit. Mea autem.) Correctio oratoria, ut eum in contemptum adducat. Infœlix.) hoſtis reipub. hoſtis enim fœlix eſſe non poteſt. Fœlix eſſe non poteſt.) Repetitio. Haſta poſita.) id eſt, bona eius proſcripta & publicata. ſignum eſt pro re ſignata, per metonymiam, ſiue ὑπαλλαγήν. Me miſerū.) παρένθεσις παθητικὴ, quia grauis eſt oratio, & res crudelis. Oſtendit ſe debere lachrymari, ſed non poſſe propter minus magnum periculum. Conſumptis enim.) id eſt, tametſi lachrymari non poſſum. In magnis enim malis lachrymæ citò areſcunt, propter terrorem ac timorem. hanc ob cauſam ſcelerati non flent. ipſa ſententia genus orationis oſtendit eſſe παθητικόν. Omnis autem epentheſis, parentheſis, & epembole facit orationem obſcuram. corriguntur tamē epembolæ epanalepſi, id eſt reſumptione antepoſitorum uerborum. Voci præconis.) ipſi haſtæ centumuirali. Vna in illare.) Significatio aliorum affectuum. Dolemus cum dolentibus, triſtamur cum triſtantibus, &c. Non igitur exponit rem, ſed oſtendit affectum aſtantium: facitq; ἐπιμονὴν in eadem ſententia. Seruitutis.) tyrannidis. Ciuitas.) populus. continens pro contento. Seruientibusq;.) id eſt, tametſi animi ſcirent. ſæpe participia occupationem ſignificant. Expectantibus.) Hic eſt exitus huius narrationis, & προσδιήγησις. Impius.) Impius dicitur, quia uel in patriam, uel parentes, uel liberos peccat: non ergo minus eſt impius, qui peccat in patrem patriæ. Sectionis.) emptionis. Præſertim cum tot.) Ratiocinatio eſt, quæ oſtendit magnam Antonij audaciam. Habetis hîc exemplum quomodo res crudeles & triſtes ſunt exponendæ. Formidaſſet.) id eſt, homines formidaſſent. ὑπαλλαγή. Tantus igitur.) Vituperat nunc perſonam, & increpat: eiq; minatur, dum quem hoc flagitium habiturū ſit exitum, oſtendit. uituperatio uehemens & acris eſt. Stupor.) Stupor eſt ſtultitiæ, furor inſaniæ. plus igitur hoc eſt, quàm illud. Vel, ut.) ἐπανόρθωσις αὐξητική. Vt primum.) αὔξησις primùm ex loco repugnantium: ſunt enim inter ſe oppoſita, ſectorē eſſe, & eſſe loco natum honeſto: deinde à perſona. Erat enim Pompeius ita de repub. meritus, ut non poſſet niſi impius bonorum eius ſector fieri. Eſt autem ſector manceps bonorum, à ſequendo dictus, uel à ſectādo, quaſi ſectator, quòd bona alicuius perſequatur. uel ſector, à ſecandis collis proſcriptorū. Non te.) ἐπιμονὴ uerborum & incrementū. At quam.) ἀγανάκτησις. indignatur, ut populū quoq; ad indignationem commoueat. Iuſtitia charior.) Iuſticia in ſuos, ſeueritas in hoſtes. In eius.) Cōmutat crudelitatē & triſtitiam, & redit ad cōmemorationem fœdi facti, ut paret ei rurſus inuidiam & contemptum propter incontinentiam eius. Perſona.) hiſtrionica. De mimo.) ex numero mimorū, uel propter mimū. poteſt enim etiam ſignificari quod ipſe fuerit μιμητικός. & ut delectabatur mimis, ſic artē quoq; eorum ſequebatur. Neſcio quem.) id eſt, apud poetam ſuæ farinæ. ſæpe diſſimulamus locum aut autorē uel propter diſſimulandam curam & diligentiam, uel propter contemptū. Eſt enim hæc ſententia poetæ inimici, cuius nomē, ne uideatur eſſe ſtudioſus inimicorum, diſſimulat per contemptum. Maximus uini.) Reſpicit uaſa quibus uinum metimur. non enim dicimus numerus uini: ideo impropriè loquitur. Pondus.) Permagnum pondus uocat magnam quantitatē argenti. Veſtis.) Veſtem uocamus, quicquid ueſtit aliquid. Sic menſarum tegumenta, uocamus ueſtes: item ſtragula. Quæ Charybdis.) Amplificat cōparatione, quam exaggerat emendatione uerbi ὑποθετικῇ. facit autem incrementū à contento, à quo ad ipſum cōtinens uenit. omnia ſunt ἐμφατικά.

Nihil erat clauſum.) id eſt, omnia aperiebantur. ponit hîc ἀπαρίθμησιν, ut ſatisfaciat cupiditati auditoris. Nihil erat ſcriptū.) nullum teſtamentū, nulla tabula fuit uacua. Cōdonabantur.) cumulatè donabantur. Apotheca.) id eſt, res repoſitæ et abſconditæ. aſcēdit paulatim. Apothecā uocamus, quicquid ad reponendū ualet. Alia mimi.) Interpretatur uocabulū nequiſſimus. Pōpeij.) Hoc inuidioſum eſt. Videres.) uidere potuiſſes. Periſtromatia.) Periſtromata uocat hic quas prius ueſtes uocauit. Eſt enim periſtroma nihil aliud quàm ueſtis ſtragula. & utitur græco uerbo, ut oſtēdat eas ueſtes allatas fuiſſe è Græcia. Quamobrem.) Cōcluſio quæ amplificationis comprobationē habet. ſæpe enim oratores facto fuco amplificationis loco, concluſiones ponunt: ut in hoc loco, in quo æquè ratiocinādo atq; comprobando perſonam amplificat. At eiuſdem.) Nunc ad amplificationem rei ſingularis tranſit, ad ædium ſcilicet poſſeſſionem: quarum uaſtationem auget, ut etiam inuidiam augeat Antonio. Cum enim res ſunt uniuerſales, oratores theſibus utuntur: cum ſunt res uel perſonæ ſingulares, quæ amplitudinem atq; dignitatem habēt, ὑποθέσει utuntur, & ſcelerum magnitudinem oſtendunt axiomatibus. Aedes & hortos.) ſcilicet redemit & profudit. O audaciam.) Exclamatio ἠθική. bonorum enim uirorum eſt in rebus indignis indignari. habet autem omnis exclamatio ἐπίθετον. Audaciam.) impudentiam & impietatem. Tu ingredi.) ἐπιμονὴ in eadem re triplicis conſtantiæ. Tu illud ſanctiſſimum.) προσωποποιία. tribuit enim parietibus ſanctitatem. Vt enim poëtæ ſenſum rebus mutis tribuunt, ſic etiam oratores. Ratiocinatio eſt, qua impudentiam eius oſtendit. fuit enim Pompeij domus ſancta, hoc eſt Pompeius in ea ſanctè uixit. Antonius autem omne genus ſceleris in ea exercuit. Importuniſſimū.) Importunum eſt, quod rebus conficiendis obſtat, quod portui eſt oppoſitum. in portu uerò eſſe, eſt in tranquillo eſſe. importuniſſimū igitur uocat dijs hominibuſq; infeſtum. Quam domum.) αὔξησις συλλογιστική. Antonius enim omnes in ea libidines exercuit. In qua.) Alludit ad illud uulgatum, ἐν τῷ μὴ φρονεῖν, ἥδιστος ὁ βίος. eſt autem ſententia Epicureorū.

An tu illa.) Profert λογισμὸν aduerſarij, quo magis indicem excitet. Veſtibula.) Primæ partes ædium ſunt, quæ partes interiores ædium ueſtiunt. Spolia.) ab hoſtibus ablata.

ablata. Sine mente.) Hominis autem proprium mente eſſe præditum. Sine ſenſu.) Senſus omnium animantium communis eſt. Te.) id eſt, tua uita. Tua.) id eſt, res tuas. Tuos.) neceſſarios. Mente conſiſtere.) id eſt, tranquillum eſſe non eſſe mente motū, id eſt, non inſanire.

Neceſſe eſt.) Obiectio. Me quidem.) προσωποποιΐα. hic enim uidendi ſenſum tribuit parietibus, ut antè ſanctitatem domui. Fuit enim ille uir.) Inflammandi iudicem cauſa Pompeianæ uirtutis memoriam renouat. Stabula.) Hæc equorum ſunt: ut cubicula hominum. triclinia honeſtorum, popinæ uerò turpium. ſunt igitur contraria. Frugi factus eſt.) Ironia. Mimam illam ſuam.) Ridicula & ἀντίφρασις ratio. Et ſi iam negat.) Occupatio, quæ permiſsionem habet ironicam κατ' ἀφαίρεσιν. Poterat enim obijci Antonium frugi factum eſſe, quòd mimam dimiſiſſet. concedit eum honeſtè feciſſe, ſed ironicè, & frugi factū eſſe negat, quoniam præter hoc nihil honeſtè in ſua uita egerit. Eſt enim frugi. qui rebus ſuis nō ſolum utitur rectè, ſed etiam amplificat, quem Græci χρηστὸν & χρηστικὸν appellant. Sibi habere.) id eſt, ex ædibus ſuis auferre. Ex XII.) id eſt, ex lege XII tabularum. Cauſam.) Rationem reddit. Exegit.) è domo. Spectatus.) id eſt, qui laudatus eſt propter res domeſticas & priuatas metaphora ſumpta à ciuibus qui ſolebant à populo ſpectari. Probatus.) ἐπαινετὸς κατ' ἐπανάληψιν. Nihil honeſtius.) εἰρωνεία. Fecit diuortium.) ἀντίφρασις. diuortium enim in matrimonio, non in ſcortatione eſt. At quam.) Contra Antonij formulam agit notatione nominis, quod in inuidiam trahit. quoniam Antonius nomen ſuum ubique in legibus, edictis & mandatis uſurpabat cum coniunctione: quod arrogans et ridiculum erat fit autem notatio non ſolum interpretatione rei ſiue nominis, ut fons, quòd per ſe aquam fundat: puteus. quòd in eo aqua putreſcat. ſed etiam deprauatione, ut in hoc loco. Hoc eſt dicere.) Interpretatio amarulenta. Nam ſi) ἐνθύμημα ex loco teſtimoniorum κατ' ἀφαίρεσιν. Si aliquid dignitatis in nomine eſſet, ita etiam auus tuus dixiſſet: ſed nō dixit: ergo nulla eſt in nomine dignitas. Niſi ſolus.) id eſt, niſi dicas te ſolum nominari Antonium. Sed omitto.) ἀφαίρεσις, qua tranſit ad id quod obiecit ei prius, ciuilis eum belli autorem fuiſſe. Tria autē præcipuè in hac uituperatione oſtendit. primum crudelitatem eius, tum quòd patriæ bellum intulit, tum quòd multos uiros bonos trucidauit. deinde auaritiā. Poſtremò impudentiam eius. Eſt autem odioſa & acris increpatio qua eum reddit contemptum. Cum enim bellum illud excitaſſet, non miles, ſed ſpectator ſolum fuit: ita tamen, ut opes quidem ſuas ex eodem auxerit, ſed non ſatisfecerit pro domo, hortis atque ſectione. Ciuile bellum.) Primum crudelitatis ſignum. patriæ bellum intulit. Quod natum.) Bellum dicitur naſci propter cauſas, conflari propter ſocios, ſuſcipi propter imperatores. Cur ei bello.) Cōmoratio κατ' αὔξησιν uerborum. duas autem cauſas oſtendit deſertæ ab Antonio militiæ. unam, timiditatem: alteram, libidines utrumq; non ſolum in imperatore, ſed etiam in milite turpiſsimum. ideoq; tales qui ſunt, contemnimus. Libidines.) uoluptates & ſcorta. Guſtares) Hic auaritiam eius notat. Verba ſunt ſignificantia, plena, grauia. ideoq; ἔμφασιν. Eſt autem guſtare ſanguinem ciuilem, è bello ciuili utilitatem capere. quia ciuium utilitas & bona, ſunt ciuium ſanguis ut ſudor ruſticorum. utrūq; Germanis uſitatū eſt. oſtendit igitur eum ex ciuiū miſeria locupletatū eſſe. Vel potius.) ἐπανόρθωσις uerbo ſignificantiore facta. alioqui idem ſunt guſtare & exorbere. Anteſignanus.) Alterum crudelitatis ſignū, multos uiros bonos occidit. Is eſt anteſignanus, qui ad prima ſigna conſtitutus eſt. ita Antonium uocat propter pugnam Pharſalicā, in qua ſola fuit. Cum enim Pompeiani in ea uicti eſſent, Antonius, quia ſibi timebat, & libidinibus ſolum ſtudebat explere animum, cum Cæſare profectus ad perſequendum Pompeium non erat. Nobiliſsimum.) genere. Clariſsimum) rebus à ſe geſtis. Quorum.) αὔξησις, qua magnitudinem crudelitatis eius oſtendit. Quibus rebus.) Redit ad deſidiam & timiditatem eius facilius erat bellum gerere domi, quàm in remotis locis. ideo in Pharſalia tantum manſit. Tantis.) tam magnis. Quem locum.) q. d. nullum. oſtendit eum nec patriæ, nec ſocijs fidelem fuiſſe contra patriam enim arma ſumpſit, Cæſarem deſeruit. Cum tu.) Enumerat præcipua quæ eo bello egerit, & oſtendit deſertam à ſe militiam eſſe. eſtq; uehemens accuſatio. Belli princeps.) Princeps belli dicitur de initio. crudelis autor de prælio. prædæ ſocius, poſt uictoriam. teſtamenti filius, de trophæo teſtamento hæres factus. De pecunia.) de debito. Domo.) Pompei. Sectione.) Emptione ac redemptione. Sectio autem & ſector aliquando à ſequendo dicuntur, quòd proſcriptorum bona perſequatur. aliquando à ſecando, quaſi ſicarius & collorum ſector. Primò reſpondiſti.) Nunc impudentiam eius demonſtrat. miſcet autem hoc in loco uerum, falſum, apertumq; cum obſcuro. Ferociter.) impudenter. Et ne.) Excuſatio & conceſſio acerba & ironica. odioſam enim habet ὑπόκρισιν. nam cur iuſta dixit? quoniam autor belli ciuilis fuit, quod grauiſsimum erat crimen. A me.) ſcilicet petere poteſt. Ponit nunc Antonij reſponſum κατὰ μίμησιν ſiue διαλογισμόν. ſunt autem cogitata hæc, non pronunciata. Ego ad illum.) Sequitur nunc falſa confeſsio nam tametſi uera dicat Cicero, nunquam tamen Antonius illa confeſſus eſſet. eſt autem confeſsio facta per eiuſdem uerbi ἀναδίπλωσιν, eiuſdemq; rei ac ſententiæ ἐπιμονήν. cuius membrum tertium habet ἀπαρίθμησιν, id eſt, enumerationem partium. Totum eſt, arma contra patriam tulit, quod poſtremo loco ponit. partes ſunt, conſules. imperatores, ſenatus, populus, dij patrij, aræ, foci, has prius enumerat. omnes autem ſub patria comprehenduntur. Ego cauſam attuli.) Idem ſunt, adferre cauſam alicuius rei, in cauſa eſſe, & autorem eſſe. Ego leges.) ſcilicet pro Cæſare. alterum membrum. Ego arma.) id eſt, ego Cæſari autor belli & uictoriæ fui. tertium membrum eſt, quod habet, ut dixi, ἀπαρίθμησιν. ex uerbo enim Patria dilatata eſt oratio, quæ reliquas partes omnes ſub ſe comprehendit. Focos.) Res neceſſarias uocat focos, ut aquam, ignem, &c. ſine quibus uiuere non poſſumus. Num ſibi ſoli uicit.) Occupatio. ergo Cæſar ſibi ſoli, non etiam ſocijs uicit. hoc eſt prædam ergo cum ſocijs diuidere ille noliti? Quorum.) Verba Ciceronis ſunt. qui reſpondet ἀντὶ αὐτοῦ ἐρωτηθεὶς. ex conſequentibus rectè illos de præda participare, qui ſceleris fuere ſocij. Ius poſtulabas.) contra Cæſarem. quoniam res pro arbitrio confici non poterat. etiam hoc eſt ἐρώτησις. Sed quid ad rem.) ἀπόλειψις. Tabulæ.) ueſtræ ſcilicet pactionis. Tabulam.) rerum à te occupatarum. Ex quibus.) Amplificatio interrupta.

fuit

Fortem.) Fortitudo in periculorum contēptu eſt: ſtrenuitas in ſuſceptione laborum. Factus es ei.) Cæſaris reprehenſio eſt. Neſcio quomodo.) Extenuatione amplificat. Habebat hoc.) id eſt, natura Cæſaris erat eiuſmodi. Recipiebat.) Eſt autem ſignum ingenij malè morati & callidi. His reb.) ære alieno & egeſtate. Renunciari.) poſtquam creatus eſt conſul. renunciabat autem præco. Nihil queror.) Excuſatio Dolabellæ: cupiebat enim eum ab amicitia Antonij reuocare. Impulſus.) à Cæſare ut Antonio crederet. Inductus, eluſus.) ab utroq;.

Quæ in re.) in creatione conſulis. Interuertit.) Terentius dicit intercepit. intercipimus rem, interuertimus magiſtratum. Aſcripſiſti.) Aſcribere alicui ſuam uoluntatem, id eſt, aliquem probare ſe alicui. Dolabellæ perfidiam commemorat. Calendis autem Ianuarij conſules creabantur. In iſtum.) M. Antonium. Hic iratus.) propter Cæſarem. Hic autem.) Perſequitur inſtitutā commemorationem de conſulatu Dolabellæ, & commemorat fraudem utriuſque & Cæſaris & Antonij. Facit autem hoc non ſolum ad odium patrum conſcriptorum aduerſus Antonium commouendum, ſed etiam ut Dolabellam ab amicitia M. Antonij auocet, qui ſe poſt mortem Cæſaris cum Antonio coniunxerat. Hic.) Antonius. Oſtendiſſet.) ſignificaſſet. Proficiſceretur.) contra Parthos. Iuſſurum.) Verbum Tyrannicum. Conſules interrogabant, populus autem iubebat: ſi quis igitur alius iubebat, ille ius populi ſibi arrogabat. denotat ergo hic tyrannidem Cæſaris. Quē negant regem.) Occupatio ſubiuncta uerbo, non ſententiæ. Regem.) ſcilicet fuiſſe, & affectaſſe tyrannidem eſt hic continuatio ſumpta ex occaſione præcedentis uerbi, iuſſurum. Oratores poſtremis locis collocant uerba uel ſonantia, uel ſignificantia: aliquando continuationem ſequuntur. Sed eum Cæſar.) Nūc oſtendit quē ſe oppoſuerit Antonius Dolabellæ. Hic bonus.) Antonius. ironia eſt. Præditum.) donatum à populo.

Auſpicijs.) Auſpicia non ſolū auſpicum ſunt, ſed etiā augurum. Vel impedire.) Impedimus ante nunciationē conſulis: poſt nunciationem uitiamus. uitiare eſt uocabulum latinum & bonum. Sed latini tamen magis fœdare & defœdare dicunt. In quo.) Vituperationem ſubiungit altercationi. habet aūt hoc genus orationis aſperitatē, propter interiectiones: et uel improbationē uel cōprobationē habet interiectā. Stupiditatē.) Stupor in nō intelligendo eſt, et in re cognita: impudentia poſt rem cognitā abiectus pudor. Cicero Antonium de utroq; redarguit. Stupor autē & ſtupiditas differunt ut habitus & diſpoſitio. eſt enim ſtupor animi quædam inclinatio. ſtupiditas uerò ipſe habitus. Iſtuc.) Oſtendit ſtultitiam eius, quod neſciuerit quid propriè ſit augurium. Nos.) Augures.

Eſto.) Conceſſio, qua eum impudentiæ coarguit, quæ contra leges egerit, ut antè ſtupiditatis & ſtultitiæ. Neque enim.) Ratio γνωμολογικὴ, quæ διαβολὴν habet. Nunquam ſobrio.) Perinde eſt ac ſi dicat ab homine impudenti, non petēda prudentia. habet hoc uocabulum παρῴδημα. eſt enim ſobrietas in cognoſcendo & tēperantia. ac ſemper grauitatem habet, ſiue ad animum, ſiue ad corpus referas. Sed uidete.) Iterum attentionem renouat. Multis antè menſibus.) Hoc impudentiæ eſt. probat autem impudentiā eius teſtimonio Antonij atq; cunctis. Prohibiturū.) Prius dixit impedire, & uitiorum. ſed illa fuerant ſpecies.

Auſpicijs.) obſeruatione auſpiciorū. Diuinare.) prouidere. Qui uitij.) Vitia in auſpicijs ſunt, cū ipſa comitia uitiantur. Leges.) Aeliā & Fuſiam. Verū.) Cōcludit hoc in loco id quod propoſuit. Implicata inſcitia.) Vocat hic implicatam inſcitiam, quæ uitium aliud habet coniunctū, id eſt, impudentiā. Atq; illo die.) Conſulatus Antonij diuiſus fuit in duo tempora: unum fuit, cum collegam habuit Cæſarem, de quo hactenus dixit: alterum cum Dolabellam habuit collegam, de quo nunc agit. Quis unquam.) Vituperatio κατὰ σύγκρισιν. Apparitor.) Is eſt qui iuſſa magiſtratus exequitur. Humilis.) Cæſari. Aduerſam lecticam.) in qua Cæſar ſedebat. Ecce Dolabellæ.) Iam quid altero conſulatus ſui tempore ſit actum exponit: & ordinem temporis obſeruat, & oſtendit omnia facta eſſe ex compoſito. Comitiorum dies.) quo Dolabella debuit Cæſari ſuccedere. Sortitio prærogatiuæ: quieſcit.) Sortitio prærogatiuæ erat, cum tribus prima ſorte conſulem creabat. Confecto negotio.) id eſt, poſtquam renunciatus eſſet Dolabella conſul. Bonus augur.) Iterum ironia eſt. Lælium diceres.) Et propoſitio, & approbatio ironiam habet. O impudentiam.) Manet in duobus uitijs, ſtupiditate & impudentia. Nec enim te de cœlo.) Seruamus de cœlo ſenſibus præcipuis oculorum & auditus. Quid uideras.) ἐπιμονή. Ante.) ante Calendas Ianuarij. Ego Hercule.) Iam concludit ipſam improbitatem atq; impudentiam illius. Ementitus auſpicia.) Ementiri auſpicia, eſt falſa fingere uitia. Obnunciauiſti.) Renunciamus conſulem creandum, obnunciamus non creandum. Nolo plura.) Concludit locum ſuperiorem per argumentationem neceſſariam, & ad Lupercalia tranſit. Sed arrogantiam hominis.) Propoſitio. dixi eum tranſire, concluſo loco ſuperiore, ad argumentationem neceſſariam, quæ ſolet ſubijci poſt probabiles rationes. Vtitur autem hic dilemmate, quo Antonium uincit. Vel uerè nunciaſti, uel falſo. ſi falſo, neceſſe eſt te non fuiſſe ſobrium: ſi uerè, debes rationem reddere. Sic in utroque reprehenditur. Eſt autem arrogantia in rebus alienis. Inſolentia in alienis præter ſolitum & non crebrò uſitatis. Eſt ergo inſolentia, quædam rara & ſingularis arrogantia. accipitur tamen in bonam etiam partem. ut, Quid tu Athenis inſolens? Quamdiu.) ἐνδιάθεσις ante argumentationem. Voles.) pro uis. futurum enim pro præſenti ponit. Vitioſus.) Vitioſus dicitur conſul, in cuius creatione obuenit uitium, cum de cœlo aliquid animaduerſum eſt, ut cum uel pluit, uel fulgur uiſum eſt, uel eiuſmodi aliquid euenit. Salua enim auſpicia dicuntur, in quibus nihil tale accidit. Si nihil eſt.) ſi nullam uim habet. pars prima dilemmatis. Nunciat.) obnunciat. Renunciamus non uitioſa, obnunciamus uitioſa. Nunciare, generale eſt. ſpecies ſunt, renunciare & obnunciare. hoc in malam, illud in bonam partem ſumitur. Cum dixeris.) confecto negocio. Sin eſt.) Pars altera dilemmatis. Augur.) Ego meo iure requiro, qui augur ſum. ponit autem rationem ſiue cauſam loco rei. Sed ne fortè.) Reprehendit hic Antonij facinus qui C. Cæſarem in Lupercalibus conatus eſt regem facere. Poſt reprehenſionem autem ponit narrationem interruptam. ſingulis enim partibus adiungit uituperationem. & uariè hunc locum tractat. Multis.) id eſt, propter res geſtas eius multas. Rem unam pulcherrimam.) Vehemens & acerba ironia eſt.

Quidlibet.) Declinatio ad factum ridiculum. uidetur.

etiam

filium. M. Antonij.) id eſt, tuū. mutat perſonā. Bambalionis.) ſoceri Antonij. Quanquā.) Correctio κατ' ἀντικατάλλαξιν, & diſtinctionē rerū, & uerborū. Timor non diuturni.) Locus cōmunis eſt. Metū diuturnitatis malum eſſe cuſtodē, ut in Officijs etiam docet. Sunt enim affectus non habitus, ſed motus ſubiti: nihil igitur poſſunt efficere.

Improbum.) Ἀνταπόδοσις. timor te bonum fecit, audacia improbum. Etſi tum.) Alia correctio ἠθικὴ. mores enim aduerſarij malos etiam tum fuiſſe, ſignis indicat, cum ab alijs optimus eſſe crederetur. atq; hoc plurimum ad inuidiam Antonio commouendam facit. Optimam te.) data ſcilicet coniuratis filio obſide. placebat hoc populo, & aliquid eſſe uidebatur, ſed nihil erat. Me diſſentiente.) Quoniam putabam natura cum ita malū eſſe, ut uerè bonus fieri non poſſet. in quo prudentiam ſuam oſtendit. nec enim feſellit eum ſua de Antonio opinio. Præfuiſti.) Signum eſt. Tu præfuiſti funeri Cæſaris: ergo fuiſti malus. Nunc autem eum uocat tyrannum, quod hactenus nō fecit: quoniā pro multis bonis uiris pro uiro uiro malo ſcilicet M. Antonium dicit. Sceleratiſsime.) Vel ad Cæſarem refertur, unde quidam legunt Sceleratiſsimi: uel ad Antoniū, quod malim, & rectè legitur Sceleratiſsime. qui enim tyranno fauet, is ſceleratus eſt. Tua illa.) κατ' ἀνακεφαλαίωσιν trium capitum orationis Antonij. quam ut pernicioſam Reipub. reprehendit. Primum caput fuit, perſonæ laus: alterum, prouocatio populi ad miſericordiam: tertium, cohortatio ad C. Cæſaris necem uindicandam. Vtitur autem eiuſdē uerbi ἐπαναλήψει. ter enim ſua repetit propter uim.

Laudatio.) C. Cæſaris. Pulchram uocat propter uerborum elegantiam. Poteſt etiam eſſe ironia. Tua miſeratio.) Populum enim ad lachrymas prouocauit, non ſolum uerborum, ſed etiam, quia Cæſarem nudum atq; trucidatum populo ſpectandum propoſuit. Tua cohortatio.) ad Cæſaris necem uindicandam. Tu, tu.) Geminatio propter uehementiam. eſt autem geminatio continens uerborum repetitio. iteratio non continenter uerba repetit, ſed alia habet interpoſita. Illas faces.) Quæ ſint illæ faces, ipſe exponit diuiſione. Semuſtum.) Hoc latinum eſt. ſemiuſtare uerò non eſt Latinum. Tu illos.) Conglobatio effectorum, in qua ſemper ordinem temporis debemus ſequi, & euentus inſperati: quorum uarietas nunc malitiam, nunc contemptū ſignificat hoc in loco utrumq; eſt. Impetus perditorū.) Oſtendit eius malitiā in oppugnandis uiris bonis. miſerū eſt, cū à bonis oppugnantur boni: eum à malis, non itē. Immittere perſonā, & immittere impetus alicuius dicimus, id eſt, homines impetuoſos. ſed uitauit ἀνολογίαν Cicero. Vi, manuq;.) Vis affertur ſingulis. manus pluriū eſt. Idē tamen.) Ad ſecundā conglobationis partē uenit: & quid boni egerit, oſtendit. Fuligine.) rogi, à cuius fumo fuliginoſus factus erat. Reliquis diebus.) poſt datū filiū obſidē. Feciſti.) quaſi ſcnētia & conſilijs mutatis. Ne qua.) Cæſar reliquerat in ſuis actis multa, quæ daturus illis erat quib. fauebat: has tabulas Antonius reſeruabat. Beneficij.) officij Beneficiū eſt principis aut magiſtratus donatio. Meminiſti ipſe.) Tria enumerat: primū, de exulibus reuocandis, aut non reuocandis: de immunitate: de abolitione dictaturæ. Appellat Antonij cōſcientiā Sophiſtica igitur & imperfecta eſt probatio. illi enim magis probabilia per minus probabilia, & minus obſcura per obſcuriora probant. In perpetuū.) Pro Flacco dicit in ſempiternū. Quo quidē.) μετάβασις ad expoſitionē contrariā, qua ipſum contēptū reddere conatur. Conſtituta.) ἀντίθεσις, qua redit ad primā amplificationis cauſam. quæ enim amplificare uolumus, ſæpe iterāda ſunt. ſunt aūt cōſtituta, quæ firma & ſtabilia atq; cōfirmata ſunt. Naufraga.) Allegoria. Nū me igitur.) Confirmatio iudicij ſui argumento ἄτεχνον tabularū cōtrariarū κατ' ἐρώτησιν figuratam interrogatione, quā loco propoſitionis ponit: Antonius nō me feſellit. Inſpectātibus.) Cōfirmatio: quia tabulas immunitatis in Capitolio fixit. Ciuitas.) populi Romani. Nō tā.) Pro nō tantū: ἀναλογία eſt. Sigillatim.) id eſt, ſingulis. de perſona dicit. Itaq; ſi hæc.) ἐπανάληψις oratoria. Manent.) ſcilicet iſtæ tabulæ. Stante Repub.) Antè dixit conſtituta. ſtat autē & bene cōſtituta eſt Reſpub. quæ libertatē ſuā retinet. Sed unū egregiū.) Ait hic contra impudentiā Antonij ridiculā: eiusq; contra Deiotarū regē decretū ſtatu duplici refellit. Vocabula inuidioſa ſunt. egregiū bonā in partē accipitur, pro eo quod eſt omniū præſtātiſsimū: ſumpta metaphora ab excellentia, quaſi ex grege ſit. alioqui grex de reb dicitur deterioribus: ut grex hominum, pro uulgo, ſicut turba. hic ironicè pro ridiculo ponitur. Fixū.) ſcilicet eſt. Vt figere legē, ſic decretū figere dicimus. quæ enim à populo fixa ſunt, ea fixa eſſe dicuntur. quod igitur populi eſt, de Antonio dicit. ſunt igitur inuidioſa uocabula. Quo.) decreto. Propoſito.) populo & ſenatui. lex dicitur referri ſenatui & ad ſenatū, promulgari populo, proponi utriq;. In ipſo dolore.) propter occupatā tyrānidē et Antonij ſcelus. nō enim propter mortem Cæſaris uocat dolorē, ſed propter res indignè geſtas per milites Cæſaris. Quis enim.) Ratio δοτικὴ poſt rē probatā, quā poſtea alia ratione cōfirmat: eſtq; ꝓpoſitio. Aequè.) ſcilicet inimicus. Huic ordini.) Senatorio atq; equeſtri. Cæſar enim de Maſsilienſib. triūphauerat, quod et Cic. obijcit in 2. Officiorū. Is igitur.) Propoſitio maior. Minor fuit: Deiotarus fuit inuiſus Cæſari. Maior ſequitur hic, Nemo inuiſus reſtituitur in locū priorē. Cōpellarat.) Deiotarus. Probatio minoris. Hoſpitē.) C. Cæſarē. de hac re in oratione pro Deiotaro habetis. Cōpellamus autē cōmoneſaciēdo ac poſtulando. Imperat.) C. Cæſar. Omiſſa eſt particula aduerſatiua. Collocarat.) Collocare in tetrarchiā, eſt cōmittere partē tetrarchiæ tutandā. Huiuſmodi enim quadripartitā regionē tradebant ſuis ducibus. Quod autē in priuatis rebus eſt recipere, in publicis eſt collocare. Ex Græcis.) nō ex militibus Rom. atq; hoc magnā uim habet. in Partitionibus oratorijs uocatur uehementer proponere. Hæc.) ἀντίθεσις contrariorū. At quibus uerbis.) Hic probat ſcripto, eſſe falſum. Quib. uerbis.) ſcilicet chirographi. Sibi.) Cæſari. Modò.) in aliqua parte. Mira.) Vituperatio uerborū decreti κατ' ἐρώτησιν, qua eū inſcitiæ arguit. Cōplexio.) cōpoſitio ſiue cōprehenſio. Sturmius interpretatur cōplexio, id eſt, dubitatio. cōplexā enim rē uocamus implicatā & dubiā Non uidetur iniquū, ergo æquū. nō ſequitur. Probatio inartificialis eſt. At ille nunquā.) Cæſar ſcilicet. Ratio eſt minoris. Syngrapha.) Aduerſarius dicit: Deiotaro ex chirographo Cæſaris omnia ſunt reſtituta. reſpōdet Cicero nō eſſe reſtituta, quia et ſemper fuerit inuiſus. Deinde, quia ei Armeniā abſtulerit & tetrarchiā. Hic refutationē ꝑ occupationē & remotionē ponit, contra probationē inartificialē. Fiūt aūt chirographa noſtra manu, ſyngraphæ cōſenſione pluriū. Quo in loco.) Alia refutatio: proxima facta fuit per remotionem & occupationem: Syngrapham quidem eſſe factam, ſed non

ualere: quia ex timiditate & imperitia facta ſit, & ſine uoluntate hoſpitũ. Hic aliam ponit refutationẽ. Quod quiſq; p ſe occupat, ab alijs nõ eſt opus accipere. Deiotarus ſua occupauit, quæ à tyrãno erant occupata: Ergo à Cæſare accipere nõ fuit opus. Venire.) id eſt, uẽditæ ſunt, & uẽduntur. Quæ ex ſyngrapha.) q.d. nihil ex iſta ſyngrapha probabis. Rex enim.) Propoſitio minor: Deiotarus ſua mortuo Cæſare recuperauit. Nullis commentarijs.) id eſt, nullo cõmentariorũ permiſſu, nõ ſolũ enim factorũ, ſed quoq; faciendorũ Cæſar fecit cõmentarios. Sunt enim cõmentarij cùm præſentiũ, tum etiam futurarũ rerum. Sua ſponte.) ſuo iure, nemine repugnante. Sic noſtro marte fit, quod fit nemine iuuante. Sciebat.) Defenſio minoris: Quod aliquis ſuo marte recuperat, non habet opus ab alio accipere: Deiotarus ſuo marte recuperauit ſua: Ergo. Sed poſſet aliquis obijcere, malè feciſſe Deiotarũ, ideo defendit hic eum Cicero ſtatu qualitatis abſoluto, quòd rectè fecerit ex iure gentium. Ius.) ſcilicet gentiũ. Eripuiſſent.) ſcilicet ui. Nemo igitur.) Concluſio totius defenſionis. Sed repetit ſolum poſtremã argumentationẽ. Inueniuntur autem iſtius uocabulũ conſultus cum duobus compoſitis, cum ſapientia & iure. dicimus enim ſapientiæ conſultus, & iure conſultus, uel iuris. Poëtæ abſolutè utuntur. ut, Conſultus Apollo. Ex iſta ſyngrapha.) In ſyngrapha ſufficit ſubſcriptio & obſignatio, in chirographo non. Illa enim duobus pluribuſue conſcientibus, chirographũ uerò noſtra manu ſcribitur. Non enim à te emit.) Confirmatio concluſionis à ſigno. Ille uir fuit.) Laus Deiotari κατὰ ἀντίθεσιν. quæ cũ ſenatus uituperatione ex loco repugnãtiũ eſt cõiuncta. Quid de cõmentarijs.) Rurſus mentionem facit cõmentariorũ Cæſaris, ad maiorẽ inuidiam cõmouendam. Eadem Antonius perpetuæ dictaturæ cupiditate laborabat, qua ante illum Cæſar: ſed inopia pecuniæ aſſequi illam non poterat. Quamobrẽ Cæſaris cõmentarios deprauauit, ex illiſq; ingentes pecunias collegit. Infinitis.) Hoc ideo dicit, quia nihil certi inueniri poterat. idcoq; utraq; utitur quãtitate. Chirographis.) Chirographus cõmentarij eſt continẽ. Imitatores.) Oſtẽdit eũ deprauaſſe Cæſaris cõmentarios per eos, qui aliorũ manus imitari poterant, quorũ tunc multi erant. Tanquã gladiatorũ.) Similitudo. libellos pro gladiatoribus ponit: quorũ paria laniſtæ uendebãt. Itaq;.) Proponit rem grauiſſimè, ut in inuidiam eum trahat. Acerui nummorũ.) id eſt, pecunia immenſa. Conſtruũtur.) Metaphora ab ædificijs. Conſtruere autẽ dicimus & ſubſtruere: & utrũq; rerum eſt magnarum. Appendantur.) id eſt, magnis ponderibus æſtimentur. Oſtendit Antoniũ non ſatis habere ad pecuniam numerandam ocij. omnis ſolutio fit uel pondere, uel numero, uel æſtimatione. At quã cæca.) Ratiocinatio [illegible]: ex multis iterum præcipuè obijcit Antonio auaritiam, & ſtuporem. auaritiam cæcam uocat, præ qua uidere nequit, ſe minimè conſentanea ſcribere, quod ſtuporis eſt. arguit igitur eum mendacij. Nuper fixa.) Probatio cæcitatis. Liberantur.) id eſt, à uectigalibus liberantur. Ne ſit prouincia.) id eſt, ne ſit uectigalis populo Ro. dicitur prouincia, quaſi procul deuicta. Tu mentis es.) Iam ſtupiditatẽ eius reprehendit [illegible]: quo allato, omnis ſoluitur cõtrouerſia. ſunt autẽ mentis non compotes, qui ſunt melancholici, & ſunt uinculis conſtringendi atq; uinciendi. An Cæſaris.) [illegible]. Liberari.) Illa liberari prouincia dicitur, quæ libera fit: & ſoluta alterius urbis legibus αὐτονόμος fit.

hoc eſt ſuis utitur legibus. Decreto Creta.) [illegible]. Pertineret.) nõ obuenerit. At huius uenditione.) Occupatio eſt, [illegible] figurata. per decretum tabulam intelligit, qua liberauit Cretã. in tabula enim leges ac decreta continentur. continẽ igitur pro continente. Et de exulibus.) μετάβασις ad legem de exulibus latam, in qua impiam eius fraudem reprehendit. primùm negationis loco acri utitur interrogatione. tum ſe præmunit contra obiectionẽ: tertiò argumentatur contra legem hanc, & ipſum Antonium. Nullius inſector.) Præmunitio contra obiectionem inhumanitatis. Tantum queror.) Nunc agit contra legem, primùm [illegible] ſiue [illegible] eorum quæ in Antonij lege reprehẽdit: deinde crebris interrogationibus, atq; altercatione. Primũ eorum.) [illegible], qui comparationẽ rerum habet differentiũ. reprehẽdit hic inæqualitatẽ in reuocandis exulibus: eoſq; ſine ratione ab Antonio reuocatos eſſe oſtẽdit. Aequatos reditus.) Vt in pœnis, ita etiam in præmijs obſeruanda eſt proportio æquari igitur eorũ reditus poſſunt, qui cauſam habent ſimilem: qui diſſimilẽ, eorũ etiam reditus diſſimiles eſſe debent. Deinde neſcio.) Alterũ reprehenſionis caput, quòd reliquos exules non ſimiliter reſtituerit. atq; hic fraudem eius impiam oſtendit. Neq; enim.) Duo fuerũt, Sex. Pompeius, & C. Antonius: qui fuerint cæteri, ignoratur. Cur tuæ.) Interrogationes crebræ, quibus eum urget, & altercatio. Tu loco patrui.) id eſt, patris eſſe cum patruo eſſe. Petitionẽ comparaſti.) Comparat petitionẽ, qui prehenſat. Vide epiſt. ad Atticum. Riſus hominũ.) propter ineptias tuas. Querelas.) propter fraudem. Comitia.) cenſoria. erat enim conſulũ, iſta comitia habere. Cum ſis religioſus.) Ironia. Eundem.) C. Antoniũ patruum. Credo ne.) Ironia. Filiam eius ſororem.) Inſimulat eum hic impietatis, ut antè inæquitatis & iniuſticiæ accuſauit. Et primùm exponit ipſum factum, deinde exaggeratione utitur. Expoſitio habet incrementũ rerũ, exaggeratio uerborũ. his enim duobus modis fit omne incrementũ. Eius.) Expoſitio. patrui tui C. Antonij, quem ab exilio non reſtituit, cum alios nebulones reſtituiſſet. Eiecisti.) repudiaſti cum ignominia, atq; contumelia. eſt enim eijcere ſignificantius quàm repudiare. Falſa conditione.) cauſa. ſententia παρενθετική. Perſpecta.) excogitata. ſcelus enim erat apud Romanos illis temporibus ſine cauſa aliquã repudiare. Ideo hic adijcit falſa. & ſententia [illegible] utitur, ne uideatur ſine cauſa rem exaggerare, id quod eſt puerile. de qua re uide lib. 3. Rhet. Ariſtot. Probri.) Aliquis inſimulat aliquẽ probri, etiam inter amicos, & priuatos: ille in frequentiſſimo ſenatu pudiciſſ. fœminam inſimulauit. Quid.) ſceleris. Exaggerat hic à circumſtantijs loci ac temporis. inſimulauit eam probri, accuſauit adulterij: ubi? in frequentiſſimo ſenatu. quando? Calend. Ian. quibus creantur conſules. Ita non ſimpliciter rerum incrementũ eſt, ſed etiam exaggerationẽ habet à circumſtantijs. Frequentiſſimo ſenatu.) id eſt, in ſenatu ſæpe enim oratores tollunt propoſitiones, ubi eas grammatici ponunt: ſæpe ponunt, ubi illas grammatici tollunt. Calend.) Tempus addit probationis loco. Nam Calen. Ianuarij creabantur conſules, & frequentiſſimus erat ſenatus. Stuprum.) id eſt, adulteriũ. Rerum enim incrementũ eſt, quoniam à minoribus uitijs ad maiora aſcendit. Sic res additæ rebus, maiores eas efficiunt. Quis interpretari poteſt?) Hactenus expoſitionẽ habuiſtis, quæ habuit incrementum rerum. iam ſequitur exaggeratio quæ habet incre-

mentum

mentum uerborum, quod fit, diſtinctione uerborum ſignificationum, quot res ſiue partes exaggeratio ſiue incrementum habuit. Interpretari.) pro uero nomine appellare. inueſtigatio & diſtinctio nominis. neſcit quo ſcelus eius tantum nomine appellare debeat. Impudentior.) qui pudorem nullum habet. Qui in Dolabellam.) Vocat eum in odiũ Dolabellæ. Improbior.) Qui contra ius & æquitatẽ facit. Impurior.) Impuritas animi eſt. Crudelior.) durior, & immanior. Spurcè.) Spurcè dicere, eſt propter rem: piè, propter perſonam. Sed ad chirographa.) Iam redit ad crimen publicum, quòd uitiauerit acta Cæſaris: eaq; à ſenatu non eſſe comprobata, oſtendit diſtinctione. ſenatus comprobauit acta Cæſaris. quæ? ea quæ Cæſar egit. quamobrẽ? pacis cauſa. Deinde ponit ἀφαίρεσιν: quæ uerò tu Antoni eum egiſſe dicis, non comprobauit. quare? quia uitiaſti illa. utraq; pars ſuas habet cauſas. deinde ἀντέγκλημα ponit per dilemma neceſſarium. tertiò στοχασμόν: non fuiſſe approbata conſilio. Cognitio.) chirographorũ. Acta enim.) Hæc aduerſarij fuit ratio. Quæ quidem.) Firmamentum contra rationem aduerſarij diſtinctio. Non ea.) ἀφαίρεσις.

Vnde iſta.) Plenior probatio contra eandem aduerſarij rationem. Iſta.) ſcilicet acta, quæ tu uitiaſti. Quo autore.) Quis ſcripſit illa chirographa. Si ſunt falſa.) ἀντέγκλημα & refutatio uehemens per dilemma neceſſarium. Approbantur.) ab Antonio. Cur uaeneunt.) cur non conſilio potius quàm emptione probantur. Aut enim uera erant, aut falſa. ſi uera, non erant uendenda: ſi falſa, non erant probanda. Negat enim conſilio approbata, quod obijci poterat. At ſic placuerat.) Occupatio oratoris, non aduerſarij. Ex calendis.) ſtatim à Calẽdis. Quod fuit.) Iam ſequitur στοχασμός. negat conſilio approbata fuiſſe acta κατ᾽ ἐπιμονήν. eſt enim optimum docendi genus, diu in re eadem immorari. Aduocaſti.) Aduocamus illos quos uocamus conſiliarios. utitur etiam pro Quintio hac uoce. An eas.) expectaſti. Refutat aduerſarij rationem, & oſtendit uiolentũ fuiſſe conſiliũ in peragratione eius. Peragratis.) peragratione coloniarũ: oſtẽdit quare armis fuerit ſtipatus. Oratores ſæpe approbationes cũ propoſitionibus in una eadẽq; ſententia coniũgunt, ut in hoc loco. O præclaram.) Nunc occaſione capta ex ratione conſilij, quod nullum ſit habitũ, obijcit ei uenundationẽ Capuenſem: crimẽ publicũ, quoniã agrum Ro. populi colluſoribus ſuis diuiſit. Incipit autẽ huius criminis expoſitionẽ ab exclamatione, quæ ironiam habet. ponit hic ἐκφώνησιν ante rem narratam. Penè nõ.) quoniam propè interfectus fuit. Vel potius.) ἐπανόρθωσις. Cui.) quali. Vtinam.) εὐχή. At quàm nobilis.) ἀνάληψις, reſumptio: non uerborum, ſed rerum. redit enim ad principiũ exclamationis. Illa.) quæ ſequitur. Eximebatur.) ſoluebatur, id eſt, deſinebat eſſe uectigalis. Tamẽ infligi.) [illegible]. Mimos dico.) Hæ ſententiæ epiphonematis loco ponuntur. In agros.) Diuiſit agrum Campanũ mimis ſuis. mutauit autem conſtructionẽ propter diuiſionẽ. poterat dicere, mimis diſtribuit: ſed uoluit utrunq; ſexum deſignare. Quid iam querar.) προαναφώνησις. perficit enim hic quod promiſit, nempe ſe dicturũ de agro Leontino & Campano. Eſt autem προαναφώνησις, cum præmonetur aliquid, quod non ſtatim explicatur. antè enim ſe de hoc agro dicturũ eſſe promiſit. Sic quoq; poetæ ſuas habent proclamationes. Agro.) partito & diuiſo hominibus iniquis. In populi.) id eſt, quàm diu in pop. Rom. patrimonio fuerunt. Glandiferæ.) Arationes propriè dicuntur fructuoſæ, ſed non glandiferæ. quod proprium quercus, & aliarum arborum. Adiungunt autem oratores proprio ſæpe improprium. Arationes.) Agri actionem pro ipſa re ſubiecta poſuit. Ex hoc loco, & Vergilij Georgicis, poteſt colligi, Romanos ſeries quercuũ habuiſſe per agros ſuos. unde glandiferi uocabãtur, à glãdibus: fructuoſi, à fructib. Medico.) Iſtud etiam antè habuimus. Quaſi.) σαρκασμός. Sanum.) παράγραμμα in hac dictione. nam & mens ſana dicitur, & corpus. unde illud: Curandum eſt, ut ſit mens ſana in corpore ſano. Eſt autem paragramma, cum dictio accipitur in bonam & in malam partem. ut θρᾳκίζειν, ſignificat Thracum more uiuere, & fallere. hoc exemplum habet Ariſtot. lib. 3. Rheto.

Rhetori duo.) ſcilicet millia Sex. Clodio rhetori. Sed ad iter.) Redit ad rem à qua prius declinauerat. Sunt iſtæ duæ figuræ ſemper ſimul, declinatio à re, & reditus ad eandem. neq; elegans eſſe declinatio ſine reditu poteſt.

Deduxiſti.) Dicimus deducere coloniam, & deducere Caſilinum. facti τῆς πράξεως reprehẽſio eſt. quaſi dicat: tu malè deduxiſti, quia Cæſar antè deduxerat. De Capua.) ſcilicet deducenda. Caſilino.) ſcilicet deducendo. Poſſes ne.) Iam maior ſequitur per interrogationem imperfectam, quam Cicero perficit προσθέσει. Auſpicatò.) ex ſententia augurum. hoc uerbum Antonius in ſua oratione omiſerat. Adſcribi poſſe.) Aſcribimus propriè, cùm deficit: deducimus, ubi nihil eſt. Hoc ergo rei eſt integræ, illud deficientis. Liuius ſupplementa militum uocat. Reſcripſi.) reſpondi. Tu autem.) Amplificat expolitione ea quæ hactenus tractata ſunt: & quo pacto ab Antonio factum ſit, repetit latius. Elatus.) inſtigatus. Inſolentia.) ἀσέλγεια ſic uocat. Inſolentia nihil aliud eſt, quam animi petulantia. propriè ſignificat rarum. ut, Quid tu Athenis inſolens? Aratrum.) Oſtendit modum deducendi coloniam & diuidendorum agrorum. aratro enim agri denotabantur. Cuius.) aratri. Ferè.) Correctio ὑπερβολῆς. Territorium.) ſpacium agrorum ſic uocat. Ab hac.) Iam tranſit ad commemorationem alterius ſceleris, quod Antonius commiſit contra M. Varronem, cuius fundum contra ius & fas Antonius abſtulerat. Religionum.) auſpiciorum. Aduolas.) celeriter proficiſceris. oſtendit cupiditatem eius. Sanctiſſimi) Egregia M. Varronis laus, unde Antonij ſcelus maius etiam apparet. ſanctiſſimus dicitur, qui minimè uiolandus eſt, cui concedi omnis autoritas, & omnis obedientia præſtari debet ſic leges, uiros, & legatos ſanctos uocamus. Integerrimi.) cuius conſcientia nullo ſcelere eſt contaminata. Eodem inquies.) De his etiam antè habuiſtis. Eſt autem hoc in loco διαβολή, non reſponſio aduerſarij. Introducit enim Cicero aduerſarios ſæpe turpiſſima de ſe fatentes. Si ab haſta.) id eſt, ſi uerò emiſti publicè. illi enim redimere aliquid ab haſta dicuntur, qui publicè aliquid emunt. Tabulæ.) Cæſaris chirographa. Cæſaris.) uera chirographa. Tuæ.) falſæ. Varronis.) Hic negat rationem aduerſarij, quæ eſt: feci rectè: emi enim ab haſta. Reſpondet Cicero: Non emiſti ab haſta. emiſti enim falſis & uitiatis tabulis. Atq; hic ſtatus eſt qualitatis. nũc ad ſtatum firmiorem tranſit, coniecturam ſcilicet. Hæc enim firmior eſt qualitate, quia dicit eum omnino non emiſſe. Quis haſtam.) Venit ad propriam rei notam. Miſiſſe.) Iam eſt alia aduerſarij ratio: etiamſi non emi ab haſta, tamen à Cæſare emi. Hanc etiam refutat. Magnũ fuit.) iro-

nia. quaſi dicat, certè magnũ faſtidium, te tamdiu cum expectare, donec rediret. Quis uerò.) Negat interrogando uehementiæ cauſa. Nullus.) Parentheſis poſita eſt ad maiorem confirmationem. Pluribus curæ fuit.) quàm ipſius Varronis. Quod ſi.) Legendum eſt Quid. [illegible] eſt, ut impudentiam eius oſtendat. Remoue.) Rurſus hic eſt ſignificatio ſubitæ orationis. Gladios.) ſicas. obijcit ei quòd armatus cum hominibus ſit armatis. At quàm multos.) Propoſitio ſumma. Hactenus expoſuit quomodo uillam M. Varronis ſibi comparauerit contra ius, quòd nec ſub haſta emerit, nec à Cæſare, nec ueris chirographis Cæſaris. Iam ſequitur, quomodo in illa uilla uixerit: & Antonij inhabitationem cum Varronis confert. Turpiſſimè.) libidinoſiſſimè. Perbacchatus.) Auget præpoſitione ſignificationem. ubicunque autem [illegible] eſt, ibi orator uerborũ habere delectum debet. Ab hora.) [illegible], id eſt, explicata rei partitio. numerabãt autem horas cum ipſo die, poſtquam ſol oriebatur. hac enumeratione propoſitionis partes explicat. Tecta miſera.) ſcilicet uillæ Caſinalis. Sequitur iam amplificatio, quæ primùm fit exclamatione, deinde comparatione. Quanquam.) Corrigimus uerba non ſolum grata, ſed etiam odioſa: non ſubſtituit nouum uerbum, quia non habuit ſatis ſignificans. id eo repetit ſolum epitheton eius, imperfecta igitur eſt correctio. nec corrigi potuit. quoniam eſt autem herus, priuatus eſt: dominus tyrannicum eſt. utebantur tamen pro hero etiam Romani. Studiorum enim.) [illegible] uehemens, & acris. Diuerſorium.) Muſeon, bibliothecam ſic uocat. Antè.) ſcilicet cum à Varrone inhabitabantur. Dicebantur.) Incrementum omiſit unum, ſcilicet legere: ſed comprehenditur ſub cogitatione. Non enim poteſt eſſe cogitatio, niſi præceſſerit lectio. Explicat autem & amplificat eo numero uirtutem Varronis, quo ſcelus Antonij explicauit. Iura pop. Roman.) Explicatio poſtremi. At uerò te inquilino.) Reditus ad primam partem, amplificationis gratia. Quæ enim amplificare uolumus, primo & ultimo loco ponere debemus, ut hîc fecit Cicero. Primùm enim de Antonio, mox de Varrone dixit. nunc ad Antonium redit. Dicitur autem inquilinus, qui non in ſuo, ſed alieno loco habitat: minus eſt quàm locator. Perſonabant.) [illegible]. Natabant pauimenta uino.) ὕστερον πρότερον, uinum enim natabat in pauimentis, non pauimenta. Ingenui cum.) Socrates uult contrarium unũ uni eſſe oppoſitũ, ut ſeruum et ingenuũ. Cicero hic tertiũ opponit, meritoriũ ſcilicet ingenuo. Habent autẽ hæc ſignificationẽ uitæ libidinoſæ. meritorius dicitur, qui meretur aliquid turpe. unde etiã meretrix. Caſilino.) Iã ſequuntur quæ ſuperbè egit. Iure.) aptè & decorè. In de Romam.) Aliud ſuperbè ab eo factum. Stultè Aquinates.) [illegible]. Fatetur pro perſona Antonij, ſed addit neceſſitate id eſſe factum ab Aquinatibus. Quid Anagnini.) Hi plus fecerunt quàm alij. Cum eſſent deuij.) Deuius dicitur, qui à uia eſt remotus. Incredibile dictu.) illos ueniſſe deuios. Quid ego.) Nunc ea commemorat quæ crudeliter ab eo ſunt facta. Iſtius minas.) Minæ fiunt uerbis, contumeliæ reipſa. Vocat hîc contumelias [illegible]. Iudicio, ſtudio.) Amicitia à prudentia incipere debet: alioqui nunquam erit firma. Primùm enim amici deligendi ſunt, deinde diligendi. Charitate.) Charitas eſt ardens amicitia. plus eſt quàm beneuolentia. Brutos.) Decimum & Marcum. Quos.) ſcilicet Baſillum & te. Habere clientem.) Argumentatur à contrario. Qui non ſunt digni ut ſint clientes, illi etiam non ſunt digni ut ſint patroni. Tu Antoni & Baſille non eſtis digni ut ſitis clientes, ergo non eſtis digni qui pro patronis habeamini. Interea.) Hoc in loco declarat animum eius hoſtilem, aſtutum, & contumelioſum in patriam. Collegæ tui.) Dolabellæ. Buſtum.) ſcilicet Cæſaris, quod Dolabella curauit euerti. Concidiſti.) Concidere dicunt latini, quod Græci συγκόπτειν. unde συγκοπὴ dicta eſt. Quid euenerit.) Nunc cauſam oſtendit, cur Dolabellæ animus ſit mutatus. De cœlo.) id eſt, ſummis honoribus. id eſt, collegæ tui omnes honores abſtuliſti, omnibus laudibus cũ ſpoliaſti. in cœlo eſſe dicuntur, qui ἀποθέωσιν aſſecuti ſunt: de cœlo detrahi dicuntur, cum eadem ſpoliantur. Qui uerò reditus inde Romam.) Expoſuit hactenus orator quæ Antonius egerit in iſtis locis quos nominauit: nunc uenit ad reditum eius Romam. Habet autem hæc expoſitio duo, comparationem duplicem, perſonarum & rerum: & conglobationem effectorum. enumerat omnia quæ fecit ſpurcè, petulanter, libidinoſe, & iniquè. Reditus.) ſuit Caſilino & Anagninis. Memineramus.) Hic incipit comparatio. Eius propoſitio eſt: Maior fuit metus Antonij quàm Cinnæ, qui maximus tyrannus fuit. Eſt autem hic incrementum non in perſonis, ſed in perſonarum additionibus: potentem, dominantem, regnantem. Eſtque impar comparatio. unum enim cum tribus comparat. Omnis enim comparatio uel æqualis eſt, uel inæqualis. Erant fortaſſe gladij abſconditi.) id eſt, erat fortaſſis uis aliqua, non tamen uiolentia nimis. Eſt autem hic comparatio rerum: priorum enim fuit perſonarum. Iſta.) Antoniana. pars altera comparationis. Quæ.) id eſt, quam contra conſuetudinem.

Quanta.) quàm uiolenta. Agmine quadrato.) Vult oſtendere omnes uias & plateas impletas fuiſſe militibus & ſicarijs. Sicas.) Sicæ ſunt propriè latronum gladij: eſt igitur nomen ſpeciale. Atque his quidem.) Tranſitio ad maiora. dicit hæc uulgaria eſſe, cum ſint maxima: ſed quia uulgaria uidebantur, amplificauit ea.

Obduruimus.) Tacita exprobratio & conuicium. oſtendit enim populum liberum tyrannum fugere. Obdureſcere dicuntur, qui callum obducunt. metaphora ſignificans eſt, & odioſa: ideoque ad extremum poſita. ſumpta eſt à mercenarijs. Cal. Iunij.) παθητικὴ ſententia, quæ ad animos ſenatorum commouendos plurimum ualet. oſtendit populum liberum fugere tyrannum nomen & nondum comprobatum. magna igitur eſt exprobratio.

Diffugimus.) Hoc ſignum eſt metus. At iſte.) Eſt etiam hic comparatio. Vtitur autem hac uoce iſte, cum contemnit aliquem. Atque hic conglobationem effectorum ponit. Pneumatica igitur compoſitio eſt. proponuntur enim effecta membratim. Qui ſenatu.) Malo legere quaſi: niſi qui pro quaſi accipias. Non egeret.) Erat enim tyrannus. Diſceſſu.) Intelligit illud uocabulum Diffugimus. ponit igitur hic uocabulum lenius. Mirabilia.) Mirabile hic uocat quod eſt contra omnium opinionem & expectationem. græci παράδοξον uocant. Effecit.) Facinus facere dicitur, qui inchoat: efficere, qui deſignat. hoc magis uſitatum eſt quàm illud. Qui.) Iam propriè ponit illa facinora. Euertit.) Euertimus leges fixas propriè: abrogamus autem apud populum, & ad populum, ut ad eundem promulgamus. Concutere.) id eſt, aliqua ex parte

m uere

mouere: concutiuntur, quæ etiam non franguntur.

Prouincijs.) Prætoribus prouinciarum, & proconſulibus, quibus dabantur ad quinquennium. aliquando tum prorogabantur ultrà. Prorogauit.) id eſt, auxit. Vtitur hac uoce impropriè. Prorogamus enim propriè ad populum. ſed maluit hoc uti, quàm minus uſitato. Idémque.) Vituperatio ex repugnantibus ſumpta, quæ rem habet ἐναντιώσεως. Pugnant autem defendere alicuius acta, & eadem reſcindere. Acta Cæſaris reſcidit.) Reſcindimus contracta, & ea quæ ſcripto continentur: concidimus priuata, et ea quæ extra contractum ſunt. in Epiſt dicit, Concidi epiſtolam tuam innocentẽ. Acta ab agendo dicta ſunt. publica ſunt leges, priuata teſtamenta. In publicis.) Ponit hic in conglobatione effectorum ſententiam generalem, κατὰ σύγκρισιν, ut priuatum factum grauius efficiat. Tria autem in lege requiruntur: promulgatio magiſtratus, iuſsio populi: & fixio, poſtquam promulgata & iuſſa eſt. Leges.) προστακτικῶς. lex eſt actum grauiſsimum, quia publicum. Teſtamentum firmiſsimum, propter ultimam teſtatoris uoluntatem, quam leges nolunt uiolari. Sine promulgatione.) id eſt, iniuſſu populi. hoc in prima Philippica eſt probatum. Alias.) ſcilicet Cæſaris leges, id eſt, ueras leges ſuſtulit, falſas promulgauit populo. Obtentum.) id eſt, ratum, ſeruatum: obtinemus quæ aliorum poteſtate in periculum uocari poſſunt. Retinemus ea quæ perire non poſsunt, niſi noſtra uoluntate: ideoq́; in illo maior eſt difficultas. Signa.) Pergit iam in conglobatione effectorum. Signa uocantur omnia ficta, ſculpta, fuſa, ſiue ſint excauata, ſiue non. omnis autem imago ſignum eſt, ſed non omne ſignum eſt imago. Deportauit.) id eſt, magnis oneribus proferri curauit. emphaſis enim eſt in uocabulo. Et tu in Cæſaris.) Amplificationem ſequitur uituperatio atque παρασκευή. oſtendit ſecus omnia eueniſſe quàm uoluerit: & cum exprobratione enumerat ea, quæ euenerunt. Et.) Hæc particula, cum non eſt copulatiua, ſemper indignationi ſeruit. Diligens in memoria) id eſt, in colendo abſente. Tu illum.) ἐπίζευξις, quæ fit duplici uerborum geminatione. Simulacrum.) ſtatuam. Puluinar.) Hæc quatuor requirebantur, cum quis referebatur in apotheoſin. habebant autem dij ſingula puluinaria, in quæ reſidebant eos adoraturi. Atque hæc primùm fuit Romanorum apotheoſis: quæ deinde fuerit, ex primo Herodoti libro intelligitur. Flaminem.) Eſt enim ara ſine ſacerdote ocioſa. non poterant autẽ comparari flamines, niſi conſulis auguribus. ideo ſequitur mox: Quid igitur ceſſas, &c. Eſt ergo.) Ironica comparatio impar.

Quid igitur.) Adhortatio ironica. Diem.) inaugurationis. O deteſtabilem.) ἐκφώνησις, quæ uehementem habet uituperationem. Siue quod.) Ratio ἐκ διαιρέσεως ex diuiſione. Vide qui te inauguret.) Quaſi diceret, nemo te inaugurabit. Mortui.) id eſt, à bonis uiris occaſi & interfecti. Non licebat autem mortuos, id eſt, occaſos inter deos referri. Oſtendit igitur Iulium inter deos referri non potuiſſe: primùm, quia fuit tyrannus: deinde, quia mortuus, id eſt, interfectus. de Romulo aliter hiſtorici ſcribunt: ideoq́; relatus in deos eſt, non autem Remus. Quæro deinceps.) Pergit orator in inſtituto ſuo ſarcaſmo. Oſtendit enim M. Antonium poſtulaſſe à populo, quæ non potuit impetrare, Cæſaris ſcilicet apotheoſin, & ut Cæſari tribueretur quintus dies ludorũ. Ex quo intelligitur, Cæſarem mortuum turpem repulſam eſſe paſſum. Horatius turpem eſſe repulſam dicit. intelligit igitur eam quæ eſt in publica ambitione. In circo.) Circus uocabatur ab ipſa forma: quia locus in quo ludi agebantur Romæ, circi habebat formam. Cæſari.) diuinitati Cæſaris. pauci dij erant, quibus ludi dabantur: ideo ſummus honor erat. quæ cauſa fuit ut Antonius quintum diem peteret, in quo Iulij ludi inſtituerentur. Cur honorem.) Irridet Antonium iterum. Puluinaria noluiſti.) Tollenda eſt interrogatio. Vſquequaq;.) id eſt, aut ipſa etiam puluinaria conſerua: quæ, ne res uideatur triſtis, adhiberi non uis. Quæres.) γνώμη. quæ quid ſit, multi non intelligunt. Vocamus enim ſententiam propriè, libertatem loquendi, παρρησίαν. Sed tu qui acta.) Relicta re, id eſt, poſtulatione Antonij, ad uituperationem perſonæ uenit Antonij, κατὰ σύγκρισιν, qua Antonium mollem eſſe oſtendit. Confert enim cum M. Antonio auum ſuum. hic reorum ſuorum pectora, ille ſuum pectus oſtendebat. eſt igitur comparatio inuidioſa, qua ad perorationem munit adi tum. Auum tuum.) M. Antonium, quem Cicero introducit in tribus libris de Oratore. Diſertiſsimum.) Non dicit eloquentiſsimum, quoniam Antonius ſe eloquentem dici nolebat. Apertiorem.) id eſt, molliorem & delicatiorem. Eſt quidem ambiguum, ſed ſubijcitur interpretatio. apertus enim etiam ſimplicem ſignificat. παράγραμμα igitur eſt, quod grammatici amphibologian uocant. Tuum.) Formoſiſsimum fuiſſe, ex multis Ciceronis locis intelligitur. tacitè igitur eum in inuidiam trahit. Simplicis.) Ironia eſt in hoc uocabulo. Reſpondebis ne) Aſſeueratio, quæ fit primùm interrogatione, deinde commoratione per idem ſignificantia. Sed præterita.) ἀποδιώξις, qua καὶ ἐπιμονῇ pergit & feſtinat ad perorationem. & ideo facit mentionem eius rei poſtremò, quæ maximè obſtat libertati populi Ro. armatos ſcilicet Antonium habere milites. ſignificat autem cuſtodiam, quæ ſignũ eſt affectatæ tyrãnidis, fuitq́; ſemper Romæ odioſa.

Hunc unum.) id eſt, factum huius diei. ἐπιμονὴ per geminationem, & idem ſignificans uerbum. Cur armatorum) Inuidioſa ſenatus & armorum deſcriptio.

Corona.) Alioqui enim corona populi Rom. erat inermis. eam armauit Antonius. Nónne igitur.) Refutatio per ſtatum abſolutum. defendebat enim ſe Antonius ſtatu aſſumptiuo, quòd coactus præſidij cauſa armatos haberet milites. Eſt autem ſtatus abſolutus aſſumptiuo ſemper melior. Sed nullam eſt iſtuc.) Iam incipit peroratio, quã in partes duas diuiſimus. in prima uariè cum Antonio agit, idq́; prolixè: in altera de ſe breuiter. illa παθητικὴ eſt, in qua Antonio comminando, eum terret, uituperat, atque ad mentem ſaniorem cohortatur: ita, ut hæc omnia inter ſe miſceat. Vbique ferè mixta eſt amplificatio. Primùm autem hîc digreditur in locum communem, quem tractauit etiam in prima Philippica: ſatius eſſe amari, quàm odio haberi à ſuis ciuibus. Sed hic fuſius tractat, quàm in priore oratione. Eripiet.) ἐπιμονή. eripimus celeriter, extorquemus ui eandem uim habuiſſet geminatio, eripiet, eripiet. ſed quia prius uſus fuit hac figura, iam idem ſignificantibus utitur per ἐπιμονήν. Extorquebit tibi iſta.) Excitat populum territando aduerſarium. I. à malis eius conſilijs. II. à ſpe iuuentutis. Qui enim pericula metuit, ille ad cauendum ea excitatur. at quid peius erat in libero populo, quàm pacis tempore habere arma?

quo igitur pericula maiora eſſe uidemus, eo magis excitamur. Iſtis cõſilijs.) malis et peruerſis, et cõtra religionẽ.

Penſionẽ tertiam.) id eſt, mortẽ tertij ſui mariti. occiderat enim duos maritos. dicit ergo, ſi ciues Rom. non occident te, tamen uxor tua te trucidabit, quæ duos prius trucidauit. Habet populus.) Iã rurſus uenit ad generalia. generatim enim Brutorũ et Caßiorũ meminit, qui occiderũt Cæſarẽ. iterũ igitur excitat & confirmat populum ac ſenatum ſpe auxiliorum & præſidij publici: ſcilicet iuuentutis, quam tum reſp. habebat. commiſcetur igitur territatio excitationi, ut oleum igni. Recuperauit.) Poteſt enim ultio eſſe ſine recuperatione. Ad quos.) Brutos, Caßios, & Caſcas, &c. niſi intelligat Octauium Auguſtum Cæſarem. quamuis putem eum magis loqui de tyrannicidis, quorum deinde etiam mentionem faciet.

Et nomen pacis.) Iam occupationes interponit, ne ſine cauſa amplificare uideatur. omnis enim amplificatio neceßariò adhiberi debet: ideoq; eandem ab occupatione ſæpe incipiunt. Et nomen pacis, &c. παρομολογία eſt ſed inter, &c. ἀντιπαραγωγὴ, quæ habet comparationis κατασκευήν. eſt autem rerum hæc comparatio. Pax eſt.) Διαίρεσις ἡ comparatione rerum differentium. Sunt autẽ hæc etiam generalia. definitiones ſunt factæ κατ᾽ ἀντίθεσιν: pax enim non eſt libertas, ſed quaſi libertas. Seruitus.) Ex eodem definitionis genere. Quod ſi ſeipſos.) Altera occupatio. At exemplum.) id eſt, memoriam. ἀντιπαραγωγή.

Illi quod.) Propoſitio comparationis. Tarquinium.) Altera comparatio, quæ eſt παραδειγματική. habet uerò etiam argumentum minoris ad maius: quo oſtendit nullam cædem fuiſſe iuſtiorem C. Iulij Cæſaris cæde. Habet enim omnis comparatio rationem aliquam. ut hic: Si appetentem regnum licet occidere, etiam regem: Sed appetentem regnum licet occidere: ergo etiam regem. Bello.) publico conſenſu. Quod cum.) ἐπίφρασις ἐπαινετική. laudat enim factum coniuratorum: & quid de illo ſentiat, oſtendit. Præclarum atque diuinum.) Incrementum eſt in his uerbis, & proprietas. poſſunt autem præclara & diuina eſſe, quæ imitari tamen non poſſumus. Imitandum.) contra te. Præſertim.) Ratio συμβολική.

Vix cœlo.) id eſt, maior uidetur, quàm cœleſtis aliqua gloria. Etſi enim.) Excitatio eſt ab immortalitatis præmio quod ſunt conſecuti. Recordare igitur.) Tertia comparatio, qua Antonium ad uiam meliorem adhortatur. Confert enim inter ſe facta eius contraria κατ᾽ ἐπιμονήν, quæ fit uerbis idem ſignificantibus, Recordare, pone ante oculos, confer eum, &c. Cum nummatione.) Nummatio & nundinatio idem ſunt. differunt tantum ut antecedens & conſequens. hanc enim illa ſequitur. Sed nimirum.) Similitudo uehemens, quæ uituperationem habet obliquam. Libidinoſi.) Hoc probauit antè. Facinoroſi.) Propter defenſionem malorum. Sed ſi te.) ὑποδιαίρεσις acris & acerba, qua iterum territat eum: ſæpe enim territatio excitationi commiſcetur, ut dixi antè. Fœdißimis factis.) Facta fœda uocat, facta libidinoſa. Iudicia non metuis.) Occupatio. Si propter innocentiam.) λύσις διλημματική. Quòd ſi non metuis.) Alia occupatio. Tui te.) λύσις per aſſeuerationem. Niſi uerò.) Ironia διαβολική. An tu es.) Quarta comparatio ἄνισος: eſt enim altera ex parte clauda. Habet autem hæc argumentum minoris à maiore: Si Cæſar non potuit uiros bonos beneficijs retinere amicos, multo minus tu poteris crudelitate. Facit autem hac comparatione Antonium magis inuidioſum, quàm Cæſar fuerit, cuius multas uirtutes enumerat. & loco propoſitionis ponit interrogationem, quæ eſt uehementior. Fuit in eo.)

Incipit hanc comparationem ab enumeratione uirtutum Cæſaris, quæ rationem habet propoſitionis. Propoſitio comparationis eſt, tu cum Cæſare comparandus non es. Ratio propoſitionis, Quia fuit in eo, &c. quod in te non eſt. Suos.) Brutum ſemper uocauit filium ſuum. Clementiæ ſpecie.) id eſt, ficta clementia. eſt enim ſpecies imago rei alicuius, non res uera. Metu.) meticuloſæ clementiæ. Cum illo ego.) Hîc eum confert cum Cæſare: eſt igitur comparatio ἄνισος, id eſt, clauda, κυλλός. Hæc igitur.) Iam comminatione aduerſarium percellit iterum, quæ fit tyrannicidarum laude. uariè enim dixi eum cum Antonio agere, & prolixè: partim, ut eum in uiam reuocet, ſi obſequi uelit: partim, ut contra eum excitet ſenatum atque populum. Tarditas.) Ad Q. Fabij alludit factum. Qui unus Romanam cunctando reſtituit rem. Reſpice quæſo.) Nunc poſtremò eum adhortatur, ut in uiam redeat. Mecum ut uoles.) Amicitiam ei denunciat ratiocinatione minoris ad maius. Sed tu ipſe.) Pars epilogi altera, in qua perorat: & facta ἀπολογίᾳ de ſuo in rempublicam ſtudio atque uoluntate commemorat ἐπαινῶν, admixto tamen τῷ πάθει. Defendi.) ἀντίθεσις, quæ habet paria relata paribus uerborum differentium τῶν ἰσοδυναμούντων. differentia ſunt, adoleſcens, ſenex: ἀντιλαμβάνοντα, defendi, non deſeram: contempſi, non pertimeſcam. Corpus.) uitam. Repræſentari.) reſtitui, præſentem oſtendi. Vtinam.) Votum διαπορητικόν. Etenim.) Ratio ex comparatione minoris ad maius. Duo modò.) Votum alterum κατὰ διαίρεσιν, quo concludit ἐπίλογον.

IN III. PHILIPPICAM FRANCISCI MATURANTIJ Comment.

CVm expeditionem Cæſar Dictator in Dacos, & inde in Parthos deſtinaret, C. Octauium Acciæ Iuliæ ſororis filiæ, & Cn. Octauio natum, quem in familiam nomenq; adoptauerat, Apolloniã præmiſit. ubi, cum Cæſar occiſus eſt, ſtudijs uacabat adoleſcens. Poſtquã uerò rem accepit, ac hæredem ſe relictum comperit, urbem repetijt, & hæreditatem adijt, multis quidem dehortantibus, & Antonio (ad quem ut paternum amicum primum rediens ſe contulerat) deſipere affirmãte, quòd tam oneroſam adiret hæreditatem, & nõ potius abſtineret. Petente autem Octauio tantum ex Cæſaris pecunijs, (omnes enim interceperat Antonius & tenebat) quantũ ad diſſoluendos cuique Romanorum tricenos ſeſtertios ſatis eſſet, quos publicè & priuatim Cæſar legauerat, & negante Antonio, graues inter eos inimicitiæ ortæ ſunt: ſed rediere tamen non multò pòſt in gratiam, actumq; eſt per communes amicos ut in Capitolio congrederentur. multa ultrò citroq; habita uerba, acriterq; ab utroque expoſtulatum eſt: nec multò pòſt hoſtes rurſus facti, uarijsq; ab Antonio contumelijs Octauius affectus. Erant in Macedonia legiones quinque, illuc à Cæſare ad Parthicam expeditionem præmiſſæ. Antonius uerò Macedoniam ſortitus,

tus, quòd in eam Getæ excurſuri nunciabantur: & illis præfectus legionibus, ut tamen in Italiam traduceret, meditatus eſt, & per L. fratrem Brunduſium euocatas ſibi adiungere conatus. Galliam autem quæ cis Alpes eſt, & D. Bruto à Cæſare decreta, & poſtea à Senatu confirmata tenebatur, tradi ſibi Macedoniæ loco poſtulauit. meminerat enim redeuntem è Gallia Cæſarem Pompeium ſuperaſſe. quæ res à Senatu negata eſt, & publicè priuatimq; ad Decimum miſſi, qui & prouinciā retinere, & alium parare exercitum hortarentur. Tātiſper Octauius uidens non modò ſe ut puerum ab Antonio contemni, ſed etiam populo Rom. libertatem eripi, omnes militum ueteranorum colonias luſtrauit: & quibuſcunque rebus ac muneribus potuit & milites & plebem ſibi concilians, ſe ad Senatus, et Ciceronis (qui princeps in Rep. tunc erat) auctoritatem contulit. Cumq; poſtea Antonius cum quatuor legionibus ueteranorum & alijs militibus in Galliam proficiſceretur, Octauius ſuadente & hortante Cicerone, quia alia uia obſiſti facilius Antonio poſſe non uidebat, honorificis decretis eſt ornatus, & Proprætor cum nouis Conſulibus Mutinam, intra quā Decimus ab Antonio obſidebatur, ire iuſſus. Antonius uictus fugatusq; eſt: Decimus obſidione liberatus. Cum ergo deſignati Cōſules Panſa & Hircius Calendis Ianuar. Conſulatum inituri eſſent, & habendus tunc demum Senatus, non expectatis ipſis Calendis, id egit Cicero, ut Senatores cogerentur: & hanc habuit orationem, quæ & ipſa in deliberatiuo genere eſt. omnes in M. Antonium accendit: & ut hoſtis patriæ (quandoquidem D. Bruto eripere prouinciam uolebat) iudicetur, ſuadet Senatui. C. Cæſarem adoleſcentem laudat: aliqua eius in ordinem illum merita commemorat, ornandumq; auctoritate aliqua hortatur. In odium adducit Antonium: cum Tarquinio Superbo collatum, multo crudeliorem immanioremq; eſſe oſtendit. qui locus comparationis eſt pulcherrimus. Galliam prouinciam laudat, & Decimū extollit uerbis. obiectam ab Antonio C. Octauio generis obſcuritatem purgat. de turpiſſima prouinciarum ſortitione, & pluribus Antonij ſceleribus uerba facit: ſuamq; de tota re in fine orationis profert ſententiam.

SErius.) Cum exceſſiſſent urbe Antonius & Octauius, & per Italiam diſcurrerent, colonias luſtrarent, ueteranos præmijs allicerent, legionesq; ſolicitarent, neque multis diebus habitus Senatus eſſet, neque conuocari, quòd aberant Conſules, Antonius & Dolabella, poſſet, expectarēturq; Calēdæ Ianuariæ quibus inituri magiſtratum noui erant Conſules: Cicero tamen id egit, ut ante Calendas Ianuarias Senatus cogeretur: & ne ulterius differretur, quin de ſumma Reipublicæ referretur & ſtatueretur, effecit. Exorditur uerò per metum, quem inijcit à periculo expectationis & dilationis, dicens: non ut ſacrificij, ſic conſilij & rei agendæ, in qua ualet occaſio, tempus certum expectandum eſſe.

Tēpus.) occaſio rei gerendæ. Profligato & perdito.) Pedianus perditū dicit eſſe, quod inueniri non poteſt: profligatum, quod poteſt utrunq; ad corruptiſſimos mores refertur. Dicimus enim profligatum & perditum adoleſcentem, qui ſic uitijs fertur præceps, ut nullus ſperetur ad uirtutem reditus. Verbum uerò profligo quid ſignificet, Aulus Gellius docet libro 14. cap. 5. Expectantur.) Cum dolore hoc inquit et ſtomacho. Breue tempus.) Nocuit ſemper differre paratis. Fugit.) non re uera fugerat, ſed C. Cæſaris metu, à quo ſtrui ſibi inſidias palàm uidebat, ad ueteranos ſolicitandos & legiones exceſſerat. Priuatis.) C. Cæſaris. Peſtifer reditus.) ſi legiones illas quæ ex Macedonia Brunduſium redierant, ſibi conciliaſſet, & obſequentes habuiſſet. Non enim effudit.) cum effundere inaniter & inutiliter ſit proijcere. In hoſpitis tectis.) ubi hoſpitij reuerentia abſtinere à tali crudelitate debuiſſet. de his paulopòſt dicturus eſt Cicero. Os uxoris.) Volumniæ mimæ, quam quócunq; ibat, ſecum ducebat Antonius. etſi etiam Fuluiā poſſumus accipere. Magna uerò Antonij exprimitur crudelitas, qui in uxoris conſpectu ciues Romanos ſic iuſſerit iugulari. Cicero Philippica 8. Brunduſij in ſinu nō modò auariſſimæ, ſed etiam crudeliſſimæ uxoris delectos Martiæ legionis Centuriones trucidauit. Priuato conſilio.) cum certior factus eſſet Octauius, Antonium Brunduſium profectum eſſe, ueritus ne cum quatuor illis rediret legionibus, & ſe præſidio deſtitutum opprimeret, in Campaniam abijt ad colonias à patre miſſas & deductas, & ut ſecum militarent ſolicitauit: ſingulisq; qui ſe ſequerentur, drachmas pollicitus quingentas, decem millia hominum contraxit. Explorata eius uoluntate, ſenatus quòd Antonij hoſtis ueniret, ingredi urbem permiſit. in templo Caſtoris conſtituit. reliquis dimiſſis, tria millia retinuit. Interim exercitus contumax cœpit eſſe. Antonius intelligens quæ ab Octauio & Romæ & in colonijs fierent, reliquum exercitum properare Ariminum iuſsit: ipſe, una tantùm cohorte aſſumpta, Romā uenit: ubi legiones Martiam & Quartam ex his quæ Brunduſij erant, Octauio ſe adiunxiſſe, & Martiam quidem Albæ eſſe accepit. qua re uehementer commotus, etſi de his quæ egerat Cæſar et agebat, uenerat uerba facturus (ſenatus enim iam coactus erat) tamen pauca locutus de prouincijs, & ſupplicatione M. Lepido decernenda, omnino intactum linquens Octauium, abijt ad portas, & urbem egreſſus, Albam contendit, ut Martiam legionem, ſi poſſet, à propoſito abduceret, ac ſibi reconciliaret. Sed ab Albanis muris repulſus eſt ab eadem legione, quam nunc laudat Cicero. inde Tybur, nec multò pòſt Ariminum, ubi Gallicæ prouinciæ initiū olim fuit, profectus eſt, bellū contra Decimū, qui prouinciam non deponebat, geſturus. Legionib. uerò imponi ab imperatorib. nomina ſolebant uel ab ordine, ut prima, ſecunda, & deinceps: uel à robore, ut Martia: uel ab alia quauis cauſa. Longo interuallo.) nam ſenatus à Calendis Iun. uſque ad 13. Calendas Ianua. haberi liberè non potuerat. Opportuniorem.) quoniam in loco natura munitiſſimo ſita eſt, in excelſo ſaxo, & propè in Vrbis conſpectu. Cæſaris) Octauij. Edictum Decimi Bruti.) quod ille proponi mandauerat, quo uoluntatem & ſtudium ſuum declarabat. Sui nominis.) Iunij Bruti, qui exactis Regibus libertatem populo Romano peperit. Illi regibus parēre.) Pulcherrimus locus comparationis per contentionem & rerum & uerborum. Sed ſuperbus habitus eſt.) quod cognomē facta indidiſſe, tradit Liuius. Ex moribus datū, tradit Florus, et in omnes eū ſuperbio graſſatum, omniq; crudelitate grauiorem fuiſſe. Barbari.) Ityræos prius dixit. Neglexit.) ut & ſuprà dictū eſt. Collega.) Dolabellæ. Inſigniter.) notabiliter & apertè. Vniuerſis prouincijs.) ut Cretæ. Humile.) uile. Quorū intererat.) quib. utile erat. Nundinabantur.)

bantur.) ueluti nundinis & publico mercatu ac foro emebant. Sueſſæ.) quæ Volſcorum quondam metropolis fuit, ut Strabo ait. eam Pometini incolebãt, à quibus Pometina cognominata eſt: inter quam & Formias Minturnæ ſunt: ſic à Setino ſinu, iuxta quam ſita eſt, uocata. Eos.) ciues Romanos, quos in cuſtodiam dederat hos Octauius ad ſolicitandas colonias miſerat: quos deprehenſos Antonius cuſtodiendos primò dedit Sueſſanis, deinde iugulauit. Trecentos uerò Brunduſij trucidatos milites ſignificat ex quatuor illis legionibus quæ ex Macedonia Brunduſium rediêrant, quas indignatas quòd centum duntaxat ſingulis drachmas daturum pollicitus eſſet, & ſimul irridentes, atque omnia perturbantes, petitos à Tribuno trucidauit. quod Appianus ſcribit. Pro populo Rom.) contra hoſtes populi Romani. A legionibus.) Martia & Quarta. Relictis ſacrificijs.) quæ facere ſolent in prouincias profecturi magiſtratus. Ante lucem.) nam uenit in urbem, ut dictum eſt: & pauca locutus in ſenatu, cucurrit ad portas, & Vrbem ante lucem eſt egreſſus. Nuncupauit.) nominatim & propalàm uouit. Cum prætor aut Conſul exercitum aduerſus hoſtes ducturus, eo prius luſtrato, nominatim uota facit, nũcupare uota dicitur: cum uerò tantùm mente promittit, non etiam profert & pronunciat, concipere: unde nuncupata & concepta uota.

Ne in metu quidem.) neque enim maximo metu abſtinebat, quin & potaret & ſcortaretur, ac ſe cum fœdiſſimis hominib. & Mima Volumnia oblectaret. Qui Galliã prohibet.) Decimus Brutus. Quid cõſequi ipſe.) regnum & tyrannidem. Conſpiraſſe.) conſenſiſſe. quamobrem Tribuni plebis, cum abeſſent Conſules, retulerunt de Senatu habendo, & præſidium ſtatuendum eſſe cenſuerunt, quo haberi Calendis Ianuarijs tutò poſſet. Cicero hac ſententia ſtatuendi præſidij interpretatur poteſtatem de tota Republica dicendi, & quoddam præiudicium de Antonio fieri: metuendum ſcilicet eſſe. Tantiſper autem Cicero, quid faciendum ſibi uideatur, docet, dandam ſcilicet auctoritatem ducibus Octauio & Decimo: ſpem præmiorum militibus Martiæ & Quartæ legionis oſtendendam: Antonium hoſtem non uerbo, ſed re iudicandum. Conſules.) noui. Nam ſi ille Conſul.) Si Antonium, inquit, Conſulem fatemur eſſe, peccaſſe legiones Martiam & Quartam confiteamur neceſſe eſt, quæ eum ſecutæ nõ ſunt, & flagris dignos atque animaduerſione more Rom. Fuſtuarium.) Fuſtuarius is eſt: qui flagris cædit, & ob aliquod commiſſum ſcelus militẽ uerberat. In Cæſarem maledicta congeſſit.) quoniam Cæſaris iactabat fuiſſe concubinum: id quod re uera etiam fuit. Cicero in epiſtola ad Cæſarem ipſum Octauium: Cui nulla uirtus, non ullæ ſubactæ & ad imperium adiunctæ prouinciæ, nulla dignitas maiorum conciliaſſet opem potentium: ſed forma per dedecus, pecuniam, & nomen nobile conſceleratũ impudicitiæ dediſſet. Deprompta.) qualis ipſe fuit in pueritia & adoleſcentia, talẽ Cæſarem eſſe mentiens. Cæſaris.) Dictatoris. Filio.) adoptiuo filio. Naturalis enim Cn. Octauius, decedens Macedonia, quam prouinciã ex Prætura ſortitus fuerat, priuſquam profiteri ſe Conſulatus candidatum poſſet, morte obijt repentina, ut Trãquillus ait. Aricina mater.) Obijciebat Antonius quòd Aricina matre natus eſſet, quaſi Trallianam aut Epheſiã diceret, cum Aricinam dicebat: quaſi in pari dedecore eſſet, Aricinos parentes, ac Trallianos ſeu Epheſios habere: cũ barbaræ ſint urbes Tralles & Epheſus: & Iuuenalis cũ ſtomacho & pro infamia dixerit, Hic Trallibus aut Alabandis Exquilias, dictumq́; petunt à uimine collem. Aricia eſt Italiæ ciuitas inſignis in Appia uia, Romanũ municipium, & ſtadijs centũ ſexaginta ab urbe diſtans, ab Archilocho & ab Aricia puella Attica ſic dicta, Hippolyti, poſtquam reuixit, uxore. Tralles ciuitas in Phrygia Mæandrum tranſeunti occurrens, in uertice quodã plano ſita. Epheſus ciuitas & ipſa Aſiæ in Ionia, Amazonũ opus. Omnes qui ſumus è municipijs.) Romani principes ex municipijs originem trahebant. Fœderatũ.) Socia enim populi Rom. ciuitas Aricia fuit. Propinquitate.) Proxima enim urbi eſt. Voconiæ.) C. Voconius Aricinus fuit, is qui Trib. pl. plures leges tulit, inter quas, ne quis cẽſus, hoc eſt pecunioſus, hæredem unicam relinqueret filiam. Ille autem cenſus erat, qui centum millia in profeſſione detuliſſet ſeſtertia: quam legem Cato ille Cenſorius magna uoce, & bonis lateribus iam annos ſeptuaginta natus ſuaſit. Scatiniæ leges.) Scatinius & ipſe Aricinus Trib. pl. legem inter cæteras tulit, qua puerorum concubitores, quos [illegible] Græci uocant, graui ſupplicio afficerentur: quam legem tum mox in ſe expertus eſt, cum M. Claudij Marcelli Aedilis Curulis filium de ſtupro appellaſſet. neque ſacroſancta dignitas, implorato fruſtra collegarũ auxilio, quorũ nemo intercedere uoluit, iudicio eripuit: eſtq́; uno teſte, illo ipſo qui tentatus fuerat, conuictus & damnatus. auctor Valerius. Hinc multæ ſellæ Curules.) multi patricij magiſtratus, qui ſellis ſuper currũ ſedentes uehebantur. nam à curru curulis ſella & magiſtratus dicuntur: detracto altero r, unde corripitur ſyllaba. Plebeij magiſtratus pedibus ibant. Patrum.) maiorum. Lautiſſimi.) ſplendidiſſimi.

Tuſculanã.) Prima Antonij uxor (tres enim, ut diximus, habuit) Tuſculana fuit, & M. Fundi Bambalionis filia, hominis Tuſculani, et libertinæ conditionis. Tuſculũ urbs olim clara, in urbis cõſpectu ſita. Sanctiſſimæ fœminæ.) Aceiæ matris Octauij. Tranquil. Atia M. Atio Balbo et Iulia ſorore C. Cæſaris genita eſt. Balbus paterna ſtirpe Aricinus, multis in familia ſenatorijs imaginibus à matre magnum Pompeium arctiſſimo contingebat gradu: functusq́; honore Præturæ, inter uiginti uiros agrum Campanum plebi Iulia lege diuiſit. Tuæ coniugis.) primæ illius Tuſculanæ. Bãbalio.) M Fundus cognomento Bambalio. Nullo numero.) uiliſſimus. Hæſitantiam.) uitiũ linguæ. & erat balbutiens. Stuporem.) inſaniam. Ex contumelia.) ex contemptu, quòd eum contemnebant homines, ſic uocabant. At auus huius.) Occurrit dicẽs Bambalionis huius auum nobilem fuiſſe. reſpondet, ſtultumq́; fuiſſe dicit, Tuditano illi ſimilem, de quo Valerius Maximus: Quàm certæ, quàm etiã notæ inſaniæ Tuditanus, utpote qui populo numos ſparſerit, togamq́; uelut tragicam ueſtem in foro trahens maximo cum hominum riſu conſpectus fuerit, ac multa his conſentanea fecerit. Cum palla & cothurnis.) tragico habitu. Vellem hanc contemptionem.) Vellem ita contemneretis et uos pecuniam, ſicuti ille contẽpſit uxoris tuæ auus: ſtulti omnes eſſetis, ut ille fuit. ironicè enim loquitur. Iulia natus.) Octauius Iuliæ nepos ſororis Iulij Cæſaris fuit, ex Iuliorum familia natus Antonius. Cuius pater.) antequam Iuliam duceret. Fregellanam.) Fregellæ ciuitas eſt Cãpaniæ in Volſcis, quas Liris præterfluit, q ad Minturnas erũpit magna

prius:

prius: inde cum defeciſſet, deleta à Romanis, et in uicum redacta. Ipſe.) Antonius. Libertini.) M. Fundi Babalionis. L. Philippus.) primores hi erant ciuitatis ea tẽpeſtate. Non pœnitere.) non pudere. Idẽ etiã) Antonius.

Qu. Ciceronẽ.) Qu. Ciceronis filiũ. Edicto.) quod contra Octauiũ propoſuerat, accuſabat quòd Octauio hæreret, cumq; ſequeretur. Compellationẽ.) accuſationẽ. Gladiator.) Cũ ſtomacho hoc inquit. Hunc.) Quintũ Ciceronem. De patre.) Quinti. Patrui.) mei Ciceronis. Idem ſupplicium.) Minabatur enim Ciceroni, & reliquis bonis qui contrariæ erant uoluntatis, id ſupplicium quo Cicero coniuratos affecerat: & laudare uidebatur Ciceronem, quaſi imitari uellet. Cum uerò factum Ciceronis in puniendis coniuratis commemorabat, fore exiſtimabat ut inuidiam in Ciceronem hac commemoratione ſeueritatis eius cõcitaret. Refricat.) repetit & innouat. & à cicatrice eſt translatio, quam ſi quis iterum atque iterum fricet, recrudeſcit uulnus. In extremo) in ultima edicti parte. Quæ ſunt perdita conſilia?) Propter Ciceronem præcipuè ea uerba edicto adiecerat in fine Antonius, quem timore arbitrabatur nõ affuturum. Et Cæſaris.) Octauij. Atroci.) crudeli. Triſti.) graui. Terentius: Triſtis ſeueritas ineſt in uultu. Si epulæ.) quæ honeſtæ ſunt, et honeſtis apparantur: cum popinæ impudicorum ſint, & fœdiſſimorum ganeonũ. In quod templum.) Capitolium. Per Gallorum cuniculum.) per uiam ſubterraneã à Gallis Senonibus olim effoſſam, dum Capitolium obſiderent. Cuniculi leporum genus ſunt, inquit Plinius, quos Hiſpania ſic appellat. hi terram ſub qua habitant, aſſiduè effodiunt: à quibus foſſæ ſubterraneæ cuniculi ſunt dicti. Martialis: Gaudet in effoſſis habitare cuniculus antris, Monſtrauit tacitas hoſtibus ille uias. Corrogati.) precibus adſtricti. Dignitatis ſuæ.) ſi enim meminiſſent quinã eſſent, exorari ſe ab Antonio non ſiuiſſent, neque conueniſſent omnino: & timuiſſent, cum timendum eſſet, cumq; de Antonio ea excitata fama eſſet, ut nihil non hoſtile expectari ab eo poſſet. Conſularis quidam.) unus ex his qui conuenerant, non ignorans relaturum & dicturum de Octauio Antonium, ſcriptum attulerat quid diceret. Quid eſt aliud.) Ratiocinatio pulchra. Qui non audet de eo referre, qui contra ſe Conſulem exercitum ducit, is ſe Conſulẽ non eſſe, ſed hoſtem indicat: Antonius non eſt auſus contra Cæſarẽ hæc agentem referre, ergo ſe hoſtẽ indicat Antonius. Alterum.) aut Cæſarẽ, aut Antonium. Ille.) Octauius. Quem in edictis Spartacũ.) Spartacus Chryſus & Oenomaus gladiatores, effracto Lentuli cuiuſdam cognomento Bartiati ludo, cum triginta haud amplius eiuſdem fortunæ uiris erupere Capua: ſeruiſq; ad uexilla uocatis, decem millium ſtatim cõtraxerunt exercitum. Complures contra hos miſſi imperatores, omnes ſuperati ſunt, Clodius, P. Vreanus, Gellius & Lentulus Conſules. à Craſſo tandem uicti & deleti, ipſe Craſſus ouãs eſt urbem ingreſſus. In rebus triſtiſſimis.) mœſtiſſimis reb. noſtris, in quibus ridere nemo debeat, riſus tamen cõcitatus eſt ea in uerbis ineptitudine. Nulla contumelia eſt quam facit dignus.) Hæc eſt illa ſententiola in edicto Antonij. Dicere autem uolebat Antonius, neque Octauio, neque cuiquam ſe facere contumeliam, qui dignè et iure faceret. Dictum irridet Cicero, quia dignus in utranque partem accipitur, bonam & malam. & fortaſſe, inquit Cicero, Antonius dignum pro eo poſuit ſic locutus, qui eſſet in dignitate, quoniam ipſe Conſul. Quid eſt porrò) ac ſi diceret, & hoc ignoras? nam contumelia (quod Labeo ait iureconſultus) à contemno dicitur. & eſt ſpecialis, cum iniuria ſit generalis. potius ergo Antonio dicendum fuerat, An ulla eſt iniuria, quam facit dignus? Nec timor, quem denũciat inimicus.) Alia edicti Antoniani ſententiola, inepta ſanè. neque enim inimicus denunciat timorem, ſed facit. & ſic inquit Antonius, quaſi amicus denunciet timorem. nam ſi non eſt timor, quẽ inimicus denunciat, quæri poteſt ſitne timor quem amicus denunciet? Magiſter tuus.) Sex. Clodius. Ex oratore arator.) Hoc ideo ait, quoniam ei Antonius duo millia iugerũ agri Leontini aſſignauerat, ut tanta mercede nihil ſapere diſceret, quod inquit prius. Infatuet.) fatuum reddat. Eſt autẽ fatuus, qui inepta loquitur, ut ait Donatus: uel planè inſipiens, ut alijs placet. Tractum uerbum à cibis, qui cum non ſapiũt, fatui dicuntur. Quid attinuerit.) quid neceſſe fuerit. L. Caſſio.) Hi quos enumerat, uiri boni erant, & de Republica optimè meriti, quos repugnantes libidini ſuæ oderat Antonius. Cui ſenatuſcõſulto.) Quærit cur uenire in Senatum hos prohibuerit: & cui, inquit, Senatuſconſulto ne ſe obijcerent, & impedimento eſſent, timebat? De ſupplicatione fortaſſe M. Lepidi.) de qua referẽdum fuerat. id, inquit, erat periculum. ac ſi diceret, minimè. nam ironicè ait, cum omnes etiam ſua ſponte aliquid honoris extraordinarij M. Lepido decerni cogitarent. M. Lepidus magiſter equitũ Cæſaris dictatoris fuerat, tunc & Pont. Max. erat, & quatuor præerat legionibus, in Iberiam, cui prouinciæ præfectus à Cæſare fuerat, profecturus. in Gallia autem ſubſtiterat tranſalpina non procul à Planco, cuius hæc erat prouincia. Lepido inde uictus Antonius ſe coniunxit. Supplicationem decerni Lepido amici eius et propinqui (ut mos erat) poſtulauerant. et quoniam exercitui præeſſet, ac Rempublicam probè gereret, & quoniã erat Pontifex Max ſolitus erat decerni hic honor. & nemo, inquit Cicero, impediſſet, ideoq; hos prohibitos Senatu ab Antonio, quòd uereretur ne Senatuſconſulto de tali re intercederent, credere non poſſumus. De legione quarta.) quæ ad C. Octauij tranſierat auctoritatem. De ſupplicatione.) M. Lepido decernenda per diſceſſionẽ.) In Senatu de diuinis prius reb. quàm humanis referebatur: & aut infinitè, ut de Republica, gerendúm ne eſſet bellum, an agenda pax: aut de ſingulis rebus finitè, ut indicendúm ne eſſet bellum Carthaginenſibus, hoſtis ne eſſet iudicandus Antonius. Tunc cum relatum ſic fuiſſet, Senatuſconſultũ fiebat: ſed duobus modis, aut per diſceſſionẽ, ſi conſentiretur: aut ſi res dubia eſſet, per ſingulorum ſententias exquiſitas. ſinguli autem gradatim conſulebantur. Auctor Aul. Gell. De ſupplicatione cum referebatur, ſinguli conſulebantur ſemper. Sed quaſi ad Antonij factum alludit Cic. nam ſtatim ſeſe proripuit, & urbẽ egreſſus eſt, quod prius diximus. Paludati.) Paludamẽta omnia inſignia ſunt & militaria ornamenta. cum enim exit ad bellum Prætor aut Conſul, ubi lictores mutauerint ueſtem, & ſigna inſonuerint, paludatus dicitur proficiſci. quòd conſpiciuntur qui paludamenta habent, ac fiunt palàm, ſic dicuntur. autor Varro. Paludati ergo, ad bellum proficiſcentis. Lucis.) noctu enim abijt. Præclara tamen) ironicè. Religioſa.) neque enim ſorte diuiſæ ſunt prouinciæ, ſed quam quiſque uoluit occupauit.

Ille.) Antonius. his omnibus quos enumerat, prouincias

decreue-

decreuerat Antonius: quas non ritè conceſſas, ab eo qui concedere nequiret, accipere noluerant, & Senatui ſe obtemperaturos eſſe profeſſi ſunt. De L. Cinna.) Hic prætor erat quando occiſus eſt Cæſar, in quem fuerat inuectus. ueſtem uerò militarem quam præbuerat Cæſar, reiecerat. erat autem ei affinis. militibus uerò quibuſdã inſequentibus, & domum in quam confugerat, ſuccẽdere parantibus, ægrè à Lepido eſt ſeruatus. Cum poſtea Cæſaris cadauer combureretur, & Antonij oratione concitata plebs ad percuſſorum curreret domos: Cinna alter Tribunus plebis, qui hic eſſe credebatur, nominis ſimilitudine errorem faciente, furore multitudinis occaſus eſt. Auctor Appianus. Sors diuina.) ironicè. aut quia ſic uocabat Antonius. L. Antonius.) Antonij frater. C. Antonius) patruus. Vticæ.) quæ ciuitas fuit Africæ, in eodem ſinu ſita quo Carthago, ſecunda poſt illam & auctoritate & magnitudine: Carthagine exciſa, metropolis & receptaculum Romanorũ ad res in Libya gerendas. Duarum.) Siciliæ & Hiſpaniæ. qui enim eas ſortiri fuerant, M. Hircius & Qu. Caßius, in Antonij uoluntate non erant.

Adoleſcentem.) ne uideretur Cæſarem Iulium appellare. Qui enim hæc fugiens) per * te ita prouincias diſturbatas. Cuſtodẽ ouiũ, ut aiunt, lupũ) Terẽtius, Ouẽ lupo commiſiſti. Pro æde Caſtoris) quæ fuit in foro Romano.

Qui fui?) qualis fui. et ipſe reſpondet. Cõglutinatus.) compoſitus & compactus. Ingenuum.) liberale. Paternum.) patrum & maiorum noſtrorum. Si illa tulimus.) Propter Iulium hoc dicit. Pœnæ fatalis.) quod fato quodam populi Romani ut ferremus decretum erat. Non pertulimus.) aliquando enim à nobis depulimus, Iulio occiſo. Huius.) Antonij. Succenſere.) ex iuſta cauſa iraſci. Græci μέμφεσθαι dicunt. Eius.) Cæſaris. Hortos.) quos circa Tiberim publicè reliquerat Iulius. Ex his.) hortis. Ornamenta.) ſtatuas, tabulas, abacos, menſas.

Ex funere.) à Iulij funere. E Republica.) ex Reipublicæ utilitate. Prouincias.) Cretã. Cæſaris.) C. Octauij.

Fortuna.) rebus ad uotum non fluentibus. Mutilatũ.) imminutũ. Martia & Quarta legionib. deficientib. Ex Myrmillone.) Nam Myrmillo prius fuerat, qui aduerſus Retiariũ pugnabat, in cuius galea piſcis effigies erat. Retiario uerò aduerſus Myrmillonem pugnante cantabatur, Non te peto, piſcem peto: quid me fugis Galle? Hoc genus pugnæ inſtituit Pittacus Mitylenæus. auctor Põpeius Feſtus. Cædit greges armentorũ.) ac ſi dicat, ipſos ditiores & potentiores ſpoliat ipſe: reliquos tenuiores operis et ſectatoribus ſuis prædæ relinquit. Et grex quidem generalius nomen eſt, armentum ſpecialius: & pro omni multitudine ponitur tam hominũ quàm brutorum, & tam maiorum quàm minorum. Vaſtantur.) uacui & uaſti redduntur. Noſtris decretis.) ut iis publicã addamus auctoritatẽ, qui ſua ſpõte perſequuntur. Lõgo interuallo.) Diu enim, quod prius dictum eſt, non conuenerant Senatores.

Querenti.) tunc cũ in Ciceronẽ dixit, & Cicero in Senatum non uenit. Statim.) ſubitò. neq; enim differret cuiuſquã optimi interitũ. Si Galliã tenere, paulò pòſt.) cum rediret ſcilicet. Signũ date.) oſtendite, & præ uobis ferte. Ille.) populus. Honeſtè.) non cedentes, neq; fugientes, ſed pugnantes. In utranq; partẽ.) & bonã & malã Cicero in Epiſt. Iam iidẽ illi et boni & mali ciues uidentur, qui uideri ſolent. Nunc, inquit, quo animo quiſq; ſit, cognoſcitur, cupiát ne libertatẽ, an ſeruire malit. Cõſules.) Panſa et Hircius. In poſterũ.) in ea quæ futura coniectamus. Cicero in epiſt. ad Cæliũ: Sed ut ab homine longè in poſterum proſpiciente, à te futura expecto. Seruitutis recordatio.) Quæ fuit durũ pati, meminiſſe dulce eſt, inquit Seneca. & Aeneas Virgilianus, Forſan et hæc olim meminiſſe iuuabit. Quas ob res.) Cõcluſio, in qua de tota re ſuã profert ſententiã. Quódq; edictũ.) Ordo, et quod edictũ propoſitũ eſt Decimi Bruti Cõſulis deſignati, ita ſcilicet cenſeo, Brutũ, et reliqua, ita cenſeo ad ſummã Reip. pertinere, Senatũ arbitrari obtinere prouincias ex Iulia à Decimo Bruto, et reliqua. Decimus Brutus & Cn. Plancus Cõſules erant deſignati, Cõſulatũ finito Panſæ et Hircij magiſtratu inituri. & Cn. quidẽ Plãcus ulteriorẽ Galliam cum imperio obtinebat, & trib. legionibus. Ad hũc Ciceronis ſunt epiſtolæ li. 10. Lege Iulia.) quia Decimo Bruto Iulius prouincias aßignauerat. Cumq;.) Ordo eſt, Cenſeo Senatui eſſe magnæ curæ, &c.

GEORGII TRAPEZVNTII IN III. Philippicam Annot.

SErius.) Quo tẽpore Cæſar eſt occiſus, Octauius ex filia nepos, qui Apolloniæ literis operã dabat, Romã reuerſus ut hæreditatem adiret, ab Antonio quæ de bonis Cæſaris (multa enim ad eum peruenerant) habuiſſet, repoſcere inſtituit. Antonius ætatẽ pueri contemnẽs, atq; opibus ſuis fretus, nõ modò puerum eludebat, ſed libertatem populo eripere conabatur: quod ut facilius efficeret, ſtatim poſt mortẽ Cæſaris colonias militũ ueteranorũ omneis adierat, maximisq; congiarijs ac munerib. militũ animos ſibi deuinciebat. Cicero igitur quantum reipublicæ periculum impendẽret proſpiciens, intelligensq; nullũ niſi in armis ac ui præſidiũ libertati eſſe, puerum eo animo atq; conſilio aduerſus Antonium adiuuandum ſuſcepit, ut eius auxilio, quẽ propter memoriã Cæſaris non parum apud milites ueteranos beneuolentia & auctoritate ualiturum cenſebat, Rempublicam defenderet. Igitur eo reuerſo, cum multæ legiones eum ſecutæ fuiſſent, Antonius pueri uires timens, & populi conſenſum, Vrbe exceßit: et in Galliam cum exercitu tranſiens, Brutũ Mutinæ obſidere inſtituit. Cicero igitur ſuadet ut Octauius puer auctoritate ornetur: cuius beneficia in populũ Romanum commemorat ac laudat: & Antonium è contrario uituperans, hoſtem cenſet iudicandũ. Ab homine profligato.) perdito, cõfecto: unde & profligata quæſtio, confecta. Reſperſum.) madefactum, balneatum. Imbutus.) tinctus, infectus. Imbutum autem, eſt quod cuiuſpiam rei ſuccum dat: unde infantibus an uelint bibere dicẽtes cum ſyllaba contenti ſumus. Inſignitè.) egregiè. Humile.) abiectum, uile.

Quorum intererat.) quibus utile erat. Nundinabantur.) uendebant. In cuſtodiam.) εἰς τὴν φυλακήν. Trucidauit.) atrociter interfecit. atrox, crudelis. Nũcupauit.) unde nuncupata uota dicuntur, quæ Prætor uel Conſul, exercitum aduerſus hoſtes educens, nominatim proponit, luſtrato antè exercitu. Vota uerò concepta dicuntur quæ non proferuntur, ſed tantùm mente atque animo concipiuntur. Trallianam.) Τράλλεις ciuitas & populus in Thracia, ſanè barbarus, unde Τραλλιανός. Epheſiam.) ex Epheſo, quæ eſt ciuitas Cariæ. Multæ ſellæ curules.) id eſt magiſtratus quib. licebat ſella curuli uti, quẽadmodum ædiles curules, Prætores, Conſules. Tum palla & cothurnis.) habitu Græco. Nam pallium, ueſtis Græca: unde

ca: unde palliatæ comœdiæ. *At auus.*) Auus, patris matriſq; pater, dictus à Græco uocabulo, quod eſt apud eos πάππος, mutatis quibuſdam literis. Abauus dicitur, qui abeſt ab auo, & eſt coæuus aui. Atauus, qui ἄττα eſt aui, id eſt pater, ut pueri uſurpare ſolent. *Fregellanam.*) Fregellæ ciuitas Auruncorum: quæ cum defeciſſet à populo Romano, bello Italico euerſa eſt funditus, & deleta. *Libertinus.*) filius liberti. *Quos certò ſcio dignitatis optimarum fœminarum non pœnitere.*) Quib. ſcio uxorum ſuarum dignitatem uehementer placere, paruam non uideri, & magnopere contẽtos eſſe. *Cõpellat edicto.*) in ſuo edicto nominat. *Refricat.*) Translatio à cicatrice uel hulcere proprie dixiſſet repetere, uel recolere memoriam. *Atroci edicto.*) crudo, duro. Atroces enim appellãtur ex Græco, quia illi atrocia appellant, quæ cruda ſunt: ſiue atrox dicitur ab eo quòd nihil timeat. τρέω enim Græci dicunt timere. *Triſti.*) graui. Terentius, Triſtis ſeueritas ineſt in uultu. *Epulæ.*) honeſtorũ ſunt. *Popinæ*) ganeonum & ebriorũ. *Petulantiam*) impudentiã, luxuriã, inſolentiam. à petendo dicitur. *Conglutinatus.*) compactus, conflatus, à glutine. *Nihil ingenuum.*) nihil liberale, ſed omnis ſeruilis.

PHILIPPI BEROALDI IN III. Philippicam Annot.

Dies affert, & hora potius.) Liuius libro tertio ab Origine urbis, Quid quæq; nox aut dies ferat, incertum eſt: puncto ſæpe tẽporis maximarũ rerum momẽta uerti. Item lib. 25. Si in occaſionis momento, cuius prætteruolat opportunitas, cunctatus paulùm fueris, nequicquam mox amiſſam queraris. Præterea, ut auctor eſt Apuleius, res anceps et periculoſa morã non ſuſtinet, ſed meliora conſilia præuertitur. *Superbus habitus.*) Veteres ſuperbum eſſe dixere, qui reſpondere dedignaretur. quod & M. Tullius indicare uidetur epiſtola quadam ſcribens: Partim te ſuperbum eſſe dicunt, quòd nihil reſpondeas: partim contumelioſum, quòd malè reſpondeas. Item in prima Tuſculana, Quid? ſi te interrogauero, non reſpondebis? ſuperbum id quidem eſt. Tarquinio uerò ſuperbo cognomen inditum à moribus docet Liuius his uerbis: Inde Lucius Tarquinius regnare cœpit, cui ſuperbo cognomen facta indiderunt, quia ſocerũ gener ſepultura prohibuit, Romulum quoq; inſepultũ periiſſe dictitãs. Dionyſius lib. 4. Antiquitatum Tarquinium ſcribit à Romanis Superbum cognominatũ ex inſolentia quadam tyrannica, moribuſq; ſuperbiſsimis. Græca lingua ὑπερήφανος dicitur. *Seruabant auſpicia Reges.*) Libro primo de Diuinatione ſic ſcriptum legimus: Principiò, huius urbis parens Romulus non ſolùm auſpicatò urbẽ condidiſſe, ſed ipſe etiam optimus Augur fuiſſe traditur: deinde Auguribus & reliqui Reges uſi, et exactis Regibus nihil publicè ſine auſpicijs nec domi, nec militiæ gerebatur. *Supplicia in ciues nulla Tarquinij.*) Diſpiciamus an oratorio magis more, quàm hiſtorico dictum hoc ſit. namque apud Liuium legimus Tarquinium Superbum, cum regnum metu tutandum eſſe exiſtimaret, ex patribus alios occidiſſe, alios in exilium egiſſe, alios bonis mulctaſſe. *Omnis ſeruitus miſera.*) Apud iuriſcõſultos ſeruitus morti comparatur. Præterea cum innatum ſit omnibus hominibus libertatis deſiderium, tam dulcis res eſt ipſa libertas, ut olim Legati Spartanorum præfecto Perſarum dederint reſponſum hoc digniſsimum memoratu: Seruus tu quidem eſſe noſti, libertatem autem nõdum expertus es utrum ſit dulcis, an non: quæ ſi tibi experta foret, non ut haſtis, ſed ut ſecuribus pro ea dimicaremus, nobis ſuaderes. *Fuſtuarium meruerunt.*) Caſtigationem fuſtium, uirgarumq; ſupplicium, eleganti uocabulo fuſtuarium appellant. de quo Liuius: Fuſtuarium meretur, qui ſigna relinquit, aut præſidio decedit. Inter pœnas militares, ut docet Modeſtinus iuriſconſultus, eſt fuſtium caſtigatio, ignominioſa miſsio, pecuniaria mulcta, & militiæ mutatio. Errant qui fuſtuarium exponunt pro eo qui flagris cædit: quem uirgatorem Plautus appellauit. non enim fuſtuarius homo dicitur, ſed neutro genere fuſtuarium: accipiturq; pro ſupplicio fuſtium & caſtigatione. Martianus, quod annotatu dignum eſt, aliter hunc locum legit, aliterq; interpretatur, qui docens argumenta duci à contrario, ſic refert: Cicero in tertio Philippicarum contra Antonium, à contrario argumentatur, dicens: Si ille Conſul fuſtuarium meruerit, legiones quid, quæ Conſulem reliquerunt? ex hac Martiani lectione elicietur ſenſus talis: Si Antonius Conſul ob improbitatem meruit ſupplicium fuſtium, eæ nimirum legiones quæ illum reliquerunt, merentur præmium & laudem. Sed quod cum bona uenia Martiani dictum ſit, purior lectio eſt, ueriorq; intellectus ex ſcriptura inuulgata, & enarratione inueterata. *Quis hoc adoleſcente caſtior?*) Contraria ſentit in epiſtola ad ipſum Octauium ſcribens, formam per dedecus pecuniam dediſſe Auguſto Cæſari, & ex impudicitia partum nomen M. Antonius Auguſtum ut effœminatum inſectatus eſt, meritumq; ſtupro adoptionem auunculi. Item Lucius M. Antonij frater probro dedit Auguſto, quòd ſolitus ſit crura ſubureret nuce ardenti, quo mollior pilus ſurgeret.

Ignobilitatem.) M. Antonius libertinum Auguſto Cæſari proauum exprobrauit Reſtionem ex pago Turrino, auum argentarium. Idem deſpiciens etiam maternam Auguſti originem, proauum eius Afri generis fuiſſe, & modò unguentariam tabernam, modò piſtrinum Ariciæ exercuiſſe obiecit. *Aricina mater.*) Accia mater Auguſti paterna ſtirpe fuit Aricina, ſiquidem patrem habuit M. Accium Balbum Aricinum. M. Antonius deſpiciens etiam maternam Auguſti originem, ei exprobrabat matrem Aricinam, tanquam naſci Ariciæ, ſordidum foret et ignominioſum: perinde ac Trallianæ ac Epheſiæ mulieres infamari ſolent, & malè audire: non tam quia barbaræ, quàm quia effœminatæ & molles. Nanque, ut inquit Poeta, Emollit gentes clementia cœli. *Scatiniæ legis.*) Vt mihi magiſtra lectione compertum eſt, Scatinia lex à Scatinio Aricino lata uidetur eſſe non tam in ſtupratores puerorũ, quàm in ipſos pathicos & molles uiros, qui muliebria patiuntur, quales Satyricus poëta Socraticos cinædos appellat, quos tota Satyra inſectatur. & ad hunc intellectũ referẽdus eſt uerſus ille notiſsimus, Citari ante omnes debet Scatinia. uidelicet in eos qui pathici ſunt & cinædi. De his igitur Auſonius conſimiliter ſcribẽs, in mollem & effœminatum inquit: Scatiniam metuens, non metuit Titiam. Domitianus quoſdam ex ordine ſenatorio & equeſtri lege Scatinia condemnauit, quòd ſcilicet parum uiri eſſent, & muliebria paterentur. *Eodem materno genere.*) Mater Antonij fuit Iulia ex Cæſarum gente, fœmina primaria, pudicitiæ dotibus nulli poſtferẽda: quæ poſt obitũ mariti Lẽtulo nupſit, qui cum L. Catilina

aduerſus

aduerſus patriam mox conſpirauit. Proditoris filiã.) *De hoc Numitorio Fregellano proditore mẽtio eſt quadantenus in ſecũdo* Rhetoric. In Rhetoricis *quoq; ad Herennium, Fregellas reperio ob hanc opinor proditionem perfidioſas appellari, cũ dicitur: O perfidioſæ Fregellæ, quàm facilè ſcelere ueſtro contabuiſtis: ut cuius nitor urbis Italiam nuper illuſtrauit, eius nunc uix fundamentorũ reliquiæ maneant.* Spartacũ appellat.) *Scribit Plinius Spartacum interdixiſſe caſtris ſuis, ne quis aurum haberet aut argentum. Tanto fuit, inquit, plus animi fugitiuis noſtris. Hic poſt multos duces Romanos profligatos, tandem à Craſſo uictus occubuit. eius cadauer nuſquam inuentũ eſt. De hoc Horatius: Spartacum ſi qua potuit uagantem Fallere teſta. et Lucanus: Vt ſimili cauſa caderes, qua Spartacus hoſtis.* Quis ſic loquitur.) *Neſcire me fateor cur M. Tullius id genus locutionis in M. Antonio reprehendat, quod eſt apud eruditos uſitatiſſimum. ſic enim omnes latinè loquentes dicunt, Facit contumeliam, dicit contumeliam. Plautus in Aſinaria: Tu contumeliã alteri facias, tibi non dicatur? M. quidem Cato paulo remotius dixit, In hac contumelia quæ mihi per huiuſcemodi petulantiã factum itur. qua locutione ſignificat iri ad contumeliam faciendam, id eſt operã dari quò fiat contumelia.* Ex oratore arator factus.) *Annominatio eſt, quã & proſonomaſiam nominant. ex eodem ſchemate eſt illud Plautinũ: Arare mauelim, quàm ſic amare. Alludẽs aũt ex oratore ait aratorẽ factum Sextũ Clodiũ, propterea quòd duo millia iugerũm acceperat donatione Antoniana, quæ dum uult colere & arare ſtudioſius, ſtudia oratoria quaſi dedidicerat.* Ad urbem habiturum.) *Elocutio eſt elegans, ſicq; uſitata ueteribus ſcriptoribus, ut dicant, ad urbem eſt Conſul, eſt Imperator cum exercitu, de his qui cum poteſtate prouinciali nondum in prouinciam profecti eſſent.* Viuendi cupiditate.) *Græci philoſophos uocant uiuendi nimium cupidos: quæ ſæpe cupiditas cauſa eſt ut multa homines perpetiantur indecora, dignaq; uituperatione. ſiquidem nullum periculum, nullus dolor, atque adeò nullus mortis metus uirum fortem detrudere debet abducereq; ab honeſto: & ut inquit Epigrãmatarius, Summum nec metuas diẽ, nec optes. Vnde meritò ſcriptores inceſſunt M. Aquilium, qui nimia uiuẽdi cupiditate, cum mori glorioſè poſſet, maluit turpiter ſeruire Mithridati: & Cn. Carbonẽ, qui ad ſupplicium ductus, flebiliter petijt ut ſibi aluum exonerare liceret, ut ita miſerrimæ lucis uſura diutius frueretur, tamdiu morã trahens in ſella familiari, donec caput illi in ſordido loco abſcinderetur. Turpiſſimum quoq; illud Mecœnatis uotum iure iudicatur, quo nullum malum recuſabat, dũmodò ſpiritus prorogaretur. Debilem, inquit, facito manu, debilẽ pede, coxa: tuber aſtrue gibberum. lubricos quate dentes. uita dum ſupereſt, bene eſt.* Compilauit) *Compilare, ſi credimus Aſconio, eſt fraudare, ac furto peruellere, ita ut ne pili quidẽ in corpore ſpoliati relinquantur. Ex eodem fonte & ſignificatu ſunt illa quoque, ſuppilare & expilare.* Ex Myrmillone dux.) *Multa ſunt genera gladiatorum, & nomina. quidam retiarij, alij ſecutores, nonnulli thraces appellantur. Sunt et Andabatæ, qui clauſis oculis depugnant. Sunt & Myrmillones, qui peculiariter aduerſus Thraces componuntur. quod & Auſonius docet illo uerſu ex monoſyllabis. Quis Myrmilloni contenditur æquimanus? Thrax. Pugnat & Myrmillo aduerſus retiarium. Erat aũt Myrmillonũ armatura Gallica, ipſiq; Myrmillones antea Galli apellabantur: in quorum galeis piſcis effigies inerat. In uniuerſum gladiatores omnes dici poſſunt arenarij, eo quòd in arena digladiantur. Firmicus Maternus in ſeptimo Matheſeos Arenarios naſci ſcribit luna uidente Saturnũ. Idẽ machærarios uidetur appellare gladiatores quoſdam qui machæra, hoc eſt gladio depugnant. De arenarijs mentio eſt apud Iuriſconſultos titulo de operis libertorũ, his uerbis: Nec arenarius manumiſſus patrono præſtare debet tales operas, quia iſtæ ſine periculo uitæ præſtari non poſſunt. Itẽ ad Senatuſconſultum Trebellianũ: Sed & qui magna præditus eſt auctoritate, arenarij, uel eius mulieris quæ corpore quæſtum fecerit, hæreditatem reſtituere cogetur.* Dij omen auertãt.) *Virgilius, Quod dij prius omen in ipſum conuertãt.* Nihil deteſtabilius dedecore) *In ſecunda Tuſculana dedecus aſſerit malum maius eſſe quàm ſit dolor, inquiens: Dolorẽ exiſtimo maximũ malorum omnium. etiámne maius quàm dedecus? non audeo id quidem dicere: & me pudet tam citò de ſententia eſſe deiectum.* Seruitutis.) *Dixit Euripides, Suauis eſt præteritorum laborum memoria. Sunt tamen quædam genera malorum, quæ non uult qui pertulit, trãſacta meminiſſe, ut qui carnifices expertus eſt, & tormenta membrorum: ut qui infauſtas pertulit orbitates: uel cui nota quõdam inflicta cenſoria eſt.*

BARTHOLOMAEI LATOMI IN III. Philippicam Annot.

ARGVMENTVM.

Cum Cicero grauiſſimè in Antoniũ inuectus eſſet, commotus ille tum factorum conſcientia, tum opibus Octauij adoleſcentis, cui ueteranorum ſtudia adhærebant, percurſauerat Italiam, ut ueteranis militibus ſolicitatis cum exercitu ad urbem ueniret: ſed conatum eius repreſſerat Octauius, qui et ipſe ueteranorum præſidium priuato conſilio comparauerat. quam ob cauſam territus Antonius, abierat in Galliam, ut eam occuparet. ſed cum prohiberetur à D. Bruto, qui eam prouinciam Conſul deſignatus obtinebat, illum Mutinæ obſedit. quibus rebus cognitis, cum ſenatus ad decimumtertium calendas Ianuarij per tribunos plebis haberetur, dixit ſententiam de Republica Cicero, quã hac oratione complexus eſt: ut quæ egiſſet Octauius Cæſar, ea rata eſſent auctoritate publica: & ut præmia decernerentur legionibus quæ illum ſecutæ fuerant: & Cæſar imperatoria dignitate ornaretur: item ut prouinciam Galliam retineret Brutus in ſenatus populiq; Romani poteſtate, & ut Antonius hoſtis iudicaretur.

SErius omnino.) *Orditur à periculo Reipublicæ: & cenſet primo quoque tempore Antonij armis occurrendum eſſe: quod initium ad conciliationem animorum accommodatum eſt.* Tum breue tempus.) *id eſt, non ſpacio longum, ſed æquiparatione, & periculi admittendi culpa.* Quo enim uſq;.) *Delabitur ad rem, & exponit acta Octauij Cæſaris cum amplificatione: & illi gratias agendas, & publicam auctoritatem ad defendẽdam Rempublicam tribuendam cenſet.* Fortiſſimos uiros.) *Hi erant cẽturiones Martiæ legionis, quæ ab Octauio ad Antonium tranſiit, quos necari iuſſerat Antonius, quia præmiũ uilius ab eo promiſſum, tumultuoſius aſpernati ſunt.*

Nec uero.) *Venit ad legionem Eſtq; interpoſita excuſatio.* Quis enim.) *Rem narrat cum amplificatione, & laudat.*

laudat. eſtq; obiter eius defenſio legis, &c. Quem nihil.) Addit cauſam. Fortiorum.) colonorum. hiſtoria eſt apud Liuium lib. 1. ab Vrbe condita. Adoleſcens.) Octauius. Eorum.) ueteranorum. Conſules.) Hircius & Panſa. Atq; ea.) Tranſit ad Decimum Brutũ. Optimo iudicio.) de Repub. & Antonio. Sed ut dixi.) Reuocatio uerbi. O ciuem natum.) Amplificat laudes Bruti, quarum extollendarũ gratia Antonij tyrãnidem exaggerat, Tarquinij regis comparatione. Maiorum.) Iunij Bruti. Illi regibus.) Propoſuit rem, & nunc explicat oratoriè. Illi.) maiores noſtri. Obliuio ceperat.) à tempore. Sed ſuperbus.) Comparatio ducta à circunſtantijs. Priuatis.) hominibus. L. Brutus.) Concludit.

Quid Tarquinius.) Alia pars comparationis, & confert facta Antonij. Seruabant.) Declarat quomodo Antonius auſpicia non ſeruarit, ſed cum fuerit Augur, neglexerit. Collega.) Dolabella. Hic.) Antonius. Humile.) indignum liberali homine. Inter quaſilla.) Quaſilla inſtrumentum muliebre erat in lanificio, nempe ciſtella in qua penſa reuoluebant. Græci καλαθον uocant. Nundinabantur.) mercabantur ab Antonio. Pro populo.) contra hoſtes pop. Ro. Sacrificijs.) Imperatores antequam exercitum educebant, ſacrificabant. Maius igitur.) Concludit, & ex inſectatione Antonij refert quod efficitur, Brutum magnum beneficium in Rempub. contuliſſe. Maius.) Hunc locũ refert ad laudes Bruti. Bruto.) qui reges exegerat. Quum autem.) Alia amplificatio, quam addit. Impuro.) Deſcribit Antonium. Hunc igitur.) Eſt concluſio intentionis principalis. Conſulem.) Antonium.

Faciendum.) Seriam ſententiam infert, quam dixit in ſenatu. Faciendum eſt.) Illata principali intentione, tacitæ occurrit dubitationi, ut ſententiã ſuam confirmet. Subeſt.) Finitio, quam probat ex factis Antonij, item ex iudicio Tribunorum plebis, & ex contrario. Collegæ.) Cæſari. Eſſet enim.) Declarat. Hunc igitur.) Acriter inuehitur, & ſingula exaggerat. Conſequi.) ut poſt Cæſarem regnaret. Nec uerò de uirtute.) Confirmatio ex dignitate prouinciæ, Antonium ab ea prohibendum fuiſſe. Nec uerò.) Hoc argumentum refertur ad principalem intentionem. Municipiorum.) ciuitatum liberarum. Quamobrem Tribuni plebis.) Profert iudicium Tribunorum plebis de Antonio, quod ex relatione eorum ad ſenatum interpretatur. Vt ſenatum.) Rei interpretatione oſtendit eorum iudicium & uoluntatem. Quamobrem omnia mea.) Concludit intentionem, & colligit capita ſententiæ ſuæ. Nam ſi ille Conſul.) Cõfirmat ex contrario, quod extremò poſuit: et utitur argumentatione hypothetica, ex deſtructione cõſequẽtis, quã oratoriè explicat. Fuſtuarium.) id eſt fuſtigationem, quæ erat animaduerſio militaris. At quàm contumelioſus.) Perſequitur ordinem, & inuehitur in edicta Antonij, & eos quos ille inſectatus fuerat, defendit. De obiectis in Octauium, lege Suetonium. Hinc Voconiæ.) C. Voconius legem tulerat, ne quis cenſus unicam filiam heredem relinqueret. Hinc Scatiniæ.) Scatinius tulerat, ut puerorum concubitores punirentur. Sed ſi Aricinam.) Refert parem conditionem in aduerſarium, & natales Octauij etiam natalibus uxoris Antonij anteponit. At quàm huius nobilis.) Hoc totum εἰρωνικῶς: & cum contentione dicit. De Tuditano parum ſano homine fit mentio apud Valerium de teſtamentis quæ rata manſerunt. Suis reliquiſſet.) Ad Antonium reſpicit, qui alijs diripiebat.

Qui autem.) Confert natales Antonij cum natalibus Cæſaris. & oſtendit eos eſſe pares. Qui autem conuenit.) Arguit inconſtantiã, et rurſus aliud regerit, quod turpius eſt, in patrẽ Antonij. Iulia) Iulia fuit ſoror Cæſaris dictatoris. Pater.) M. Antonius. Proditoris.) Hi defecerant à populo Ro. ſociali bello. Sed hoc.) Opponit exempla ad refellendam arrogantiam Antonij. Idem.) Tranſit ad aliud. Compellat.) contumelioſe nominat.

Gladiatorem.) Non uero nomine appellat gladiatorem, ſed oratoriè. O admirabilem.) Remouet cauſam ſceleris à nepote. Nã in.) Hoc interpretãdo pre ſe conuertit.

Optimis.) Romanis. Quaſi.) εἰρωνεία. Refricat.) renouat. Sed ipſe.) Antonius. Sed ipſe quid.) Inſequitur ordinẽ tẽporis, et reprehẽdit atrocitatẽ edicti. Ad VII. Cal.) 23. die Nouemb. Cõſiliorũ.) Octauij, qui exercitũ duxerat contra Antoniũ. Si quis nõ.) Hoc non negat Cicero, ſed defendit tum finitione, tum qualitate. Tui.) ut tyrãni. Sed quum.) Ad aliud tranſit. Cõcitauiſſet.) magno quodam impetu. Vino, &.) Reſpondet per ſubiectionem. Diem edicti obire.) Obire diem, obire horam, prouinciã, eleganter dictum. Quartum.) diem 23. Nouemb. Neſcio.) Ad contemptum dicit dubitatiuè. Corrogati.) ægrè contracti, quia uix quiſq; bonus Senator audebat adeſſe. Is enim.) Addit cauſam. De Cæſare.) Octauio. Alterum.) Vel Octauium, uel Antonium. ex contrario. Hoc argumentum habet uim præiudicij & conſcientiæ ſceleris. Si ille.) Octauius. Tacuerit.) diſsimulauerit. Spartacum.) Spartacus fuit nobiliſsimus gladiator. At in rebus.) Inſectatur infamiã hominis, ut in odiũ adducat. Fabius facit mentionẽ huius loci lib. 5. de Confutatione. An illa contumelioſa.) Reprehendit obſcuritatem: & interpretando alterũ abſurdũ, alterũ contrariũ facit. Maior.) contumelia, quàm quæ fit ab homine dignitate prædito. Quid eſt porrò.) Contumeliã facere temporibus Ciceronis uidetur minus uſitatũ fuiſſe, ſed poſt Ciceronem & hodie eſt receptum, tametſi hæc Cato ſenior & Plautus in Aſinaria uſurpaſſe reperiantur. Deinceps.) ſcilicet ſunt. En.) indignantis eſt. En quor.) Inſectatur eius infamiã ab eius magiſtro Sex. Clodio, & facto ſuo. & eſt feſtiua παρονομασία ad rei indignitatem. Sed hæc leuiora.) Redit ad ſenatum, & conſcientiam Antonij. Quid autem attinuerit.) Vult poſt ſenatum prohibitos fuiſſe, ut honeſtius de Octauio poſſet diſsimulare Antonius. Quid.) Eſt argumentum conſcientiæ Antonij. Cui Senatuſc.) Occurrit contradictioni. De ſupplicatione.) Hoc cum clauſione & εἰρωνικῶς eſt pronunciandum. Ne eius.) Lepidi. Præclara tamen.) Reprehendit prouinciarum ſortitionem factam ab Antonio, quam ne ipſi quidem qui ſortiti fuerant, probabant: & uult eandem periculoſam fuiſſe Reipub. Præclarè.) εἰρωνεία irridet & reprehendit, per irriſionem loquitur. Religioſa.) quaſi auſpicata. Vt quæ.) Declarat. Apta.) prouincia. eſt perpetua εἰρωνεία. Præclarè.) Seriò loquitur. Hominum.) Antonianorum, qui nihil aliud cogitant quàm de tyrannide, & occupanda Repub. Spectata.) cognita. Repudiauit.) ſcilicet prouinciam. Sors diuina.) εἰρωνικῶς appellat diuinam. O fœlicem.) εἰρωνεία. Modò enim.) Addit ridiculam cauſam. Duarum.) nempe Siciliæ & Hiſpaniæ, eſtq; crebra εἰρωνεία. O. C. Cæſar.) Prorumpit in periculi amplificationem. Etenim in concione.) Confirmat ex dictis

Antonij. Et quidem.) Tyrannica uox. Hodierno die.) Delabitur in grauem inſectationem Antonij: & exaggerata illius tyrannide, incitat ſenatum ad recuperandam libertatem. Hæc eſt peroratio ſententiæ. Cuius.) libertatis. obiter commendat ſuam fidem erga Rempublicam, & excuſat quòd ille aliquando dominatus fuerit ſub tyranno Cæſare. Abiectè.) quòd eſt ignaui. Dignitate.) quod eſt uiri fortis. Hanc uerò teterrimam) Confert Cæſaris dominatum utcunq; tolerabiliorem, cum Antonij indignitate. Quid eſt.) Criminoſa deſcriptio ad indignitatem hominis. Quapropter quoniam.) Hortatur moriendum potius eſſe, quàm turpiter ſeruiendum. Multa quæ in.) Rurſus confert Cæſaris dominatũ, cũ Antonio: et criminoſa ſcelerum enumeratione, intolerandam eius dominationem oſtendit. Neceſſitas.) dominationis. Etiamne.) Cum indignatione loquitur. Quid hic faciat.) ἐνθύμημα ex minori. Refertam.) Delabitur in enumerationem ſcelerum Antonij. Eius.) ſcilicet Cæſaris. Domeſticum.) omnia domi uẽdit. Populo Rom. leges.) Vide uehementiam ex celeritate membrorum, et ex ſimiliter deſinentibus. hæc autem oſtendũt qualis futurus ſit Antonius, ſi dominatũ occupauerit. locus eſt hortationis à futuro incommodo. Cæſaris.) Octauij. Mutilatum.) diminutum: quia duæ legiones ab eo defecerant. Ex myrmillone.) Myrmillones fuerunt Gallici gladiatores, & Gallicis armis utebantur. His uos teterrimis.) Prorumpit in indignationem: & perficiendi facultates proferens, uehementius inſtat. Ducibus.) Octauio & D. Bruto. Conſpirante) conſentiente. Nullum.) Aſſeueranter loquitur. Si in Galliam.) Occurrit dubitationi. Magnum numen.) diuina quædam poteſtas. Videtis.) Hoc declarat. Refertum.) completum. Hunc ego diem.) Excuſat præteritum tempus quo ceſſerit Antonio, & nunc operam ſuam pollicetur. Hæc omnia pertinent ad facultatem.

Inuehens.) compoſita oratione & meditata, de qua facta eſt mentio in ſecunda Philippica. Si enim.) Declarat. Oratoria locutio, cum aliquid proponitur, ut deinde ſubiungatur explicatio. Græci uocant ἐπεξήγησιν. Facultatem.) ſcilicet temporis. Cogitem.) ſcilicet ingenio & conſilio, prudentia in ſenatu. Dij immortales.) Addit etiam alias facultates. Galliæ.) ciſalpinæ. Hanc igitur occaſionem.) Hortatur obteſtando, & eum ſeruitutis incommodo ignominiam proponit. Signum date.) ſignificate. bellica metaphora, forti & ſalubri decreto ſignificãte. Nihil eſt.) Correctio. Indormierimus.) ceſſauerimus. Noſtis inſolentiã.) Confirmat hoc à perſona Antonij, & eius cõuictorib. Quod ſi iam.) Occurrit iterũ dubitationi: & hortatur à minori. Nimiũ diu.) Repetit argumenta facultatis ad concluſionẽ. Patefecerunt.) declararunt uoluntatem ſuam. Nimium multi.) Subiungit paucos eſſe Antonianos. Pro multitudine.) Hæc omnia ad facultatẽ pertinent. Conſules.) Hircius & Panſa. Seruitutis.) ſub C. Cæſare dictatore. Quas ob res.) Colligit ſummam ſententiæ, & concludit. Quas.) Hæc omnia ad ſententiæ confirmationẽ pertinent. Exq; rep.) pro Rep. ita legendum eſt. Senatui magnæ.) Cõcludit ſententiã. Hæc omnia poſſunt in tria capita redigi. primum de Decimo, &c.

CHRISTOPH. HEGENDORPHINI in III. Philippicã Annot.

IN tertia Philippica Cicero ſuadet, ut Octauianus ex filia Cæſaris nepos, puer adhuc, auctoritate ornetur. Cuius beneficia in populũ Romanũ cõmemorat, ac laudibus tollit: in Antoniũ uerò inuehitur ut quàm maximè. Cæterũ oratio hæc partim eſt ſuaſoria, partim demonſtratiua. Suaſoria quidẽ, quia ſuadet Cicero, ut Octauianus aliquo magiſtratu ornetur. Demonſtratiua uerò, quia Cicero Octauiũ laudibus tollit, & Antoniũ uituperat. Serius omnino.) Exorditur à cauſis cur ſenatum ante Calendas Ianuarias, quibus Hircius & Panſa Conſulatum inituri erant, conuocandum flagitarit. Contra aras.) Amplificatio à circunſtantijs. Ex qua ſe inſtructum.) Argumentum à minis Antonij. Quanquam enim.) Præoccupatio eſt. Tamen breue tempus.) γνώμη eſt. Certus autem dies.) A diſſimili locus. Quod confido.) A conſulibus futuris Rempublicam conſolatur. Quod confido equidem.) M. Antonius Conſul cum impotenter dominaretur, legemq; de prouinciarum permutatione tuliſſet per uim, Cæſarem Octauianum quoque petentem ut ſibi aduerſus auunculi percuſſores adeſſet, magnis iniurijs affecit. Cæſar ut ſibi & Reipublicæ uires contra eum paraturus, deductos in colonias ueteranos excitauit. Legiones quoque quarta & Martia, ſigna ab Antonio ad Cæſarem tulerunt. deinde plures ſæuitia Antonij trucidati, quia & ſuſpecti erant, & ad Cæſarẽ deſciuerunt. D. Brutus, ut petenti ciſalpinã Galliam Antonio obſiſteret, Mutinã cum exercitu occupauit. Hæc Florus Epit. 117. Sũt enim.) Argumentũ ab animi cõditione Cõſulum. Quouſq; enim.) παρέκβασις eſt ad laudem Cæſaris iuxta beneficia eius in rempub. C. Cæſar.) Laus perſonæ Cæſaris. Incredibili ac diuina.) Laus partim à mente, partim à uirtute. Tum quũ maximè.) Laus beneficij Cæſaris à tempore. Quũ à Brunduſio.) Laus à neceſſario. Nec opinantibus.) Laus beneficij ab inopinato. Inuicto genere.) Laus beneficij à genere. Effudit.) Nam quingentas drachmas ſingulis pollicitus eſt. Quanquam.) Correctio. Quis eſt tam ignarus.) Exaggerat beneficium Octauiani. Si M. Antonius.) Locus à futura Antonij crudelitate, niſi Octauianus fuiſſet. Quippe.) Exaggeratio crudelitatis Antonij. Quippe qui in hoſpitis tectis.) Antonium in ciues Romanos crudelem futurum fuiſſe, probat argumento à minori. Sic enim perſpicio.) ταυτολογία eſt; nam eandem ſententiam mutatis uerbis effert. Cui quidem.) Gradatim aſcendit ad ſuaſionem, ut P. C. Octauianum auctoritate ornent. Nec uerò de legione.) Digreſſio eſt in laudem Martiæ legionis, quòd Antonium reliquerit. Quis enim.) Laus Martiæ legionis à fortitudine. Conſedit Albæ.) Vrbs ab Aſcanio condita. nam Alba in loco munitiſſimo ſita fuit, in ſaxo edito, & propè in conſpectu urbis. Quam potuit urbem.) Laus Martiæ legionis à loco quo conſedit. Quarta legio.) Laus quartæ legionis, quòd ab Antonio defecerit. Faciendum eſt igitur.) Suadet ut Octauianus publica auctoritate ornetur, ueteranis & legionibus præmia & honores ſpondeantur. Virtute enim admirabili.) ταυτολογία eſt. Hoc uerò recens) Obiter aſpergit laudem D. Bruti. O ciuem.) Exclamatio pathetica. Neq; enim Tarquinio.) Pulcherrima collatio eſt factorum D. Bruti, & Iunij Bruti, Tarquinij, & Antonij. Superbus habitus eſt.) Quia ſocerum gener ſepultura prohibuit, Romulum quoque inſepultum periſſe dictitans. Vide Liuium in 1. ab Vrbe cond. Secus ſentit Dionyſius Halicarn. in 1. Quod nos uitium.) Argumentũ à minori ad maius.

Quid

Quid Tarquinius tale.) Collatio factorum Antonij, & Tarquinij. Supplicia uerò in ciues.) Intelligit ciues quos Octauianus ad ſolicitandas colonias miſerat. Supplicia uerò.) Hoc rhetoricè magis quàm hiſtoricè narrat. nam Tarquinius cum imperium metu defendendum exiſtimaret, ex Patribus alios occidit, alios in exilium egit, alios bonis mulctauit. autor Liuius lib. 1. Maius igitur beneficium.) Concluſio collationis D. Bruti, & Iunij Bruti. Quum autem omnis ſeruitus.) Argumentum ab uniuerſali ad particulare. Faciendum eſt igitur.) Hortatur ſenatum, ut D. Brutum publica auctoritate ornet. Nec uerò M. Antonium.) Antoniũ non eſſe Conſulem probat. Hunc igitur ego Conſulem.) Amplificatio per incrementum. Nec uerò de uirtute.) Laus Galliæ ciſalpinæ, municipiorumq; & coloniarum Galliæ, quòd magno conſenſu in Rempublicam defendendam coniurarint. Quamobrem Trib. pl.) Statutum Tribunorum plebis de habendo ſenatu, & collocando præſidio, quo Calend. Ianuar. ſenatus tutò haberi poſſet, interpretatur. Intra muros.) Locus à conſequentibus. Vobis non inuitis.) Beneuolentiam captat. Vt & præſtantiß.) Diuiſio orationis. Nam ſi ille Conſul.) Antonium nõ eſſe Conſulem probat. & eſt locus à conditionali ſyllogiſmo. Si ille Conſul.) Prima pars conditionalis ſyllogiſmi. Sin autem militibus.) Secunda pars ſyllogiſmi conditionalis. At quàm contumelioſius.) Ab edictis probat Antonium nequaquam eſſe Conſulem. Primùm in Cæſarem.) Defendit Octauium Cicero aduerſus Antonium, & in Antonium inuehitur. Maledicta.) iactitans Octauiũ fuiſſe concubinum Iulij Cæſaris. id quod uerum fuit, ut teſtatur Cicero in epiſtola ad Octauium. Deprompta ex recordatione.) hoc eſt, putans Octauium talem fuiſſe, qualis ipſe adoleſcens fuerit. Igno. obijcit.) Alia obiectio. Conſul factus eſſet.) Nam is decedens Macedonia, quam prouinciam ſortitus fuerat, priuſquam profiteri Conſulatus candidatum poſſet, morte obijt repentina. Tranquillus. Aricina mater.) Obiectio Antonij. Aricia Italiæ ciuitas in Appia uia, ab Archilocho & Aricia appellata. uide Plinium lib. 3. cap. 5. Porrò Accia mater Auguſti, paterna ſtirpe Aricina fuit. ſiquidem patrem habuit M. Accium Aricinum. auctor Suetonius. Vetuſtate antiquiſſimũ.) Laus Aricini municipij. Propinquitate.) Nam Aricia ſtadijs centum ſexaginta diſtabat ab urbe. Hinc Voconiæ.) C. Voconius Aricinus fuit, is Trib. pl. non paucas leges tulit, inter quas hæc non poſtrema eſt, ne quis cenſus hæredem unicã relinquat. Hinc Scatiniæ leges.) à Scatinio Aricino latæ: inter quas una fuit lata in ipſos molles & effœminatos homines, qui muliebria paterentur. Sed ſi Aricinam.) A pari argumentum. Quanquam huius ſanctiſſimæ.) Collatio matris Octauiani, & coniugis Antonij. At auus huius nobilis.) Obiectio Antonij. Tuditanus nempe ille.) Reſpondet Cicero obiectioni. Materno genere.) nam Antonius fuit ortus ex Iuliorum genere, reſpectu matris. Plutarchus in uita Antonij. Idem etiam Qu. Ciceronem.) Defendit Qu. Ciceronem fratris ſui filium aduerſus Antonium. O admirabilem.) Exclamatio pathetica. Omnibus horis.) Amplificatio per diſtributionem. Nam me eiſdem edictis.) Se quoq; in edictis ab Antonio perſtringi narrat. Sed ipſe quid fecit?) Inſectatur Antonium, quòd quum ſenatum certo die adeſſe edicto mandaſſet, ipſemet abfuerit. Si quis non affuerit, &c.) Verba quædam ex edicto Antonij. Quæ ſunt perdita conſilia.) Ciceronis reſponſio ad uerba edicti. Me auctorem.) παρεμπλογία eſt. Si epulæ potius.) Correctio. Per Gallorum cuniculum.) locum ſubterraneum à Gallis Senonibus olim effoſſum cum Capitoliũ obſiderẽt. uide Liuiũ lib. 5. ab Vrbe condita. Conuenerunt corrogati.) Irridet Antoniũ, quòd quũ in Capitolio conuenerit, de Cæſare ſuo hoſte nihil referre auſus fuerit. Quid eſt aliud.) Vtitur ratiocinatione in prima figura, hoc modo: Qui de eo referre non audet, qui exercitum duxit, is hoſtis eſt reipub. Antonius de Octauio qui contra eum exercitum duxit, referre non audet: Ergo Antonius hoſtis eſt reipublicæ. Neceſſe enim erat.) Antoniũ Reipub. hoſtem eſſe adhuc probat. Si igitur C. Cæſar.) Argumentum à conditionali. Spartacum appellat.) hoc eſt, hominem fugitiuum. Plin. lib. 33. cap. 3. Spartacum refert interdixiſſe caſtris ſuis, ne quis aurum haberet, aut argentum. Sententiolas edicti cuiuſdam.) Irridet quaſdam ſententiolas in edictis Antonianis. An ulla contumelia.) Scripſit Antonius in quodam edicto, ſe neque Octauio, neq; cuiquam contumeliam facere, ut qui dignè & iure faceret. hoc dictum Antonij irridet Cicero. Quam facit dignus.) Cauillatur ambiguitatem uocabuli Dignus. Deinde nec timor.) Irridet aliam edicti Antoniani ſententiolam. Illud quæro.) Crudelitatem Antonij, quam in edictis ſuis oſtenderit, narrat. De ſupplicatione credo) Ironia eſt. M. Lepidi) Quum M Lepidus & præfuiſſet exercitui, & Rempub. optimè geßiſſet, & Pontifex maximus fuiſſet, amici & propinqui eius inſtabant ut ei ſupplicatio decerneretur, quæ etiã ei decreta eſt. Ac ne ſine cauſa.) Manſuetudo Antonij in ſenatu oſtenditur. Quæ uerò profectio) Profectionem Antonij ad bellum criminatur. Præclara tamen.) Ironia eſt. Præclarè igitur.) Laudantur Tribuni pleb. quòd de præſidio ſenatus & Conſulum ad Patres retulerint. Qui enim carere.) Argumentum à neceßitate. Ille autem homo afflictus.) Inſectatur ſortitionem prouinciarum quam Antonius diuinam dixerat, iudicijs amicorum, quòd prouincias ſibi delatas recuſarint. Quid ego.) Occupatio eſt. L. Cinna.) qui fiat Prætor quando Cæſar occiſus eſt. auctor Suetonius. O fœlicem utrunq;.) Ironia eſt. C. Antonius Macedoniam.) Perſtringit quoſdam amicos Antonij, qui prouincias ſibi oblatas cupidè acceperunt. Hunc quoq; fœlicem.) Ironia. Minus diuinas fuiſſe.) Qui enim eas ſortiti erant, M. Icius & Qu. Caßius, in Antonij uoluntatem non erant. O C. Cæſar.) Exclamatio pathetica eſt ad Octauianum Cæſarem. Quàm improuiſam.) Exaggeratio eſt. Qui enim hæc.) Argumentum à minori ad maius. Etenim in concione.) Irridet Antonium, quòd ſe cuſtodem urbis futurũ dixerit, et alia quædam imprudenter effutiuerit. Dixerat ſe cuſtodem.) A uerbis Antonij colligit eum in Republica peßima facturum, ſi in ea manſiſſet. Ad urbem.) Eſt loquendi ratio de his qui cum poteſtate prouinciali nondum in prouinciam profecti eſſent. O præclarum cuſtodem.) Ironica exclamatio. Hodierno die.) Gratulatur Reipublicæ libertatis recuperationem. Pedẽ ponimus.) Alluſio eſt ad etymologiam uocabuli poſſeßio, quæ eſt dicta quaſi pedum poſitio. in l. 1. ff. de acquirẽda poſſeßione. Hanc uerò teterrimam.) Antonium non ferendum eſſe docet. Quid eſt in Antonio.) Eſt locus à uitijs Antonij. Quapropter quoniam res.) Hortatur Patres ut de Antonio ſup-

plicium ſumant, & ut is è medio tollatur. Aut libertatem.) Argumentum à diſiunctiuo. Multa quæ.) Præoccupatio. Alij ſpe recuperandæ.) Locus à diuiſis. Quæ nos neceſsitas.) Locus à neceſsitate. Quid hic faciat.) A futura Antonij crudelitate & audacia colligit. Quid hic uictor.) Argumentum à minori. Tanta ſcelera.) Per diſtributionem ſcelera Antonij recenſet. Cædis & incendiorum.) Congeries factorum eſt. L. fratrem expectat.) Crudelitatem L. fratris Antonij criminatur. Ex myrmillone dux.) Retiarius & myrmillo gladiatores erant: cùm que retiarius aduerſus gladiatorem pugnaret, ita ei cantabatur, Non te peto, piſcem peto. Nam myrmillo more Gallico in galea piſcis effigiem habebat. auctor Feſtus Pompeius. Cædit greges armentorum.) Partim diſtributio eſt, partim ὑποτύπωσις. Tempore oblato.) Ab occaſione argumentum. Magna uis eſt.) Sententia eſt. Videtis referturn.) Argumentum à populi frequentia. Hunc ego diem.) A ſua perſona argumentum. Dij immortales.) Eſt locus ab auctoribus præſidiorum. Si enim ille.) Eſt locus à malis futuris. Hanc igitur occaſionem.) Clauſula eſt. Et ampliſsimi orbis.) Ab officio & munere locus. Nihil eſt quod moneam.) Obliqua monitio eſt. Non modò crudelem.) A futuro malo argumentum. Noſtis inſolentiam.) A moribus Antonij. Noſtis amicos.) A moribus amicorum. Quod gladiatores.) A ſimili docet quid faciendum ſit, ſi fortè Reſpublicæ finis inſtet. Nihil eſt deteſtabilius.) Confirmatio à ſententia. Ad decus.) A natalibus argumentum. Aut hæc teneamus.) Enthymema eſt. Sunt impij ciues.) Non timendos impios ciues eſſe dicit. Quorum opprimend.) Eſt locus à facultate opprimendi impios ciues. Ad ea enim.) Explicat poteſtatem & fortunam opprimendi ciues impios. Quas ob res.) Epilogus orationis eſt, in quo omnem ſuam ſententiã de tota re apertè ſignificat. Conſulis deſignati.) D. Brutus & Cn. Plancus Conſules erant deſignati, Conſulatum finito Panſæ & Hircij magiſtratu inituri. D. Brutum imperatorem.) Diſtributio eſt.

IN IIII. M. T. CICERONIS PHILIPPICAM FRANciſci Maturantij Comment.

Ciceronis de C. Cæſare ornãdo, Decimo Bruto, Gallia prouincia, Martia & Quarta legionibus, quæ Antonium deſeruerant, ſententiam, Senatus uniuerſus cõprobauerat: decretũq; fuerat, ut quicquid ille cenſuerat, id fieret. Frequens & cupidus cognoſcendi ante curiam populus conſtiterat: ad quem egreſſus Cicero, quid actum in Senatu ſit, refert, & Antonium iudicatum hoſtem, etſi re magis quàm uerbo, oſtendit. Cum enim Octauium ornandum, Decimum laudandum, quòd Antonium prouincia Gallia excluſerit, legiones comprobandas quòd deſeruerint, dicit cenſuiſſe Senatum, manifeſtè aſſerit colligi poſſe, non Conſulem illum, ſed hoſtem putari. Ad libertatem recuperandam populum hortatur: in Antonij uerò odium omnes accendit. In deliberatiuo genere poſita eſt oratio. ſuadet enim Rempublicam defendendam, & libertatem recuperandam: etſi incidit maiore ex parte in demonſtratiuum genus. uituperatur enim Antonius. Exorditur per ſpem quã ex populi colligit frequentia, quem ueluti cupidum recuperandæ libertatis cõueniſſe uult intelligi. Suum, ſed modeſtè, laudat ſtudium.

Concio.) in unum conuentus. Animus.) ſemper ſperaui, & conſequi optaui. Tempora.) occaſio rei gerendæ.

Lucis.) nam ueluti in tenebris eramus prius. ac ſi diceret, poſtquã minus turbulenta nobis cœperunt eſſe. Antè facere.) cum importunum erat, & reſiſti Antonio non poterat. Nunc non poſſem.) quia perijſſem. Reliquarum actionum.) ut tranſigi reliqua facilè poſsint, poſtquã nõ uerbo adhuc, re tamẽ hoſtis eſt iudicatus Antonius. Erectior.) excitatior, et magis in ſpe: ſicuti contrà cadere animus ijs dicitur, q extra ſpẽ ſunt. Nec enim fieri poteſt.) Ratiocinatio. aut ſunt impij qui contra Conſulem arma compararũt: aut ille hoſtis, cõtra quẽ ſunt arma ſuſcepta: ſed illi qui arma cõpararũt, pij ſunt, quod multis rationibus probat: ergo Antonius hoſtis. Ad ueritatẽ diſiunctiuæ ſufficit alteram partẽ ueram eſſe. Patrimonio.) quod effudit, ut ſuprà dictum eſt. Laudo, laudo.) Conduplicatio, quam πλοκὴν Græci dicunt. multum uerò habet uehementiæ. Vel pueri potius.) Correctio, ut ſit admirabilior, quòd hæc puer fecit. Immortalitatis.) ac ſi dicat, diuinitatis cuiuſdã. Multa.) Repetitio. In dies.) quotidie. Ex Hiſpanis militib.) qui habentur robuſtiſsimi, de quib. Silius:

> Prodiga gens animæ, & properare facillima mortem.
> Nanque ubi tranſcendit florentes uiribus annos,
> Impatiens æui ſpernit ueniſſe ſenectam:
> Et fati modus in dextra eſt.

Conducere.) quadringentas drachmas ſingulis pollicitus. Reditum.) Brunduſio. Præſidium.) ad Antonij furorem depellendum. Sui patris.) C. Cæſaris Dictatoris.

Quem.) hoſtem ſcilicet duntaxat. Ab eo deo.) Marte. Populũ Rom. generatũ.) propter Romulum, qui ex Rhea Ilia et Marte natus traditur. Nã.) Ratiocinatio.

Luculenta.) clara, à luce. Auctoritatẽ.) conſenſum & uoluntatẽ. Opportuna.) & ad laceſſendum, & ad tutandum. eſt enim in excelſo locata ſaxo, qua pro noxiorũ cuſtodia uſi olim Romani ſunt, ut Strabo ait. A te accerſitæ.) cũ eſſent in Macedonia. Niſi fortè uos Quirites) Hic conijcimus, aut uoce, aut nutu, aut quouis alio ſigno populum, uel potius acclamatione, hoſtem Antonium iudicandum ſignificaſſe. Illam peſtem.) Antoniũ. Rectè & uerè negaſtis.) ſcilicet cõtemnendũ. D. Bruti edictum.) quod ille Proprætor Galliæ & Cõſul deſignatus proponi curauerat, non ceſſurum ſe Antonio prouincia, eamq; pro Senatus arbitrio retenturum. Vel conſtituendam.) ut Iunius Brutus fecit exactis regibus. Vel recuperandã.) ut paulo antè M. & D. Bruti egerant Cæſare trucidato. Quæ eſt enim alia laudanda defenſio?) quàm eius qui ab hoſte defenderit. Infinita Põpeij.) indeficiens Pompeij bonorũ uenditio. Quibus.) latronibus. Si enim.) Cõſentire deos immortales ad Rempublicam conſeruandam ſic colligit: Dij immortales euentura prodigijs & portentis denunciant: conſenſus & conſpiratio omniũ ad eandẽ rem, ſine deorum impulſu eſſe non poſſunt: ergo & hæc prodigiorũ atq; portentorũ loco accipere debemus: deosq; uelle ut Antonius hoſtis iudicetur, libertas recuperetur. Cicero lib. 1. de Diuinatione: Quia enim oſtendunt, portendũt, monſtrãt, prædicunt, oſtenta, portenta, mõſtra, prodigia dicuntur. In foueã.) ut lupus, urſus. foueis enim terra opertis decipi ſolent. Noui Conſules.) Panſa & Hircius. Incumbite.) inſtate totis uiribus. Quanquã mortem.) quaſi uiri ſint ad mortẽ intrepedi,

pidi, & ſæpe non mortem ipſam, ſed genus mortis deuitare ſtudeant. Aeneas apud Virgilium nõ mortem timet, ſed mortis genere triſtis eſt. naufragio enim, quod ait Heſiodus, perire, graue eſt. Quæ propria Romani generis.) Liuius: Romanorũ eſt, inqt, fortia facere, fortia pati. Quãquã omnia alia.) ac ſi diceret: Etiãſi maiores ueſtri uirtutẽ uobis nõ reliquiſſent, ipſa tamẽ ſua ſponte uos ad ſe complectendã (eiuſmodi enim eſt) poteſt allicere. Exciderũt.) ſuſtulerũt penitus tertio Punico bello. Numantiã.) Oeuracorũ in Celtiberia ciuitas hæc fuit: ſummũ, ſi uires existimes, Hiſpaniæ decus: de cuius nomine duntaxat poſteri or triũphauit Scipio. ſe enim & ſua ferro & igne perdiderunt Numãtini. Cũ eo.) tali. Qui haberet.) hæc omnia, ſcilicet ut Tarentinus, Carthaginenſis. Si ita res tuliſſet.) ſi uicti fuiſſent maiores noſtri. Hic ueſter hoſtis.) Antonius. Aerariũ.) ubi publicè ſeruabũtur pecuniæ, quod Romæ fuit in æde Saturni. Nam concordiã ciuium.) Vbi ciuitas eſt, hoc eſt ciuiũ multitudo, illic concordia poteſt eſſe, ſi conſentiãt: & diſcordia, ſi diſſentiant. Excurſore.) qui uagatur, et huc illucq́; excurrit. Conflauit.) contraxit. Quem accepit.) à Rep. Quinq; illas ſignificat legiones quæ in Macedonia fuere Antonij prouincia. Equidem.) Suum pollicetur ſtudiũ. Id ſine ſcelere facere poſſit.) prætermittere ſcilicet quod ad libertatẽ pertinere uideatur. M. huic Seruilio.) Tribunus hic erat plebis. Collegis.) alijs Tribunis. Longo interuallo.) diu enim ſub Iulio ſeruitutẽ paßi erant, et tũc patiebãtur ſub Antonio.

GEORGII TRAPEZVNTII IN IIII. Philippicam Annot.

FRequentia.) Cum Senatus Ciceronis ſententiã comprobaſſet, Senatuq́; conſultũ in eius ſententiam factum eſſet, uniuerſum populum Romanũ cohortatur ad libertatem recuperandã, maximè cum M. Antonius iudicio Senatus & ipſorũ Quiritũ & deorũ immortaliũ, hoſtis Reipublicæ planè ſit iudicatus. Alacritatem.) προθυμίαν. Sine enim prodigijs) Prodigiũ à porrò & abigo. Monſtrum dictũ eſt uelut moneſtrũ, quòd moneat aliquid futurum. Prodigium uelut prodiciũ, quòd prædicat. Portentum, quòd portendat. Oſtentum, quòd oſtendat. quaſi idem ſignificant.

PHILIPPI BEROALDI IN IIII. Philippicam Annot.

COncio.) Concionem tria ſignificare, ex ueterum lectione ſat notũ, uidelicet locũ ſuggeſtumq́; unde uerba fierent. item orationẽ ipſam, quæ ad populum diceretur. item cœtum populi aßiſtẽtis, quo in ſignificatu hic accipitur. Græci δημηγορίαν uocant. Vnde deliberatiuum cauſarum genus, quod noſtri nomine alio concionale dicunt, illi δημηγορικὸν appellant. Fũdamenta ſunt iacta.) Tranſlatio ſumpta ab ædificio, cuius fundamenta niſi fideliter ieceris, quicquid ſuperſtruxeris, corruet. Conſimiliter in oratione pro Murena: Bene habet, iacta ſunt fundamenta defenſionis. Tullianũ hoc ſcitè uſurpat Lactantius ſic ſcribens: Bene habet, iacta ſunt fundamenta, ut ait eximius orator. Verùm nos nõ tantùm fundamenta iecimus, quæ firma et idonea eſſent operi proferẽdo: ſed magnis robuſtisq́; molibus ædificiũ totũ penè uſq; ad ſumma perduximus. Vel pueri potius.) In epiſtolis ad Brutum: Cæſaris uerò pueri mirifica indoles uirtutis. Brutus aũt Cæſarem puerũ contumelioſe magis quàm honorificè appellat, his uerbis: Me uerò poſthac ne cõmendaueris Cæſari tuo: ne te quidẽ ipſum, ſi me audies. Valde carè exiſtimas tot annos quot iſta ætas recipit, ſi propter eũ cauſam puero iſti ſupplicaturus es. Item: Et nunc puerũ iſtũ extulit, ut tu iudicares precibus eſſe impetrandam ſalutẽ talibus uiris. Martialum.) Milites Martiæ legionis ſignificat, quæ à Marte deo Romanorum conditore nomen traxit. Horat. Martiales lupos appellat bono epitheto, uel quòd in tutela Martis ſint, uel quòd rapaces et impetuoſi. Martiales apud Larinates appellabantur miniſtri publici Martis, atq; ei Deo conſecrati. Nullus ludus iucũdior quàm cruor.) Quod de Marte bellorũ præſide poëtæ tradunt, id Tullius aſcribit Antonio, ut ita inhumana hominis crudelitas euidentius planiusq́; oſtendatur. nam cui cædes & cruor pro ludo eſt, & ludicro oblectamento, is haud dubiè crudeliſsimus, & maximè ſanguinarius eſt iudicandus. Mars Græco epitheto dicitur αἱμοχαρὴς, id eſt ſanguine gaudens: quem, ut inquit Horatius, iuuat clamor, galeæq́; leues, Acer & Mauri peditis cruentum Vultus in hoſtem. Sillius quoq; de Marte ſcribens, decentiſsimè cecinit: Lituiq́; tubæq́;, Vulneraq́; & ſanguis, clamorq́;, atq; arma iuuarent. Non pauci memorantur inhumana crudelitate præditi, quibus cædes & ſanguis humanus iucundior fuerit quàm cuncta ſpectacula & ludi. Voleſus Aſiæ Proconſul cum trecẽtos una die percußiſſet, incedens inter cadauera uultu ſuperbo, quaſi magnificum quiddã conſpiciendumq́; feciſſet, proclamauit, O rem regiam. Annibalem quoq; illum dirum & Romanis abominatũ dixiſſe ferunt, O formoſum ſpectaculũ: cum foſſam humano ſanguine plenam uidiſſet. Necnon Vitellij uox illa deteſtabilis meritò taxatur, dicentis optimè olere occaſum hoſtẽ, & melius ciuem. Spartaco.) Spartacum appellat Antoniũ, quaſi alterum gladiatorum principem, ducemq́; fugitiuorum, atque latronum uexillarium. de Spartaco ante dictum eſt, & inuulgata ſunt omnia. Belli induſtria inferior.) In oratione pro Cælio de Catilina ſcriptum eſt fuiſſe per multa in eo maximarum non expreſſa ſigna, ſed adumbrata uirtutum: & ſicut flagrabant uitia libidinis apud illum, ita uigebant etiam ſtudia rei militaris: qui cũ triſtibus ſeuerè, cum remißis iucundè, cum ſenibus grauiter, cũ iuuentute comiter, cum facinoroſis audacter, cum libidinoſis luxurioſè uiuebat.

BARTHOLOMAEI LATOMI IN IIII. Philippicam Annot.

ARGVMENTVM.

Hæc oratio eſt eodem argumento, quo prior: & eodem die ad populum habita, quo prior in Senatu. docet enim populum quid actum ſit in Senatu, cum laudatione eorum qui rempublicam defendendam ſuſceperint: & cum inſectatione in Antoniũ, qui hoſtis iudicatus ſit. hortaturq́; populum ad libertatem recuperandam. Aliquoties uerò populi reclamatione interrumpitur, quod ſuo loco eſt obſeruandum.

FRequentia.) Orditur breuiter à commendatione officij ſui, & antegreßi temporis excuſatione.

Quirites.) Sunt appellati ſic à Romulo, à Curibus Sabinorum oppido. Erat magna expectatio huius orationis. Concioq́;.) Eſt ipſa congregatio multitudinis, &

ipſe ſuggeſtus ex quo uerba fiunt. Quanquam.) Loquitur per occupationē. Simul ac primùm.) ſimul ac, poſtquam. Oſtēdere.) id eſt, oſtēdere aliquid facultatis, μεταφορικῶς. Hodierno.) Accedit ad rem, & narrationē incipit à propoſitione. Nā eſt.) Declarat quod dixit. Nūc uerò multò.) Hic reclamauerat populus, decretū Senatus comprobans: quare conſenſum eius laudat Cicero, ſed ita, ut tamen cohæreat curſus orationis. Erectior.) confirmatior. Nec enim.) Confirmat ſenſum populi ex contrario, uel ex remotis. Is.) Octauius adoleſcēs, et Decimus Brutus. Hanc igitur.) Subiungit. C. Cæſar.) Octauius adoleſcens. Laudo, laudo.) Hic iterum reclamauerat concio ad nomen Octauij adoleſcentis. laudat igitur populū, & beneficium Cæſaris amplificat. Gratiſſimi.) propter beneficium in Remp. Vel pueri.) Laus ab ætate, per correctionem. Multa memini.) Delabitur in amplificationem facti. Qui eum.) Exaggerat rem. Inſperatū.) Hæc ab oratore adduntur ad rei comprobationē, et amplificationem. Crudeliſſimis.) tyrānicis. Quis eſt.) Amplificat periculum, & atrocitatem Antonij, ut beneficia Octauij explicet. Eum.) Antonium. eſtq́; approbatio dicti. Deo.) ſcilicet Marte. Ipſa.) ſcilicet legio. Præclara.) Hic iterum reclamauerat populus: & uirtutē huius legionis amplificat. Opportuna.) ad rem gerendā, & defendendam remp. Quæ expectas.) Cōuertitur in abſentē Antoniū.

Iudicia grauiora.) grauiores ſentētias in te. Laudātur.) ſcilicet à Senatu. Legiones.) Martiæ. Niſi fortè.) εἰρωνία. Sic arbitrabar.) Aſſeuerāter dicit. Quid Dec.) Hic reclamauerat populus cōprobans edictū Bruti. Eſt enim quaſi.) Laudatio à genere Brutorū. Si conſul.) Verū argumētatur. Vtrum.) uter hoſtis ſit. Gallia.) ciſalpina.

Quis igitur.) Occurrit & ſimul proponendo comprehendit. Ipſi.) qui ſequuntur Antonium. Quos nō.) Loquitur de ueteranis. Haſta.) auctio bonorū Pompeij, quam fecerat Antonius. Propoſuerunt.) Hæc omnia ſunt criminoſa in Antonianos milites. Quibus.) ſuis militib.

Hoc) quia atrox eſt. M. Antonius, ô dij.) Interpoſita auerſio, ad rei atrocitatē. Ita uerò Quirites.) Hic cōcio diras imprecabatur Antonio. Siue enim prodigijs.) Confirmat quod dixit, diuino teſtimonio, idq́; colligit ex ſigno. Siue enim prodig.) Ex coniectura malum ominatur Antonio. Denunciata.) Dixit denunciatum. Siue enim.) Hoc declarat. Omnium.) ordinū, prouinciarum.

Reliquum eſt Quirites.) Altera pars orationis, qua hortatur populum ad libertatē recuperandam. Fortis.) oſtenditis crebra reclamatione. Faciam.) Proponit hunc locum per collationem ſimilitudinis. Videant.) ipſi Imperatores. Erectos.) attentos. Non eſt.) Profert crudelitatem Antonij, à crudeli periculo & incommodo. Neq; enim.) Declarat & apertius facit id quod dixit, & latet argumentum. Nullus.) Commutatis uerbis iterat.

Non eſt uobis) Eadem ſententia. ſed repetita hæc formula loquendi, habet in ſingulis uerbis amplificationem, ut eſt apud Quintilianum, Non fur, ſed ſacrilegus. In foueā.) Perſtat in translatione. Obruatur.) oppugnetur, perdatur à nobis. Si enim.) Cauſa cur obruenda ſit hæc bellua. Sed tenetur.) ἀντίθεσις. Mox iſs.) Delabitur in facultatem uincendi. Conſules.) Hircius & Panſa. Nunquam ueſter.) Et hoc ad facultatem pertinet. Agitur.) Addit cauſam cur ſit tantus conſenſus: & delabitur in crudelitatem Antonij. Quanquam mortem.) Delabitur in uirtutem populi Romani & dignitatem, per correctionem. Seminis.) originis. Hanc retinete.) Crebrò repetit adhortationem. Virtus eſt.) Amplificatio uirtutis. eſt enim res quædā diuina. Altiſſimis.) profundiſſimis. Metaphora ſumpta ab arboribus. Hac maiores.) Subiungit exempla. Numantiam.) in Hiſpania bellicoſiſſima urbs. Hæc uirtus reclamat ne unquam Antonio ſeruiant.

Ac maioribus quidē.) Remouet pacis conditiones, aliorum hoſtium comparatione, ut confirmet belli neceſſitatē. Rationem pacis & fœderis.) Fides eſt condimentum fœderis & pacis. Eſt igitur Quirites.) Cōcludit, & breuiter renouat argumentum. Induſtria.) peritia, ſcientia. Ille.) Catilina. Amiſit.) Defecerant ab illo duæ legiones.

Vt igitur Catilinam.) Pollicetur certam uictoriam, eiq́; ſuam operam promittit. Equidem quantum.) Commendat ſuam operam populo, ut gratiam ineat. Hodierno.) Profert exemplum, ſe auctorē fuiſſe huius rei. Seruilio.) Tribuno pleb.

CHRISTOPH. HEGENDORPHINI in IIII. Philippicam Annot.

ORatio hæc ad populum habita eſt, mixta, partim ſuaſoria, partim demonſtratiua. Suaſoria quidem, quia ſuadet populo Romano ut Rempublicā defendat, libertatem recuperet. Demonſtratiua, quia ſubinde in Antonium inuehitur. Frequentia ueſtrum.) Exorditur partim à ſpe, quam à frequentia populi captat, ut qui ſibi auidus recuperandæ libertatis confluxiſſe uideatur: partim à ſuo in defendenda libertate ſtudio. Item colligit enthymematicè. Et alacritatem mihi ſummam.) Beneuolentiam captat à ſuo ſtudio in Repub. defendenda, & à ſpe libertatis recuperandæ. Hodierno enim die.) Attentionē aucupatur. Nunc uerò multo ſum.) Propoſitio: Antonius eſt hoſtis Reipublicæ. Aut ille hoſtis cōtra.) A disiunctiuo argumentum eſt. Laudo, laudo uos.) Argumentum à populari gratitudine. et eſt [illegible]. Sunt enim facta eius.) Argumentum à genere factorū. Multa memini.) Exaggerat factum Octauij. Nihil ex omni ſecul.) Hyperbolica exaggeratio eſt, & à nullo facto ſeu exemplo. Antonijq́; furorem.) Exaggeratio. Quis eſt enim.) Argumentum à neceſſitate eſt. Non ſine exitio noſtro.) Exitio futurum reditum Antonij, ab ante factis quibuſdā eius confirmat. Quod aūt erat.) Locus à coniugatis. Quem enim app.) Confirmatio. Quid legio Martia?) Laus legionis Martiæ, à nomine. Nam ille ſi.) Argumentū à conditionali. & eſt enthymema. Præclara et luculenta.) Argumentum à populi reclamatione. Qui ſe ad ſenatus.) Argumentum ab honeſto, à meritis. Hoſtem illum.) Incrementum uocum. Parricidam.) Abuſio in uoce parricida. Albæ conſtiterunt.) Laus Albæ. Huius Martiæ legi.) Epilogus argumentorum omniū prædictorū. Quæ expectas M. Anton.) Apoſtrophe ad Antoniū. Laudantur exquiſit.) Interpretatio. Conſulē quàm hoſtem.) Argumentū à ſignis. Niſi forte uos Quir.) Correctio tacita. Municipia.) Argumentū à conſenſu municipiorum.

Omnes mortales una.) Argumentum à ſuffragio omniū hominū. Quid D. Bruti.) Argumentū à Bruti iudicio.

Eius edicto perſpicere.) Quod ille Proprætor Galliæ et Conſul deſignatus affigi curarat, ſe non ceſſurum Antonio prouincia. Eſt enim quaſi deorum.) Argumentum ab auctoribus, à quibus Reipub. genus datum Brutorum.

Quid

Quid igitur D. Brutus.) A factis Bruti indicat qualẽ uirum Antonium iudicauit. Excluſit prouincia.) Diſtributione utitur hoc loco. Si Cõſul Antonius.) Argumentũ ab enthymemate conditionali. Num igitur utrũ.) Probat enthymematis antecedens. Vos una mente.) Argumentũ à conſenſu populi. Decreuit Senatus.) Argumentũ à decreto Senatus. Deinceps laudatur.) Locus à laude Galliæ. Omnes enim qui ſub Coſs.) Epilogus argumentorũ.

Negat hoc.) Inductio eſt. D. Brutus Imperator.) Amplificatio à cõditione. Quis igitur illũ.) Inuehitur obiter in quoſdã ciues impios Reipub. O dij immortales.) Abominatio eſt. Ita uerò ei Quirites.) Pœnam quã Antonius de alijs ſumere cogitarat, in ipſum relapſuram confidit. Quò huius amentiæ.) Hic habes ſtatum coniecturalem.

Iam enim non ſolùm homines.) Confirmatio. Argumenta ſunt duo: alterum ab hominum, alterum ab immortalium deorum cõſenſu. Siue enim prodigijs.) Conſenſum deorum probat ratiocinatione in ſecunda figura. Siue enim prodigijs atq;.) Maior propoſitio. Siue tantus conſenſus.) Minor propoſitio. et eſt argumentum à cauſa ad effectum. Quid eſt quod de uolun.) Conclusio. Faciam igitur ut.) Concluſio orationis, in qua hortatur Quirites, ut Reipublicæ libertatem recuperent. Vt Imperatores instructa.) Propoſitio eſt, exornata ſimili & occupatione. Non eſt, nõ eſt.) Prolepſi utitur hoc modo: quid ſi aliqua pacis conditio cum Antonio fieri poſſet? Cum eo hoſte.) Argumentum à genere hoſtis. Sed iam iratus.) Argumentum ab habitu animi. Nullus ei ludus.) Eſt locus à neceſsitate. Quàm cruor, quàm cædes.) Exaggeratio & incrementum eſt in uocibus. Tetraq; bellua.) Amplificatio in uoce Bellua eſt. Si enim illinc emer.) Eſt locus ab opportunitate. Nullius ſupplicij.) Argumentum à futuris malis. Sed tenetur.) Argumentum à copijs. Incumbite in eam.) Modeſta adhortatio eſt. Veſter conſenſus.) Argumentum eſt hortatorium à conſenſu Senatus & populi. Agitur enim.) Argumentum à cauſa conſenſus. Quanquã mortem.) Prolepſis eſt, hoc modo: Etiam ſi Anton. nos occidat, quid tum? moriẽdum eſt omnibus. Crudelitatem mortis.) A genere mortis confutat obiectionem. Quæ propria eſt Romanu.) Argumentum eſt à proprio generis Rom. Hanc retinete.) Eſt locus à maiorum imitatione. Quanquã omnia alia.) Obiter admiſcet laudem uirtutis. Virtus eſt una.) Laus uirtutis à conſtantia. Quæ nunquam ulla ui.) Laus uirtutis à firmitate. Hac maiores.) Laudat uirtutem ab effectibus. Deuicerunt, exciderunt.) Interpretatio eſt. Ac maioribus quidem.) Collatio hoſtium quibúſcum maiores Romani bello decreuerunt, & Antonij præſentis hoſtis. Cum eo hoſte.) Enallage numeri. Qui haberet rem publicam.) Enumeratio eſt. Eſt igitur Quirites.) Clauſula. Spartaco.) Spartacũ appellat Antonium, quaſi alterum gladiatorum principem, ducem fugitiuorum, qualis fuit Spartacus. Nam qui ſe ſimilẽ.) Confutat hoc quòd Antonius gloriabatur ſe Catilinæ ſimilem exiſtere. Ille cum exercitum.) Collatio perſonarum. Equidem quantum.) De ſe pauca dicit. Hic eum ipſum exercitum.) Intelligit quinque legiones quas Antonius in Macedonia habebat. Neq; enim id pro ueſtris.) Argumentum eſt à beneficijs. Longo interuallo.) Hoc propter Iulium Cæſarem dicit, ſub quo libertas reipublicæ laborabat.

IN V. M. T. CICERONIS PHILIPPICAM FRANciſci Maturantij Comment.

EXercitum Antonius Ariminum præmiſerat, & ſubſecutus ipſe fuerat, in prouinciamq; Galliam uenerat, quam tradi ſibi à Decimo poſtulabat: recuſantẽq; intra Mutinam obſederat. res nunciata Romam eſt. Noui Conſules Panſa & Hircius Ianuarij menſis initio illico Senatum in Capitoliũ inter ipſa quæ pro ſe faciebant ſacrificia conuocant. de Mutinæ referunt obſidione. Cicero, & qui eiuſdẽ erant factionis, id agere conantur, ut patriæ hoſtis iudicetur Antonius, quòd Galliam prouinciam ad patriæ oppugnationem inuito Senatu inuaſiſſet: quòd exercitum contra Getas in Macedoniã miſſum, in Italiam reuocaſſet: quòd ſtipatus armatis per urbem inceſsiſſet, domum muniuiſſet, & omnibus ſuperbior quàm annua poteſtas poſtularet, uiſus eſſet. Lucius uerò Piſo, uir Conſularis, & magnæ auctoritatis, qui abſentem Antonium defendebat, uocandum ad diſquiſitionem cenſet, & cauſa indicta minimè damnandum. Aſſenſum tamen Ciceroni fuiſſet, ut hoſtis iudicaretur Antonius, niſi Tribunus pl. Saluius interceſsiſſet, & inſequentem diem differendam rem cenſuiſſet. Is quo minus & contra Antonium, & de D. Bruto decerneretur quippiam, tam diu obſtitit, quoad à Senatu eſt prohibitus. Tũc et Decimus collaudatus, quòd Antonio prouincia nõ ceſſiſſet: & Octauio honores decreti, ut unà cum Conſulibus exercitum ducere, & Conſulatum decem annis antè quàm per leges liceret, petere poſſet. Decretum prætereà, ut militibus qui ab Antonio ad eum tranſiſſent, tantundem à populo impenderetur, quantum ipſe uictoribus erat pollicitus. Ex quo Senatus decreto re ipſa hoſtis Antonius eſt iudicatus: ſed cum matris, uxoris, ac paruuli filij tota nocte diſcurrentium, & potentioribus ſupplicantium lachrymis flecti cœpiſſent, orationem habuit Cicero, qua labãtes animos retinuit. ea apud Appianũ eſt: in qua obliquè multa dicit in Saluiũ Tribunũ, & in Antonij odium omnes rurſus accendit. cõtradicit L. Piſo pluribus, obiecta Antonio à Cicerone diluit, multa ipſe obijcit, efficitq; ne hoſtis patriæ tunc iudicetur: Legatos mittendos ſuadet. dehortatur Cicero, et non modò non faciendũ cenſet, ſed inutile & turpe dicit eſſe Romano imperio, ad eũ Legatos mittere, quem ſupplicem depoſitis armis ueniam petere pro tot peccatis ac ſceleribus conueniret. Acta eius cenſet reſcindenda, nec Conſulem, ſed hoſtem habẽdum. Nihil illi credẽdũ monet, qui utiliter latas à Cæſare Dictatore leges peruerterit, & nefarias ipſe prius tulerit quàm ſcripſerit aut promulgauerit. Multa & uera in eum congerit crimina, fœdè ac turpiter ab eo facta commemorat. D. Brutum laudat: ut ei, M. Lepido, Octauio, & L. Egnatuleio honores decernantur, hortatur: ſuam de præmijs Martiæ & Quartæ legioni, ac militi qui ad Conſules conueniſſet, diſtribuendis, profert ſententiam. Exorditur autem per locum expectationis Calendarum Ianuar. Statim autem ſuadet non eſſe ijs aſſentiendum qui Legatos ad Antonium mittendos, & de pace cum eo agendũ retuliſſent. Eſt, ut ſuperiores, in deliberatiuo genere hæc oratio, etſi maiore ex parte uituperatur Antonius. Nihil unquã longius. nã expectanti animo, quod ait Seneca,

omnis celeritas mora eſt. Qui idem bellum.) Antonium ſignificat, & inuidioſe ait, ut Venus apud Virgil. Nauibus infandum amiſsis unius ob iram. una enim duntaxat perierat. Non expectant.) ſed rem agūt clauſo intra Mutinā Decimo. Nos autē.) ac ſi diceret: cum agendū erat, deliberabamus, & tempus conſultando conterebamus. qui Demoſthenis locus eſt. Magis exoptent.) neq; enim ſerum uidebatur contra Antonium & decernere & agere Conſulibus, quippe qui & animo erant præſenti, & certam ſumebant ſpem conſeruandæ bonorum ſalutis, & libertatis recuperandæ. Eius.) L. Piſonis. Cōſiderem.) fore mihi perſuadens, ut eius de mittendis ad Antoniū Legatis ſententiam minimè ſequamini. Nudiuſtertiuſdecimus.) Nunc dies tertiuſdecimus, quo die Cicero duas proximas habuit orationes ad P. C. & ad Quirites. Ea conſtituiſtis.) laudandū Decimum, & prouinciam Galliam, Octauio hores decernendos, legionibus Martiæ & Quartæ præmia promittenda. Integrum.) liberum. Honeſta pax.) ſi Antonius armis depoſitis pro peccatis & facinoribus ſuis ueniam ſupplex petat. Pacem uult.) Hoc L. Piſo eius nomine dicebat. Commendat.) illis gratificando & omnia quæ uelint indulgendo. Grauiſsimum indicium.) quicquid ageret, contra ueſtram agere amplitudinem: & qui ei aduerſantur, rectè facere. Eos duces.) Octauium, & Decimum Brutum. In colonias.) in Campaniam, & alia loca. Ab Antonio.) quem Iulius deducendis præfecit colonijs. Nōdum haberetis.) qui nondum magiſtratū inierant. Imperatorū.) Octauij & Decimi.

Dies duodecim.) ex quo quæ dixit, decreta erant. Cotylam.) is unus erat ex impuris & nefarijs qui Antonium ſequebantur. Patronos conſulares.) defenſores. & L. Piſonem tangit. Eſt enim opinio.) Id enim ab Antonij amicis iactabatur. Decreturum aliquem.) Aut Saluium Trib. pl. aut L. Piſonem ſignat. Neruos belli.) ſic appellant pecuniam belli neruos. Tu.) Apertè in L. Piſonem & Saluium dicit, quorum uterq; ideo ſe dicebat Antonium defendere, quòd amicus ille eſſet. Quàm patriæ.) quæ una omnes omniū charitates complexa eſt, ut ait Cic. in Offic. Mihi pecuniam attribuit.) Verba ſunt Antonium defendentis ideo defendo, quoniam mihi pecuniā tribuit. Cicero uerò ſubijcit, Cupio uidere quid ad hæc audeat reſpondere: ac ſi dicat, negare non poterit. An non cadunt, &c.) Obiectio eſt, cui reſpondet Cic. Ne Cotyla quidem.) Antonij aſſecla hæc diceret. Eas leges.) de quibus in prima Philippica eſt dictum. Ille.) Iulius.

Paludes.) Pontinas, quod in eius uita inquit Tranquillus. Moderato homini.) ironicè. Antonio.) fratri, quē Trib. pl. diuidundis per totam Italiam agris præfecit.

Legem.) de Triumuiris diuidendorum agrorum. neque enim rogatus fuerat populus: & cum legem tulit Antonius, agi cum populo propter tonitrus & imbres effuſiſſimos non poterat. Ferri potuit.) ac ſi dicat, minimè.

Augur uerecundus.) ironicè. Interpretatione.) declaratione Augurum, cum apertæ ſint per ſe. Ioue tonante.) Hoc idem Cicero ipſe libro 2. de Diuinatione. Tribuni pl.) Præcipuè propter L. Antonium dicit, quo Tribuno factum eſt. Contra acta Cæſaris.) quibus uoluit ne prætoriæ prouinciæ plus quàm annū, Conſulares plus quàm biennium obtinerentur. Ille.) Iulius. Iſti.) Tribuni. Hāc legem.) de prouincijs. Antè lata quàm ſcripta.) Scribebatur enim prius, trinundino promulgabatur, in æs inde incidebatur, & tunc demum lata dicebatur. ſed hæc neq; ſcripta, neq; promulgata, lata ab Antonio aſſerebatur. Vbi lex Cæcilia & Didia.) quas Cæcilius & Didius tulere de rogandis legibus, ut nullam uim haberent, niſi magiſtratus populum rogaret: niſi itē trinundino promulgarentur perſcriptæ, hoc eſt tribus nundinis recitarentur, cum omnis etiam ex agris adeſſet multitudo: ut ſi quis uellet, intercedere poſſet. Vbi promulgatio?) Hic diſtinguendum. Trinundinū.) ubi trinundinū? Pœnæ.) ſtatuæ ſcilicet. Recenti.) nuper lata. Iunia & Licinia.) quam Iunius & Licinius tulerunt, ſuperiores leges à Cæcilio et Didio prius latas confirmantes, grauiore pœna adiecta. Hæ leges.) latæ ab Antonio de prouincijs. Cui.) nulli. Quæ porrò.) Et prohibuit intrare forum Antonius, & tonante Ioue tulit leges. Hanc dubitabit.) ac ſi dicat, dubitare nō poterit. Cum collega.) Dolabella. Eius collegæ.) in Auguratu. Septis reuulſis.) repagulis & cancellis, quibus undiq; forum ſeptum fuerat, quod fiebat comitiali die. Ouidius: Eſt quoq; quo populū fas eſt includere ſeptis. Videres.) uideret quiſpiam. Nō teneri.) non eſſe obnoxium. De integro.) denuò, ut iterum rogentur, ac ſi rogatæ nondum eſſent. Septies milies.) Hæc pecunia ad ædem fuerat Opis, quā translatitiam uocat Tranquillus, hoc eſt cōmunem, & in medio poſitā.

Falſis perſcriptionibus.) donationibus, dicens à Cæſare in commentarijs perſcriptum, hoc eſt aſsignatum donatumq; cuipiam eſſe. Alij proſcriptionibus legunt, hoc eſt proſcribendis & in exilium mittendis Romanis ciuibus, eorumq; bonis publicandis ac uendendis. Vt præſcriptio legatur, hoc eſt rei uendicatio, non procedit. Auertit.) à poſſeſsione Reipublicæ ad poſſeſsionē uſumq; priuatum per fraudem tranſtulit. Immanes quæſtus.) lucrū factū ex immunitatibus prouincijs & ciuitatib. & priuatis hominibus conceſsis. In æs.) ut rata eſſent. Exhauſit.) omnibus concedens qui emere quippiā uellent. Mulier.) Fuluia. Sibi fœlicior quàm uir.) Quæ enim ex beneficiorū uenditionibus accipiebat, ea etiā conſeruabat, cum uir ipſe effunderet illico. Quaſi lege.) quia dicebatur lege Cæſaris reſtitutus, quæ eſſet in cōmentarijs, cū tamen nulla eſſet. Quæ.) omnia ab Antonio acta. Cōmentitijs.) fictis. Comminiſci fingere eſt. Falſa.) quæ Senatus neq; nouerat. Syngraphæ.) cautiones per contrahentium ſcripturam factæ. Senatuſconſulta tanquam facta.) ac ſi re uera ſenatus feciſſet, in ærarium referebantur, ubi & leges & Senatus decreta in æs inciſa reponebantur. Etiam exteræ nationes.) quibus beneficia & priuilegia concedebantur. Hoc genus.) pecuniæ. Legem iudiciariā.) de qua in prima Philippica eſt dictū. Homo caſtus.) ironicè. Anteſignatos.) Centuriones, & qui ordines duxerant. Anteſignani uerò ante ſigna collocabātur, ut primipili. Manipulares.) qui præerant duabus Centurijs, hoc eſt ducentis quinquaginta ſex. Alaudas.) ex illa legione Alaudarū, de qua prius eſt dictum. Conſeſſum.) Duo ſignificat conſeſſus, & locū, & multitudinē, ut ſenatus. συνέδριον Græci dicūt. Pauet animus.) eorū qui cauſas orāt, dicere pro reo apud illud conſiliū, & apud Cydā Cretenſem, qui inſulæ Cretæ portentū eſt. Num ex iudicum, &c.) id eſt ex his qui deligi iudices ſolēt. Leges.) quæ ſcriptæ ſunt.

Mores.) qui ſunt in conſuetudine. nam, quod ait Vlpianus, inueterata conſuetudo pro lege non immeritò cuſtoditur: & hoc ius eſt, quod dicitur moribus conſtitutum.

Etiam

Etiam in noſtris ciuibus.) qui multi nota aliqua digni non ducuntur. Cortyniū.) ex ciuitate Cortyna, quæ illuſtris fuit in Creta inſula. abeſt autem Africano littore ſtadijs nonaginta, in campo ſita. auctor Strabo. Nam Lyſiadem.) & hunc in iudicum numerum elegerat Antonius, corruptiſſimis & fœdiſſimis moribus, etſi Phædri philoſophi Epicurei inſignis ea tempeſtate, filius erat.

Lyſiadem.) In hunc iocatur Cicero. Feſtiuus.) iucundus, lepidus. Cum M. Curio.) is ſcurra erat & aleator impuriſſimus, unus ex iudicib. ab Antonio delectis. Conuenire.) conſentire & congruere. nam magna inter molles concordia. Citatus iudex.) ut in conſeſſum ueniat iudicum, per uiatorem uocatus. Areopagites eſſe.) Idcirco adeſſe nō debere, nec cogi poſſe, quòd Areopagites, hoc eſt Athenienſis iudex ſit. Areopagus locus fuit iudicij Athenis, in quo primum capitis iudicium actum eſt, quod ait Plinius, & ubi de cæde iudicabatur. & quoniam in eminenti loco ſitus erat, πάγος compoſito nomine cum ἄρης, qui Mars eſt, pugnæ & cædis deus, appellabatur. Aeſchylus idcirco huic loco nomē dixit eſſe, quòd ad eum uſq; locum Amazones duxere exercitum, quæ Martis fuere: uel quoniā illic ſedētibus dijs à Neptuno accuſatus eſt Mars, quòd Allirothoum eius filium occidiſſet: quod ille fecit cōpreſſa per uim ab eo Alcippe filia ſua et Agraules Cecropis filiæ: qua de re extant declamationes apud Græcos.

Is qui quæſtioni præerit.) Antonius indagandæ rei præpoſitus, & excuſationi munus reijcientiū. Modò palliati.) pallio ueſtiti, quo habitu Græci utuntur. unde palliata eloquentia, et fabula palliata, hoc eſt græca dicitur. Toga enim Romanorum ueſtis fuit. Et Virg. ait, Romanos rerum dominos, gentemq; togatam. An Athenienſium antiquiſſimas leges negligat.) quibus cauebatur ut qui Areopagites eſſet, alijs iudicijs adeſſe iudicaturus non poſſet. tanti enim faciebant in Areopago iudicare, ut turpe ducerent, ſi quis alibi iudicaret, qui iudex in eo iudicio fuiſſet.

*Cretenſis iudex.) Cydas. Alleget.) ius ſuum explicet. Papinius, Allegemq; ſuos utriq; à ſanguine diuos. * Putem magis alleget hic ſumi pro eo quod eſt uelut deprecatorem aut defenſorem mittat. quærit Cicero, quem poſſit reus ad eū mittere? quomodo ipſe accedat? * Accedatur.) Cydas. Dura.) difficilis, inexorabilis. Natio.) Cretenſis. Periculum fortunæ.) Qui fortunæ uarietatem experiuntur quotidie, hi ſolent eſſe humaniores. ſed iocatur, & periculum ſignificat pecuniarum & bonorum quod in alea Curio faciebat. Solum uertiſſe.) locum mutaſſe, & in exilium, quòd ſoluendo non eſſet, abijſſe. Ille demens.) Antonius. Horum nomina.) Iudicum enim nomina in æs incidebantur, et in ærariū deferebantur. Saltatores.) tripudiantes. ſalto enim tripudio eſt, & ſaltatio tripudium. Comeſſationis.) Laſciuior conuictus & amatorius, comeſſatio dicitur, à uicis quos Græci κώμας uocant. in his enim habitauerunt prius quàm oppida conderentur, quibus in locis alij alios conuictus gratia inuitabant. In tertiam decuriam) quam ex centurionibus uoluit deligi. Scelerum magnitudo) Hæ cauſæ Antonio fuere decuriam illam eligendi, ut eius beneficio tutus eſſet: & ſi fortè ſcelerum ſuorum accuſaretur, iudicium eluderetur. Nec amē.) Tunc demum turpes quæſiuit iudices Antonius, cū animaduertit per honeſtos iudices obtineri non poſſe ut nocentes & ſcelerati ſalui eſſent. nam boni uiri qui prius iudicabant, minimè Antonio de improbis morem gerebant, quos liberè & audacter condemnabant. Sed illud os.) illud, id eſt impudentiſſimum. Cœni fecisſent.) honeſta iudicia pro uiliſſimo & ſordidiſſimo habuiſſent. Notāda locutio: facio te cœni, ut ſi dicas, facio te ſtercoris. Cœnum autem lutū eſt. Vt auderet.) ab honeſtis ſpretis iudicibus. Imprimeretur.) ueluti cauterio equo nota inuritur. Cinnam & Syllam.) quorum uterq; Dictator, & inſigni crudelitate. Hanc peſtē.) Antoniū. Claſsitius, Muſtella, Tyro.) Antonij aſſeclæ, ſcelerati & impuri, ac ueluti duces agminis nefariorū quos armatos habebat Antonius. Barbari ſagittarij.) Ityræi.*

*Ad ædem Concordiæ.) ubi Senatus habebatur. Lecticæ collocabētur.) in quib. repoſita erant arma. Subſellia.) Vt ſubſipit, inquit Varro, dicitur quod non planè ſapit: ſic quod non planè erat ſella, ſubſellium. Tribunorū, Triumuirorum, Quæſtorum, & minora iudicia exercentiū ſubſellia dicit eſſe Aſconius: qui nō in ſellis curulibus, nec tribunalibus ſedebant. Huc etiā niſi uenirē.) Hoc in prima Philippica. Fecerat enim hoc idē) Hæc omnia ſunt prius dicta. Agmine quadrato.) ueluti illico pugnaturus. Ame.) quia me occidiſſet. Myrmillo in Iaſis.) Satis auſim affirmare corruptum eſſe locum, & Myrmillo Mylaſis legendum. Mylaſa genere neutro numero multitudinis, Aſiæ ciuitas in Ionia, in campo iacens admodum fertili, cui ſupra uerticem mons imminet, in quo albus lapis effoditur. Mylaſis Myrmillo L. Antonius, hoc eſt tanquā Myrmillo pugnauit. In illa gladiatoria pugna.) pugnata Mylaſis. Hic pec.) L. Anton. æſtimabat quantum pendere tributi deberent nam æſtimare, eſt ære obligare, uel punire: unde æſtimata pœna ab antiquis eſt dicta. Poſſeſſiones.) uſum agri aut fundi, non etiam dominium. Huius mendicitas.) nam & mendicus erat, hoc eſt tenuiſſimus: & auidus natura alieni ac appetentiſſimus. Mendicum dici Verrius putat à mente, quam fefellerit fortuna: uel quòd precetur quemque ut uitæ ſuæ medeatur cibo, ut Feſtus tradit. Varro inquit à minus dici: cui cum opus eſt, minus eſt. Priuato.) homini, à quo adiri ſe non ſinebat. Diuiſor Antonius.) Lucius, à fratre Marco præfectus. Niſi uictorem.) Nefaria uox. * Niſi uictorem.) Id dicere incepit Philip. 3. ſed ad epilogum conuerſus, nō perfecit, dicens: Hodierno &c. * Magiſtratu. Conſulatu. Iter Brunduſium.) ad accipiendas legiones quæ ex Macedonia redierant. Centurionum.) quos necaret. Impotentis.) inſolentis. Quorum ipſorum.) Centurionum quos iuſſit occidi. Cæſar.) Octauius. Patris.) Iulij. Conſularem.) L. Piſonem arbitror, uel Q. F. Calenum.*

Neque ſacrificijs.) ut profecturi in bellum uel in prouinciam ſolent. Impotentem.) ſuperbum. Ii.) Antonius, & eius aſſeclæ. In horam.) Sicut in diem dicimus uiuere, hoc eſt præſentis diei habere rationem, de craſtino nihil cogitare: ſic in horam. Dij boni) Interpoſitio, qua utimur & cum dolemus, & cum deridemus, aut gaudemus. Iſti homines.) ſimiles Antonij. ac ſi dicat, minimè.

Contemnet.) eorū more qui deteriores fiunt rogati. Ardorem municipiorum.) in Antoniū ſuſcitatū. Quæ muniſ diedit.) L. Piſo, et Saluius Tribb. pl. Minimis momentis.) Nocuit ſemper differre paratis. Opinione.) non rectitudine. Tempore ciuilis belli Pompeiani, multi, nō quòd ita facere cōueniret, Cæſarē ſequebātur, quē audere: Pompeium deſerebant, quem timere animaduertebant Non enim ad Annibalem mittimus.) hoſtem & externum

ducem,

ducem,ſed ad Antonium ciuem. A Sagunto.) Saguntus Celtiberiæ ciuitas eſt à Zacynthijs condita, quæ ad Iberi exitum pergenti occurrit. hanc Annibal contra populi Rom.fœdera diruens,belli Punici ſecundi ſuſcitauit incendia. Cōuenerat enim fœdere primo Punico bello icto, ut Saguntus libera eſſet. Hos Legatos Romanorum auditos eſſe ab Annibale,uanaq; ab eo retuliſſe reſponſa, Polybius refert. Liuius nec auditos, nec in caſtra admiſſos ſcribit. ambo in eo conueniunt, Carthaginem profectos, ut ſenatus mandauerat, ad ducem ipſum pro uiolato fœdere depoſcendum: ſed expoſitis mandatis ſic aduerſam habuiſſe Barchinā factionē ut neglecti deſpectiq; re infecta Romam redierint. Pro Annibale.) depoſcendo.

Aut uolumus,aut poſſumus.) quaſi dicat,minimè aut uelle debemus aut poſſe,cum ea contra eū decreuerimus,quæ decreuimus. Ad Vrbē.) Brunduſio enim Vrbē oppugnatum ueniebat,niſi Octauius terruiſſet. Edicto allato.) de uoluntate ipſius. Vexillū.) quod tollet Antonius,quoties noui aliquid moliri ciues uoluerint. Peregre.) in Aſia Mylaſis. Familiam.) gladiatores. Ipſe per ſe ſanus.) eſto per ſe ſapiat Antonius,per Lucium & alios ſanus nunquam erit. Teretur.) inaniter conſumetur. Vnde eſt adhuc.) nam ſi lenti & pigri in decernendo(quod prius eſt dictum)non fuiſſent,bellum non eſſet. Tarditate Senatus abuſus erat Antonius. Omne malum naſcens.) Ouidius, Principijs obſta,ſerò medicina paratur, Cum mala per longas inualuere moras. Tumultū.) bellū propinquū ac periculoſum declarari eſſe.ſic enim appellabāt uicina bella & Italica,ut Gallicum. Iuſtitiū.) quod in magnis periculis & timore reipublicæ indici ſolebat,hoc eſt iuris dicendi intermiſsio,ut apud Liuiū ſæpiſsimè legimus. & iuſtitiū quidē dictū,quoniā ius ſtat. Saga.) ueſtimēta militaria:unde Sagatus. Cicero in Epiſtolis. Sagati in forū deſcendimus. Sublatis uacationib.) ut nulla ſit cuipiā uacatio & excuſatio à bellis. Præter Galliā totam.) Comatā & Ciſalpinam. Contentionē.) non contra ſe dicebat bellum parari,ſed partiū eſſe contentionē, hoc eſt diſſenſionem:ſed earū partiū quas Antonius dicit,alteri uicti ſunt, hoc eſt Pompeiani:alteri in partibus Cæſaris ſunt:niſi fortaſſe quiſpiam ſibi perſuadet Cæſaris partes dictatoris à à Conſulibus Hircio & Pāſa,qui Cæſariani fuere,& C. Octauio Cæſaris filio oppugnari,quod credibile nō eſt: ergo nō contentio partium eſt,ſed ipſe oppugnatur Antonius. Ad opinionem.) pro uolūtate & deſiderio cuiuſq;.

Septemuirū.) aut ab ipſo diuidundis agris cum L. fratre præfectum:aut ſeptemuirū epulonē ſignificat. Capitalem hominem.) flagitioſum, & cuius caput peti debeat ad pœnam. Cicero,Capitalis Eteocles,uel potius Euripides. Et uitium ac peccatū capitale dicitur, propter quod committentis caput peti ad ſupplicium debet. Aliter capitale odiū, capitalem morbū dicimus,quòd alterius caput petūt. Alij Septimium legunt. Quid concupiſcas,tu uideris.) Verba Antonij,Tu cogita et elige quid uelis,nullam patiere repulſam. Ne ſorti quidē) antè bona noſtra promiſit,quā ea ſors & fortuna diuideret, & fierent uictoris occupantis. Ne quid reſpublica) Hoc uti uerſiculo Reipuplicæ periculoſis temporibus ſolebāt,quod ait ſæpe Liuius. Fraudi.) damno & periculo. Etiam in ueteri iure lectum eſt, Erit ea res fraudi. Cicero in Epiſtola ad Lentulum, Maiori illis fraudi quàm tibi futurum. Sed qui ordo in ſententijs rogandis.) Aul. Gellius lib. 4.cap. 10 quid obſeruatum ſit de ordine rogandarum ſententiarum ante legē de Senatu habendo,quæ poſtea fuit lata,ſcribit. Primi tamen ferè Conſules deſignati rogari ſolebant. Salluſtius in Catilina: Tum Syllanus ſententiam rogatus,quòd eo tempore Conſul deſignatus erat. Seipſa.) nam uera uirtus ſua ipſius conſcientia contenta eſt, etiamſi à nullo laudetur: quod ait alio loco Cicero. Muro.) Quæ ſunt ueluti murus. & in portento habuere maiores Alpes ab Annibale prius,deinde à Cimbris eſſe ſuperatas,quod Plinius ſcribit. Præſidet.) ad opem ferendam & defenſionem præeſt.nam id ſignificat præſidere,unde præſes auxiliator et defenſor. Antonio diadema Cæſari imponente.) Lupercalibus,quod dictum eſt prius. Illa.) ſub Cæſare ſeruitutem. Moderatione.) cum in partibus Cæſaris & magiſter equitum illius eſſet,exercitúmque haberet,plebe quidem uociferante: & ut Cæſaris necem ulciſceretur obteſtante,faciendum eſſe diſſuaſit: quod Appianus ſcribit. Pietas.) quòd cum patre ſenſerunt, & contra Cæſarē paterna pietate ducti arma ſumpſerunt. Fraudi.) damno. Sex. Pōpeiū.) Is ab omnib ferè diligebatur. Lepidus ſuaſit acciri ex Iberia,ubi cōtra Cæſaris pretores bellū gerebat,eiq; pro paternis bonis in publicū redactis uicies & quinquagies decē millia drachmas atticas rependi: maris quoq; imperium dari,quemadmodū parens eius olim habuiſſet,ut ingruentibus caſibus Romanorū claſſe,ubicūq; ea eſſet,uti poſſet:quod Senatus conceſsit. etſi Appianus hoc Antonium tradit ſuaſiſſe. Patris ſimillimus filius.) Cn. Pompeius. is apud Mūdam uictis Pompeianis clam fugit.crure ſaucio,deſerta ac auia petit. apud Lauronem oppidum à Cæſare pugnans occiſus eſt. Soluto & libero.) Tributus fuerat hic honor fortaſſe alijs, ſed dominante Cæſare, ac minimè libero Senatu. Simile eſt illud Iuuenalis de Cicerone: Roma patrem patriæ Ciceronem libera dixit. Homo impotentiſsimus.) inſolentiſsimus.

Quæ ipſa exitum non habebat.) quem non inueniebat, cum omnia eſſent intercluſa. Magni honores habiti.) Pulcher locus comparationis. Cinnano & Syllano tumultu Pompeius in Piceno erat,ubi agros habebat, & relictas à patre clientelas: cumq; pleroſque optimos & clariſsimos ciues ad Syllam proficiſci animaduerteret, indignum ratus, ſi ſolus ipſe quietem ageret,ac nō potius cum copijs ad Syllam iret, Picenum omne commouit. tertium & 20 annum agens,pratorijs aſſumptis propria auctoritate inſignibus, Auximi delectum militum habuit: legiones tres conſcripſit,cum quibus ad Syllam contendit, omnes quàcunq; ibat ſollicitās ut à Carbone deficerent,qui caeſo Cinna partibus ſucceſſerat, et multo impotentior erat. Ad Syllam proficiſcens,tres ſimul duces ſe circumuenire in itinere adortos, Carinnā, Celiū, Brutū ſuperauit. uictor tandem ad Syllam ueniens, Imperator ſalutatus eſt, & in maximo honore habitus. moxq; in Celtiberiam miſſus, & inde in Siciliā & Africam: ex quibus prouincijs uictor rediens, Magnus eſt cognominatus:nec multò poſt etiam triumphauit. Adoleſcēs.) trium & 20. annorum.

Multo robuſtior.) quàm Octauius,qui erat octo & decem. Paratior.) expeditior: quoniam milites ultrò depoſcebant,cum ueterani inuiti Octauiū ſequerentur,quippe qui quieſcere iam optabāt. In alio genere belli.) pro cauſa Senatus contra Carbonem, Perpennam, Sertorium: qui erant Senatus & Reip. hoſtes. Non enim omnibus.) ſicuti nunc Senatus, etſi cum Sylla tunc ſentiret Senatus.

Multitu-

Multitudo proſcriptorū.) Propoſuit illam ingentem tabulam Sylla, & ex ipſo Equeſtris ordinis flore ac Senatu duo millia elegit qui mori iuberentur. Ille.) Pompeius.

Aduerſariorum partibus.) Carbonis, & cęterorū qui agrum Picenū munierant, & in ſua habere poteſtate ſperabāt, ſed ab eis auocauit Pompeius. Eo iure quo qui optimo.) Optimo iure ea dicuntur eſſe, quæ optima conditione ſunt. Cic. de lege Agrar. Optimo enim iure ea ſunt profectò prædia, quæ optima conditione ſunt. Itaque illa quæramus.) ut demus imperium & auctoritatē C. Cæſari. Quę uix conſequemur.) hoc eſt, uix efficiemus ut Antonium coërceamus. Pontifex.) pro parte, etſi Lepidus inuaſerat Pontificatum. Proprætor.) decretis à Senatu faſcibus. Eiuſq;.) honoris. Lex erat Romæ qua ei qui Quęſtor fuiſſet, licebat ſequenti anno Tribunatū plebis, Preturā, & alios magiſtratus petere. Cenſet ergo Cicero, ſic Octauij rationē habendam, etſi Quęſtor non fuerit, ut quęcunq; honorem petat, ita habeatur ac ſi lege petat: idq; agit, ut legibus ſoluatur annalibus, neque illis ſit obnoxius. Leges uerò annales plures fuere, & à pluribus latæ, quibus ætas perſcribebatur cui petendorū magiſtratuum poteſtas fiebat. Legibus enim annalibus.) ac ſi dicat, ideo ætas præſcribebatur, quia temeritatem timebant, quæ propria eſt adoleſcētiæ. Et Cicero ait in Catone maiore: Temeritas eſt florentis ætatis, prudentia ſenectutis: non quòd inueniri non queat adoleſcens qui prudentia ſenes anteeat. nam de Aſcanio inquit Virg. Ante annos animumq; gerens, curamq; uirilem. Ariſtoteles nihil intereſſe inquit, ætate quis iuuenis ſit, an moribus: neque in annis culpam eſſe, ſed in uiuendo, & perturbatè ſingula perſequendo. Progreſſum ætatis.) ut per ætatem petere honores etiam legibus poßit. Itaq; maiores noſtri.) Oſtendit admodum uetuſtas annales leges non eſſe, & ambitione quadam latas, dum ſcilicet ægrè ferrent quidam homines æquari ſibi honoribus, qui minoris exiſterent ætatis, ideoq; uoluiſſe ut quidam gradus eſſent petitionis: uerbi gratia, qui 20 annum agerent, Aedilitatem petere poſſent: qui quadrageſimum, Quæſturam & Præturam: qui quadrageſimumtertium, Conſulatum. & obfuiſſe dicit has leges: quoniam multi qui potuiſſent prodeſſe Reip. ſi gerere magiſtratum potuiſſent, antequam in ætate eſſent qua petere liceret, extincti ſunt. Magna indoles.) ac ſi diceret ſpecimen & apparentia, non ſignificatio ſolùm uirtutis. Idem in Offic. In quibus eſt uirtutis indoles, commouentur. Etſi indoles tunc propriè dicitur, cum maior in pueris elucet uirtus, quàm ætati conueniat.

Rulli.) Vſurpat pluralem numerū. Rullus uerò eſt Q. Fabius Rullus primus ex ea familia ob uirtutes maximus cognominatus, qui magiſter Equitum à Papyrio Dictatore penè eſt ſecuri percuſſus, quòd contra eius edictū cum Sānitibus, etſi proſperè, pugnauerat. Is ſolutus legib. Conſul ante tempus factus eſt: de quo multa Liuius 8. & 11. ab Vrbe cond. Decij.) P. Decius bello Samnitico Tribunus militum Aulo Cor. Cōſule exercitū in locū iniquum coniectum ſeruauit. collem enim occupauit immunentem ei in quo Samnites conſederant. Conſuli occaſionem euadendi dedit. ipſe ab hoſtibus circunſeptus erupit. Sequenti anno ante tempus Conſul creatus cū T. Manlio, bello Latino ſe deuouit. Coruini.) M. Valerius Trib. militū bello Gallico, Gallum à quo prouocatus fuerat, inſidente galeæ coruo, & unguibus roſtroq; infeſtante hoſtem interemit. Coruini ſibi poſteriſq; ea cauſa uendicauit cognomē. Conſul proximo anno creatus eſt ob uirtutem, cum 23. ageret annum. Liuius author lib. 7. ab Vrbe cond. & Valerius tit. de his quæ magnifica cuique contigère. Superior Africanus.) hic & Aedilis ante annos factus eſt, & Prætor cum ageret 23. annum, & Conſul tunc, cum concedente Collega in Africam traiecit. Valerius Max. Superiori, inquit, Africano conſulatus citerior legitimo tempore datus eſt: quod fieri oportere, exercitus literis Senatum admonuit. ita neſcias, utrum illi plus decoris Patrum Conſcriptorum auctoritas, an militum conſilium adiecerit. Toga enim Scipionem ducem aduerſus Pœnos creauit, arma popoſcerunt. T. Flaminin.) T. Qu. Flamininus tempore belli Macedonici & ipſe ſolutus legibus eſt. Conſul enim factus, aduerſus Philippum Macedoniæ regem fœliciter pugnauit in faucibus Epiri, fugatum coēgit in regnum reuerti. Iunior quàm Conſularis.) quem 43. anno licet petere. Iunior & ſenior communis ſunt generis. & Cicero ait, Seniore Republica. Curſum celeriorem.) Sæpe enim anteit ætatē uirtus. Nanq; ij.) Hæc Octauio obijciebant aduerſarij, quibus occurrit. Nihil cum hac gloria.) O quàm falleris Cicero, & contra te ſunt quæ ſcribis in Offic. lib. 1. Sed illud odioſum, quòd in hac elatione & magnitudine animi facillimè pertinaciæ & nimia cupiditas innaſcitur principatus. Et totus locus qui ſequitur. &, Aliud eſt expetere ueram gloriam, aliud ſimulare. Multis enim, quod ait Cicero, ſimulationū inuolucris obtegitur, & quaſi uelis quibuſdam obumbratur uniuſcuiuſq; natura. Frons, oculi, ſæpe mentiūtur, oratio uerò ſæpißimè. Adoleſcenti.) fuit enim lubrica adoleſcentia, corrupta, & ad omne ſcelus, ſed præcipuè ad ſeditiones prona: appetens uerò principatus iam tunc maximè extitit Iulius. Leuitate.) fauore populi ſibi largitionibus & malis artibus conciliato. Non poſſet.) ſicut tandem non tulit, ſed extinxit. Hoc uidit.) hoc animaduertit, ut ueram gloriam adipiſceretur. Memoria domeſtici doloris.) Iulij patris occiſi. id quod multi iactabant, non confidendū Cæſari, qui priuatū accepit uulnus, & ulturus crederetur. Facere nō auderē.) ſi quid ſcilicet timēdum eſſet. Qui ager colonus eſſet.) Cæſar Dictator bellis confectis legem tulit, qua ueteranis præmia diſtribuit. deductis enim in colonias agrorū certum modum uiritim aſſignauit. ſi quis plus occuparet, adimi & diſtribui alijs ueteranis, qui prius miſſi adderētur, uoluit. Quò.) ad quas colonias. De agro Campano.) qui ſemper populi Romani fuiſſet, & diuiſus nunquam extitiſſet: quod multis in locis dicit Cicero. Secunda & 35.) ſcilicet legio. & ſic habet uera & antiqua lectio. Extra.) præter.

GEORGII TRAPEZVNTII IN v. Philippícam Annot.

Nihil unquam lōgius.) Cum ſententiæ in Senatu dicerentur, & quidam amici Antonij Legatos ad eum mitendos cenſuiſſent, Cicero non modò id faciēdum non cenſet, ſed omnia eius acta reſcindenda: nec eū Conſulem, ſed hoſtē habendū. eſſe uerò nō ſolùm patriæ inutile, ſed etiā turpe imperio Romano, Legatos ad eum mittere, quē deceat armis depoſitis ueniā pro ſuis peccatis & facinoribus petere. Falſis proſcriptionib.) falſo proſcribēdis et in exiliū mittendis ciuibus Romanis, & eorū bonis publicandis. nam proſcribere, eſt ciuem in exilium exigere,

& bona

& bona eius publicare. nam eorũ nomina in publico ſcribebantur. Aut præſcriptionibus. Præſcribi enim res dicitur, quæ ſi mobilis eſt, ut pecunia, biennio eius ſit qui tenet: ſi immobilis, decennio inter præſentes, aut uiginti annis inter abſentes. Auertit.) à poſſeßione Reipublicæ ad ſuum ius poſſeßionemq́; iniuria & dolo conuertit. Vnde & auerti patrimonium & hæreditas dicitur. Conſeſſum.) locus ipſe & multitudo iudicum ſedentium, Græcè συνέδριον. Moréſue nouit?) Mos eſt inſtitutum patrium pertinẽs maximè ad religionem ceremoniasq́; maiorum. Delectus.) de bonis dicitur. Notatio.) de malis.

Feſtiuus.) hilaris, lætus, iucundus. Areopagites.) conſiliũ Athenis qui de cæde iudicabant, ἀπὸ τοῦ ἄρεως καὶ πάγου.

Citatus.) uocatus, nominatus. nam ciere nominare eſt, unde etiam nomenclatores, qui nominatim aliquem uocant in Senatu ut ſententiam dicat. Quæſtioni.) inquiſitioni. Periculum fortunæ.) in alea ſcilicet. unde prouerbium illud in promptu eſt, Iacta eſt alea: quo Cæſar uſus fuiſſe dicitur, cum Rubiconem fluuium traieciſſet, & in alienam prouinciam irrupiſſet. Solum uertiſſe.) patriam commutaſſe. Comeſſationis.) comeſſatorum, εἰλαπιναστῶν. Si per amicos licuiſſet.) id eſt ſi amici permiſiſſent. Poſſeßiones notabat.) Poſſeßio eſt uſus quidã agri aut ædificij, nõ ipſe fundus aut ager. Locupletũ.) Locuples à multitudine locorum. Ad Pœnũ.) ad Africanũ, Penus autem ſine diphthongo eſt quicquid in annum reponitur. Saga ſumi) Hoc ſagũ, prima correpta, ueſtis militaris: hæc ſaga prima, producta, eſt mulier perita ſacrorum, & uir ſapiens. nam ſagire eſt acutè & perſpicaciter ſentire. Præceps.) προπετής. Præſidet.) præſidio eſt, & præſidij locum tenet. Moderatione.) Qui nõ geßit par tes, cum Cæſarianus fuiſſet, & exercitum haberet. Legibus annalibus.) quibus conſtituebatur quo quiſq; tempore, quibusq́; annis magiſtratũ petere deberet. Temeritatem.) imprudentiã, imperitiã, audaciam. Indoles.) quaſi inoles, ab inoleſcendo, cum maior quædã uirtus in puero elucet, quàm ætati conueniat, et magnam quandã ſpem de ſe pollicetur.

PHILIPPI BEROALDI IN V. Philippicam Annot.

NVdiusteriuſdecimus.) Dicitur paßim nudiustertius, nudiuſquartus, pro eo quod eſt, nunc dies tertius eſt, nũc dies quartus: nec ulterius progredi poſſe pleriq; autumant: quorũ opinioni reclamãt celeberrimi ſcriptores, quorũ auctoritas pro ratione eſt: et in primis Plautus, qui in Trinũmo inquit, Ad forũ ibo: nudiuſſextus cui talentũ mutuũ dedi, repoſcã. Et hoc in loco M. Tullius, à quo bis dicitur nudiuſtertiuſdecimus, id eſt nũc dies tertiuſdecimus eſt. Ille paludes ſiccare uoluit.) Cæſar dictator nõ ſolùm Põtinas paludes ſiccare deſtinauerat, ſed et Nomentanas, Setinasq́;, ut ita latifundia panderentur, quibus multa mortalium millia ali poſſent. Plin. inquit, Siccẽtur Aethiopide herba Pontinæ paludes, tantumq́; agri ſuburbanæ reddatur Italiæ. Ioue tonante.) In ſecundo de Diuinatione, Ioue, inquit, tonante fulgurante, comitia populi habere nefas. Hoc fortaſſe Reip. cauſa conſtitutum eſt. comitiorum enim non habendorum cauſas eſſe uoluerunt. hinc exijt illud Lucani, Nec cœlo ſeruare licet, tonat Augure ſurdo. Auguſtus, auctore Tranquillo, frequentabat dedicatam in Capitolio ædem Tonãtis Iouis. At Plin. Lucos & aras & ſacra habemus, interq́; Statores & Tonantes & Feretrios Eliciũ quoq; accepimus Iouem. Vitioſum.) Vitioſus magiſtratus dicitur uitio creatus, cõtra auſpicia, et augurũ diſciplinã. Vitiũ eſt ſecundũ augures, ſi tonet tantùm: uitium & calamitas, ſi tonet & grandinet ſimul, & etiam fulminet. Syngraphæ obſignabantur.) Autumat Aſconius inter chirographa & ſyngraphas hoc intereſſe, quòd in chirographis tantùm quæ geſta ſunt, ſcribi ſolent: in ſyngraphis uerò etiam contra fidem ueritatis pactio uenit: & non numerata quoq; pecunia, aut non integrè numerata, pro temporaria uoluntate hominum ſcribi ſolet Chirographarium Iuriſconſulti decenter appellãt debitorem, qui proprio chirographo ſe debere profitetur. O conſeſſum iudicum.) in Epiſtolis ad Atticum: Non turpior in talario ludo conſeſſus quàm hic iudicum fuit. Cydam Cretenſem.) Pronunciatione adiuuandum, tanquam hominem nequißimum intelligi uelit, qui Cretenſis ſit. Apud Græcos in prouerbio eſt, τρία κάππα κάκιστα, Tria cappa peßima, propter Ciliciam, Cappadociam, Cretam. Noſtri hoc referunt ad tres Cornelios, uidelicet Cornelium Syllam, Cornelium Cinnam, & Cornelium Lentulũ hi enim per has tres literas deſignati ſunt in libris Sibyllinis. Altera quoq; parœmia eſt κρητίζειν, de his qui mentiuntur & fallunt, tanquã uerum ſit illud Epimenidis, Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται, κακὰ θηρία, γαστέρες ἀργαί. id, eſt, Cretenſes ſemper mendaces, malæ beſtiæ, uentres pigri.

Delectus iudicum.) Seruatum eſt, inquit Plinius, in hodiernum diem, ne quis è nouis ciuibus in Decurijs iudicũ iudicaret. Idem auctor eſt, ad hoc iudicandi munus prouinciales quoq; admiſſos. Modò palliati, modò togati.) Sat notum pallium ita Græcorum eſſe, ſicut togam Romanorum: unde palliatæ fabulæ, & togatæ dictæ. Claudius Imperator, peregrinitatis reum, orta inter aduocatos leui contentione, togatúmne an palliatum dicere cauſam oporteret, quaſi æquitatem integram oſtentans, mutare habitũ ſæpius, & prout accuſaretur defenderetúrq́;, iußit. Athenienſium leges.) In oratione pro Flacco: Adſunt Athenienſes: unde humanitas, doctrina, religio, fruges, iura, leges ortæ, atque in omnes terras diſtributæ putantur. Apuleius Athenienſes bono epitheto legiferos et catos appellat. Periculum fortunæ.) Alludit ad aleatorem, qui in alea ſingulis momentis periculũ fortunæ ſubit. Tradũt auctores Curium aleatorem fuiſſe notißimum, in quem eſt hendecaſyllabus Calui elegans, Et talis Curius pereruditus. Solum uertiſſe.) Solũ uertere, eſt exilij cauſa ſedem locumq́; mutare, ut eleganter docet M Tullius in oratione pro Cecinna: cuius uerba ſunt hæc, Exilium non ſupplicium eſt, ſed profugiũ, portusq́; ſupplicij. nam qui uolunt pœnam aliquam ſubterfugere, aut calamitatem, eò ſolum uertunt, hoc eſt ſedem ac locum mutant. Liuius: Collegæ eorum exilij cauſa ſolum uerterunt, bona publicata ſunt. Apud Satyrographũ peruagatißimum eſt carmen, Qui uertêre ſolum, Baias, & ad Oſtia currunt. Inter fulmina & tonitrua.) Sæpe diximus quemadmodum fulminante aut tonante Ioue nephas erat agere cum populo: & ex diſciplina Augurum uitium fieri dicebatur, ſi tantùm tonuiſſet: uitium uerò & calamitas, ſi et tonitrua & grando & fulmina ſimul interueniſſent.

Neque uotis nuncupatis.) Vota nũcupata dicũtur, quæ Conſules prætoresq́;, cum in prouinciã proficiſcuntur, faciunt: ea in tabulis præſentibus multis referuntur. Nuncu

pata

pata autem non tam nominata ſignificare auctores tradunt, quàm promiſſa, & quaſi teſtificata: ſicut & pecunia nuncupata apud ueteres dicebatur. Plinius in Panegyrico: Nuncupare uota pro æternitate imperij, & pro ſalute ciuium ſolebamus. Auguſtus uota Tiberium nuncupare iuſſit, negans ſe ſuſcepturum quæ non eſſet ſoluturus. Semper ebrium.) Operæprecium eſt ſubſcribere hoc potiſſimum in loco luculentam illam M. Cælij in M. Antonium deſcriptionem, qua ebrius ſtertens libidinoſus graphicè deſcribitur, quæ uelut in rem præſentem perducere audientes uidetur, qua nihil uehementius exprobrari, neq; manifeſtius oſtendi poteſt. Verba Cælij hæc ſunt: Namq; ipſum offenderũt temulento ſopore profligatum, totis præcordijs ſtertentem, ructuoſos ſpiritus geminare, præclarasq; contubernales ab omnibus ſpondis tranſuerſas incubare, & reliquas circuniacere paſſim: quæ tamen exanimatæ terrore hoſtium aduentu percepto, excitare Antonium conabantur. nomen inclamabant fruſtra, ceruicibus tollebant blandius, alia ad aurem inuocabat uehementius, etiam nonnulla feriebat: quarum omnium cum uocem tactumq; noſcitaret, proximæ cuiuſq; collum amplexu petebat. neq; dormire excitatus, neq; uigilare ebrius poterat, ſed ſemiſomno ſopore inter manus centurionum concubinarumq; iactabatur. Valerium Flaccum.) Liuius lib. Hiſt. 21. Legati eo maturius miſſi Publius Valerius Flaccus, Q. Fabius Pamphilus Saguntum ad Annibalem, atq; inde Carthaginem, ſi non abſiſteretur bello, ad ducem ipſum in pœnam fœderis rupti depoſcendum. De his legatis ad Annibalem miſſis ſcribit & Silius in 2. Punicorum:

Triſtia magnanimi portabat iuſſa Senatus,
Primoresq; patrum, Fabius Tirynthia proles
Huic comes æquato ſociauit munere curas
Publicola.

Coloniam.) Mutinam intelligit, quò colonia Romanorum deducta eſt. Conſcidiſtis.) laceraſtis, proſcidiſtis, & re quaſi ipſa hoſtem iudicaſtis Antonium. Omne malum naſcens.) Eccleſiaſtica ſententia eſt, allidendos eſſe paruulos ad petram: quod ſymbolicôs ſignificat, uitia dum naſcuntur, eſſe elidenda: quæ ſi inueterata fuerint adeò roborantur, adeò ualidum capiunt incrementum, ut reuelli profligariq; deinceps non queant. Præterita omittamus.) Apud Liuiũ inquit Annibal, Præterita magis reprehendi poſſunt, quàm corrigi. Saga ſumi.) Saga ueſtimenta ſunt militaria, quæ in procinctu bellico ſumũtur. Conſulares togati eſſe ſolebant honoris cauſa, cum ciuitas erat in ſagis: ut infrà dicetur, Vos ſaga parate. Item, Saga cras ſumentur. Sagaria dicitur negociatio ſagorum: cuius meminerunt iuriſconſulti, & à nobis copioſè facta eſt mentio in primo commentario Apuleiano. Sagariam intelligi uoluit Satyrographus illo uerſu, An ſaga uendenti nubat caupone relicto. M. Varro Sagam docet uocabulum eſſe peregrinum. Sublatis uacationibus.) Vt in octaua Philippica ſcriptum eſt, Vacationes militiæ non ualent in tumultu. In calce quoque huius orationis dicit uacationem militiæ eſſe extra tumultum Gallicum Italicumq;. Præceps & deuius.) Deuium eleganter dicimus hominem remotum à uia & ratione uirtutis, qui à Lucretio auius nominatur illo uerſu, Auius à uera longè ratione uagaris. Deuium ſcortum dixit Horatius à uia publica remotum. Deuij populi à Cicerone dicuntur, qui à uia militari ſequeſtrati ſemotiq; ſunt. Alpium muro.) In oratione de prouincijs Conſularibus, Alpibus, inquit, Italiam munierat antè natura, non ſine aliquo diuino numine. nam ſi ille aditus Gallorum immanitati multitudiniq; patuiſſet, nunquam hæc urbs ſummo imperio domicilium ac ſedem præbuiſſet. Plinius quoque lib. 36 ſic refert: In portento propè habuere maiores Alpes ab Annibale exuperatas, & poſtea Cimbris. Dixit poeta, Alpes immittet apertas. expoſuit Seruius, Alpes muri uice tuebantur Italiam. M. Lepido.) Pontifici Max. Hunc M. Lepidum in Triumuiratu Auguſtus ſpoliauit exercitu, relegauitq; Circeos: tamen Pontificatũ non niſi mortuo illo transferri in ſe paſſus eſt. maluit enim illum honorẽ uocari, quàm ſpolium. Auctores Seneca et Suetonius. Statuam equeſtrem) Statuæ equeſtres, ut inquit Plinius, Romanã celebrationem habent, orto ſine dubio à Græcis exemplo. erant autem ornamentum fori. Lucius Piſo prodidit olim ſtatuas circa forum, eorum qui magiſtratus geſſerant, ſublatas omnes, præter eas quæ populi aut ſenatus ſentẽtia ſtatutæ eſſent. Equeſtrium ſtatuarum origo perquam uetus eſt, cum fœminis etiam honore communicato. Et pro populo Romano illo ire.) Hunc locum ita emendo, ſit Proprætor eo iure, quo qui optimo: ut ſit ſenſus, Cæſarem Auguſtum hoc titulo ornamentoq; decorandum eſſe, ut ſit proprætor eo iure eaq; poteſtate, qua præditus eſt quicunque optimo iure talem honorem gerit. & hoc eſt quod ſcribit Tranquillus, referens Octauium Auguſtum iuſſum eſſe comparato exercitui proprætore præeſſe, & cum Hirtio & Panſa qui Conſulatum acceperant, Decimo Bruto opem ferre. Conſimiliter paulò infrà in formula Senatuſconſulti Tulliani Proprætor nominatur. Legibus enim annalibus.) Lex annalis quam & annariam uocant, dicebatur ab antiquis ea qua finiuntur anni magiſtratus capiendi. M. Tullius in libris de Legibus ſic inquit: Eũdem magiſtratum, ni interfuerint decem anni, ne quis capito: Aeuitatem annali lege ſeruanto. Aeuitatem more priſco dixit pro ætatem. Dicitur hæc lex annalis alio quoq; uocabulo comitialis lex Pacato panegyriſtæ ſcribente, maioribus tantam fuiſſe annorum curam, ut non ſolum in ampliſſimis magiſtratibus adipiſcendis, ſed etiam in Præturis quoque aut Aedilitatibus capeſſendis ætas ſpectata ſit petitorum: nec tantum quiſque ualuerit nobilitate, uel gratia, uel pecunia, qui annos comitiali lege præſcriptos feſtinatis honoribus occuparit. Nunc cẽſet M. Tullius ut Cæſar Auguſtus ſoluatur legib. annalibus, poſſitq; ante tempus honores ampliſſimos capere. Allegantur exempla nobilium Romanorum, qui admodum adoleſcentes Conſules creati, maximas res geſſerunt. Rulli.) Quidam codices habẽt Rutiliam. Rullorũ quoq; frequens mentio apud ſcriptores. T. Flaminius.) Hic Conſulatũ ex Quæſtura petijt: unde Tribuni plebis comitia impedire cœperunt, frementes iam Aedilitatem Præturamq; faſtidiri. nec per honorum gradus documentum ſui dantes nobiles homines tendere ad Conſulatũ, ſed tranſcendendo media, ſumma imis cõtinuare. Verũ nec ſic impedimẽto eſſe potuerũt quin T. Quintius Flaminius cum Sex. Helio Peto Conſul crearetur. At eſt quibuſdam inimicus.) Obiectio per hypophoram eſt, hoc modo: Timendum eſt ne Cæſar Auguſtus inimicus ſit clariſſimis ciuibus, his uidelicet qui patrem ſuum interemerunt, & ob id deſciſcat à partib. Reipub. Diſſoluitur hoc per anthypophoram,

 ut dicat

ut dicat Cæſarem adoleſcentem omnes inimicitias reipublicæ condonaſſe, & publicum commodum priuatis affectibus anteponere, cui nihil ſit charius ipſa republica.
Promitto, recipio.) Recipere ſignificatione minus remota eſt idem penè quod ſpondere atq; promittere. In epiſtola D. Bruti ſic ſcriptum eſt: Pro Caßio & te, ſi quid me uelitis recipere, recipiam. De quibus retuliſtis) relationem feciſtis, ſenatumq́; conſuluiſtis. Inde relationes in ſenatu fieri dicuntur. Celeberrimi ſcriptores tradunt de rebus diuinis prius quàm humanis ad ſenatum referendum eſſe: tum porrò referri oportere aut infinitè de republica, aut de ſingulis rebus finitè. Auctor eſt Seneca maiores noſtros nouam relationem poſt horam decimam in ſenatu fieri uetuiſſe.

IOD. BADII ASCENSII IN V.
Philipp. Annotatio.

Quendam Septimum.) Quia adiecit, collegā ſuum, legam Septimum, non ſeptemuirum, ut in quibuſdam codicibus eſt. non enim erat Antonius in Septemuirûm collegio, ſed Augurum, in quo & Septimus eſt.

BARTHOLOMAEI LATOMI IN
v. Philippicam Annot.

ARGVMENTVM.

Calendis Ianuarijs, cum noui Conſules ad ſenatum referrent de republica, & honoribus eorum qui rempublicam defendebant, ſententijs amicorum Antonij eò inclinantibus, ut legati mitterentur ad Antonium, qui de pace & concordia agerent: Cicero hac oratione diſſuaſit eam ſententiam tanquam turpem ſenatui, & periculoſam reipublicæ: in qua cenſet non ſolum legatos mittendos non eſſe ad Antonium, ſed etiam acta illius reſcindenda, quòd contra auſpicia & per uim Conſulatum geßit. Deinde decernit qui honores quibus ſint tribuendi.

Nihil.) Orditur à querela prolati temporis, propter periculum reip. Quod idem.) Addit cauſam, & Antonium intelligit. Conuocabamur) ſerius ſcilicet. Sed querelam.) Colligit & laudat Coß. Conſulum.) Hircij & Panſæ. Atq; ut oratio.) Accedit ad rem, & improbata ſententia Piſonis, laudat ſenatus cōſtantiam. eſt initium confirmationis. Atq; ut.) Format hanc ſententiam per dißimilitudinem, & anthypophoram. Eius.) L. Piſonis, qui primus ſententiam dixerat. Eſt primus locus à conſtantia ſenatus: Non ſequenda eſt ſententia Piſonis, quia turpis eſt, & contra ſenatus conſtantiam. Hic enim.) Laudat conſtantiam ſenatus. Dies.) calend. Ian. Ordinis.) ſenatus. Quantum uirtutis.) Idem ualent. Recordamini.) Perſtat in amplificatione laudandi ſenatus. Nudiuſtertius) XII. dies ante cal. Ian. aduerbialiter. Honeſta pax.) Subeſt argumentum aſſumptionis. Cui dum.) Obiter refert cauſas inimicitiarum, & remouet à ſe, ut conferat in Antonium. Nihil eſt.) Pergit exequi rem quam inſtituit. Nudiuſtertius x.) Aduerbialiter. Legatos uerò ad eum.) Profert inconſtantiam, & enumeratione exaggerat. Primùm enim.) Declarat enumerando. loquitur pluraliter. Sed adoleſcentem.) Octauium. Atqui cum.) Commemorat rem. Placet.) Vide inconſtantiam & leuitatem. Siquidem.) Declarat. Vtrum hoc.) Obiurgat acrius. Cotylam.) Fuit unus ex contubernalibus & ſeſſatorib. Antonij. Patronos.) defenſores. Hoc dies.) Prorumpit in obiurgationem & indignationem. Quē nemo.) Antiptoſis. Vt placerent quas feciſſet fabulas. Qui.) Conſulares. Qui utinam.) Occupat futurā aduerſariorum ſententiam, ut deterreat. Quanquam ſuſpicor.) Parentheſi remouet ſtultitiam occupationis. Galliam.) tranſalpinam. Quid hoc.) Reprehendit à periculo publico. Primùm.) Declarat quod dixit. Neruos.) Pecuniam uocat neruos belli eleganti metaphora. Si enim quis habet pecunias, ille optimè ad bellum gerendum inſtructus eſt. eſt enim ueluti nerui in corpore humano. Excors.) caret mente & ratione. Tu ciuem.) Iterum increpat ex indignatione. Nullæ.) Occupat excuſationes populi. Amicus.) Proſopopœia aduerſariorū. An poteſt.) Et hoc repellit. Mihi.) Alia excuſatio. Quid autem.) Profert periculum cum amplificatione. Agitur utrum.) Aperit & oſtendit periculum. Populi Romani.) Sunt omnia grauißima. Dubitate.) Subiungit per ironiam. An non cadunt.) Occupat confirmandi cauſa. et hinc delabitur ad inſectationem actorum Antonij, quæ cenſet reſcindenda eſſe, & Antonium hoſtem iudicandum. Hæc pars orationis ſeruit priori. An non.) Occupat quod dici poteſt, ut confirmet id quod dixit. Hoc me.) Reſpondet ex minori. Cotyla.) Fuit hic ſtudioſißimus & compotor Antonij. Leges.) Cæſaris. Paludes.) Pontinas in Campania, quas Cæſar decreuerat exſiccare. Quid.) Particula quid, adfert uehementiam orationi, & eſt apta contentioni, & oratio quaſi aſcendit. Sed augur.) [illegible] per occupationē. Quanquā.) Correctione illudit. Ioue.) Declarat. Ioue pro cælo.

Sexēnij.) De prouincijs prætorijs. Promulgata fuit?) Sunt negationes interrogatiuæ. Factam.) latam. eſt participium à ſum, non à fio non dicimus legem fieri. eſt nouè dictum. Vbi lex Cæcilia.) Cæcilia lex & Didia ſtatuebant ut leges ante trinundinū promulgarentur, quàm ferrentur. quod poſtea confirmatum fuit lege Iunia & Licinia, pœna etiam adiecta. Vbi pœnæ.) Requirit in Antonium. Leges.) Cæcilia & Didia. Eccu.) Arguit leges contra auſpicia promulgatas. Hanc eandē rem inſectatus eſt etiam in ſuperioribus Philippicis. Auſpicia.) religio auſpiciorum. Quid? quod.) Aliud uitium.

Sua nunciatione.) tanquam augur. nunciantur enim auſpicia. Sed auſp.) Abrūpit hunc locū. Nū et.) De ui Antonij. Primum.) Declarat rem. Præſidia.) armatorum hominum. Quibus de cauſis.) Concludit, & colligit ſententiam ſuam de legibus Antonij. Quamuis ergo.) Cenſet orator & teſtatur leges Antonij reſcindendas eſſe, & bonas promulgandas. Gladiatoris.) Gladiatorem uocat, eo quòd armatus per urbem incedebat. Illa uerò dißipatio.) Pergit ad cætera acta Antonij. Septies millies.) ſcilicet ſeſtertiûm, quæ ſunt ſeptuagies quinquies centena millia coronatorum. Perſcriptionibus.) aßignationibus per ſcripturam factis. Auertit.) interuertit, ſibi uſurpauit. Quid? illi.) Declarat quæſtus & mercatus quos Antonius domi ſuæ conſtituerat. Exhauſit.) abſumpſit, tanquam uorago quædam. Decretis.) quaſi antè facta à C. Cæſare. Immunitates.) libertates. In interiore ædium parte.) in gynæcio. Nundinæ.) hoc eſt mercatus. Hic locus in ſecunda Philippica eſt emendandus, ubi ſcriptum eſt Numatione, legendū Nundinatione. Vir.) Antonius. Auctionem.) nundinationem. hoc erat turpißimum, mulierem uendere rempublicam.

eam. Syngraphæ.) Sunt ſcripturæ ex utraque parte factæ. Is etiam legem.) Vituperat legem iudiciariam Antonij, qua ille tertiam decuriam adiecerat. Auctor.) Ironicôs. Anteſignanos.) milites. Alaudas) ex legione alaudarum, genus militum. O conſeſſum iudicum.) Oſtendit indignitatem iudicum, & quoſdam nominatim deſcribit. O dignitatem.) Ironia. Sed fac.) Occupat quod dixit, & firmius reprehendit. Vobis.) Romanis. Notatio.) animaduerſio iudicum, ut boni & probi ciues eligantur. Cortynium uerò.) Argumentatio ex maiori. Cortynium.) Cortyna ciuitas fuit Cretæ inſulæ, ex qua fuit ille. Cydam.) Nominat quoſdam, ut indignitatem illorum oſtendat. Nam Lyſiadẽ.) Venit ad alium, & irridendo ſuam indignitatem oſtendit. Feſtiuus.) urbanus, facetus ironicôs dicit. M. Curio.) erat peritiſſimus alearum. Quæro igitur.) Negat Lyſiadem poſſe iudicem eſſe. Citatus.) ſcilicet à quæſitore qui nomina in ſcriptis iudicũ continebat, et unumquemq; ſuo nomine appellabat. Res iudicare.) eſt iudicem eſſe, officium iudicis exercere, officio iudicis fungi. Græculi.) Diminutiuum, ad contemptum dicit. Palliati.) Et hoc ad eluſionem dicit ab habitu. Togati?) Interrogando improbat. Alleget.) id eſt defenſores adducat, cauſam defendat. Apud Terentium in Andria: Ne credas à me hunc allegatum ſenem. Dicimus etiam ius noſtrum allegare, unde allegatio iuris. Quomodo.) qua defenſione & eloquentia, inſtructus ſcilicet reus. Natio.) Cretenſium. At Athenienſes.) Ironicôs hoc ſubiungit. & eſt quaſi anthypophora. Faciat.) in alea ſcilicet. Ludit in hunc Curionem, & contemnit hoc totum genus iudicũ Antonij. Sunt item.) Et hoc ironicôs dicit. Solum uertiſſe.) Eſt locum mutare, in exilio eſſe. Hos ille.) ſcilicet Antonius, cum indignatione. Nomina.) ſcilicet conſcripta.

His.) iudicibus. Nolui.) Apophaſis rhetorica. Chorum.) totum ſodalitium. Hæc cauſa.) Ironia indignantis. Ventis.) Omnia uerbis exaggerat. crimínoſe enumerat magnitudinem ſcelerum Antonij. Quæſiti.) ſcilicet ab Antonio ſunt. Sed illud.) Verba ſunt corrupta, aut quædam deſunt. Hanc ego.) Arguit leges per uim latas, & rem exaggerat. Sine ui.) iure. Nunc uerò.) Ex minori. An illa.) Oſtendit leges Antonij latas eſſe per uim. Regibus.) Spurius Melius, M. Manlius Capitolinus. Cinnam.) Cornelium contra Marianos. Non poſſum affirmare.) Comparatio cæterorũ tyrannorum cum Antonio, quibus illum anteponit. Stipatos.) munitos. Agmen.) Singula uerba habent uim. facit hypotypoſin. Lecticæ.) in quibus occultabantur arma. Non modò.) nedum. Cella.) templo. Carcerem.) ſenatum in templo quaſi in carcere fuiſſe incluſum. Huc etiam niſi.) Perſequitur reliqua hiſtoriæ, & ordinẽ temporis continuat. Supplicatione.) decernenda C. Cæſari. Triginta diebus.) Calendis ſextilibus. Digeſtio.) concoctio crapulæ. hoc ad uituperationem obiter inſeruit. Agmine.) quaſi inſtructus ad pugnam. Etenim.) Hoc facit uериſimile quod dixit. Mylaſis.) urbs eſt in Ionia. Mendicitas.) L. Antonij. Agros.) ablatos à Pompeianis. Quæ.) Ponit ſententiam ſuam. Notanda.) reprehendenda. Iudicandumq; nullos.) Cenſet diuiſionẽ agrorũ reſcindendam, & Antonium hoſtem iudicandum. Septemuiri creati fuerant ad agros diuidendos à L. Antonio Tribuno plebis. Pro æde.) ante ædem. Niſi uictorem.) Tyrannica uox. Quid uerò.) Aliud dictum tyrannicum Antonij, quo iudicat eum hoſtem eſſe.

Quid erat.) Interpretatur dictum Antonij. Quid uerò.) Perſequitur ordinem rei geſtæ. Vel potius.) Correctio. Effrenatio.) intemperantia & crudelitas Antonij. Impot. animi.) Animus impotens, qui in noſtra poteſtate non eſt. Vxoris.) Fuluiæ. & hoc obiter uituperat. Quo animo.) Reſpicit ad ſcopum orationis, & argumentatur ex minori. Totius orationis ſcopus eſt, ne mittantur legati ad Antonium: & oſtendit periculũ futurum, ſi Romã cum exercitũ uenerit. Deſcripſit.) diuiſit. Deſcriptio populi in claſſes, eſt diuiſio. Brunduſio.) Caſus localis: id eſt, Brunduſio ueniens. Infeſta.) Infeſtum eſt, quod uehementer aduerſum uenit. Cæſar.) Octauius. Patris.) Cæſaris dictatoris. Latronis.) Antonij facit omnia atrociora uirtute oratoria. Quarta legio.) Nam legiones ſequebantur Antonium Brunduſio. Conſularem.) Puto ſignificari Piſonem. Cóncidit.) exterritus eſt animo. Paludatus.) Quod turpiſſimum eſt Antonio. Impotentem.) intemperantem. Quid ille fecit.) Prorumpit in argumentationem, & confirmat Antonium hoſtem eſſe. Ergo Annibal hoſtis.) Profert quod abſurdum eſt, ut contrarium confirmet. Si Annibal eſt hoſtis, & Antonius eſt hoſtis. Depopulationes, uaſtation.) Omnia ſunt hoſtilia. Hæc ij.) Hic locus corruptus eſt. Ad hunc, dij.) Redit ad caput ſententiæ, & aduerſarios reprehendit. Legatos.) Redit ad principalem ſententiam. Iſti homines.) Inuehitur in aduerſarios. hæc omnia habent ſententiam negatiuam. Denique quamuis.) Negat legatos mittendos eſſe, propter incommoda quæ conſecutura ſint. Ardorem.) ſtudium.

Municipiorũ.) liberarum ciuitatũ. Vt omittã.) Aliud incommodum. Quamuis.) Occupat quorundam ſententiam, quorum errorem reprehendit. Legati proficiſcantur.) Eſt proſopopœia. Minimis.) Confirmat et declarat quod dixit, ex genere negotij. Inclinationes.) mutationes. eſt locus communis. Recedat à Mutina.) Ex antitheſi docet quid agendũ ſit. Brutum.) qui Galliam ciſalpinam obtinet. A Mutina.) Occurrit contrario exemplo, quod diſſimile eſſe oſtendit. Coloniam.) Mutinam. Itá ne uerò.) Inſurgit acrius, & indignitatẽ oſtendit. Oſtendit uehementius per illuſionem rei indignitatem. Quid intereſt.) Exaggerat rem. Belli Punici.) Iterat exempli diſſimilitudinem. Age ſi paruerit.) Profert aliud incommodum, nempe offenſionis Antonij, quam ex actis ſenatus oſtendit. Ante diem.) Declarat non poſſe fieri ut populus Romanus hoc ciue utatur: & refert acta ſenatus. Conſcidiſtis.) condemnaſtis. Vertit.) auertit à Roma in Galliam. Factum.) ſcilicet D. Bruti. Qui ſi.) Aliud periculum. Vexillum.) ducem, imperatorem. Sed hæc minus.) Correctione colligit præcedentem locum, & certius incommodum ſubiungit ex retardatione belli, & confirmat antegreſſi temporis exemplo. Hæc.) quæ commemorata ſunt. Noui.) Coniectura ex perſona. Familiam.) gladiatoriam. Belli.) apparandi contra Antoniũ. Vt primùm.) Hoc declarat. Latronis.) Hoc contemptius quàm ſi hoſtem uocaret. Vel potius.) Corrigit atrociori uerbo. Conuocati.) à tribb. pl. Ieci ſententia.) Hoc factum fuit in tertia oratione. Ex eo tempore.) ex decimotertio Cal. Ian. Omne malum.) Gnome. Verum præterita.)

Abrumpit querelam antegreſſi temporis, & argumentationem urget. Hanc moram.) *hoc incommodum Reipublicæ admittamus.* Delectus.) *exercitus cogendi.*

Quamobrē P. C. Conſcripti.) *Concludit hanc totam partem orationis, & ſententiæ ſuæ ſummam colligit.* Tumultum.) *Tumultus propriè uocabatur bellum cum ſi nitimis.* Iuſtitium indici.) *uacationem iuriſdictionis.* Saga.) *ueſtem militarem, & arma.* Delectum haberi.) *conſcribi exercitum.* Vacationibus.) *Nunquam ciui datur uacatio & immunitas.* Vrbs.) *Roma.* Totam.) *& ciſalpinam & tranſalpinā.* Obruet.) *franget illius animum.* Nam nunc quidem.) *Declarat quod nunc di xit, & Antonij errorē oſtendit.* Conſentientis.) *Vult Cicero in conſenſu Senatus Rempublicam ſaluam & incolumē fore. Diſcordia magnæ res dilabuntur, concordia paruæ res creſcunt.* Victi.) *Pompeiani* Alteri.) *Cæſariani.* C. Cæſaris.) *Octauiani.* Niſi fortè.) *illudit quod dici minimè poteſt.* Niſi.) i... Cæſaris.) *Dictatoris.* Hoc uerò.) *Hoc aſſeueranter ſubiungit.* Spe.) *prædandi.* Quibus.) *Declarat.* Legi epiſtolam.) *Hoc confirmat teſtimonio.* Capitalem.) *criminoſum.* Quid concupiſcat.) *Colligit uerba Antonij. Proponit ei optionem.* En.) *Prorumpit in indignationem. Vult Antonium iam bona ciuium ſuis diſtribuiſſe.* Deſtruit.) *deſtinauit.* Sibi.) *ſuo arbitrio.* Cum hoc P. C.) *Redit ad ſententiam concluſionis, et alia adiungit.* Conſulib.) *Panſa & Hircio.* Prouideant.) *Hæc erat forma commendationis Reip.* Res fraudi.) *ne imputetur. elegans lectio, fraus pro pœna & animaduerſione.* Hæc ſi.) *Eſt extrema admonitio.* Altera res eſt.) *Venit ad alteram partem orationis, qua honores decernit cum meritorum amplificatione.* Huic tanto merito.) *Amplificat meritum Bruti à periculi magnitudine.* Municipijs.) *liberis ciuitatib.* Colonijs.) *qui uiuebant iure populi Rom.* Deuius.) *auerſus.* Arcuit.) *prohibuit.* Præſidet.) *defendit.* Laudetur.) *Gallia.* Atq; etiam.) *Sententia de Lepido.* Imponente.) *die Lupercalium.* Magna hæc.) *Amplificat moderationem Lepidi in bello ciuili poſt mortem Cæſaris cōponendo, quod inter ueteres & nouas partes futurum erat.* Tetro.) *abominando.* Filios incolumes.) *L. Pompeium & Quintum.* Sex. Pompeium.) *Vide Plutarchū in uita Cæſaris.* Filius.) *Cn Pompeius.*

Sed omnia.) *Correctio.* Quum à M.) *Senatuſconſultum Lepidi.* Reponere.) *cenſeo.* In Roſtris.) *foro Romano.* Honos.) *equeſtris ſtatuæ.* Ampliſſimis meritis.) *Hic deeſt aliquid: quare uide num poſt redditur, addendum ſit, Deinde quia nouus: ac deinceps cætera ſubnectenda.* Qui niſi.) *Amplificat meritum Octauij erga remp. à tempore.* Magni hon.) *Confert Octauiū cum Pompeio, amplificādi cauſa.* Paratior.) *expeditior.* Genere belli.) *deteriori, nempe ciuili bello.* Proſcriptorū.) *Marianorum.* Et pro pop. R.) *Hic deeſt aliquid.* Aetati.) *adoleſcentiæ.* Quòd C. Cæſar.) *Honores Cæſari decernendi.* Summo.) *periculoſiſſimo.* Senatorē eſſe cenſeo. Quid eſt.) *Obſtat.* Quid eſt enim.) *Occurrit legib. annalibus, quib. uult Octauiū ſoluendum eſſe.* Itaq;.) *Cōfirmat maiorū autoritate, ſpectatā uirtutē legib. ſubiectā eſſe nō oportere.* Aequales.) *pares ætate.* Nam quod.) *Occupat aliam obiectionē, quā coniectura futuri tēporis diſſoluit.* Vtinam C. Cæſari.) *Occurrit contrario exemplo, & diſſimile eſſe oſtendit.* Lubricam.) *teneram.*

IN SEXTAM M. T. CICERONIS PHILIPPICAM FRANciſci Maturantij Commentarius.

LVcij Piſonis ac nonnullorū aliorum qui Antonio fauebant, in Senatu uicit ſententia de mittendis ad Antoniū legatis. Fuere autem Seruius Sulpitius, L. Cæſar, L. Piſo, L. Philippus: quibus hæc mandata Cicerone præſcribēte, etſi inuito eo Legatio erat decreta, à Senatu data ſunt ad Antoniū, ut Mutina confeſtim diſcederet: ut Decio Gallia prouincia cederet, quæ intra Alpes & Rubiconem amnem eſt: exercitū citra flumen reduceret, ita tamen, ne propius urbem ducentis millibus admoueret. Præfinitus item dies eſt, quo ſi nō parêret, hoſtis Reipublicæ haberetur. Iam profecti erant Legati. Quid ergo in Senatu actum ſit, frequentem populū ſcire cupientem, & uoce P. Apuleij ſciſcitantē, docet Cicero, dilatum dicens eſſe, non ſublatū bellum. Facit autem præiudiciū re infecta Legatos redituros, & Antoniū neq; pariturū Senatui, neq; ſi uelit, poſſe. atq; idcirco hortatur ut paratis ſint ad rem animis dum redeāt. Inuehitur per occaſionem in M. & L. Antonios, quædam in L. Trebelliū & T. Plancum, improbos & nepharios, qui ad Antoniū ſeſe contulerant ſuis eiecti ſceleribus, maledicta congerit. Populi in ſe commemorat beneficia, & ſuam operam ſuumq; ſtudium pollicetur. In eo præcipuè laborat, ut ſuſpicionē populo adimat aut timoris Senatus ob miſſos Legatos, aut futuræ cum Antonio concordiæ. Minus ſeuerè.) *nam pro dignitate & ſeueritate Senatus nō decernenda legatio, ſed illico hoſtis iudicandus fuerat Antonius.* Diſſolutè.) *molliter et remiſſè.* Mora.) *donec legati reuertantur.* Non cauſa ſublata.) *quoniam ut dicturus paulò pòſt eſt, non parebit Antonius.* P. Apuleius.) *is Tribunus plebis erat, cuius meminit Appianus.* Ex eo.) *ac ſi dicat propter id.* Quod Senatus decreuit.) *quid autē decreuerit, prius eſt dictum.* Longo interuallo) *poſt longum interuallū. diu enim liber non fuerat, XIII Calen. Ianuar. cœpit eſſe.* Etiā ſi uitæ finē allaturus eſſet.) *propter ea quæ in M. Antoniū dixi, & quibus hortatus ſum ut honores & præmia Decio & Octauio decerneretis, & omnibus qui contra Antonium pro Republica quippiam feciſſent.* Vna mente.) *una uoluntate. Contigit autem hæc populi acclamatio, & Ciceronis commendatio, cum illam ad populū habuit orationem XIII Calend. Ianua. cuius initium eſt: Frequentia ueſtrum incredibilis, concióque tanta Quirites.* Quam perſonam.) *quam grauitatem & conſtantiā. Ab hiſtrionibus tractus eſt ſermo, qui quam perſonā ab initio fabulæ ſuſceperint, ſeu liberi, ſeu ſerui, ſeu regis, ſeu priuati, eam ad extremū uſq; tum dictis tum factis ſeruant.* Putaui.) *Cal. Ianuarijs: quod præcedenti apparet oratione.* Imperatorem.) *Decium.* Coloniam.) *Mutinam.* Diſceſſio.) *Senatuſconſultū per diſceſſionem, quoniam non omnes aſſentirentur, nec inter omnes de mea ſententia conſtaret.* Pecunia publica.) *quæ fuit ad ædem Opis.* Per uim.) *hæc omnia prius dicta ſūt à Cicerone & enarrata.* Ad Annibalem.) *ad hoſtem, non ciuem, qui denunciarent confeſtim Sagunto diſcederet.* Conſulem deſignat.) *Decium.* Facile uerò.) *qui non eſt in ſua poteſtate, hoc eſt ſibi ipſi nō conſtat & conuenit, multo minus alijs.* Quid enim ille unquam.) *qui rationi obtemperauit nunquā, &*

ſemper

ſemper appetitui paruit, nec ſui compos unquam fuit. Dißimilia.) *Quid enim lenoni cum latrone? ille mancipijs quæſtuarijs lenocinium facit, hic ex inſidijs inuadit, & rapto uiuit.* Forenſib.) *in foro editus.* Mulieri aus riß.) *Volumnia mimæ.* Citra flumen Rubiconem.) *Is inter Rauennam & Ariminum fluit, in Adriaticum uerò mare excurrit. de quo Lucan. Fonte cadit modico, paruiſq; impellitur undis Puniceus Rubicon, dũ feruida candet æſtas: Perq; imas ſerpit ualles, & Gallica certus Limes ab Auſonijs diſterminat arua colonis.* Finis eſt Galliæ.) *Super Rubiconis ponte inciſum in marmore edictum fuit his uerbis: Imperator, miles, tyro, armatus quiſquis es, hic ſiſtito, uexillũ ſigito, arma deponito, ne citra hunc amnem Rubiconẽ ſigna, arma, exercitúmue traducito. Si quis aduerſus præcepta ierit, fecerít ue, adiudicatus eſto hoſtis pop. Ro. ac ſi contra patriam arma tulerit, ſacroſq; penates è penetralib. aſportarit.* Vt ab urbe.) *nam ita à Mutina auocabatur, ut ei nõ concederetur Romam reuerti.* Procraſtinatio.) *cum dies de die ducitur.* Horã eximere.) *horam differre.* At ille non potuit.) *Occurrit obiectioni. ac ſi dicat, ſed ciuis bonus faciendũ non iudicauit.* Primus.) *nam conſul erat deſignatus, & primus ferè deſignatus conſul rogari ſententiam ſolebat.* Legiones.) *quæ oppugnarent.* Properent.) *legati.* Hoc.) *quod ſequitur.* Nunquã.) *& eſt ordo: Nõ uereor ne uertat ſe.* Refellendi mei cauſa.) *ut refellat, & mentitũ oſtendat.* Non inuidebit huic meæ gloriæ.) *ut ſapiens dicar, quòd præuiderim quæ Antonius eſſet facturus.* Paſſurum.) *ut pareat ſenatui.* Labare.) *nutare, inclinareq; ad ſenatus uoluntatẽ.* Secerni.) *abeſſe à fratre, & ab illo diſiungi.* Africanus.) *ueluti quidam Africanus Scipio.* Inter illos.) *in conuentu illo flagitioſißimorũ.* Quim L. Trebellium, T. Plan.) *hi erant ſceratißimi: cumq; ob uaria flagitia eſſe in urbe impunè nõ poſſent, ad Antonium cõfugerant. & T. quidẽ Plancus populi damnatus ſententijs, ad Antonium, cum quo prius fuerat, ſic redierat, quaſi coactus eſſet, idq; inuitus faceret. Sic uerò ab Antonio contemnebatur, ut nõ rediiſſe ſua ſponte, ſed retractus putaretur, cũ retrahi fugitiui ad ſupplicũ ſoleant.* Sic contemnit.) *T. Plancũ Antonius tanq̃ exulem, & hoſtem publicum. nam hoſtib. iudicatis aqua & igni interdici ſolebat. is Cæſare occiſo, & tumultuante plebe, cum facib. ad curiam ipſam cucurrit, cui contumelioſe obijciebat Antonius, quòd curiam incendiſſet, & meritò ex curia & urbe pulſum.* Cum ille nouis tabulis aduerſabatur.) *Plutarchus in Antonio, à Dolabella tradit adoloſcente trib. pl. nouarum rerum cupido remiſſo à Cæſare poſt Pharſalicam pugnam Antonium, et ipſum tribunũ amicum et popularẽ rogatũ, ut adiutor ſibi uellet eſſe in perferẽda lege de nouis tabulis, hoc eſt ære alieno diſſoluendo, cui Aſinius & Trebellius intercedebãt: & Antonũ quidem adulteratã ab eo uxorem ſuam, C. Antonij patrui filiam, ſuſpicatum, aduerſatũ eſſe, parteſq; Aſinij & Trebellij ſuſcepiſſe: Dolabellã quoq; foro, quod armis occupauerat, expuliſſe. Contraria hic dicit Cicero, & Antonũ nõ Dolabellam ferre legem illam uoluiſſe, Trebellũ interceßiſſe: eam cauſam odij Antonio fuiſſe: amaſſe poſtea, cum æs alienum ingens Trebellius conflauiſſet, quo damnatus ad eum cõfugiſſet: & niſi lege lata de nouis tabulis ære alieno reſciſſo, ſaluum eſſe nõ poſſe.* Tabulis nou.) *Nouæ tabulæ dicebãtur, quoties æs alienum diſſoluebatur, et ueteres creditorũ tabulæ abolebãtur. Tranquill. in Iulio: De pecunijs mutuis diſiecta nouarum tabularũ expectatione quæ crebrò mouebatur.* Fert in oculis.) *amat præcipuè.* Sponſores.) *qui pro eo ſe obligarunt.* Creditores) *qui pecuniam mutuati ſunt.* O fides.) *Exclamatio. Cognomen, inquit, fidei accepiſſe arbitror Trebellũ, ut fides ipſa uocetur. & irriſiuè hæc ait.* Vbi plauſus ille.) *cum triumphauit Trebellius.* Spe ludi.) *obiecta ſpe nõ uirtutis, ſed ludi, ut nos deluderes, & alium quàm ſperaremus, te exhiberes.* Quis eſt qui.) *quaſi dicat, quæ prius rectè fecit, nõ uirtute, neq; uolens aut ſciens, ſed fortuitò fecit.* Nequitia iam ſcelus eſt.) *Caſu bonus fuit, iam peccat nequitia, quæ eſt ſcelus cum quiſpiã uolens malus eſt, nõ caſu.* Ad amores.) *Ironicè. L. Antonius poni ſibi ſtatuam curauerat, cui inſcripſerat, L. Antonio patrono pop. Ro. quinq; & xxx. tribus poſuere. In quod inuehitur Cicero, quærens ex populo eius ne ſit patronus L. Antonius, & poſuerint ne ſtatuam quinq; & xxx. tribus.* Negatis.) *uerum eſſe non conceditis patronum uobis eſſe. Patronus in fidem recipit clientem, ut tueatur & cauſam defendat, ſed accuſati, nõ etiam accuſantis.* Certè nemo.) *ſcilicet eſt qui tribum non habeat. ſinguli enim eſtis in aliqua tribu, quæ ſunt quinq; & xxx. ergo omnes optaſtis patronum.* Malam illi peſtem.) *ſcilicet opto: & uerum eſſe nõ dubito quod dicitis ueſtrum patronũ neq; eſſe, neq; fuiſſe.* Hic latro.) *L. Antonius.* In foro L. Antonij ſtatuam uidemus.) *quaſi indignißimum eſt.* Illam Q. Tremuli. *Sic habet hic locus, non autem Q. Trebellij. Q. Martius Tremulus Cos. cum P. Cornelio, Anagnia capta de Hernicis triumphauit, ſtatua equeſtris in foro ei decreta eſt, & ante Caſtoris templum poſita, quod Liuius ſcribit lib. 9. ab Vrbe cond. Hernici populi fuere Latinio, Albæ, & ipſi Romæ uicini: quorum oppida Ferentinum, Verulæ, &c.* Altera ab equitibus Ro.) *Altera in foro, hoc eſt ſecunda ſtatua erat L. Antonij, quam equeſtris ordo poſuerat, & item patrono inſcripſerat.* Equo publico.) *quem publicè equites poſuiſſe, titulus & inſcriptio indicabat, quod refellit Cicero.* Si quenquam, debuit me.) *Nam equeſtris ordinis fuit Cicero, & rempublicã ſeruauit, in quem gratus eſſe ordo debuiſſet.* Quem Cenſorem?) *ſcilicet ſibi adoptauerunt patronum? quod idcirco facere debuiſſent, quia ſenatus, equitumq; regimen penes Cenſores eſſet, cum equos ipſis adimere ſoli poſſent, ac notam inurere ſi quid diſplicuiſſet, cum urbem trabeati ipſi luſtrarent equites. quod bis ſingulis faciebant annis, Lupercalibus, & Idibus Iulij, ut Valer. Max. tradit.* Agrum ijs diuiſit.) *ac ſi dicat, quem diuidere nefas erat, & quem iniuria poſſeſſoribus interceperat.* Sordidos.) *auaros.* Qui acceperunt.) *illum agrum.* Qui dederit.) *L. Antonius.* Statuerunt.) *locatur Cicero, quod mox ipſe indicat, & hæc ueluti nugas reprehendit.* Statuerunt.) *ſtatuã equeſtrem unà cum equitib. Ro. poſuerant Antonio duo qui in Cæſaris exercitu bis fuerant tribuni militares, quibus Antonius Semurium diuiſerat.* Quis eſt iſte ordo.) *cum duo fuerint, ſicut ait.* Multis legionib.) *nam quælibet legio duos habebat tribunos militares: minorem, qui præerat cohorti quingenariæ, quem Græci uocant πεντακοσιάρχην: & maiorem, qui millenariæ præpoſitus erat cohorti, à Græcis uocatus χιλίαρχος.* Iis.) *tribunis militaribus, qui duo bis fuerunt in exercitu Cæſaris.* Semurium.) *agrum ſecus urbis muros. ideóque ſubiungit, Campus*

Martius reſtabat, ſcilicet diuidendus. L. Cæſaris.) qui fuit M. & L. Antoniorũ auunculus. Sententiam.) quam dixit in Senatu. Huic.) L. Cæſari. Septemuirûm.) L. Antonij & Collegarum, quos Antonius diuidundis agris præfecit. Iacent.) irrita ſunt beneficia collata Nuculæ, & ager ei ab Antonio diuiſus. Is autẽ Nucula unus ex Antonij fuit ſatellitibus. Friget.) quia uidet quæ decreuit, irrita eſſe. Poſſeſſores.) illi quibus L. Antonius agros diuiſit. Illa ſtatua palmaris.) illa prior cui inſcriptum erat: L. Antonio patrono pop. Ro. quinq; & xxx. tribus poſuere. Palmaris, digna. Terent. in Eunuch. Id uerò eſt quod ego puto mihi palmariũ. Iano medio.) hoc eſt in medio Iona. Baſilicam Paulus Aemylius in foro Romano extruxit mille & quingẽtis talentis, qua pecunia Conſul unà cum Calidio Marcello corruptus eſt à Cæſare ut ipſi faueret. hæc inter admirabilia urbis opera à Plinio laudatur. Prope eam locus fuit Ianus nomine. duæ enim illic Iani ſtatuæ fuere, in ſummo una, in imo altera. eum uerò in locum fœneratores conueniebant. auctores Porphyrio & Acron. Horat. Hoc Ianus ſummus ab imo Perdocet. Itá ne? Ianus medius.) cum ſtomacho hoc inquit, etiam medius Ianus ubi erat poſita ſtatua, ſit in L. Antonij clientela? Sed nullum unquam in eo loco inuenit Lucius qui mille ipſi numos mutuaret, quaſi dicat, nullus ei unquam credidit, quoniam fallere & decoquere conſueuerat. Ferre uerò acceptam & expenſam pecuniam, ſermones ſunt à ratiocinantibus & mercatoribus ſumpti, qui traditam ab alio pecuniam annotant ut acceptam: datam uerò alijs, ut expenſam. Mille uerò numeri eſt ſingularis, pro eo poſitum quod χιλιὰς græcè dicitur, et ut μια χιλιὰς καὶ δύο χιλιάδες. ita unũ mille, & duo milia dicuntur: rectéq; & probabiliter dici ſolet, mille denariûm in arca eſt, & mille equitũ in exercitu. Cic. item pro Milone, Ante fundũ Clodij, quo in fundo propter inſanas illas ſubſtructiones facilè mille hominũ uerſabatur. auctor Gell. Noct. Attic. lib. 1. cap. 16. Etiam ſi melius aliud fuit.) non mittere legatos, neq; bellum differre. Pauci.) L. Piſo, Saluius, & allij nonnulli. Iſtam uocem.) expectandos legatos. Tumultum.) bellum periculoſum & propinquum. A ſe ortum.) Cicero in Salluſtium: Ego meis maioribus uirtute mea præluxi, ut ſi prius noti non fuerint, à me accipiant initium memoriæ ſuæ. Fuit enim homo nouus, & tamẽ uirtute nobiliſsimis uiris eſt æquatus. Eoſdem geſsi in foro labores.) Nullus enim dies erat, quod ipſe ad Quintũ fratrem ſcribit, quo pro reo non diceret. Quos in petendis.) ſcilicet geſsi. Rudis in Republica?) ſcilicet ſum. Viginti annos.) quod in principio ſecundæ Philippicæ dictum eſt. Voluntarius.) ſcilicet erit, quod noluerimus nos ſeruitute liberare, cum potuerimus.

GEORGII TRAPEZVNTII IN VI. Philippicam Annotationes.

AVdita.) Hac cõcione docet Cicero Quirites quæ acta ſunt in Senatu: legatos miſſos eſſe ad Antonium, qui mandata Senatus ad eum deferant, quibus niſi pareat, hoſtis poſtea iudicetur. hortatur ergo ut interea dum legati redeant, ſint animis ad bellũ paratis, quoniam propemodũ exploratum habeat Antonium nec uelle, nec ſi uelit, poſſe Senatus mandata ſuſcipere, & iis obtemperare. Quam perſonam.) ſumptum ab hiſtrionibus, qui in comœdia uel tragœdia quam perſonam, ſeu lenonis, ſeu regis ab initio ſuſceperunt, dictis aut factis conſtanter & perpetuò ſeruent, ut ſibi conueniant. Vt quanquam diſceſsio facta non eſſet.) id eſt cum nondum conſtaret inter omnes de mea ſententia, nec ab omnibus probaretur. Quæ uobis poteſt cum hoc gladiatore conditionis, æquitatis, legationis eſſe communitas?) quaſi dicat, nulla. quippe qui nec ciuis ſit, nec hoſtis, nec homo denique. ſed immanis quædam bellua, cum qua hominum generi nulla communitas eſt, nulla ſocietas. Quid enim ille unquam arbitrio ſuo.) Ille in ſua poteſtate eſt & arbitrio, qui rationi obtemperat: contrà qui appetitui, & libidini paret, is ſeruit, nec ſui compos eſt. Procraſtinatio.) in diem dilatio. Primus.) nam qui priore anno prouinciæ præfuiſſent, depoſito magiſtratu in Senatu primi omnium ſententiam rogabantur. Labere.) titubare, a, correpta. Labor autem, a, producta. Tybur.) Hoc Tybur ciuitas: hic & hæc Tyburs, gentile. Retractus.) retrahuntur fugitiui ad ſupplicium. Iam fert in oculis.) In oculis ſeu in ſinu ferre eos dicimur quos præcipuè diligimus. Palmaris.) aut quæ palmã meretur, aut quæ propter palmam ſtatuta eſt in ſignum uictoriæ. Medio Iano.) Tria fuerunt templa Iani Romæ, de quo Horat. Hoc Ianus primus ab imo Perdocet. Excubabo.) noctu. Vigilabo.) in die. Habui multas cõciones.) id eſt ſæpenumero coẽgi multitudinẽ in foro, ut cũ plebe agerẽ. quo in loco concio uel pro oratione ipſa, uel pro multitudine accipi poteſt.

PHILIPPI BEROALDI IN VI. Philippicam Annotationes.

ITerum à me conſeruatam Rempublicam.) Nemo non nouit ſemel à Cicerone conſule Remp. eſſe ſeruatam, detecta opreſſaq; Catilinaria coniuratione. iterum conſeruata uidebatur hoc tempore, quo eodem duce Reſp. reſpirare uidebatur. Qui in ſua nunquã fuerit.) Quem magis, inquit Seneca, admiraberis, quàm qui imperat ſibi, quàm qui ſe habet in poteſtate. Gentes eſt facilius Barbaras impatienteſq; alieni arbitrij regere, quàm animum ſuum cõtinere, & ſibi tradere. Plinius de Alexandro Magno loquens ait, magnus animo, maior imperio ſui: nec minor hoc facto quàm uictoria aliqua, quippe ſe uicit. Citra Rubiconem.) De Rubicone, qui Ciſalpinã Galliam ab Italia diſterminat, inuulgata ſunt omnia. illud adde, quod à Sidonio memoratur, Rubiconem nominis originem de glarearum colore puniceo mutuari, quod & Lucanus inſinuat illo uerſu:

Puniceus Rubicon, dum feruida canduit æſtas.

Procraſtinatio odioſa eſt.) Sillius ſententialiter protulit illud: Pelle moras: breuis eſt magni fortuna fauoris. A Columella quoque dictum eſt, diſpendioſam eſſe cunctationem: contrà pleriſque in rebus cunctatio utilis eſt, cum celeritas improuida ſit & temeraria. Sillius: In rem cunctari fuerit: non ulla perenni Auxilio fortuna fouet. Scribit Ammianus Marcellinus quòd cunctatio in magnis ductoribus præcipuum eſt bonum. Sunt itaq; loci communes pro cunctatione, & contra procraſtinationem. Ab hoc myrmillone Aſiatico.) L. Antonium hoc nomine probroſo inſectanter appellat, perinde ac gladiatorem famoſiſsimum: de quo ſuprà diximus. Oderat tum, cum ille tabulis nouis aduerſabatur.) Re diligenter ſtudioſeq; perpenſa, docuimus in commentarijs in Tranquillum, tabulas nouas pertinere ad æs alienum oblíterandum, & ueteres creditorum tabulas abolendas, ut uidelicet debitores

bitores creditas cum uſuris pecunias creditoribus non perſoluant, & ueteribus creditæ pecuniæ tabulis ſublatis, nouæ tabulæ conficerentur, cum perditi homines & nequam ſine nouis tabulis eſſe non poßint, qui ſoluendo non ſunt: quæ res in tumultu & in perturbata rep. induci flagitariq; ſolebat. qua in re illud annotandũ, quod Fortunatiano docente didicimus, lege de nouis tabulis lata, pecuniam cum uſuris creditam repeti non poſſe: depoſitũ uerò ſine fœnore poſſe. hinc illa controuerſia et exemplum, Petebat ab amico ſuo quis pecuniam cum uſuris quaſi creditam, ille offerebat ſine uſuris tanquam depoſitam. inter moras iudicij lex lata eſt de nouis tabulis repetit ille pecuniam tanquã depoſitam: retinet iſte quaſi fœnori datam. Igitur eſt patronus Antonius.) Clientes ſic inſtituerunt colere patronos, ut ſtatuas eorum in domibus atq; in atrijs ponerent: quæ fori ornamentum erant author Plinius.

Quinti Tremuli.) Ante ædem Caſtoris, ut Plinij uerbis utar, fuit M. Tremellij ſtatua equeſtris togata, qui Sannites bis deuicerat, captaq; Anagnia populum ſtipendio liberauerat. De hoc Liuius uolumine nono, Marcius Tremulus de Hernicis triumphans in Vrbem rediit, ſtatuaq; equeſtris ei in foro decreta eſt: quæ ante templũ Caſtoris poſita eſt. Thracem.) Suprà diximus & alibi annotauimus gladiatores quoſdam peculiari uocabulo Thraces appellari, qui propriè aduerſus Myrmillonem depugnabant. Horat. in Epiſt. ad Lollium, Thrax erit, id eſt gladiator. Olim Domitianus patrẽfamiliâs canibus obiecit, quòd Thracem Myrmilloni parem, munerario imparem dixerat, cum Myrmillo aduerſus gladiatorem Thracem componatur. Exiſtimo legendum, Myrmillo Thracem iugulauit. Nondum inſtruxerant.) Qui habet fundum et uillam, ea inſtruere ſolet inſtrumento neceſſario. hinc titulum apud iuriſconſultos eſt de fundo inſtructo, & inſtrumento legato Mart. Præſto domum, plus eſt: inſtrue tu, minus eſt.

BARTHOLOMAEI LATOMI IN VI. Philippicam Annotationes.

ARGVMENTVM.

Docet populum Romanũ quid actum ſit in ſenatu de legatione mittenda ad Antonium, & ſenatuſconſultũ interpretatur, hortaturq; ut ad bellum certum parati ſint, interpoſita interim eorum qui in Antonij partibus erant, contentione. Habita fuit hæc oratio pridie Nonas Ianuarias poſt tertium diem quàm illa ſuperior habita fuerat in ſenatu. ſicut hic ſatis oſtendit.

Audita.) Incipit à propoſitione. ut dociles & attentos reddat, ſtatim ab ipſa re incipit. Cuiuſq; ſententia.) nempe ipſius ſententia, & aduerſariorũ. Agitata.) uſq; ad pridie nonas. Confecta.) decreta eſt. Minus ſeuerè.) Obiter reprehẽdit, & temperat orationem, ne offendat ſenatum. Diſſolutè.) leuiter. Mora.) dilatio. Cauſa.) ſcilicet belli. Quamobrem.) Per narrationem totum explicabitur. Apuleius.) Tribunus pleb. commendat perſonã, quod ad beneuolentiã pertinet. Noſſe.) ex hac mea oratione. Cauſa fortiß.) Ingreditur narrationem. Conſulibus.) Hircio & Panſa. Ex eo.) ex ea re. Eo die.) Repetit ea quæ in ſenatu ſunt facta. Liber ſenatus.) Obiter ſenatum laudat. Interuallo.) longo ſpacio intericcto. Conclamaſtis.) Hoc antea cognouiſtis in 3. & 4. Philippica. Finem.) propter periculum ab Antonio. Fructum.) præmium. Cum uos.) Declarat quem ceperit. In ſenatum.) excitatus & confirmatus à uobis ad patrocinium reipub. Perſonam.) Metaphora ſumpta à ludis ſcenicis: ut meminiſſem quod meum officium eſſet, quod munus ad me pertineret defendendæ reipublicæ.

Illatum.) à M. Antonio. Rebus.) ſceleribus. Bello cenſui.) Commemorat ſententiam quam in ſenatu dixerat, qua cenſuerat tumultum decernendum eſſe. Saga.) Veſtis erat militaris. cum populus Romanus in ſagis erat, ſeu ſagatus, ſignum erat belli. Iniurias.) illatas ab Antonio. Grauißimi.) periculoſißimi. Diſceßio facta.) hoc eſt, res tranſacta non eſſet, ſenatuſconſultum non eſſet factum. Obiecta.) Impedimento obiter eſt interpoſita improbatio. Nam.) Declarat. hæc fuit ſententia aduerſariorum. Intelligo Quirites.) Hic ſucclamabat concio. quare excipit & probat eius ſententiam contra ſenatuſconſultum, quod tamen mox corrigit. Legatis.) Indignatio, ſcilicet mitteremus. Ab his.) legionibus. In Galliam.) Ciſalpinam. Gladiatore.) Gladiatorem uocat uituperandi cauſa. Communitas.) ſocietas, quæ iure gentium cunctis inter ſe hominibus eſt communis. Quanquam.) Nunc corrigit, & rurſus mitigat. Ita enim.) Declarat quam uim hæc legatio habeat. Conſulem deſignatum.) Brutum. Delectus.) militum. Poteſtate.) ſit ſubiectus legibus. Facile.) Exponit legationem, et negat eum pariturum eſſe ex minori. Quid enim.) Probat hanc rem ex uita Antonij. probatio argumenti ex moribus Antonij. Dißimulia.) quia lenones perdunt, latrones rapiũt et auferũt. Mulieri.) Fuluiæ. Itaq; quod.) Cõfirmat coniecturã ſuã prædictione, & ex moribus Antonij, legationi non pariturũ eſſe. ergo cauſam belli integrã eſſe. Quà.) Aduerbium loci eſt. Is eſt.) Ex antefactis uel adiunctis. Millibus.) ſcilicet paſſuum. Contentioſè loquitur. Rubicon.) limes & terminus Galliæ inter Rauennam & Ariminum. Saguntum.) Ex adiunctis. Commiſiſſet.) ſingulari audacia & ſcelere. Quid? quod.) Tranſit ad cætera explicanda. Habet ignominiam.) per admirationem. Iisq;.) imperatori & militibus. Introire.) Iterum hoc probat ex moribus Antonij. Nec uerò.) Epiphonema, quo confirmat ea quæ dixit de Antonio. Diſſolutum.) leue. Atrocitatis.) ſeueritatis. Procraſtinatio.) Elegans uerbum, dilatio ex uno die in alium. Succurrendum.) Addit cauſam. Eximere.) differre. An ille non.) Delabitur ad laudes Bruti, amplificandi cauſa. Primus.) princeps, qui ſententiam primum dicebat. Sed cum.) [illegible]: potuit facere, ſed non fecit. Libertatis natum) nempe ex familia Brutorũ. Ad hunc.) Dec. Brutum. Legatos, an legiones.) Paronomaſia. Sed præterita.) Abrumpit hunc locũ. Sagũ.) ueſtis militaris. Ad ſaga iretur.) ſaga ſumerentur, mutaretur habitus. Queremur.) moleſtè feremus. Non metuo.) Occupat dubitationem, & remouet. Vertat.) mutet ſententiã. Vt ego.) Declarat refellẽdo. Nunquã ſæ.) Per ſubiectionẽ. Quid?) Aliud profert ex perſona fratris ſui. Labare.) dubitare de bello perſequendo.. Myrmillone.) nomine gladiatoris intelligit Antonium ab armatura, qui cædendo pugnabãt. A fratre.) M. Antonio. Hic locus ſapit [illegible]. Nam hic inter illos Africanus.) Dilabitur ad inſectationem L. Antonij, quem unà cum cæteris qui Antonium ſecuti erant, contemnit. Iſta digreßio habet aliquid utilitatis, atque interim confirmat contemnendo aduerſarios. T. Plancus.) is propter æs alienũ cõdemnatus, ad Antonium

rediérat, cum eum antè reliquiſſet. ſed Cicero mirè fingit eum inuitum rediſſe, quaſi & ipſe damnarit Antonium.

Vt retractus.) Hic uidetur aliquid deeſſe. Incenderit.) Hoc factum fuit in ſepultura C. Cæſaris. hoc orator addit amplificandi & ornandi cauſa. Tabulis nouis.) abolitione æris alieni. Oderat tum.) uiuo Cæſare. Audiſſe.) Hoc declarat quod dixit. Creditores.) ſponſores. Cognomen.) uidetur cognomen ductum fuiſſe à fide, ut appellaretur Fiduculanus. nō poteſt inueniri hoc cognomen quale fuerit. Hunc.) L. Trebellium. Significat Trebellium caſu rectè tum feciſſe, non ſponte ſua & uoluntate: quare laudandus non eſt. Sed redeo.) ὑπερηφάνως loquitur cum quadam exprobratione. Recepit.) Hic reclamabat populus. Colligit ſyllogiſmis, deeſt concluſio. Interrogat & reſpondet affirmandi cauſa. Rurſus.) Iterum reclamabat populus. Confirmat teſtimonio ipſius ſtatuæ, populum Rom. patronum optaſſe L. Antonium: quam rem eis ut turpem exprobrat. Tribus.) ſubaudi poſuerunt. Igitur.) Iam infert concluſionem. L. Antonius.) Rurſus reclamabat populus. Peſtem.) precor. ἱκετικῶς. Non modò hic latro. Vide figuram orationis, in qua cum enumeratione inceperit, mox uertit in interrogationem, & permutat ordinem. Nam rectum & ſimplex erat, nemo unquam tantus fuit, ut dignus eſſet patronus populi Romani, nedum hic latro. Tutorem.) patronum. Videmus.) Vt indigniorem rem faciat, addit comparationem. Trebellij.) uiri clariſſimi & triumphalis. Mylaſis.) urbs in Aſia. Ab equitib. pub.) Puto æquè in publico legendum eſſe. Quem unquam.) Indignatur: ſignificat rem nouam eſſe & inauditam, ac proinde indigniorem. Sed me) Abrumpit orationē, ne incurrat in arrogantiæ inuidiam.

Sordidos.) quaſi dicat, turpiter egentes. Agrum iis diuiſit.) Occupatio obiectionis Improbum, qui dederit.) Lucium Antoniū. Duo bis.) Hoc ad uituperationem addit. Quis eſt.) Pergit reprehendere. Iis quoq;.) Iterum occupat defenſionē, ut reprehēdat. Semiarium.) campum iuxta muros urbis. Campus Martius.) Ad inuidiam hoc dicit, & crimen Antonij. Aßignatio.) diuiſio. L. Cæſaris.) Ille dixerat ut acta Antonij reſcinderentur. Nuculæ.) unus ex ſatellitibus Antonij. Friget.) abolitus eſt, extinctus eſt. Habebant.) Ironica ratio dicti ſui. Significat agros fuiſſe diuiſos egenis. Sed illa ſtatua.) Redit ad ſtatuam cuius antè meminit, & palmarem ironicôs uocat, quaſi triumphalem & palma dignam. Iano medio.) quaſi dicas, medio foro. Sunt quidam qui putant tres fuiſſe, ſed hinc non poteſt colligi. hic ad locum refertur. Clientela.) id eſt, ut habeat patronum Antonium. Expenſum.) Expenſum & acceptum ferre, elegans uerbum, quaſi referre in tabulas expenſi & accepti. Expenſum fero, hoc eſt teſtificor hoc me tibi debere. Sed nimis.) Redit ad inſtitutum, & hortatur populum, ut ad bellum certum paratus ſit. Nugis.) De Plancio, Trebellio, & L. Antonio, uocat nugas, ad contemptum. Quanquam non.) Obiter reddit rationem cur has perſonas deſcripſerit. Si melius.) nempe ut nulla mitteretur legatio. Celeritas.) Addit cauſam. Qui ita.) Obiter reprehendit qui loquebātur pro Antonio. Iſtam certè.) Minatur iis, nempe fautoribus Antonij. Extorquebit his res.) irritam faciet. Quo etiam.) quam ob cauſam. Viginti diebus.) Ab Latinus temporis. Vixit uiginti annis uel annos, utroq; modo. Deuorate.) Metaphora ſumpta à comedentibus qui pilulas deuorant. Bona ſimilitudo in metaphora. Si pacem afferent.) ſi paruerit. Si bellum.) ſi non paruerit. An ego non.) Occurrit inuidiæ uerbi, & commendat uigilantiā ſuam in republica, atq; eo ipſo confirmat animos populi ad bellum capeſſendum. A ſe.) nouum, cuius maiores nullos honores geſſerant. Nobiliſſimis.) Galbæ & Catilinæ. Rudis.) imperitus earum rerum quæ ad rempublicam pertinent. Ciuibus improbis.) Primùm cum Catilina, deinde cum Clodio, nūc cum Antonio. Quam obrem.) Modeſtè loquitur. Vnum ſentitis.) Loci deliberatiui in adhortando. Omnes ordines.) & ſenatus & equitum Romanorū, & plebis. Venit tempus Quirites.) Poſtremo loco ponit adhortationem, ab honeſto. Fatalis caſus.) ſub C. Cæſare. Voluntarius.) tanto turpior.

Seruire fas non eſt.) Ergo bellum honeſtum. Populi Romani.) Epiphonema.

IOACHIMI CAMERARII AD EANdem VI. Philippicam Annotatio.

Neſcio quomodo ſe coniecit in turbam.) Veneti, In urbem. Et ne ſic tamen quidem emendatus locus uidetur.

IN SEPTIMAM M. T. CICERONIS PHILIPPICAM FRANciſci Maturantij Commentarius.

LEgati cum ſenatus mandatis ad Antonium profecti erant. nondū quid actū ab illis eſſet audiebatur, & quidnā allaturi eſſent, omnino incertū uidebatur. Qui uerò Antonio fauebant, & eius fingebant poſtulata ac reſpōſa, & pro ſuo arbitrio interpretabantur, in Ciceronem obliquè inuehebantur, non oportuiſſe dicentes iritare Antoniū. Veritus igitur Cicero ne ad pacē cum eo faciendā ſenatus inclinaret, ſi fortè ad æquas Antonius cōditiones deſcenderet: rurſus nullo pacto pacem cum Antonio habendam ſuadet, quoniam turpis eſſet, quoniam periculoſa. Et ne fieri quidem poßit omnino, primùm contra ea dicit quæ Antonij fautores comminiſcebantur. Conſulares ad quos ſcribebat Antonius, apertè tangit. Et quoniam quibuſdam de rebus à Conſule Panſa relatum in ſenatu fuerat, quæ etſi ad rempublicam pertinebant, facileq; explicari poterāt, non tamen ad eas applicare animum ſenatus maioribus detentum curis poterat: Cicero per occaſionem exorditur, parua ſed utilia dicens eſſe reipublicæ, quæ à Conſule relata ſunt & tribunis, & tamen à ferenda de his ſententia aberrare animum curis maioribus implicitum, republica in maximum periculum adducta. Conſulimur.) rogamur. De Appia uia.) quam Appius Claudius cæcus ab Vrbe Brunduſium uſq; ſtrauit, ideoq; eſt Appia appellata. Et de uia quidem Appia inſtauranda (nam Pomtinis paludibus proxima, ſæpè multis in locis euertebatur) conſuluerat Panſa Cos. De moneta.) Romæ quatuor uiri fuere, qui uiarum curam agebant. Idem Panſa de moneta retulerat, quam ſcimus & adulterari nonnunquam, ac idcirco mutari, & nouam fieri. Extitere in urbe olim triumuiri monetales, auri & argenti flatores, quibus curæ erat numiſmata ex auro atq; argento cudere. De Lupercis.) de quibus diximus in ſecunda Philippica. Retulerant autem de iis tribuni fortaſſe: quoniam quæ ad eorū pertinebāt ritū, aliqua ex parte nutabāt, et emendatione indigebant, ut quia uectigalia illis à Iulio cōceſſa fuerant

fuerant adempta. A ſententia.) de his rebus ferenda. Suſpenſus.) dubius. Virg. Suſpenſi Eurypylum ſcitatum oracula Phœbi Mittimus. Ii.) Piſonem tangit. Auctoritatis priſtinæ.) quam obtinebat ante occupatam à Iulio rempublicam. Conſpirantem.) idem ſentientē Italiam. Expeditos.) promptos & paratos Octauiū & Conſules. Omnes.) Planci, Lepidi, Octauij. Suus ipſius.) Antonij. Scilicet.) Deriſionē habet hæc particula cum amaritudine permixtam: ut, Scilicet is ſuperis labor eſt. Referare.) ſi exercitus dimitteremus. liberè enim et audacter rueret. Remittere) tanquam iuris eius ſit, & tanquā beneficium concedat. Vltimam.) ulteriorem, quam Plancus tenebat.

Præclarè.) Ironicè. Caium.) frater ipſius Antonij. ac ſi dicat, idcirco inde Caium reuocauimus, ut Antonium mitteremus. Sed quæ prouincia.) eſto Macedoniam teneat, & non Galliam, quæ tamen prouincia eſt ex qua excitare bellum & incendium non ualeat? Iidem illi.) qui hæc de Antonio fingunt. Quaſi prouidi.) Ironicè. Bellicū me cecinisse.) uelut tuba ſonū dediſſe quo bellum excitatur. Partis.) factionis, cuius ſunt ipſi. Nequam eſt homo.) dicentes ſcilicet non fuiſſe irritandū Antonium, quoniam nequam homo eſt. Confidens.) audax nimium.

Multi præterea improbi.) idem ſcilicet dicunt, quos inquit Cicero, à ſe incipientes (nam & ipſi improbi ſunt) numerare poſſunt. Vtrum igitur.) ac ſi dicat, magis ulciſci debemus quando poſſumus, quàm pertimeſcere: & diligentiores ſunt qui ulciſcuntur, quàm qui timent cum poſſint ulciſci. Populares.) cōmodorū populi & communis utilitatis ſtudioſi. In re una.) In Antonio defendendo. quem impugnari populo gratiſſimum eſt. Præclariſſima cauſa.) Antonium perſequendi, & opprimendi. Se Conſulares) L. Piſo præcipuè tangitur. Tanti honoris.) ut omnia ex commodis reipublicæ & dignitate, nihil ex ſe metiatur. Hoſti.) Antonio. Ille.) Antonius. Improbis ciuibus furorem augeat.) ſic eſt legendum, non autem forum. Tantam.) quanta hæc eſt contra Antonium. Tempeſtas.) perturbatio reipublicæ.

Curriculum.) ſpacium & ueluti ſtadium. In foro.) cauſis forenſibus accuſando & defendendo: ſed defendendo potius, quod fecit Cicero diutiſſimè. In curia.) dicenda ſententia. Elaboratum.) labore perfectum. Pacis alumnus.) quem pax aluit. Nam qui ab alio educatus eſt, alumnus dicitur: & Cicero ſine pace, ut ſubiungit, ciuili, eſſe quod fuerat, non potuiſſet. Arrogo.) aſſumo. eſt autem arrogare audacter & inſolenter ſibijpſi attribuere. Periculoſè.) Præfatur ſuſurrus contra inſtitutum ſuum bellum, & reddit attentos. Auctor.) ſuaſor. Silentio.) ueſtro. nemo enim reclamauerat, quod argumento erat non improbari. Cur igitur pacem nolo?) Diuiſio eſt. nam capita proponit earum rerum de quibus eſt dicturus. Quid eſt &c.) Diſſuadet pacem habendam cum Antonio à turpitudine. Eſt autem locus comparationis: ſi ſingulis hominib turpis eſt leuitas, ſenatui, quem præcipuè grauitas decet, turpiſſima. Quòd leuitas futura ſit ſenatus, ſi cum Antonio pacem egerit, oſtendit per ea quæ prius fecit, cum quibus niſi ſequentia congruant, non poteſt ſuam tueri grauitatem ſenatus. Cum eſſet hoſtis.) quia re uera hoſtis erat. Vacationes.) ut emeriti eſſent poſtea, uacationem haberent, nec cogi amplius ad ſtipendia poſſent. Meus collega.) in Auguratu. Qua imbecillitate.) grauiſſimè enim ægrotauerat, ut prius diximus.

Votis.) publicè enim pro eo populus uota ſuſcepit. Vacationes omnes ſuſtuliſtis.) ut cogi ad danda nomina omnes poſſent. Specie.) ut uideatur. Nobis.) ſenatui. At legatos miſimus.) Obijcit hoc ex ſenatus perſona. Cui.) ſententiæ meæ. non tamen omnes erant aſſenſi Ciceroni ſuſcipiendum bellum, & hoſtem iudicandum Antonium. Poſtridie.) quo die de legatis decreuiſtis mittendis. Oppreſſis.) à Cæſare Dictatore. Iuſta.) neq; enim obſiſti adhuc tyranno poterat. Liberatis.) Cæſare trucidato. Armis domeſticis.) coniuratorū, nulla extrinſecus adhibita ui. Addixit.) adiecit quibus uoluit & uendidit. Hoſtis iudicatus.) re tamen, non uerbo. Vt propoſui.) ſecūdo loco. Offendit animos.) Plures enim periculo mouentur, quàm turpitudine. Exploratū.) certum. Ne Caiū quidem.) fratrem M. Antonij. Eſt enim patronus.) locatur, cum ſtomacho tamē: et hæc in ſuperiore Philippica dicta ſunt. Sua lege.) ac ſi dicat, nulla lege. id enim propria auctoritate, & ſine ullis populi ſuffragijs egit: L. Tribunatum plebis Iulio occaſo arripuit: Caius uerò frater præturam aſſumpſit: uiſiq; ſunt hoc pacto ſortiri magiſtratus ſua lege, hoc eſt ſorte præturam & tribunatum inter ſe diuidere: quo facto & plebs, & equeſtris ordo, qui in centurias diuidebatur, cum ueniebant ad danda ſuffragia, priuati iure ſuffragiorum uiſi ſunt. M. Lucius, & Caius nomine Antonij tres fratres fuere: Marcus Conſul erat cum Iulius necatus eſt, Lucius tribunus plebis, Caius prætor eſt factus. author Plut. Eoſdem magiſtros) eoſdem improbos & ſceleratos, quibus magiſtris utitur. Ter. Tum ſi quis magiſtrū ad eam rem ceperit improbum. Legitur & miniſtros, ſcilicet ſcelerū. Quis unquā omnes tribus.) ſcilicet deduxit. Gracchorum.) Tiberij & Caij, qui turbulentos & ſeditioſos geſſerunt tribunatus, alter à Scipione Naſica, alter ab Opimio Conſule oppreſſus. Non ita appellaui.) ut gladiatorem dicere ſolemus crudelem, & facilè in quēuis gladios nudantem, etiamſi gladiator profeſſione nunquam fuerit, & hoc modo M. Antonium gladiatorē uocat Cicero, ſed uerè & ſeriò gladiatorē appellat Lucium. myrmillo enim Mylaſis depugnauerat. Latinè.) apertè ut res habet. Martialis, Si quis autem tam ambitioſè triſtis eſt, ut apud eum in nulla pagina latinè loqui fas ſit. Idē: Qui triſtis uerba latina legis. Eſt igitur latinè loqui, apertè, & nulla uti obſcuritate, aut circuitu. Cum ornaſſet Threciditis.) cuiuſdam laniſtæ comitem amicum ſuum ornauit, & pro Retiario inſtruxit, cum eo depugnauit, & fugientem in arena confodit. Nam ſequebatur alter, fugiebat alter: unde ſecutor dicitur Iuuenal. Cum Graccho iuſſus pugnare ſecutor. Idem ait: Luſtrauitq; fuga mediā gladiator arenā. Luculentā plagam.) in facie uulnus: cuius cicatrix apparet, et in aperto ac luce eſt. Qui familiarē.) Similis locus cōparationis apud Teren. eſt in re diſsimili: Nam ſi illum obiurges, uitæ qui auxilium tulit, quid facies illi qui dederit damnū aut malum? Animi cauſa.) delectationis gratia. Decuriabit.) Qui denis equitibus præeſſent, Decuriones ſunt dicti, primi ſingularū decuriarū. tres enim erāt in una turma, quæ ex duobus & xxx. cōſtabat. unus decurio maior cognominatus anteibat. isq; etiā decanus et dux primus et præſtes nūcupabatur. authores Feſtus, Marcellus, Fronto. Erāt & domi principū decuriones, alijs præpoſiti, et in municipijs quidē ac colonijs idē quod Romæ ſenatores. Inde decuriare, eſt decuriæ in militia adſcribere uel præficere.

Agrarios.)

Agrarios.)eos quibus diuiſi ſunt agri, aut diuidendi. Expulſos.)*ex agris ſuis,ad eos repetẽdos.* Omni motu.) *Quicquid motus et perturbationis in rep.fuerit.* Vt nemo ſit alius.)*etiamſi alius quiſpiam improbus non fuerit.* Bellum gerendũ eſt.)*nam quod ipſe ait Cic.in Offic.Bellum gerendũ eſt,ut in pace uiuatur.* In ſpecula.) *in editiſſimo loco,unde longè lateq́; intueri poſſimus.Vir.Specula Miſenus ab alta.* Sine culpa ſenatus.)*Qui negligẽs in occurrẽdo malis imminentibus fuerit.* Coagmentari.) *coaptari,& quodammodo colligari.tranſlatio eſt ab ædificijs, in quibus coagmẽta dicuntur arctæ cõmiſſiones & cõpages,a cogendo,hoc eſt,cõſtringendo. Cic.de Senect. Viuendi finis eſt optimus,cum integra mente,certiſq́; ſenſibus opus ipſa ſuum eadẽ quæ coagmentauit natura diſſoluit.* Agr,uos ille ſolus.) *ac ſi dicat,ferri poſſet,ſi ſolus eſſet.* Amplectetur.) *amicus ne erit equitib. Rom.* Occulta.)*quaſi dicat,minimè occulta.* Bis.)*quãdo habuit illas orationes ad Quirites,quas interpretati ſumus.* Ducem.)*præit enim uobis.* Cum in municipijs.)*quæ erant in auctoritate ſenatus. Hæc autẽ quæ ſcribit Cicero,ultrò contra Antonium ſenatui & pollicebantur & agebant.* Curam.)*quia ſic ſua ſponte omnia faciunt, ut publica cura opus non ſit.* Firmani.)*Inſignis Piceni ciuitas eſt Firmum. Marrucini populi ſunt ſupra Pelignos iacentes, Veſtinis finitimi.eorum metropolis Thegete, quæ ciuitas & Theate dicitur à Silio.* Qui militiã ſubterfugiſſent.)*qui dare nomina recuſaſſent.* Lucio Naſidio.) *Fuit is Aſculanus municipio,Romanus eques, Ciceronis hoſpes et amiciſſimus,cui egregiã contra Catilinã nauauit operam, & nunc contra Antonium non Aſculanos ſolùm, apud quos auctoritate pollebat, ſed et uicina municipia ad dandà nomina ſolicitabat.* Interdicta.) *uetita.* Indixerit.) *perinde habeatur ac ſi indixerit.* Quo.)*ad quam fortunam & uitã.* A uectoribus.) *iſs qui uehuntur:utrunq; tamen ſignificat uector, & qui uehit,& qui uehitur.*

GEORGII TRAPEZVNTII IN VII.Philippicam Annotationes.

Paruis.) *Timens Cicero ne ſenatus miſſis legatis ad pacem cum Antonio flecteretur,ſi ille ad conditiones æquas deſcendiſſet, ſuadet nullo modo pacem cum Antonio eſſe faciendam, quia ſit turpis, periculoſa, & impoſſibilis. In principio uerò diluit ea quæ fingebantur à fautoribus Antonij de reſponſis eius ac poſtulatis: & eos conſulares ad quos Antonius literas miſiſſe uidebatur, callidè & artificioſè reprehendit.* Appia uia.) *qua iter erat in Apuliam, quemadmodum Caſſia in Tuſciam, Flaminia in Galliam.* Remittere,)*tanquã de ſuo iure cõcedere.* Bellicum.) *Bellicum ſonus eſt quidam & modulatio tubæ ad bellum excitandum.* Curriculum.)*Curſus ipſe, & ſpacium in quo curritur, quod Græci appellant* Δρόμον *ſiue* [illegible]. Elaboratum.)*labore conſumptum.* Ego alumnus pacis.) τροφεὺς *,qui alui & auxi ſemper pacem.* Præteruectus.) *tanquam ſcopulum ſiue euripum, ſiue fretum aliquod.*

PHILIPPI BEROALDI IN VII. Philippicam Annotationes.

Quid eſt inconſtantia turpius.) *Libro de Officijs primo ſic ſcriptũ legimus, Nihil eſt quod tam deceat, quàm in omni re gerenda conſilioq́; capiendo ſeruare conſtantiam.* Hinc illud Ciceronis penè ſcurrile in Iſauricum: *Miror quid ſit quòd pater tuus homo conſtantiſſimus te nobis uarium reliquit. Dicebatur autem Iſauricus à patre aliquando cæſus flagris,unde Cicero uarium illum appellauit, ut qui ſimpliciter audit, intelligat inconſtantem & mobilem, uarioq́; animo præditum: occultè uerò intelligi uelit uarium, hoc eſt maculoſum, & uibicibus,quas lora faciunt, uariegatum.* Satis multa de turpitudine.) *Expedit,ut inquit Quintilianus,expoſitiones breui interſatione diſtinguere: ut illud, Audiſtis quæ antè acta ſunt,accipite quæ nunc inſequuntur. Reficitur enim auditor primorum fine, & ſe uelut ad nouum rurſus initium præparat. Rhetorici doctores exornationem hanc oratoriam appellant tranſitionem.*

Vel potius Antonios.) *Tres fuerũt fratres nomine Antonij, Marcus, Lucius, Caius, de quibus in Epiſtolis ad Brutum ſic ſcribit:Ego ſic ſentio:trium fratrum unam et eandem eſſe cauſam.* Patronus Iani medij.)*Suprà dixit Orator: ita ne? Ianus medius in Lucij Antonij cliẽtela ſit? fuit enim Romæ uicus in quo fœneratores conſiſtebant: in quo ſimulacra Iani in ſummo,in imo, & in medio poſita conſpiciebantur. hinc illud Horatij: Hæc Ianus ſummus ab imo Perdocet: hæc recinunt iuuenes dictata ſenesq́;. Idem, Poſtquam omnis res mea Ianum Ad medium fracta eſt.* Cum ornaſſet Threciditis.) *Locus mendoſus eſt, & inexplicabilis, quem nos Marte noſtro ita emendare atq; explicare conſueuimus,ut legas Threcidicis, hoc intellectu: L. Antonius gladiator ornauit comitem ſuum Threcidicis, hoc eſt armis gladiatorijs,quib. gladiatores illi qui Thraces nominantur, inſtructi digladiari conſueuerunt, & mox eundem in ſimulacro gladiatoriæ pugnæ fugientem iugulauit. Ornare Threcidicis eleganter dicitur,pro inſtruere armis gladiatorijs. Auſonius cum Commodum Imperatorem gladiatorem fuiſſe deſignaret, decenter dixit: Cõmodus inſequitur pugnis maculoſus arenæ, Threcidico princeps arma mouens gladio. Titus Imperator ſtudium armaturæ Thracum gladiatorum præ ſe ferebat, ut docet Tranquillus. Labũtur errore non dubio, qui Threciditis exponunt pro nomine proprio Lauſtæ, corrupto uerbo & ſenſu.*

BARTHOLOMAEI LATOMI IN VII.Philippicam Annotationes.

ARGVMENTVM.

Miſſis legatis ad Antonium fautores eius in ſenatu benignius diſputabant de cauſa, & Antonij reſponſa fingebant, quibus apertius oſtendebant ſe pacem quàm bellum malle, improbantes interim Ciceronis ſententiam, qui & iritaſſet Antonium, & nunc nihil aliud quàm bellum urgeret. his ſermonibus ne fortè flecteretur ſenatus, Cicero hac oratione reprehẽdit eos homines tanquam corruptos gratia Antonij: ac deinde oſtendit bellum omnino neceſſarium eſſe, tribus de cauſis: primùm, quia turpis ſit pax omnis cum Antonio: deinde, quia periculoſa reip. ſit: poſtremò, quia nulla fieri poſſit.

Aberrat.) *deflectit.* Explicatio.) *conſultatio.* Adducta eſt.)*Omiſſa propoſita re, trãſit ad belli diſputationẽ.* Non ſine cauſa.) *Queritur de legatione, & accuſat eos qui fauebant Antonio, inter quos erat L. Piſo, uir conſularis.* Timui.)*Querela.* Languoris.)*remiſſionis.* Tenent.) *non temperant ſibi, inſtigant populum,*

populum, in ſenatu defendunt Antonium. Reuiuiſcere.) *Bona metaphora inquit reuiuiſcere, tanquam extinctus eſſet ſenatus.* Expeditos.) *Octauium & cæteros.* Nunc.) *priuſquam legati uenerint.* Alij poſtulare.) *Ex planat quæ reſponſa fingant.* Alij.) *ſcilicet dictitant.*

Omnes.) *omnibus in locis.* Scilicet legatos.) *Hoc reprehendit, & oſtendit rei indignitatem. Ironia indignantis.* Alij.) *ex fautoribus eius, hoc fingunt reſponſum.*

Vltimam.) *tranſalpinam.* Præclarè.) *Iterum ironia, qua reprehendit.* Alij.) *ex eo genere.* Suam.) *tanquam propriam prouinciam.* Vocat.) *quod indignum eſt.* Sed quæ.) *Negat omnino illam prouinciã Antonio concedendam eſſe.* Incendiũ.) *bellum.* Bellicum.) *hoc eſt, auctorem belli fuiſſe, Antoniũ irritaſſe. Allegoria ſumpta de bello. & eſt prouerbialis metaphora.* Patrocinium.) *defenſionem.* Irritari.) *Imitatur eorũ uerba ad eluſionem.* Cõfidens.) *audax Antonius.* Quos quidem.) *Hæc rurſus ſunt Ciceronis uerba. ſunt omnia ex imitatione aduerſariorum.* Vtrum igitur.) *Reprehẽſio per inuerſionem. Non ſunt legendi poetæ, quia uitia docẽt: imò legendi, quia cognitis uitijs nobis cauere poſſumus. ita hoc loco eſt inuerſio.* Cautio eſt.) *diligentius cauetur. Eſt mihi cautio, id eſt uereor, apud Terentium.* Atq; hæc.) *Notat L. Piſonem conſularem.* Ex quo.) *Arguit improbitatem & inconſtantiam.* Abhorruiſſe.) *odiſſe optimum ciuitatis ſtatum.* Qui enim.) *Confirmat ex minori.* Populares.) *optimatibus relictis ſtudioſi multitudinis. Certum argumentum eorum improbitatis, & fraudis in rempublicam, eſt maxima inconſtantia.* Me quidem.) *Diſsimile exemplũ ex ſua perſona.* Popularem.) *ut ſtudeam populo.* Et quidem.) *Amplificat hanc inconſtantiam L. Piſonis à perſona.* Nomine.) *conſulari. Conſulares uocabantur, qui conſulatum geſſerant.* Faucas.) *Amplificat à perſona, & nunc acrius inſurgit.* Hoſti.) *patriæ.* Deſcribendas.) *Eleganter dictum. Negat Cicero hæc eſſe officia Conſularis, ſed nequam.* Accipiet.) *Auget rem comparatione, et ſimul tacitè probat Piſonem cõſulari nomine indignum eſſe, diſsimili exemplo.* C. Panſa.) *Deprecatur offenſionem.* Quanquam.) *Colligit & ſimul eum laudat.* Vſus.) *Panſæ. eſt mihi uſus cum illo homine.* Similitudoq;.) *Vterq; erat ſtudioſus literarũ & reip.* Perſpexi.) *ergo teſtis eſſe poſſum.* Negare.) *Repetit quod antè dixit.* Sed etiam.) *Iam laudat.* Non.) *præſtantiſsimũ dixit, hoc interpretatur.* Tempeſtas.) *perturbatio reip.*

Itaq;.) *Nunc parat dicere de bello, & pacẽ omnem cum Antonio diſſuadere.* Itaq; ego.) *Diſſuaſurus pacem, deprecatur offenſionẽ, amplificans interim pacis cõmoda, ne interim à ſua ſentẽtia recedere uideatur. Eſt igitur præmunitio ad ſequentẽ partem orationis, quæ durior eſt, et* παρρησίαν *ex perſona Ciceronis continet. Obſerua autem lõgum* ὑπερβατὸν, *quod totũ hunc locum cõplectitur interpoſita pacis amplificatione.* Curriculũ.) *Metaphora ſumpta à currẽtibus, id eſt omne tempus, uel omnis actus induſtriæ meæ cõſumptus eſt in propulſandis reip. periculis.* Elaboratũ.) *quod conſumptũ eſt.* Mediocres.) *Modeſtè loquitur.* Alumnus.) *qui alitur, non qui alit. Significat ſe ad pacem alitũ eſſe & profectũ.* Ego itaq;) *Reſumptio.* Retinendæ.) *conſeruandæ ueſtræ dignitatis.*

Pacem cum M. Antonio.) *Hæc eſt propoſitio.* In reliquam.) *in probationẽ huius ſententiæ.* Præteruectus.) *Bona metaphora à nauigãtibus.* Quia turpis.) *Partitur diſputationẽ in tria.* Quid eſt.) *Aggreditur primum, omnem pacem turpem eſſe.* Quid eſt inconſt.) *Turpitudo ex inconſtantia, quam declarat ex anteactis.* Quaſi uerò.) *Vtitur ironia, ut acrius urgeat.* Vacationes.) *immunitates à militia.* Cum Brutum.) *De Octauio dixit. nunc de Bruto loquitur, qui reges expulit: ut eſt apud Liuium.* Galliam.) *ciſalpinã.* Quo igitur.) *Inſtat, urget.* Collega.) *in auguratu.* At qua imbecillitate.) *Amplificat ex ualetudine Hircij.* Aequum.) *Addit cauſam cur profectus ſit, & obiter laudat Hircium.* Votis.) *nam uota populus Ro. pro ſua ſalute ſuſceperat.* Vacationes.) *immunitates à militia, ne quiſquam immunis eſſet.* Armorum.) *Argumenta ex adiunctis, ſignificat bellum eſſe, & Antonium hoſtem.* Milites.) *delecti ad bellum.* Speciè.) *in ſpeciem.* Nomina dant.) *profitentur nomina ſua in militia.* At legatos.) *occurrit defenſioni.* Heu me.) *Legatos ad Antonium miſſos reprehendit, & hoc ſe inuito factum fuiſſe dicit.* Quid?) *Hæc particula adfert uehementiam orationi.* Vrget.) *inſtat.* Flagitari.) *poſtulari.* Cui.) *ſententiæ.* Pridie.) *priori die, & de præterito tempore et futuro dicitur.* Eſſetis.) *Eſtis legendũ eſt.* Quanquam.) *Interpretatur legationem, et hunc locum mitigat per correctionẽ.* Ordini.) *ſenatui.* Quid refert.) *quid intereſt.* Retinenda.) *Concluſio.* Repetenda.) *reuocanda.* Siquidem.) *Amplificatio ex tempore recuperandæ libertatis.* Ordo.) *ſenatorius fuit enim oppreſſus à tyranno C. Cæſare.* Dominatu.) *Cæſaris.* Ipſa) *arma Cæſaris.* Extorquenda.) *ab Antonio.* Quanta enim illa.) *Profert indignitatẽ futuri temporis, ſi in urbẽ recipiatur Antonius: & breuiter ex uita & factis illius amplificat.*

Conſulari.) *ſi fiat pax.* Omittam.) *dicit ſe omittere, ſed tamen narrat oratoriè.* Dicam.) *Nunc quantum periculũ reip. immineat, ſi pacem cum Antonio ſuſcipiant.*

Dicam deinceps.) *Tranſit ad ſecundũ caput, & periculum colligit ex potentia et ſcelere trium Antoniorum.*

Poteritis.) *Negat pacem eſſe diuturnã, ſed periculoſam reip.* Magiſtratum.) *Tribunatũ plebis.* Suffragiũ.) *ius ſuffragij, cum legem Agrariam ferret per uim. & obiter criminoſè dicit.* Patronus fori.) *Patronus eorũ, legendum eſt.* Miniſtros.) *improbos & ſeditioſos homines. alij magiſtros legunt.* Habuit.) *ſcilicet clientes, ut Antonius.* Quem gladiatorẽ.) *Gladiatorẽ uocat contumelioſè.* Augendi cauſa uerbum interpretatur. Planè.) *qui non utuntur figuris, ſed propriè loquuntur.* Threcidicis.) *ſ. armis. abſolutè uſurpat.* Fugientem.) *cedentẽ.* Luculentam.) *inſignem.* Qui familiarem.) *Vituperauit Antonium. hãc uituperationẽ nunc accõmodat ad cauſam.* Animi.) *per luſum, ex minori.* Decuriabit.) *id eſt, conuocabit. uetus uerbum decuriari.* Expulſos.) *Senatuſconſulto.*

Agrarios.) *agrorum diuiſionem optantes.* Marcus uerò.) *De Marco loquitur.* Parum multi.) *pro pauci eleganter dictum.* Præſidia.) *defenſio.* Ego uerò.) ἐπιφώνημα *ad aſſeuerationẽ.* Hæc ego.) *Interpretatur ſuam ſententiam, & periculũ quod lateat.* Inuolutum.) *tectum, amictum, uelatũ.* Eſt autem ueſtri.) *Conuertitur ad hortationem.* Tanquam in ſpecula.) *Bona comparatio. monet ſenatum officij ſui in remp.* Eos Conſules habemus, e.m.) *Exaggerat à facultate.* Docebo ne coagmentari quidem.) *Negat pacem ſarciri poſſe propter odium Antonij, quod per omnes ordines ciuitatis colligit.* Oculis intueri.) *aſpicere.* Ore.) *pudore.*

Quid

Quid ij qui.)de ſenatu locutus, nunc de militibus. Amplectetur.)amabit. Occultè.) Addit cauſam cur nunquam poterit amare. Vocauerunt.) Interrogatio habet ſenſum negatiuum. Nam quid ego.) Nunc de equitibus & populo Rom. Declarauit.)acclamatione ſcilicet. An cum.) Ad municipia uenit. Firmani.)Puto Firmiani legendum. Principes.)primi. Subterfugiſſem.)detrectaſſem. His cum.)Ironia. Quæ poteſt.)Per ſubiectionem infert. Vt omittam mult.)Commemorat priuatorum offenſiones. Mei capitis.)meæ uitæ. Vicinos.)Aſculanos. Iam uerò.)Ironia. Omnia uidebitis.) Epiphonema, quo concludit. Quorſum hæc.) Concludit, & diſputationem accommodat ad ſcopum orationis. Interdicta & denunciata.)per legatos noſtros. Brutum.) Ipſe declarat. hæc omnia erant mandata per legatos. Sed uos moneo.) Hortatur Senatum: & monet periculum cauendum eſſe. Agitur libertas. (id eſt, agitur de libertate. Panſa.) Panſam alloquitur, qui præerat Senatui. Vectoribus.) ab ijs qui uehuntur in naui. bona & apta comparatio. Hunc.) Declarat tempus. Ordinis.)Senatus.

IOACHIMI CAMERARII IN VII Philippicam Annotatio.

Patronus fori qui tribuni militares fuerũt.) Hoc quidem non eſſe plenum, uidere cuiuis licet. Veneti ita: Patronus fori, in quo ei tribuni militares ſtatuerunt. ut ſit, ſtatuerunt, ſtatuam poſuerunt: fortè duriuſculè. niſi auſit aliquis facere, ſtatuam ſtatuerunt.

MICAELI TOXITAE RHETI P. L. in Philippicã M.T.Ciceronis Septimam Commentarius: ex ſcholijs Ioannis Sturmij Pomeridianis.

ARGVMENTVM.

M. Antonio poſt mortem Cæſaris ex urbe eiecto, tandem miſſi ſunt ad eum legati ut de pace agerent. Qui cum diutius morarentur, & Antonij amici Ciceronem calumniantes, aliter rem atq; erat interpretarentur, metuens ab inſidijs Antonij Cicero, aduerſariorum calumnias refellit, & à pace Senatum dehortatur, bellumq; hac oratione ſuadet: & oſtẽdit ſe pacem cum Antonio nolle, quia turpis ſit, quia periculoſa, quia eſſe non poſſit. Hæc enim tria in hac oratione explicat, poſtremò ſenatum ad reſiſtendum Antonio, et libertatem populi Rom. fortiter defendendum, cohortatur.

Partes.

Partes ſunt: προοίμιον Exordium, ἀνασκευὴ Refutatio, κατάστασις Partitio, κατασκευὴ Confirmatio, ἐπίλογος Peroratio.

Exordium.

Exordium eſt breuiſſimum, quoniam unuſquiſq; audire conſulentem, & auidè audire cupit, ſi dubitet: et qua de re dicturus ſit orator, nõ ignorat is qui audiet. Quam obrem dociles auditores non facit, & magis attentionem quàm beneuolentiam comparare ſtudet. Exordium autem totum duplici tractat ἀντικαταλλαγῇ, quam Ruffinus uocat παρομολογίαν. Sed differunt inter ſe, quia hæc ſimplex, & pars illius eſt, nec compenſationem habet: illa uerò & compoſita eſt, & partes habet duas: παρομολογίαν concesſionem: cum aliquid aut diuerſum, aut contrarium, aut maius inducimus. habet igitur ſemper aduerſatiuam particulam ſubiectam.

Refutatio.

ἀνασκευὴ mox exordium ſequitur: antequam enim ad conſilium ſuum ueniat Cicero, aliorum conſilia confutat. Quatuor autem præcipuè in hac parte facit: primùm de legatorum miſsione conqueritur ἐγκλητικῶς, quod metuerit eam ſemper, probarit nunquam: & τὰ ἐκβάντα oſtendit κατὰ σύγκρισιν: deinde quia refutatio orationis eorum qui pacem ſuadebant, erat odioſa, ſenatum excitat ne ſibi ab aduerſarijs metuat. tum aduerſariorum calumnias commemorans, antequam ad partitionẽ cauſæ accedit, eaſdem refutat. Poſtremò ne belli, quàm pacis magis cupidus eſſe uideretur, aditum ſibi ad ſententiæ dictionem parat.

Partitio.

Propoſitio fit κατὰ διαίρεσιν: totius enim cauſæ partitionem ſubiunctam habet: Propoſitio eſt: pacem cum Antonio eſſe nolo: partitio, quia turpis eſt, quia periculoſa, quia fieri non poteſt.

Confirmatio.

In confirmatione probat bellũ cum Antonio ſuſcipiendum κατ' ἀντίθεσιν, quia pax omnis cum Antonio turpis et inutilis ſit, nec fieri poſſit. Inutilis, quia ſit cum periculo coniuncta. Status πραγματικὴ eſt negocialis, rei futuræ: an pax ſit cum Antonio facienda, aut ſuſcipiendum bellum. Nam amici Antonij ſimulabant Antonium pacem malle, ideoq; bellum diſſuadebant, quod Ciceroni obſtabat plurimum. Sunt igitur κεφάλαια, quæ partes autor ad Herennium appellat, tria: turpe, periculoſum, ἀδύνατον.

Peroratio.

Hæc pars tota eſt παθητικὴ, id eſt, ad motum cõparata, ideo αὔξησιν habet. Hæc autẽ in ea præcipuè agit: primum ſenatũ officij ſui cõmonefacit, et ut ab inſidijs ſibi caueat præmonet: deinde conditiones Antonio præſcribit: tum αὔξησιν ponit κατ' ἀντίθεσιν: deinde τὰ ἐκβησόμενα oſtendit, ſi lenius cum Antonio agatur, ut ſenatum territet: poſtremò ad conſulem Panſam redit, cumq; ad fortitudinem adhortatur.

Genus cauſæ.

συμβουλευτικὴ cauſæ genus eſt: bellum enim hac oratione ſuadet Cicero, pacem diſſuadet.

Genus dicendi.

Dicendi formam & orationis genus compoſitio indicat: quæ breues habet periodos. mediocre igitur orationis genus eſt, ſi cum alijs orationibus conferas: nec tantum ornatum habet, quantum aliæ. ſi uerò cum epiſtolis librisq; philoſophicis, omnes grauitatem habent.

PAruis de rebus.) Exordium à rebus de quibus deliberabant, ductum eſt, quarum magnitudinem duplici oſtendit ἀντικαταλλαγῇ: prima eſt, Paruis quidem de rebus deliberamus: ſed tamen neceſſarijs. Hæc fit κατὰ κρίλησιν. periodus breuis & bimembris eſt: quod genus compoſitionis dicendi formam mediam facit. Ac quemadmodum olim tibijs poëtæ fabularũ genera, ſic oratores compoſitione orationis oſtendebant formam. Sed fortaſſe.) ἀνακοίνωσις, quæ affirmationem quidem habet rei maioris, ſed tamen cum dubitatione pronunciatam: ideoq; dicit: Sed fortaſſe neceſſarijs. Conſulimur.) rogamur ſententias. hic totum ponit τὸ: προλήψεως. Patres C.)P.C. appellat.

pellit, quis in ſenatu hæc eſt oratio habita. Conſul.) Panſa. De Appia.) Diſtributio partium: habet enim μερίσεως I. totum, ut hic conſulimur. II. partes, quæ diſtribuendæ ſunt: de Appia uia, & de Moneta conſul: de Lupercis trib. pleb. De uia autem Appia Cicero in Epiſtolis fam. plura, & pro Milone. per Monetam fortè intelligit Iunonem, quæ Moneta à monendo dicebatur, quod prodigijs moneret, cuius tum fortè inſtabant feſta. Inde fit ut quidā litera maiuſcula ſcribant Moneta. de qua dea uide Cicero. de Natura deorū, & de Diuinatione. De lupercis.) de ſodalibus Lupercis. Lupercal locus erat ubi Romulus & Remus educati erant, in quo poſtea Lupercalia inſtituerunt: de quibus quoniā uariæ ſunt opiniones, uide Alexandrum ab Alexandro lib. 4. cap. 12. ubi prolixè de hac re diſputat. Referunt.) ſcilicet ad ſenatum: non ſolum conſules, ſed tribuni etiam pleb. in ſenatum referunt.

Quarum rerum.) ἀντικατάλλαξις altera. Etſi facilis.) Prima pars paromologia. Explicatio.) deliberatio. Cicero dicit explicare conſilium & ſententiam, & explicatio ſententiæ. dicimus enim explicata negotia, quæ iam ſunt abſoluta, perfecta, expedita. Tamen.) Antiſagoge pars altera, utraque anticatallaxis ex rebus eſt confecta differentibus. Suſpenſus curis.) Cauſa erroris. id eſt dubius pendet. Curis.) deliberationibus rei. Adducta eſt.) Ratio prioris antiſagoges, cur ſint neceſſariæ res de quibus P. C. conſuluntur. Eſt etiam propoſitio. Maximum.) Differunt maximum periculum, & extremum diſcrimen, ut maius & minus. Illud in malis eſt, hoc ubi de reip. ſalute periclitatur. Penè.) propè. moleſtiæ eſt particula, παρέλκον. Non ſine.) Pars orationis altera ἀνασκευὴ refutatio, quam Ariſtoteles λύσιν uocat. Eſt autem hic ὁ λόγος de legatorum miſsione, quam ſemper metuit, probauit nunquam. Non ſine cauſa timui.) Cauſa & antecedens: quoniam periculoſa erat & turpis, ut deinceps audietur, timuit. Probaui nunquam.) Effectum & conſequens prioris: cauſa enim & antecedens fuit timor. Legatorum miſsionem.) Interpretatio loco interpretati. legatio enim, eſt legatorum miſsio. ex una igitur uoce duas facit. Iſtam.) Ἀντωνιανῶς ad M. ſcilicet Antonium. obtinuerunt enim in ſenatu amici eius, ut cum eo de pace ageretur. de qua re uide Philippica quinta. Quorum reditus.) Nunc τὰ ἐναντία oſtendit κατὰ ἀντικείμενον: ſunt enim inter ſe oppoſita reditus & expectatio, ignoro & uidet. Languoris.) moleſtia. eſt enim hic languor moleſtia cum faſtidio. Expectatio.) id eſt, diuturna mora. Animis.) populi Romani. Non enim ſe tenent.) Hic eſt illa excitatio ſenatus. Reuiuiſcere.) id eſt, rurſus ſpem facere priſtinæ auctoritatis. Quando omnia fiunt ex ſenatus uoluntate & arbitrio, dicitur eſſe ſenatus auctoritas. atq; ea eſt ariſtocratia. Coniunctum.) Antè excitauit ſenatores, nunc metum tollit κατ' ἀνθυποφορὰν, quia nemo ſibi metuens unquam conſuluit bene. Conſpirantem.) cum populo & ſenatu. & utitur hic uocabulo iſto in bonam partem. Paratos exercitus.) Paratus dicitur exercitus, quando milites non ſolum imperati, ſed etiam coacti & delecti ſunt. Expeditos duces.) id eſt non ſolum deſignatos, ſed etiam ad aciem accinctos atque inſtructos. Iam nunc fingunt.) Propoſitio eſt calumniarum Antonianorum, quas refellit, antequam ad confirmationem ueniat. Nulla autem eſt melior uincendi hoſtem ratio, quàm bonā ſpem dare, & deinde fallere, quod Antonius & ipſius amici faciebant. Eorum igitur hic reſponſiones refellit. Alij.) ſcilicet fingunt. Partitio propoſitionis. Poſtulare.) id propriè imperatorum eſt. poſtulamus enim quaſi noſtro iure. Dimittitur.) ut arma deponantur. Dicitur hoc uerbum de rebus pacatis & bellicis, de bonis & malis. ſic dimittere ſenatum. Scilicet.) Ironia, qua refutat illius poſtulationem κατὰ τὸ τοῦ αἰσχροῦ, id eſt ſignificatione turpitudinis. Vt pareret.) id eſt, non ut conditiones acciperet. Ferret.) imponeret Romano populo. Hæc uerò ſummæ turpitudinis notam habent. Reſerare.) Iam oſtendit pericula & damna quæ ſecutura ſunt. Exteris.) Gallis & Macedonibus, & reliquis nationibus. Alij remittere) Aliud Antonianorum fictum reſponſum. primum generale fuit, ſed certis conditionibus, quas hic exponit. Remittere.) concedere. Omittimus totum, intermittimus partem, remittimus relaxando continuationem. Accipitur etiam pro dare & concedere, ut in hoc loco ut remittere antè poſſeſſa. item pro ignoſcere. ſed hoc minus eſt latinum. Vltimam.) Vlteriorem. ſuperlatiuus pro comparatiuo uehementiæ cauſa poſitus eſt: emphaticos. Præclarè.) Ironia rurſus eſt. Alij nihil.) Tertium reſponſum. Eſt autem hoc conſequens duorum primorum, quæ uidebantur honeſta. nunc illa diſcerpit ut oſtendat illorum imperitiam. cum enim uideantur diuerſa dicere, idem dicunt. Vulgus enim neſcit diæreſin. Prudens dixiſſet, Petit dimitti exercitum: ergo eſt honeſtus. Petit ulteriorem Galliam tantum: ergo eſt honeſtus. Sunt ergo diuiſa hæc non natura, ſed imperitia hominum. Deinde abſurdam ponit concluſionem, nihil petit inhoneſti, cum Macedoniam petit, quoniam frater eius inde reuocatus eſt. id enim potius impedire eum debuit. Macedoniam.) Ratio: nihil petit inhoneſti. Ratio, quia ſolum Macedoniam petit. Cur autem petit? quia fratris fuit. eſt autem hæc inepta ratio & imperita. Non enim quia frater inde reuocatus eſt, concedēda ei fuit Macedonia. Reuocatus.) Ironica, per ualde ſignificans uocabulum, refutatio, quod ad Ciceronem attinet: quantum uerò ad C. fratrem, propoſitionis ratio eſt. Solent enim oratores aduerſariorum rationes cum ſua refutatione aliquando coniungere. Sic etiam ironiæ plerumq; defenſionem & refutationem habent. Sed quæ prouincia.) Occupatio, qua plenius refutat longinquitatem loci: Petit Macedoniam, quæ remotiſsima eſt prouincia: ergo non poteſt obeſſe. Cicero contra totum argumentatur. Prouincia.) tam remota & deſtituta hominibus. Illa fax.) M. Antonij pernicies reipublicæ. metaphora metaleptica. facem enim pro ſcelere, ſcelus pro ſcelesto intelligere oportet. Itaq;.) Alia calumnia. propter hanc meam ſententiam, quia dico illam eſſe facem. Iidem.) Antoniani. Quaſi prouidi.) Ironica luſus. Bellicum me cecinisse.) id eſt, conclamaſſe arma: imperaſſe ſaga, id eſt Antonium declaraſſe hoſtem. Erat autem ſagum indicium belli, ut toga pacis. Partis.) Antonianæ. Sic.) ut ſequitur. repræſentat uerba Antonianorum μιμητικῶς. Nequam.) id eſt quidem nequam. Præterea.) id eſt, ſed multi ſunt improbi. Eſt hic rurſus illa anticatallaxis, qua orationem incipit: Concedo ipſum eſſe nequam, ſed tamen multi ſunt nefarij ciues, qui non ponuntur. Improbi plus ſignificat quàm nequam. Antiſagoge enim debet firmior eſſe quàm paromologia. A ſe.) id eſt in ſuo grege, numero, uel ſocietate inuenire poſſunt. obſcurum uidetur

illud à ſe. Non enim latinè dicimus, eſt à Cæſare, id eſt defendit Cæſarem: ſed quemadmodum dico, à Cicerone hæc accepi, id eſt ex muneris Ciceronis, ſic à ſe numerare poſſunt, id eſt in ſuo numero. Cauendos.) *non autem tollendos. Cicero dicit, ſatius eſt tollere malos ciues, quàm cauere.* Pertimeſcendis.) *Cauet optimè, non qui timet, ſed qui tollit.* Atq; hæc.) *Munit ſe occupatione contra ſuſpicionem ſenatus, ne popularis uideatur & plebeius. Antonius enim unus fuit ex ſenatoribus. Itaq; tacitæ obiectioni occurrit.* Ex quo.) *Refutatio ex loco contrariorum, qui in rebus improbis fuerunt populares, in bonis populares eſſe non poſſunt.* Optimo ſtatu.) *Ariſtocratiam ſic uocat, quæ eſt optimus ciuitatis ſtatus. & ſenatum intelligit.* Populares.) Δημοκρατικοί. Improbos.) ὀλιγαρχοῦντας. Me quidem.) *Confitetur hic ſuum factum, & aduerſarium increpat.* Me.) *ſcilicet fuiſſe nunquam popularem. Is eſt popularis, dicit, qui adiuuat multitudinis temeritatem, non qui ei aduerſatur.* Hæc.) *Antonij ſcilicet & Bruti.* Præclariſſima.) *Præclara cauſa dicitur, in qua laus atq; honos inuenitur.* Et quidem.) *Manet ſemper in eadem re, quam propoſuit. alij nitebantur hoc, quòd non populares uiderentur, & ſe Conſulares dicebant: Cicero autem uidebatur.* Conſulares.) *Conſularis eſt, qui conſulatum geſſit: ex conſulari familia, qui non geſſit.* Faueas.) *Conglobatio effectorum, quia probabilia ſunt, ex quibus firmum argumentum facere conatur. criminãdo autem argumentatur, & oſtendit non eſſe conſulares. ita mutat probationem in criminationem. quod diligenter eſt notandum. Sæpe enim oratores non uidentur argumentari, cum tamen maximè argumentantur.* De ſua ſpe.) *Speramus enim pro nobis & pro alijs.* Lætus.) *id eſt ad eum commendandum. eſt ſignum pro re ipſa. eſt enim lætitia ſignum commendationis. Protuliſti literas, ergo es amicus: non ſatis eſt. Sed lætus protuliſti, ergo illi es amicus.* Eorum.) *improborum ciuium.* Et te.) *id eſt, ergo. Particula concludendi eſt ironica.* Accipiet in optimam partem.) *Præparat ſibi aditum ad dictionem ſententiæ ſuæ: quoniã alij malebant pacem quàm arma & bellum ciuile. hoc erat periculoſum. Habet autem partes duas ille aditus. primam excitationem conſulis, qui patrum conſcriptorum eſt caput: deinde præmunitionem ſuæ perſonæ, quod ſemper fuerit pacis ſtudioſus. Excitatio habet laudem Conſulis per oppoſitionem hypotheticam. Non iudicarem C. Panſam conſulem eſſe fortem, niſi obſiſteret Antonio. Sed quia obſiſtit Antonio, igitur fortis eſt. Quia autem grauis & odioſa erat deliberatio, an bellum ciuile contra Antonium eſſet ſuſcipiendum, ideo ante partitionem poſuit refutationem defenſionum Antoniorum. Primo igitur loco excitauit auditores, deinde refutauit, tertiò conſulem laudando excitauit, quartò de ſe loquitur, & quintò ſuam dicit ſententiam.* Accipiet.) *quod dicturus ſum.* Conſul.) *Eo enim tempore, quo Antonius ex urbe exceſſerat, conſul erat in urbe C. Panſa: extra urbem Hircius, qui obſidebatur Mutinæ ab Antonio.* Fortiſſimus.) *propter uirtutem militarem.* Optimus.) *propter ciuilem prudentiam. Oſtendit Panſam fuiſſe imperatorem fortem, & bonum ſenatorem.* Etenim dicam.) *Hic incipit antitheton, oppoſitio: Non puto eum conſulem, niſi agat fortiter in hoc negotio. Sed agit fortiter, ergo eum putabo fortem eſſe conſulem. Atq; hactenus breuibus uſus eſt periodis: iam prolixioribus utitur, quia hic locus ad genus demonſtratiuum pertinet.* Vigilias.) *In uigilando requiritur labor, in curando ſolicitudo, in cogitando prudentia.* Quanquam.) *Epexergaſia, repetitio eiuſdem ſententiæ. copioſius hic explicat quod antè dixit. Expoſitio latinè dicitur, qua utimur, cum aliquid auditorum menti inhærere uolumus. Hic tamen magis adhibetur propter laudem perſonæ.* Vſus.) *Propter utilitatem amicitiæ uſum uocamus. Illi dicuntur uſu tibi coniuncti amici, qui ſunt tibi neceſſarij & utiles.*

Conſuetudo.) *Ea eſt in uoluptate.* Societas.) *Societatem ſtudiorũ uocat, quam Græci* συζήτησιν, *ſtudiorum collationem. Non enim ſolum in mercimonijs, ſed etiam in ſtudijs ſocios debemus habere.* Eius denique.) *Propoſitionis repetitio cum amplificatione alterius partis, in qua perſona eſt.* Aſperrimus.) *Aſperum eſt, quod corpori moleſtum eſt: acre uerò, quod mentem cruciat.* Tamen.) *Ita excitat cum laudando, ut ſeruet ſibi ius uituperandi.* Idem.) *Pars altera antitheti.* Mea.) *meis temporibus, quamdiu uixi, & meminiſſe poſſum.* Non quia non.) *Redditioni adiungit conditionem.* Huius magnitudine.) *Amplificat uirtutem Panſæ & laudem ex circumſtantia illius temporis. Qui fortis eſt periculoſiſſimo tempore, conſul fortis eſt. Panſa periculoſiſſimo tempore fortis eſt. ergo Panſa eſt conſul fortis.* Tempeſtas.) *pericula.* Temporis.) *belli ciuilis.* Optabili.) *ocioſo & pacato.* Magis.) *Repetitio minoris propoſitionis, quã diuiſit in duas partes. in prima perſonam tractauit. iam minorem perficit, & plenius tractat quemadmodum antea perſonam.* Itaque ego.) *Iam de ſe loquitur: & quẽadmodum illum excitauit, ita ſe excuſat, & defendit.* Inprimis.) *id eſt ante omnes bonos.* Omne enim curriculum.) *Probat ex loco coniunctorum.* Hinc.) *ex foro.* Dignitatem.) *Dignitas eſt conſequens & effectus honorum. Honos enim magiſtratus eſt, quam dignitas ſequitur.* Ego itaq;.) *Paucis repetit quod de ſe dixerat.*

Alumnus.) *Auctor pacis eſt principij: alumnus, qui conſtitutam pacem conſeruat.* Qui quantuſcunq; ſum.) *Præmonitio rhetorica.* Vt primo.) *id eſt primo aditu. nõ enim eſt particula ordinis. Barbari dicunt prima fronte.* Ego ille.) *Hæc eſt propoſitio: Bellum ſuſcipi nolo cum Antonio, cum addita rationum partitione.* Magna ſpe.) *Excitat iudicem.* Silentio ſum.) *Excitat iudicem, metaphora à nautis ſumpta. id eſt cum ueſtra taciturnitate. Sæpe enim oratores auditorum animos intelligebant ex eorum taciturnitate.* Quia turpis eſt.) *Propoſitioni ſubiungit partitionem. Deliberatiuum genus duplicem habet finem,* τὸ συμφέρον καὶ τὸ βλαβερόν. *Cicero addit etiam impoſſibile, & inhoneſtum, quod demonſtratiuum generis eſt caput.* Turpis.) *Turpe eſt, quod obſtat gloriæ populi Rom.* Periculoſa.) *Periculoſum eſt, quod obſtat commoditati populi, ideoq; inutile.* Quæ tua.) ἀξίωσις. *Proponit, partitur, & petit.* Eadem benignitate.) *Benignitatem uocat beneuolentiam hoc in loco. ſæpe benignitatem ponit pro liberalitate, licet impropriè.*

Quid eſt inconſtantia.) *Propoſitio argumentationis. Immoratur autem in re eadem, & ponit idem ſignificantia. Inconſtantia ſumma eſt turpitudo: Pacem facere cum Antonio, eſt inconſtantia: ergo ſumma turpitudo eſt. pacem cum Antonio facere. Minorem probat, quia uos illum hoſtem decreuiſtis. Vide 5. Philipp.* Quid porrò.) *Minor propoſitio: Incõſtantia eſt turpis: hoſtem amicum*

facere,

ſacere, eſt inconſtantis. Multis decretis.) Illa decreta habuiſtis in priorib. Philippicis. Quaſi uerò.) Probatio minoris. ex loco autem coniunctorum multa probabilia argumenta proponit, quibus declarat M. Antoniũ declaratum eſſe hoſtem. Cum Caeſari.) De Octauio Auguſto loquitur. Meritos.) Meritum dicitur id quod negari poteſt: debitum, quod negari non poteſt. benemeriti repulſam pati poſſunt. illi quibus debetur, non facilè. Nec tum.) quaſi dicat, maximè eſt iudicatus. alia probatio, quae fit enumerando. Veterani.) legio Martia, & quarta, quae erant praeſtantiſsimae ueteranorum legiones. Illum.) Dolabellam. Vacationes.) Vacationem uocat, quam Graeci ἀτέλειαν. ſolebat autem populus militibus diuidere agros, ſi quando rem ſtrenuè geſsiſſent. Omen.) ſatum. Quid eum.) Aliud ſignum ponit. Quo.) ſcilicet ſi non ad bellum, ſi hoſtis non erat. Collega.) auguratus ſcilicet, non conſulatus. At qua imbecillitate.) Argumentum exaggerat ex circumſtantia perſonae, & conſtitutione corporis ipſius. Per ſe enim argumentum neceſſarium non erat. Oſtendit igitur ſummam neceſsitatem fuiſſe mittendi, quia conſul aegrotus fuerit miſſus. Imbecillitate.) Imbecillitas eſt effectus morbi. Sed animi.) Caſtigatio & ratiocinatio amplificatoria. Eſt autem ratiocinatio, quando minus dicitur quàm intelligitur. Poſſet aliquis dicere, cur non robuſtum miſit ſenatus? Reſpondet Cicero, animo eum plurimum ualuiſſe. ita neq; Hircius, neq; ſenatus uituperari poteſt. Ineptè faciunt, qui ſolum uerba in orationibus inſpiciunt: ſed uerborum & rerum delectus obſeruandus eſt. in quo eſt omnis eloquentiae origo. Aequum.) Hic logiſmon, id eſt, conſilium perſonae ad laudem eius ponit. Credo.) in bonam partem hic accipitur, non ironicè. Votis.) apud deos immortales. Quid cum delectus.) Pergit ad caetera quae uocant coniuncta cum negotio. Tota Italia.) Oratores non ita ſunt aſtricti grammaticorũ praeceptis, ut negligere illa non poſsint aliquando enim praepoſitionibus utuntur, aliquando non. Sed quae illi rarius uſurparunt, iis etiam nos rarius uti debemus, & non temerè grãmaticorum ſepta tranſilire. Vacationes.) Vacationes etiam nonnunquam priuilegia uocant. Armorum.) Arma uel ab armando, id eſt muniendo uel arcendo dicuntur, quòd illis hoſtes arceamus. Sunt autẽ omnia illa, quibus munimur. Sequuntur.) ſcilicet conſulem. Specie.) id eſt uerbo. Paradiaſtole oratoria occupationis loco facta. Si conſuli, ergo non populo. Re & ueritate.) id eſt re uera. in Roſciana dixit uerbo, re uera autem. Etiam.) μᾶλλον ἐπανορθωτικόν, pro imò. Non eſt.) Interrogatio concluſionis loco. eſt enim uehementius apud oratores interrogare, quàm concludere. At legatos.) Refutatio firmamenti aduerſariorum. Cicero dixit: Antonius eſt declaratus hoſtis, quoniam miſſus eſt conſul contra eum. Contra hanc rationem eſt inficiationis firmamentum: Non eſt declaratus hoſtis, quia legatos ad eum miſimus. Non negat firmamentum Cicero, ſed dicit turpe eſſe legatos ad Antonium mittere. Deinde definitionem ponit. Voco autem definitionem, non eam ſolum quae tota ponitur, ſed eam etiam quae uerbo aliquid oſtendit. Dicit igitur non legationem pacis, ſed denunciationem belli fuiſſe. Heu me miſerum.) Querelam praemittit reprehenſioni ſenatus. Quod homines inuiti faciunt, facilius excuſare poſſunt, quàm quod ultrò faciunt. Quid.) Non eſt miſsio legatorum, ſed denunciatio belli. Populus enim Romanus non probauit. Primo loco firmamentum poſuit. deinde praemonitionem & querelam contra reprehenſionem ſenatus. tertiò reprehenſionem ſenatus, quòd legatos miſerit inuito populo Romano. Meam ſententiam.) quam habui ſuperioribus diebus, qua legatorũ miſſionem improbaui. Cui.) ſententiae de bello contra Antonium mouendo. Poſtridie.) poſtero die. Sic Caeſar in Commentariis loquitur. Poetae dicunt, Poſtera lux. Ad ſpem eſtis deuoluti.) Magna uis eſt in uerbo Deuoluti eſtis. Deuoluimur ſine iudicio, deſcendimus in ſententiã conſilio. Oſtendit autem malorum ciuium ſententiam ſenatum eſſe ſecutum. Quàm turpe.) Altera reprehenſio. prima fuit, Populus legatorum miſsionem non probauit, ergo ſenatus mittere non debebat. Ratio ſumpta eſt ex loco differentium. Legiones.) armatos hoſtes patriae. Senatum.) patriam deliberantem in ſenatu. Ad Antonium.) ad hoſtem patriae. argumentum ex loco contrariorum. Quanquam.) Caſtigatio ex definitione. corrigit non [illegible], ſed [illegible] Retinenda eſt igitur.) Aſſeueratio, de qua in Rhetoricis ad Herennium. Affirmat quod eſt propoſitum. Retinemus autem praeſentia, quae poſsidemus. Repetimus quae amiſimus. Conſtantia.) Conſtantia uoluntatis eſt, ſeueritas in puniendo. Siquidem.) cum amplius non habeat decus & honeſtatem, &c. Eſt autem hic repetitio illius reprehenſionis, quam poſuerat. Quibus.) Hic uidemus quid ſit illud deſiderare. Sed erat tunc excuſatio.) Dixi hoc in loco aſſeuerationem eſſe argumentationis. nunc emendat id quod praeceſsit, & excuſat dedecus illorum temporum, cuius tamen ſenatores cauſa non ſint. Tunc.) regnante C. Caeſare. Oppreſsis.) ſenatoribus, qui iugum abiicere non poterant. Miſera.) miſerabilis ſcilicet excuſatio. ſaepe utitur anticatallaxi. multa enim obiici poſſunt in deliberatione. quare propria eius eſt figura. Tum.) poſt mortem Caeſaris. Regio dominatu.) id eſt tyrannide. Armis domeſticis ea ipſa.) Anacoluthia. debebat enim dicere eum ipſum ſcilicet dominatum regium. ſed reſpicit id quod antea poſuit, dedecus, &c. Quod ſi.) Maior aſſeueratio ſententiae ſuae, id eſt, ſi non poſſumus imperare. Quanta illa erat reipub. turpitudo.) Complexio totius rei. rem enim uniuerſam proponit, & turpitudinem eius indicat. Ordine.) ſenatorio. Cuiq;.) Conglobatio effectorum per praeteritionem. ſcelera enim Antonii praetereundo enumerat. Sine lege.) praetextu actorum Caeſaris, & tamen contra acta. de quibus in prima Philippica. Suſtulit.) ui occupauit. Ciuitati.) ſcilicet Romanae. Aut excluſit.) Malim legere, ac. Obſedit.) ſcilicet ciuitatem. Vt haec inquam omittam.) Eſt reſumptio, epanalepſis poſitae praeteritionis. Ne hoc quidem cogitatis.) Poſt praeteritionem proponit inſigne eius ſcelus. Hircium conſulem ab eo Mutinae obſeſſum, & expugnatum, alia etiam loca enumerat quae ab eo obſeſſa & depopulata fuerunt. Conſulem.) A. Hircium. In eum ordinem.) ſenatorium. Toties.) id eſt, tam multis ſententiis decretis, ac iudiciis, quae ſuperius commemorauit. Quàm foedum.) ſcilicet opinione. Flagitioſum.) facto. Foedum eſt apud homines, flagitioſum re ipſa. Satis mult.) Tranſitio ad ſecundũ partitionis membrum. Tripartita enim eſt haec cauſa. Propoſuit enim pacẽ cum Antonio eſſe turpem, periculoſam, & impoſsibilem. pri-

mam partem abſoluit, turpe eſſe eum hoſte pacem facere. Nunc ad ſecundam tranſit, quòd ſit periculoſum: idq́; à perſona cum ratione oſtendit. Tamen.) Correctio ſententiæ philoſophicæ, quã Demoſthenes etiam ſemper eſt ſecutus. Dicunt enim philoſophi honeſtatẽ periculis eſſe præferendam. Cicero corrigit, pericula quidem honeſtati poſtponenda eſſe, ſed tamen nos ſemper magis timere pericula quàm turpitudinem. Ita hic tranſitioni locum docilitatis addit. Maioris) uulgi. ſemper enim illius pars eſt maior. Poteritis.) Locus adiunctorum. Vel potius.) id eſt imò. eſt emendatio numero facta. tres enim erant Antonij. Propoſitio eſt: Pax cum Antonio futura periculoſa eſt. Ratio: Sunt enim multi Antonij patroni, inter quos L. Antonius eſt potentiſſimus: quia triginta tribubus ualde charus eſt. Quarum.) tribuum. Suſtulit.) Qui patronus eſt, tribuum uult eſſe ſuffragia. L. Antonius ſua lege tribuum ſuffragia ſuſtulit: ergo rex eſt. ex loco repugnantium ſumptum. Patronus.) rex, dominator. in malam enim partem & ironicôs hic accipitur. Sine ſuffragio.) illi ſunt ſine ſuffragio, qui ſententiã non poſſunt dicere. Iani medij.) id eſt princeps ſententiæ dicendæ de pace & de bello. poteſt aperire portas belli, & eaſdem claudere. Odij.) Exclamatione exaggerat indignitatem, quæ conſpicitur in perſona L. Antonij. Suſtinere.) reſiſtere. Eoſdem.) centuriones & tribules.

Quis.) ſcilicet deduxit in agros. Repetit ea quæ propoſuit. Omnes.) ſcilicet trigintaquinq;. Gracchorũ.) Exaggeratio per comparationem. Cum C. enim & Tiberij Gracchi, potentiam L. Antonij comparat. Eſt autem comparatio exemplorum imperfectorum. perſonas ſolum commemorat, non rem. Gracchi potentiſſimi fuerunt in rep. Rom. ſed ualde populares. illos nominatim ponit, Antonium non item. ſed per epithetõ, propter maius odium, quod facilius excitatur contra uiles perſonas, quàm magnas. Gladiatoris.) Gladiator propriè, & impropriè accipitur apud latinos. propriè latronem uocamus gladiatorem. deinde impropriè eum qui pugil eſt, & qui pugiles docet. Quem gladiatorem.) Dicit, Non appello cũ gladiatorem, quòd artem nouit: ſed myrmillonem, latronem & ſicarium. Myrmillo in Aſia.) Commemorat hic magnum L. Antonij ſcelus, & concludit locum. Argumentatur autem à contrario. Si iugulat amicos, quid cũ alijs eſt facturus? Probat hoc quod dixit ſe illum latinè et planè gladiatorem appellare. Fugientem.) Hoc addit, quia fugientibus ſolet ignoſci. Oſtendit eum depugnaſſe in circo, & parum fortem fuiſſe, quòd fugientem iugularit. Luculentam.) Oſtendit eum non habere ſolidã palmam. Qui familiarem.) id eſt, quoniam familiarem iugularit. Subiungit commemorationi (quoniam probroſa fuit) ratiocinationem ex loco contrariorũ. Animi cauſa.) id eſt in arena & gladiatoria exercitatione. Prædæ cauſa.) in ſerio negotio. Improbos decuriabit.) id eſt, in decurias rediget: Tribus malis & ſeditioſis ciuibus implebit. Agrarios.) qui urgent leges de agris diuidendis ipſis militibus. ſemper autem agrarij ſeditioſi ſunt habiti, ut eſt in oratione Ciceronis contra Rullum. M. uerò Antonius.) Paulo antè ex perſona L. Antonij oſtendit pacem fore periculoſam reip. nunc idem facit ex perſona M. Antonij. & primùm oſtendit alterum turbulentum, alterum potentem. deinde ſenatum propter potentiam eius territat, eumq́; admonet officij ſui, ut uigilet. poſtremò ſuam promittit diligentiam. His abſolutis tranſit ad partem poſteriorem, quòd pax nulla fieri poſſit. Non is erit.) id eſt an non. Ad quem.) Quod eſt atrociſſimum, poſtremò poſuit. Omni motu.) id eſt, quantumuis etiam paruo, particula extenuationis eſt. Vt nemo ſit.) id eſt etiamſi nemo ſit. particula conceſſionis eſt. oſtendit ipſam facultatem, & eam probat. Ii qui unà ſunt.) id eſt, quos habet in exercitu. Ceſſerint.) perculſi ſint, metu debilitati ſint. Ipſe potentiſſimus eſt, nos debilitati ſumus. Ego uerò.) Comminatio. Si hoc tempore.) id eſt, ſi parum conſtanter decreuerimus. Nec ego.) Occupatio et defenſio perſonæ oratoriæ. defendit ſeipſum, & ſententiã ſuam. Poterant enim illi obijcere, Ergo tu non uis pacẽ? reſpondet, Volo pacem, ſed quæ non habeat bellum. Bellum.) id eſt, pacem ſecum allaturam bellum. Quare.) Commutatio ſententiæ atq; uerborum per contraria.

Eſt autem.) Commonitio. commonefacit enim P. C. officij ſui. Noſtri conſilij.) id eſt noſtri officij. In poſterum.) inde eſt prudentia. In hac cuſtodia.) id eſt, in hac curia. Metaphora. Turpe eſt) Excitatio. Scire officium facilè eſt: præſtare officium, difficile. amouet igitur metum, ut facilior ſit conſilij ſuſceptio. Summo conſilio.) ſenatui. eſt deſcriptio rei pro re ipſa. Poetæ utuntur circumſcriptionibus in rebus non neceſſarijs. oratores in neceſſarijs, ut hic uſus eſt Cicero, quoniam erat ſignificantius. Conſilium.) intelligentiam. Eos conſules.) Iam recitat eos. Equidem.) Iam de ſe loquitur. Monebo.) priuatim. Prædicabo.) publicè, præſentibus. Denunciabo.) abſentibus. Teſtabor.) in rebus dubijs, iurabo, & deos teſtes uocabo. Nec ſolum.) Multum diſtat inter fidem & curam. Fides in celando & tacẽdo eſt: qui non eſt garrulus ſenator, is fidus eſt. Curam & uigilantiam præſtat is, qui ſenator eſt princeps. Satis eſſe.) in ſenatore. Dixi de.) Tranſitio ad partem poſtremam, in qua τὸ ἀδύνατον oſtendit. pacem coire non poſſe. Id quoq; ex perſonarum circumſtantijs probat. Dixi.) probaui pacem eſſe periculoſam. Coagmentari.) id eſt coiri. Quæ poteſt eſſe pax.) Iam probat ex ratione ordinis pacem coiri non poſſe. Primum enim uniuerſus ſenatus illi inimicus eſt: deinde ipſe ſenatui uniuerſo. Quo ore.) qua impudentia. quantumuis ſit impudens, tamen non poterit nos intueri. In malis autem rebus ore, in bonis uerò oculis utimur. oculi enim indices ſunt animi, & beneuolentiæ, in quibus habitat uerecundia: in ore autem immodeſtia & impudentia. Quibus oculis.) qua beneuolentia. uos enim non poteſtis eum beneuolè intueri, ille ſine ſumma impudentia nos non poteſt aſpicere. Qui.) id eſt quis ueſtrûm. Vos.) ſcilicet non oderit. Age.) Conceſſio. Quid ij.) Iam perſonam deſerit, & ad exercitum, & hoſtes patriæ tranſit. Circumſidens.) Magnitudinem oſtendit. In gradibus.) cum ageretur de declarando hoſte Antonio. Qui nos ad libert.) Enumeratio, quæ ex loco coniunctorum probat pacem coiri non poſſe. Seruat autem ordinem in enumeratione iſta. Pleno.) Plenum eſt, in quo eſt aliquod interuallum: refertum quod coactum eſt, in quo nullum ſpacium eſt. Mente atq; uoce.) id eſt, uno conſilio aperto & tacito. Mens enim latet, uox non latet. Itaq; quod erat.) In media probatione concluſionem ponit: quod ſæpe faciunt oratores, quando copioſa non eſt probatio, ne auditor obliuiſcatur propoſitionis. Comitem.) Comes eſt qui ſequitur, dux

qui

qui præcedit. Imperatorem.) Imperatorem uocat conſulem Hircium, propterea quòd à militib. uocetur imperator. & tranſit etiam ad extraneos: quæ etiam cauſa fuit, quòd concluſionem fecerit. Militib. dandis.) Dicimus imperare milites, & dare. Imperamus autem ut dentur. . Laudandi.) id eſt honore afficiendi ſunt. in hoc loco nominat municipia ſuæ partis. Magna pax.) Concluſio. Cum eiſdem.) ſcilicet erit quaſi dicat, nullo modo. Ergo nulla pax cum Antonio cum his eſſe poteſt. Quæ poteſt maior.) Enthymema rhetoricum ex maiore & minore, repugnantium uerò rerum amiſſa concluſione: quia antea fuit poſita in tertia diuiſionis parte. In rhetorum enim enthymematib. non ſolum propoſitiones, ſed etiam concluſiones omittuntur. Vbi diſcordia eſt, ibi non poteſt eſſe pax. in pop. Rom. eſt diſcordia, ergo, &c. Multitudinem.) id eſt ſenatum, populũ, & municipales, quæ partes ſunt integrales. Ornati.) Ornati dicuntur propter dignitatem, honeſti propter uirtutem. Cuiq; ſemper.) Probatio medij. Gallia.) uteriore. Diſcordiarum.) Diſcordia priuatorum eſt: bellum multitudinis & publicum. Nolite igitur uelle.) Concluſio poſtremæ partis.

Quorſum hæc omnis.) Peroratio: generalis concluſio totius orationis ſunt enim quædam ſpeciales ſingularũ argumentationum uel partium: quædam generales totius orationis, qualis hæc eſt, ad quam uenit per correctionem. ſe ipſum enim commonefacit. enumerationem non habet, ſed tota eſt auxetica, quoniam breuis fuit confirmatio.

At uerò erecti.) Primum hic ſenatum officij ſui admonet: & ut ab inſidijs caueat, adhortatur. ſeruat ordinem. eſtq; incremẽtum in uerbis ſecundum ordinem naturæ factum. Ne blanda.) Optima ſpes uincendi hoſtem eſt, blanda oratione circumuenire, dare ſpem pacis, & obruere non ſperantes. Omnia fecerit.) Præſcribit Antonio conditiones quæ ſeruandæ ipſi ſint, ſi pacem uelit. Interdicta.) Interdicimus uetando, denunciamus iubendo. Differunt hæc duo, ut uolo & nolo. Exercitum.) Antonius erat excluſus à Gallia ulteriore: ſed tamen in Gallia ciſalpina erat. Cicero autem noluit cum exercitum ad mœnia ducere, ſed ad ſenatum uenire, & pacem petere. Hæc ſi.) Nunc hypotheſin ponit κατ' ἀντίθεσιν. Si ſenatui.) Pars altera antitheti. Sed uos.) Hactenus in concluſione dixit ſententiam ſuam, ſenatumq; cohortatus eſt. Nunc territat cos. oſtendit enim quid futurum ſit, ſi lenius agatur cum Antonio. Habet autem hic locus grauem perſonæ Antonij reprehenſionem, paucis tamen uerbis. Quo.) ad quam uitam & fortunam. Intendit.) Metaphora à iaculatoribus, qui conando intendunt in ſcopum quem petunt. Te ipſum.) Poſtremò redit ad conſulem, et à quo incepit confirmationem, in eo etiam deſinit. Quanquam.) Occupatio interpoſita per parentheſin. Tamen & ſummi) λόγος καθ' ὁμοίωσιν. eſt autem imperfecta ſimilitudo & inchoata. pars enim altera poſita eſt, altera omiſſa. Vectoribus.) Vectores paßiuè accipit pro ijs qui uehuntur. qui enim uehunt, nauiculatores & nautæ dicuntur. Apparatum.) ſcilicet militum. Hac grauitate.) Paucis repetit, quæ poſuerat antea. Metu & periculo.) Metus eſt futurarum rerum, periculum inſtantium.

IN OCTAVAM M. T. CICERONIS PHILIPPICAM FRANciſci Maturantij Commentarius.

SVperiorem Cicero habuerat orationẽ, & ut contra Antonium qui Mutinã obſidebat, & D. Brutum Cos. deſignatum oppugnabat, bellum tandem decerneretur, ſuaſerat. Cumq; eorum ualuiſſet ſententia, qui nõ bellum appellandũ, ſed tumultum potius cenſebant: hac oratione & L. Cæſaris ſententiã cur ſit dicta, uidetur interpretari: & illorum arguit ac deridet inſcitiam, qui aliud tumultũ eſſe quàm bellum interpretabantur, cum bellum poßit ſine tumultu eſſe, ſine bello tumultus eſſe nõ poßit. differunt enim quod genus & ſpecies, & quod animal & homo. nam ut homo omnis animal eſt, ſic omnis tumultus bellum. quod idem nõ erit, ſi conuertas, ut omne animal ſit homo, & omne bellũ ſit tumultus. ea enim duntaxat bella quæ uicina eſſent, tumultus uocauere Romani, in quibus periculi uicinitate timor eſſet multus. Bellum igitur, & quidem grauißimũ probat eſſe. Confutatis aũt aliorum ſententijs, & inprimis Q. Fufij Caleni ſuam in exitu orationis quæ ſit oſtendit. Eſt autem hic finitionis ſtatus, qui coniecturã ſequitur. nam qui non poteſt dicere nõ factum aliquid, proximũ habet ut dicat non hoc nomine appellandũ quod factum eſt. Eſt aũt finitio, rei propoſitæ propria & dilucida ac breuiter cõprehenſa uerbis enunciatio. conſtat enim genere, ſpecie, differentijs, proprijs. Et in hac quidem cauſa ſic præcedit finitionẽ coniectura: hoſtis eſt Antonius, nõ eſt hoſtis. ſed hoſtem eſſe, probatũ eſt plurib. coniecturis: quòd laudatæ legiones, quæ eum deſeruerũt, quòd laudatus & honoratus Octauius, quòd cõmendatus Decimus, & prouincia Gallia. quòd Cos. deſignatum & coloniã pop. Rom. oppugnaret, prouinciãq; uaſtaret, ſequebatur reprimendum eſſe: Cicero dicebat bellum contra hoſtem decernendũ. Ijs quibus aſperũ nimis hoc uidebatur, & qui Antonio fauebant, non bellum eſſe, ſed tumultum cenſebant appellandum, quaſi tumultus leuius quiddã bello eſſet. Cicero multo grauius oſtendit, & bellum omnino eſſe. Exorditur autem ſtatim per expoſtulationẽ cum Cos. Panſa, & ad ipſam rem quamprimũ accedit. Confuſius.) perturbatius. Parum fuſt.) ſtatim enim inclinaſti, et ueluti uictus terga dediſti ſuſtinemus enim in bellis irruentiũ impetum. Ea uirtus.) fortitudo & conſtantia. Id uerbum.) belli. In diſſenſione.) multorũ concertatione. Ad lenitat.) ad eos qui lenius ſe putabant uerbum quærere. Propenſior). inclinatior. Sententis.) ut bellum diceretur. Propinquitatẽ.) cum Antonio, cuius erat auunculus, Iuliæ matris eius frater. Viro.) P. Lentulo, qui cum Catilina coniurauit. Præcepit.) monuit. Rep. dignam.) ſcilicet dictorum fuiſſe. Illi.) L. Cæſari. In ſententia.) ut dicerent decernendũ quidem eſſe, nõ bellum, ſed tumultũ. Bellũ eſſe ſine tumultu.) nam genus eſt, & cõprehendit, non autem cõprehenditur: ut omnis homo eſt animal, non aũt omne animal eſt homo. Quid eſt tumultus.) Hæc eſt definitio, quæ conſtat ex genere, quod eſt perturbatio: & differentia, quæ eſt timor tantus, ut maior eſſe nõ poßit. Domeſticus.) penè domeſticus timor. Gallicum.) ciſalpinæ Galliæ. Præterea.) præter domeſticũ et finitimũ. Hic.) in hac cauſa. Gallico.) tranſalpino & longinquo. Vacationes.)

cationes)beneficio ſenatus & populi publicè uel priuatim conceſſæ. Medium nihil.)nam induciæ pax ſunt,ſed temporaria.ne quis de illis fortè obijciat, oſtendit per diffinitionem aliud tumultum,aliud bellum eſſe: nunc aũt argumentatur à conſequenti detrimẽto,ſi bellum non uocetur. In cauſam.)in eam in qua nos ſumus,& idem ſentit quod nos. Quæ pax certior?)Ironicè. Fortiſs uirum.) alterum Cos.Hircium. Eius ætatis.)penè puer. Decernendi.)ſtatuendi cum ſenatu. In pace uerſant.) quaſi dicat minimè.nam hoſtis eſt Antonius. Cliterna) Sic arbitror legendum nam Claterna oppidũ eſt Apuliæ, Cliterna uerò in medio Parmæ & Bononiæ exiguum oppidum fuit. Cic. in epiſt.ad C.Caßium: Paruis omnino iam copijs obſidebatur, quòd magno præſidio Bononiã tenebat Antonius.erat aũt Cliternæ noſter Hircius,ad forum Cornelij Cæſar. Ex collegæ liter.) ſic enim Hircius ſcripſerat. Quæ pax maior?) Cum deriſu pronunciandũ. Saga.)militaris habitus ab omnib ſumetur . ſic enim decretum fuerat. Cos.)Hircius. Deſcenſurum.)ex Cliterna Mutinam. Cum præſid.)quo tutus ab Antonio eſſet. Sylla cum Sulpit.) Vt intelligi res poßit facilius,repetenda eſt altius. Poſt ſociale bellum, cum Mithridates Ponti rex Bithyniã & Phrygiam aliaſq; Romanorum in Aſia prouincias inuaderet,L. Sylla Cos. cum Qu. Pompeio declaratus, Mithridaticũ bellum ſortitus eſt.ad quod anhelans Marius cupiditate accenſus, P. Sulpitiũ trib.pl. multis pollicitationib. ſibi conciliauit: et ut conſequi quod optabat, facilius poſſet, nouos ciues qui minus poßidebãt, & iccirco ultimi ſuffragiũ ferebant , inutileſq; ferè erant, impellit ut admiſceri tribus poſtulent. legem ferre uolenti Sulpitio repugnatũ à ueterib. ciuibus eſt, & in nouos lapidibus ligniſq; depugnatũ.Res etiam per Coſs. dilationibus impedita.poſt multas tamen contentiones lex perlata eſt,Q. Pompeio altero Cos. è foro fugiente,eiuſq; necato filio,ac Sylla omni timore concedere coacto. Horum nouorum ciuium ſuffragijs,qui numero ueterib longè erant ſuperiores, lata à Sulpitio lex, qua prouincia Mithridatica adempta Syllæ,& Mario adiecta eſt: Sylla tamen uelut contra Mithridatẽ profecturus, Capuã confeſtim ad exercitum ſe contulit,apud quem plurib de iniurijs conqueſtus eſt, & Romam reuerſus atq; hoſtiliter ingreſſus eſt: Marius & cum eo 12. pulſi & hoſtes indicati , Sulpitius interfectus Fugiens Marius in Minturnenſi palude delituit. captus eſt à Minturnenſibus , & in cuſtodiam apud Fanniam mulierẽ datus:moxq; emiſſus in Africam nauigauit. Hiſtoriã Appian. & Plutarch ſcribunt pluribus. De iure legum.) & aliarũ , & eius qua tribus admixtæ ſunt: & item eius qua decreta Syllæ prouincia Mario data eſt. Cinna cum Octauio.)Exulum amici, Cinna conſule poſt Syllam declarato cum Octauio , rurſus nouos ciues,abrogatis per Syllam Sulpitij legibus,ad idem petendum ut tribus admiſcerentur impellunt. Et nouis quidem Cinna,ueteribus Octauius fauebat. Vincitur Cinna, pellitur urbe, fugit ad partes: redit Marius Carthagine, Cinnæ iungitur:adducitur Sertorius, Carbo: Romam ingrediuntur : plurimas edunt cædes: exul fit Sylla: qui uictor poſtea ex Mithridatica reuerſus prouincia , afflictis aduerſarijs Dictaturã inuaſit. De proximo.) Pompeiano. Bellum ciuile quintum.) Primum fuit Syllæ contra Marium & Sulpitium, quo Marius fugit, Sulpitius perijt: Cinnæ, Octauij Conſulũ,quo ſuperior Octauius Cinnam expulit,qui confugit ad partes. Secundũ Cinnæ, Marij,Sertorij, Carbonis, qui quadruplici agmine in urbem redière,& plures ex Romanis principibus trucidauere: inter quos Octauium Cos M. Antonium Oratorem, M, Craſſum unà cum filio, Fimbriam, Bebium, Numitorium, Merulam, Ancharium, & alios nonnullos. Tertium Syllæ ex Aſia reuertentis conſulibus Norbano & Scipione,cum Norbani ad Capuam fudit exercitum , & apud Sacriportum debellauit omnes hoſtium copias : totq; tum in prælijs,tum in urbe, & inermes occidit, quot numerare difficile eſt, propoſita illa ingenti proſcriptionis tabula , qua ad duo millia ex ipſo equeſtris ordinis flore ac ſenatu electi qui mori iuberentur . Quartum Cæſaris & Pompeij. Quintum intelligit quod geritur contra M. Antonium. Ignoro cauſam.)non quòd re uera ignoret , ſed præ dolore non libet dicere. Exitum.) quòd perijt Pompeius. Quintum.)cum M. Antonio. In noſtram ætatem.)ſuperiora,ſicut hoc præſens. Primum.) Cætera ex diſſenſione nata ſunt, & ciuiũ contentione : in hoc uerò omnes conſentiunt , & idem uolunt , ſcilicet perſequendum eſſe Antonium. Eos ſceleratos & impuros.) qui Marco hærent & Lucio. Quæ eſt igitur in medio cauſa belli poſita ?) Nobis cauſa belli eſt , ut defendamus quæ euertere optat & quærit Antonius. Prædam.) ut rempublicam diripiat. Omnibus portis.) quibuſcunq; uelit portis urbis . Quò uelint.) ad quaſcunq; optent uillas,ad prædia, & quæcunq; concupierint ciuium bona. Omnes Caſones,omnes Saxæ.) Caſo & Saxa,gladiatores fortaſſe,certè improbißimi Antonij ſectatores. Tuſculana, Albana .) uillas & prædia in Tuſculano & Albano. Ad aquas Puteolanas.)ac ſi diceret Puteolanum littus.ad quod proueh{e}bantur, hoc eſt perducebantur ſpe obiecta ut illic prædia haberent, quæ alijs adimerentur . Vel aquas calidas intelligit, quæ in toto illo Baiarum, Cumarum & Puteolano tractu exiſtunt. Haſta Cæſaris)Hoc idem Cicero ipſe in Officijs. Q Fuſius Calenus.)is ſenator erat, & ſub pacis ſuadendæ prætextu Antonium defendebat . Fuit autem in partibus Cæſaris bello ciuili, & Ciceroni parum amicus,ut in epiſtolis ad Atticum pluribus cognoſcitur locis. Semel enim pacem defendi.)Quaſi dicat, non ſemel, ſed pacem ſemper defendi, & ocio ſtudui. Probat errare Calenum, quoniam ea pax quam ſuadet , ſeruitus potius ſit. Poſſe.) ſcilicet iniuſtum eſſe. Antea.) dominante Cæſare, cui charus fuit Fuſius. De illo homine.) Cæſare. De bellua.) Antonio. Atqui es , qui ſemper.) Sic dicebat Calenus. Quid intereſt inter te & illos) Qui malis fauet,is non niſi malus cenſeri poteſt. P.Naſicam.)is eſt qui uir optimus à ſenatu eſt iudicatus, & ob inſignẽ prudentiam Corculum appellatus: P. Scipionis Africani ſuperioris patruelis frater: Cn Scipionis, qui in Hiſpania unà cum Publio fratre cecidit, filius.is Tib. Gracchum Africani ex filia nepotem, Trib.pleb.qui pernicioſas leges tulerat, & prorogare ſibi magiſtratũ uolebat, omniaq; aduerſus nobilitatem moliebatur, Mutio Conſule ſegniter ceſſante, præfatus ut ſe quicunq; ſaluam remp. uellet, ſequeretur,perſecutus in Capitolium oppreßit. Num aliter.)quàm pater tuus & dicebat & ſentiebat. Non omnes.) qui uoluiſſent perire Tiberium . Quod L. Opimius.)cũ C.Gracchus & ipſe trib.pl.ea graſſaretur uia, qua frater Tiberius graſſatus fuerat, & de ea re L. Opi-

mius

nius conſul retuliſſet, cenſuerunt ſenatores ut uideret ne quid reſp. detrimenti caperet: is Caium qui armata familia Auentinam occupauerat, inuaſit, & fugientẽ uel ſua uel ſerui manu interfecit. Q. Metellum.) Hi omnes armati cum L. Opimio Gracchũ perſecuti ſunt. Q. Metellum.) qui à deuicta Macedonia Macedonicus eſt cognominatus, quatuor filiorũ pater, ſupremo tẽpore humeris eorũ ad ſepulturã elatus eſt: ex quibus prætor unus, duo conſulares, duo triũphales, unus Cenſorius. author Plin. P. Lentuli.) huius lib. de claris Orat. meminit Cicero. M. Fuluium.) ſocium eiuſdẽ furoris. Eius.) Fuluij Flacci. C. Mario.) qui fuit ſepties conſul, & Arpinâs. Saturninus.) is ſeditioſum egit tribunatũ, multas inuito ſenatu leges tulit: Nouiũ cõpetitorem occidit: Q. Numidicũ, quòd in ſuas leges nõ iuraret, in exiliũ abire cõpulit: Tertiò tribunus refectus, à Mario cõſule tandẽ ſenatus auctoritate armato in Capitolio unà cum Glaucia eiuſdẽ furoris ſocio obſeſſus eſt: cumq́; ſe eidẽ Mario dedidiſſet, minimè ſeruata fides eſt: Glauciæ fracta ceruix: Apuleius eum in curiam fugiſſet, lapidib. & tegulis interfectus eſt: caput eius à Rabirio quodã ſenatore in ludibriũ per cõuiuia circumlatũ eſt. Omnes illo die.) hæ omnes nobiliſſimæ & illuſtriſſimæ Romæ fuere familiæ. Coss. illos.) C. Mariũ & L. Valeriũ. Vri ac ſecari.) Ouid. Sed immedicabile uulnus Enſe recidendũ eſt, ne pars ſincera trahatur. Dura uox.) hæc mea. Vno in homine.) P. Clodio. totus autem hic ſermo ironicus eſt. Vehementer.) cum cõtentione, et dicẽdi genere cõcitato: animo uerò ſedato & leni. Tu illi.) Antonio. Coloniã.) Mutinã. Vineæ.) Inſtrumẽtum militare uinea eſt, crates ſcilicet uimineæ, terra et arborũ ramis opertæ, ſub quibus milites latẽt, muros hoſtiles ariete demolientes, & à ſaxis tuti, quæ ex propugnaculis deijciuntur. Tres principes.) tres legatos, de quibus iam dictum. Quo melior.) ad P. C. cõuertitur. Quo melior ſenator uideatur Fuſius, negat ſe Antonio amicũ eſſe, dicẽs eum ſcilicet Antoniũ ueniſſe cõtra ſe reum, hoc eſt accuſatum aliquando & reum factũ, cum ſuo magno ipſius Antonij ſcilicet beneficio, qui ſubornatus in Fuſiũ & productus, magni idcirco aliquid cõſecutus eſſet. Vide quãta.) Omnia ironicè, et cum deriſu. in contrariũ enim uertitur ſenſus uerborũ. Maſsil.) Maſsilienſes Cæſare occiſo, quæ uictor ille ademerat, repetitũ uenerãt à ſenatu. Cic. ad At. in epiſt. Maſsilienſib. ſua reddit: hæc armis (quæ quàm firma habeamus, ignoro) reſtitui fortaſſe poſſunt, auctoritate nõ poſſunt. Q. Fuſius impug.) Cicero Maſsilienſibus aderat, & defendebat ac iuuabat quantũ poterat, idcirco acerbitatẽ nunc Fuſij in amiciſsimã populi Romani ciuitatem inuadit. Homini.) Antonio qui cõtra eum reum uenerat. Triũphus.) de quo inquit in Offic. Cic. Itaq; uexatis et perditis cæteris nationibus, ad exemplũ amiſsi imperij portari in triũpho Maſsiliã uidimus, & ex ea urbe triũphari, ſine qua nunquam noſtri imperatores ex transalpinis bellis triũpharunt. Illis.) Maſsilienſibus. Remittebat.) quotidie lenior fiebat. Popularis.) populo fauens, & eius gratiã colligere ſtudens. Sis popularis.) rem populo gratã facias, et in Antoniũ, quem populus odit, potius dicas, quàm eum defendas. Generi.) Panſæ cõſulis: quod ex epiſtola ad Brutũ colligo, ubi inquit Cicero: Erat præterea in ſenatu Panſa ſatis uehemens & acer, cùm in cæteros huius generis, tum in ſocerũ. cõqueſtus in ſenatu longa oratione de Caleno fuerat Panſa, quòd Antonio faueret. Verũ legatos.) ſcilicet cenſuerũt mittendos, ut tentaretur, poſsẽnt ne proficere qui mitterentur, poſtquã nihil profecerunt qui miſsi prius fuerant. Quid?) Suſpendendum eſt, & cum indignatione pronunciandũ. Ille.) Antonius. quaſi dicat, minimè faceret inducias. Ante conſulem.) Hirciũ. Reſpirauit.) intermiſſa eſt. Adhuc legatos.) ſcilicet mittemus. Sibi.) ipſis legatis. Cõueniendi.) colloquendi. L. Cæſar.) unus ex legatis. Ser. Sulpitius.) qui mortuus eſt in legatione. A tribus.) nobis, quàm à uobis omnibus. Nullũ unquam timorẽ attulerũt.) nam hæc præuiderã & timuerã mea ſponte prius. C. Popilius.) is à ſenatu legatus ad Antiochum miſſus, ut bello quo Ptolemæum laceſſebat, abſtineret: cum ad eum ueniſſet, atq; is prõpto animo et amiciſsimo uultu dextrã ei porrexiſſet, inuicẽ illi ſuam porrigere noluit, ſed tabellas ſenatuſconſultũ cõtinentes tradidit: quas ut legit Antiochus, dixit ſe cum amicis collaturũ. indignatus Popilius quòd aliquam morã interpoſuiſſet, uirga ſolũ quo inſiſtebat denotauit, & prius, inquit, quàm hoc circulo excedas, da reſpõſum, quod ſenatui referã. continuò rex affirmauit fore ne amplius de ſe Ptolemæus cõquereretur: ac tum demum manum eius Popilius tanq̃ ſocius apprehẽdit. Liuius auctor lib. 45. ab urbe cõdita. Valer. lib. 6. tit. De grauiter dictis aut factis. Cotylã.) hũc in epiſt. quoq; ad Att. nominat, & cum ſtomacho ædituũ uocat. Serui publici.) quib. in munere ædilitio utebatur reſpublica. Vtranq; prouinciam.) Galliam Ciſalpinam, & Macedoniã. Remitto.) quaſi ſui iuris eſſent. Impudentiſsimus uideatur.) impudens ſit, quoniã contra remp. arma ſumpſerit. Dederit.) prius. nam agros diuiſerat quibus uoluerat. Cauet.) proſpicit, conſulit, cautũ uult eſſe illis quibus agros aſsignauerat. Pugnaces.) Ironicè. Maneant.) rata ſint. Septemuiris.) quos diuidundis agris præfecerat. Num aut.) Ironicè, & cum deriſu. Iudiciaria.) qua etiam centurionibus iudicia cõmunicauerat. Comatam.) quæ eſt tranſalpina. In tres partes Gallia diuiſa eſt, Belgicam, Celticam, quæ & Lugdunenſis dicitur, & Aquitaniam, quæ quondam Aremorica uocata eſt. Narbonenſis enim, quæ interno mari alluitur, amne Varo ab Italia diſcreta, alpiumq́; iugis à reliqua Gallia, Bracchata nominatur. Subiecta ipſis montibus, & Rauennam uſq; producta, Togata eſt. Acidaliſia.) lege de rebus Venereis. nam Acidalia Venus eſt, dicta ab Acidalio fonte in Orchomeno Macedoniæ, qui ei & Muſis dicatus eſt. quanquam & propriũ poteſt eſſe Decurionis cuiuſpiã corruptiſsimi. Eſſe malo.) quàm aliquid dicere. Prò ue conſules.) Proconſules poſtquam finito conſulatu abierunt in prouincias. Proconſul huius comitijs a ſuis proconſulẽ fecit, hoc eſt cui prouinciã dedit Macedoniam ſua auctoritate, et religioſa illa prouinciarum ſortitione, ut 3. Philippica dictũ eſt. Repulſam.) conſulatus, & tamen prouinciã ei M. Antonius conſularem dedit. Lex Cæſaris.) de prouincijs: de qua dictum prius. Et tua.) qua Antonius ſpaciũ prorogabat, ſed non quinquennij. L. Piſo, & tu L. Philippe.) ij legati cum L. Cæſare et Ser. Sulpitio ad Antoniũ miſsi fuerant. Templũ.) ubi habebatur ſenatus. Referebãt.) qui Antonio fauebãt, ſenatorũ ſententias referebãt in codicillos, hoc eſt libellis mandabant & deſcribebãt, dabantq́; Antonij ad ſenatum legato Cotylæ. Summis hon.) ſcilicet functi. Hi.) Antonio fauẽtes. Venditabãt.) uendere et addicere quodãmodo uidebãtur. Perſonã.) decorum. Legatum.) Cotylam.

Reducere.)honoris gratia & deducimus domo in forum, & reducimus domum. Alterum.) libertatem adipiſcet. Nam illud quidem.) Occurrit queſtioni,& fieri hoc timore dicit ſuſpicari,non inuidia aliqua in ſe. Q. Scæuolam.)is eſt de quo in Lælio, Q. Mutius Augur Scæuola. fuit autẽ P. filius. eo præceptore iuris ciuilis uſus eſt Cicero,quod ipſe tradit lib. de Claris oratoribus.ante Syllã & Q. Pompeiũ cum Craſſo conſulatũ geſſit, quo cum etiam cenſura functus eſt. Pont. erat max. cum Mariana clade in ſenatu occiſus eſt,& fluuio immerſus Liuius lib. 86. in ueſtibulo Veſtæ dum fugeret,tradit necatũ. Bello Marſico.)quod cõtra Marſos geſtum eſt tempore belli ſocialis, quod & Italicũ dicitur, cum diuerſis in locis bella Italiæ populi ob negatã ciuitatẽ concitauere, Marſis & Latinis duce Popedio initiũ facientibus. Vltra Picenũ ſunt Marſi & Peligni,de quibus plura Strabo. Alterius.)meo. Iam ſexẽnio.) Iam ſunt anni ſex ex quo pugnari cum Iulio cœptum à Pompeio et bonis omnibus pro libertate. compoſitis rebus tribus annis imperauit Cæſar,paulo amplius quatuor ſuperſtes Pompeio fuit. Diutius.)tres annos & amplius. Captiui frugi.) Nam captiui ſi frugi & induſtrij fuerint,etiã citius ſolent dimitti,& liberi fieri. Hoc honore.)qui conſulatũ geſſere. nam mutante ueſtem populo & ſaga ſumente,conſulares togã retinebant,idq; eorũ honori tribuebatur. Noſtri honoris inſignia.)nos alij ſagatis uideat in cõſulari ueſte. Huic hoſti)Antonio. Præſe ferant.)apertè oſtendant,ac minimè diſſimulent. Legatũ Antonij)L. Varium,qui & ipſe uenerat cum Cotyla. Prohiberi.)hoc enim ſuadebat Cicero,nõ permittẽdũ ut rediret Varius,qui Cotyla cognominabatur. Fraudi.) pœnæ. Primo quoq;.) quocũq; die,quando eis libuerit.

GEORGII TRAPEZVNTII IN PHILIPPICAM VIII. Annotationes.

Confuſius.)Superiore oratione quam in ſenatu habuit cohortatione ſua & ſentẽtia non tamẽ potuit ut fautores Antonij non obtinuerint ne bellũ decerneretur. Hac oratione confutat illorum ſententiã,qui non animaduerterint,ſi tumultus decernatur, bellũ quoq; decerni.probat igitur bellũ eſſe,& maximũ quidem,confutans ſententias eorum. ad extremũ dicit ſententiã quæ eſt poſita in fine orationis. Cinna cum Octauio.)Pulſis Marianis Cinna conſul de exulibus reducendis legem ferebat,ſed Oct. collega quieti atq; ocio conſulens, adiuuante ſenatu Cinnam eiecit. Is poſtea cum Mario reuerſus ultus eſt iniuriam ſuam:nam caput Octauij conſulis pro roſtris propoſitũ eſt. Fimbria, Craſſi pater & filius, Catulus, Merula,ſacerdos Ancharius,Q. Mutius Scæuola,interfecti ſunt. Induſtria.)Labor honeſtè ſuſceptus, propria uirtus ſummorum uirorum qui in iure uerſantur, & eius quem Græci [illegible] appellant, ab inſtruo dictum. Quod L. Opimius.) Imerfecto Tiberio Graccho, C. Gracchus eius actiones de re agraria ſuſcipiens, cum Capitoliũ occupaſſet, L. Opimio conſule auctore eſt interfectus. Conductæ uineæ ſunt.)Prouerbiũ quod tunc uſurpari ſolet,cum ſpacium alicuius rei gerendæ aut faciendæ ſublatum eſt.

Virgula circunſcripſit.)id eſt circunduxit lineas quaſdam in modũ geometricũ, quod dicunt Græci [illegible]. In codicillos.)in codices & libellos. Venditabant.)gratiam iure ſtudebant metus cauſa, turpiter & ignominioſè. Deducimus.)in forum. Reducimus.)in domum. Sed etiam oculis ſeruire.) Princeps, inquit, ſenatus eniti debet ut nihil aut dicat aut faciat quod aut aſpectu turpe ſit aut exiſtimatione,& iudicio alicuius reprehendi poſſit. Bello Marſico.)bello Sociali,quia tunc Gallia citerior quaſi tota defecit.

PHILIPPI BEROALDI IN VIII. Philippicam Annotationes.

Tumultus ſine bello eſſe non poteſt.) Apud maiores tria erant militiæ genera in bellis gerendis. Namq; aut legitima erat militia,aut coniuratio,aut euocatio. Legitima erat militia eorum qui ſinguli iurabant pro rep. ſe militaturos, nec diſcedebant niſi completis ſtipendijs, & ſacramento uocabantur. Aut ſi eſſet tumultus,id eſt, ſi eſſet bellũ Italicũ uel Gallicũ, in quibus ex periculi uicinitate erat timor multus,unde nomẽ tumultus deriuatũ,tũc ſingulos interrogare non uacabat. Qui erat ducturus exercitũ,ibat ad Capitoliũ: & exinde proferens duo uexilla,unũ roſeum,quod pedites euocabat:et unũ cæruleum, quod erat equitũ,dicebat, Qui uult remp. ſaluã eſſe,me ſequatur.& qui cõueniſſent,ſimul iurabant: & dicebatur iſta militia cõiuratio. Erat & tertiũ militiæ genus, euocatio. De tumultu dixit Poeta: Simul omne tumultu Coniurat trepido Latium. Quint. in ſeptimo docens argumenta duci ab etymologia,ait M. Tulliũ hinc argumentari, dum definit quid ſit tumultus. Item in tertio: In deliberatiuis interdum eſt finitio,ut apud Ciceronẽ in Philippicis, quid ſit tumultus. Inter pacem & bellũ.) Sunt quædam, quæ ut philoſophi & dialectici ſubtiliter diſputant, medium habẽt: quædã uerò immediata, hoc eſt mediũ non habent. exempli cauſa,mediata ſunt album & nigrũ: eſt enim horum medius quilibet alius color,qui neq; candidus ſit,neque niger,ut luteus, ruber,& uiridis. ſic inter frigidũ & calidũ nouimus aliquid mediũ eſſe,quod tepidum uocant. ſic aliquis beatus eſt, aliquis miſer, aliquis nec miſer, nec beatus. Immediata uerò contraria ſunt, quæ mediũ non habent, ut leuitas & grauitas, ut ſanitas & imbecillitas, ut bellũ & pax. horũ enim nihil eſt mediũ. immediatorũ eſt iſta natura, ut alterũ ſemper ineſſe ſubiecto neceſſe ſit, ut corpori grauitatẽ uel leuitatẽ, ſanitatẽ uel imbecillitatem. Cõſimiliter in rebus humanis neceſſe eſt,ut ſemper ſit aut pax,aut bellum,quoniã hæc immediata ſunt. & horũ nihil medium poteſt inueniri. hinc ſcitè atq; ſubtiliter argumentatur M. Tullius,tumultũ,cum pacis non ſit, neceſſariò belli eſſe. Præſidiũ Claterna deiecit.) Oraculũ Plinianum eſt, ſui quenq; ſitus & regionis diligentiſſimum auctorem uideri. Itaq; cum Claterna in territorio noſtro fuerit, eiuſq; extent expreſſa ueſtigia, non debemus pati hæc ab alijs perperam temereq; proferri. Fuit enim antiquitus Claterna oppidũ in agro Bononienſi, ſecus Aemyliam uiam, inter Bononiam & forum Cornelij, quaſi in meditullio poſita,hodieq; fluuius illic labens, uulgò à noſtris Claterna nominatur, à quo inditum fuit oppido nomen. In epiſtolis ad C. Caſſium ſic ſcriptũ eſt: Magno præſidio Bononiam tenebat Antonius,erat Claternæ Hircius noſter, ad forum Cornelij Cæſar,uterq; cum firmo exercitu. proinde errore manifeſtiſſimo cæcutiunt, qui ſinceriore ſcriptura interlita, non Claternam legunt,ſed Cliternam. Popilius apud maiores.) Plinius à cæteris ſcriptoribus diſſentiens non Popiliũ hunc appellat, ſed Octauium, cuius hæc uerba ſubſcripſi ex libro 34. quæ ſunt hæc: Non prætéribo Caium Octauiũ ob unum uerbum, quo regem Antiochum dilaturum ſe reſpõſum dicentem,

uirga

uirga quam tenebat forte, circunſcripſit, & prius quàm egrederetur circulo illo, reſponſum dare coegit. in qua legatione interfecto ſenatus ſtatuam poni iuſsit quàm oculatiſsimo loco in Roſtris. Hactenus Plinius. Cui fortaſſe ſicut olim Ciceroni obrepſit μνημονικὸν ἁμάρτημα, id eſt memoriæ peccatum. Niſi prius reſpondiſſet.) Apud Plut. ſic Græcè ſcriptum eſt, ἐνταῦθα τοίνυν ἑστὼς βουλεύου καὶ ἀπόκρινε, id eſt hic ergo ſtans conſulta & reſponde. Annonæ perfugia.) De agro Campano ſic ſcribit in oratione de lege Agraria contra P. Rullum: Ager Campanus hac lege diuidetur, orbis terrarum pulcherrimus. Eundem agrum paulò pòſt appellat ſubſidium belli, fundamentum uectigalium, horreum regionum, ſolatium annonæ. Ex fundo Campano nunquam malus nuncius auditus eſt. De Leontino agro qui in Sicilia eſt feraciſsimus, ait in Verrinis: Caput rei frumentariæ eſt campus Leontinus, cuius antea hæc ſpes erat, ut cum obſitum uidiſſes, annonæ caritatem non uererere. Ad Opis.) locutio eſt uſitata eruditis, & perinde elegãs, ut ad Opis dicas, pro ad ædem deæ Opis: ſic ad Veſtæ, ad Telluris, ad Apollinis dicunt. quod & ſuprà memoraui, & in libro Annotationum fuſius explicaui. Acidaliſia.) mendoſus locus hic eſt, & prorſus inenodabilis, quem ego ita emendo enodoq́; ut legas à Cyda, Lyſiade, Curio. ſunt enim hæc nomina propria iudicum Antonianorum: qui cum eſſent turpiſsimi, & à re iudiciaria longè abhorrentes, lecti fuerunt ab Antonio: qui à Cicerone per contemptum faſtidiumq́; atq; indignationem nominantur. hic eſt uerus ſenſus, hæc lectio ſinceriſsima, quam euidenter oſtendit ipſe Cicero in quinta Philippica mentionem faciens pleniſsimã iſtorũ trium, quorum conſeſſum in iudicum ſubſellijs docet eſſe turpiſſimum, ubi ait Cydam fuiſſe Cretenſem, portentum inſulæ, hominem audaciſsimum & perditiſsimum: Lyſiadem uerò Athenienſem Phædri filium, hominem feſtiuum & ſcurrilem: Curium autem crudelem & aleatorem. Meræ nugæ ſunt & ſomnia eorum qui Acidaliſia legunt, interpretanturq́; pro lege Venerea. Non differre ueſtitu.) id eſt ſumere ſagum, quod bellicum geſtamen eſt, à quo conſulares immunes erant. Pro populo Romano.) corrige proprætorem. ut enim antè docuimus, Cæſar Auguſtus proprætoris dignitate decoratus fuit.

BARTHOLOMAEI LATOMI IN Philippicam VIII. Annotationes.

ARGVMENTVM.

Reuerſis legatis ab Antonio, cum ſenatus non bellum, ſed tumultum decerneret, uidelicet abhorrens ab aſperiori uerbo: Cicero hac oratione improbans eam ſententiam, primò docet bellum decerni, ſi tumultus decernatur, & re ipſe iam bellum eſſe. Deinde inuehitur in Qu. Fuſium Calenum, qui apertè fauebat Antonio: & reprehendit timiditatẽ ſenatus, & legatorũ inconſtantiã: & reſponſa Antonij improba, ſuperba, & inſidioſa eſſe oſtendit: poſtremò colligit ſummam ſententiæ ſuæ & concludit.

CONfuſius heſterno.) Incipit à reprehenſione Panſæ, & breuiter acta ſenatus repetit. Confuſius.) negligentius, minus ſeuerè & diligenter. Parum mihi.) Quod dixit, explanat. Eos.) fautores Antonij. Cedere.) pro tua conſtantia & uirtute in republica. Non ſuſtinere eſt uincere aliquem. Virtus.) conſtantia. Quidam.) fautores Antonij. In diſceſsione.) in ſenatuſconſulto faciendo. Quanquã is quidem.) Excuſat L. Cæſarem, ut cæteros accuſet. nam cæteri non poſſunt excuſari, quòd ſecuti ſint ſententiam L. Cæſaris. Idem.) Addit exemplum. Sororis uiro.) Soror L. Cæſaris fuit Iulia, primaria fœmina, M. Antonij mater, antè nupta P. Lentulo, qui cum Catilina coniurauerat. Præcepit.) præſcripſit. Se.) ut conſulari uiro. Propinquitate.) Antonij. Ergo ille.) L. Cæſar. Concludit. At in quo.) Proponit rem quam reprehendere inſtituit. At in.) Oratoriè interrogat, & reſpondet. hæc figura auditorẽ mouet & excitat. Ignari non.) Breuiter ponit diuiſionem, & nomine & re bellum eſſe probat. Poteſt.) Nunc ingreditur diſputationem: Bellum eſt ut genus, tumultus ut ſpecies. Quid eſt.) Breuiter definit rem, ut confirmet. Itaq;.) Cõfirmat exemplis. Ignari non.) Breuiter ponit, & illa cohærere debent. Status eſt finitiuus, quid ſit tumultus. probatio ex nomine, adiunctis, & contrario ſumitur, tumultũ bellum eſſe. Etenim cum inter bellum.) Argumentatio per diuiſionem ex contrario. Sed nimis.) Tranſit ad rem ſtatus, Sit ne bellum decretum. Rem.) ſubiectam. Quam igitur.) Argumentum ex incommodo reipublicæ, quod per contrarium ſumitur, quem ductum obliquum uocant.

Damus.) Interrogatio habet ſenſum negatiuum.

Si enim.) Declarat quod dixit. Subeſt ſtatus finitionis, quid ſit bellum. D. Brutum.) Colligit alia argumenta ex adiunctis. Fortiſsimum.) Hircium conſulem. Argumentum ex præiudicio ſenatus, alterum ex iudicio Hircij. C. Cæſar.) nepos Cæſaris Dictatoris. Decernendi.) quando decernendum eſſet bellum à ſenatu. Ergo illi.) Ironicôs. Conſulem.) Hircium. Collegæ.) Hircij. Præſidium.) Antonij. Quæ pax.) Infert per ironiam. hæc omnia ſunt belli propria, & inſignia. Saga.) Veſtitus militaris. Erimus omnes ſagati, quod ſignum eſt futuri belli.

Vtrum.) Confirmat non ſolum bellum eſſe, ſed maximum. Cæteris enim.) Cæterorum bellorum comparatione probat hoc bellum maximum eſſe, cuius rei cauſam oſtendit. Sylla.) Declarat exemplis. Lege Plutarchum in uita Syllæ & Marij. Necem.) editam crudeliſsimam à Mario. Ex contentione.) ex contentione ciuium inter ſe. Conſenſio & concordia idem ualent. Quæ eſt igitur.) Profert cauſam huius belli cum amplificatione.

Belli.) contra Antonium. Acerba enumeratione rem amplificat. Diſsipet.) in ſuum uſum, ut ſolet. Auget indignitatem. Miſerrimum.) atq; inde indigniſsimum. Caphones.) Proprium nomen ex ſocijs Antonij. Agreſtes.) qui Antoniũ fouebãt. Si homines.) Parentheſi uituperat. Quid nos.) Conqueritur. Dij meliora.) Auerſatio, abominatio, deteſtatio. Inuitus dico, ſed.) Queritur de haſta Cæſaris, per quam probat quod dixit. Argumentum coniecturæ. Haſta.) auctio, bonorum uenditio. nam ſub haſta bona Cæſaris uendita ſunt. Viderunt.) Declarat. Quid nos.) Redit ad comparationem Et ijs.) ἐπιτίμησις. Antonij igitur.) Multiplicat ἀνάθεσιν. Hic mihi etiã.) Reprehendit aduerſarios, & nominatim inuadit Q. Fuſiũ cõſularẽ. Hæc eſt altera pars orationis. Amicus.) tacita ironia. Semel.) Ex cõtrario ſe defendit: mihi pax eſt optabilior quàm cuiquã ciui. Induſtria.) Induſtrium qui officiũ ſuũ grauiter & diligenter facit. Induſtria eſt officij perſecutio hic pro diligẽtia ponitur. Sed quæſo.) De integro colligit ſe, & compellat Fuſium, ut

acrius

acrius inſtet. Sed quæſo.) Acrius inſurgit, ut uehemētius aduerſarium premat. Dicit ſub nomine pacis certam latēre ſeruitutem, ex maiorum exemplo. At tu) Ex diſsimili. Etiam ſi non.) Tacitæ occurrit obiectioni, eum fore principē, ſed principatū eius nomini fore moleſtū. Niſi forte.) Amara & criminoſa exprobratio. In quo bis.) Confutat errorem Caleni. Primùm.) Hoc improbū & ſceleratū eſt in remp. ſua cōmoda præferre reip. cōmodis. Antea.) ſub Cæſare. De illo.) C. Cæſare. Quid tandē.) Profert exempla cōtraria, quibus improbos ciues puniendos eſſe confirmat. Hic totus locus pugnat contra ſententiam Caleni. Primas.) partes. metaphoricôs ſumptum à ſcenicis. Eius enim.) αἰτιολογία. Quòd L.) Aliud exemplum. hiſtoriæ ſunt apud Plutarch. in uita Gracchorum. Armis.) perſecutus. Illi igitur.) Ironia. C. Mario.) Narrat plura exēpla. In corpore.) Bona ſimilitudo. Dura) ἀνθυποφορά. Opponit quod dici poteſt, & grauius, ut infirmet. Ego P.) Exprobrat illi lenitatē præteriti temporis. hic locus habet uim exempli. Nam me tecum.) Purgat affectionē. ſed locus ſapit ironiā. Parua.) Aperta ironia. Coloniam.) Mutinā. Quouſq;.) Acrius inſurgit. Conductæ.) contractæ in unū locum. Tres.) L. Philippū, L. Piſonem, & Ser. Sulpitiū. Cum ſuo magno.) Tacitè ſignificat Fuſium præuaricatū fuiſſe cum accuſaret Antonium. eſt enim ridicula defenſio Fuſij, quam occupat orator, & improbitatē illius oſtendit. Quo melior.) Ironia. Reum.) Antoniū. Ego te cum.) Interfecto Cæſare Maſsilienſes à ſenatu repetitū uenerant quæ bello ciuili cis ablata fuerant. Reſtiterat Fuſius, Cicero eos defenderat. unde & nūc oritur querela in Fuſium, cum ille fortaſsis pridie in ſenatu in eos inuectus fuiſſet. Quouſq;.) Reprehendit crudelitatē Fuſij cōra Maſsilienſes, & illorū infortuniū deplorat. Sublata.) portata in triumphū. Per quem.) in quo triumpho. Ingemuit.) rei indignitatem. Quanquam.) Declarat quod dixit. Cæſar ipſe.) Amplificat ex maiori. Rurſus.) Sapit Ironiā hic locus. Antea deterrere.) Miratur Cicero quo conſilio Fuſius hæc faciat. Generi.) Panſæ conſulis, qui gener erat Fuſij. Vemo nunc.) Præmunitio ad ſequentē locum eſt. reprehenſurus eſt enim ſenatū. ergo præmunit ne ſenatū offendat. Quàm heſternus dies.) Reprehendit ſenatus inconſtantiam, & ex inſolentia Antonij amplificat. Legatos mittamus.) Vult rem indignā eſſe. nam hoc quidā cēſuerant, hos reprehendit. Tormentis.) bellicis. Conſules.) Hircium, & D. Brutum deſignatū. Ad hunc.) Exprobrat eis timiditatē. Equidem.) Declarat quod dixit. Hoc.) hac re. Languidiores.) remiſsiores, timidiores. Vtinam L. Cæſar.) Sulpitius obierat in legatione. L. Cæſar nō fuit ex legatis, ſed abſens erat propter morbū. Dolēter.) Conqueritur de ſtatu reip. Principibus.) Conſularibus. Animum.) alacritatē. Quanquā.) Correctio. C. Popilius.) Inuehitur in legatos, & rem contrario exemplo amplificat. Prò.) Exclamatio indignantis. Differret.) tergiuerſaretur. Facturus.) diſceſſurus ab Alexandria. An ego.) Enthymema ex maiori. At quàm modeſta.) Pergit exponere mandata Antonij, & indignitatē amplificat. Hæc autē omnia pertinent ad reprehendendam ſenatus indignitatē. Stupore.) ſcilicet data ſunt ab Antonio. Aedilitium.) Ironia ad contemptū. Aedilitius, qui ædilitatē geſsit: ut conſularis, qui conſulatū geſsit. At quàm.) Redit ad mandata. Priuatus.) ſine magiſtratu, ſine imperio, ſine aliqua poteſtate publica. Verba.) ſcilicet Antonij. Cohorti prætoriæ.) quam C. Cæſar inſtituerat tyrannus. La garde. Hic eſt.) Ex agrorū amplificatione oſtendit hoc non poſſe fieri, ſed indigniſsimum eſſe. Cauet.) ſecuros reddit. Quos.) equitum ſodalitiū. Collegæ.) Dolabellæ. Commentariorū.) Cæſaris. Quid laborat.) Ipſe interrogat, ut excitet auditorē, & reſpondet. Mercatus.) ab Antonio. Seſtertium ſepties millies.) Septuagies & quinquies centena millia coronatorum. Ne fraudi.) ne imputetur, ne reprehendatur. Nucula hoc credo.) Nucula fuerat inter ſeptemuiros, quorum acta ſenatus reſciderat. nam hi diuiſerant agros ex lege L. Antonij tribuni plebis. Nihil laborat.) nihil ſolicitus eſt de ſe, nihil metuit ſibi. Elegans locutio. Quid enim.) Ironia.

Sed quid.) Crebra Ironia. Abrogetur.) Cuius rei facta eſt mentio in ſecunda Philippica. Togatam.) quæ eſt trans Alpes. Ocioſus.) Recitat mandata Antonij. Non modò.) pro nedum, eſt frequens apud Ciceronem. Huius.) Antonij. Eſt enim.) Dixit conuitijs. hoc obiter reprehendit. Hæc tua mandata.) Porumpit in indignationem, & legatorum inconſtantiā reprehendit. Hæc.) ἀποστροφὴ ad legatos. Tenere.) tueri. Neſcio.) Ironia. Nos quid.) Facit contentionem Cotylæ & populi Romani. Hic.) Cotyla. Codicillos.) ut ad Antonium referret, & ſententiam noſtram ei indicaret. Venditabant.) commendari ſtudebant. Victori.) populo Romano. Nam illud.) Alia reprehenſio contra inuidos quoſdam occultos. Alicuius conſtantiæ.) Intelligit ſeipſum.

Ego Qu. Scæuolam.) Amplificat exemplo diſsimili. Omnibus facere.) hoc eſt feciſſe. Græciſmus eſt. Sexenno.) à morte C. Cæſaris. Hoc honore.) Docet ſuo exemplo quid faciendum ſit. Non enim.) Addit cauſam cur ipſe ſit ſagatus. E nobis.) Locutio talis eſt apud Gelliū. Auerſi.) negligentes rempublicam. Præ ſe ferant.) nihil diſsimulent. Subleuatum.) adiutum. Huic enim.) Occaſione ſumpta redit ad Cotylam. Varius.) Vocabatur L. Varius Cotyla. Quas ob res.) Nunc colligit ſummam ſententiæ ſuæ, & cōcludit. C. Cæſarē.) Octauium adoleſcentē. Fraudi.) ne cis imputetur. Quo.) pro ut.

IN NONAM M. T. CICERONIS PHILIPPICAM FRANciſci Maturantij Commentarius.

SEruius Sulpitius qui primū in orando, aut certè optimum poſt M. Tullium locum tenuit, cum aliquādo Qu. Mutium Scæuolam de re amici ſui conſuluiſſet, et de iure ſemel ſibi atq; iterū interrogāti, ille reſpondiſſet, neq; tamē percepiſſet, dixiſſetq; Mutius, Turpe eſſe patricio, & cauſas oranti, ius in quo uerſaretur ignorare: uelut contumelia commotus, iuri ciuili operam dedit, euaſitq; omnis humani & diuini iuris peritiſsimus. Ciceroni extitit admodū familiaris, quod & eius ad Ciceronem, & Ciceronis ad eum, indicant epiſtolæ, tametſi aliqua quandoq; interuēnit offenſio, & tunc præcipuè cum L. Murenam ab eo reum factum defendit Cicero. Hic legatus cum L. Philippo & L. Piſone ad M. Antoniū Mutinā, illic D. Brutū cos. deſignatū obſidentem, cum aduerſa teneretur ualetudine, profectus eſt, ſed penè impulſus, non tamē inuitus, ut reipub. ſi poſſet, prodeſſet: & peruenit quidem ad Antoniū: antequā tamen mandata

exponeret

exponeret ſenatus, deceßit è uita. Actum eſt in ſenatu de eo honorando: cumq; ſtatuam ei ponendam cenſeret Cicero, plures & in primis P. Seruilius, non ſtatua, ſed ſepulcro honorandum ducebant: legemq; illis duntaxat qui interfecti in legatione fuiſſent, ſtatuam poni uelle aſſerebant. Contradicit Cic. & æquè ponẽdam omnibus qui in legatione mortui eſſent, maiores lege probat ſenſiſſe. Exorditur per deſideriũ hominis defuncti, et per ademptum commodum: ſed breuißimè narrat, & quidem aptißimè: ſubijcit deinde diuiſionem, quam plures & pulcherrimæ ſequuntur probationes & refutationes, etiam additis per exempla exornationibus. Genus cauſæ eſt partim deliberatiuũ, & hoc principale (Suadetur enim ponendam ſtatuam Sulpitio) partim demõſtratiuum, ſed incidens, cum laudatur Sulpitius. Status uerò legitimus ex ſcripto et ſententia. nam aliter legem aduerſarij, aliter interpretatur Cicero. Sapientia.) erat enim iuris conſultißimus. Ereptus.) immatura morte. Orbam.) ueluti orbam. Ad incertam.) ea metuentes quæ metuere omnes poſſunt. Nulla reuertendi.) graui ualetudine oppreſſus, & ui morbi.

Ita affectus eſſet.) ita ſeſe haberet. Sibijpſi diffideret.) ſpem de uita ſua non haberet. Obeundi.) ſui muneris exequendi. Qui hunc honorem ſtatuæ.) Diuiſio eſt. Eorum.) maiorũ. Lartes Tolumnius.) Fidenæ ſtadijs 40. ab Vrbe diſtabant, ciuitas olim magna, & populo frequens, Romanorũ etiam colonia. hæ ad Lartem Tolumniũ Veientium regem defecere. Quatuor miſsi ſunt à ſenatu legati, quos Cicero inferius nominat, qui noui conſilij cauſſam quærerent. eos Fidenates Tolumnij iuſſu occidère. Tribunis militum Conſulari poteſtate, Q. Cincinnato Cincinnati filio, M. Aemylio, L. Iulio, ſtatuæ legatis pro roſtris poſitæ ſunt. Ipſe Tolumnius poſtea cum Cor. Coſſo congreſſus, cæſus eſt. eius opima ſpolia Ioui Feretrio relata. author Liuius libro quarto ab Vrbe condita. Cn. Octauij.) C. Rufus uir Quæſtorius, Cn. & C. procreauit, à quibus duplex Octauiorum familia defluxit. Cn. & deinceps ab eo reliqui omnes functi ſunt honoribus ſummis: at C. eiusq; poſteri in equeſtri ordine uſq; ad Cæſaris Auguſti patrem conſtitere. Et Cn. quidem Octauij legendum eſt, aliter cum hiſtoria non conſonaret. Sed id admiror quod apud Plinium ſcriptum inuenio libro 34. nat. hiſt. his uerbis, Non prætteribo Cn. Octauium ob unum uerbum quo regem Antiochum daturum ſe reſponſum dicentem, uirga quam tenebat fortè, circunſcripſit, & prius quàm egrederetur circulo illo, reſponſum dare coegit: in qua legatione interfecto, ſenatus ſtatuam poni iußit quàm oculatißimo loco in roſtris. Nam circunſcriptum uirga à C. Popilio Antiochum in ſuperiore Philippica dicit Cicero. Sed profectò hic Octauius nepotem Antiochi miſſus ad explorandos regum Aſiæ animos circunſcripſit, Popilij exemplum ſecutus, qui auum Antiochum circunſcripſerat. Nouitati.) Noui enim erant, quorum maiores magiſtratum non geſſerant. Nepotem.) Antiochum eodem nomine appellatum quo auus.

Laodiceæ.) In Media ciuitas fuit Laodicea nomine, à Macedonibus condita: altera in maiori Phrygia, & urbium Phrygiarum maxima, de qua hic loquitur Cicero: Lyco fluuio proxima eſt, qui ex Cadmo profluit monte, urbi ipſi imminente. author Strabo. Gymnaſium uerò locus eſt ubi uarijs ludis exerceri iuuentus ſolebat: γυμνάζω enim exerceo eſt, & γυμνάσια, exercitationum corporis præceptor pueros & adoleſcentes inſtruens. A quodam Leptine.) Antiochi iuſſu. Sola reſtaret.) nam familia penè interierat Ciceronis tempore. Huic.) Cn. Octauio. Itaq; eſt argumentum à minori ad maius. ſi, inquit, ereptum communi caſu, non autem reipublicæ cauſa, monumentis publicè ob ſingularem uirtutem honorandum putarem: multo magis nunc perſuadere & cenſere debeo, cum in legatione perierit. mortẽ uerò ei legationem attuliſſe, & ſeruari adhuc in uita, niſi profectus eſſet, potuiſſe colligit pluribus. Dißimulem ſui.) à ſua priſtina conſuetudine uobis parendi diſceſſurum. Is enim profecto.) Optimam hanc uiam uocat Fabius, cum finitionẽ præcedit probatio: ut hic Ser. Sulpitiũ ab Antonio occiſum colligit Cicero, & in clauſula demum ita finit, Is enim profectò mortem attulit, qui cauſa mortis fuit. ergo Antonius occidit. De hoc bello.) Antoniano. Excuſationem.) nam morbum excuſabat. Seduxit.) ſeorſum duxit: aliâs ſeducere decipere eſt. Nos.) ego & filius.

Eius.) filij. Eius ſententiæ.) ut legati mitterentur.

Quam iuſtitiæ.) quod ipſe interpretatur, quia ad æquitatem ſemper declinabat: cum ſit plerunq; ſummum ius, ſumma iniuria. Gratiæ.) gratitudinis. L. Syllæ.) tres ſtatuæ L. Syllæ Dictatoris fuere, iuxta roſtra, ſed minores, inquit Plinius libro 34. Id.) ſepulturæ honorem.

Sanctitas in ipſo ſolo eſt.) Oſtendit longè plus eſſe ſepulcrum, quàm ſtatuam publicè tribuere: quoniam ſtatua pereunte, deſinit locus ubi poſita ſtatua erat, cuiuſquam eſſe: at uerò pereunte ſepulcro, locus ipſe remanet religioſus, & reuocari in profanum uſum non poteſt. nam ædis ſacræ etiam diruto ædificio, locus ſacer manet: & illato ſemel mortuo in locum quempiam, religioſus eſt locus, quod iureconſulti dicunt. ff. titulo de Rerum diuiſione & qualitate. Ita cenſeo.) Suam, ut conſueuit, ſubijcit ſententiam. Lemonia Rufus.) à tribu Lemonia quæ à pago Lemonio appellata eſt, ad portam Capenam uia Latina. nam Rufus à colore dictus eſt. Seruius prænomen eſt, Sulpitius nomen. Et in baſi.) In lapide qui ſubeſt ſtatuæ, & eam ſuſtinet. Quæſtoribus urbanis.) erant enim & caſtrenſes & prouinciales. Redemptori.) Is eſt redemptor, qui publica & priuata ædificia redimit & conducit facienda: unde redemptura: quo uocabulo Liuius utitur. qui idem conducunt cõuehendas ſarcinas & onera quæuis tum publicè, tum priuatim, ſuis humeris aut mulis aut rheda, redemptores uocantur. Horat. Feſtinat calidus mulis geruluſq; redemptor. Salluſt. Et Perpennam fortè cognoſcit mulio redemptoris. Deſignet.) Vnde ſepulcrorum deſignatores dicuntur. Horat. in Epiſt. Dum ficus prima calorq; Deſignatorem decoret lictoribus. & ſi aliter, ſed minus uerè, enarrat Acron.

GEORGII TRAPEZVNTII IN PHIlippicam IX. Annotationes.

VEllem dij immortales.) In ſenatu de Ser. Sulpitio honorando Cicero ſuadet ut ei ſtatua decernatur: confutat autem illorum ſentẽtiam, qui legem eſſe dicebant de his qui in legatione interfecti fuiſſent, ut illis tantũ ſtatua collocaretur. nã docet maiores ea lege ſenſiſſe, ut idem honos æquè omnibus haberetur qui propter legationẽ publicã mortui fuiſſent. Ereptus.) immatura morte præuentus. trãslatio eſt de parẽte quæ ſumma ætate filiũ unicum amiſerit. Properãs feſtinãſq;.) propero animo: feſtino corpore. Maiorũ cont.) Abſtinemus à pecunia, continemus

à cupidi-

à cupiditatibus à & libidine. Decoranda.) honeſtanda. In baſi.) ἐν τῇ βάσει λίθῳ ὃ ἐκβαίνει ἀνδριάς. Lemonia.) nomen tribus. Deſignet.) Vnde deſignatores ſepulcrorum dicuntur. Horat. Deſignatorem decoret lictoribus atris.

PHILIPPI BEROALDI IN PHIlippicam IX. Commentarius.

VEtus hic fuit populi Romani mos, ut legatis in legatione cæſis ſtatuæ ponerentur: qui honos amplisſimus habebatur: ſic Publio Iunio, & Tito Coruncano, qui ab Teuca Illyricorum regina interfecti ſunt, ſtatuæ poſitæ. ſic Tullo Cælio, ſeu Cluuio, Sp. Antio, L. Roſcio, C. Fulcinio, à Fidenatibus in legatione interfectis, ſtatuas in Roſtris poſuerũt. Annotauere annales tripedaneas his ſtatuas in foro ſtatutas. hæc uidelicet menſura honorata tunc erat. Hinc M. Tullius hac oratione ſuaſoria cenſet Seruio Sulpitio ſtatuam pedeſtrem ſtatui oportere, qui in legatione perierat: ut ita extet monumentum eius hominis, cui legatio ipſa mortis cauſa fuerit. Tanquã Ser. Sulpitiũ occiderit Antonius, ut qui mortẽ attulerit, qui mortis cauſa extiterit. Ex hac Ciceronis ſententia poſita ſtatua eſt Ser. Sulpitio, cuius rei et iuriſconſulti meminerunt, his uerbis: Hic cum in legatione periiſſet. ſtatuam ei populus Romanus pro Roſtris poſuit, hodieq; extat. Ita affectus eſſet.) id eſt ægrotaret, & graui ualetudine langueret. ſic enim abſolutè, nec minus eleganter dicimus affectum hominem pro ægrotum, inualidũ atq; languentem. Propertius: Iupiter affectæ tandem miſerere puellæ. Liuius: Vires corporis affectæ, ſenſus oculorum atq; aurium hebetes. Cornelius Celſus: Pulmo totus afficitur. Item: At renes ubi affecti ſunt, diu malè habent. Item: At lienis ubi affectus eſt, intumeſcit. Nouitati inuidebat.) Nouos homines appellant ignobiles, qui nullis maioribus nullaq; claritudine natalium orti ſunt. Et ut auctor eſt Appian. eos nouos Romani ſolent nominare, qui à ſemetipſis nulla maiorum dignitate claruerunt. Inde nouitas dicta pro humilitate nataliũ. In oratione de ſupplicijs: Videmus, inquit, quanta ſit inuidia, quantoq; in odio apud quoſdam homines nobiles nouorum hominũ uirtus & induſtria. M. Tullium ſcriptores nouum hominem appellant. hinc illud Satyrographi: Hic nouus Arpinas ignobilis, & modò Romæ Municipalis eques. Is mortem attulit.) Vt iuriſconſulti prodiderunt titulo ad legem Aquiliam, occidiſſe dicitur, qui mortis cauſam quolibet modo præbuit. Item ad legem Corneliam de Sicarijs inquit Vlpianus: Nihil intereſt occidat quis, an cauſam mortis præbeat. Hinc illa ſcholaſtica controuerſia, ſtuprator decem millia dare debeat. ſtupratus ſe ſuſpendit. petitur ſtuprator ad mortẽ, & contradicit. quæritur an capite puniendus ſit tanquam cauſa mortis fuerit, quia ſtupratus ob id ſtuprum ſe ſuſpenderit. Quintil. in 7. Finitionem, inquit, præcedit probatio, ut in Philippicis Cicero Ser. Sulpitium occiſum ab Antonio colligit, & in clauſula demum ita finit: Is profectò mortem attulit, qui cauſa mortis fuit. Cum Sulpitio non ſunt comparandi.) Scribit in Bruto Cicero, Ser. Sulpitium in ſecunda arte primum eſſe maluiſſe, quàm in prima ſecundum. Vbi annotandũ primam artem à Cicerone dici eloquentiam oratoriam, ſecundã uerò iuris ciuilis ſciẽtiam, aduerſus iſtorum opinionem, qui legalem diſciplinam in ſummo faſtigio, oratoriam artem in imo collocandam pertinaciter affirmant. Sed Ser. Sulpitius longè omnium fuit non eiuſdem modò ætatis, ſed eorum etiam qui fuiſſent, in iure ciuili princeps. Pietas filij.) De hoc ſic refert epiſtola quædam ad Ser. Sulpitium: Seruius quidẽ tuus in omnibus ingenuis artibus, inprimisq; in hac in qua ego me acquieſcere ſcripſi, ita uerſatur ut excellat: à me uerò ſic diligitur, ut tibi unico cedam, præterea nemini. Pedeſtris ſtatua.) Docet Plinius pedeſtres ſtatuas Romæ fuiſſe in auctoritate longo tempore, cum equeſtres Romanam celebrationem ſerius habuerint, orto ſine dubio à Græcis exemplo. Menſura autem pedeſtriũ ſtatuarum tripedanea fuit honorata. Locum gladiatoribus.) Menius cum domum ſuam uenderet Catoni & Flacco Cenſoribus, ut ibi baſilica ædificaretur, receperat ius ſibi unius columnæ, ſuper quam tectum proijceret tabulatis prouolantibus atq; productis, quæ Meniana dicuntur: unde ipſe & poſteri eius ſpectare gladiatores poſſent: & ex illo columna Meniana uocitata eſt, ut in Apuleium latius dixi. Sepulcrum ipſius.) Familiaria ſepulcra dicuntur, quæ quis ſibi familiæq; ſuæ conſtituit: Hereditaria autem, quæ quis ſibi hæredibusq; ſuis conſtituit. Auctor iuriſconſultus, titulo de Religioſis.

BARTHOLOMAEI LATOMII IN Philippicam IX. Annotationes.

ARGVMENTVM.

Seruius Sulpitius in legatione ad Antonium obierat: de cuius honore cum conſultaretur, Cicero hanc ſententiam dixit, qua cenſuit ei ſtatuam ponendã, & ſepulcrum publicè faciendum eſſe. Diſſentiebat P. Seruilius, qui ſepulcrum tantùm decernebat, quòd Sulpitius non ferro, ſed ex ualetudine interijſſet. Contra quem ſic diſputat Cicero, ut doceat ex uoluntate maiorum non genus mortis, ſed cauſam ſpectãdam eſſe propter quam aliquis obierit. Status ſententiæ eſt qualitas deliberatiua ex meritis Sulpitij. reprehenſio Seruilij finitione cõtinetur, cuinam debeatur ſtatua. Cui accedit interpretatio inſtituti maiorũ, quæ ad naturam ſcripti refertur.

VEllem dij.) Incipit querela de morte Sulpitij. Eſt officioſum exordium, & proinde beneuolentia dignum. Non quòd) Occurrit offenſioni, & interpretatur quod dixit. Illis anteiret.) Etiam dicimus anteire illum. Sapientia.) Ab eius perſona interpretatur. Debilitatam.) imperfectam. Quòd ſi cuiquam.) Iam aggreditur & laudat Sulpitium, & meritum eius amplificat. In nullo.) Id quod propoſuit, per contentionem explanat. Ser. Sulpitius.) Confert quo animo, quo ſtudio Sulpitius profectus ſit. Affectus.) ſcilicet languore, dicunt uulgò diſpoſitum eſſe. Diffideret) deſperaret.

Spiritu.) in ipſa morte. Experiretur.) conaretur, tentaret, ſubiret. Verbum iuris. Retardauit.) impediuit.

Cuius.) Antonij. Vt igitur alia.) Abrumpit hunc locum, & tranſit ad reprehendendã Seruilij ſententiam.

Hoc Panſa.) Laudat obiter Panſam. Ornandum.) honorandum. Ego autem.) Iam opponit ſuam. Vt cauſam mortis.) Interpretatur maiorum ſentẽtiam, quam probat ex cauſa finali, & exemplis confirmat. Voluerunt.) Confirmat maiorum ſententiam. Monumentum.) ſtatuam. eſt enim quod mortui cauſa ædificatũ eſt, & quicquid ad memoriam alicuius factum eſt. Audacius.) Cauſa finalis. Exempla.) quæ collegerat Seruilius ad

lius ad confirmandum ſententiā ſuam. In roſtris.) in foro Rom. In eam familiam.) Octauiorum, & obiter declarat quis fuerit. Nemo enim tum.) Hoc obiter dicit ad correctionem ſuorum temporum. Nam.) Declarat. Regum.) Aſiæ. Claſſes.) Inſtrumentum bellicum. In gymnaſio.) in palæſtra. Progeniem.) gentem Octauiam. Huic.) Octauio. Habita honori.) Obita legendum. Caſus.) Fortuna. Nunc autem quis.) Concludit per ἀντίθεσιν, & confirmat Sulpitium ex legatione obiiſſe, & ſtudium eius in Remp. commendat. Secum.) Declarat. Diſsimile.) Erat ſtudioſiſsimus & uigilantiſsimus Reip. Diſcrimine.) periculo. Perturbatus.) propter grauitatē eius. Inſolenter.) ſuperbè. Non igitur.) Interpretatur mortem Sulpitio allatam. Is enim.) Approbatio ex finitione. Quocirca ad.) Argumentum qualitatis ab utili, ad quam reuertitur. Extare.) monumentum aliquod. Erit enim.) Declarat. Conſecutus ſit.) meruerit. Quod ſi.) Aliud argumentum ex æquo, & hæc omnia ad qualitatem pertinent. Faciamus.) facere debeamus. Vos enim.) Hunc locum declarat. Vos enim P. C.) Probat quod ſumpſit, rei geſtæ teſtimonio. Dicendum.) Liberius loquitur. παῤῥησία. Cum uideretis.) Confert culpā obiter in ſenatū: ſed interim excuſat Senatum, ne offendat. De ſententia.) ſententiā eius mutaſtis. Vt uerò.) Rem ipſam commemorat teſtificandi cauſa. Nos.) ego & filius. Mouebatur.) Amplificat. Senectute.) exequendæ. nam ille auctor fuit ut legatos mitterent ad Antoniū. Auctor.) ſuaſor. Omen fuit.) ſignificatio mortis. Reddite igitur.) Concluſio cum cohortatione. Inſcij.) Imprudentes. Nam reliqua Ser.) Delabitur ad cæteras laudes Sulpitij. Hic locus ſumitur extra cauſam, extra rē. Nam) eſt particula inceptiua. Iuriſconſultus.) non magis iuriſperitus, quàm iuſtitiæ executor. elegans dictum. Multum etiam.) Monet à filij luctu. Animati) confirmati in decernendo honore. Quanquā.) Correctio. Effigiem.) Nam in filijs plerunq; parentum mores relucent. Mihi autem recordanti.) A uoluntate defuncti, ex cuius etiam morib. pedeſtrem ſtatuā confirmat. Mirificè.) Cōfirmat ex morib. Si ipſum.) Sulpitium. Ex ære.) æream ſiue æneam ſtatuam. Atq; hanc.) Ex ipſius Seruilij ſententia. cuius uim interpretatur. Hæc ſunt capita argumenti. Nam ſi.) facit ſententiam iſtam Seruilio contrariam, aduerſam interpretando. Cur quod.) Ex minori. Maiores quidem.) Sepulcri quàm ſtatuæ honorem maiorem eſſe. Sed ſtatuæ.) Aliud argumentum. Vt.) cum deijciuntur. Solo.) in ipſa terra, quod ſubiectū eſt pedib. noſtris. Sanctiora.) auguſtiora. Augeatur.) Concludit. Non debitus.) quin debeatur. His enim.) Declarat quod dixit. Lemonia.) Rectius puto legendū eſſe, Lemonius. Affectus.) debilitatus. Ponit cauſam mortis. Contenderit.) certauerit. Obiter commemorat totam rem. Cenſeo placere.) ita debet ſententia coniungi. Gladiatoribus.) Gladiatoribus abſolutè, ſubaudi ludis. nam hi in foro dabantur. Quòd additur, Ludiſq;, puto abundare, & ſurreptitium eſſe irrepſit enim ex gloſſa. nam ludi ſcenici in theatro dabantur. Locum.) ad ſpectandū. Quòd is.) Addit cauſam. Baſi.) in ſolo ſtatuæ. Baſis eſt ſolum quod ſtatuam uel aliquam rem ſuſtinet. Vtiq;) penultima longa legendum eſt. Redemptori.) Redemptor eſt qui opus faciendum conducit certo precio, atq; is fabros & architectos adhibet. Redemptori.) cōductori. Eum.) Sulpitium. Ampliſsimè.) ampliſsima pompa & apparatu. Supremo.) Intelligit diem funeris ſepulturæ. Ornamentis.) ſtatua & ſepulchro. Mittere.) proponere. Deſignet.) propriè dictum. Publicè) à Republica.

IOACHIMI CAMERARII IN PHILIPpicam nonam Annotatio.

Sed ipſa mors ob Remp. habita honori fuit.) Vera lectio, Ob remp. obita: ut, Morte obita quales fama eſt uolitare figuras. Vt hoc magis monumentum gratiæ ſenatus, &c.) Veneti eleganter ſic: Vt hoc magis monumentum, gloria ſenatus: id eſt, glorioſum ſenatui. Seru. Sulp. Q. F. Lemoniæ.) Ego Lemonia lego, id eſt, tribu Lemonia. ut Verr. IIII. C. Claudius C. F. Palatina.

IN DECIMAM M. T. CICERONIS PHILIPPICAM, FRANciſci Maturantij Commentarius.

Marcus Brutus ex Italia diſcedens, in Græciam nauigauit, & inde Athenas profectus eſt, ubi Theomneſto Academico, & Cratippo Peripatetico ſic operam dabat, ut nihil aliud agere uideretur. Interea tamen bellicam rem non negligebat. Heroſtratum enim in Macedoniam miſit, qui Pompeij reliquias quaſdam quæ illic erant, colligeret. Nobiles adoleſcentes qui Athenis ſtudiorum gratia morabantur, ſibi adiunxit: ex quibus Ciceronis filium præcipuè admirabatur ac diligebat, quòd & generoſus eſſet, & tyrannos uehementer odiſſet. Manifeſtè deinde ſeſe apparans ad bellum, ab Antiſtio Prætore ex Aſia redeunte, ſibi amiciſsimo obuiam facto, apud Cariſtū naues aliquot & æris quinquaginta millia accepit: quotquot milites in Pharſalia ex Pompeij copijs uagabantur, ad eum confluxere. A. Cinnæ equites per Domitiū abſtulit, quos in Aſiam ad Dolabellam ducebat. Arma quæ ad C. Antonium Demetriade conuehebantur à Cæſare Dictatore ad Parthicum præmiſſa bellum, intercepit. Reges & principes finitimos ſibi conciliauit: C. Antonium M. fratrem ad copias accipiendas quas Gabinius Epidamni & Apolloniæ habebat, uenientem ut comprehenderet, profectus, aduerſam contraxit ualetudinem. cum fame laboraret, Apolloniatæ non ſolum cibaria præbuere, ſed intra mœnia ſua recepere. C. Antonius uerò & milites qui circa Apolloniam erant, & Apolloniatas ipſos Bruto obſecuturos uidens, Buthrotum perrexit: ſed tres in itinere cohortes amiſit, quæ à Bruto cæſæ ſunt. Loca deinde quæ circa Billidem ualidè præoccupata ſuperare conatus, à M. Cicerone filio commiſſo prælio uictus eſt, cui ſeipſum Caius cum exercitu dedidit. Manſit autem in honore apud Brutum, dignitatiſq; ſuæ inſignia retinuit, donec exercitum corrumpens, neq; reprehenſus deſiſtens, naui impoſitus cuſtodiæ traditus eſt. Appianus tamen interfectum ſcribit. Ingens iam erat Bruti auctoritas, ingens exercitus. Traijcere in Aſiam deſtinauerat, Dolabellam oppreſſurus: literas ad ſenatum dederat. eas Panſa Cos. coactis ſenatorib. recitauerat, & Brutum laudauerat. Qui Antonio fauebant, & inprimis Calenus, adimendam Bruto auctoritatem, abducendaſq; ab eo copias cenſebant: periculoſum aſſerentes libertati, tantum potentiæ Brutum habere, & rebus communib. officere poſſe, cum præſertim uetérani omnes ei eſſent infeſti. Cicero per officium conſulis exorditur, qui ſimulatq; Bruti literas acceperat, ſenatum coegerat, &

ſet, tonitrua Pompeius mentitus eſt. Vetabant autem auſpicia agi cum populo Ioue tonante. Pulſis inde è campo optimatibus, magnis largitionibus factum eſt ut Vatinius pro Catone Prætor renunciaretur: qui anno ſequenti, ambitus reus factus eſt, & à Cicerone defenſus ac laudatus: quod quamobrem fecerit, ipſe docet Cicero in epiſtola ad Lentulum, quæ eſt lib. 1. Familiarium. Hunc Vatinium oderat prius Cicero, quoniã Tribunus pl. Clodio fauerat: extatq́; oratio contra Vatinium teſtem, quæ eum proſcindit & lacerat. Antea.) decimo anno. totidem enim exierant ex quo Vatinium Cicero defendit & laudauit. Paterni.) Brutorum. Materni.) Seruiliorum. Quo minus.) Dec. præcipuè à Cæſare diligebatur, plurimiq́; fiebat, et ſecundus ab eo inſtitutus hæres fuerat. Acrius credo acta ſua defenderet?) quaſi dicat, minimè. Quàm filius.) Octauius. Alter.) Brutus. Quorum uotis.) populi, ut eſt dictum in prima Philip. Alter.) Octauius ſcilicet. cum deriſu hoc et ſtomacho. Comitijs Centuriatis) Comitia centuriata quid ſint, prius eſt dictum. Conſtant enim ex cenſu & ætate. fieri uerò intra pomœrium nefas erat. Se proſpicere Reipublicæ.) Quia ſimulant ſe timere & proſpicere ne quid Reſp. detrimenti capiat. Illorum ſimulatio.) qui non timent. Sit ignauia.) ut credat eos timere qui re uera non timent, ſed timere ſe ſimulant: ipſi qui timent, uehementius timent. Malùm.) interiectio eſt. Faſtidium.) ſuperbiam, à faſtu. Non ſunt credo innumerabiles?) quaſi dicat, ſunt innumerabiles, ut non ſint timendi ueterani. Ingenuo dolore.) non ſeruili, ſed qui ingenuos decet. Poteſt igitur ſtare.) quaſi dicat minimè poteſt. Quos.) ueteranos. Fatalem caſum.) quo uictus eſt Pompeius, & Cæſar rerum potitus. Hunc ueſtitum.) ſaga. Non enim in ſpiritu uita eſt.) hoc eſt in uiuendo, & ſpiritũ ducendo, ſed in actionib. & rebus geſtis ac uirtute.

Sed ea nulla eſt omnino ſeruienti.) uam qui ſeruit, uerius mortuus eſt, quàm uiuit. Quod ſi &c.) etiamſi immortales euaderemus præſens periculum effugientes, tamen tanto magis fugere immortalitatem deberemus, quanto ſeruitus futura eſſet diuturnior per ipſam immortalitatem. Quam naturæ quis debeat.) omnino enim morituri ſumus. Chariſſimum po. Ro. eiuem.) ironicè. Tabulis nouis.) quæ ne fierent, interceßit Anton. nunc uerò ut fiant, auctor eſt. Ipſi ruſtici.) Homines ruſtici erant Saxa & Capho. Auertit.) abduxit à rep. & ad Antoniũ traduxit. Cuius.) agri. Mimos & mimas) quibus & ipſis ager Campanus fuerat diuiſus. De Apuleio.) de quo Brutus ad Cic. ſcribit in epiſtol. A Q. Cæpione.) M. Brutus proprio et uero nomine dictus eſt Qu. Cæpio Brutus: & tamen M. Brutus appellatus. Senatuſconſultis uerum exprimebatur nomen.

GEORGII TRAPEZVNTII IN X. Philippicam Annotationes.

Magno in dolore.) Allato de morte Trebonij nuncio, quem Dolabella dolo oppreſſum in Aſia crudeliſsimè cruciatum interfecerat: & Dolabella hoſte iudicato, cum alij iudicarent priuato imperium deferendum, alij alterum Conſulem mittendũ ad id bellum, Cicero neutram ſententiam probat, quia præter morem maiorum fiat: deinde quia inutile & inhoneſtum tum Reip. tum uerò Conſulibus: ſed decernendum, ut id negocium Bruto et Caßio, qui ipſi partim in Græcia, partim in Aſia ſint, committatur. Caducæ hæreditatis) Caducæ ſunt hæreditates, quæ tunc adeuntur, quum nemo eſt qui iure eas adeat. Adiudicaret.) attribueret, aßignaret. Faſtidiũ.) arrogantiam. à faſtu, id eſt ſuperbia. Ingenuo dolore.) non ſeruili.

PHILIPPI BEROALDI IN X. Philippicam Annotationes.

Brutos ut nõ prob.) Magna uis, magnũ põdus eſt in nominib. Brutos cũ audis, intellige uiros optimos, & libertatis aſſertores, ac populo Ro. chariſſimos: Antonios uerò accipe nequißimos, & Reip. oppugnatores, ac Romanis inuiſos. Proinde nomen Brutorum cum laudatione pronunciandum eſt: Antoniorum uerò cum uituperatione deprimendum. A te diſſentiens.) Senator Tiberium diſſentiens in curia à Quinto Atherio, Ignoſcas, inquit, rogo ſi quid aduerſus te liberum ſicut Senator dixero. De ſcripto.) Cõſimiliter in oratione pro Plancio inquit, Recitetur oratio, quæ propter eius magnitudinem dicta de ſcripto eſt. Diuiſim autem legendũ eſt de ſcripto, ut dictiones duæ ſint. Collige te.) Quid eſt ſeipſum colligere, ut inquit M. Tul. in Tuſculanis quæſtionibus, niſi dißipatas animi partes rurſum in ſuum locum cogere? Tantám ne patientiam dij boni.) Apoſiopeſis, quam Cicero reticentiam, Celſus obticentiam, nonnulli interruptionẽ appellant. figura eſt familiaris indignantibus, qua ſenſus interrumpitur, nec ſententia integra enũciatur. ut, Méne incepto deſiſtere uictam? Et illut Horatianũ, Huncine ſolem Tam nigrum ſurrexe mihi? Apollinares ludos.) Relege quæ in primo commentario de Apollinarib. ludis fuſius explicauimus, quos Brutus Prætor abſens fieri procurauit. Ciceroni ſe filio meo.) Per id tempus Cicero filius M. T. Ciceronis ſub Bruto militabat: eumq́; Brutus cum primis admirabatur, utpote generoſum iuuenẽ, ac tyrannos exoſum, qui Cratippo tunc philoſopho in Peripatetica philoſophia clarißimo operã dabat. ab hoc C. Ant. prælio uictus capitur. Verũ qui in adoleſcentia ſpecimen maximũ futuræ uirtutis oſtenderat, is mox decoxit, degenerauitq́; à ſeipſo: quẽ ſcriptores tradũt nihil ex paterno ingenio habuiſſe præter urbanitatẽ: cui ebrietas memoriã omnem ſubduxit, quem ferũt binos uini congios uno potu haurire ſolitũ, Marcoq́; Agrippæ à marcido ac temulento ſcyphum impactum. Vatinius iure laudatus.) Nihil notius odio Vatiniano, nihilq́; oratione illa Ciceronis in Vatinium teſtem uirulenta & criminoſa celebratius, quem multo ſale perfricuit, et urbana amaritudine perſtrinxit. Olim Vatinij morte nũciata, cuius parũ certus dicebatur auctor, dixit M. Tul. interim uſura fruar. Itẽ cum audita falſa Vatinij morte Ouiniũ eius libertũ interrogaſſet, rectè ne omnia? dicenti, rectè: mortuus eſt, inquit. Item cum Vatinius pedib. æger uellet uideri cõmodioris ualetudinis factus, et diceret ſe bina millia paſſuũ ambulare: Dies, inquit, lõgiores ſunt. In Cõſulatu quoq; Vatinij, quẽ paucis dieb. geßit, notabilis Ciceronis urbanitas circũferebatur. Magnum oſtentum, inquit, anno Vatinij factum eſt, quòd illo cõſule nec bruma, nec uer, nec æſtas, nec autũnus fuit. Illud quoq; non indignum quod annotetur, Vatinium hominem natum & ad riſum & ad odium, ſcurram fuiſſe et uenuſtum ac dicacem. In pedes ſuos ipſe plurima dicebat, & in fauces inflatas: ſic inimicorum (quos plures habebat quàm morbos.) & in primis Ciceronis urbanitatem effugit. Attamen cum inimicitiæ mortales eſſe debeant,

M.Tullius oblitus priſtini odij, oblitus iniuriarum, ut pote molli ingenio præditus, Vatinium non ſolùm laudauit, uerumetiam in iudicio defendit. De quo ſic refert Quintilianus in 11. Dixit Cicero pro Gabinio, & P. Vatinio, inimiciſsimis ſibi antea hominibus, & in quos etiã orationes deſcripſerat. Nulli ſeruiemi.) Iuriſconſulti ſeruitutem morti comparant: tanquã mors ſit ſeruituti anteponenda. hinc uox illa Laconis pueri memorabilis qui ab Antigono rege captus uenditusq;, cum iuberetur à domino matulam ferre, uiriliter dixit, οὐ δουλεύσω. id eſt non ſeruiam. mox ſe præcipitem dedit: atq; ita mori generosè maluit, quàm turpiter ſeruire. Pecuniam exigit.) M. Brutus cum à Lycijs pecuniam popoſciſſet, eos ad deſperationem redegit, ut ſe omnes ultronea cæde, ferro flãmaq; perimerent. quod ſpectaculum prorſus Tragicum haudquaquam Brutus ſpectare ſuſtinuit. Idem ſcribens olim ad Pergamenos epiſtolam ex Laconiſmo breuitateq; Spartana ſic inquit, Audio uos Dolabellæ dediſſe pecunias: quas ſi quidẽ ſponte dediſtis, faſsi eſtis iniuriam: ſi inuiti, hoc oſtendetis: ſi ediuerſo, eas mihi ſponte dederitis.

BARTHOLOMAEI LATOMI IN X. Philippicam Annotationes.

ARGVMENTVM.

M. Brutus interfecto Cæſare, primò urbem, deinde Italiam reliquerat metu Antonij: & in Græciam fuerat profectus. Ibi cum ſe nihilominus ad bellum compararet, collectis alijs copijs, à C. quoque Antonio proconſule, qui à fratre in eam prouinciam mittebatur, exercitũ auerterat. quam rem Panſa Cos. cum ex literis Bruti ad ſenatum referret, ut acta Bruti confirmarentur, Q. Fuſius primus rogatus ſententiam, negauerat Bruto tantam potentiam concedendam eſſe, quòd ea periculo eſſet Reip. & quòd ueteranos offenderet. Itaq; Cicero eam ſententiam acriter reprehendens, primò inuehitur in Fuſium: deinde laudat Brutum, & commodũ ab illo occupatæ Macedoniæ oſtendit, & remouet omnem periculi ſuſpicionem. poſtremò collecta ſumma ſententiæ, ſuo more concludit.

MAximas tibi.) Incipit à laude conſulis, qui Senatũ conuocauerat. Et habere, & agere.) Habemus animo, agimus uerbis. Declaraſti.) Declarat cur oratio fuerit grata. Neminem.) γνώμη. Eas partes.) id officium.

Eius.) ſcilicet Fuſij. Neceſs. attulit.) Adferre neceſsitatem eleganter. Diſſenſio.) Ita obiter ſe excuſat. Quæ eſt enim.) Inuehitur in Fuſium, & liberius obiurgat. Tua oratio.) Ratio legendum. Quæ tua mens.) Inſtat acrius, & ſingulis non modò ſententijs, ſed etiam uerbis argumenta complectitur. Solus oppugnas.) ἐνθύμημα ex contrario. Quis eſt iſte.) Perpetua obiurgatio, cum uituperatione. Quos.) Inſtat. Ampliſsimæ tibi.) Vrget exemplo contrario, cuius confeſsionem extorquet. Ac permitto.) Vult Cicero omnes eſſe deterrimos. Conſules.) Conſulis legendum. Hoc uerò.) Parat grauius reprehendere, & aggreditur ſententiam Fuſij. Literas Bruti.) Reprehendit malignitatem in laudandis literis Bruti: & amplificat ab inſolentia rei, & à morib. Fuſij. Librarium.) amanuenſem ſcriptorem. Qui nobis hodie ſunt chalcographi, ueteribus erant librarij. Vſum.) Parat amplificare ab inſolentia & nouitate. Obtrectare.) minuere laudem, exiſtimationem, & dignitatem. Quamobrem.) Hortatur benignè, & oſtendit turpitudinem. Collige) redi ad teipſũ, noli indulgere inuidiæ, obtrectandi ſtudio, Genero.) Panſæ. Legiones abducis.) Pergit ad cætera: & primò oſtẽdit indignitatẽ, ſi exercitus abducatur à Bruto, deinde periculum Reip. Antonij.) C. ſcilicet. Impoſuerunt.) Intelligit Antonianos, de quis refecit mentionem in ſecunda Philippica. Ac de.) Amplificat indignitatem ex meritis Bruti. Tantám ne) Alius locus ex moderatione Bruti, & charitate erga Remp. Qui quum.) Declarat ſuam moderationem. Manu) armis. Apollinares.) quos prætor urbanus faciebat. erat enim muneris eius & officij. Viam patefaceret.) occaſionem daret.

Quanquam.) Correctio. Bruti.) Iunij. Liberatoris.) patriæ. Hunc.) Brutũ. Ludorũ.) Apollinarium. Ciuilis.) domeſtici, inteſtini. Proditores.) Indigniſsimum. Caſsius.) ſocius coniurationis. Initio.) in prima. Pati) ab Antonio. Parauit.) abſens in Macedonia. At cui peſt.) Oſtendit commodum Reip ex facto Bruti, quòd ab Antonio exercitum abduxerit, & quid facturus fuerit Antonius. At cui.) Exclamatio admirantis. Pulſo.) ex Gallia.

Agger.) munitio. Audire.) ut animo concidat, abijciat ſpem occupandæ Reip. Tria tenet.) Extenuat opes Antonij. Infeſta eſt) inimica. In Macedoniam.) ut eam occuparet. Cæſaris) adoleſcentis Octauij. Volaſſe.) Amplificat eius celeritatem, ut oſtendat periculum. Caducæ hæreditates.) Caduca hæreditas, quæ à certo hærede ita decidit, ut à nemine iure adiri poſsit. Ea in ærarium referebatur. Alios ad.) Enthymema ex contrarijs. Extrudere.) impellere, ut negocium citius exequantur. Excluſimus.) ne quid moliretur. At quid ei.) Criminatur ultra præſcriptum occupaſſe, ut conſilium belli arguat. Modo.) numero. Illius.) Hortenſij. Ac ne Bruto.) Cum abũdat. Id enim fortaſſe.) Occupat quod opponi poteſt. et defendit Brutum, quòd illi potius quàm Antonio exercitus cedere debuerit. Bruto.) ſcilicet aliquid erat cum legionibus. Omnes enim exercitus.) Omnes, accuſatiuus. Alter.) Facit comparationem Antonij & Bruti. Alter aduolaret.) Anto. Nec uerò.) Laudat obiter milites, & iudicium eorum probat. Ab hoc igitur.) Reprehendit metum periculi à Bruto, & ex moribus illius & ſingulari uirtute ſuſpicionem remouet. Quanquã) Correctio.

Defuerit.) Ex antefactis. Sed iam uideo.) Occurrit, & reſpondet de uoluntate ueteranorum, quos negat moleſtè laturos eſſe, quoniam eorum cauſa & Bruti eadem ſit. Quaſi uerò.) Reſpondet Cicero per εἰρωνείαν. Suſpectum.) qui auctor fuit coniurationis in C. Cæſarem. Magis.) Reſpondet à pari, à ſimili. Commune.) in cæde C. Cæſaris. Ii.) Cæſariani. Ab illo.) D. Bruto. Obſidione.) nam obſidebatur ab Antonio. Ii credo.) εἰρωνεία. Cæſar.) Iulius. Quorum.) ueteranorum. Decernendum.) dimicandum bello. Quid eſt.) Accommodat comparationem ad rem. Panſa id non.) Ab auctoritate Panſæ, Brutum metuendum non eſſe. Quis enim.) Subiungit oratoriè. Atqui.) ἐπιτίμησις. Præcepit.) Occupando oſtendit, præſcripſit. Scilicet.) Ironia.

Cæſar.) Iulius. De quibus.) Iam ſeriò loquitur.

Quæ, malùm, eſt iſta ratio.) Inſurgit acrius, & negat ueteranis ſeruiendum eſſe, ſi arrogantes ſint. Malùm.) interiectio auerſantis ac indignantis. Poſtremò, erumpat enim.) Deteſtatur turpitudinem ſeruitutis, & dilabitur ad incitationem capeſſendæ libertatis. Capeſſendæ.) aſſerendæ, defendendæ. Tulerimus.) paſsi fuerimus. Diutius.) à tempore. Hunc ueſtitum.) ſaga.

ſaga. Sed ut.) Occurrit oppoſitioni. Exitus.) euentus. Spiritu.) in hoc ſenſu corporis. Noſtra ciuitas.) A uirtute & diſciplina Romana. Ea.) immortalitas. Concurritur undiq; ad commune incendium.) A facultate opprimendi Antonij. Repulerunt.) conatum Antonij. Retuterunt legendum. Vnus Eſt omnium.) Contemnit uires Antonij, & nominatim quoſdam uituperat. Reſtituti.) à C. Cæſare. Ad has.) ad Brutum redit. Moleſtè.) Ironia. Omnis cogitatio.) Colligit. Tueri.) defendere. Tendauit.) periculum fecit. Obtineat.) ſcilicet lege. Quæ cum ita ſint.) Format ſententiam, & concludit. Cæpione.) Forſan ex materno genere hoc nomen ſortitus eſt. Vtriq;) utiq; penultima producta legendũ, Proximè.) maxime prope Italiam

IN XI. PHILIPPICAM FRANCISCI MATVRANtij Commentarius.

CVm Brutus & Caßius Antonium & amicos Cæſaris occiſi formidantes urbe exceßiſſent, aucta illico Antonij poteſtas eſt. itaq; ad prouincias occupandas, et exercitus qui uſquam eſſent, ſibi uendicandos animum adiecit. Cumq; in primis Syriam cuperet iam Caßio decretam, & ſuſpectum ſe animaduerteret, ſicq; colligeret, ut maiorem de ſe ſuſpicionem excitaret ſi illam peteret, Dolabellam iuuenem audacem & ambitioſum, quem clàm ſibi adiungebat Senatus, quoniam Antonio aßiduè prius fuiſſet aduerſatus, ad Syriam petendam & paratum in Parthos exercitum impulit. Cùmque impetrari res per Senatum non poſſet, lege lata ad populum, magnis tamen contentionibus, Syria & Parthicum bellum Dolabellæ decreta prouincia eſt. Erat tunc Aſiæ præfectus Caius Trebonius, unus ex Cæſaris percuſſoribus, qui Antonium extra curiam detinuerat, dum Cæſar confoderetur. Is ciuitates muro ſepiebat, pecunias congerebat, exercitum parabat, Bruto Caßioq; ut id faceret in primis adhortantibus. uenientẽ ad ſe Dolabellam Pergamo & Smyrna non admiſit: & quoniam Conſul erat, extra muros commeatum parari iußit. cumq; urbes ille inuaderet, neq; tamen proficeret quicquam, ut Epheſi reciperetur, Trebonius mandauit. illuc uerò tendentem, ex interuallo quoſdam ſubſequi iußit. ij recedentẽ Dolabellam nocte ſuperueniente intuentes, nec ulterius ſuſpicati quicquã, paucis relictis qui perſequerentur adhuc, Smyrnam ſe recepere. Sed conuerſus Dolabella, & eos qui relicti fuerant adeptus, occidit omnes: Smyrnam contendit: incuſtoditam offendit: admotiſq; muro ſcalis occupat. Trebonius in lecto deprehenſus ſic occiditur, ut ipſe narrat Cic. & Appianus refert. Trebonium ſupplicaſſe militibus ut ad Dolabellam duceretur, ſponteq; ſecuturum ſe dixiſſe. Ducem uerò turmæ cum intueretur illũ, Eia ſequere tu: pòſt reſpondiſſe, Caput interim nobis præbe, nam ut hoc afferamus, nobis mandatum. & hoc dicto caput abſcidiſſe. Dolabellam ante lucem pro Tribunali ubi iudicans ſedere ſolebat Trebonius, poni iußiſſe: exercitui, quòd ex Cæſaris fuiſſet percuſſoribus, & caput & reliquum corpus ludibrio extitiſſe. Allato Romam de Trebonij cæde nuncio, Dolabella hoſtis iudicatus eſt. de quo perſequendo cũ in Senatu relatum fuiſſet, & alij priuato cuiuis optimo et innocentißimo imperium deferendum, alij alterum Conſulem mittendum cenſerent, neutram ſententiam probat Cic. dicens præter maiorũ morem faciendum, ſi priuato imperium deferatur, & inutile atq; inhoneſtum tum ipſis Conſulibus, tum Reip. ſi alter Conſulum mittatur. Negocium Bruto & Caßio qui in uicinis erant locis, dandum ſuadet. nam Brutus in Macedonia uerſabatur & Græcia. Caßius eo conſilio ex Italia profectus fuerat, ut Dolabellam Syria prohiberet. Exorditur autem Cic. per commodũ quod ex ipſo naſci uidetur incommodo quo affecta erat Reſp. miſerabili Trebonij morte. ut animaduertentes tam atrox Dolabellæ facinus, ab Antonio qui longe crudelior eſt & ſceleratior, diligentius uigilantiuſq; caueant. Et hoc in hac Philippica Ciceronis fuit cõſilium, per hanc ex Dolabellæ ſcelere occaſionem magis magiſq; in Antoniũ Senatores accendere, in quem inuehitur, eius ſceleratißimos cõmemorans & audacißimos comites: ac nihil non auſuros dicens, niſi quamprimum opprimantur. Vel mœrore potius.) nam dolor eſt quiddam generalius, mœror particularius. utrunq; ſic definit Cicero: Dolor eſt ægritudo crucians, mœror ægritudo flebilis. Crudeli.) quoniam abſciſſum caput. Miſerabili.) qui etiam poſt mortem ludibrio fuit militibus. Immanitas.) qualis ferarum omnem egreſſa humanitatem. Alter.) Dolabella Trebonium occidit, & Syriam prouinciam occupauit. De altero.) Antonio. patefecit enim quòd cogitaret prouinciam Galliam occupare, ut inde armatus Vrbem & imperium inuaderet. Vltra mortem.) ſicut in Trebonio Dolabella. Ecce tibi.) ſuperabundat tibi, ut ſæpe apud Virgilium: & ſermo eſt iratis congruens. Quorum.) Dolabellæ & Antonij, de quorum inimicitijs ſatis multa dicta ſunt prius. In quo potuit.) in Trebonio. Coss.) Panſa & Hircio. A ſocio furoris.) Antonio. Mortem.) Si enim occidat, exiſtimat naturã pœna affici, quia diſſoluitur anima à corpore: ſi etiã torqueat & cruciet, iracũdiæ ſatisfieri. Ex utraq; parte.) reditu & progreſſu. Marſo Octauio) hic legatus cum Dolabella eſt profectus. Qui popularetur agros.) Aſiaticos. Quã.) rem familiarem. Tenere.) tueri & ſeruare. his enim erat moribus, eaq; prodigalitate, ut tueri parta nequiret. Hic Senator.) Hoc cum ſtomacho ait. Ad præſentem paſtum.) quæ præſentem paſcerent edacitatem, cum in dies uiuerent, et præſentis tantùm diei haberent rationem. Nulla ſuſpicione belli.) cum nihil bellicum metuerent ij populi per quorum agros iter habebat. Secutæ collocutiones.) Nam etſi intra urbes non recipiebat, cum eo tamen colloquebatur, & cõmeatus extra urbem præbebat.

Fidei.) cui Numa Pompilius dextram conſecrauit, ut ait Liuius: quam etiam Plinius in fide inquit appeti. Nocturnus.) ſcalis noctu admotis muro. Smyrnam.) Poſt Clazomenas in Ionia Smyrna eſt: à qua ſinus Smyrneorum. Lydi eam euertêre: Antigonus prius, deinde Lyſimachus ſuſcitauit. Pars in monte ſita eſt, pars maxima in campo iacet, Melas amnis præterfluit. De Homeri origine cum alijs quibuſdam certant Smyrnei. author Strabo qui hoc in loco obſidione à Dolabella Treboniũ captum dicit, & dirutas complures urbis partes. Qui apertè hoſtis eſſet.) ſed hoſtis apertè non erat. nam ſi hoſtis fuiſſet, incautus eſſet habendus Trebonius, qui ſic ſe opprimi ſiuiſſet. Qui ciuis etiam tum ſpeciem haberet.) cum hoſtis eſſet patriæ, ſicut poſtea iudicatus eſt. Miſerum.) nam occidi à ciue, miſerum eſt. Quid eſſet uictus extimeſcen-

dum.)cum hæc fiunt, neq; à uictis, neq; ab hoſtib: ſed à ciuib. Conſularem.) Trebonium. Samario.) is à Dolabella ad Trebonio caput amputandū miſſus eſt. Interficere ſtatim.) Aliter tamen recitat Appian. Inceſto.) turpi, impuro. Quæſtionē habuit.) quæſiuit per tormenta, ubi eſſet pecunia publica ex uectigalib. & tributis. Hoc iugum.) hanc ſeruitutē, quam nobis ueluti iugum uolunt imponere. Eculeū.) Eculeus tormenti genus eſt. Equuleus ab equo diminutiuū dicitur, & equulus & equula fœminini generis. Modicè.) moderatè. Miſerior qui ſuſcipit.) qui peccat concipit enim quâ pœna ob commiſſum peccatū dignus ſit, et torquetur aſſiduè. hinc Iuuenal. ait, Cur tamē hos tu Euaſiſſe putes, quos diri conſcia facti Mens habet attonitos, & ſurdo uerbere cædit, Occultū quatiente animæ tortore flagellū? Pœna autem uehemens, et multo ſæuior illis, Quas & Cæditius grauis inuenit & Rhadamanthus: Nocte dieq; ſuum geſtare in pectore teſtem. Cruciamenta morborū.) ut claui, podagræ, tormina. Subire.) pati. Regulus.) de quo notiſſima hiſtoria. eſt autem locus cōparationis à minori ad maius, ſi crudeles in hoſte iudicati ſunt Pœni, quanto crudelior in ciue Dolabella eſt habendus? Alterius.) Trebonij. Alteri.) Dolabellæ. Recte noluit.) quia ad prædas et rapinas Antoniū ſequi maluerat. Quid Beſtiam.) is eſt L. Beſtia, qui in præturæ petitione repulſam paſſus eſt, & ambitus damnatus, etſi Cicero eum defendit. Ipſe in Epiſt. ad Q. fratrē: Ad quartum Idus Februar. dixi pro Beſtia de ambitu apud Prætorem Cn. Domitium in foro medio maximo conuentu: incidiq; in eum locum in dicendo, cum Sextius multis in templo Caſtoris uulnerib. acceptis præſidio Beſtiæ ſeruatus eſſet. Damnationē.) quia non prætor renunciatus eſt, ſed ambitus paulopòſt damnatus, fruſtra defendēte Cicerone.

Alter Cæſar Vopiſcus.) & hic cum Antonio erat homo ædilitius, & tamen conſulatū petebat, cum lex eſſet ut fieri Conſul nō poſſet, qui prætor non fuiſſet. Erat præterea adoleſcens, ut per ætatem adipiſci magiſtratū nequiret. Summo ingenio.) ironicè omnia. meminit huius Vopiſci Cicero in Epiſt. ad Attic. ſæpe. Vopiſcum uocabant ueteres unum è geminis qui recenti utero naſceretur, altero interempto abortu, ut tradit Plin. Sexta palma.) ſi accuſaretur iterum, difficile eſſet defendere, & defendēdo uictoriam conſequi, cum ad Antoniū tranſierit, et gladiator factus ſit. Sed hæc iudicū culpa.) quo minus abſolueretur: nam defendi quidē ego, ut aliâs, ſed iudices damnauerūt et extruſerūt. omnia tamen ironicè. Nihil aliud nunc agere uidetur.) Antonio hærens, & omnia contra patriā faciens. Illos iudices.) qui damnauerūt ſententijs ſuis: quorū res iudicatas irritas fecimus defendēdo Vopiſcū, & irritum iudiciū faciendo, illum abſoluendo & reſtituendo. Neq; hoc in hoc uno eſt.) hoc eſt, nō in uno ſolo irritas fecimus res iudicatas. In eiſdē caſtris.) Antonij. Cæſar.) Iulius. Neſcio quis.) Per contemptū ſic ait. Ex ultima Celtiberia.) quæ pars eſt Hiſpaniæ, per quam Tagus & Anas flumina decurrunt. Caſtrorū metator.) qui locos parabat & purgabat metandis, hoc eſt ponendis caſtris. Nunc urbis metator, hoc eſt diuiſor. Metari enim diuidere eſt & partiri. Horat. Nulla decempedis metata priuatis porticus. A qua.) urbe. Alienus.) quia ex Celtiberia. Suo capiti dominetur, &c.) quaſi dicat, minimè decet etiam ſibiipſi dominari Saxam, & ſuo capiti, liberūq; eſſe, dum ſalui et incolumes nos ſumus. His.) Saxæ et Caphoni. Dotem.) ingentes diuitias à Cæſare ueluti dotem quandā præbitas. Nutriculas.) ueluti nutriculas, hoc eſt fructus prædiorū quibus nutrirētur. Lumina.) ironicè. Lege.) agraria, quam per uim tulit Antonius. Commentatus.) effinxit comœdiam. Proſcripta.) uenalis propoſita: ſicut proſcribi dicitur domus, cum uenalis ſit. Tanta procuratorū negligentia.) qui obſiſtere nequibant quo minus proſcriberentur. Infudit uenenū, nō dedit.) Copiam ſignat præbiti ueneni, quo periret citius. nam maiorem quantitatē infundimus, minorem damus. Sed non poſſunt.) Ideo enim effundūt, quòd recepturos ſperant. Ouidius, Quærere ut abſumant, abſumpta requirere certant: Atq; ipſæ uitijs ſunt alimenta uices. Videte P. Decij.) Iocatur cum amaritudine Cic. P. Decius & ipſe morib. corruptiſſimus ſectabatur Antoniū. is cum multis deberet, & ſoluendo non eſſet, ut caueret creditoribus, ſeipſum uenalem fecit, et quaſi deuouit. Sed qui cū in auctione ſeipſum uendentē emeret, nullus repertus eſt. Cautionem.) quia ſuo capite cauere & ſatisfacere uolebat. Clariſſ. uiri.) ironicè. Maiorum ſuorū.) qui uarijs temporib. bellisq; diuerſis ſe deuouerunt, hoc eſt mori ultro pro ſalute exercitus & reip. uoluerūt. In ea auctione.) cum ſeipſum ſub haſta uenderet. Iuuenalis de perditiſſimis loquens ſui temporis hominib. inquit: Queis facile eſt ædem conducere, flumina, portus, Siccandā eluuiem, portandū ad buſta cadauer, Et præbere caput domina uenale ſub haſta.[a] Exire ære alieno.) liberari debitis quæ conflauerat. Cū uenderet aliena.) promittebat enim aliena uenditurū bona, & hoc pacto ſeipſum redempturū. Quid dicam quàm multæ uidentur furiæ debitorū.) ſic enim conſcientia ſtimulabat, ut tot uexent furiæ, quot eius ſunt debita. Vindicis.) ultoris, et prohibitoris. nam aduerſatus eſt Antonio, cum legem de nouis tabulis ferre uellet, ut dictum eſt prius Philippica 6. poſtea ad id impulit, & ueluti noua tabula ipſe fuit. nam ſine nouis tabulis ſaluus eſſe non poterat. De Planco.) de hoc ut de Trebellio prius dictū. Aquila Polleritia.) caſtellū arbitror fuit ubi nūc ingens ciuitas Aquila: & Polleritia à Polo conditore uel poſſeſſore cognominata. Lumen & decus.) ironicè. In græco.) uerbo, [illegible]. Niſi fortè iure.) quod fieri non poteſt, ut iure fratrem occiderit. Copiam.) multitudinē & exercitum.

Cum Dolabella.) plurimos occidit Dolabella, & tamen tantam latronū manum non habet. Cum cauſa.) de qua agitur, ut ſit opinionū, non animorū diſſenſio. In eam ſe iturum.) comprobaturū. Confidens.) audax, improbus, temerarius, impotens, arrogans, ſuperbus. Addictum.) uiolentæ deſtinatum morti, qualē obeunt gladiatores. Quam obrem.) Cum hoſtis patriæ occiſo Trebonio iudicatus eſſet Dolabella, reſtabat ut bello eſſet perſequendus. Relatum in ſenatu de eo eſt, cui talis prouincia demandaretur. alij priuatum extra ordinem deligendum, alij alterum ex Conſulibus mittendum cenſuerant. Neutram ſententiam probat Cicero. Alteram.) de extraordinario imperio. Periculoſam.) Sequitur enim: Nam extraordinarium ſemper imperium populare atq; uentoſum, ut non idoneus deligatur, ſed quem populi libido uoluerit. Populus autem leuis ac uento ſimilis minus rectè iudicare de hominibus nouit, & dignis præfert plerunque indignos. Alteram.) de Conſulibus mittendis. Alienam.) à Conſulum abhorrentem dignitate, et temporum grauitate, ut mox dicturus eſt. Populare.) populi in-

dicio

dicio delatum, & populo ſeruiens. Ventoſum.) leue.

Bello Antiochi.) quod primum bellum Macedonicum ſtatim ſequutum eſt. Antiochus autem rex Syriæ Thoante Aetoliæ principe, & Annibale Pœno, qui uictus & exul ad eum fugerat, adhortantibus, ſub prætentu Lyſimachiæ repetendæ, quam in litore Thracio ſui maiores poſuerant, Romanis bellum intulit. Mouens ex Aſia illico inſulas & Græciæ litora occupauit, ſed in Eubœa elanguit. Vnde aduentu tantum nunciato Acilij Glabrionis fugit. nec multo pòſt in Syriam ſe recepit. nauali prælio, cui Annibalem præfecerat, duce Aemylio Regillo ſuperatus ad Myoneſum adiuuantibus Rhodijs. Cum prouincias Conſules ſortirentur, & Syria bellumq́; contra Antiochum, L. Cornelio Scipioni obueniſſet, Senatusq́;, quoniam ille infirmo corpore, & moribus minus probatus erat, ad C. Lelium Senatus tunc principem inclinaret, eiq́; prouinciam illam decreturus uideretur, P. Scipio Africanus ſuperior L. frater, ut hanc fratris deprecaretur ignominiam, & fratrem laudauit, & ſe illi Legatum iturum ultrò eſt pollicitus: quod gratis à Senatu animis eſt exceptum. L. uerò Cornelius Aſiatici cognomen reportauit. nam fratris uſus conſilijs apud Sipylum montem Antiochum ſuperauit, tunc cum illo congreſſus, cum pluuia hoſtium arcus hebetati eſſent. ipſe Antiochus ultra Taurum relegatus eſt, & poſtea à ſodalibus quos ebrius in conuiuio pulſauerat, occiſus. Huius ſapientis.) de quo ſuperius dictum. Deprecatus.) depulit. Duobus.) primo & ſecundo. & primò quidem imperatores fuere Cneus Duillius, Attilius Calatinus, Attilius Regulus, Cæcilius Metellus, Caius Luctatius. Secundò uerò C. Flaminius, Qu. Fabius Maximus, Paulus & Varro, Q. Fuluius, Appius Claudius, T. Sempronius, Claud. Marcellus, P. Scipio, P. Filius, M. Liuius, Claudius Nero, omnes Conſulares. Dictatoribus) ut ab Attilio Calatino, qui primo Punico bello extra Italiam exercitum primus Dictator duxit. Pyrrhi.) qui rex Epirotarum materno genere ab Achille, paterno ab Hercule oriundus, accerſitus à Tarentinis ante primum bellum Punicum in Italiam traiecit, & uaria fortuna cum Romanis conflixit, uicto apud Heracleam Valerio Leuino, territis elephantorum inuſitata facie militibus: ipſe poſtea à Curio Dentato Italia pulſus eſt. Duxere exercitum Conſules bello Pyrrhi Valerius Leuinus, C. Fabritius, M. Curius Dentatus. Quàm Philippi.) Tria bella Macedonica geſſere Romani: & primum quidem contra Philippum. cauſæ belli à fœdere cœpere, quo rex dominantem in Italia Annibalem ſibi ſociauerat. auctæ inde ſunt implorantibus aduerſus Regis iniuriam auxilium Athenienſibus, Leuino Conſule, Attalo Rege Pergamenorum, & Rhodijs adiuuantibus, bis uictus, bis exutus caſtris, bis fugatus eſt, mox à Flaminio Rege oppreſſus ad tumulos quos Cynocephalas uocant, pace tamen impetrata & regno.

Quàm pòſt Achaico bello.) quod poſt tertium Punicum bellum & dirutam Carthaginem geſtum eſt contra Corinthios & Critolaum, qui libertate à Romanis accepta contra ipſos uſus eſt. Legatos enim Romanos, dubium an & manu, certè oratione uiolauit. Metellus Macedonicus Conſul exercitum Critolai & ipſum Critolaum cecîdit. L. Mummius uictoriam alieno labore quæſitam intercepit. Miſſus enim Metello ſucceſſor cum lictoribus & paucis equitibus in Metelli caſtra properauit. Diæum alterum ducem ſub ipſis Iſthmi faucibus ſuperauit, deſertamq́; ab incolis ciuitatem diripuit. de Achæis triumphauit: ſigna ærea marmoreaq́; & tabulas pictas in triumpho tulit, Achaicusq́; cognominatus eſt. Quàm Punico tertio.) quo deleta eſt Carthago. fuere Imperatores eo bello L. Martius, M. Manlius, à quibus obſideri oppugnariq́; cœpta eſt Carthago. P. Scipionem.) P. Scipio Aemylianus cum Aedilitatem peteret, Conſul à populo dictus eſt: & quoniam per annos Conſulem fieri minimè licebat, legibus ſolutus eſt, eiq́; Africæ prouincia extra ſortem data. Cum Ariſtonico.) Poſt deletam Numantiam cum Ariſtonico regis Eumenis filio bellum geſtum eſt, cum ille Aſiam quæ teſtamento regis Attali libera eſſe debebat, occupaſſet. Conſules erant L. Valerius Flaccus, & P. Licinius Craſſus, idemq́; Pontifex Maximus. Senatus populum rogauit quem id bellum gerere placeret. populus Flaccum reſpondit. cum uerò L. Valerius Flamen Martialis eſſet, & ſacerdotij ratione Craſſo Pontifici Maximo ſubeſſet, uetitus ab eo eſt mulcta dicta, hoc eſt pecuniaria pœna, à ſacris diſcedere: quam pœnà etſi ſtatim populus illi remiſit, uoluit tamen Pontifici parère: ipſe Craſſus miſſus eſt, & quod nunquam antea acciderat, Pontifex Maximus extra Italiam profectus, prælio autem uictus & interemptus eſt. Sed Marcus Perpenna uictum Ariſtonicum in deditionem accepit. Duas tantum tribus tulit.) duarum tribuum habuit ſuffragia, & duas pro ſe adduxit tribus duntaxat. Locus autem ſuperior ubi eſt, L. Valerio, P. Scipione Conſulibus, manifeſtè corruptus eſt. nam P. Licinio Craſſo legendum eſt. Tribuni pl. turbulenti.) qui turbulenti tum ſolent eſſe, & omnia impedire. Gabinij rogatione Piraticum bellum Manlio, Mithridaticum Pompeio eſt demandatum. Nam Sertorianum.) Dum multos in Hiſpania duces ſuperaſſet Sertorius, non contentus ſenatus P. Metello Pio Numidici filio uiro claro ac bellicoſo, ſed ſene admodum, & ueritus ne in Italiam ille traduceret bellum, Pompeium illi addidit, Conſulibus Qu. Catulo, & L. Philippo proficiſci recuſantibus. Cumq́; inter patres admiraretur quiſpiam, rogaretq́; Philippum idoneum ne exiſtimaret Pompeium qui proconſul in Hiſpaniam mitteretur, non pro conſule reſpondit, ſed pro Conſulibus mittendum. Plutarchus etiam author. Quæ igitur hæc comitia.) L. Cæſar hanc dixerat ſententiam, ut P. Seruilio Iſaurico priuato Dolabellæ perſequendi prouincia decerneretur: qua ſententia induci dicit Cicero ambitionem in curiam, periculoſam, ut uel uir præſtantiſſimus ferat repulſam, ſi ſuffragia in eum non concurrant: aut cæteri tali honore uideantur indigni, cum tamen ſint pari dignitate, Senatores ſcilicet & Conſulares. Aſſenſero.) ſi aſſenſero. hoc eſt, ſi aſſenſus fuerit quiſpiam, dabitur ambitioni aditus in curiam, ut ſperêt ſe homines ambiendo quamuis dignitatem poſſe conſequi. Negauero.) ſi negauero. Suffragio.) uoce mea, ac ueluti ſuffragio. Tanq̃ comitijs.) aut Curiatis, aut Centuriatis. Quòd ſi.) Ironica eſt conceſſio. Petamus.) quamuis dignitatē ambiamus prenſantes et largientes. Tabula noua.) in qua ſuffragia noſtra deſignemus aut deſcribamus. Data eſt pop.) nam L. Caſſius Longinus trib. pl. C. Mario, C. Flacco coſs legē tulit, ut populus per tabellã ſuffragiũ ferret: qua lege, ut ait Cic. in oratione pro Cornel. de maieſt. ſuffragiorũ ius poteſtasq́; conuaſuit. Comit. Cæſari) nam hoc eſt comitia quaſi habere, et

per ſuffragia deligere, quod neq; utile eſt in ſenatu, neque omnino decet. Præſtantiſsimus uir.) P. Seruilius. Si tibi non ſit aſſenſum.) cum de eo retuleris. Præteritus.) cum de uno tantũ referatur, & de reliquis ſileatur. At enim.) Obiectio de C. Octauio. Ille.) Reſponſio. A quo.) Octauio. Aut exercitus adimendus.) quem ipſe ſua ſponte coegerat. Eripuiſſetis.) quoniã habebat re uera. Cum paratiſsimo.) tecũ, qui ad dicendũ es promptiſsimus. Homini amiciſsimo.) P. Seruilio. Illa uerò.) Secũdæ reſpondet ſententiæ. Quis.) aut Decij. aut quis alius qui ab eo oppugnatur. Vt aut ſuſpicionis crimen.) ut oriatur ſuſpicio, ne prodere uelimus D. Brutum, miſsis in Aſiam et Syriã conſulibus. Inuidiæ.) æmulationis materiam coſs. præbeamus ex prouincijs: id quod ſolet accidere in ſortiẽdo. Ita decernunt.) ſic de prouincijs deliberant quaſi liberatus Brutus ſit. Rerum natura.) conditio & qualitas rerum. Deriuare.) deducere & diuertere. Sermones hominũ.) qui de te ſunt futuri, cupiditate prouinciæ D. Brutum deſeruiſſe. Inuidiam.) ex prouincia. Prouinciam.) Ciliciam. Poterat enim Cicero eam obtinere diutius. nihil autẽ magis timuit, quàm ne annuũ tempus prouinciæ prorogaretur. Ea enim lege acceperat, ut poſt annum ſtatim ſuccederetur. Reprime famam.) cupiditatis. Collega.) Hircius. Ei rei.) decernendæ prouinciæ. Deductus neceſsitate.) quod accidit, cum dare nomina iuuentus à coſs. cogitur. Vt id ſignum.) Palladiũ Mineruæ ſimulacrum, quod illo regnante de cœlo cecidit. Romam translatũ eſt poſtea, & in Veſtæ templo recõditum. Reſponſum enim ab Apolline fuerat, cum cecidit: Aetheream ſeruate deam, ſeruabitis urbem: Imperium ſecum transferet illa loci. Plura de hoc Palladio Ouidius libro ſexto Faſtorum, & Seruius in ſecundum librum Aeneidos. Quando ueniet conſul.) Si conſul mittatur, quando in Aſiam perueniet? Ne ueſtigium quidem.) quia omnia Dolabella delebat. At mittent.) Obiectio. dicet quiſpiam, mittent aliquem conſules legatum aut quæſtorem de ſuo numero. Valde mihi probari poteſt.) ac ſi dicat, minimè illum probabo, qui P. Seruilium non probaui, quem mittendum cenſebat L. Cæſar. Quod ergo ipſe nemini putas dandum.) Ad illum loquitur qui ſecũdæ ſententiæ auctor fuerat, eſſe ſcilicet mittendum. Legitimum.) iuſtum, & qui magiſtratus, non priuatus exiſtat. Quis igitur eſt?) facit ſibi ipſi interrogationem: & quis, inquit, is eſt qui hæc habeat, quæ tu habenda ab illo cenſes? Qui mittatur.) M. Brutus reſpondet, aut Caſsius, aut uterq;. Decernerem.) ego, inquit, libenter conſules aut ipſorum alterum decernerem, ſi fieri poſſet. Neq; enim Brutus reuocãdus eſt, aut ei adimendus exercitus, quem nos in Græcia ex utilitate reip. colligauimus & obſtrinximus, ut diſcedere illinc nõ debeat, quò magis Italiæ auxilio poſsit eſſe quàm Aſiæ. Vergere.) inclinare & reſpicere. Non ut ex ipſa acie ſubſidium haberemus.) non ut Bruti exercitus traijceret in Italiam, & præſenti auxilio eſſet: ſed ut illic conſiſteret ubi eſt, ſciretq; habere ſe paratum tranſmarinum ſubſidium, quod ſuccederet, ſi fortè ſuccumberet. ſignificat ergo magis dandum quàm adimendum Bruto auxiliũ. Præterea.) Alia ratio cur remoueri ex Græcia Brutus non poſsit, nec ab eo exercitus abduci. C. Antonius.) M. Antonij frater. Byllidem.) poſt Apolloniam Macedoniæ Bulliaca eſt, ſiue Bullis, ei uicina eſt Amantia. Plinius Nymphæum locum in Apolloniatarum finibus incolere dicit Amantes et Balliones. Idem in ora maritima dicit eſſe oppidum Oricum à Colchis conditum, ubi initium Epiri, abeſſe à Salentino Italiæ promontorio 85. millibus paſſuum. Orcum uocat Strabo, & deprauatus credo locus eſt. Epirus autem regio eſt Macedoniæ finitima. Etiam de Brundiſio.) ut redeat Caius & occupet. Quanquam miror.) miror, inquit, ſuſtinere C. Antonium ſe tamdiu à Bruto obſideri, & non ultro illi ſe dedere, ac uincula et manicas accipere, ut conſueuit. Quod ſi fecerit Brutus.) ſi comprehenderit Caiũ, et in uincula coniecerit. Per ſe.) ſua ſponte, ut aliâs ipſe Brutus & Caſsius fecere. Ipſe ſibi ſenatus fuit.) Vterq; fuit ſibi pro ſenatu, quoniam ea egit ſpontè, quæ ſenatus imperaſſet agenda: non expectata ſenatus auctoritate. Temporibus.) opportunitatibus. Quàm moribus.) maiorum inſtitutis. Nec enim.) Diu antè, inquit, iudicarunt Brutus & Caſsius legem ſanctiſsimam, & optimum morem eſſe, ſaluti patriæ & libertati ſtudere. Itaq; etiam ſi de Dolabella hoſte perſequendo nihil decerneretur, intereſſe ego putarem ſummorum uirorum, quales ſunt Brutus & Caſsius, ſua auctoritate ſine decreto aliquo publico illum perſequi. Quorum alterius.) Bruti.

Alterius.) Caſsij. Studia.) uolũtates. Alienam.) quia decretam M. Antonio. Equitatu.) de quo prius dixit. Oblitum.) perfuſum. ab oblino. Ouid. Oblitus à dominæ cæde libellus erit. Sua ſententia.) equitatum auferendo. Qua lege.) Obiectio eſt, cui reſpondet. Iupiter.) Qui omnia ſanxit iuſta & honeſta, quæ pro patriæ fierent ſalute. & ſapit hoc Ciceronis dictum illud Hectoris ad Polydamantem fratrem, cum augurem ſuaderet de rebus gerendis conſulendum. lib. 12. Iliados: εἷς οἰωνὸς ἄριστος ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης. Eſt enim lex.) Libro de Legibus quoq; 1. ſic diffinit: Lex eſt ratio ſumma inſita in natura, quæ iubet ea quæ facienda ſunt, prohibetq; contraria. Nec multo pòſt ratione & lege cum dijs homines coniunctos eſſe ſic colligit: Homo ſolus ex tot animantium generibus atq; naturis particeps eſt rationis & cogitationis, cum cætera ſint expertia. Quid eſt autem non dicam in homine, ſed in omni cœlo atq; terra, ratione diuinius? quæ cum adoleuit & perfecta eſt, nominatur ritè ſapientia. Eſt igitur, quando nihil eſt ratione melius, eaq; & in homine & in Deo. prima homini cum Deo rationis ſocietas: inter quos autẽ ratio, inter eoſdem etiã recta ratio cõmunis eſt: quæ cum ſit lex, lege quoq; conciliati cum dijs homines putandi ſumus. Alienam.) Dolabellæ. His uerò.) legibus ſcriptis. Oppreſsis.) ab Antonio & Dolabella. Suam.) ipſius Caſsij. Lege naturæ.) quam definiuit. Sed ut ex.) Suam nunc dicit ſententiam Cicero, poſtquam aliorũ impugnauit. Senatui placere.) ſupple cenſeo. Eum.) Caſſium. Q. Martio.) is & L. Scaurus procoſs. fuerant in Syria cum Dolabellæ decreta eſt. Perſequi.) cenſeo placere ſenatui. Aſia.) Nõ eam dicit quæ in tertia orbis parte terminos habet amnes, ab Aegyptio mari Nilũ, à Mæoti lacu Tanaim: ſed eam quam ab Oriente Lycia includit et Phrygia, ab Occidente Aegæa littora, à Meridie mare Aegyptium, Paphlagonia, à Septentrione Bithynia, quæ olim Bebrycia & Mygdonia dicta eſt, deinde à Bithyno rege ſic uocata. Eſt autem in exordio Ponti ad partem ſolis orientis aduerſa Thraciæ, opulenta ac diues urbium. à fonte Sangarij fluminis primos fines habet. Ponto.) Ponticis gentibus ad Pontum Euxinũ habitantibus. Tetrarchiæ.) quæ partẽ quartã obtinẽt, de quib. prius eſt dictũ.

Dynaſtæ)potentes & optimates, unde δυναστεία potentatus. *Vtq; Panſa.*)cenſeo ſenatui placere. *Alienus.*)hic legatus Dolabellæ erat præfectus. *C. Baßi.*)huius in epiſtolis crebra fit mentio. *Ipſius æqualis ætati.*)ac ſi diceret ab incunabulis amicum fuiſſe. *M. Bibulus.*) is præerat Syriæ, ut in epiſtolis ad Cælium, quæ ſunt in libro ſecundo familiarium, quo tempore Cicero præerat Ciliciæ, C. Thermus Bithyniæ. *Quid faciendum.*) Id autem fuit faciendum, quod fecit, ut remp. ſequeretur, & arma Pompeij. *In rectis ſententiis.*)& profectò uoluntas & cauſa omnibus in rebus, non euentus ſpectandus: iureq; ait apud Ouid. Phyllis: Careat ſucceßibus opto, Quiſquis ab euentu facta notanda putat. *Tyrij.*)maxima & antiquißima Phœnicum ciuitas fuit Tyrus, ab omni olim continente diuiſa, poſtea ab Alexandro molibus & aggere coniuncta. *Calamitates quas paſſa eſt* ab Alexandro capta, omnes euicit, & ſeipſam nauigando inſtaurauit, qua una re Phœnices omnibus ſemper præſtitere. *Syria & Phœnice.*)uicinæ regiones. *C. Caßium.*)nam præfuit Syriæ, de quo Cic. in epiſt. ad Cælium: Caßius, quod mihi magnæ uoluptati fuit, ab Antiochia hoſtem reiecerat, Bibulus prouinciam acceperat. *Memoriæ teſtimonio.*) ut recordatione potius quàm uoce teſtes ſimus. *Cenſorinũ*) de quo prius dictum. *Sectorem.*) uenditorem bonorum alienorum ſub haſta. *Latrocinio.*)latronum cœtu: ut ſeruitium eſt ſeruorum multitudo, & famulitium. *Naufragi.*) uel quia ipſi tanquam facto naufragio ad Antonium ſe receperant: uel quia cauſa ſunt ut multi periclitentur, & naufragium faciant. *Vide inquit.*) Occurrit cuipiam ſic dicenti: Si Caßius perſequendo Dolabellæ præficitur, ueteranos offendemur, qui eum quòd Iulium percußit oderint. Probat non ita fore, quoniam tria genera ſunt ueteranorum. unum eorum qui Octauium ſequuntur, & Decimum Brutum liberare obſidione ſtudent: alterum eorum qui neutræ parti ſeſe adiungunt: tertium impiorum, qui ſunt cum Antonio. Qui boni ſunt, non poſſunt inquit offendi. nam ſi ſaluum uolunt eſſe Decimum, cur eſt credibile Caßium odiſſe? Cõtra illos malos ſumpta ſunt arma: medij illi non ſunt timendi: ergo ne ueterani offendantur uerendum non eſt, qui quieſcunt, neq; Octauium neq; Antonium ſecuti. *Cæſaris.*) Iulij. *Fruantur illis.*)ueterani præmijs perſolutis. *Vel.*)etiam. *Spero.*)credo. *Aequißimum.*) dari quæ ſpopondimus.

GEORGII TRAPEZVNTII IN PHIlippicam XI. Annotationes.

MAgno in dolore.) Allato de morte Trebonij nuncio, quẽ Dolabella dolo oppreſſum in Aſia crudeliſsimè cruciatum interfecerat: & Dolabella hoſte iudicato, cum alij iudicarent priuato imperium deferẽdum, alij alterum conſulem mittendum ad id bellum: Cic. neutram ſententiam probat, quia præter morem maiorũ fiat: deinde quia inutile & inhoneſtũ tum reip. tum uerò conſulibus. ſed decernendum ut id negociũ Bruto & Caßio, qui ipſi partim in Græcia, partim in Aſia ſint, committatur. *Samarium.*)à Samaria, quæ eſt regio Aſſyriæ iuxta Palæſtinam. *Tortorem.*) A torquendo tortor dicitur. *Eculeum.*) Eculeus genus eſt tormenti. *Omniũ noſtrorum.*) pro noſtrûm more antiquo. *Ex ultima Celtiberia.*) Ea eſt Hiſpaniæ regio Celtis Gallis uicina. *Caſtrorum metator.*) Metata caſtra dicuntur, quòd metis diriguntur. *Scipionẽ.*) eum qui appellatus eſt P. Scipio Africanus minor: quem filiũ filius Africani maioris ſibi adoptauit de Paulo Aemylio. *Dues tantum tribus tulit.*) id eſt ſibi ſuffragantes habuit. *Ne refragari uidear.*) Refragari eſt ſuffragio impedire & repugnare, deriuare, detinuare. à fluuijs metaphora tracta.

PHILIPPI BEROALDI IN PHIlippicam XI. Annotationes.

CRudeli & miſerabili morte.) Progreſſa ultra mortem nimirum inhumana crudelitas, & efferata immanitas uideri poteſt illorum qui in inimicos ſæuiunt atque graſſantur ultra mortem, quibus dici poteſt illud Maronianum: Vlterius ne tende odijs. Carpitur apud poetas merito conuicio Achilles, perinde ac omnis humanitatis oblitus, qui trahit Hectorem ad currum religatum, lacerari & ſentire putans, in quo nullus reſidebat ſenſus. Fuerunt præterea non pauci qui inimicos etiam mortuos puniuerunt. Execratur apud Enniũ Thyeſtes, & dirum cruciatum optat fratri, primùm ut naufragio pereat Atreus, ut ſaxis fixus aſperis euiſceratus ſaxa aſpergat tabo ſanie, et ſanguine atro, neq; ſepulchrum quò ſe recipiat habeat. Ita ignaris homines in uita mentibus errãt, qui in mortuos acerbè ſæuiunt atq; graſſantur. *Ecce tibi.*) Familiare M. Tullio eſt ut in rebus aduerſis inopinatisq; atq; indignis uſurpet id genus elocutionis. In epiſtolis ad Atticum: Ecce tibi nuncius pueros ueniße Rom. *Inuſitatum.*) inauditum. Dialyton eſt ſiue diſſolutum: quæ rhetorica exornatio multum habet concinnitudinis. *Mortem naturæ pœnam.*) Vetus ſentẽtia celebratur: Mors miſera non eſt, ſed aditus ad mortem eſt miſer. Contrà in oratione pro Milone mortem putat naturæ finem eſſe, non pœnam. In oratione pro Seſtio: Neſciebã uitam breuem eſſe, curſum gloriæ ſempiternum: cum eſſet omnibus definita mors, optandum eſſe ut uita quæ neceßitati deberetur, patriæ potius donata, quàm reſeruata naturæ uideretur. Hinc à Ceſtio declamatore dictum eſt: Vbi eſt ſacra illa uox tua, Mori, naturæ finis eſt, non pœna? hoc tibi iam non liquet? Cæſar mortem adeò leue ſuppliciũ putabat, ut cum audiſſet Carnulium morti damnatum anticipaſſe eam, exclamauerit: Carnulius me euaſit. Et in recognoſcendis cuſtodijs, precanti cuidam pœnæ maturitatem, reſponderit, Nondum tecum in gratiam redij. *Ceruicibus caput abſcidit.*) Veteres maluerũt pluraliter dicere ceruices, quàm ceruicem ſingulariter. primus Hortenſius ceruicẽ dixiſſe traditur, in oratione contra Vatinium: Fregeris in carcere ceruicem ipſi Vectio. græcè αὐχὴν dicitur ceruix: inde κυρταύχενα, incuruam ceruicem dicunt: quod cum imitari uellet Pacuuius, improſperè ac duriter effinxit incuruiceruicum pecus. hinc ait Quintilianus: Cum κυρταυχένα mirati ſumus, incuruiceruicũ pecus uix à riſu defendimus. *Iugum impiorum.*) Dolabellam & Antonium ſignificat, qui duo ueluti coniugati copulatiq; bellum nefarium moliebantur. conſimiliter Apuleius iugum ſororium appellat ſorores duas Pſyches perfidioſißimas nequißimasq;.

O multo miſerior.) Socraticum decretum eſt, quod & à Platone atq; Ariſtotele principibus philoſophorum latißimè explicatur, peius eſſe iniuriam facere quàm pati: quod græcè dicitur, κάκιον εἶναι τὸ ἀδικεῖν τοῦ ἀδικεῖσθαι.

Dolores non miſeros, ſed laborioſos.) In ſecunda Tuſculana aſſerit dolorem non eſſe malum, & ob hoc conſequenter non eſſe miſerum, quamuis res ſit triſtis, aſpera,

aſpera, amara, inimica naturæ, ad patiendumq́; difficilis.

Cæſar Vopiſcus.) Vopiſcum priſci appellant eum qui ex duobus conceptis uno abortu excluſo, ad partum legitimũ perducitur. Polleritia expulit.) Quid ſi legas Pollentia? quod nomẽ eſt urbis tranſalpinæ, ubi lanæ pulli coloris generoſæ cenſebantur. hinc illud Silij: Fuſciq́; ferax Pollentia uilli. Fuit & altera Pollentia in Liguria in regione Italiæ nona, cuius Plinius meminit. Lyſidicum ipſum.) Vrbanitas eſt in uocabuli etymologia. nam Græcè λύσις dicitur ſolutio, δίκη iuſtitia, quaſi lyſidicus dicatur iuſti iuſtitiæq́; præuaricator, et qui, ut ait Cicero, iura ipſa diſſoluat. Germanum Cimber occidit.) Alter iocus in uerbo. nam cum intelligit à quodã nomine Cimbro occiſum eſſe fratrem, feſtiuiter alludit ad nationẽ Cimbrorum & Germanorum, tanquam homo Cimber iure Germanum occiderit. De hoc Quint. in 8. Cimber hic fuit à quo fratrem necatum, hoc Ciceronis dicto notatum eſt, Germanum Cimber occidit. Huius ſapientis patrem.) In lib. de Amicitia, ubi Lælium habitũ & nominatũ eſſe ſapientem teſtatur, inquit Fannius ad Lælium: Vnum te ſapientem appellant & exiſtimãt. Item lib. 3. de Offic. Nemo horum ſic ſapiens eſt, ut ſapientẽ intelligi hic uolumus: nec ij qui ſapientes habiti ſunt & nominati, M. Cato, C. Lælius, ſapientes fuerũt. Horatius periphraſi poetica innuit Lælium ſapientem nũcupari, ſic ſcribens in Sermonibus: Virtus Scipiadæ & mitis ſapientia Læli. In laudem Lælij maioris ſic cecinit Silius: Magnũ Dardaniæ Læli decus, omnia felix: Cui natura dedit nullo renuente deorũ. Surrexit P. Africanus.) Bello aduerſus Antiochũ magnũ Syriæ regem ſuſcepto, cõſules erant Lælius & L. Scipio, qui ambo Græciam prouinciã cupiebant. multũ Lælius in ſenatu poterat. is cum ſenatus aut ſortiri aut cõparare inter ſe prouincias conſules iuſsiſſet, elegantius facturos dixit, ſi iudicio patrũ quàm ſorti eam rem permiſiſſent. Scipio reſpõdit ſe cogitaturũ quid ſibi faciendũ eſſet. qui cum fratre P. Africano locutus, iuſſusq́; ab eo permittere audacter ſenatui, renũciat collegæ facturũ ſe quod is cenſeret. Cum itaq́; res noua certaminis expectatione ſenatum erexiſſet, P. Scipio Africanus ait, ſi L. Scipioni fratri ſuo prouinciam Græciã decreuiſſent, ſe illi legatũ iturũ. hæc uox magno aſſenſu audita ſuſtulit certamen. Experiri libebat utrum plus regi Antiocho in Annibale uicto, an in Africano cõſule legionibusq́; Romanis auxilij foret: ac propè omnes Scipioni Græciam, Lælio Italiam decreuerunt. Tabulæ populo datæ.) Suffragia apud ueteres Romanos uoce ferebantur, exiſtimabaturq́; nihil in ſuffragijs eſſe uoce melius: deinde placuit per tabellam ſuffragari: unde leges tabellariæ ortæ ſunt. Autumat M. T. lib. 3. de legibus tabellariam legem abſtuliſſe omnem auctoritatẽ optimatium. Suffragia per tabellã lata eleganter tacita uocantur à Plinio in epiſt. qui ſcribit ex tacitis ſuffragijs iocularia multa atq́; etiam fœda dictu emanare, et multos in ſuffragiorum tabellis ſcurriliter illudere. Tantum licentiæ prauis ingenijs adijcit illa fiducia, Quis enim ſciet? Namq́; ita latebra quædam data populo uidetur, in qua bonis ignorantibus quid quiſq́; ſentiat, tabella uitioſum occultaret ſuffragium. Fuerunt autem quatuor leges tabellariæ. prima Gabinia, quæ lata eſt ab homine ignoto & ſordido. Secuta pòſt Caßia eſt, à nobili homine lata L. Caßio. Carbonis eſt tertia, ſeditioſi atq́; improbi ciuis. Quarta Cælij ſiue Cratidij. Ad has tabellarias leges reſpiciẽdus eſt huiuſce loci intellectus. Prouinciam depoſui.) In oratione contra Piſonem in hanc ſententiã hæc: Ego Antonium collegam cupidum prouinciæ multa in rep. molientem, patientia atq́; obſequio meo mitigaui. Ego prouinciam Galliam ſenatus auctoritate, exercitu & pecunia inſtructam & ornatam, quam cum Antonio cõmunicaui, quòd ita exiſtimabam tempora reip. ferre, in cõcione depoſui, reclamante populo Romano. Suam lege naturæ.) Natura, ut ſubtiliter docet Plato in Gorgia, demonſtrat ut præſtantior plus habeat quàm inferior, & potentior quàm debilior. Ex hac lege naturæ Hercules Geryonis boues neq́; emptos neq́; donatos abegit, utpote naturali ipſo iure præſcribente, & boues, & cætera omnia quæ ab hominibus poßidentur, illius eſſe debere, qui præſtantior ſit atq́; ualentior. hinc reſponſum illud Gallorum ferox celebratur, qui Romanis quærẽtibus quidnam rei in Hetruria Gallis eſſet, reſponderunt ſe in armis ius facere, et omnia fortium uirorum eſſe. In decretis canonicis octaua diſtinctione, euidenter oſtenditur iure humano factum eſſe ut dicatur, hæc uilla eſt mea, hic fundus eſt meus, hæc domus eſt mea, cum lege naturæ omnia omnibus communia forent. In recta ſententia.) In oratione pro Ligario: Cauſa, inquit, dubia, quòd erat aliquid in utraque parte quod probari poſſet: nunc melior certè iudicanda eſt, quam etiam dij adiudicauerunt. Huic ſententiæ concinit illud Lucani: Victrix cauſa deis placuit, ſed uicta Catoni. Dolorẽ inurere.) Tranſlatio ſumpta à quadrupedibus, quæ cauterio & charactere ſignari ſolent. Seruorum quoq́; uultus inſcribuntur, & frontes ignito ferramento inuruntur: unde ſtigmatici dicti, quibus dolor ſignificanter & propriè inuri dicitur. Aetas ſuccedit ætati.) In hanc ſententiam ait Lucretius, Augeſcunt aliæ gentes, aliæ minuũtur. & à Laberio Mimographo dictum eſt, Non poſſunt primi eſſe omnes omni tempore: Cecidi ego, cadèt qui ſequũtur: laus eſt publica.

BARTHOLOMAEI LATOMI IN

Philippicam XI. Annotationes.

ARGVMENTVM.

L. Dolabella proconſul cum Syriã obtineret, in quam inuito ſenatu ab Antonio miſſus fuerat, & C. Trebonium Aſiæ præfectum noctu Smyrnæ circumuentum, crudelem in modum interemiſſet, ea re Romæ nunciata, hoſtis à ſenatu iudicatus eſt: cumq́; conſultaretur de Imperatore in id bellum eligẽdo, alij cenſebant priuatum Imperatorem extra ordinem mittendum eſſe, alij alterum ex coss. Quas ſententias improbans Cicero, hanc orationẽ dixit, in qua primò deplorat mortem Trebonij, cum graui in Dolabellam & Antonium inſectatione: monens, ab utriuſq́; immani crudelitate cauendum eſſe. Deinde improbatis contrarijs ſententijs, cenſet bellum contra Dolabellam Caßio & Bruto, qui in iis partibus erant, mandandum eſſe.

MAgno in dolore.) Incipit à deploratione mortis Trebonij, quam ſtatim confert ad amplificãdam Dolabellæ & Antonij crudelitatem. Magno.) Ab ipſa re quaſi incipit, habetq́; uim ad beneuolentiam. eſt enim gratioſum, interitum clarißimi uiri enumerare. Perſpeximus.) Declarat. Alter.) Antonius. L. Cinna.) Contraria exempla, quibus amplificat crudelitatẽ Dolabellæ. Ecce.) Demonſtratio inopinatæ rei. Sed ille.) Dolabella. A ſocio.) M. Antonio. Quid ergo.) Amplificat ex conſilio Dolabellæ. Omnes qui liberè.) Reſpondet per ſubiectionem, oratoriè. Hoſpes.) quod grauius eſt & crudelius.

crudelius. Incremẽtum adfert orationi & uehementiam.

Quamobrem.) Hortatur à communi periculo, ut caueant ab Antonio, & libertatem defendant. Brutus.) Decimus. Colligauit.)conſtrinxit,impediuit. Curſim.)celeriter,ad ſcelus, non rem gerendam. Quodopus fuit.) Delabitur in narrationem oppreßi Trebonij. Totus locus ſpectat ad incitandum ſenatum, & confirmandum bellum contra Antonium & Dolabellam. Agros.) Aſiæ in Ionia. hunc autem obiter uituperat ab egeſtate. Adſpem.)ſcilicet prædæ. Paſtum.)rapinam.

Conſecutus.)legionem. Secutæ collocutiones.) Obiter excuſat imprudentiam Trebonij in inſidijs euitandis. Dextræ.)manus. Nocturnus.)clàm per inſidias. Incautus.)imprudens. Ex quo.) Conuertit narrationem ad ſcopum. Conſularem.) Confirmat narrationem. Nemmi.) Addit cauſam odioſè. Liberalis.)benignus. Inceſto.)impuro. Ceruicibus.) Ceruices quæ iungunt caput humeris,pluraliter. Quid loquar de.) Prorumpit in affectum, & parem crudelitatem confert in Antonium. Teterrima.) Loquitur aſſeuerãter,cum indignatione. Detineri.)impediri. Ponite.) Facit ὑποτύπωσιν.

Ponite igitur.) Redit ad Trebonium, & necem eius ante oculos ſubijcit. Vrbem.)Smyrnam. Os.)aſpectum, uultum. Infame.) Erat enim famoſus impudicitia Dolabella. Magna laus.) Laudat Trebonium, & Dolabellæ ſcelus amplificat. totũ eſt cum affectu. Eſt enim ſapientis.) Locus communis. Accidere.)quia improuiſa tela grauius feriunt. Modicè.)patienter. Quanquã.) Parentheſis, ad uituperationem. O multo.) Iam conuertitur ad Dolabellam. O multo miſerior.) Excurrit in locum communem de dolore, & miſerũ Trebonium fuiſſe negat, ſed miſeriorem Dolabellam. Dolores.) Eſt locus communis ex Philoſophia, dolorem non eſſe malum.

Perditißimi.) Intelligit Dolabellam. Nam quo.) Hoc quod dixit, probat. Miſerior igitur.) Epiphonema.

Cruciatus.) laceratus, excarnificatus. In qua re.) in quo ſupplicio. In ciue.) Ex minori. Nam ceteris) Negat ullam collationem eſſe poſſe. Totus locus affectum habet, ſed duplicem: alterum Dolabellæ, & alterum Trebonij. Eſt rhetorica apophaſis, augendi cauſa. Conſilium.) Hoc dicit, quia fuit ſocius coniurationis in C. Cæſarem. Lætatus.) gloriatus. Verecundo.) modeſto. Dij.) Eſt dolentis & pœnitentis. Et hic dij.) Purgatio ab imprudentia, quòd aliquando amicus fuerit Dolabellæ. Etenim Dolabella.) Redit ad Antonium, & monet etiam amplius ab eo cauendum eſſe: demonſtrat quos habeat ſocios ſceleris impulſores. Primùm.) Explanat quod dixit. Quam facem.) quod incitamentum ſceleris & audaciæ. Voraginem.) Hæc ad auaritiam referuntur. Niſi fortè.) Alij codices ſic habent, & rectè, opinor: Niſi fortè damnatus etiam à uobis populoq; Romano putat altercari uobiſcum, homo ſummo ingenio, ſumma potentia, &c. quod totum ironicôs dicitur, uſq; Qui tamen. Niſi.) Irriſio. Quanquam.) Corrigit quod dixit. Credo.) Et hoc ironicôs. Defendente.) patrono. Palma.) uictoria in iudicio, fuit quinquies abſolutus, ſextò non potuit abſolui. Fide optima.) Ironia. Clarißimum) Ad contemptũ dicit. Qui tamen nunc.) Hi fuerant iudices, ut opinor, qui lege iudiciaria Antonij iudicauerant, quam poſtea ſenatus aboleuit. Neſcio.) contemptim ad obſcuritatem, habet diminutionem. Cæſar.) Iulius. Metator.) diuiſor. caſtra metari, eſt caſtra ponere. Alijs.) urbibus. Capho.) ſ. eſt. Veteranus.) miles. His.) ſuis aſſeclis, ſectatoribus. hæc omnia ſunt crimino ſa. Dotem).prædam. Dos propriè in nuptijs, hic trãsfertur. Antonius hæc bona dederat poſt mortem Cæſaris. Nutriculas.) Nutriculas, id eſt fructus quibus alerentur donec maiora acciperent. Pueri primùm ſunt ſub nutricibus, deinde aluntur firmiore cibo. hinc ſumpſit metaphoram. Ferremus.) pateremur. Bellum.) ab Antonio contra patriam. Quid illa.) Ordine deſcribit plures. Eſt ironia. Diuiſores.) agrorum qui uacui erant in Italia. Latam.) ab Antonio. Commentatus.) ſcripſit. Mimos.) genus fabulæ. Proſcripta.) in auctione, ut uenderentur propter æs alienum. Tanta.) Ironia eſt. Procurator eſt, qui alienum negocium agit. At hic.) Scelera quædam commemorat. Prodigè). Perſtat in ioco. Videte etiam P.) Ludit in Publium Decium, & Trebellium. Clarißimi) Ironia. Deuouit.) id eſt ad interitum dedit, Antonium ſecutus. Alludit hoc loco ad exemplum maiorum. alter Decius ſe uouerat pro republica ad placandam iram numinis. Emptor.) Ironia. nemo uoluit emere bona illius clarißimi uiri, præter Antonium. Poteſt etiam non eſſe ironia. Se exire.) ſe liberari ære alieno. Furiæ.) ultrices, quæ debita ulciſcuntur. finguntur à poetis etiam uiuos agitare & uexare. Tabularum nouarum.) Vult Trebelliũ pœnas dediſſe quòd nouis tabulis reſtiterit, quia ipſius bona poſtea fuerint proſcripta. Vindicem.) Irriſio faceta, & arguta. Ipſum in Græco.) In abundat. Illum.) Antonij. Lyſidicum.) quaſi iure diſſolutum, à uerbo λύω ſoluo, & δίκη ius. Niſi fortè.) Ludit ex ambiguitate uerbi in Cimbrum qui fratrem occiderat. Germanum Cimber.) Gens Cimbrica occiderit Germanicã gentem. Cum hanc.) Nunc colligit ſententiã, & intentionem. Quapropter ut.) Comprobat Fuſij ſententiam, et ſuſpicionem leuitatis remouet. Ex quo.) Obiter excuſat ſe. Dißidere.) cum datiuo, ſicut aſſentior, id eſt diſſentio à Q. Fuſio. eſt noua figura. Dixit.) Declarat. Nũc quoniã.) Tranſit ad alterã partem de Imperatore eligendo. Impiorũ.) ciuium. Duæ.) Propoſitio bipartita. Alienum.) inutilem. Nam extra.) Propoſuit duas ſententias, nunc pergit improbare. Ventoſum.) gratia & fauore collectum, ambitioſum, leue. Bello Antiochi.) Exemplo probat extraordinarium imperium ſemper à maioribus improbatum fuiſſe, ſemperq; ordinarium quæſitum. Ordinarium imperium eſt, quod magiſtratus ordinarius obtinet: ut conſul, uel prætor. Bello.) Locus ab auctoritate.

Obuenißet.) ſorte. Roboris.) fortitudinis, conſtantiæ. Animi.) conſilij. Negocium.) bellum. Deprecatus eſt.) precibus auertit. aliquando eſt precari, aliquando precibus depellere. Legatum.) hodie uocant lieutenant.

Punico tertio.) Colligit multa exempla. Seruat ordinem temporum. P. Scipionem.) Minorem Africanum. Cum Ariſtonico.) Aliud exemplum. Flacco.) L. Valerio Flacco. Tribus tulit.) id eſt duarum tribuum ſuffragia. Cn. Pompeij.) Occurrit contrario exemplo Pompeij, & dißimilitudinem oſtendit. Turbulenti.) In uerbo eſt poſita infirmatio. Fuerunt Gabinius & Mummius, quorum alter Piraticũ, alter Mithridaticum lege ad populum lata mandauerat. L. Cæſar.) L. Cæſar bellum contra Dolabellã P. Seruilio Iſaurico mandandum cenſebat, quod reprehendit Cicero. Comitia.) oratoriè

appellat

appellat ſuffragationem in ſenatu, ſicut in campo. quam rem uult indignam eſſe, & decernendæ libertati contrariam. Itaq; & ambitionem uocat, hoc eſt precariam ſententiarum tanquam ſuffragiorum collectionem. Priuatus.) is eſt, qui in magiſtratu non eſt. Homini) Seruilio.

Ambiamus.) Ironica conceßio. Tabula modò noua.) Populus Romanus cum uoce ſuffragia ferre antea conſueſſet, poſtea ut liberius ſuffragaretur, tabulam accepit lege Caßia. Quæ comitijs.) Oſtendit incommodum & iniquitatem huius ſententiæ. Præteritus.) repulſus.

At enim, nam id ex audio.) Occurrit obiectioni, & diſſimilitudinem in Octauio Cæſare oſtendit. idem fecit ſuprà de Pompeio. Dedi.) ἀνθυποφορᾷ occurrit, & reſpondet ex ſua perſona. Mihi.) toti reip. A quo.) adoleſcente Cæſare. Aut imperium.) Per ſubiectionem. Eripuiſſetis.) hoc ſi non confirmaſſetis. Subeſt tacita finitio.

Contuleram.) Antonio relicto. Faſces.) inſignia imperij, in quibus eſt auctoritas. Obſecro.) ἀποστροφή.

Peritißimo.) ab auctoritate. Sed de.) Abrumpit hunc locum. Refragari.) eſt contrarium ſuffragium dicere, obſtare, impedire. Etſi.) Correctio. Illa uerò P.C.) Venit ad alteram ſententiam, quam bifariam reprehendit. Dignitate.) Facit obiter quaſi partitionem. Aliena à conſulum dignitate.) Ita legendum eſt. Sortiantur.) ſortitione eligantur. Parricidæ.) Antoniani.

Geramus.) A tempore. Conſulibus.) Hircio & Panſæ. Materiam.) Hoc addit epiphonematicôs. Suſpicioni crimen.) Si Brutus deſertus & proditus eſſe uideatur. Crimen.) proditionis. Materiam.) cauſam inuidiæ. At uerò ita.) Occurrit defenſioni, & negat committendum eſſe, ut Panſæ animus à cura liberandi Bruti aliò diſtrahatur, neq; id fieri poſſe. At uerò) Hoc pertinet ad alterum caput orationis. Decernunt.) Occupat quod dici poteſt. Reſtabat.) Reprehendit talem defenſionem. Quamuis.) Iam ad Panſam conuertitur, ut explanet quod dixit. Clarißimum.) Brutum. Natura.) conditio rerum. Subeſt ἀνθυποφορὰ in hac ſententia.

Deriuare.) transferre. Cogitando.) nedum agendo, quod minus eſt. Adde iſtuc ſermones.) Oſtendit turpe fore Panſæ, ſi Bruto deſerto Syriam expetiſſe uideatur.

Inuidiam.) quæ conſequetur. Qui.) Explanat.

Prouinciam.) Galliam ciſalpinam. hoc fecerat Cicero in conſulatu, cum Antoniū collegam habebat: & conceſſit eam Antonio, ut melius ſentiret de repub. & Catilinæ coniurationi obſiſteret. Incendium.) Catilinæ coniurationem. Quicum.) cum quo. Parentheſis ad rei confirmationem. Collega uir.) Auget comparatione collegæ.

Collega.) Hircius. Nihil.) Declarat. Decertat.) contra Antonium. Vereor ne exercitus.) Addit incommodum turpitudini. Delectus.) Qui habitus fuerat à coss. Neceßitate.) Non quia coacti fuerant dare nomina, quod ſecundum claſſes fiebat. Tardentur.) languescant. Quòd ſi prouinciæ.) Occurrit improbationi, & pollicetur Coß prouincias in aliud tempus. Signum.) Palladium. Hunc.) Amplificat Brutum. Vobis.) conſulibus. Agitur.) Ipſe declarat quid agatur.

Quid ſi etiam.) Aliud incommodum, à quo confirmando remouet quæ opponi poſſunt. Sententia.) quæ decernit ut prouincias ſortiantur. Quò) ut. Ciuitatum.) rerumpublicarum. Mittent) Occurrit oppoſitioni. De ſuo numero.) ex optimatibus, ex his qui rempublicam conſeruatam uolunt. Valde.) Ironia. Clarißimo uiro.) ex pari, uel maiori. At hominem.) Alia oppoſitio: Sophiſtæ replicam uocant. Dandum.) extra ordinem. Vnum indicio.) Ex maiori ad minus.

Expedito nobis.) Ex antitheſi uenit ad ſuam ſententiam, & decernit Caßio & Bruto imperium mandandum eſſe. Legitimum.) non extraordinarium, legibus conſtitutum & eſt quaſi quædam partitio. Is.) talis. Decernerem.) Pergit ſtatim confirmare ab opportuno. Colligaſſemus.) defixiſſemus, obſtrinxiſſemus.

Vergere.) inclinare. Non ut.) Addit cauſam.

Ipſa acies) ipſe exercitus Bruti. Tranſmarinum.) in Græcia. Grauem.) difficilem captu, expugnatu.

Illyricum) aliâs Oricum. Quanquam.) Facit correctionem, ne uideatur confirmare partes aduerſariorum.

Manicas.) uincula: id eſt, ſe dedere, præbere manus, ſe dare in poteſtatem. Per ſe.) ſuo conſilio. Senatus.) auctoritatem ſenatus. Neceſſe eſt enim in.) Permittit rem conſilio Bruti, & hinc utiliter delabitur ad comprobationem eorum quæ ab illo & Caßio priuato conſilio in Græcia & Aſia acta fuerant. Locus habet uim defenſionis contra obtrectatores Caßij & Bruti. Ipſe ſibi.) ipſe ſtatuit ſuo priuato conſilio, ſuo conſilio priuato geſſit. Temporibus.) caſibus incertis, ſubitis. Moribus.) legibus. Nec enim.) Quod dixit, confirmat, & explanat. Putarem.) haberem. Alterius.) Caßij. Neq; enim) Comprobando defendit, & declarat. Macedoniam.) in prouinciam C. Antonij. Sua.) ut ſui iuris eſſent. Oblitum.) contaminatum, penultima correpta. à lino, facit litum: inde litura. Parricidio.) cæde Trebonij. Nam ni.) Confirmat. Quid C. Caßius.) Quæ dixit de Bruto, eadem confirmat de Caßio. Eo.) ipſo. Reſpondet. Vt omnia.) Declarat. Lex nihil.) Elegans definitio, & uerißima. Ratio.) uoluntas. Quum P. Dolabella.) Colligit ſententiam ſuam, & imperium Caßio decernit. Crudelißimi.) propter cædem Trebonij. Vt iis.) Addit cauſam. Iura.) interficiendo proconſulem. Parricidio.) Oratoriè uocat. Placere.) cenſeo ut placeat. Proconſule.) Syriæ ante Dolobellam.

Imperandi.) curandi in uſum bellicum. Deiotarum.) Hic rex Gallogræciæ fuit. Tetrarchæ.) qui quartam partem regni obtinebant. Non immemorem.) gratum.

Ab his.) imperatoribus. Succeſſum.) ſucceſſu datum.

Hoc ſenatuſconſulto.) Confirmatio ab animo & copijs Caßij. Animum.) fidelißimum erga remp. Alienus.) Enumerat copias Caßij, & amplificat. Inſtitutus.) Inſtructus legendum. Laudat ab utili, ad amplificationem. Sylla) L. Sylla dictator. Fumus.) Colligit teſtimonia. Propinquis.) Gallogræciæ. In quo quid faciendum.) Deiotarus Pompeij partes ſecutus fuerat, quamuis pax bello melior fuiſſet. Delectus.) collectio exercitus. Syria & Phœnicia.) Sunt coniunctæ regiones. Fortem.) à perſona Caßij. Peritum.) rei militaris. Magnas.) Hoc explanat. Impetu.) nam faciebant incurſiones. Cuius.) Addit cauſam cur laudem hanc maximam prætermittat. Prædicatio.) laus. Omnibus.) nempe Cæſarianis. Animaduerti P.C.) Occurrit reprehenſioni, & à perſonis defendit. Animaduerti.) Facit contentionem. Ornari.) laudari, honoribus & imperijs affici. An Antonios.) Sunt argumenta ex repugnantibus, & ex pari. Quid D.) Hic ſubeſt argumen-

argumentum ex pari. Sectorem.) bonorũ uenditorem. à ſectando: quòd lucrum ſectando emerent, ac facerent auctionem. Tantum abeſt.) Aſſeueranter ſubiungit. Ego autem ueteranos.) Animaduertit & aliam obiectionē, quam primò negat, deinde defendit. Quibus ſanitas.) Diſtinguit quos debeat tueri. Legio.) Legiones habebant nomina à numero, aut aliquo euentu. Qui autem.) Facit tria genera ueteranorum. Saxæ ſe &.) Qui ſunt in copijs Antonij. Ego autem.) Colligit ſummam diuiſionis quam fecit Vtriſq;.) et reip. et Antonio. Tertio.) Antonianorũ. Dolorem.) quaſi inuro ſtigma ignito ferro. Metaphoricôs. Quanquã P. C.) Defenſio contra ueteranos, ab indigno, & utilitatis contentione. Tyrones.) nouitij, adhuc rudes, quorũ multi erant in exercitu D. Bruti contra Antonium. Legiones.) conſcriptæ. Cæſaris.) C. Cæſaris defuncti. Vincunt.) ueteranos. His.) qui remp. defendunt. Illis.) ueteranis. Perſoluta.) à C. Cæſare. Vel perſoluantur.) Correctiua particula, pro imò Spopondimus.) promiſimus.

IN XII. M. T. CICERONIS PHILIPPICAM FRANciſci Maturantij Commentarius.

LEgati qui ab initio poſtq̃ obſideri D. Brutus cœpit, miſſi ſunt, redierant re infecta, et Antonius urgere obſidionē deſtiterat nunq̃. Amici tamē & fautores eius L. Piſo & Q. Fuſius Calenus in primis rurſus honeſtæ pacis ſpem faciebant, & in eam ſententiã etiam coſ. Hirciũ adduxerãt, ut pacē uelle Antoniũ crederēt omnes. idq; ut crederent, multis etiã impellebãtur argumentis & ſignis: ex quo actum in ſenatu eſt de legatis iterum mittendis: delectiq; ſunt P. Seruilius, & M. Cicero. Compertum inde eſt falſa fuiſſe quæ de Antonio ab amicis promiſſa fuerant, nec ad pacem ullam, niſi qua dignitatē ſuam retineret, ſenatus minueret, deſcendere uelle. Ergo Cicero deceptos dicit & proditos, ac cauſam Antonij ab ijs qui huiuſmodi de pace diſſipauerint ſermones, actam, publicam eſſe neglectam. Hortatur conſilium commutent, nec legatos mittant: idq; ſi fiat, & inutile & turpe reipub. fore, pluribus probat rationibus. Multa in Calenum dicit: armis perſequendum ſuadet Antonium, & in incœpto permanendũ: nec deeſſe uim & facultatem ad illum actutum opprimendum. Quòd immineat periculum ſi pax concedatur, oſtendit, & ne concedi quidem honeſtè poſſe. In ſe uerò deligendo maximè erratum probat, eamq; legationem & periculoſam ſibi futuram, & reip. minus utilem: & tamen ſe totum periculum magis ex reip. commodo, quàm ex ſuo metiri uelle. In deliberatiuo genere poſita eſt hæc Philippica, ut cæteræ. Exorditur per locũ conſolationis à ſocietate in errore. Nam cum alios & eoſdem ſapientes in eadem re uidemus errare, in qua erratum à nobis eſt, leuius de errore noſtro dolemus. Errauerat quidem Cic. quòd Antonij amicis pacis ſpem afferentibus crediderat: ſed in eodem errore reliqui Senatores, & ipſe Conſul fuerat: ex quo erroris ſui dedecus modeſtius ferebat. Falli.) apertè. Decipi.) occultè & per fraudem. Errare.) per ſe & ſua opinione labi. Duo Conſulares.) Piſo & Calenus. Aliquod uulnus.) aliquid quod eum ueluti uulnus cruciaret, & tamen latêret. Apud alterum.) Piſonem. Vxor.) Fuluia. Alter.) Calenus. Literas mittere.) quod ſuperius dictũ, Deditionem.) Antonij. ſic enim ſpondebant eius amici fore ut ſe dederet. De imponendis.) hoc enim futurum uobis perſuadebatis ut leges & conditiones Antonio imponeretis, non re uera acciperetis ab eo, quoniam dare, non accipere uolebat. Quorũ in uultu habitant oculi mei.) à quorum uultu oculos nunquam remoueo. Quod ſi ita non eſt.) ſi hæc uera non erant, cur à Piſone & Caleno mentio pacis facta eſt tam importunè? neq; enim ſine cauſa credibile erat fieri, etſi negabat uterq; rem ullam nouam ab Antonio allatam, & ſe quicquid facerent, ſponte ſua dicebant facere. Exiſtimabant enim non eſſe integrũ à legatis mittendis abſtinere, poſtquam delecti ſemel fuerant: et id agebant, ut è ſenatu amouerent duos acerrimos Antonij inimicos, Ciceronem & Seruilium, ac periculo obijcerent.

Pacificatoria.) pacis, ut dicebant, cauſa decreta. Nouo conſilio.) mittendi legatos. Si in re nihil eſt noui.) Si nihil ab Antonio nouum allatum eſt. & permanet in ſententia in qua fuerat prius. Præſtrinxerat.) clauſerat & obcæcauerat. Vicarij.) qui loco alterius ponuntur ut illius uicem gerant, et pro illo ſint uel in magiſtratu, uel in quauis alia re. Capti.) decepti. Ne ſi à Mutina quidem.) Verba hæc Fuſij fuerant, qui in hanc ſententiam locutus erat, non eſſe audiendum Antonium, etiam ſi à Mutina recederet, niſi in ſenatus poteſtate futurum ſe polliceretur. Verùm durum uidebatur ſinere impunè abire Antonium, ſi à Mutina recederet, & ſe in ſenatus diceret poteſtate futurum, & tamen fracti ſumus nos, et ceſſimus Antonio. Sed dic mihi Calene, recedit ne ipſe à Mutina? Valde uobis &c.) Ironicè, ac ſi dicat, minimè committendum eſt ut uos legatos mittendo, & cedendo Antonio, perdatis auctoritatē. Neq; enim ſine ueſtro dedecore facere poteſtis, ut illius dignitatis, quæ nulla eſt, rationem habeatis. Per ſe.) ſuo, non fortunæ uitio. Si iacens.) ſeſe ante nos proſternens & ſupplicans. Nobiſcum ageret.) Si poſtularet ne ſuam amitteret dignitatem. Quanquam.) Voluit dicere, quanquam omnino non audirem. Statim.) Nunc reſiſtendum eſt, & nihil differendum. Concedenda libertas.) ut nos ipſos illi tradamus & noſtram libertatem, ac ſeruiamus. At non eſt integrum.) Rurſus occurrit obiectioni Caleni. Quid autem.) Reſponſio. Tritum eſt prouerbium, ſapientis eſſe, cum licet, mutare propoſitum.

Reſtitui.) reuocari in integrũ. Poſteriores cogitationes.) ſed prouerbiũ eſt, poſterioris cogitationis & ſapientiæ plenas domos eſſe. Illa caligo.) qua obcæcati errauimus. A noſtris) à P. Seruilio, quod ſequentia mox indicant. Inquit.) P. Seruilius. Nec mirum.) Hæc quæ dixiſti contigiſſe Seruili. Suſpicionem.) proditionis, ne nos uideretur & remp. prodere, quòd tam repentè mutata ſententia de pace loqueretur. Profeſſos eſſe.) apertè oſtendiſſe. Ex duobus.) exercitibus Hircij conſulis & Octauij. Luſtratus.) pro more Romano. conſtitutus enim in campo Martio luſtrabatur expiabaturq;: id quod Seruius Tullius rex inſtituit. Vt.) quamuis. Inſiſtet.) conſiſtet, non dimicabit. Patauini) Venetiæ ciuitas Patauiũ cunctas olim eius urbes excelluit. Strabonis ætate cenſi in ea ſunt quingenti equeſtris ordinis uiri. Idem ait, Priſcis annis centum uiginti militum millia miſiſſe conſtat. Communicata rep.) Donati enim ciuitate fuerant Patauini, et reliqui eiuſdem regionis inſigniores populi. Eius.) reip. Conſciſſus.) laceratus. Superius Philippica quinta,

Decretis ueſtris eum conſcidiſtis. Delata.) conceſſa & tradita: niſi fortè locus corruptus eſt, & relata legendum. nam Philippica quinta ait, Senatus etiam cōſulta pecuniæ accepta falſa referebant. Peculatus.) furti publici. Venierunt.) uendita ſunt. Ex tabulæ.) immunitatū & priuilegiorum. Veſtitus fœditate.) in ſagis, militari ueſte depoſita. Neq; noſtri ordinis.) Senatorij, ſed externos ſocios eorum. Tyrones.) Numiſij, Muſtellæ. In quo.) Senſus eſt & ordo, neq; in hac legatione eſſe me conuenit, neque ad conſilium deliberationemq́; de tali negocio accerſiri, in quo ſi non ad pacem accipiendam ab Antonio corrogamur, & ego à cæteris non diſſenſero, ita fiet, hoc eſt, id accidet, ut populus Rom. mihi imputaturus ſit, ſi quid peccauerit Antonius, cum aliquid ei remiſſum cōdonatumq́; de erroribus & peccatis fuerit, aut à uobis liberè conceſſum. dicet enim mea culpa fieri, qui conſenſerim, & non ut inſtitueram, perpetuò repugnauerim. Princeps ſagorum.) auctor ſaga ſumendi. Eiurabant.) ualde iurabant.

Confixum.) quaſi uulneratum. De Antonio non laboratis.) non curatis quo animo laturus me ſit. Petiſſio Vrbinati.) ex Vrbino Vmbriæ ciuitate nunc inſigni. Ex naufragio.) Loquitur per translationem ab iis qui periclitantur in mari, & naui fracta enatant. Luculenti.) ampli. Municipij mei.) Arpinatis. Aquilæ.) apud Aquilam Pollertiam.: uel aquilæ primipili, hoc eſt uexillo Centurionis, et militibus qui ſub ea aquila erant. uel Aquila proprium nomen eſt. Primipilus autem Centurionem ſignificat. Duos prætores.) Erant enim cum Antonio prætores duo. et infrà inquit Philippica tertiadecima, Duo prætores ſine cauſa diffiſi ſe aliquid habituros. horum alter Caius fuit, alter Cenſorinus. Non trib. pl.) Saxam Decidium. Duos deſignatos.) T. Hoſtilium & Viſenium. de ijs omnibus ſuperius multa dixit, & plura dicet in ſequentibus. Non potero frangere.) ſi non licebit frangere & depellere, occultabo tamen. Vt optāda mors eſſet.) Quicunq; enim eos repetat animo cruciatus, quibus & uiuum et mortuum affecit Trebonium Dolabella: is mori mauult quàm ea experiri quæ uictori collibuerint, ſi in eius ueniendum ſit poteſtatem. Ad eum exitum.) quem mihi propoſueram, ut pro republica perirem. A ſupero mari.) Adriatico.) Ab infero.) Tyrrheno. Media Caſſia.) quæ Velios ducit & Narniam ac Peruſiam. Diſcriminat.) diuidit ferè per medium. Lentonis Ceſenij Septemuiralis.) hic unus erat ex Antonij fœliſſimo comitatu Hetruſcus. huius etiam prius meminit. Panſa.) uocatiuus eſt. Ventidius.) & hic Antonianus erat, cognomento Baſſus. fuit autem Picens loco humili. mater eius à Pompeio Strabone Magni Pōpeij patre Sociali bello quo Aſculanos ſubegit, capta eſt. de Parthis primus omnium triumphauit. publico funere elatus eſt. Plura de eo Aulus Gellius libro 14. capite 3. & Plutar. in Antonio. Hic quædam etiā præſidia habeo.) Ironicè, & in contrarium uertenda omnia. Terminalibus.) die feſto Termini, cui poſſeſſores agrorum uicini ſacrificabāt 11. Calend. Mart. Ouidius Faſtorum libro 2. Termine, ſiue lapis, ſiue es defixus in agris Stipes, ab antiquis tu quoq; numen habes.

Præſidium ſtatiuum.) firmum & permanens: ut ſtatiua caſtra, in quibus diutiſſimè conſiſtit exercitus. Semel cecidi ſciens.) quando in exilium abijt, & tempori maluit cedere, quàm ferro, cum poſſet depugnare, urbem media nocte egreſſus. Lectis uiribus.) operarū Clodianarum,

Cum ſeptus ſis.) Obiectio eſt, cui reſpondet. Militari uia.) Vias publicas, inquit Vlpianus, prætorias dicimus, uel conſulares, uel militares, quæ publicè iterentur, & cōmearentur. Vicinales uerò quæ in uicis ſunt, aut in uias ducunt. Viæ priuatæ, quæ in agris quibus impoſita eſt ſeruitus, & ad alterius agrum ducunt. Num idem.) quod nunc facio. Tramitibus.) uijs anguſtioribus. Sed effugi.) Eſto hæc omnia euentura ſint. Cn. Pompeius.) Fuere eodem tempore Pompeij illuſtres tres. Is qui Pompeius Strabo cognominatus eſt, Cn. Pompeij Magni pater. Qu. Pompeius qui cum L. Sylla conſul fuit, & orator illo tempore haud contemnendus ſcripta quædam reliquit, quod Cicero tradit in de Claris oratoribus. & Cn. Pompeius Sexti filius, ſub quo adoleſcentulus militauit Cicero. Is Picentes prælio fudit, & obſedit: propter quam uictoriam Romæ prætextæ aliaq́; magiſtratuum inſignia ſumpta fuere. Conſul Marſos acie uicit. auctor Liuius libro 74. ab Vrbe condita. Bina.) Romanorum, & Marſorum. Sylla cum Scipione.) Cum rogatione Sulpitij Mithridatica prouincia adempta Syllæ, Mario eſſet adiecta, Sylla hoſtiliter cum Qu. Pompeio Conſule Vrbem ingreſſus, Marium & ſocios Vrbe expulit. ad Mithridaticum bellum profectus eſt. Octauius interim Cinnam pellit. is confugit ad partes Marij. redit Marius. plures cæduntur Syllanorum, & nobilitatis cædes fit. Exul & hoſtis Sylla. ſed tandem uictor reuertitur ex Aſia. undiq; ei occurritur ab imperatoribus XV. ut ipſe dicebat, inuictiſſimis, quadringentas & quinquaginta cohortes habentibus. inter hos C. Norbanus & L. Scipio erant conſules. ſed C. Norbanus uictus illico eſt, & intra Capuam clauſus. alterum conſulem L. Scipionē Sylla in quanto eſſet periculo undiq; hoſtibus circumcluſus, animo reputans, ad pacem eſt hortatus: ad quam cum inclinaret ille, habita ſunt plura colloquia. Tantiſper autem à Syllanis. cum commeare militibus utriuſq; imperatoris per caſtra liberè liceret, & colloqui, Scipionis argento corruptus eſt exercitus, & perſuaſus ut relicto duce ſuo ad Syllam tranſiret: factumq́; eſt ut ſolus penè relinqueretur Scipio. eumq́; interimi poſſet, dimiſſus eſt. Auctores Liuius libro 85. & Plutarchus in Sylla. Inter Cales & Teanum.) Cales, de quo fabuloſa quædam tradit Silius, & Teanum cognomento Sidicinum, Oſcæ gentis in Campania inſignia fuere oppida.

Alter.) Sylla: cum quo omnis erat nobilitas nam optimatum partem fouebat. Alter.) Scipio. Socios belli.) commilitones & populares. De auctoritate ſenatus.) per Marium, Sulpitium, Norbanum, Carbonem, ac alios complures diminuta, & penè abolita. id enim conqueſtus eſt Sylla. De ſuffragijs.) de ſublato iure ſuffragiorum. omnia enim pro libidine agebantur paucorum. Iure ciuitatis.) quæ amplius ius ſuum & decus non obtineret.

Leges & conditiones.) de fœderibus quibus ſe obligarent. Non tenuit fidem.) ſolicitato clàm muneribus per emiſſos à Sylla Scipionis exercitu & traducto. A ui.) Eſt enim à cæde temperatum, et Scipio dimiſſus, cum interfici poſſet. Aequè.) ita eſſe ut Scipio fuit, procul à ui & periculo. Et ſi hic non poſſumus.) Romæ, ubi tuti ab Antonio non ſumus. Me.) quem ille odit uehementiſſimè. Vna ſententia.) ut omnia ad ſenatum reijcienda dicam. Vt bellis confectis.) Mos fuit Romanis, quoties aut populos ſubegerant, aut regionem aliquam in formam redegerant prouinciæ, ut decē aut plures mitterent legatos,

qui

qui populorum illorũ aut prouinciæ ſtatum ordinarent, poſtulata publicè priuatimq; audirent: & quæ concedenda eſſe iudicarent, ea concederent, rataq; ea habiturum ſenatus ſe recipiebat. nunc ſibi & collegis hoc non licere aut permiſſum eſſe dicit Cicero, ſed ut audiant duntaxat Antonij poſtulata, & ad ſenatum reijciant. Quæ cum agam in conſilio.) cum Antonij poſtulata ad Antonium reijciam. Diſtineri.) differri. Hoc meum conſilium.) omnia ad ſenatum reijciendi. Certè ſcio, & cætera.) Occurrit obiectioni. Sed quoniam modo.) & ſi non timemus eos, quoniam ne ipſi quidem timeri uolunt. Ad ſuum uim.) uolentes ut pro eorum potentia omnia decernamus, & ut ipſis libet. Hæc quoq;.) Eſto tutus futurus ſit acceſſus, non erit reditus tutus. Vel dignitas.) qua amiſſa, haud magnopere in uita ſupereſſe optaſſet Cicero.

GEORGII TRAPEZVNTII IN PHIlippicam XII. Annotationes.

ETſi amici & fautores Antonij ſenatũ in eam ſpem adduxerant, ut crederent M. Antonium conſilium mutaſſe, & ad ſanitatem reuertiſſe, ex quo actum fuerat in ſenatu de mittendis legatis: poſtea cognitum eſt nihil eorum eſſe quæ de Antonio promiſſa ſenatus erant, & illum in ſententia perſtare, nec ad ullam pacem uelle deſcẽdere, niſi quã dignitatem ſuam retineret, ſenatus imminueret. Suadet igitur Cicero ut cum decepti & proditi fuerint, conſilium commutent, nec legatos mittant, quod & inutile & turpe reip. futurum ſit: ſe autem quam legationem ſuſceperit, quòd ea ſibi periculoſa, nec reip. ſalutaris futura ſit, ut hementiſſimè deprecari. Falli.) fallimur opinione. Decipi) decipimur ab alijs per fraudem. Errare.) Errant qui certam uiam non uident. Dari uicarij ſolerent.) Vicarij ſunt qui gerunt magiſtratum uice alienius: unde iſtorum uicarij dicuntur. Contaminatos.) inquinatos, pollutos. Excitiumus.) excitauimus. Eiurabãt.) ualde iurabãt. cõpoſitũ eſt ex e. & iuro. Diſcriminat.) diuidit, [illegible]. Quis mihi præſtat.) quis fidem facit.

PHILIPPI BEROALDI IN PHIlippicam XII. Annotationes.

C.Haleni) Exiſtimo legendum eſſe Caleni ut de Fuſio Caleno intelligamus, qui fautor erat Antonij, & propugnator. Præſtrinxerat aciem animi) Tranſlatio à præſtigiatoribus, qui ſpectantium oculos præſtringunt uafritia & calliditate nugarum. unde à præſtringendo præſtigiator dictus, atq; præſtigiæ. à fulgore quoque tranſlatum, qui oculos præſtringit mortaliũ, ne tueri contrà poſſimus. Plautus: Curate ut ſplendor ſit meo clypeo, ut præſtringat oculorum aciem in hoſtibus. Quanquã ſed hoc malo.) Interrupta ſententia eſt per apoſiopeſim ſiue obticentiam, indignantibus, cupientibus, dolentibus familiarem. Conſimile eſt illud Virgilianum, Quanquã ô, ſed uincant quibus hoc Neptune dediſti. Prodeſſe dico.) Exornatio rhetorica eſt, quæ græcè climax, latinè gradatio nominatur. Diuus Auguſtinus lib. 3. de doctrina Chriſtiana docet Apoſtolum Paulum uti gradatione, cum ex tribulatione patientiam, ex patientia probationem, ex probatione ſpem decentiſſimè cõnectit. Luſtratus exercitus.) expiatus, recenſitus, recognitus. Apud Macedonas luſtrandi exercitus ſolenne erat tale: prior hoſtiæ pars ad dextram, poſterior ad læuam uiæ ponebatur: inter hanc diuiſam hoſtiam copiæ armatæ traducebantur: præferebantur primo agmini inſignia omnium ab ultima origine Macedoniæ regum: deinde rex ipſe ſequebatur: proxima erat regia cohors, cuſtodesq; corporis. poſtremum agmen Macedonum cætera multitudo claudebat.

Receptui canente.) Verbum militare eſt canere receptui, quando ſcilicet imperator iubet copias ex acie atq; cõflictu in caſtra reuocari, atq; in tuto collocari. hinc per tranſlationem decentiſſimã dicimur canere receptui, quotieſcunq; artem deſinimus, & in portum quietis nos conferimus. Quintilianus loquẽs de oratore, ſic inquit: Quare antequam in has ætatis ueniat inſidias, receptui canat, & in portum integra naue perueniat. Sperantem conſulatum.) Quid ſi legas ſpirantem? dicitur enim perquam eleganter quiſpiam ſpirare conſulatum, quando ſuperbiam illam & inſolentiam atque impotentiam præfert, oſtentatq; ſpiritu & inceſſu quæ conſuli conueniunt. Sic Silius: Mago quatit currus, & fratrem ſpirat in armis. Si ſperantem legas, erit dictio hæc copulanda cum inferiore colo: ut ita iunctim enuncies, ſperantem conſulatum Lucium adiungite. Cum alij aduerſarium: ſemper &c.) Cum ſit quædã uirtutibus ac uitijs uicinitas, utimur decenter proxima deriuatione uerborum, ut pro temerario fortem, pro prodigo liberalẽ, pro auaro parcum uocemus, quæ etiam contra ualent. ſic nonnulli qui fauebant Antonio, non hoſtem illum appellabant, ſed mitiore uocabulo aduerſarium. Eiurabam.) Quidam codices habent deierabam quod probo. eſt enim ſenſus, iureiurando affirmabam aſſerebamq; me iniquum eſſe & iniurium. Deierare enim ualde iurare eſt: ſicut deamare ſignificat amoris incrementum. hæc enim particula de, frequenter auctiua eſt: inde deiurium dicitur ipſum iuſiurandũ. Dicimus quoq; eiurare pro ualde iurare, cum e, ſignificet intentionem, ſicut nonnunquam eſt μόριον στερητικὸν, id eſt priuata particula, ut in egelido, & eduro. Apud auctores eiurare magiſtratũ eſt deponere atq; finire magiſtratum, reſoluto illo iureiurando quo iurati accipimus. Quomodo aſpiciam hoſtem.) Hinc illa Porcij Latronis declamatoris ſententia: Videbis ardentes crudelitate ſimul ac ſuperbia oculos, uidebis illum non hominis, ſed belli ciuilis uultum, uidebis illas fauces per quas Cn. Pompeij bona tranſierunt: item erit aliquid quod Antonium offendat, aut factum tuum, aut dictum, aut ſilentium, aut uultus. haud enim placitus es. Petiſſio Vrbinati.) Vrbinates populi ſunt Vmbriæ, in ſexta Italiæ regione, cognomine Metaurenſes, monumentis ſcriptorum celebres: ſed maximè clari principibus noſtri temporis, Federico, quo in diſciplina militari nemo præſtantior, qui Annibali & Scipioni meritò comparatur: & duce Guidone Vbaldo, qui eruditione & reliquis uirtutibus principalibus eſt eminentiſſimus. Adde egregias ædes, quæ in tota Italia pulcherrimæ magnificentiſſimæq; domiciliorum omnium conſpiciuntur: in quibus eſt bibliotheca omnis generis librorum refertiſſima: adeò ut neq; Pergamenis neq; Alexandrinis bibliothecis, quas extollit uetuſtas, aſſurgant. Terminalibus.) Terminalia dies feſtus eſt in honorem Termini conſtitutus nouiſſima anni parte. Duodecimus enim menſis fuit apud priſcos Februarius, idemq; anni ultimus, quo Terminalia celebrabant, quibus peractis poſt 20. & 3. diem intercalabant. Horatius: Aut agna feſtis cæſa Terminalibus.

minalibus. Termonem antiqui terminum dixere. Vigeſimus annus eſt.) Signat illud tempus quo Catilinianam coniurationem detexit, oppreßitq́; Sui primum capitis cuſtodem.) Prouerbialis eſt ſententia Plautina, Tunica pallio propior eſt. & apud Græcos celebre prouerbium circumfertur, γόνυ κνήμης ἔγγιον, id eſt, genu crure proximius, cum nihil nobis penſius cariusq́; nobiſmetipſis natura eſſe uoluerit. Debet unuſquiſq; in primis capitis ſui & uitæ habere rationem. Ne uno quidē permixta temperari.) Scribit Plinius omnem animi impetum cibo molliri & potione. Vetus uerbum eſt, ut inquit Seneca, à laſſo rixam quæri, item à ſitiente. Ergo hæc animi aſperitas dulciore ſucco mitigatur, & acerbitas morum emollitur.

BARTHOLOMAEI LATOMI IN Philippicam XII. Annotationes.

ARGVMENTVM.

Mißis prioribus legatis ad Antonium de pace, ac reſponſo eorum repudiato propter conditiones quas petebat Antonius, amici eius poſtea perſuaſerant ſenatui, facturum eſſe illum quæ imperarentur, & ab armis diſceſſurum: obtinuerantq́; ut denuo mitterentur legati, qui de pace tranſigerent: hoiq́; P. Seruilium & Ciceronē ipſum decernebant. Verùm eum nihil remißius Mutinam urgeret Antonius, & nihilominus de legatis mittendis ageretur, dixit hanc ſententiam Cicero: qua primò excuſat imprudentiam ſuam & ſenatus, quòd amicis Antonij crediderint. et quoniam decepti ſint, negat amplius legatorum mentionem faciēdam eſſe. Deinde cenſet quemuis potius quàm ſe mittendū eſſe: & in eo deprecatur pudorē ſuum apud Antonium, & periculū uitæ certißimum oſtendit.

ETſi minimè.) Excuſat errorē ſuum, & culpam confert in fautores Antonij L. Piſonem & Calenum.

Erraui.) Habet uim ex pari. Nam.) Explanat. Attuliſſent.) ſuaſiſſent in ſenatu. Eius.) Antonij aliquod incommodum. Apud alterum uxor.) Explanat quod dixit. Liberi.) ſcilicet erant. Alter quotidie literas.) Q. Fuſius Calenus. Hi.) familiares Antonij. Acceßit conſul hortator.) Hæc omnia pertinent ad excuſationem Ciceronis. Conſul.) Panſa. Et amplificat perſonam conſulis. Nullam pacem.) Schema per ſubiectionem. C. Haleni.) Hic locus corruptus eſt, nempe mutilus, mancus, imperfectus. Mœſtitia.) Hæc erant ſigna mutatæ uoluntatis Antonij. Habitant.) perpetuò obſeruant, à quorum uultu oculos non dimouent. Quod ſi non ita eſt.) Confirmat quæ dixit, ex anteactis: & coarguit dißimulationem Piſonis & Caleni, ut fraudem oſtendat. Quod ſi.) Ex contrario. Potißimum.) ſcilicet facta mentio eſt pacis. Implicatos.) impeditos, obſtrictos. Negat.) Coarguit dißimulationem. Audiſſe.) de rebus Antonij, quo in ſtatu eſſent. Decepti.) Prorumpit in id quod conſitendum eſt. Videbam.) intelligebam, ſuſpicabar.

Præſtrinxerat.) obſcurauerat iudicium. Pacificatoria.) quod ad pacem perficiendam attinet. Præſtrinxerat.) id eſt hebetauerat. tranſlatum à fulgore, quòd præſtringens oculos eorum aciem retundit. Includi.) in Mutinam.) Locus habet uim expurgationis ex charitate Bruti. Charitas dicit, honeſta ratio. Ne ſi.) Refert uerba Fuſij. Fracti.) uicti ſumus. Ceßimus.) amicis Antonij.

Recedit igitur.) Inducit ſermocinationem ad maiorem inuidiam. Nam hæc dicebant Piſo & Calenus in ſenatu.

Neſcio.) Calenus reſpondet. Parat.) ex perſona ſenatus. Credo.) Calenus reſpondet. Valde uobis.) Ironia ad indignationem. Laborandum.) debetis ualde ſolicitì eſſe conſultando, decernendo, &c. Per uos.) ueſtra auctoritate, & beneficio. Iacens.) profligatus, calamitoſus, ſupplex. Quanquam.) Erat aliquid dicturus, & ſupprimit. Inſtanti reſiſtendum.) Antitheſis. At non eſt.) Occurrit obiectioni, & reprehendit ab honeſto & utili. Poſteriores.) Prouerbium. Illa caligo.) Error, falſa opinio. Diluxit.) abſolutè ad diem refertur, pro, res aperta eſt. Diſcuſſa eſt.) Oſtendit rem apertam eſſe, & conſenſu hominum confirmat. Viri.) P. Seruilij. Liberos.) Intelligit unicum. Neq; mirum.) Ad Seruilium conuertitur. Quod ſi erratum.) Improbat legationem, quòd debilitet & auertat animos à ſtudio belli, & quòd turpis ſit, & quòd pax fieri non poßit. Redeamus.) reſipiſcamus, colligamus terrorem. Bona metaphora ab his qui iter faciunt. Portus.) Ad metaphoram reſpicit antegreſſam. Quid enim.) Oſtendit inutilem eſſe, immo periculoſam reip. Prodeſſe.) Correctio ad amplificationem, & ſimul facit gradationem. An uos.) Explanat quod dixit, legationem iam nocuiſſe. Incendium.) contra Antonium. Præ ſe tuliſſe.) apertè oſtendiſſe. Capua.) amplißima & florentißima urbs. Illa impios.) Commemorat merita, ut rem indigniorem oſtendat. Conanti.) comprehendere & ulciſci Antoniū. Incidimus.) debilitauimus animos militum noſtrorum: à cædo, non cado. bona metaphora. Cœleſtis.) à deo Marte, bellorum præſide. Nomen.) fortitudinis. Fluent.) ipſo uerbo indicat negligentiam: elabentur. Senatum.) Addit cauſam.

Pudet.) pudore afficior. pudet me tui dicimus. & bifariam capitur. Ex duobus.) nempe Panſæ & C. Cæſaris exercitibus. Luſtratus.) purgatus, expiatus, more Romano, nempe ſue, tauro, &c. Vt non refe.) Etiam ſi non referat pedem, ſi pareat imperatoribus. Inſiſtet.) quieſcet. Quis.) Addit cauſam. Receptui.) Verbū militare receptui canere, eſt canere ad receptū, ut ſe recipiant dato ſigno ex acie. An uos.) quod dixit inuitis, hoc declarat.

Vincere.) antitheſis. Quid Gallia.) Admiſcet locos turpitudinis. Firmauit.) oppoſuit ſe Antonio. Corpus.) omnem ditionem ſuam, omnes urbes, omnes uires & populos. Omnis.) Gallia. Vritur.) agri uruntur. Patauini.) iuxta Venetias. Iniurias alienati.) Iniurias, propter negatum ius ſuffragij, unde bellum ſociale ortū fuit.

Expertes.) iuris ſuffragij. Nomen uult indignū eſſe.

Quid ſi ne poteſt.) Non poſſe fieri pacem, cum eam et Antonius repudiaturus ſit, niſi conceßis quas ipſe uelit conditionibus: & ſenatum eas concedere non poſſe. Maluit.) Coniectura ex anteactis, & uoluntate Antonij.

Qui pacis.) Enthymema ad indignitatem. Verecundiorem.) Ex pari uel minori, modeſtiorem. Conſciſſus.) iudicatus hoſtis. contentio ex minori. Senatuſconſulta fal.) Deſcendit in turpitudinem ſenatus. Senatuſconſulta delata.) Alij legunt relata, & melius opinor: nempe ſenatuſconſulta, quæ quaſi ex actis Cæſaris falsò ad ſenatum retulerat Antonius. Leges.) de prouincijs & diuiſione agrorum & iudicijs. Septies.) ſeptuagies quinquies centena millia coronatorum. Figere tabulam.) eſt legem aliquam ſancire. Refixiſtis.) improbaſtis. Obruere.) delere, extinguere. Eius.) Antonij. Hæc omnia ad turpitudinem pertinent, turpem eſſe pacem facere. Fœditate.)

deformi-

deformitate ſagorum. Vt Centurionum.) A futura infamis. Eluatur.) expurgetur, pictur. Manet in metaphora. Eluere, eſt delere. Monumenta.) operum quæ fuerunt extructa circa Mutinam ad oppugnandum. Remittamus) concedamus quæ poſtulat Antonius. Nec ſolùm.) Oſtendit periculum. At ille.) Ironia, qua occurrit oppoſitioni & reprehendit. Tot uno.) Contentione augetur & amplificatur periculum. Ordinis) ſenatorij.

Tyrones.) uiliores homines ex minori. Pax, non erit pax, ſed pactio.) Agnominatio. L. Piſonis.) Profert dictum Piſonis, quo confirmat. Quos nondum.) Enthymema ex minori. Vbi ſunt.) Delabitur ad ignominiam & turpitudinem huius pacis. Didicit.) ex C. Cæſare.

Cur non.) Complexio rhetorica. In hac ego.) Deſcendit in alterũ caput de legatione ſua: & oſtendit quàm turpe & periculoſum ſibi ſit, ſi ipſe legatus mittatur. Ad id conſilium admiſcear.) ad hanc legationem. Princeps.) auctor. Eiurabant) alij deierabant, id eſt affirmabant. Auunculũ.) Antonij. Leniorem.) ac proinde æquiorem. Non quo.) Occurrit, ne confirmet quod turpe eſſet Panſæ. Quibus) Ironia. Ominibus.) fœliciter, bonis auibus. Quod ſi de Antonio.) Deprecatur pudorem ſuum in conueniendo Antonio, & odium illius in ſe commemorat. Oculis.) uerecundiæ meæ. nolite me pudore afficere. Quo enim.) Explanat quod dixit. Congredi.) illum conuenire. Vrbinati.) decocto ri cuidam. Ex naufragio.) Bona metaphora: comeſis paternis bonis, ad arma uenit. Municipij.) Arpini, quæ fuit patria Ciceronis. Aquilæ.) militibus primi ordinis.

Primipili.) primi uexilli. Aquilam quidem ipſam.) Ita legendum. Faſtidio) Obiter excuſat. Sed uincam animum.) Oſtẽdit uitæ periculum, quod uariè colligit ex itinere, ex audacia Antonij, & ex militum offenſione.

Vincam.) Schema conceſſionis. Frangere.) excutere ex animo, & delere. Præſertim.) Interpretatur quod dixit ſuprà. nam contempſit coniugit eum inſectatione Dolabellæ. Spiritus.) uita, ſalus mea. Is eſt.) Hoc explanat. Sententijs.) in ſenatu dicendis. Pertulerim.) Pertulerim abundat: & deinde aliquid deeſt ad explendam ſententiam. Impiorum.) ſceleratorũ ciuium. Vt non.) Deſunt hic aliqua. Hic cum.) Colligit ſententiam ex minori. Tres.) Parat explanare quod dixit. Tres uiæ ſunt.) Colligit inſidias itineris, uiarum enumeratione. Totus locus ad facultatem coniecturarum pertinet. Illud pignus) Obiter dilabitur ad laudem Bruti, & affectum.

Pignus) auctorem & confirmatorẽ. Tres ergo.) Reſumit uerbum ex quo ſententiam inſtituerat. Supero.) Adriatico. Infero.) Tyrrheno. Lentonis.) Fuit ex Antonianis. In uia.) Caßia. Præſtat.) id eſt promittit: eſt uerbum iuris, quo ſecurũ facere ſignificamus, ut id de quo conuenit, ſeruetur, uel adimpleatur. Præſtare uitium.) ſecurum reddere. De uitio ſic loquuntur iuriſperiti. Capite eſſe.) à me temperaturum. Tenere.) iter facere ſine periculo. Tota familia.) Ironicôs loquitur de P. Clodio.

Præſidia.) auxilia. Hiſce ergo.) Infert intentionẽ, & confirmat. Suburbiũ.) in agrũ ante Vrbem. Statiuum.) Alludit ad militarem. Neq; uerò recuſo.) Rurſus colligit quæ dixit. Nemo cautior.) diligentior in prouidẽdis periculis, & cauendis. Vigeſimus.) à coniuratione Catilinæ. Ne dicam.) Corrigit, ut modeſtius loquatur. Timidè.) Occurrit obiectioni, & defendit. Timidè hoc dicã.) Loquitur de Clodiano tẽpore, quo ſponte ſua in exilium receſſerat, ne per ſe ſeditio orireturin ciuitate. Infeſto.) Infeſtum, quod tutum non eſt, periculoſum. Solam enim gloriam.) Mortem ſine culpa noſtra pro patria eſſe appetendam dicit. confirmat exemplo. Solam.) Hic locus habet tacitam occupationẽ obiectionis. Quis.) Confirmat exẽplo. Durè.) inhumaniter. Etenim qui) Addit cauſam huius dicti, affirmandi cauſa. Quam ſæpius.) Occurrit obiectioni, quam ſoluit temporis & perſonæ ſuæ exceptione. Luci.) aduerbiũ temporis: ſic ueſperi, interdiu.

Militari.) Sunt uiæ per quas exercitus ducebantur.

Non modo.) Declarat. Hæc ego.) Alia obiectio ex perſona aduerſarij. Num.) Reſpondet Cicero. Tramitibus.) Tramites ſunt uiæ anguſtiores, quæ pedibus teruntur. Attendere.) cogitare, meditari. Sed effugi.) Ex abundanti cõcedit quæ obtinuit. Sed effugi.) Perſequitur reliqua periculi ex odio & audacia Antonij: & diuiſionem facit. Actutum.) ſtatim, poetica particula. Immanitas) Obiter innuit uiolentiã Antonij. Memini.) Amplificat dißimilibus exemplis. Tyro.) nouus miles. Scæto) Dux aduerſarũ partium. At ille.) Pompeius. Sylla.) Aliud exemplũ. Poſſumus.) Accõmodat Antonij colloquiũ cum huiuſmodi exemplis. Quòd ſi non extra.) Perſequitur alterũ membrũ diuiſionis. Caſtris.) Panſæ & Octauij. Neq; enim.) Confirmat. Ordine.) ſenatu.

Ne imperitia.) Periculum à militibus, tertium caput.

Diſtineri.) impediri. Certè ſcio.) Ironia. Quorũ.) militum commoda. Firmaui.) in actis C. Cæſaris, ſed non Antonij. Horum.) ueteranorum. Cum enim.) Periculum in reditu. Cuſtodiatur.) Concludit.

IN XIII. PHILIPPICAM FRANCISCI MATVRANTII Commentarius.

Vt Antonij amici & fautores id egerant in ſenatu, ut iterum de pace acturi ad Antonium legati mitterẽtur. Sed quoniã cõmentitia quædã dixiſſe, et inſidioſè extrahere ipſam rem uoluiſſe, ſenatumq; in apparatu bellico tardiorem reddere cõpertiſunt, obtinere res non potuit, Cicerone in primis diſſuadente, & non modò inhoneſtũ, ſed inutile uel potius periculoſum fore, ſi rurſus legati mittãtur, proclamante. Et quoniã M. Lepidus ad pacẽ hortabatur, & Antoniũ cum ſuis reconciliandũ reſtituẽdumq; patriæ ſuadebat, eius Cic. frangit auctoritatẽ, & ſententiã impugnat. Sex. Pompeiũ Cn. Magni filiũ S. C. laudandũ cenſet, quoniã ſuam reip. operam pollicetur, & Mutinam proficiſci paratißimum oſtendat. Antonium lacerat, eius quaſdam recitat literas ad ſe ab Hircio cos. miſſas, & ſceleratos quoſdam qui ſectabantur, enumerat. Multa diluit in ſe ab Antonio dicta. Eſt in genere deliberatiuo oratio. ſuadet enim M. Lepido non eſſe aſſentiendũ de Antonio reſtituendo. Exorditur autem per timorẽ ſimulatæ pacis, in quo fuit Cicero. Pacem ipſam laudat: ſed illud intuendum dicit, poßit ne cum omnibus pax eſſe, & ſit ne aliquod bellum, quod expiandi purgandiq; gratia geratur, in quo bello ipſa pax niſi expiatum id fuerit cuius geritur gratia, ſeruitus ſit. Inſidioſa.) fraude iniecta & agitata ab Antonij fautoribus. ſub prætextu enim pacis dolus latebat: ut tantiſper ſenatus, donec de pace ageretur, omnia pararet remißius: Antonius uerò urgeret obſidionem.

Sylla.) L. Sylla Dictator. Marium.) C. Marius Arpinas VII. cos. Octauius.) Is qui conſul collegam expulit Cinnam de reuocandis ferre uolentē exulibus, & poſtea ipſe Mariano & Cinnano furore periјt, capite à Cenſorino abſciſſo. Iterũ.) ſecunda clade poſtquā ex Aſia uictor rediјt. Alter Marius.) iunior, qui 27. annorũ conſulatum inuaſit, & patri ſęuitia ſimilis, armatus obſedit curiā. inimicos trucidauit. ſed Preneſte à Lucretio Offellа obſeſſus, Pontio Teleſino iugulandum ſe præbuit. quod Appianus tradit pluribus. Carbo.) qui Cinnanas et Marianas partes ſecutus eſt. uictus autē cum in Libyam, atq; inde in Siciliam, & mox in Corſicam fugeret, cōprehenſus & ad Pompeiũ tractus, ante eius pedes percuſſorē ſenſit. caput ad Syllam miſſum eſt. De proximo.) bello ciuili Pompeiano. Victorem.) Iulium. Videndum.) conſiderandum, quoniā cum omnibus pax eſſe nō poteſt, & bellũ aliquod expiabile geritur, quod neceſſariũ eſt, & quaſi expiandi gratia, tollendiq; illos cum quibus pacem agere non poſſumus. In quo pactio pacis.) ſi de pace agamus & paciſcamur, ut præſenti bello Antoniano, cum quo pax omnino haberi non poteſt. Lex ſeruitutis.) iugum ſibi ſeruitutis imponere. Cum Scipione.) de quo in præcedenti Philippica dictum. Cinna.) L. Cor. Cinna cos. cum perniciosas leges ferret, & de nouis ciuibus qui minus poſſiderent, per omnes tribus diſtribuendis, & de exulibus, Mario ſcilicet & cōpluribus, reuocandis, à collega Octauio cum ſex tribunis urbe pulſus eſt, abrogatũq; ei imperium. ſed corruptũ Appij Claudij exercitũ in poteſtatē redegit. bellum Urbi intulit, uocatis ad pileũ ſeruis. aduerſarios uicit, Octauiũ interfecit iterum & tertiò ſe cos. fecit. lapidibus tandem ob crudelitatem ab exercitu obrutus eſt. Proximo.) ciuili Pompeiano. De ſumma grauitate.) uidebatur enim turpe ſibi, & reip. minimè honeſtum eſſe, quicquā Cæſari concedere. Poſtulabat autem ille Galliam & Illyricũ cum duabus legionibus: Pompeius contrà uolebat illum, ut par erat, priuatũ redire, & ſenatui parere. Hinc ſeueritas erat Pompeij, inde Cæſaris imperandi cupiditas. Antonijs.) Marco, Lucio, Caio. hos omnes qui ſequuntur, & cōmemorauit Cicero, & cōmemoraturus infrà eſt. Eutrapelum.) hic propriũ eſt, aliâs comem facetumq; ſignificat. Eutrapelia autem urbanitas eſt, comitas, feſtiuitas. Alaudæ.) milites legionis Alaudæ. Seminarium.) ex quibus iudices electi ſunt. Eſt autem hic Seminarium ſemen ipſum. Cæſaris.) Iulij. Urbi ipſi.) quæ ab ipſis delebitur. Latera tegentes alios.) ſatellites. Refixiſtis.) incidebantur enim in æs, & affigebantur parieti. Ouidius: Nec uerba minantia fixo Aere ligabantur. Virgilius: Fixit leges precio atq; refixit. Collegam.) Dolabellam. Id ipſum) pax ſcilicet eſſe. Eum) quicunq; eſſet qui talia feciſſet. At incertus.) Obiectio, cui occurrit dicens efficiendũ uirtute eſſe, ut temeritatem fortunæ & culpam non extimeſcant. hoc eſt, id agendũ ut fortuna obeſſe non poſſit. Vix uidentur hæc poſſe ſeiungi.) animi enim fortitudo, quæ pars honeſti eſt, ſine ſapiētia non poteſt eſſe: neq; uirtus ulla ex quatuor poteſt à ſapientia abeſſe. Quamuis ſit erudita.) quamuis eruditè reſpondeat.

Sin reſponderit.) ſicut reſpondere eam decet. Poſteriora libertate.) ut his libertatē anteponas. Pignora iniuriæ.) obnoxia & ſubiecta iniuriæ. Illis) Antonio & comitibus. Si non ſpiritu.) ſcilicet uiuemus. Iterum.) ſecundo proximo ciuili bello Pompeiano, & inclinans ad pacem, & abhorrens à crudelitate. Ad pacem.) cum Antonio. Familiam.) Lepidorum, quæ erat honeſtiſſima. Nam cum magnas.) Hæc & prius ſunt dicta. Plus quàm potuit.) ac ſi dicat, pluſquam poſſit, & facultas polliceri queat. Summa nobilitas.) familiæ. Omnis honor.) per omnes honores cucurrerat. Eius ampliſſimum ſacerdotium.) Pontificatus Maximus. Urbis ornamenta.) quæ urbs contulit, ut ipſius & L. Lepidi fratris monumēta eſſent. Caſta à cruore ciuili.) ac ſi dicat, incorrupta, & ex ciuili ſanguine non conflata. Opinione.) ut opinetur aliquid conducere reip. quod reuera inutile & inhoneſtum ſit, puta pacem futuram cum Antonio, quæ ſine damno & dedecore fieri non poteſt. Nuper.) Cæſare trucidato, cum & armis agendum non eſſe cenſuit, & Sextum Pompeium reuocandum. Statuam.) quam Cicero ſuaſit ponendam. Quod nec L. Aemylio.) nemini horum eſt poſita ſtatua. Qualem Pompeium.) Sextum, reſtitutum.

In altero.) Pompeio. In illis.) Antonijs. Fortuna ipſa.) quæ uoluit Cæſarem uincere. Emit.) à Cæſare ſub haſta uenditam. Hanc mihi diſpenſationem depoſco.) ne eam iniquo animo feramus. Albanum, Firmanum.) in Albano & Firmano prædia & uillas. Anſeres.) Propter Anſerem poetā M. Antonij hoc dictũ, qui laudes eius deſcribebat, cui in Falerno agrũ Antonius donauerat. At is non reddet.) Demetriũ intelligit, qui Pompeij ſeruus fuit: ſic ab eo dilectus immodicè, ut maiores penè domino diuitias poſſederit. de cuius inſolētia nōnulla Plutarchus. Pompeio trucidato muneribus Cæſarem placauit, & inter libertos eius numerari obtinuit. Quaſi theſaurum draco.) Dicuntur à poetis theſauris incubare dracones, ut malis Heſperidum, & aureo uelleri. eſt enim animal oculatiſſimum & uigilantiſſimum. Illud ſepties millies.) de quo ſupra. Eum.) Sextum. Quod à patre accepi.) A Pompeio Cicero in augurum collegium eſt cooptatus, ut alijs locis gloriatur, & nunc ſe filio Pompeij, quod ſibi pater eius præſtiterat, redditurũ dicit. Cooptari autem propriè dicuntur qui ſacerdotũ numero & collegio inſeruntur. Antonium.) qui in Pompeij locum à Cæſare eſt cooptatus. Legati.) qui ad Sex. Pompeium cum ſenatus mandatis miſſi fuerant. Omniũ ne uiris bonis.) Non quicquid licet, idem & libêre debet. Si non obſtatur.) Idcirco enim non obſtatur, quòd reſiſti ſæpe improbè agentibus non poteſt. M. Lepidi Pont.) Is eſt M. Lepidus, qui temporibus fuit tertij Punici belli, & ſenatus princeps ſextis Cenſoribus lectus eſt. Moriturus iam, præcepit filijs lecto ſe ſtrato ſine linteis ſine purpura efferrent, in reliquum funus ne plus quàm æris denos conſumerent: imaginum ſpecie, non ſumptibus, nobilitari maximorum uirorum funera ſolere. meminit huius Valerius Maximus titulo de Fide publica: & Alexandriam, cum Ptolemæus filio ſuo populum Rom. tutorem reliquiſſet, bis conſulem & Pontificem Maximum dicit iuſſe, ampliſſimiq; uiri ſanctitatem reipub. uſibus & ſacris comparatam, externæ procurationi uacare noluiſſe. Huius filius prætor nonnullas urbes Carthagini circumpoſitas expugnauit. Proconſul aduerſus Vaceos pugnans, cladem ſimilem ei quam Mancinus ad Numantiam, paſſus eſt: & huius Marci hic Lepidus ad quem loquitur Cicero, nepos fuit. Alienis.) abhorrentibus à moribus eius priſtinis. Recentibus.) Iulij. Si auctoritatem interponis.) ſi repugnare uis, abſq; armis repugnato. Non ſe contemnit.)

menit.)honoris ſui non obliuiſcitur. L. Planci.) qui tenebat ulteriorem Galliam. Quatuor conſules.) quorum duo in magiſtratu erant, Panſa & Hircius: duo deſignati. D. Brutus, & L. Plancus. At periculum eſt ne opprimamur.) Etſi uiſus eſt Cicero ad præſentem Lepidum loqui, aberat tamen ille, & in Gallia erat, in Hiſpaniam profecturus. Nunc pacem ſuadentium reſpondet obiectionibus, qui futurum dicebant ut opprimeremur, ſi Lepidus quoq; arma inferret patriæ: quod erat dubitãdum.

Is.)Lepidus. Qui fortunati ſunt.) fœlices & ampli in republica. Sanior.) prudentior. Illum.) Antonium. Ob hoc unum factum.) quòd impoſuit diadema Cæſari. Eius pueritia.) Antonij. Libidines eorum.) Iulij: cui ſeſe ſubſtrauerat. Eum.)Iulium, quem tyrannum diadema imponens uoluit eſſe. Archipirata.) latronum & piratarum (qui prædones in mari ſunt) princeps. Dominis.)domorum. Sententia conſularis.)quam Antonius conſul perſcriptam attulerat contra Octauium ut circumſcriberetur, & hoſtis haberetur. Non uijs.) quæ ſunt amplæ, & frequentantur. Tramitibus.) qui ſunt in deuijs. Citius lecta.)perſcripta enim attulerat.

Cæſarem.) Octauium. Sequi.)ponè ire, & inſequi.

Regredi.) conuerti Romam uerſus. Progredi.) in Galliam ulteriorem. De ſingulis ſententijs.)ipſarum literarum. Antonius Hircio & Cæſari.) Initium Antonij literarum, in quod diſputat Cicero. Alienum nomen.) neq; enim ſe conſulem aut imperatorem dixit, ſed tantum Antonium. ſciebat enim tale nomen ſibi non conuenire.

Seduxit.) cum extra curiam detinuit, rem agentibus & Cæſarem occidentibus coniuratis. Scurram.) Sic uocat, quoniam Trebonij pater urbaniſſimus extitit. Ex eadem.)humilitate, ex filia M. Fundi Bambalionis libertini hominis, etſi locupletiſſimi. Acerbiſſimũ.) Antonij uerba. Mimarum.)ut Volumniæ. Et te ô puer.) Antonij uerba ad Octauium. Qui omnia eius nomini debes.) Antonius. Eius.)Iulij. Hic)Octauius. Id agere.) ſcilicet te decet Octaui. Et ut uenefica hæc.) Antonius. Acutior.) iratior nobis Annibale. Vt quampotentiſſimus.) Antonius. Hoc agis Octaui, ut Brutus & Caſſius ſint quampotentiſſimi. Putes Cenſorinum.) Cenſorinus & Ventidius flagitioſi fuere, & in Antonij partibus. Cum, inquit, Brutum & Caſſium nominas, Cenſorinum & Ventidium nominare te exiſtimas. Nimirum.) Antonius. Sic aſpicitis caſtra ueſtra, inquit, ut priora aſpexiſtis Pompeij caſtra, quem ſenatum uocatis. Duo prætores.) Cenſorinus, & C. Antonius. Sine cauſa.) nam cum acta Cæſaris ſtatueremus firma eſſe, beneficia quæ ille conceſſit, mutari nolumus. Prætorij.) qui præturam geſſere. Innocens.) Ironicè: & Antonij enumerat comitatum. Aedilitij.) ædilitate functi. Laterum & uocis mex Beſtia.)ſcilicet fraudator. pro hoc de ambitu à Seſtio accuſato dixit Cicero. ipſe in epiſtola ad Qu. fratrem: Dixi pro Beſtia de ambitu apud prætorem Cneum Domitium, in foro medio, maximo conuentu: incidiq; in eum locum dicendo, cum Seſtius multis in templo Caſtoris uulneribus acceptis ſubſidio Beſtiæ ſeruatus eſſet. Laterũ.) quæ firma oportet eſſe dicentibus. nam ea attollit & deprimit reſpiratio. Cato libro de Senectute: Cum ego quinque et quadraginta annos natus legẽ Voconiã uoce magna & bonis lateribus ſuaſiſſem. Fidei patronus, fraudator Trebellius.) Ironicè fidei patronus. ſuperius ſexta Philippica inquit: O fides, hoc puto Trebellium ſumpſiſſe cognomen. Fraudator uerò, quoniam creditores fraudauerat. Diruptus.)Hermoſum fuiſſe credimus. Rupti enim uocantur, quibus in ſcrotum cadunt inteſtina. Martialis: Qui ſanet ruptos, dic mihi Galle, quis eſt? Dirutus.)conuulſo & diſſipato patrimonio. Columen.)princeps. Deliciarum cauſa.) oblectationis gratia. Septemuirales.)diuidundis agris cum L. Antonio præfecti. Tullus Hoſtilius.) Is diſcedens ab Vrbe relicto imperatore ſuo, cum prodere eum non ualuiſſet, nomen ſuum portæ Vrbis inſcripſit, & ſeuerè patriæ hoſtem fore profeſſus eſt. Iſauri.) apud Iſaurum Lycaoniæ oppidum, unde nomen regioni quam P. Seruilius ſubegit, adeptus inde Iſaurici cognomen. Balneatorem.) Balneator is eſt qui balneis præeſt, et precium ab adeuntibus pro balneatura exigit. Martialis: Quos diuidebat balneator elixus. Redit.)redire uult, & ut redeat conatur. Diſſimillimis.)ac ſi dicat, & alij plures hoc idem agunt, ut redire armis uelint in patriam, non adeò ſcelerati ut C. Plancus eſt. Fracta ſunt.)Aquila enim Centurio fregerat, & tamen uiuebat.

Decius.)de quo ſuperius dictum Philippica 11. Ironicè autem ait, ab illis ut opinor Decijs. Vi munere Cæſaris.) Multa enim huic largitus erat Antonius, idq; ex Iulij commentarijs facere dicebat. Vt.) tanquam. Saxam.) ex Celtiberia. Alter.)Saxa Soſerenus cognomine. Exitus.)is græcus erat. Philaldelphi.)qui & ipſe ſceleratiſſimus fuit, & Antonio chariſſimus. Mutauit calceos.) Aut tranſmarinum & externum innuit fuiſſe, qui calceis erat prius gypſatis. nam creta argentaria pedes uenalitiorum trans mare aductorum illinere maiores conſueuerunt. quod Plinius tradidit. hinc Tibullus ait: Vera loquor, regnum ipſe tenet, quem ſæpe coegit Barbara gypſatos ferre catasta pedes. Et Iuuen. de Criſpino inquit: Nuper in hanc urbem pedibus qui uenerat albis. Aut reuera illud eſt, depoſuiſſe calceos Aſininum, quibus utebatur prius, & quos ignobiliores geſtabant. neq; enim omnes eodem utebantur calciatu Patricij namq; & nobiliores nigros ferebant calceos luna inſcripta, ueluti ab Euandro & Arcadibus deriuati, qui Palatium tenuerunt, & ſe ante lunam natos crediderunt. Auctor Plutarchus in Quæſtionibus. Horatius: Nam ut quiſq; inſanus nigris medium impedijt crus Pellibus, & latum demiſit pectore clauum. Martialis: Lunata nuſquam pellis, & nuſquam toga. Et patriciorum quidem calcei mullei uocabantur: qui prius regum Albanorum fuere: quod ait Pompeius Feſtus. Marcum Marcellũ.) qui à Magio Chilone cliente ſuo Athenis percuſſus eſt pugione ſecundum aurem, cum tamen ei peperciſſet Cæſar à Cicerone illa pulcherrima oratione exoratus, cuius initium eſt: Diuturni ſilentij patres conſcripti. De hoc Marcello plura in Epiſtolis libro quarto. Eius.)Sulpitij. Collegam.) in conſulatu. Duos conſules.) Quo tempore fugit ex Vrbe Pompeius, & in Epirum traiecit, Conſules erant C. Marcellus, & L. Lentulus, qui M. Marcello, & Ser. Sulp. ſucceſſerant, eos ſignificat Cicero. & Cic. quidem M. Marcelli patruelis frater fuit. Bibulũ.)M. Bibulum: de quo plura Cic. in epiſtolis, & Tranquillus in Iulio, uirum patriæ ſtudioſiſſimum, & conſtantiſſimum. L. Domitium.)qui Corfinij captus, & dimiſſus à Cæſare eſt, ac poſtea in Pharſalica pugna ab Antonio occiſus. Appium Claudium pari.)patruelis is frater Appij Clodij fuit.

Ciceroni infeſtiſſimi, ſocer Sex. Pompeij, qui Cn. Pompeij Magni filius erat, ad quem ſunt multæ Cic. epiſtolæ. Sectorem Cn. Pompeij Antonium.) qui bona Pompeij redemit à Cæſare, quæ poſtea uenderet. M Cato.) qui ſe occidit. In illa caſtra.) in quæ tot illuſtres ſenatores uenere.

Victam Ciceronem ducem habuiſtis.) Sic dicebat Antonius, Ciceronem ſe, non ſenatum perſequi: & ducem intelligebat puto aduerſæ ſibi factionis. Nihil laboro.) nam eum uniuerſa rep uictus ſui. Fratri tuo.) C. Antonio, de quo prius dictum. Africam commiſiſtis Varo bis capto.) Antonius. Cicero ſubijcit, ſic loquitur cum Hircio conſule & Octauio, ut cum C. fratre litigare ſolet. Plures uerò Vari fuere, ſed duo Pompeianas & ſenatus partes ſecuti, Attilius Varus, qui Pompeij in Lybia ductor exercitus, occiſo Pompeio, & partibus in Africa ſuperatis, Pompeij liberos ſecutus, in ipſo oceani oſtio cum Didio claſſis Octauij duce cõflixit: et is de quo loquitur nũc Cicero, qui fuit uir conſularis, à Triumuiris poſtea proſcriptus, & à liberto proditus, ſeſe in montes proripuit, & in palude latuit Minturnenſi: deprehẽſusq; à Minturnenſibus, cum eſſe ſe latronẽ à principio aſſeueraret, et ad ſuppliciũ traheretur, ſuſſus tandẽ qui eſſet, et à turmæ ductore agnitus, occiſus eſt. auctor Appianus. Is Pompeianis bellis à Cæſarianis captus fuerat, & dimiſſus. In Syriam Caßiũ miſiſtis.) Antonius. Erat autẽ Syria prouincia Dolabellæ decreta. Caßio autẽ mandauerat ex Ciceronis ſententia ſenatus ut Dolabellã hoſtem iudicatũ poſt occiſum Treboniũ perſequeretur, & ex Syria pelleret. Extra.) præter. Munitiones.) quas Mutinã expugnaturus extruxerat. Caſcã trib.) Antonius. Caſca primus fuit qui Cæſaris pectus pugione percußit. In hac cauſa.) tam fœda, ſic dicebat Antonius. Quid ergo.) id uellet Antonius, ut eos qui profuerunt, à rep. remoueremus? nam profuit Caſca, profuere Maryllus & Cæſetius. Maryllus & Cæſetius tribb. pl. cum Antonius Lupercalibus capiti Cæſaris diadema ſemel atq; iterum imponere uoluiſſet, reiectumq; ab eo ſtatuæ eius impoſuiſſet, illico abſtulerunt, laudatiq; propterea à populo uehemẽter ſunt: ſed haud multò pòſt à Cæſare magiſtratu priuati. plura de ijs Appianus commentario bellorũ ciuilium ſecũdo. Idem.) hoc quod paßi ſumus ſub Iulio. Vectigalia Iuliana Lupercis ademiſtis.) Antonius conqueritur uectigalia à Iulio Lupercorũ collegio decreta, adempta eſſe. Decreuerat autem Iulius Lupercis redditus ex quibuſdã publicis uectigalibus. Eſt autem uectigal, quod ex publico & priuato capitur locato.

Veteranorum colonias deductas lege.) & hoc obijciebat Antonius, quod negat Cicero. Lege.) Iulia. Comitijs centuriatis) ac ſi dicat, tuas ſuſtulimus perperam latas hanc à Iulio latam, ritè, & comitijs centuriatis, comprobauimus. Horum autem comitiorum quæ Centuriata uocabantur, uis omnis penes potentiores erat, cũ ex proximo ſuffragiorum genere Curiata conſtarent, ut ex Liuio, Dionyſio, & A Gellio colligitur. Perditi.) improbiſsimis moribus. In eum locum.) in exilium. Maſſilienſibus &c.) Et hoc obijciebat Antonius. Iura.) quæ adempta à Iulio uictis, ſenatus eo trucidato reddidit: quod & ſuperius eſt dictum. Eam ciuitatem.) Maſſiliam. Neminem Pompeianum.) Hircius in partibus fuit Cæſaris, quo uictore & rerum potito Trib. pl. legem tulit, ut nullus Pompeianus gerere aliquem magiſtratum poſſet. Tenere.) ſcilicet fas eſt. Cuius.) legis. Latorem.) Hircium. De quibus.) contra quos. Vt.) quamuis ſit lex, quoniam ritè lata. Apuleiana pecunia.) Antonius. C. Apuleius in Macedonia magiſtratus erat quo tempore Brutus illuc acceßit: qui Cæſare occiſo quibuſcunq; rebus potuit Brutum iuuit, & pecunias ſuppeditauit publicas quas collegerat quæſtor. De hoc Brutus in epiſtola ad Ciceronem: De Domitio & Apuleio quid attinet me ſcribere, cum ipſi per ſe commendatißimi ſint? Domitium uerò tua auctoritate ſuſtinere debes: ſed Apuleius in ſua epiſtola celebrabitur. Tuum fratrem.) C. Antonium, ut ſupra dictum. Securi percuſſos.) à Bruto in Macedonia. Ciuitate donatos.) à Cæſare Iulio, & eius hoſpites. & Antonij ſunt uerba. Theopompũ nudum expulſum etc.) Item Antonius. De Theopompo Cicero reſpõdet eum deriſu. Sergium Galbam.) Hunc inſimulabat Antonius cædis Cæſaris, et unum ex percuſſorib fuiſſe dicebat. Eodem pugione.) quo Cæſarem percußit. Milites aut &c.) Et hæc Antonius. Quæſtoris ſui.) generaliter dicit, ad id impuliſtis, ut aut Quæſtorem ſuum qui me ſequi uolebat, aut me occiderem. Scilicet, uerba dedimus.) Reſpondet Cicero, ſic loquitur Antonius, quaſi deceperimus nos legiones. Fatorum iuſsis decretã, quoniam uoluerunt fata tyrannum perire. Cum re.) effectu, & uere. Sed maximum.) Cicero, Audite, inquit, P. C maximum crimen uerborũ Antonij. qui inquit quid non probauiſtis factum ab alijs, aut non feciſtis? Quid faciat ſi reuiuiſcat?) ſcilicet Cæſar. Quid.) Cicero reſpondet. Cn Pompeiũ.) Antonius, imitari, ait, nos oportebit Cn. Pompeium, ut Senatui ſeruiamus, ſicut ille ſeruiuit: aut filium eius Sextũ, ſi quid Romæ potuerit. Poſtremo.) Antonius. Ego uerò.) Cicero. Quid hoc?) Antonius, hoc quod factum, placet ne ueteranis militibus qui uobiſcum ſunt? ac ſi dicat, minimè: & poſſunt ad me tranſire. Nihil uidi tam integrum.) Cicero, nihil tam liberum illis eſt, quàm te oppugnare Antoni te enim ſemel deſerentes offenderunt. Quoniã uos.) Antonius. Venenatis.) in quibus re uera uenenum latet. Veniſtis.) uenditi eſtis. Vaneo enim paſsiuæ eſt ſignificationis ut Horatius, Vanit uiliſsima rerum Hic aqua. Deprauati.) Cicero quaſi dicat, minimè: neq; enim corrumpere opus fuit, ut te peſsimum omnium perſequerentur. At militibus.) Antonius. Moror.) differam. Eum.) Brutum. Quam benignè.) Cicero, ironicè. Per quos ſi non ſtetiſſet.) qui niſi fuiſſent, hoc eſt niſi Antonium deſeruiſſent, non prius Dolabella occidiſſet Trebonium, quàm Anton D Brutum. Imperatori ſuo.) Iulio. Parentaſſet.) ſacrificaſſet, ueluti uictimã immolaſſet. Eſt enim parentare, mortuis ſacrificare. unde parentalia ſacra mortuorum, de quibus Ouidius in Faſtis. Etiã collega.) in conſulatu. Concordiæ.) Antonius. Parum.) Cicero. Eidemq; imbiberet ſupplicia) Ironicè, quia ſi illos perdi uellet, etiam uos perdendos curaret. Conſeruandus.) Ironicè. Nullum ueſtigium.) cum acta eius omnia reſciderimus. Cauebat.) cautũ eſſe uolebat in conditionibus. Aequißimus.) Ironicè. Decempedator.) agrorũ diuiſor. Decempeda pertica eſt decem pedũ, qua architecti & agrimenſores utũtur. Nucula.) ſcilicet collega. Quamobrẽ uos potius.) Antonius. Elegantius.) pulchrius. Concurrere.) conuenire & conſentire. Iugulata.) uicta penitus. Si eſſet iugulata.) Cicero, Contingat.) ut iugulemini. Partes.) tuæ dicuntur furiosè. Illam rem.) mortẽ Cæſaris. Quib. utri noſtrũ.) Anton.

Vtri noſtrũ, uel ego cum meis, uel uos cum ueſtris. Quibus.) *inimicis. nam cohæret cum ludibrioſiſſimis inimicis.*

Quod ſpectaculum.) *ut caderemus. & Antonius loquitur.* Vnius corporis.) *unius uoluntatis, me & uos.*

Quaſi ea.) *Quaſi ipſe prior pulcherrimè dicat, & non reſponſurum me ſibi perſuadeat.* Inuſtum.) *Tranſlatio ab equo, cui nota ſit cauterio, ut cognoſcatur ex quo ſit armento.* Patrem.) *Iulium.* Cuius homo ingratiſſime Flaminum reliquiſti.) *Diuini honores mortuo Iulio Antonij lege decreti ſunt, ut puluinar haberet, ſimulacrum, flaminem: & Antonius quidem Flamen cooptatus, ſed neque inauguratus eſt unquam, & honorem Cæſari datum lege ſua, deſeri paſſus eſt, ut Philippica ſecunda dictũ eſt. ex quo ingratum nunc uocat Cicero. Flaminium uerò eſt dignitas & miniſteriũ flaminis. Valerius Maximus: Flaminio abire iuſſi ſunt.* Mihi quidem.) *Antonius.* Conſtat.) *certum conſtitutumq́; eſt.* Sanctiſſimi uiri.) *Ironicè.* An optimi cuiuſq;.) *ſic conſpirauerant, ut optimi cuiuſq; ſedes & bona, Vrbem & Italiam diuiderent.* Nec Lepidi ſocietatem uiolare.) *Antonius. & à ſuperioribus pendet Antonij uerbis, nec patiar. & ſic loquitur quaſi totum haberet Lepidum, ut in Cæſaris Iulij cauſa habuerat.* Id agis.) *ut inſanus aut impius credatur Lepidus, ſi tecum habeat ſocietatem.* Nec Plancum prodere.) *Antonius, ſcilicet patiar.* Prima præſidia.) *prima auxilia.*

Se colligit.) *reſipiſcit, & ſapere incipit.* Si me rectis ſenſibus.) *Anto.* Præcipio gaudia.) *præripio et occupo, meipſum occidẽs, gaudia inimicorũ.* Præcipias licet.) *Cicero.* Falſo nuncio.) *quo allatum fuerat periſſe.* Hac Ant. ſent.) *Totus hic locus ironicè legendus eſt. neq; enim tale quicquam fecerant ij ad quos ſic Antonius ſcripſerat, ſed propius ad eius acceſſerant munitiones, ipſum oppugnaturi.* Deniq;) *Antonius.* Quo.) *propter quod.* Nulla ſpecie.) *nullo reſpectu.* Abductus.) *auocatus à contubernio.* Partium.) *ut iactat Antonius.* Earum duces.) *non Antonius & Ventidius, ſed Cæſar adoleſcens & Panſa & Hircius duces eſſent, ſed extinctæ omnino ſunt.*

Duo cornua.) *aciei Cæſaris, dextrũ, ſiniſtrũ, quæ et caput dicũtur ac pes, in quas partes acies à fronte per totam ſui altitudinẽ ſecatur.* Alteris) *uobis.* Alteris.) *Antonijs.*

Clauſulam.) *concluſionẽ. nam clauſula eſt breuis concluſio. Cic. in epiſt. ad Curionẽ: Vtar illa clauſula qua ſoleo. & ſunt Antonij uerba, Veniamus aliquando ad clauſulam.* Bene me nouit.) *Cicero. nam ſuadeo non eſſe mittendos legatos, & proficiſci ego nolo.* Bellũ) *bella res, ironicè.* Veniam.) *eam.* Cæſar.) *Octauius.* Patris.) *Iulij.* Cum uenerint.) *Antonius* Quin tu.) *Cicero.* Si hæc uideret.) *quæ ipſe profitetur Antonius.* Electos.) *ex Italia.* Bruti.) *Decimi.* De mandatis & literis.) *ad ſenatum.* V. C. Seruilio aſſentior.) *uiro clariſſimo, ut de his referatur. ſic enim ille cenſuerat.*

GEORGII TRAPEZVNTII IN XIII. Philippicã Annotationes.

PRincipio huius belli.) *Cum Antonij fautores quod inſidiosè quæſiuerãt, non obtinuiſſent, ut legati de pace ad Antonium mitterentur. hac oratione & auctoritatem M. Lepidi frangit, qui Antonium cum ſuis reconciliandum ciuitati, & in patriam reſtituendum cenſebat: & C. Pompeium Magni Pompeij filium ſenatuſconſulto laudãdum decernit, quòd is omne ſuum ſtudium, operam, facultates, copias reipublicæ pollicetur, & ad Mutinam ire paratiſſimum ſe eſſe dicat.* Helluo.) *Helluo dicitur is eſt immoderatè bona ſua conſumens, ab eluendo: cui aſpiratur, ut auiditas magis exprobretur. fit enim uox incitatior.* Expedit.) *conducit, utile eſt.* Archipirata.) *plus eſt quàm tyrannus, ὢν ὁ ἀρχοῦ καὶ πειρατῇ.* De circunſcribendo.) *& diminuendo ei licentiam, & de eo quaſi intra terminos & cancellos quoſdam concludendo.* Diuexat.) *lacerat, diripit.* Monumentorum.) *annalium. nam nomina conſulum in annalibus notabantur.* Decempedator.) *Decempeda pertica ad menſurandum: unde decempedator.* Elegantius.) *eligibilius, aliâs quod ipſum aliquid magis nouit eligere.* Laniſta.) *Lanio à laniandis belluis & hominibus.* Flaminia.) *quemadmodum à Saturno Saturnalia, ita à Flamine Flaminia.* Recolis.) *recordaris, repetis & recogitas.*

PHILIPPI BEROALDI IN XIII. Philippicam Annotationes.

SEminarium iudicum.) *Scriptores ruſticationis tradunt ſeminarium eſſe locum cui tanquam nutrici ſemina arborum atq; pulluli nouellæq́; plantæ committuntur: ubi adoleſcunt, mox inde migrant, locanturq́; in ſua ſede. hic tranſitus mirum in modum mitigat etiam ſilueſtres plantas, cum arborum quoq; ut hominum natura nouitatis ac peregrinationis auida ſit. docet Cato ſeminarium loco quamoptimo & ſtercoratiſſimo eſſe faciendum. ſiccum ſuccoſumq́; & bipalio ſubactum eſſe debet; aduenis hoſpitale, quamſimillimum terræ in quam ſemina & ſeminaria transferantur. Hinc tranſlatione decentiſſima ſeminariũ ad alia quoq; transfertur pro origine et quodam quaſi ſeminio. Sic Martianus Capella monada uocat ſeminarium numerorum, ſic Curtius cohortem Alexandri Magni prætoriam ſeminarium ducum præfectorumq́; apud Macedonas fuiſſe prodidit. ſic & Apuleius noſter omnium malorum ſeminariũ appellat Herennium Ruf. qui architectus & auctor & origo omniũ flagitiorum fuerat. conſimiliter & nunc M. Tullius ſeminarium iudicũ Antonianorũ Alaudas & ueteranos appellat, tanquam ab his deriuati ſint atq; propagati iudices nefarij.*

Refixiſtis) *reuelliſtis, infirmaſtis, irritaq́; feciſtis. Refigere enim & figere diſparantur. refigere eſt quod fixum eſt reuellere, tollere. Virg. Fixit leges precio, atq; refixit.*

Vix uidentur poſſe ſeiungi.) *Subtiliter ſciteq; diſſerit diuus Auguſt. epiſtola quadam ad Hieron. qui unam uirtutem habet, omnes habere: & cui una defuerit, ei omnes deeſſe uirtutes: ut uerbi gratia iuſtus non ſit niſi prudens, fortis, temperans, &c. Conſimiliter & hoc, ut docet M. Tul. in 2. de Offic. conſtat inter philoſophos omnes: uerùm cum ad opinionem communem & intellectum popularem accommodatur oratio, ſolent iſta ſeiungi, ut uidelicet alios fortes, alios prudentes, alios iuſtos eſſe dicamus: quod & in præſentia facit diuinus orator.* Antiquius.) *carius, potius, præſtabilius.* Probatiſſima uxor.) *lego in epiſtolis Bruti, uxorẽ M. Lepidi ſororẽ fuiſſe ipſius Bruti: unde M. Brutus Ciceronẽ rogat ut ſororis ſuæ liberos obliuiſcatur eſſe Lepidi filios, ſeq; his in patris locum ſucceſſiſſe exiſtimet, quorum erat auunculus.* In altero pudor, grauitas, moderatio.) *Longè fallitur M. Tullius, qui in Sexto Pompeio pudorẽ, grauitatẽ, moderationem eſſe autumat, cum ille paulo mox immutatus exercuerit piraticam, & à uirtute paterna degenerauerit. unde non*

immeritò

immeritò cecinit Lucanus: Sextus erat Magno proles indigna parente: Polluit æquoreos Siculus pirata triũphos.

Firmanum.) Mallim legere Formianum, ut ſignificet uillam Pompeij, quam in territorio Formiano poſſedit: nec longo ſanè interuallo diſparantur Albanum, Formianum, Tuſculanum. Quòd ſi Firmanum legere libet, deriuabitur prætorij ſiue uillæ uocabulum à caſtello Firmanorum, quod in Piceno eſt, in quinta Italiæ regione. De Falerno anſeres depellentur.) Seruius Grammaticus in enarratione illius carminis ex Bucolico ludicro, Argutos inter ſtrepere anſer olores, ſic commentatur: Alludit ad Anſerem quendam Antonij poetam, qui eius laudes ſcribebat: quem ob hoc per tranſitum carpſit. de hoc etiam in Philippicis dicit: Ex agro Falerno Anſeres depellẽtur. ipſum enim agro donarat Antonius. De hoc Anſere poeta mentio quoq; fit ab Ouidio, ita ſcribente: Cinna quoq; his comes eſt, Cinnaq́; procacior Anſer. Nec Romam populi præter Cæſarem.) Emendo, proprætorem Cæſarem, ut ſit lectio ſincerior, & ſenſus lucidior ac uerior. nam inſectanter carpit quod in literis quas ſcribebat ad Hircium & Cæſarem Auguſtum, neminem appellauerit nomine honoris, uidelicet neq; Hircium conſulem, neq; Cæſarem proprætorem. Eſt enim mos ut in principio epiſtolarum ſcribens ad conſulem Hircium, dicat, Hircio conſuli ſalutem. item, Cæſari proprætori ſalutem. uerùm Antonius per inſolẽtiam inſtituti propè ſolennis fuit præuaricator.

Cognita morte.) Verba ſunt ex epiſtola Antonij, quæ perpendit orator, & perpendendo uituperat. Anni uertentis.) Significanter locutus eſt. Priſci enim annum Solis uertentem appellauerũt, ſcilicet cum ſol duodecim ſignorum interualla peruagando redit ad id ſignum unde cœperit, & ita perficitur ſignum uertentis anni. Menſem quoq; lunarem uertentem dicunt, quem luna cœli circuitione metitur, reuertendo ad id ſignum ex quo progredi cœperit. Quinetiam annum magnum, qui mundanus uocatur, uertentem appellari poſſe tradunt ſcriptores idonei: cum aſtra cuncta ad eandem metam redierint, unde ſemel profecta ſunt. Suetonius in Caligula: immenſas opes non toto uertente anno abſumpſit. Plautus in Perſa: Tu ſi hanc emeris, nunquam hercle hunc menſem uertentem credo ſeruibit tibi. Mentum menteinq; deponeres.) Annominatio eſt ſiue proſonomaſia, quæ decenter fit breui commutatione literarum. Conſimile eſt illud, Ex oratore factus arator. Homo diruptus dirutusq;.) Per paronomaſiam ſiue annominationem lulit in uerbis: quæ cum prolatu non multum diſsideant, ſignificatione ſunt diſsimillima. namq; diruptus is dici uidetur, qui enterocelicus eſt, & uitio herniæ laborat, quo in genere morbi inguina tumeſcunt, & tunicæ teſticulorum dirumpuntur: ex quo genere multifaria nomina ſunt, uidelicet enterocele, epiplocele, hydrocele, ſarcocele, & bubonocele. Dirutum ære militem antiqui dixere, cui ſtipendium ignominiæ cauſa non erat datum, quod æs diruebatur in fiſcum, non in militis ſacculum. hinc illud ab Auſonio decentiſsimè translatum: Procedere mihi inter frequentes ſtipendium iubebis. ſin aliter, ære dirutũ facies, ut cumulo carminis in fiſcum ſuum redacto redeãt uerſus unde uenerãt. M. Tullius in ſeptima Verrinarum: Aleatoris Placentini caſtra memorabuntur: in quibus cum frequens fuiſſet, tamen ære dirutus eſt. Columen amicorum.) princeps ac ſuſtentaculum atq; fultura. dictum eſt autem per ironiam. Terentius in Phormione inquit: O bone cuſtos ſalue, columen uerò familiæ. Exponit Donatus columellas apud ueteres dici ſeruos maiores in domo. Lucillius, Columella hic ſitus Etrophanes. Hunc Lucillianum uerſum ſcitiſsimè inſeruit epigrammatis ſuis poeta epigrammatarius. Ab Hieronymo quoq; dictum eſt perquam eleganter: Salue columen Palatinæ familiæ. Exiſtimant Grammatici dici columen & columellam à columnis, quibus ædificia continentur. Populus Ro. Cæſar.) Corrige proprætor Cæſar. ſignificatur autem Octauius Cæſar, quem proprætorem fuiſſe abundè in ſuperioribus explicauimus. Laniſta Cicerone.) Maledictum eſt Antonij in Ciceronem, quem nomine probroſo Laniſtam uocat. Eſt enim Laniſta magiſter gladiatorum, qui gladiatorias familias comparat, paſcit, docet, ut eas mox uendat munerarijs, id eſt ludorum editoribus. probrum hoc maledicentiſsimum, ita repercutit Cicero, ut in laudem uertat. Flaminia.) ſacerdotia ad Flaminem ſpectantia & miniſterium. Flaminica uerò dicitur uxor Flaminis, quam ſi amiſit, Flaminio decedit. Flaminiam quoq; ueteres appellant Flaminis Dialis domum: ex qua ignem niſi ſacrum efferri ius non erat.

Verbum omnino nullum.) Notabile eſt id quod hoc in loco Cicero demonſtrat, uidelicet uocabulum hoc piiſsimum, non eſſe latinum, & in latina lingua non inueniri, quo uſum eſſe Antonium reprehendit, & ob id hominem arceſsit inſcitiæ. & profectò diſpiciendũ eſt an ante Ciceronis ætatem quiſpiam ex eruditis ſcriptoribus piiſsimum uſurpauerit. Nam poſt M. Tullium fuiſſe in uſu id uocabulum, nemo ambigit. Auſonius Gratianum imperatorem laudare uolens, piiſsimum appellat: cuius contrarium eſt impiiſsimus. Vtraq; dictio recentioribus ſcriptoribus frequenter uſurpata. Vt ait poeta neſcio quis.) Vſitatũ hoc eſt Ciceroni elocutionis genus, cum nomẽ poetæ quamuis notiſsimi ſupprimere uult, ut dicat, poeta neſcio quis, et apud poetam neſcio quem. Eſt autẽ poetica ſententia, prius undas & flammam iugabilis quã competentia concordes fieri, quæ naturaliter cõpugnant: quàm inter Antonios & Romanam rempublicã gratia ſit atq; concordia. Conſimile eſt illud: Omnia iam fient fieri quæ poſſe negabam. Optatiſſimũ eſt uincere.) Demoſthenicũ eſt: Longè fœliciſsimum eſt in bellis uincere fortiſsimũ: ſi uictoria non detur, pro cauſa mori. Eſt tamen tertiũ aliquod inter dedecora, in patriã certè redire: et ſi uincere nõ detur, effugere. Hinc olim cum ipſe Demoſthenes ex prælio apud Cheroneã facto ſalutẽ fuga quæſiuiſſet, cumq́; id ei quòd fugerat probroſè obijceretur, uerſu illo notiſsimo eluſit, ἀνὴρ ὁ φεύγων καὶ πάλιν μαχήσεται, id eſt, uir fugiens iterum pugnabit. Cum hoc.) S.C. de M. Lepido faciendo.

BARTHOLOMAEI LATOMI IN XIII. Philippicam Annotationes.

ARGVMENTVM.

M. Lepidus imperator in Tranſalpina Gallia, miſsis ad ſenatũ legatis ſuadebat pacem faciendã eſſe cum Antonio, & belli ciuilis incommoda uitanda. quam ſententiam cum in ſenatu approbarent amici Antonij, allegantes auctoritatem & potẽtiam Lepidi, & quòd antea Cn. Pompeium Magni filium reſtituiſſet, Cicero diſſentiens, hanc dixit ſententiam, in qua negat ullam firmam & ſalutarem pacem fieri poſſe cum Antonio: & frangit interim Lepidi auctoritatem, uoluntate eiuſdem ac meritis in rempubli-

rempublicam comprobatis: & cõfert cum Antonijs Pompeium, quantum interſit oſtendens, eodemq; in loco adiungit inſectationem ſcelerum Antonij: & poſtremò recitat literas eiuſdem ad Hirciũ conſulem, interpoſitis breuibus diſputationibus, quibus oſtendit inimiciſſimum Antonij animum in ſenatum & rempublicã, quantumq; periculum immineat omnibus bonis, ſi ille euaſerit.

PRincipio huius.) *A re ipſa incipit, & dicit ſe ſemper pacis ſtudioſum fuiſſe: quam amplificat, ſed negat pacem cum Antonio fieri poſſe.* Inſidioſa.) *ergo periculoſa.* Itaq; ſi.) *Amplificat exemplis, & enumerat duces bellorum ciuilium.* De proximo.) *Cæſare, auctore belli ciuilis calamitoſiſſimi, nuper geſti.* Sed hoc.) *Hic totus locus figuratur* κατ' ἀνθυποφοράν. Cum omnibus ne pax.) *Negat pacem eum Antonio fieri poſſe, et periculum eius oſtendit, amplificans diſſimilibus exemplis, & ſocios Antonianì ſceleris commemorans.* Bellum expiabile.) *id eſt, cuius damna expiari & ſarciri poſſunt.*

Cinna.) *Collega Octauij.* Dimiſiſſet.) *quia nimium cupiebat.* Cum Cenſorino.) *Enumerat ſocios Antonij, homines inimiciſſimos reipublicæ.* Illa naufragia.) *id eſt homines perditos, metonymicôs.* Huc accedunt Alaudæ.) *Milites ueteranos ſignificat ex legione quæ Alauda uocabatur.* Exhauſtis.) *Deſcribit homines.* O fidem.) *Ironica exclamatio.* Lucij.) *fratris Antonij.* Sanctitas.) *religio.* Illis locus.) *Epiphonema.* Ora uobis eorum.) *Hypotypoſis, qua exprimit Antonianorum inſolentiam.* Latera tegentes.) *comitatum ſignificat.* Niſi forté.) *Hæc omnia ad coniecturam pertinent & qualitatem.* Niſi fortè eos.) *Irridet contradictionem, & profert decretorum ſeueritatem, quibus irritatus ſit Antonius.*

Niſi.) *Occurrit contradictioni, & irridet.* Salutabunt.) *Ironia.* Non recordamini.) *Nunc ſeriò loquitur, & affert cauſam.* Sententijs.) *in ſenatu.* Acta.) *conſulatus.* Leges.) *de prouincijs & iudicijs, & agrorum diuiſionibus.* Collegam.) *Dolabellam.* Hoſtem) *propter interfectum Trebonium.* Si eſſet.) *Ex minori amplificat.* Factis) *ſceleribus, iniurijs.* Sed ſi.) *Antitheſis.* Hi.) *Antonium cum ſuis.* Faucibus.) *ad perniciem reſpicit, quod plus eſt.* Quibus.) *Confirmat quod dixit fore periculum ſi iſti homines in Vrbem recipiantur. & interrogando obtinet, quod negari non poteſt.* At incertus exitus.) *Occurrit periculo belli, & negat fortibus fortunam belli extimeſcendam eſſe, ſed potius pro libertate moriendum, neq; audiẽdam eſſe ſapientiam quæ uitæ pacis conſilia, libertatis dimicationi anteponat. Locus ferè proſopopœia tractatur, & eſt comparatio utilis & honeſti.* Virtute.) *Senatores alloquitur.* Ordine.) *ſenatu.* Quanquam.) *Separatim loquitur de fortitudine & ſapientia, quantumuis ſint coniuncta. ſic ſeiungit docendi cauſa, non re.* Næ.) *affirmatiua particula.* Reſponderit.) *ſapientia.* Fortunas.) *bona.* Poſteriora.) *uiliora.* Vti.) *frui.* Pignora.) *Pignus eſt quædam obligatio. hic metaphoricôs utitur.* Illis.) *Antonio cum ſuis.* Decertandi.) *pro libertate.* Aut enim.) *Epiphonema.*

Omen.) *malum præſagium, ſumptum ex dictis uel factis fortuitis.* At enim nos.) *Occurrit auctoritati Lepidi, & primùm uoluntatem illius erga rempublicam laudat, & amplificat merita ex reſtitutione Pompeij, cuius ille auctor fuerat. Deinde opponit auctoritati periculum reipublicæ et ſcelera Antonianorum, quos cum Pompeio confert, negans parem Antonij & Pompeij cauſam eſſe: interim laudans ſenatuſconſultum quod de Pompeio factum fuerat.* At enim.) *Sunt uerba ex aduerſariorum perſona.* Ciuili.) *contra Cæſarem.* Nullius) *Reſpondet Cicero, & laudat.* Familiæ.) *Erat ex Aemyliana.*

Nam eum.) *Declarat quod dixit.* Magnum) *Magni filium.* Itaq; ei.) *Amplificat. hi honores numerati ſunt in tertia Philippica.* Pignoribus.) *obligationibus. Nam pignus eſt quod interponitur fidei ſeruãdæ.* Summa.) *Enumerat.* Sacerdotium.) *Erat enim Pontifex Maximus.* Caſta.) *integra, incorrupta.* Libi.) *errare opinione.* Talem.) *ueram & ſalutarem, non inſidioſam.*

Quæ.) *Ipſe explanat diſſimilitudinem.* Putauit.) *Putabat legendum.* Hæc cauſa.) *Amplificat hunc locum ex honoribus decretis M. Lepido. uide tertia Philippica.*

L. Aemylio.) *L. Paulo Aemylio.* Aemyliano Scipioni) *Minori ſcilicet (nam duo fuerunt) qui quoq; triumphum geſſit propter deletam Carthaginem.* Superiori.) *Maiori ſcilicet qui de Cimbris triumphauit.* Silentio.) *ſine ſanguine.* Licuit) *quamprimum potuiſſis.*

Exiſtimás ne.) *Alloquitur abſentem, & confert Antonios cum Pompeio. nam aduerſarij exemplo Pompeij cenſebant & Antonium eſſe reſtituendum: quod ex diſſimilitudine reprehenditur.* In altero.) *Pompeio.* In illis.) *Antonijs.* Deinde obſecro.) *Commoditas reſtituendi Pompeij, quam latius exequitur.* Cæca) *Ad amplificationem hoc addit. uide commoditatem à fortuna.*

Cæſaris.) *Iulij Cæſaris.* Saluis.) *integris.* Redimet.) *Prorumpit in commiſerationem eius rei, & locum abrumpit.* Decreuiſtis.) *Explanat rem quam inſtituit. hoc fuerat factum ſenatuſconſultum.* Diſſipatione.) *auctione, uenditione. nam bona Pompeij Antonius uendiderat. utitur odioſo uerbo.* Redegiſſet.) *confeciſſet.*

Formianum.) *alij Firmianum legunt.* Oppugnant.) *quod indigniſſimum eſt.* Anſeres.) *Intelligit Anſerem poetam quempiam, ſcriptorem laudum Antonij, cui Antonius agrũ ex Pompeij bonis in Falerno dederat. ad hunc alluſit Virg. nona Ecloga: Argutos inter ſtrepere anſer olores.* Anſeres.) *Cicero hic pluraliter per ſynecdochen.* Satis inconſiderati.) *Obiter reprehendit bonorum Pompeij emptores.* Domino.) *Cn. Pompeio.* An is non reddet.) *Demetrium intelligit, ſeruum Pompeij, et poſtea Cæſaris libertum, de quo Plutarchus in uita Pompeij.* Quaſi theſaurum.) *Odioſa comparatio, ſumpta ex poetis.* Septies millies.) *Septuagies quinquies centena millia coronatorum. interim adhortatur.* Millies.) *ſcilicet ſeſtertiûm.* In primis) *Enumerat quæ propoſuit.*

In quo.) *in qua re. inſerit cauſam honeſtã.* In primis paternum.) *Augur augurem in demortui locũ nominando cooptabat: ſicut fit hodie inter canonicos, qui in uacuas præbendas ex ordine turni, ut uocant, alios nominant. ſic Cicero à Pompeio antè fuit cooptatus.* Ac ne illud.) *Laudat Pompeij uolũtatem erga remp.* Clariſſimi.) *Lepidi.*

L. Paulus.) *Nomina legatorum.* Eumq;.) *Pompeium.*

Copijs.) *quas ex Hiſpania adduxerat.* Veteranorum.) *militum Cæſarianorum.* Eſt uerò.) *Laudat hoc conſilium Pompeij.* Preſtò fuiſſe.) *ut ſuccurreret reip.* Atque etiam hoc.) *Per occaſionem Pompeij diſputat de Lepidi officio, quid illum facere deceat erga rempublicam: quia aduerſarij dixerant timendum eſſe ne ſe cum Antonio coniungeret.* Arrogantius.) *propter potentiam,*

ſuperbius,inſolentius. Si enim.) Explanat. At uti.) dicat aliquis. Quid tum?) Reſpondet Orator. Quid.) Proponit,deinde aſſumit: Quod non licet,nefas eſt:quod nefas,ſceleratum,fœdum,& turpe. Tibi enim.) Alloquitur abſentem,& officij ſui admonet. Hiſq; recentibus.) Cæſarem intelligit. Quod ſi auctoritatem.) Auctoritatem ſenatus anteponit Lepido,quare ne auctoritatem quidem Lepidi paci cum Antonio interponendā eſſe cenſet. Quod ſi.) Ex ipſa figura orationis naſcitur quædam diuiſio. Quanquam.) Declarat,& ita anteponit auctoritatem ſenatus, ut tamen non contemnat Lepidi auctoritatem. Odimus.) Explanat & exponit ardorem quem nominauit. Receptui canere.) eſt reuocare à pugna, uelut ſi ab opere ſe recipiant ad ocium.

Cæſar.) Octauius adoleſcens. Quatuor.) duos deſignatos, et duos iam conſulatum gerentes. At periculum eſt.) Renouat obiectionem de Lepido,& coniectura uoluntatis refellit. hæc cōiectura aperta eſt à metu incommodi. Prodat.) perdat. Nemo tam ſæuus eſt,ut perforet nauem in qua ipſe nauigat. Quis fortunatior.) quaſi aſſumptio. Senior.) prudentior. Vidit eius mæſtitiam.) Addit exempla anteacti temporis in Lepido,& exaggerat ſcelera Antonij. Vidit.) Hic locus ad comparationem pertinet. Quiſi.) In inſectationem Antonij delabitur ex laude Lepidi. Tyranni.) Intelligit C. Curionem. Illo.) Cæſare. In qua.) Explanat. Teter.) abominabilis,deteſtabilis. Cæſare.) Confert Antonium cum Cæſare. Quadrato.) quaſi inſtructa acie. Municipium.) Municipia erant melioris conditionis quàm coloniæ. unde Gellium in Noctibus Atticis. Præſidium.) auxilium & defenſionem. Cæſaris.) Octauij adoleſcentis. Diceret.) Nam eum aſpergebat conuicijs.

Dominis.) ædium poſſeſſoribus. Notaret.) deſignaret ſibi. Concio.) qua ſuos incitabat. Conſularis) opinor Q. Fuſij. Circumſcribendo.) opprimendo.

Tramitibus.) Tramites ſunt anguſtiores calles. Deſignati.) Decimi. Quod ſi quis.) Perſequitur inſectationem Antonij, & literas eiuſdem recitat, quibus explicandis incendit odium ſenatus, & demonſtrat pacem cum tali inimico nullam fieri poſſe. Me attentè.) Poſtulat attentionem. Cæſarem.) ſcilicet aſſcribit. Nomen.) Imperatoris. Gauiſus.) Significat ſe pariter gauiſum fuiſſe,& doluiſſe. Clariſsimi.) Iulij Cæſaris defuncti. Parricidæ.) Trebonij. Vertentis.) id eſt, circumacti & completi, peragratis omnibus ſignis in zodiaco. nam ita loquuntur Aſtronomi. uox eſt paſsiuæ ſignificationis, qua tamen carent Latini in participijs præſentis temporis:Græci habent. Eadem figura equo uel naui uehentem dicimus, pro eo qui uehatur. O Spartace.) Qui dux fuerat & auctor belli ſeruilis, quod grauiſsimum erat populo Romano. Catilina.) Comparatio eſt. Niſi quòd te Idibus.) Cum interficeretur Cæſar, Trebonius Antonium ante curiam, ut abeſſet, longo ſermone detinuerat.

Peſte.) cæde,morte. Sicarium.) Trebonium, qui conſcius fuit coniurationis in Cæſaris necem. Scurræ.) Contumelioſè uocat Trebonium ſcurram. Cæſare ornato.) Octauio. Scurra.) qui ſine delectu riſum captat.

Quaſi.) Ironia. Ex eadem.) ſcilicet humilitate, nempe ex M. Bambalionis filia. Acerbiſsimum.) Hæc uerba ſequebantur in epiſtola. Ornamenta.) ſ. honorum, quæ Hircius cōſecutus eſt. Confert Antoniū cum Hircio, ut contrario uel diſsimili exemplo uituperet. Duplex reprehenſio, altera directa, altera indirecta, &c. Mentum mentemq;.) Facit agnominationem ad feſtiuitatem orationis. O puer.) Octauium intelligit. Eius.) Iulij Cæſaris. A quo.) Octauius fregerat impetum Antonij.

Agere.) ſubaudi decet. Actionem.) ſcilicet obijcit. Irriſio. Venefica.) Veneficus hic legendum. Herebis.) peribis. Nimirum.) Ironica inſultatio. Putes.) Iterum irridet. Viros.) Brutum & Caſsium. Duo prætores.) Confert Antonianos cum ſenatu, et uituperat.

Duo.) Hic locus conſtat comparatione, ut oſtendat indignitatem Antonij,& ſenatus dignitatem. Duo prætores.) Cenſorinus & C. Antonius, qui prætores fuerunt cos. Antonio. & addit cauſam odioſam. Habituros.) ex beneficijs Cæſaris. Prætorij.) Prætorij ſunt, qui præturam geſſerunt: ſicut conſulares, qui conſulatum. Innocens.) Ironia eſt. Lat. & uocis meæ teſtis Beſtia.) Cicero Beſtiam de ambitu defenderat, accuſante P. Seſtio. Beſtia.) Hoc cum exprobratione dicit in Beſtiam. Patronus.) Ironia, imò proditor fidei. Fraudator.) Hoc ſeriò dicit. creditores, qui dant pecuniā: debitores, qui debent.

Dirutus.) perditus, euerſus. Diruptus.) erat enim hernioſus. facit paronomaſiam. Cotyla uarius.) Videtur urbanè loqui, tanquam de duobus. Sic etiam alibi, C. Cæſare coss urbanè: debuiſſet dicere, C. Cæſare & Bibulo coss. Deliciæ.) Ironicôs. neminem nominat hic orator ſine contumelia, oratoriè. Suo iure.) quia nomine & re hoſtis erat. Imperatorem.) Opinor Hircium, cui nomen dederat. Balneatorem.) Exprobrat homini ſordes & obſcuritatē. Neminem autem nominat ſine aliqua inſectatione. Incendiſſet.) Poſt interfectum Cæſarem, cum plebs tumultuaretur, Plancus dux fuit concitatæ multitudinis & ſeditionis. Commune.) quòd damnatus in urbem redijt. Perire.) Ludit in hominem, & habet tacitam cogitationem, nempe ſupplicij. crura enim latronibus in cruce frangebantur. Aquilæ.) Centurioni. Itaq; Cæſaris munere.) Decius munere Cæſaris depugnauerat: in quem ludit, quaſi exemplo maiorum ſe deuouiſſet pro patria. Maioribus.) Irridet hominem, tanquam degenerem. Per hunc præclarum.) Ironia. Interuallo.) multo tempore interiecto. Ex ultimis.) Exprobrat illi peregrinitatem. Similitudinē.) improbitatis, & ſcelerum & flagitiorum. Voluntarius.) ſua ſponte factus, non à ſenatu lectus. Apertam.) Declarat quomodo ipſe ſe elegerit. Mutauit calceos.) Senatores calceis lunatis utebantur, ſicut lato clauo, lunæ imagine inſignitis, ad repræſentandam uetuſtatis originem, ab Euandro & Arcadibus, qui ſe ante lunam fuiſſe prædicabant. Hoc igitur.) Nunc enumerat ueros ſenatores, ut oſtendat eorum dignitatem. Hoc igitur.) Confert Pompeianum ſenatum cum Antoniano. Ceſsiſſet.) fracta fuiſſet. Sed quantū.) Bona coniectura ex pari, imò potius ex minori.

Quos uiros.) Per admirationem. Bibulum.) Marcum Bibulum. Maiorum.) duorum Scipionum, quos confert cum Antonijs ſceleratis. Vtrum igitur.) Inſtat ut urgeat. Quid uerò.) Iam prætorios enumerat. Venerunt.) qui neutram partem ſecuti ſunt, nec Pompeij, nec Cæſaris. Eo libentius.) Tranſit ad alia. hoc Cicero ſibi putat eſſe honorificum, & fatetur, & defendit. Macedoniam.) quæ decreta fuerat eius fratri minori. Et quidem.) Fatetur Cicero cum inſultatione. Hic cum.) Reprehendit

prehendit

prehendit ineptiam Antonij, quòd illa obijciat. Non igitur.)Hoc ſatetur, et cum inſultatione. Caßium.)qui fuit unus ex interfectoribus Cæſaris. Cauſe.)bone, iuſte, pie, reipublice. Caſcam tribunatũ.) Eſt ueluti perpetua expoſtulatio. Cæſarem.)Ceſennium legendum.

Vt Ceſennium etiam à rep.)Defendit obiectum, & contrarium exemplum exprobrat. M. enim Arullus & Ceſennius tribuni plebis, quia diadema impoſitum ſtatue Cæſaris detraxerãt, à Cæſare tribunatu fuerãt moti. Eum.) Caſcam. uult indignum eſſe ut Caſca à rep. remoueatur.

Huiuſmodi.)tyrannica. Vectigalia.) Aliud obiectũ.

Iuliana.)lege Iulia conſtituta, attributa Lupercis ſacerdotibus: quam legem Cæſar tulerat. Lupercorum.) A re in perſonam conuertitur: & breuiter deſcribit hominem ad odium. erat enim temulentus Antonius. Nos ſuſtulimus.) Hoc Cicero negat. Sanximus.)confirmauimus. Veteranos.)Loquitur de his qui Antonium ſecuti fuerant. ſic in Antonium hanc obiectionem conuertit.

Bello.)ciuili. Facilis.)plana & aperta. defendit, & ſcelus accuſat Antonij, quòd ille aduerſetur Maßilienſibus. Neminem.) Alia obiectio & querela. Neminem Pompeianum.)Refellit legis auctoritatem, quæ ſub tyrannio lata fuerit. Hircius enim cum adhuc de partibus Cæſaris eſſet, in tribunatu tulerat legem, ne quis Pompeianus honores gereret. Ipſum.)Hircium, qui nunc cos. eſt.

Apuleiana.) Alia querela Antonij. Subornaſtis.)ut bellum gereret. Quid ſi omnibus.) Reſpondet, laudat factum, & irridet. eſt quædam inſultatio cum irriſione.

Fratrem.) C. Antonium. Non laudamus.) Negat factum, & contemnit. Magnum.)Ironia. Sergium Galbam.) Alia obiectio. Præſens tibi.) Illudens annunciat malum Antonio. Præſens.)in acie. Aut imperatoris.) Antonij. Scilicet.)Irridet, & ſimul defendit. Cæſaris.) Interrogat duo, quorum alterum confirmat, alterum negat. Fatalem.) à dijs immortalibus immiſſam. Quid faciat, ſi reuiuiſcat?) Eludit, & ſtultam interrogationem facit ab inexpectato. Filius.) Cn. Pompeius. Domi.) paternæ. Immigrabit.) per ſenatuſconſultum. O nos turpes, ſi quidem Cn. Pompeium imitaturi ſimus.) Ironia. Quibus adhuc.)qui nondum alterutri parti ſe adiunxerunt. Non erat integrum illi homini hoc uel illud facere, id eſt non poterat, non erat facultas. Eleganter dictum. Imperatorem.) Antonium. Offenderint.) adhuc Cæſare uiuo. Venijſtis.)uenditi eſtis, produti eſtis. Deprauati.) Irridet. Incluſis.)intra Mutinam cum D. Bruto. Eum.) D. Brutum. Quàm benignè.) Irridet ironicôs, & inſultat, & exagitat aduerſam fortunam Antonij. Quàm benignè deniq;.) Irridet & exagitat fortunam Antonij, qui à quarta legione & Martia deſertus fuit: & ſceleratum illius odium in Brutum oſtendit. Ad hoſtem.) Octauium. Per quos ſi non ſtetiſſet.) qui ſi non prohibuiſſent. Per me non ſtat, non impedio. Et iam ſeriò loquitur. Parentaſſet.) iuſta ſoluiſſet. Parentare, mortuis iuſta ſoluere, ſacrificare mortuis. Collegæ.) Cæſari.

Concordiæ.)Pergit ad reliqua. Me præcipitem.) qui me perdiderint, hoſtem patriæ iudicauerint, qui ſunt auctores mali mei periculi. Conditiones.) pacis. Vix etiam.) Addit alteram cauſam incredulitatis. ſunt argumenta coniecturæ. Parùm ne uidetur.) Premit confeßionem, & ſcelus amplificat. Ipſe deniq;.) Omittit ipſam rem, & apprehendit alia quæ adiunxerat Antonius. Hoc quidem.) Irridet amarulenter. Rectiſſimum.) propter interfectum Trebonium. Quid huic.) Rem expoſuit, nunc amplificat. Inhiberet.) intentaret, inferret, irrogaret, infligeret. eſt nouum. Conſeruandus.) Ironia.

Fœdere.)cum Dolabella. Verecundas.) ſi dijs placet. Vt haberet.) Declarat. Alaudæ.) milites ex Alauda legione. Acta.) conſulatus. Remanet.) Omnia ſunt reſciſſa & abolita ab omnium hominum memoria. Decempedator.) diuiſor. Nos.) qui omnes Cæſariani ſumus.

Iugulata.) uicta. Contingat.) ut iugulemini. De elegãtia.) Irriſio. Partes furioſe.) Negat partes, ſed bellum appellandũ eſſe ſceleratũ. Furioſe, eſt uocandi caſus. Perſecuti ſumus. Obliuione.) actorum Cæſaris. Vt iiſdem ornamentis.) De honoribus Cæſari decretis uide Plutarchum & Suetonium. Vult autem Antonius deceptum fuiſſe Cæſarem, quòd nimium fiderit ſenatui propter delatos honores, nec à percußoribus cauerit. Iniuſtum.) Alludit ad ſtigmata quæ ſeruis olim inurebantur. ad ignominiam hoc dicit. Sempiternæ.) ſcilicet cognoſcendum.

Vtri ceciderint.) Negat ullum lucrum futurum, ſi Octauij ceciderint, ſed ſi Antonij ceciderint. Deceptos.) quaſi fraude quadam ad hoc bellũ impulſos. Flaminia.) ſacerdotium. nam erat flamen Iulius. Sed iam.) Irridet.

Conſtat.) firmatum & decretũ eſt, firmiter ſtatutum.

Homo pius.) Antonius. irridet. Quam fidem.) Oſtendit improbitatem & ſcelus in remp. Tibi cum.) Negat Cicero. Inſanum.) ratione & mente captum. Nihil agis.) Refutat, & tamen temperat, ne quid uideatur affirmare. Piiſſimos.) Hoc in uſu non erat tempore Ciceronis. Plancum.) Refellit Cicero tanquam falſum quod Antonius ſpirat. Lucem.) ſpem, fiduciam. Niſi fortè.) Ironia. Præſidia.) Octauij & Hircij. Si me.) Hic Antonius conſolatur ſe, & enũciat malum aduerſarijs. Præcipio.) antecapio, nempe ad ſolatium, anteuerto. Namq; ſi.) Hoc declarat quod dixit. Præcipias licet gaudia.) Detorquet uerba in diuerſum ſenſum, denuncians Antonium mox periturum eſſe. Omnes te dij.) Congeries uerborum ad amplificationem. Senſimus.) Confirmat.

Hac Antonij.) Ironicôs hoc totum dicit. Abductus.) ab officio. Quod ſi partium.) Iudicio Cæſaris iterum negat partes, ſed bellum potius totius reip. cõtra Antonium eſſe. Reſpicit ad locum ſuprà poſitum. hoc ad laudem Cæſaris pertinet. Subeſt hic hypothetica ſentẽtia. Duo cornua.) Facit comparationẽ ex re militari. loquitur hic metaphoricôs. Clauſulã.) epiſtolæ. Bellũ quò.) Bellum quò ueniat. nam hoc cohæret cũ præcedenti dicto legatos nõ uenire, nempe ut bellũ geratur. Erunt credo.) Ironia. Sanctiores.) munitiores, tutiores. Sanctũ eſt, quod firmũ eſt, & nefas uiolare. Patris.) Iulij. Deſignatus.) Brutus. Quin tu.) Malè precatur. Oriens.) Arguit ab exemplo. Hanc ego epiſtolam.) Colligit quid egerit epiſtolæ recitatione, & ad inſtitutum reuertens concludit, renouatis capitibus diſputationis. Videret.) intelligeret. Prius undas.) Aſſeueranter hoc ſubiungit. Neſcio quis.) Hoc non ad inſcitiã, ſed negligentiã pertinet, ne hac ætate poetarũ uideatur eſſe ſtudioſus. affirmatiua, cõparatiua, uel hyperbolica. Monſtra.) Prorumpit in indignationẽ. Mouerì.) trãsferri in alias regiones. Cæſaris.) Octauij. Secundum.) ſecundo loco æſtimandũ. Quæ cum.) Format ſummam ſentẽtiæ. Seruilio aſſentior.) nam Seruilius dixerat ante Ciceronẽ. Hoc.) quod additum eſt de Pompeio.

IN M. T. CICERONIS XIIII. PHILIPPICAM

Franciſci Maturantij Commentarius.

AVdiuerat legatos Antonius, ut eſt dictum prius, mandata ſenatus ſpreuerat, de quo et Cicero in primis acerbè nimis cõqueſtus fuerat. obſidere & oppugnare Mutinam non deſtiterat, nec ſe diſceſſurum inde propalam dixerat, niſi conceſſam ſibi à populo Romano prouinciam pulſo Decimo obtineret. Iulij percuſſoribus, & bonis omnibus, ſed Ciceroni ante omnes minatus mortem erat. fame laborabat Decimus, uer appetebat. quare Hircius & Octauius propius Mutinam caſtra poſuere. poſt plurima, ſed leuia & equeſtria & pedeſtria certamina, pugnatũ tandem eſt totis utrinſq; exercitus uiribus. Victus eſt & fugatus Antonius. Romam nunciata res eſt, ſed tumultuariè. Multi cenſebant deponenda ſaga, & ad priſtinum ueſtitum redeundum. diſſuadet Cicero. Et quoniam totiens cum Antonio concurſum eſt, totq; utrinq; cædes editæ, non eſſe ulterius differendũ dicit quin hoſtis ille iudicetur, cum præſertim ſupplicationes decernantur, quæ non niſi uictoria de hoſtibus habita decerni ſolẽt. Scelera cõmemorat L. Antonij, & in Parmenſes crudelitatẽ. De quibuſdam diſsipatis rumoribus, & timore plurium ac ſuo multa dicit, quædam de ſe prædicat. Laudat Octauium. de honore illis tribuendo refert, qui pro patria ceciderũt. ſuam in fine dicit ſententiam, & L dierum cenſet decernendas ſupplicationes, ac conſtituta à ſenatu militibus præmia perſoluenda. Eſt in deliberatiuo genere oratio. ſtatim diſſuadet ſaga mutanda eſſe togis, id quod plures faciendum cenſebant.

Arbitramur.) non etiam compertũ habemus D. Brutum obſidione liberatum. Lætitiæ riſus ſatis eſt.) ut rideamus & hilares ſimus. Ordo eſt autem, Riſus lætitiæ ſatis eſt uictoriæ pugnæ clariſsimæ: reditum ad ueſtitũ, confectæ uictoriæ reſeruate. Deinde cras ſagati prodeamus.) adhuc obſideri Decimũ. Huic fauere ſententiæ.) ut ad priſtinum ueſtitũ redeamus. Vnius ciuis.) Bruti.

Tollite hanc.) qua Bruto inuidetur. Sortiti.) ut alter Romam ueniret, alter in Galliã proficiſceretur. Cæſar.) Octauius. Primis peſtibus.) quæ à M. Antonio paratæ erant & imminebant cum Brunduſio rediret, niſi Octauius obſtitiſſet. Dolorem domeſticum.) de patris cæde.

A quo.) Panſa. Inibi.) in eo ipſo loco. Spe.) quam nunc concipimus, euaſiſſe Brutũ. Vim fortunæ.) quæ adhuc poſſet Bruto obeſſe obſeſſo. Significatio.) Oſtendebant enim ſe Ciceroni aſſentiri. Ea à Propr.) Sic legendum eſt, Proprætore, id eſt Octauio. Tertio Cæſaris prælio.) quo Octauius conflixit. Si hoſtium.) ſi hoſtes fuere Antoniani, quorum ſanguis à militibus noſtris eſt effuſus, pietas in patriam militum noſtrorum ſumma fuit: eorundem uerò nefarium ſcelus uocandũ, ſi ciuium ſanguinem effudere. Sed hoſtes fuerunt, non ciues: quoniam omnes hoſtes ſcelere anteceſsit. Niſi mucrones &c.) quod ridiculum eſſe dicit. Supplicationes.) Oſtendit uehementer errare qui decernendas cenſeant ſupplicationes, & gratulandũ dijs immortalibus, ac ciues non hoſtes dicant cæſos, quaſi probaturi ſint decretas pro ciuium cædibus ſupplicationes. Gratæ.) ac ſi dicat minimè. De improbis, inquit, & audacibus.) Verba ſunt aduerſariorũ, De improbis & audacibus ciuibus uictis decernantur ſupplicationes. Clariſsimus uir.) Q. Fuſius, aut Piſo. Quæ ſunt.) Sed hæc maledicta in urbanis litibus uſurpãtur. Nec iniuſta.) nam qui accuſantur in foro & in ciuilibus cauſis, improbi dici ſolent, & audaces. Euelli inter.) Deprauatus locus eſt, & euellunt terminos legendũ. Ironicè autem inquit, ſic improbi & audaces, Antonius, & qui cum ſectantur, uocandi ſunt, ut in litibus ciuilibus appellantur qui ſceleris quippiã cõmittunt, cuius cum accuſantur, improbi dicuntur & audaces, ut qui terminos euellunt, teſtamenta falſa pro ueris ſubijciunt, aut eijciunt uicinos ex ſuis prædijs, quod fieri frequenter ſolet à potentioribus: aut adoleſcentulos pupillosq; circũueniunt: hæc, inquit, faciunt Antonius, & qui cum ſectãtur, ut improbi & audaces appellandi ſint? quaſi dicat, minimè hæc, ſed contra patriam bellũ gerunt, & nobis exitiũ machinantur & minantur. Quatuor coss.) Hircio, Panſæ: Decimo, Planco.

Suis cladibus.) quas ipſi ſibi machinantur. Facinus.) Trebonij cædem. Ab hoc templo.) Capitolio. Parmenſium.) in Gallia ciſalpina inſignis ciuitas Parma eſt, à fluuio qui eam præterlabitur, ſic dicta. Præludiũ.) qui quaſi præludit fratris crudelitati. Eſt enim præludere prætentare atq; experiri rem. Tractum à citharœdis, qui ante legitimum ſonum recenſent & prætentant chordas. Papinius in Achilleide, Magnusq; tibi proludit Achilles.

Quos oportet.) illos quos deos odiſſe oportet. Antonij.) Marcus & Lucius fœdiſsimæ & corruptiſsimæ pueritiæ. Alijs.) ut Parmenſium pueris & puellis quos ſtuprauerat. Oblita.) fœdata & coinquinata, ab oblino.

Huius coloniæ.) Parmæ. Callidus.) Ironicè. Recordamini.) Nunciatũ fuerat, tametſi falsò, quod mox dicetur, uictoriã aſſecutum Antoniũ, & infeſto agmine ad Vrbem uenire. Magnus timor, & ingens in Vrbe fuerat trepidatio. Diſſipatis.) diuulgatis. Larem familiarẽ.) cuiusq; priuatæ domus deum præſidẽ. Grauius.) quàm hoſtis. Tribus ducibus.) Panſæ, Octauio, Decimo. Ab eo.) Seruilio. Appellaret ſenatus.) quaſi dicat appellaret.

Adimemus.) minimè. Quanto.) Audita Panſæ & Octauij uictoria, gratulabundus populus ad domum cucurrit Ciceronis, & in Capitoliũ quaſi uictorẽ & ouantem comitatus eſt. Tu igitur de te.) ſcilicet hæc ais gloriabundus: ac ſi diceret, turpe eſt. Et quidẽ inuitus.) ſcilicet dico, inquit Cicero. Iniuriæ dolor.) quænã fuerit, mox declarat. Nónne ſatis eſt.) ſufficiebat non referri mihi ab ignaris uirtutis gratiã: eſt enim hæc iniuria, eaq; non parua: ſed addita eſt multo maxima, quòd finxerũt aliqui me conſularibus inſignibus arreptis ad accipiendũ imperium deſcenſurũ. hoc diluit Cicero. Aliquem ne imperatorẽ.) ſic dicebant qui hos ſermones diſsipabãt. Crimen in inuidia quæretur.) Quærét ne Cicero hoc crimen & ſcelus eum inuidia & odio omnium, ut imperator deſcendat?

Credo hoc.) Nunc Cicero. Conſultum.) quæſitum & rogatum, num facturus eſſet ſe imperatorem Catilina.

In eum.) Ciceronẽ. Quatenus.) qua ratione & quo uſq;. Oſtia.) ingreſſus. Inuidia mea.) ut odiũ in me concitent. Fons.) origo. Apuleius.) de quo ſuprà dictum.

Malè ageretur.) malè mihi eſſet. Ieiuno.) uacuo, & idcirco detrahẽdi cupido, & mordẽdi cauſa, ut ij faciunt qui ieiuni ſunt. Craſſus.) ille orator, de quo apud Ciceronem de Oratore. Illi principes.) Cato, Bibulus, Pompeius. Malè ſentire.) de Republica. Moderari ut multũ

Antonium timentes faciebant. Principatus.) *ut primus ſit.* Tu.) *quicunq; es qui ſplendori meo inuides.* Quod mihi eſſet optatius.) *quàm tecum de principatu contendere. Fuſium certè aut Piſonem ſignificat.* Hæc.) *me talem eſſe.* Poterát ne fieri.) *minimè fieri poterat.* Ad Antonium.) *mitti uoluiſſe.* Iidem.) *ſcilicet memoria tenent, me unum uoluiſſe ſemper Ventidiũ cum alijs tribb. pleb. qui ad Antonium ſe contulerunt, hoſtem eſſe.* Con ſules deſignati.) *Panſa & Hircius.* Diſceßionem.) *ſenatusconſultum per diſceßionem, cum omnes aſſentirentur Ciceroni.* Suſtulerunt.) *quòd ciues hoſtes appellarem.*

Imprudens.) *incautus & minus aduertens.* Octauij.) *qui Cinnam expulit.* Collega.) *ſcripſit ne ad te amicum & collegam Iulius, ut de ſupplicatione ei decernenda referres in ſenatu?* De Alexandria.) *de uictoria Alexandrina, et Pharnace magni Mithridatis filio deuicto, quem intra quintũ quàm affuerat diem, quatuor quibus in conſpectũ uenerat profligauit horis: quã uictoriæ celeritatem ad Amantium familiarem tribus ſcripſit uerbis, Veni, uidi, uici.* Ne triumphum quidem egit.) *Triumphare pro uictoria ciuilis belli Romanis legibus non licebat. Et Lucanus ait, Bella geri placuit nullos habitura triumphos.*

Superioribus.) *Syllæ, Marij, Octauij, Cinnæ.* Præter Gabinium.) *is eſt Gabinius qui conſul cum Piſone Ciceroni fuit infeſtißimus, quo tempore in exilium truſus eſt. Syriam proconſul tenuit. ob res contra Parthos geſtas, ſupplicationes poſtulauit. negatæ ſunt, Cicerone in primis id agente, ne decernerentur.* Hoſtes.) *qui uicti ſunt.*

Amplißimi.) *conſulatus.* Alterum.) *imperator, quo nomine non appellabatur quiſpiam, niſi cum hoſtibus conflixiſſet, & iuſtam uictoriam adeptus eſſet. & ab exercitu quidem hoc nomine honorari ſolebant.* Reip. uitam reſeruauit.) *ſe morti ſubduxit, ut diutius reip. uiueret. Sagitta percuſſus eſt, duobus uulneribus acceptis, quibus poſtea periit.* Alterum fecit.) *ut uictoria ſatisfaceret.*

Alterum.) *ut morte ſatisfaceret.* Illa.) *Quartam ſignificat. & eſt ſenſus: & Quarta legio ac Martia ac Septima ex ueteranis militibus conſtans, quæ beneficia Iulij ſeruauerunt, charum ſibi eſſe ſenatus populiq; Romani nomen docuerunt, cum ſic fortiter & ſtrenue pro ſenatu & populo Romano pugnauerunt.* Hoc prælio.) *Mutinenſi.* Cæſaris beneficia ſeruaſſent.) *rata eſſe uoluiſſent, quæ Cæſar Iulius tradiderat & conſtituerat.* Aquilam.) *ſigniferi manu raptam, cum cunctaretur ille.* Huic loco.) *Capitolino.* Dux latronũ.) *Antonius.* Imperium.) *faſces ac exercitũ, ac proprætoris nomen.* Trium.) *Panſæ, Hircij, Cæſaris.* Reſtat.) *ut præmia promiſſa reddamus uictoribus: nam mortuis iam perſoluenda ſunt præmia.* A quibus tacentibus.) *Tritum eſt prouerbium, ſatis flagitare, qui bene ſeruit & tacet.* Memoria proſequi.) *ut memorem gratumq; ſe oſtendat.* Monumẽtum.) *Polyandrium, hoc eſt tumulum multorum uirtuti extructum.* Quæ naturæ debita.) *omnino enim lege naturæ moriendum fuit.* Ex acie pignerari.) *ueluti pignus accipere, & ad ſeſe rapere, ac pro pignore quodam fortitudinis tenere.* Piorum.) *in campis Elyſijs, ubi habitant animæ beatorum: de quibus plura Virgilius lib. 6.* Redditæ.) *quia accipimus à Deo hanc uitam, cum repoſcit, redditur: unde & defuncti uita dicuntur, hoc eſt uitæ officio nobis à Deo attributo.* Hæc uita.) *quam in terris & in corporibus uiuimus, & unà cum morte extinguetur.* Quod ipſum.) *inhumatum & deſertum eſſe.*

Ara uirtutis.) *ueluti ara quædam uirtutis: quam omnes intuentes uenerentur.* Ita cenſeo.) *Ordo eſt, Ita cenſeo ob eas res ſenatũ exiſtimare & iudicare, & reliqua, cum C. Panſa conſul imperator initium &c.* Occidione occiderit.) *nullo ſuperſtite. frequens apud Liuium ſermo. Occiſio poteſt eſſe unius aut paucorũ: occidio autẽ generalis eſt.* Deſiderauerit) *amiſerit. perdita deſideramus, unde deſiderati dicuntur mortui.* Prætor urbanus.) *Qui abſentibus conſulibus maximus in urbe erat magiſtratus.* Ad omnia puluinaria.) *ad omnia deorum templa & ſimulacra.* Re.) *effectu.*

PHILIPPI BEROALDI IN PHIlippicam XIIII. Annotationes.

MVltis ex literis.) *Purior lectio eſt: Si, ut ex literis & talis ſenſus melius quadrat cum ſequentibus. uerùm dictio illa ſicut, eſt ſic emendanda, ut legas, ſic id. ex hac lectione intellectus eſt manifeſtior, & ſtructura commodior.* Lætitiæ riſus ſatis eſt.) *Seiunctim ſingula enuncianda ſunt, ut dicat ſatis eſſe lætitiæ, ſatis eſſe riſus & feſtiuitatis. itidem illud quod ſubſequitur, per ſe plenum eſt, maximæ præclarißimæq; pugnæ. extrinſecus ſubintelligendum eſt ſunt, ut ſit caſus rectus pluratiui numeri. aliter fluctuat lectio & ſententia.* Saxa diuiſerat.) *Saxa nomen eſt aſſeclæ Antoniani, perditißimi ſcilicet & profligatißimi. Suprà carpens coetum Antonianorum, Caſones & Saxas probris eſt inſectatus. Decempeda autem pertica eſt qua architecti & fabri atq; menſores uti ſolent. hinc decempedator dictus, qui decempeda agrum metatur. Horatius, Nulla decempedis metata porticus. Sicut autem à numero pedũ denûm dicta decempeda eſt: ita à quinq; pedibus nuncupata quinqurpeda: quæ, ut ait epigrammatiſta, Sæpe redemptoris prodere furta ſolet. Metatores appellant propriè eos qui locum eligunt caſtris atq; metantur, ut Vegetius docet. hinc illud Lucani, Heſperios audax ueniam metator in agros.* Rumoribus dißipatis.) *Id totum deſcribit epiſtola quadam ad Brutum his uerbis: Triduo aut quatriduo ante hanc rem pulcherrimam rumore quodam perculſa ciuitas tota ad te ſe cum cõiugibus effundebat: eadẽ recreata ad duodecimum Calendas Maias te huc uenire, quàm ſe ad te ire malebat. quo quidem die magnorum meorũ laborum, multarumq; uigiliarum fructum cepi maximum: ſi modò eſt aliquis fructus ex ſolida ueraq; gloria. nam tantæ multitudinis quantam capit Vrbs noſtra, concurſus eſt ad me factus: cum ita uſq; in Capitolium deductus maximo clamore atq; plauſu in Roſtris collocatus ſum.* Supplicationes decernere.) *Mos fuit priſcorum Romanorum ſupplicationes decernere imperatoribus ob res egregiè bello geſtas. Vni Ciceroni in toga ſupplicationis honos habitus eſt ob detectam Catilinæ coniurationem: Cæſari dictatori ob res clarißimè geſtas in Gallia, decreta eſt ſupplicatio quindecim dierum: quod ante id tempus accidit nulli. Nunc M. Tullius quinquaginta dierum ſupplicationes decernit nomine trium imperatorum, Octauij, Cæſaris, Hircij & Panſæ conſulum.* Imperatorem appellaret ſenatus.) *Refert Appianus nomẽ imperatoris maximæ eſſe apud milites auctoritatis: quem honorẽ prætores reiq; militaris præfecti in maximis belli operibus ſibi antiquitus uendicabant: nũc autem, ut uerbis Appiani utar, cum ſub*

quo decem millia concidiſſent, hac appellatione dignum, haberi audio. M. Tullius pluribus in locis gloriatur quòd imperator appellatus ſit ab exercitu ob Pindenillas atque Amanenſes profligatos. Idem hoc in loco teſtatur nomen imperatoris concedi illi ſolere, qui mille uel duo tantum millia hoſtium occidiſſet. Vni.) id eſt mihi. Se enim ipſum intelligi uult, & denotat gratulationẽ illam, qua, ut paulo antè memorauimus, concurſus populi ad ipſum factus eſt, & ipſe uſq; in Capitolium deductus, atq; in Roſtris collocatus, maximo clamore uulgi ac plauſu. Triſtis à Mutina fama.) Vt ſuprà memorauimus, triduo aut quatriduo ante uictoriam, timore quodam perculſa eſt tota ciuitas, cum à Mutina fama cladis diuulgata fuiſſet. Quo quidem tempore omnes ſe ad M. Brutũ tanquam unicum libertatis aſſertorem cum coniugibus & liberis profugere decreuerunt. Impij ciues.) Illos nimirum deſignat, qui Antonianam ſectam ſequebantur, Antonioq; abſenti fauebant. Diſceſſionem facere uoluiſſent.) Senatuſconſultum fieri duobus modis ſcribunt M. Varro & Gellius. aut enim per diſceſſionem fit, aut per ſingulorum ſententias exquiſitas. Tubero ait nullum ſenatuſconſultum fieri poſſe non diſceſſione facta, quia in omnibus ſenatuſconſultis, etiam in his quæ per relationem fierent, diſceſſio eſſet neceſſaria: idq; Atteius Capito uerum eſſe confirmat. De hac diſceſſione intelligi uoluit M. Tullius ſcribens in epiſtolis ad Lentulum, Frequentes ierunt in alia omnia. Liuius quoq; diſceſſionẽ ſignificat, cũ ait: Sed tum quoq; aut uerbo aſſentiebat, aut pedib. in ſententiam ibat. Hinc non pauci opinantur pedarios Senatores appellatos, qui in alienam ſententiam pedibus ibant, cum ipſi ſententias non rogarentur. Suetonius in Tiberio: Cum Senatuſconſultum per diſceſſionem fortè fieret, tranſeuntem eum in alteram partem, in qua pauciores erant, ſecutus eſt nemo.

Nunquam in ciuili bello ſupplicatio.) Si quis apud ueteres Romanos res præclaras maximeq; Reipub. utiles in ciuili bello geſſiſſet, non appellabatur Imperator, neq; ullæ ſupplicationes ei decernebantur, neq; aut ouationem aut triumphũ conſequebatur: quia ut neceſſariæ iſtæ, ita lugubres ſemper exiſtimatæ ſunt uictoriæ, ut pote non externo, ſed domeſtico cruore partæ. Ideoq; lauream nec Senatus cuiquam dedit, nec quiſquam ſibi dari deſiderauit ciuitatis parte lachrymante. Publium Seruilium.) Legere malim, Publi Seruili, ut ſit caſus uocatiuus, quem ſalutatorium appellant, ſermone ad ipſum Publium Seruilium per apoſtrophen directo, qui id temporis erat in Senatu, qui Collega fuit in Conſulatu Cæſaris Dictatoris in bello ciuili Pompeiano. Ne triumphum quidem egit.) Cæſar Dictator profligatis aduerſarijs uictor ac uoti compos domum reuerſus egit quinq; triumphos, primum Gallicum, ſequentem Alexandrinum, deinde Ponticum, huic proximum Africanum, nouiſſimum Hiſpanienſem. Pharſalicæ uerò pugnæ & Pompeianæ cladis nullum egit triumphũ, nec fas erat ciuem triumphare de ciue. Annotant hiſtorici, populum Romanum dolenter grauiterq; tuliſſe, cum in triumpho Cæſaris Africano imagines Scipionis, Petreij & Catonis, repræſentatæ fuiſſent eo habitu, quo illi mortem oppetierant: adeò omnis ciuilis uictoria perinde ac funeſta damnabatur. Præter Gabinium.) In oratione contra Piſonem tradit, Gabinium cum nihil aliud in prouincia Syria egiſſet, niſi ut urbes depopularetur, agros uaſtaret, exhauriret domos, poſtulaſſe à Senatu per literas ſupplicationem: Senatum literis Gabinij non credidiſſe, poſtulantibus denegaſſe. unde ſubiungens, ait: His ego rebus paſcor, his delector, his perfruor, quòd de Piſone & Gabinio ſenatus opinatur non ſecus ac deterrimis hoſtibus. Alterius omẽ auertant.) Fruſtra optat M. Tullius, ut dij immortales in Panſa conſule omen mortis auertant, cum uulneratus in prælio paulo mox ex uulnere deceſſerit. Tradunt hiſtorici Panſam conſulem ictu ſagittæ in ilibus confoſſum, delatum eſſe Bononiam, ibiq; periſſe, cum Hircius collega in acie cecidiſſet. Rumor diſſipatus eſt, ambos opera Auguſti Cæſaris occiſos, ut ſolus rempublicam occuparet. Quin etiam Panſæ adeò ſuſpecta mors fuit, ut Glico medicus cuſtoditus ſit, quaſi uenenum uulneri indidiſſet. Moriens Panſa, ut auctor eſt Appianus, ſuaſit Auguſto ut Antonio reconciliaretur. Cadauera Hircij & Panſæ Auguſtus Romam, ut illic ſepelirentur, deportari iuſſit. Virtute ſuperabit.) Ex hac ſententia exijt illud Maronianum, Ante annos animumq; gerens mentemq; uirilem. & à Perſio dictum eſt, Scilicet ingenium & rerum prudentia uelox, Ante pilos uenit: dicenda tacendaq; calles. Decerno quinquaginta dierum ſupplicationes.) Appianus libro 3. Bellorum ciuilium ſic refert: Supplicationes ob res in Antonium geſtas, quinquaginta dierum anniuerſarias ſenatus habendas cenſuit, quot nec unquam bello Celtico aut alijs in bellis decreuere Romani. Confirmata duabus legionibus præmia, quæ ab Antonio profugerant, ſingulis ſcilicet militibus drachmæ quinq; millia, quaſi uictoribus, quæ olim promiſerat ſenatus: conceſſumq; ſolennibus diebus corona florida uti poſſe. Ad leniendum mœrorem proximorum.) Plato in eo libro cui titulus eſt Menexenus, ſiue Epitaphiũ, magnifica oratione funebri proſequitur eos qui in prælio ob patriam ceciderunt, illorum filios fratresq; ad uirtutis ipſorum imitationem hortatur; parentes autem & maiores alios, ſi qui ſuperſunt, conſolatur. Ex Platonicis filis hæc Ciceronis tela contexta eſt, & ex philoſophicis racemis collecta uindemia, ut uerum ſit illud, Ciceronem ex Academiæ ſpacijs & placitis maximum oratorem extitiſſe, cum omnis ubertas & quaſi ſylua dicendi ex philoſophorum diſputationibus ducta ſit. Deſiderat neminem.) Signat ex legione Quarta neminem in pugna occidiſſe. Deſiderati enim hiſtorico uocabulo interfecti nominantur. In fuga fœda mors.) Conſimile eſt illud Horatianum, Dulce & decorum eſt pro patria mori: Mors & fugacem perſequitur uirum, Nec parcit imbellis iuuentæ poplitibus, Timidoq; tergo. Longior quàm hæc uita.) Animæ immortalitatem aſſerit: de qua ſcribens in Tuſculanis quæſtionibus, ſic inquit: Nemo unquam niſi ſpe magna immortalitatis ſe pro patria offerret ad mortẽ. licuit eſſe ocioſo Themiſtocli: licuit Epaminondæ: licuit (ne uetera & externa quæram) mihi: ſed neſcio quomodo inhæret mentibus quaſi ſeculorum quoddam augurium futurorum: idq; in maximis ingenijs altiſſimiſq; & exiſtit maximè, & apparet facillimè: quo quidem dempto quis eſſet tam amens, qui ſemper in laboribus & periculis uiueret? Monumentum.) Iuriſconſultus titulo de Religioſis, Monumentũ eſt, inquit, quod memoriæ ſeruandæ gratia exiſtat. Item monumentum, generaliter res eſt memoriæ cauſa in poſterum prodita: in quam ſi corpus uel reliquiæ inferantur, fiet ſepulcrum: ſi uerò nihil eorum inferatur, erit monumentum memoriæ cauſa factum, quod

Græci

Græci cenotaphiũ appellant. Conſolemur proximos.) Plato in Menexeno, Patres noſtros ac matres, ſi cui noſtrum ſuperſunt, atq; conſolatione indigent, conſolari oportet, quia deceat facilè quæcunq; acciderint, ferre. Liberis domeſtica exempla.) Idem Plato: Equidem ô uirorum præſtantium filij, uos ipſe & in præſentia exhortor, & in poſterum: quemcunq; ueſtrum nactus fuero, admonebo ſemper & cohortabor, ut quam optimi euadere contendatis. Id genus quod eſt pulcherrimum.) Socrates apud Platonem ſic ſermocinatur: Videtur Menexene apud plurimas gentes præclarum eſſe in bello occumbere. etenim qui ſic è uita migrat, funere & ſepulcro magnificentiſsimo honoratur. Epaminondas Thebanus dicere ſolebat, ἐν πολέμῳ θάνατον εἶναι κάλλιστον. In bello mortem eſſe pulcherrimã. Apud Silium inquit Annibal, Pugnantem cecidiſſe meum eſt. Item in elogio Pauli Aemylij: Tibi gloria letho Iam parta inſignis. Plato quoque ita refert: Profectò cum liceret nobis turpiter uiuere, honeſtè mori maluimus. Parentibus tribuenda cenſeo.) Lex Athenienſium perinde ac optima laudatur, quæ parentes & filios eorum qui in bello interierunt, ali iubet, ſummoq́; magiſtratui talium committit curã, uidelicet ne ulla prorſus iniuria parentes horum afficiantur: filios autem educat ipſa ciuitas, ſtudetq́; ut illis ignota ſit orbitas nam ipſa parentis gerit uicem, & dum pueri ſunt, & cum ad maturam ætatem uenerint, ad officia ſua tranſmittit, omni armatura fulcit & ornat, patris ſtudia oſtendit & memorat, dum paternæ uirtutis tribuat inſtrumenta. hinc ait Aſpaſia in oratione funebri: Nempe ſenectutem ueſtram priuatim publiceq; alemus: & quemcunque ex illorum progenie nacti fuerimus, ſumma beneuolentia complectemur. Cum C. Panſa.) Formula eſt ſenatuſconſulti quod cenſente Cicerone decernitur. Occidione occiderit.) Scriptores ſtragem magnam atq; internecionem ſignificare uolentes, dicunt ad occidionem occidi. Columella ſcribens de fucis ait: Nam nec ad occidionẽ gens interimenda eſt, ne apes inertia laborent. Supplicationes ad puluinaria.) Liuius: Supplicatio inde à Conſulibus triduum ex Senatuſconſulto indicta eſt, obſecratiq́; circa omnia puluinaria dij: quod bellum cum Philippo iuſsiſſet populus, id bene ac fœliciter eueniret. Itẽ, Obſecratio circa omnia puluinaria facta. Sunt autẽ puluinaria, ut grammatici docent lectuli qui ſterni in templis cõſueuerunt, et pro templis ponuntur. Reſoluturum) iunctim legendum eſt, ut ſit dictio una, non duæ. Plautus in Menech. Perdomiſco ſi reſolui argentum quibus debeo. M. Antonius, ut apud auctores idoneos obſeruaui, reſcripſit orationes maledicentiſsimas aduerſus haſce Ciceronis Philippicas: in quib. inter cætera Ciceroni probro dedit, quòd Terentiam immeritò repudiaſſet, quòd uirginẽ ſenex duxiſſet uxorem: iocatusq́; eſt in Ciceronem perinde ac mollem Cicero autem obiectum crimen uxorium diluit hoc dicto, quòd obiurgantibus quibuſdam quòd ſexagenarius Publiliam uirginem duxiſſet uxorem, Cras mulier erit, inquit. Tyro Tullius Ciceronis libertus, & in ſtudijs literarum patroni adminiculator, idcirco uxorem hanc à patrono ductam eſſe refert, ut ita diſſoluere poſſet æs alienum, quo maximo obruebatur. erat enim puella illa opulentiſsima, eiusq́; fortunæ ac opes Ciceronis tutela cuſtodiebantur.

BARTHOLOMAEI LATOMI in XIIII. Philippicam Annotationes.

ARGVMENTVM.

Pugnatum erat ad Mutinam cum Antonio, & uictus fugatusq́; Antonius magno prælio. quare nunciata Romã, ac ſimul miſsis literis ad Senatum à Coſs. de ſupplicatione decernenda, cum fautores Antonij illud etiam adderent, ut ſaga ponerẽtur in eam diem, et poſtridie reſumerentur donec confectum eſſet bellum: ſupplicationes, aiunt, ita decernerent, ut neq; imperatores appellarent eos qui tantam rem geſſerant, neq; hoſtes Antonij, ſed audaces tantummodo & improbos ciues. Diſſentiens ab ijs Cicero hanc dixit ſententiam, in qua primò reprehendit ueſtitus mutandi abſolutam mentionem factam ante confectam uictoriam. deinde peruerſam lenitatem inconſtantiamq́; eorum qui neq; Antonium ſuo merito nomine, neq; duces Reipublicæ imperatores appellabant, commemorans nefaria ſcelera Antoniorum, & uirtutem meritaq́; defenſorum Reipublicæ amplificans. Poſtremò decernit præmia & honores militibus, eosq́; laudat qui in pugna occubuerant, & mortis eorundem breuem conſolationem inducit.

SI, ut ex.) Ab ipſa re incipit, & negat ſaga ponenda eſſe, antequam conſtet Brutum liberatum eſſe, et ante confectam uictoriam. Vt ex.) Comparatio. Optamus.) ut liberatus ſit omni periculo. Arbitramur.) ſperamus. Salutem.) liberationem. Ante uerò.) antitheſis. Allata ſit.) nũciata ſit certò ſcilicet. Lætitia.) ex uictoria contra Antonium. Confectæ uictoriæ.) ſicut confectũ bellum, id eſt conſummatum, perfectum, eadem figura. Quæ autẽ eſt.) Reprehendit inconſtantiã ex contraria ſententia à turpi & religioſo. Optamusq́;.) ad ueſtitum ocij & pacis. Turpe.) Vide inconſtantiam. Gratum.) Ergo non religioſum. Adiecimus.) ſupplicandi cauſa.

Atq;) Arguit quorundam maleuolentiam erga Brutum, qui nondũ liberato eo tamen ſaga ponenda eſſe cẽſebant, nempe ut non tam Bruti, quàm reipublicæ cauſa ſumpta fuiſſe uiderentur. Quoſdã.) inuidos Bruti. Veſtitum.) ad togas. Prodatur.) prorogetur. Elegãter dictum prodere memoriæ. Tollite.) remouete hanc cauſam. Prauæ.) peruerſæ. Vos uerò P. C.) Hortatur ſenatum, ut maneat in ſententia erga Brutum, & acta de eodem commemorat, quæ uim præiudiciorum obtinent. Locus pertinet ad inconſtantiam deuitandam. Vos.) Ad conſtantiam hortatur. Diſcrimen.) quod dubium & incertum eſt, id eſt periculum. Ad.) Iam commemorat acta ſenatus. Sortiti.) prouincias. ſorte diuiſerant more Romano. hoc obiter commemorat amplificãdi cauſa. Peſtibus.) periculis.

Vicitq́; dolorem.) Hoc ad laudem pertinet C. Cæſaris.

A quo.) ſcilicet Panſa in cõcione. Neceſsitati uictus.) annonæ opinor, quæ à Conſule procuranda erat. Quod ſperare.) De ſalute loquitur, & cõcludit. Inibi eſſe.) propè eſſe, in articulo, ἐπὶ ξυροῦ. Fructum.) lætitiam & reditum ad priſtinum ueſtitum. Reſeruare.) differri, & nondum mutari ſaga. Vim.) temeritatẽ. Præripuiſſe.) feſtinatione quadam ante tempus. De hac re.) de Bruto liberando, & pace conficienda. A proprætore.) Octauio. Conſuli.) Hircio. Imbuti ſanguine.) Ad ſupplicationem uenit, ſed antè reprehendit aduerſariorum ſententiam, qui nomine hoſtis in Antonio abſtinebãt. Imbuti.)

Significat dimicatum eſſe inter ciues. Vel madefacti.) *Correctio, augendi cauſa.* Tertiò.) *quod tertium Cæſar bellum commiſerat.* Pietas.) *eſt.* Quouſq;.) *Subeſt finitio huius loci, an Antonius ſit hoſtis. hoc confirmat Cicero.* Mucrones.) *gladios.* Tremere.) *Hoc interpretatur ipſe, id eſt dubitare. ita legendum.* Gratiæ.) *Ironia. habet contrarium ſenſum.* De improbis, inquit.) *Refert uerba, ut opinor, Seruilij, ut abſurditatē & indignitatem oſtendat: quem etiam reprehendit, ſed modeſtius quàm alios.* Clariſſimus.) *Seruilius.* Euellūt terminos.) *Locus corruptus eſt.* Aut eijciunt.) *Loquitur de Antonijs. & tronicôs profertur.* Circumſcribunt.) *circumueniunt.*

His enim uitijs.) *Commemorat ſcelera Antonianorum cum amplificatione, ut hoſtium nomine dignos oſtendat. Subeſt ſtatus finitionis, ſi quis requirat.* Agnoſcere.) *confiteri, id eſt quod nulla barbaries poſſet committere. eſt caſtrenſe uerbum. hoc dictum habet uim amplificandi.*

Id deorum conſilio.) *Id deorum cōſilio, ita legendum.*

Iupiter.) *Capitolinus ſcilicet. hæc ad amplificationem L. Antonij ſceleris pertinent.* Quot.) *Parmenſes.* Præludium.) *nempe Antonij ante crudelitatē. ad crimen hoc loco pertinet: ſumptum à Muſicis.* Inſigne.) *Pergit in deſcribenda perſona ad odium.* Portentū.) *hæ portentoſæ & monſtroſæ crudelitates.* Refugit.) *penultima correpta, id eſt abhorret.* Quas enim.) *Explanat.* Turpitudines.) *Significat maſculam Venerem ipſi in prima ætate conſtuprati fuerunt.* Lætantur.) *quod indigniſſimum eſt.* Oblita.) *cōtaminata, à lino: polluta, conſpurcata eſt.*

Eſt igitur.) *Infert intentionem.* Victam.) *ſuperatam eſſe.* Quæ enim.) *Declarat.* Subrepta.) *ad extenuandam uirtutem Antonij.* Niſi fortè.) *Ironia.* Quid tandem.) *Arguit ex minori.* Ad expiandas egeſtates.) *Eſt uerbum religionis.* Explendas.) *ſarciēdas.* Metator.) *diuiſor, menſor.* Recordamini.) *ex recenti periculo & trepidatione in urbe.* A domeſticis.) *id eſt Antonianis.*

Hæc à.) *Vrget intentionem.* Itaq; cum ſupplicationes.) *Venit ad literas et ſupplicationes, quas ita decernit, ut duces reip. ad Mutinā imperatores appellet. atq; in eo reprehendit aliorum ſententiā, qui hunc honorē illis non tribuebant. Subeſt item uis finitionis* Literis.) *cōſulum.*

Dierum.) *ſupplicationes. nam decernit 50 dierū ſupplicationes, cæteri decreuerant tantum uiginti dierū ſupplicationes.* Etenim cui uiginti.) *Appianus tradit morem fuiſſe, ut is dignus imperatorio nomine haberetur, ſub quo mille hoſtium concidiſſent.* Vt non imperator.) *Duplex argumentū: alterum ex minore, alterū ex connexis, non eſt maritus ſine uxore. ſunt cōnexa.* Domeſtici.) *Q. Fuſius Calenus, & L. Piſo.* Quāto enim.) *Affirmat ex minori, ex ſua perſona.* Templum.) *ſenatum.* It enim.) *Amplificat à loco communi.* Tu igitur de te.) *Occurrit reprehēſioni, & excurrit in querelam contra improbos quoſdam, qui de ſe inuidioſum rumorē ſparſerant, & conſilium machinabantur ad ſeditionem excitandam.* Inuitus.) *de me dico.* Sed iniuriæ.) *Antitheſis. Inuehitur in maleuolos & inuidos quoſdā.* Ignaris.) *improbis.* Scitis enim.) *Explanat quod dixit.* Sermonem.) *famam.* Cum faſcibus.) *me ſumpturum conſularia inſignia.* Aliquém ne imperatorem.) *Inducit uerba aduerſariorū, & tacitum eorundem conſilium oſtendit.* In aliquem.) *Ita legendum, Aliquém ne imperatorem habituri erimus? cri men inuidiæ quæretur.* Inuidiæ.) *Dicimus ad inuidiam.*

Credo hoc in gladiatorē.) *Remouet à ſe tantū crimen, & purgat ex antefactis ſuis, & ex ſceleris magnitudine.*

Non in eum.) *ſcilicet Ciceronē.* Quibus auſpicijs.) *Iſta ad coniecturam pertinent, an uera ſint.* Augur.) *defenſor religionis, qui auſpicijs præſum.* Quatenus.) *uſq;.* Quanquā opinor.) *Corrigit rurſus quod exaggerauit, & incredibile efficit.* Hoc.) *tantum ſcelus, me nempe tanquam Catilinam rempublicam oppreſſurum.*

Vnde.) *Ipſe interrogat oratoriè, & reſpondet.*

Quum ut ſcitis.) *Exponit occaſionem ſparſi rumoris, & inſidioſum improborum conſilium.* Partirentur.) *operas, ſtationes.* Oſtia.) *ingreſſus, aditus, uias patentiores. aliâs propriè oſtia ſunt fluminum, bona metaphora.* Conductorum) *qui mercede conducti erant ad me interficiendum.* Quæ.) *quas res.* Fons.) *origo.*

Doloris.) *de dolore meo.* Hæc interpoſui.) *Excuſat quòd ab inſtituto digreſſus ſit: & quoſdam in ſenatu reprehendit, ex quibus potiſſimum Qu. Fuſium, & L. Piſonem, qui fauebant clàm Antonio, & à Cicerone frequenter diſſidebant.* Alios parum.) *Conqueritur, & ſimul eos reprehendit, & deſcribit.* Sed conſpectu.) *Malè legitur. legendum autem: Sed cùm ſpe, tum timore moderari.* Contendit.) *ſi quis mihi inuideat dignitatem.* Vitijs.) *ſua peruerſitate.* In finibus.) *in campo uirtutis & gloriæ.* Tu ſi.) *Indignatur, & inſurgit in aduerſarium, facitq; proſopopœiam.* Tu ſi ego.) *Hæc in Fuſium & Piſonem dici uidentur.* Sed ſi.) *Redit ad priorem ſententiam.* Principatus.) *De principatu, eleganter.* Ego enim.) *Addit cauſam.* Quidam moleſtè.) *Illa increpatio eò pertinet in Antonianos, ut eos reuocet, & in uiam redigat. eſt ſcopus orationis.* Vt enim.) *Declarat quod dixit.* Ordinem.) *Senatorium.*

Loco.) *Conſulari, qui principes ſumus.* Auent.) *cupiunt.* Exiſtimant.) *iudicant.* Memoria.) *Iam confert ſe cum cæteris. Eſtq; contentio.* Ante diem decimumtertium.) *Hoc factum eſt in tertia Philippica.* Principem.) *auctorem.* Iudicatum.) *in quinta Philippica.* Pacis.) *ſuſpectæ, inſidioſæ.* Ventidium.) *Hic erat Antonianus.* Deſignati.) *Hircius & Panſa.* Diſceſſionem facere.) *Diſceſſionem facere erat, cum propoſitis duabus pluribúsue principum ſententijs, unam earum cæteri ſuffragijs comprobarent, ut in eam Senatuſconſultum fieret.* Voluiſſent.) *Ciceronis ſententia fuit excluſa tanquam acerba & aſpera in Antonium.* Iampridem.) *bellum reliquiſſent.* Sed quod tum non.) *Relabitur ad appellationem hoſtis in Antoniū, & adhortatur Senatum.*

De numero ſententiarum.) *in quas uidelicet diſceſſio fieret. nam dictis pluribus ſententijs, non in omnes, ſed in duas trésue, quæ cæteris potiores uidebātur pedib. ibatur: ex quibus quæ numero ſuperaſſet, in eam Senatuſconſultū fiebat.* Ieiuno animo.) *id eſt uacuo à laudis & gloriæ cupiditate, quæ propoſita eſt ijs qui Rempublicam defendunt, non qui tyrannis fauent.* Ad te ipſum.) *Colligit exempla, quib. confirmat ex contrario, ſupplicationem nunquam niſi de cæſis hoſtibus decerni, quoniam de ciuibus nunquam decernatur.* At miſit.) *[illegible]* Eos.) *Addit rationem.* Nam mihi.) *Contrarium exemplum prioribus.* Quamobrem.) *Concludit intentionem ex connexis.* Nemini.) *ut ſupplicatio ob Remp. bene geſtam negaretur.* Quod ergo illi re.) *Commodè redit ad inſtitutum inferens ex præcedenti loco imperatoriam appellationem*

lationem in ducibus Reip. cum hoſtis ſit Antonius. nam ſubeſt uis connexorũ. Deinde ſubtexit argumentationem ex rebus geſtis, & meritis perſonarum, quæ ordine & breuiter commemorat. Connexa ſunt ſicuti uxor & maritus, ſeruus & dominus. non poſſunt ſeparari. Honoris.) Conſulis. Alterum.) nomen conſulis. Nomen beneficij.) Conſulis, imperatoris. Cæſarem.) Octauium.

Auguſtus.) à uita noſtra. Princeps.) Iam commemorat rem. Martia.) Fortißima erat legio ex ueteranis.

Effrenatius.) uehementius. ita commemorat, ut oculis ſubijcere uideatur. In primis) in prima acie. Omen auertant.) Hoc omẽ fruſtra deprecatur Cicero, quoniam Panſa ex uulnere paulò poſt prælium deceßit. Hircius autem, ut tradunt hiſtorici, in acie ipſa ceciderat. Sed apparet eius rei nuncium aut nondum Romam perueniſſe, aut ſuppreſſum fuiſſe, ne ciuitas perturbaretur. Eduxit.) ut ſuccurreret collegæ. Seruaſſem) non comediſſem. In ferret.) in aciem Antonij. Vrbis tectis.) Amplificat rem uerbis. An uerò.) Ad tertium uenit. Imperium.) proprætoris. Quamobrem promiſſa.) Abſoluit hunc locum de imperatorib. et tranſit ad milites. Præſtatur.) ſeruatur. Sed facile) Correctio. Bene) bona fide, benignè. Tacentibus flagitari.) Prouerbiale Flagitare eſt quaſi inſtando petere. Admirabilius.) laudabilius.

Duo certè.) Breuis propoſitio. Placet.) Propoſuit, nunc rem ipſam aggreditur. Monumentum.) quod nos præteritæ rei admonet. Placet igitur mihi.) Decernit honorem militibus qui in acie occubuerant. Martiæ.) quæ primò impetum fecerat in Antonium. Hæc ſe prima.) Commemorat, & effertur in amplificationem. Amplificatio eſt demonſtratiui generis. Deſiderat.) amiſit: id eſt habet omnes ſuos ſaluos. O fortunata.) Iam effertur in amplificationem. Vos.) Iam alloquitur ipſos milites. Pignerari.) Pignerari, id eſt pignori accipere, nempe ad obligandum cæteros, ut uictoriam non niſi uirtute obtineant, cuius Mars ipſe eſt præſes. Reciduſtis.) occidiſtis: à cædo, quod eſt percutio. Breuis uita.) quia adhuc iuuenes occubuerant. Inſepulta.) inhonorata & neglecta. aliâs inſepultum pro aperto ponitur, metaphoricôs. Multi ſæpe.) Amplificat hunc honorem, ut & uirtutem amplificet. Vos ab.) Delabitur ad commemorationem debitorum. Moles.) ſepulcrum. Sermo conticeſcet.) perpetuò omnium ſermone celebrabimini. Parentibus.) Obiter cõſolatur omnes, patres, liberos, etc. loquitur autem diſtributiuè. Omnibus aliquid commodi tribuit, quo iactura incommodi compenſatur. Oratio.) conſolatoria. Sed ut aliquando.) Format ſummam ſententiæ, & concludit. Verſaretur.) in prima acie. Occidione occiderit.) Conſuetudo loquendi de magna cæde. Commemorat merita cuiuſq;, deinde ſententiam de honore ſubiungit. Omnia puluinaria.) Hoc eſt per omnia templa. Cumq́;.) ad milites uenit.

Reſoluturum.) Puto perſoluturum legendum eſſe, ſcilicet cenſeo. Princeps.) prima. Cæderent.) ferro: à cædo. uulnerarent, trucidarent. Monumentum.) ſepulcrum. Locandum.) Locat, qui mandat opus faciendum. Contribuere.) conferre.

HIERONYMI FERrarij Emendationes in Philippicas Ciceronis.

AD ueſtrum conſilium, auctoritatemq́;.) Auctoritatem, libri ueteres: & ita ſcribi oportere, non ſolum grammatici antiqui docent, qui quidem hoc uocabulum ab Augeo declinatum tradunt, ſed etiam ex antiquorum monumentorum inſcriptionibus apparet. 323 Athenienſiumq́; renouaui uetus exemplum.) Liber Colotianus, & alij nonnulli, Reuocaui. quod ut eijciam, uerbum proximum inferius facit. Sic in tertio libro de Oratore: Acerba ſanè recordatio ueterem animi curam, moleſtiamq́; renouauit. 323 Quod tum in ſedandis diſcordijs uſurpauerat ciuitas illa.) Sic liber Langobardicus literis ſcriptus, qui cum pleriq; conſentiunt, Quod tum in ſedandis diſcordijs erat ciuitas illa. Col. Quod tum in ſcandalis diſcordauerat ciuitas illa. Nonnulli, Quod tum in ſedandis diſcors erat ciuitas illa. Vnus atq; alter hoc modo, Quo tum in ſedandis diſcordijs erat uſa ciuitas illa. Quæ uarietas hanc in opinionem me adduxit, ut putarem M. Tullium ita ſcriptum reliquiſſe, Quod tum in ſedandis diſcordijs ciuitas illa. Hanc autem uarietatem ab illis hominibus emanaſſe, qui ſub omnibus locis, atq; uerbis gloſſemata ſubſcribunt: qui quidem cum periodo huic aliquid deeſſe uidiſſent, atq; aliud alij tanquam præteritum retuliſſent: in horum poſtea libris deſcribendis, ducti errore librarij ſuggeſta illa uerba, & tanquam adulterina cum ueris germanisq́; contexuerunt: quæ ſenſim latius diſſeminata omnes ferè libros occuparunt. Tu tamen, ne nimium nobis ſumere uideamur, fac tantiſper in tuis ſit, uel ut antè fuit, uel quoniam nullis in libris ueteribus reperitur Vſurpauerat, ut in his duobus eſt, quos extremos protuli, dum librum nobis aſſentientem inueniamus.

323 Summa cum dignitate, & conſtantia.c.) Omnes libri ueteres commutant ordinem. ab his etiam nonnihil diſcrepant. hoc modo, Ad hunc ordinem res optimas deferebat, nihil tum in C. Cæſaris commentarijs reperiebatur, ſumma cum dignitate, conſtantia ad ea, quæ quæſita erant, reſpondebant. Qui quidem, quod ad ordinem attinet, ualde placent. placent autem propter inſequens membrum, quod ad hoc extremum multo aptius, quàm ad illud alterum quadrat: nec inſolens, ac nouum, ut duo uerba ſublata è medio coniunctione dicantur. Cicero in epiſtola ad Appium: Quoq́; plura uirtutis, induſtriæ ornamenta in te ſunt. & in 13. Philippica: Tamen eorum ora, ſermones, qui ex eo numero in Vrbe relicti ſunt. Niſi quod erat notum omnibus, deeſſe non abeſſe mihi uidetur. nam & recentiores retinent, & hoc, quàm illud, uериſimilius eſt. 323 Clariſsimo uiro.) C. V. libri ueteres.

324 Senatuſconſultum.) S. C. libri ueteres.

324 Alia porrò propria Dolobellæ.) Dolabellæ. l. u. & rectè indicãt ſubſtructiones aquæductuũ, in quibus ita ſcriptum eſt, P. Cornelius P. F. Dolabella. 324 Qui illam inſepultã ſepulturam effecerãt.) Audio quoſdam non Inſepultam, ſed Inſepulto probare, quibus de cauſis adductos, neſcio: omnes certè libri contrà faciũt. Ego uerò M. Tullium arbitror id loquẽdi genus ab aliquo uno ex uetuſtißimis illis ſcriptoribus mutuatũ, aut certè poetã neſcio quem imitatũ, cuius ipſe uerſus in libris oratoris profert,

Qua tempeſtate Paris Helenam innuptis iunxit nuptijs. Eum porrò à Græcis tranſtuliſſe. illi certè in hoc genere frequentes. ut illud eſt apud Euripidem in Hecuba, νύμφην τ᾽ ἄνυμφον, παρθένον τ᾽ ἀπάρθενον. & apud Sophoclem in Aiace, ἐχθρῶν ἄδωρα δῶρα κοὐκ ὀνήσιμα. Vt igitur ille nuptias innuptas appellauit, quòd in ijs ſolennia, ac iuſta nuptiarum ſeruata non erant: ita hunc per ſimilitudinem ex iſtimo funus Cæſaris inſepultam ſepulturam uocitaſſe, propterea quòd raptim, ac turbulentè, non more, ac modo factum erat. quod ita fuiſſe, declarant rerum geſtarum Cæſaris explicatores. Sepultura autem ualet interdum humationem, atq; actum ipſum, ut ita dicam, ſepeliendi: funus aliàs, & propè exequias ipſas, ut hoc loco, & lib. 2. de Legibus: Nec de mortui laude, niſi in publicis ſepulturis, nec ab alio, niſi qui publicè ad eam rem conſtitutus eſſet, dici licebat. 324 Magis magiſq;.) Magis ac magis. Liber Lang. & alij nonnulli. utrunq; uſitatum.

324 Cum ſuis ſimilibus ſeruis.) Sui, probo.

324 Mirum mihi uideatur.) Omnes libri ueteres, Mihi mirum uideatur. 324 Nihil per ſenatum: multa, & magna per ſe ipſum & abſente populo, & inuito.) Multa, & magna per populum, emendo, cum auctoritate ueterum omnium librorum, qui quidem in manus meas peruenerunt, tum etiam ratione adductus: nam primum quis agebat per ſe ipſum? deinde ipſe Cicero multis in locis apertiſſimè oſtendit, Antonium egiſſe per populum. Quî potuit agere per populum (dicet quiſpiam) & abſente populo & inuito? Qui agit per plebem concitatam, per operas conductas, per egentes, ſeditioſos, facinoroſos is agit per populum: ſiquidem hi quoq; ſunt in numero ciuium: & rurſus per populum non agit, cum & populus, qui uerè populus appellari poſſit, conſtet ex uiris bonis, ac bene ſentientibus de republica: & ea comitia legitima ſint, quorum auctor ſenatus eſt, quæ deſcriptis ætatibus, claſſibus, ordinibus habentur. Antonius igitur cum ferret leges per uim, excluſis bonis, & iure rogandi ſublato, non agebat per populum: & rurſus agebat per populum, cum ciues improbi, atq; ex numero ciuium meritò exterminandi eas ſciſcerent, ac iuberent. Quid multa? audiamus Ciceronem ſimiliter loquẽtem in oratione pro domo ſua: An tu Populum Rom. eſſe illum putas, qui conſtat ex ijs, qui mercede conducuntur, qui impelluntur, ut uim afferant magiſtratibus, ut obſideant ſenatum, optent quotidie cædem, incendia, rapinas? quem tu tamen populum niſi tabernis clauſis frequentare non poteras.

325 Vt adeſſem Cal. Ianuarij.) Liber Lang. Kl. Ian.

325. Cum Brunduſium) Liber Lang. Brundiſium, ſemper. 325 Quæ tamen mihi urbs coniunctiſſima.) Libri ueteres, Vrbs mihi coniunctiſſima. quæ ſtructura mihi concinnior uidetur. 325 Suſpicionis aliquid afferret.) L. Lang. Suſpectionis. ut apud Terentium in Andria, Nam qui iſtæc tibi incidit ſuſpectio? Suſpicio quoq; unde hoc uerbum declinatum eſt, pro Suſpectum habeo, dixit Salluſtius: Suſpectus, inquit, regi: & ipſe eum ſuſpiciens. 325 Quæ ita mihi placuit.) Quæ mihi ita placuit, omnes l. u. 325 Nec multo pòſt.) Nec ita multo pòſt, omnes l. u. qui mihi quidem redolere uidentur elegantiam Tullianam. 325 Etiam plus reipub.) Plus etiam reipub. omnes l. u. 326 Rempub. conuenturam Calend. Sextilibus: ſenatum frequentem fore.) Ita corrigendum eſt, Rem conuenturam: Kal. Sext. Senatum frequentem fore. Cuius emendationis habemus auctorem non modò Col. librum, ſed Ciceronem ipſum in 16. libro epiſtolarum ad Atticum, de eadem re modò loquentem, Hoc, inquit, afferebant Bruti & Caſſij edictum, & fore frequentem ſenatum Cal. à Bruto, & Caſſio literas miſſas ad conſulareis, & prætorios: ut adeſſent, rogare. ſummam ſpem nunciabant, fore, ut Antonius cederet, res conueniret. 326 Remiſſis Gallijs prouincijs.) Prouincijs Gallis, Colotianus, & alij nonnulli ueteres libri.

326 Ex qua Brutus excederet.) Cederet omnes libri ſcripti. quod uerbum tamen idem ualet, quod Excedo. ut hic idem in 10. Philippica de eodem Bruto loquens, declarat: Eundem uidi poſtea Veliæ, cedentem Italia. Et paulo infrà: Cedere è patria ſeruatorem eius, manere in patria proditores. 326 Pulcherrimi facti conſcientia.) Hoc amplius omnes s. l. Pulcherrimi facti ſui conſcientia.

326 Neq; perficere poteram.) L. u. Partim Patrare, partim Præſtare. Gellius quoq; Præſtare, ſi tamen ſine mendo liber eſt, quem tamen ſequor. 326 Præter naturam etiam, præterq; fatum.) Etiam, delendum eſt, niſi libris omnibus antiquis fidem abrogamus. 327 Idq; nonnullo eius officio debere eſſe.) Sic omnes libri ueteres, Idq; me nonnullo eius officio debere ẽe, ex quibus mea quidem ſententia, ſi e modò literam in t mutaueris, omne mendum ſuſtuleris, hoc modo, Idq; me nonnullo eius officio debere, ẽt præ me ſemper tuli. 327 Ita ſine cura conſules ſunt.) Lang. C. pro Conſules. Colotianus, Conſul. nõnulli, Conſulares. ego ſequor impreſſos. 327 Cùm que è uia languerem.) Tres libri ſcripti, De uia, quos uehementer probo: ſiquidem ab his ſcriptores luculentiſſimi ſaciunt. Plaut. in Pſeud. Nam ut laſſus ueni de uia, me uolo curare. Cic in Acad. Et niſi de uia feſſus eſſet, continuo ad nos uenturum fuiſſe. Et de Som. Scip. Me & feſſum de uia, & qui ad multam noctem uigilaſſem.

327 Miſi pro amicitia, qui hoc diceret.) Qui hoc ediceret, omnes l. u. quod aures meæ multo magis probãt. Edicere autem non modò ualet, edicto iubere: uerùm etiam dicere, indicare, atq; etiam enunciare ſignificat. Sal. Is eum ſe diceret indicaturum de coniuratione, ſi fides publica data eſſet: iuſſus à cos. quæ ſciret, edicere. Cicero de Am. Si prius, quid maximè reprehendere Scipio ſolitus ſit, edixero. Plautus in Men. Omnia hercle ego edictaui. Quid? ſi corrigamus, Hoc ei diceret. omnino mollius atq; uſitatius uideretur. tot librorum tamen conſenſionem pro nihilo putandam non arbitror.

327 Inuiti ſecuti eſtis.) Secuti eſtis inuiti, L. Col. oratio certè ſit & numero plenior, & compoſitione lenior. 327 Nihil dico quis fuerit ille L. Brutus.) Nos antea tantummodo coniectura ducti, pro Quis, Cui, repoſueramus ita, ut antè, Fuerit, notam diſtinctionis apponeremus: quòd omni ſcriptura diligenter conſiderata, Cicero mihi uidebatur hoc uoluiſſe dicere, ſe nullo modo eos honores, qui dijs immortalibus deberentur, cuiquam mortuo fuiſſe decreturum. Itaq; cum dixiſſet, An me cenſetis P. C. quod uos inuiti ſecuti eſtis, decreturum fuiſſe, ut decernerentur ſupplicationes mortuorum? tum illud addidit, Nihil dico cui. non diſputo, cui hic honos haberetur, neſario. ſ. tyranno, ſcelerato, impio. Verũ fac fuiſſe L. Brutũ exactorem regũ, patriæ liberatorẽ: adduci tamen nõ poſſem, et quæ ſequũtur. Similiter autẽ locutus eſt in orat. pro Sex. Cur de capite ciuis? nõ diſputo cuiuſmodi

ciuis,

tione pro Sext. Cur de capite ciuis? nō diſputo cuiuſmodi ciuis, & c. Verum hoc antea, ut dixi, coniectura modò adductus, nunc eo magis id affirmo, quòd ſententiæ meæ antiquiſsimus quiſq; liber adſtipulator eſt. Erunt tamen fortaſſe nonnulli, quibus magis arrideat Quoius, Cuius. ſ. patrio caſu, ut ſit ſuperiori ſcripturæ conſequens: dixerat enim Mortuorum. quæ ſententia ut reprehendi non poſſet, ſi alicuius unius libri auctoritate niteretur, ita non magnopere probanda, cum à ſcripto recedat: præſertim cum M. Tullium quibuſdam legibus ita ſit aſtrictus, ut ijs interdum tamen ſe relaxet, atq; ſoluat. ſi quis tamen id pugnaciter defendet, nos ei non ualde repugnabimus.

328 Facile poſsim defendere.) Poſſem, o. l. u. perſpicuè rectum. 328 Partim timeo ne impendāt.) Impendeant, l. u. perſpicuè rectum. 328 Conſulares fecit.) L. Colotianus, Cons. Lang. qui cum pleriq; faciunt, Conſules. quod ualde placet. 328 Qui ſententiā loco conſulari dicunt.) L. Col. & alij nonnulli, Cōſulari loco dicunt. quos ſequimur, ut aſperitatē concurſus extremi uerbi cum inſequenti primo uitemus. ſic in 7. Philip. Dicere in hoc ordine ſententiam M. Antonium conſulari loco.

328 In ſuſpicionem pop. Rom. uenire.) In ſuſpectione, Lang. 328 Quod ipſum eſt turpe.) Eſſet, non Eſt, o. l. u. quemadmodum in oratione contra Piſ. locutus eſt, Pro Aurelio tribunali ne conniuente quidem te, quod ipſum eſſet ſcelus, ſed etiam hilarioribus oculis, quàm ſolitus eras intuente. 329 Qui nō quid efficere poſſet.) Extra unum, atq; alterum librum, in quibus Col. (de ueteribus enim loquor: nam recentiores quoq; cum impreſſis faciunt) reliqui ſic, Qui non quid in rempub. cogitauit, ſed quid facere ipſe deberet. Qua ſcriptura diligenter conſiderata, atq; omnibus ex partibus pertentata, hanc in opinionem diſceſsi, ut huic aliquid deeſſe potius putarem, quàm impreſſæ ſuperare: cum præſertim, ut dixi, duo uetuſtiſsimi libri, atq; ex omnibus minimè mendoſi hinc ſentiant, & ſententia bona ſit, ac bonis uerbis elata. tot librorum tamen conſenſionem ſilentio præterire non placuit. de eo conuenit inter omnes, quòd illud uerbum Ipſe .ſ. proximum à poſtremo locum tenet: quo modo quidem multo melius cadit ipſa comprehenſio. 329 Benignè tamen me.) Benignè me tamen, o l. u. 329 Nihil tam eſſe in actis Cæſaris.) Nihil eſſe tam, c. omnes l. u.

329 An ſi cui quid ille promiſit, id erit fixum?) Pro Quid, Quod, o. l. u. quod ualde placet. In membro inſequenti ueteres libri non diſcrepant. recentiores ferè pro Fecit, Fecerit. quod probo: ut duo complectatur & promiſſa & beneficia. Eſſet autem planius, ſi ita dixiſſet, Quodq; idem facere non potuit, ut multis multa promiſſa non fecerit? uerbis ſcilicet coniunctione copulatis. Sed duo membra eodem modo paulo antè extulit, Liberatus cædis periculo paucis pòſt diebus ſenatus. uncus impactus eſt fugitiuo illi. c. Facere autem promiſſa, non promittere, ſed promiſſa ſeruare ſignificat. quod uel ex hoc loco facile intelligi poteſt, & lib. 3. de Off. Promiſſum potius non faciendum, quàm tam tetrum facinus admittendum fuit. & 1. Etiám ne furioſo promiſſum facere?

329 Quæ tamen multo plura reperta ſunt.) Quæ tamen multo plura illo mortuo reperta ſunt, o. l. u. 329 Pecunia utinam ad ædem Opis maneret.) Ad Opis, o. l. u. loquendi modus & breuis, & elegans, & optimo cuiq; ſcriptori uſurpatus, ut ius dicant, Ante Apollinis, Ad Martis, In Veneris, pro Ad Martis ædem, In Veneris ædem. Cicero de eadem re loquens in epiſtola ad Atticum, Rapinas ſcribis ad Opis fieri. Et 6 Philip. Sicut illam, Qu. Trebellij ante Caſtoris. Plautus in Pen. Ag quò te agis? Ad. egóne? in Veneris. Græci quoq; hoc loquendi genus uſurpant. 329 Cruenta quidem illa.) Cruenta illa quidem, o. l. u. 329 Si ita in actis eius fuit.) Eius, ab omnibus l. u. abeſt. 330 Et toga.) Et in toga, o. l. u.

330 Optima etiam in rep.) Optima etiam repub o. l. ſcripti. & rectè. Sic etiam dicitur, Bonis rebus, Saluis rebus, Optimis temporibus. 330 Ne pluſquā biennium conſulares.) L. u. partim, Néue: partim Neu. quorum alterum plenum, alterum imminutum. utrunq; idem ualet: utrunq; uſitatum. 330 Acta Cæſaris ſeruari.) Cæſaris acta ſeruari, o. l. u. cum ſtructura leuior, tum numerus Ciceroni maximè probatus: finitur enim ſpondeo, creticus huic proximus. 330 Viri fortiſsimi, atq; honeſtiſsimi.) Viri honeſtiſsimi, atq; fortiſsimi, o. l u. 330 At ſi ferretis.) L. Lang. Atq; pro At. Scalæ, & alij nonnulli. Ferretis. ut ita fortaſſe corrigendum ſit, Atq;, uel Atqui ſi ferretis: ſequitur enim, Probaretis. 330 Hic enim eſt legis iudex.) Index, liber unus, atq; alter. quod rectum eſt, & ex ſe intelligitur. Nemo eſt enim qui nſciat, indicem aliâs librorum, aliâs monumentorum inſcriptionem ſignificare. Iam quid hæc ſibi uelit in libris, atq; monumentis, perſpicuum eſt. 331 De ui, & de maieſtate damnati.) De ui, & maieſtate, Lang. cæteris aſſentior. 331 Iſtam legem manere.) O. l. s non Manere. ſed Venire probant ego neutrum ſatis probo: nam Manere, de legibus latis, non promulgatis dicitur. ut de prouincijs Conſ. Quare aut nobis ſtatuēdum eſt legem Aeliam manere, legem Fuſiam non eſſe abrogatam. Rurſus Venire legem, pro Ferri, inſolitum atq; inuſitatum. Quid faciendum, inquies? cenſeo tantiſper in librorum antiquorum auctoritate delitescendum, dum uerum inueſtigemus: ſi tamen hoc uerum non eſt, cum præſertim tam illud alterum, quàm hoc inſolens ſit. 331 Velletis aliquid eſſe populare.) Aliquid velletis eſſe, omnes l. u. nonnulli ſic emendant, uellet is. ut Antonium modò deſcribat. 331 Quæ eſt igitur ea cupiditas.) Pro Ea, Lang. Hæc. Col. Sc. & cæteri ferè, Iſta. quos ſequor. 331 Quid eſt igitur aliud? quàm adhortari.) Sic Lang. qui cum pleriq; libri conſentiunt, Quid eſt aliud igitur adhortari adoleſcentes, ut turbulenti, ut ſeditioſi c. Vt in 2. libro de Finib. bon. & mal. Quid eſt enim aliud, eſſ. uerſutum? 331 Quam autem ad reipub. peſtem furor tribunicius impelli non poterit.) Sic L. Col. & alij nonnulli. quem autem ad reip. peſtem furor tribunicius impellere non poterit. quod magis probo, ut hanc habeat ſententiam, Quis homo contemptus, tamq; abiectus conſtitutus in tribunatu, qui natura uehemens eſt, & uiolentus, non excitabitur ad perniciem, atq; exitium reipublicæ, cum uiderit ſe armis potentiſsimi magiſtratus armatum, ijs autem legum uinculis ſolutum, quæ ad coercendos furores tribunicios comparatæ ſunt? dixit autem Furorem tribunicium, ut pro Cluent. Spiritus tribunicios, contra Rul. Vim tribuniciam propriam, ſcilicet tribunatus, atq; ei propè inſitam, atq; ingeneratam.

331 Quid? quod abrogatur his legib. Cæſaris.) Quid? quod obrogatur legib. Cæſaris, o. l. u. quod probo. etenim præter quàm quòd aptius ad ſententiā conuenit: ſiquidem M. Antonius non leges Cæſaris abrogabat, ſed ijs alias leges aliqua

ges aliqua ex parte contrarias ferebat: præterea, quod ſciam Legi abrogare non dicitur: nam illud apud Liuium libro 9. Semper antiquæ abrogat noua, ſine dubitatione mendoſum eſt: quo tamen mendo libri ſcripti uacant. pro Antiquæ enim Antiquam retinent. quod autem eſt apud illum, qui ſcribit ad Herennium, Cui legi abrogatum, uel derogatum ſit: non dubito, quin librarij mendum, atq; ibi quoq; Obrogatum, & paulo ſuprà Obrogatio, non Abrogatio ſcribẽdum ſit. nam cum de legibus inter ſe contrarijs controuerſiæ argumenta ſuggerat, quid tandem momenti poterat afferre lex, quæ amplius lex non erat? at ea, cuius infirmandæ cauſa lex alia lata erat, etſi tenuem, aliquam tamen defenſionem dabat: ſiquidem non penitus erat ſublata. Locum diligenter conſidera, ibis in ſententiam meam. Derogare autem legi, eſſe, quid ex lege ueteri, noua detrahere: Abrogare legem, penitus tollere: Obrogare legi, prioris legis infirmandæ gratia aliam legem ferre, nemo eſt qui neſciat. Omnia complectitur uno uerſiculo M. Tullius, Quod per legem Clodiam promulgare, abrogare, derogare, obrogare ſine fraude ſua non liceat. 332 De exilio reducti ſunt à mortuo.) Sunt, nullis in l.u. reperitur. hoc amplius Col & Gad. quòd ſingula membra eodem uerbo finiuat, hoc modo, De exilio reducti à mortuo. ciuitas data non ſolum ſingulis, ſed nationibus & prouincijs uniuerſis à mortuo. et quæ ſequuntur. quos mirum in modum probo: nam in alijs libris, aut quid deeſſe, aut团 ſupereſſe mihi uidebatur: nec mihi perſuadere poteram, tam elegantem, tamq; accuratum ſcriptorem eodem uerbo primum, extremumq; membrum concluſiſſe, medium tanquam mutilum, & decurtatum reliquiſſe. Itaq; non dubitabam, quin ex ultimo tollendum eſſet A mortuo: aut ſecũdum referendis iiſdem uerbis ſupplendum. quæ in duobus l. antiquis inuenta hanc opinionem mihi penitus comprobauerunt. his autem conformationibus uerborum, quis dubitat, quin optimus quiſq; orator diſtinguat orationẽ? aut quis hic non agnoſcit eam figuram, quæ à Græcis [illegible], à noſtris conuerſio appellatur; cuiuſmodi eſt illud pro Font. Frumẽtum maximus numerus è Gallia, peditatus ampliſſimæ copiæ è Gallia, equitatus plurimus è Gallia. 332 Quas tu mihi interceſſiones inquis?) Quas tu mihi, inquit, interceſſiones? quas religiones? ſic Lang. Col. Sc. hoc amplius Gad. Quas religiones nominas? ut Plaut. in Cur. Quas tu mihi tabellas? quos tu mihi luſcos libertos? quos ſummanos ſomnias? & in Pſeud. Quem Pſeudulum? quas tu mihi prædicas falſacias? Et hic ipſe in 6. l. accuſ. Quã mihi religionẽ narras? quam pœnam? quem ſenatum? illa tamen breuitas mihi magis arridet. 332 Negligimus iſta.) Neglegimus, l. Lang. & alij nonnulli ut enim Perlego, ſic Intellego, ſic Neglego dicebatur. ut ex uetuſtiſſimis libris intelligere licet. 332 Credo illa legitima, quæ Conſules populum iure rogauerunt.) Ita ſine controuerſia corrigendum eſt, Credo illa legitima Coſs. Populum iure rogauerunt (hoc enim à maioribus accepimus ius rogandi) populuſq; iure ſciuit. Hoc autem principium erat legum latarum. id apparet apud Frontinum de aquæ ductibus, cuiuſdam legis uerba ſubſcribentẽ, T. (inquit) Quintius Criſpinus Cos. populũ iure rogauit, populuſq; iure ſciuit. Probus quoq; has legũ notas, P. I. R. P. Q. I. S ſic interpretatur, Populum iure rogauit, populuſq; iure ſciuit. Eõdem accedit auctoritas antiquorum librorum, qui ad unum omnes ſententiæ noſtræ ſuffragantur. 333 Quod eſt augurum: antedicere ea quæ uitari poſſunt.) Amicorum, pro augurum, o.l.u. cætera eodem modo. Quid hic augures, aut amici, aut omnino omnia hæc uerba ſibi uelint, non diſpicio: ut ualde ſuſpicer, uel dicam pro certo putem, totum hunc locum, quem ſuprà ſcripſi, interpretationem eſſe eorum hominum, qui gloſſas ſub omnibus uerbis ſubſcribunt. nam quòd dixerat, de futuris, ſuggeſſerunt (credo) elegantes illi interpretes, quod eſt amicorum antedicere ea quæ uitari poſſunt. quæ uerba librariorum imperitia in omnes poſtea libros irrepſerunt. 333 Iraſci quidem mihi Dolabella.) Sic Gad. Iraſci te quidem mihi Dolabella. Lang. & cum eo multi alij, Iraſci uos quidem. quod magis placet. ſubiungit enim, Quanquam quidem te id facturum non arbitror. 333 Quanquam quidem te.) Quanquam te quidem, o.l.u. 333 Sed promam ius, ut opinor, æquum.) L. col. proponam. Lang. tamen pro impreſſis ſtat: atq; uterq; quidem cum ſuis tanquam adſtipulatoribus, atq; aduocatis. ego Colotianum magis probo: quòd is mihi uideatur ad conſuetudinem loquẽdi propius accedere. 333 Contumeliæ dixero.) Magna uarietas in libris antiquis exiſtit: nam partim cum impreſſis conſentiunt, ut Sc. partim, Contumelioſè, ut Gad. nonnulli Cum contumelia, ut Col. & alij nonnulli. qui omnes habent omnino quod ſequamur: nam & Dicere contumeliam, rectè dicitur. Plaut. Contumeliam ſi dices, audies. & Contumelioſè: Cic de Offic. Cum ſtudioſè de abſentibus detrahendi cauſa aut per ridiculum, aut ſeuerè, aut maledicè, contumelioſeq; dicitur. & Cum contumelia, ut hic idem in 2. Philip. Quid eſt dictum à me cum contumelia? Ego tamen hoc extremum ſequor. 333 Quam ſemper in repub. habui.) In rep. ſemper habui, o.l.u. & uerborum conſtructio lenior. 333 Vt à quibuſdam mihi.) Vt mihi à quibuſdam, o.l.u. quod quidem magis implet aures meas. 333 Iidẽ illi.) Idem illi, l.o.u. ut in ſubſtructione aquæ Martiæ ductus, P. CORNELIVS P. F. DOLABELLA, C. IVNIVS C. F. SILANVS FLAMEN MARTIAL. COSS. EX S. C. FACIENDVM CVRAVERVNT, IDEMQVE PROBAVERVNT.

334 Morbi cauſa, quàm mortis.) Lang. Morbus quod ſi non contemnimus, Mors pro Mortis erit reponendum. Eodem quidem modo loquitur ille qui ſcribit ad Heren. Cui morbus cauſa eſt, cognitorem det. Et Liu. libro 34. Quibus aut emerita ſtipendia, aut morbus cauſæ eſſent. & lib. 24. Niſi quibus morbus cauſa erit. Et paulo infrà, Quibus neq; uacatio iuſta militiæ, neq; morbus cauſa fuiſſet. Iudicium tamen aurium funditus repudiat, ac reſpuit: cui ſtandum cenſeo. 334 Homines nobiles.) Nobiles homines. o.l.u. 334 Ea autem eſt gloria, & laus.) Et, à nonnullis u.l. abeſt. quàm probem, hinc poteris exiſtimare, quòd id coniectura ſuſtuleram. 334 Expertum uideremus.) Viderem. o.l.u. 334 Quin mihi etiam.) L.u. partim, Quin etiam mihi: partim: Cum etiam mihi.

335 Conſenſum illum theatri.) Nonnulli u.l. Conſeſſum: quod ego tamen reijcio. nam Theatri conſenſum dixit Spectatorũ conſenſionẽ, qui uniuerſi Dolabellæ plauſerant, atq; una uoce ſignificauerant, ſe factum eius comprobauiſſe. Eiuſmodi eſt illud in 4. Phil. Quòd uos quoque illum hoſtem tanto conſenſu, tantoq; clamore approbauiſtis. Et pro Seſt. Quæ concio fuit per hos annos, quæ

quidem

quidem non eſſet conducta, ſed uera, in qua populi Rom. conſenſus perſpici poſſet. Et in 2. lib. epiſt. ad Att. Totius theatri clamore dixit. 334 Beneficio nouo memoriam doloris ueteris abieciſſe.) Nouo beneficio memoriam ueteris doloris abieciſſe. o. l. ſcripti. & numerus plenior.

334 Hanc tu potuiſti Dolabella.) Pro potuiſti, notam prænominis Dolabellæ, P. ſcilicet, o. l. ſcripti. etiam in his quæ ſequũtur, immutant ordinem, hoc modo, Hanc tu inquam potuiſti æquo animo. c. 335 Cum tuum collegam depoſitis inimicitijs, oblitus auſpiciorum, auguria te ipſo augure nunciante illo primo die. c.) Cum. ab o. l. u. abeſt. cætera ſic, Tuum collegam depoſitis inimicitijs, oblitus auſpicia te ipſo augure nunciante illo primo die. c. Ego ſic arbitror emendandum, Oblitus auſpicia à te ipſo augure nunciata. c. Id enim hoc loco mihi ſignificare uidetur, quod in conſequenti oratione declarat, Confecto negotio bonus augur, Lælium diceres, alio die inquit. Et paulo infrà, Augur auguri, Conſul conſuli nunciauiſti. Et alio loco, Quamdiu tu uoles, uitioſus cos. Dolabella: rurſus cum uoles, ſaluis auſpicijs creatus. Et ibidem, Si nihil eſt, cum augur his uerbis nunciat, quibus nunciaſti. Et in 5. orat. Quid, quòd cum eo collega tulit, quem ipſe fecit ſua nunciatione uitioſum? Cur igitur ſentiat Cicero, M. Antonium depoſitis ſimultatibus, oblitum auſpicia, quæ augur ipſe nunciarat, quorum nunciatione Dolabellam cos. uitioſum fecerat, illo primo die, quo ſenatus in æde Telluris fuit, ſuum collegam pro collega habuiſſe: hanc rem librorum uerba mihi declarare non uidentur. ſed nihil affirmo. tantum ſentẽtiam meam teſtificor, quam tum affirmabo, cum unum aliquem librum huius adſtipulatorem nactus ero. Illud quidem pro certo dixerim, non poſt mortem Cæſaris Antonium Dolabellæ nunciaſſe, ſed tum, cum Dolabella iuſſu Cæſaris Conſul renunciatus eſt. id quod Appianus, et Dion apertiſſimè oſtendunt, qui quidem memoriæ prodant, Dolabellam, ſimul ac de interitu Cæſaris certior factus ſit, ſtatim ſua ſponte ſuſceptis Conſulatus inſignibus in publicum prodijſſe: habitaq; ad populum oratione temporibus non aliena, in Capitolium ad coniuratos aſcendiſſe. Hæc autem de auſpicijs diſputatio me loci illius pro Cluentio commonuit, Nubit genero ſocrus nullis auſpicijs, nullis auctoribus. In quo tu uide, ne pro auſpicijs, auſpicibus ſit reponendum: ſiquidem non auſpicia in nuptijs, ſed auſpices adhibebantur. hic ipſe declarat libro 1. de Diuinat. Nihil ferè (inquit) quondam maioris rei niſi auſpicato, ne priuatim quidem gerebatur: quod etiam nunc nuptiarum auſpices declarant: qui re omiſſa nomen tantum tenent. Idem Valerius Maximus tradit. de iis Plautus, Vltro ibit nuptum: non manebit auſpices. 335 Reipublicæ tuus paruus filius.) Sic l. Lang. R. tuus paruulus filius. Seale, K. nonnulli, Cariſſimus. plures R. P. ut impreſſi. quos, ut probem, locus ille facit in Catilinam: quem infrà ſcripſi: Nec meam mentem non domum ſæpe reuocat exanimata uxor, obiecta metu filia, & paruulus filius: quem mihi uidetur amplecti Reſpub. tanquam obſidem Conſulatus mei. Iam ſi paruulus pro paruus repoſueris, magis placebit. 335 Qui quidem nulla in concione.) Nullus pro Nulla l. Lang. ut fortaſſe corrigendum ſit, Nullius. res in nuta. 335 Proximo, altero, tertio.) Tollẽdus eſt (meo quidem iudicio) librarij interductus, is qui Proximo diſtinguit ab Altero, ſcribendumq; Proximo altero, pro Poſtero die. dixit autem Alterum diem proximum, ut Terentius, Proximum uicinum: & Cicero, Pedem ſuperiorem proximum: ut Varro, Proxima ſuperiora loca. nam ſiquis alterum eſſe tertium diceret, id quod interpres Terentianus docet (ego, quid ſentiam, uidero) eius interpretatio eſſet indigna reſponſione. ſequitur enim Tertio. & quoniam agitur de Altero: illud in 2. libro de Or. pag. 132. Alterum minimè eſt liberale, deprauatum eſt. Aliter enim pro Alterum reponendum eſt: ſuprà enim dicit, Alterum genus eſt imitatione admodum ridiculum: ſed nobis tantum licet furtim, ſiquando & curſim. deinde ſubijcit rationem, Aliter enim minimè eſt liberale. ſed ad rem. quod ſequitur, Denuq; reliquis conſecutis diebus, denique in l. u. non eſt. 335 Hæc iniuſta eſt.) Iniuſta, l. u. res facilis. 335 Vt enim propter unius M. Manlij ſcelus, decreto gentis Manliæ neminem patricium. c.) Libri à uerbis ſine mendo ſunt, ab interpunctionibus mendoſi. ſic enim diſtinguendum eſt, Vt enim propter unius M. Manlij ſcelus, decreto gentis Manliæ, neminem. & quæ ſequuntur. Hoc docet Liuius libro ſexto, Adiectæ (inquit) mortuo notæ ſunt, publica una, quòd cum domus eius fuiſſet, ubi nunc ædes atq; officina Monetæ eſt, latum ad populum eſt, ne quis patricius in arce, aut Capitolio habitaret: gentilitia altera, quòd gentis Manliæ decreto cautum eſt, ne quis deinde M. Manlius uocaretur. Quod autem ſequitur M. Manlium uocari licet: nulli omnino L. ſcripti M. retinent, ut uerear ne M. quæ Marcum ſignificat, abierit in Manlium. 335 Quod uidemus etiam in fabulis, ipſis illis.) Ipſi illi, omnes libri ueteres, & certè unus Atreus apud Actium hæc uerba tyrannica, ac deteſtabilia uſurpat. quorum auctoritatem ſi ſequimur, Dixerit, non Dixerint, ſcribendum eſt. 336 Putás ne illum immortalitatem mereri noluiſſe.) Hæc uerba in quinque libris uetuſtiſſimis, in quibus eſt Lang. deſunt, deſunt inquam, non abſunt. ſic enim ſentio. nam & ea Col. & multi alij ſcripti libri conſeruant: nec eiuſmodi ſunt, ut à quouis ſuggeri potuerint. etenim nec ita ualde aperta ſunt, nec ab ullo alio (quod quidem ſciam) præterquam Ciceroni & Plauto uſurpata. ut igitur hæc dilucida faciamus, horum ſcriptorum loca ſubijciemus. Plautus in Bacchid. Quem quidem ego ut non excruciem, alterum tantum auri non meream. Et in Men. Neq; hodie ut te perdam, meream deum diuitias mihi. Et in Stic. Neq; ille ſibi mereat Perſarum montes, qui eſſe aurei perhibentur, ut iſtuc faciat. Cicero de natura deor. Quid mereas, ut Epicureus eſſe deſinas? De finib. bonor. & malor. Quid merearis igitur, ut te dicas in eo magiſtratu omnia uoluptatis cauſa facturum eſſe? Et in ſexto in Verrem, Quid arbitramini Rheginos mereri uelle, ut ab his marmorea Venus illa auferatur? quid Tarentinos, ut Europam in equo ſedentem amittant? Sic enim hunc locum corrigendum puto. Idem Plaut. in Muſtel. immutata loquendi forma, ſignificatione conſeruata, Quid merear, quamobrem mentiar? 336 Vt propter armorum metuendorum licentiã.) Habendorũ, non Metuendorũ, omnes ad unũ l. u. quod ſummo opere placet. 336 Miſerrimi ipſi ſunt.) Miſeri o. l. s. 336 Natũ te eſſe.) Natum eſſe te. o. l. s.

336 Quid enim gladiatorij clamores innumerabilium ciuium?) Gladiatoribus, ſine controuerſia corrigendũ eſt: nam primũ in libris antiquis ita Gladiatorij ſcriptum eſt, ut in multis extrema pars ſit in litura: in nonnullis etiã, b, ſic inter-

ſic interlitum ſit, ut perſpici poßit. Deinde quid eſt gladiatorius clamor? an qui edebatur à gladiatoribus? At erant ciues Rom. qui clamabant. an pro ingentibus, gladiatorios dixit? quis unquã ſcriptor ſic locutus eſt? quis porrò literis tradidit, gladiatores ita magna uoce fuiſſe, ut gladiatorius clamor ueniret in prouerbium? Clamores autem innumerabilium ciuium gladiatoribus, id eſt muneribus gladiatorijs, profectò conuenit. ſenſus enim iudiciumq́; populi & gladiatoribus, & ludis maximè perſpiciebatur. gladiatores autem non modò ſerui homines dicuntur, quos laniſtæ armorum artem edocebant, quiq́; in foro ſeu quo alio in loco depugnabant populi delectandi gratia: ſed eodem etiam uocabulo appellantur ipſa gladiatorum ſpectacula. Cic. 9. Phil. Circumq́; eam ſtatuam locum gladiatoribus, ludiſq́; liberos, poſterosq́; eius quaque uerſus pedes quinq́; habere. & lib. 2. ad Att. Gladiatoribus qua dominus, qua aduocati ſibilis cõſcißi. & pro Sex. Tribus locis ſignificari maximè populi Rom. iudicium, ac uoluntas poteſt, concione, comitijs, ludorũ gladiatorumq́; conſeſſu. pro Mur. Nec plebi Rom. eripiendi fructus iſti ſunt ludorũ, gladiatorum, cõuiuiorum? Quin etiam locum illum in eadem oratione mendoſum puto, Nec ſi uirgo Veſtalis huius propinqua, & neceſſaria locum ſuum gladiatorium conceßit huic. non enim Gladiatorium, ſed Gladiatoribus rectum arbitror: ut ſit illi geminum, quod eſt in eadem oratione, Si gladiatoribus uulgo locus tributim, & item ſi prandia uulgo eſſent data. et in 5. lib. epiſt. ad Att. Is quærit ex me, num conſueuiſſem Siculis locum gladiatoribus dare. Quod autem ætas Ciceronis gladiatores appellauit, id poſterior modò Gladiatorium, modò Gladiatorum munus dixit. Liuius: Munus gladiatorium datum ab ijs. Suet. in Cæſ. Dict. edidi ſpectacula uarij generis, munus gladiatorum, ludos etiam regionatim urbe tota, & quidem per omnium linguarum hiſtriones, item circenſes, athletas, naumachiam. munere in foro depugnauit Furius. quod munere Suetonius, Cicero Gladiatoribus profectò dixiſſet: quanquam hic etiam Munera gladiatoria in oratione de Aruſp. reſponſis uſurpat. Illud quoq́; annotatione non indignũ eſt, ſemper gladiatores à ludis ſeparari, ob eam cauſam opinor, quòd licet huiuſmodi munera delectationis cauſa darentur, uiſum eſt tamen abſurdißimum, rem tam duram, ſpectacula tam crudelia, tam molli, tamq́; clementi uerbo notare.

336 *Quid populi uerſus?) Nonnulli ueteres lib. concurſus. quod rectius exiſtimo.* 336 *Quid ij tribuni plebis, qui uobis aduerſantur?) Non ij, ſed ijs, omnes ferè l. u. & rectè opinor: hoc enim membrum aptum ex ſuperiori pendet. Quid Pompeij ſtatuæ plauſus infiniti? quid ijs tribunis plebis? Quòd autem populus Rom. plauſum impartiri ſoleret tribunis, cæteriſq́; magiſtratibus, ijs qui gratas ipſi cauſas complecterentur, atq́; agerent, ita notum eſt, ut teſtimonio ſcriptorum non indigeat.* 336 *Quid Apollinarium ludorum plauſus? Sic omnes ſine ulla omnino uarietate tam ſcripti, quàm impreßi libri. & ego tamen & hos, & illos mendoſos, atq́; ita eſſe corrigendos arbitror: Lud. Ap. uel Apollinar. id eſt ludis Apollinaribus ſexto caſu, ut hoc illi ſit ſimile, Gladiatoribus qua dominus, qua aduocati ſibilis conſciſsi. Ludis Apollinaribus Diphilus tragœdus in noſtrum Pompeium petulanter inuectus eſt. Mendum autem (ut opinor) manauit ex inſcitia librariorum, qui cum in has notas incidiſſent, Lud. Ap. ita Ludorum Apollinarium interpretati ſunt, quaſi hoc explicandum ſic eſſet, Plauſus ludorum Apollinarium, uel teſtimonia potius, & iudicia populi Ro. ac non potius hoc modo, Plauſus uel potius teſtimonia, & iudicia populi Ro. Ludis Apollinaribus, qui datus erat. ſ. à populo Ro. Bruti nomine commißione ludorum Ap. Quòd autẽ eiuſmodi per notas ſcriberentur, ita perſpicuum eſt, ut confirmatione non egeat. Vnum tamen locum citabimus 16. lib. epiſt. ad Att. in quo etiam nunc extant horum de quibus agitur, uerborum notæ: Vt uenationem etiam, quæ poſtridie Lud. Apollinar. futura eſt, proſcriberent. Quod autem ſequitur, Vel teſtimonia potius et iudicia populi Ro? o. l. u. Iudicia. quod maiorem uim habet: ſiquidem hæc fallere non poſſunt, illa poſſunt. nam illud, Vobis parua eſſe uidebantur? Sic o. l. u. Parua uobis uidebantur?*

337 *Sexageſimo pòſt anno.) L. Lang. & alij multi pro Poſt, habent Tum. Liuius l. 7. Niſi quod pacis deum expoſcẽdæ cauſa tertiò, tum poſt conditam Vrbem lectiſternium fuit.* 337 *Qui ijs ludis ita caruit.) L. Lang. Quid ijs ſuis. Gad. & Col. Qui ludis ſuis. quam ueram, germanamq́; ſcripturam arbitror. Sic enim loquebantur antiqui, ut dicerent Ludos tuos, quos tu feceras: Ludos ſuos, quos ille fecerat. Ci. pro do. ſua, Qui antea uoce præconis à liberis ſemouebantur, tuis ludis non uoce, ſed manu liberos à ſe ſegregabant. & in ep. ad Att. Vt ſpectem ludos ſuos.* 337 *Plauſus, & clamore leniret.) Lenierit, non Leniret, tres l. u. quod probo: ut tempori tempus reſpondeat. eſt enim ſuprà Tribuerit.* 337 *Carum ſuis, quibus eſt ipſe carißimus.) Ipſe delendum eſt, omnibus l. antiquis auctoribus. & certè ſuperuacaneum eſt.*

337 *Quid eos de noſtra uita cogitare cẽſetis?) O. l ſcripti, Veſtra. quod uerum eſt. Dolabellam enim & Antonium deſignat. eſt autem argumentum à contrario: Si populo Rom. eorũ uita eſt carißima, quos ſperant pro rep. ac ſua libertate propugnaturos, quid de ueſtra cogitare arbitramini; quos uidet contra ſe ſuis opibus uti, nihilq́; prætermittere, quin remp. opprimatis, ipſi iugum ſeruitutis imponatis.* 337 *Cœpi P. C. reuerſionis meæ fructum.) O. l. u. Cepi fructum P. C. reuerſionis meæ.* 338 *Reip. hoſtis fuerit.) Fuerit hoſtis. o. ſ. l.* 338 *Qui non bellum eodem tempore.) L. Lang. Ex eodem tempore.*

338 *Nec uerò neceſſe eſt à me quenquã nominari uobis: cum ipſi recordemini.) Recordamini, o. ſ. l. quorũ quidem conſenſus fecit, ut putarem ita ſcribendum eſſe, Nec uerò neceſſe eſt à me quenquam nominari. uobiſcum ipſi recordamini. nam ſtatim loci illius pro Cæl. uenit in mentem, Ex quibus neminem mihi neceſſe eſt nominare. uoſmet uobiſcum recordamini. Et pro Mur. Nolite à me commoneri uelle. uoſmet ipſi uobiſcum recordamini. Opinionem meam Colotianus liber cõprobauit.* 338 *Tuamq́; à me alienationem ad ciues impios tibi gloriæ fore putauiſti.) Sic l. Col. Tuamq́; à me alienationem, commendationem tibi ad impios ciueis fore putauiſti. Quem ut ſyncerum putem, non ſolum id fecit, quòd nec id uerbũ eiuſmodi eſt, ut ipſum quiuis referre potuerit, & is liber ex omnibus minimè mendoſus eſt, atq́; huic unum atq́; alterum librum (ut ita dicam) ſubſcribẽtem poſtea reperi: ſed illud etiã, quòd in Lang. multiſq́; alijs libris ita ſcriptum offendi, Tuamq́; à me alienationẽ tibi ad impios ciues fore putauiſti. Quo animaduerſo, pro certo habui id uerbum Gloriæ. ſ. ab aliquo eſſe ſuggeſtum, qui huic periodo*

aliquid

aliquid deeſſe uidiſſet. Eandem autem rem iiſdem ferè uerbis dixit in V. Phil. Neminem me æquiorem reperiet, cui quidem, dum ſe ciuibus impijs commendat, inimicus eſſe, quàm amicus maluit. Nonnulli pro Ad, Apud reponunt. quaſi uerò Ad non ualeat Apud, aut, cum habet eandem uim, non ita ualde uſitatũ ſit. ſexcentos locos proferre poſſem, ſed ne multus ſim in re minime dubia, ero contentus uno in epiſt. ad Attic. qui huic geminus, ac ſimillimus eſt, Quæ etiã ad cæteros contempti cuiuſdam hominis cõmendatio. Ab eadem inſcitia deprauatus ille locus eſt in III. com. belli Gallici, Quod nomen apud omneis nationes ſanctum, inuiolatumq́; ſemper fuiſſet. In ueterib. enim libris non Apud, ſed Ad ſcriptum eſt. 338 Faciliſſime detrahi poſſe.) L. u. Faciliſſime mihi. Nonnulli, Facile de me. quos magis probo. 338 Suis ſimilib.) Sui, nonnulli u. l. quod probo. 338 Se eſſe hoſtem patriæ.) L. Col. Se eſſe patriæ. cæteri cum impreßis conſentiunt: utriq; probabiles. Horũ ſcriptura ſignificantior, illius concinnior ac numeroſior.

339 Quod grauißimum crimen iudico.) Quod ego grauißimum, nonnulli u. l. in quib. eſt Col. 339 Contra rem ſuam ueniſſe me.) In libris u. eſt ſtructura leuior, hoc modo, Contra rem ſuã me, neſcio quando ueniſſe queſtus eſt. 339 Sed hoc idcirco commemoratũ à te puto.) Hic locus uſq; ad, At enim, deeſt in omnibus ferè libris ueteribus. ij, à quibus non abeſt, hoc modo, Cum te omnes recordarentur libertini generum, & liberos tuos nepotes Q. Fadij libertini hominis fuiſſe. Hoc idem obijcit in III. Phil. Cuius pater Numitoriam Fregellanam proditoris filiam habuerit uxorem, ipſe ex libertini filia ſuſceperit liberos. Antonium quoq; deſcripſiſſe his uerbis, quæ ſunt in XVI. l. ep. ad Att. pro certo putarem, niſi prænomina diſcreparent. quanquam credibile non eſt, quàm crebro C. & Q. in libris ueteribus reperiantur locum inter ſe commutaſſe. Hæc autem uerba ſunt, Vt ſciant παῖδας καὶ Ἀν sine uallo Lucullano eum ex C. Fadij filia liberos habuiſſe. 339 Nec tu ſoluẽdo eras.) Tu nec ſoluedo, o l. u. hoc amplius Col. Incolumẽ fore putabas. quo numero ita iuuãtur aures meæ, ut non dubitẽ, quin ita ſcriptũ ſit à Cicerone. 340 His ſe uitã dediſſe.) His ſe dediſſe uitam, omnes libri ſcripti. 340 Viros clarißimos) Clarißimos uiros, o. l. u. 340 Abſtinueris à nefario ſcelere.) Abſtinueris nefario, o. l. u. ut paulo infrà, Abſtinere maledicto.

340 Ne te ingratum.) Ne in te ingratum. o. l. u. res perſpicua. 340 An in illa querela.) At, nonnulli ſcripti l. quod probo; ut eorum menub reſpondeat, qui hoc dicere potuiſſent, Tu quidem de interitu Reip. queri debuiſti, ſed tamen id facere ſine ulla contumelia Antonij. Quibus reſpondet, Quid non moderate? quid non amice? Quemadmodum illud ad Cæcinnam, Nunquam niſi honorificentißime Pompeium appellat. At in eius perſonam multa fecit aſperius. Armorum iſta & uictoriæ ſunt facta, non Cæſaris. 340 Quid dictum à me cum contumelia?) Quid eſt dictum. o. l. u. 340 Et quidem cuius temperantiæ.) Quod quadẽ, o. l. u. quod tamen abiudico. 340 Stipatus armatis.) Armis, l. Lang & alij nonnulli, quomodo locutus eſt in hac ipſa oratione, Ad quas te peragratis ueteranorum colonijs ſtipatum armis retuliſti. figura notißima. 340 Quantum tum à me beneficium acceperit.) Pleriq; libri, Tum non habent. in quibus reperitur, ij ſic: Quantum à me beneficium tum acceperit.

341 Qui paulum modo.) Paululum, l. u. 341 Quid hoc eſt aliud? quàm tollere. c.) Quid eſt aliud tollere è uita uitæ ſocietatem? omnes ferè l. u. quod ualde placet.

341 Multa loca.) ioca, corrigendum, ut referatur ad ſeria. ut l. ij. de fin. bo. & ma. Qui cum ioca, ſeria (ut dicitur) qui cum arcana, qui cum occulta omnia. quod autẽ ſequitur, Inepta eſſe uideantur, Eſſe ab omnib. libris abeſt.

341 Vt Muſtellæ Tamiſio.) Muſtellæ tamẽ ſcio, L. Lang. qui cum pleriq; conſentiunt. de hoc alio loco. 341 Qui cum hoc ipſo tempore.) Hoc iſto. omnes l. s. quod minimè diſplicet. nam præterquã quòd tot libros auctores habet, ratione præterea, & ſcriptorum, qui ita locuti ſunt, auctoritate nititur. Vt enim dicitur, Hic ille, hic ipſe, ille ipſe, ille iſte, ſic dicitur Hic iſte, quod conſuetudo quoq; bonorum Latinitatis auctorum comprobat. Cicero pro do ſua, Hunc iſtum ocij et pacis hoſtem. Laurentius Val. hunc locum ita citat, Qui cum iſto tempore. ſed mihi & grauiores, & antiquiores auctores duo libri ſunt, cce. non minus annis natu (ut ita dicam.) maiores, quàm ipſe Laurentius.

341 Quid oppones tandem?) Opponas, o. l. u.

341 Quid eſt minus. c.) Quid enim eſt minus, patrim u. l. nonnulli, Quid eſt enim minus. in hoc omnes conſentiunt, quòd habent, Enim. 341 Quàm obijcere aduerſario, quod ille. c.) Quàm id obijcere, o. s. l. 342 Quid enim interponerem audaciæ tuæ?) Quid enim me interponerem, L. Col. quo modo locutus eſt in ep. ad Q. Fratrem, Me nihil interpono. Et in Verr. Cur te interponis inuitißimis. c. 342 Quam neq; authoritas.) Quẽ neq; auctoritas, o. ferè l. u. 342 Vlla eſſe poterat.) Vlla poterat eſſe, Lang. & Col. & collocatio hæc coagmentata, illa hiulca. 342 Vt pro me dicentem. c.) Vt me pro me dicentem, nonnulli u. l. in queis Col. 342 Modeſtiamq́; cognoſcitis.) Cognoſtis, l. Col. Vt pro lege Man. Vos Quirites hoc ipſo in loco ſæpe cognoſtis. Et multis alijs in locis, quæ breuitatis cauſa relinquo. 342 Vt prouocauit.) Vt prouocatus, l. nonnulli. 342 Vt igitur intelligeretis, qualem me eſſe conſularẽ profiteretur.) Qualem ipſe conſul profiteretur, o. l. u. præclarè: ut ſit, Obiecit mihi cõſulatum meum, ut intelligeretis, qualem ipſe Conſul profueretur. Confirmatione non eget. Piſoni idem obijcietẽti, idem propè reſpondit, Quæ cum reprehendis, oſtendis, qualis tu ſi ita forte accidiſſet, fueris illo tempore Conſul futurus. 342 Quid enim conſtitui?) Sic o. l. u. Quid enim ego conſtitui? quid geßi? quid egi? 342 Cuius quidem te fatum, ſicuti C. Curionem manet.) Cuius quidem tibi fatum manet, o. l. u. omnino impreßi propius accedunt ad ſermonis Latini conſuetudinem. tot tamen, tamq́; uetuſtorum librorum quaſi conſpirationem negligendam non putaui: præſertim cum & grammatici tradant, antiquos ita locutos eſſe, & id poetæ neſcio cuius teſtimonio confirment, At tibi pœna manet. Quod ſi ſequimur, emendandum erit C. Curioni. 342 Vt eum primum nominem.) Primo, o. l. s. Quod tamen abiudico.

342 Placuit L. Catulo.) Sic omnes ferè l. ſcripti, Q. L. Catulo. quod ego interpretor, Q. Lutatio Catulo. ut in Acad. innumerabiles Q. Lutatij Catuli. 343 M. Laboni.) Glabrioni, emendo. quod ex quodam loco ep. ad Att. licet intelligere, quo in loco horum ferè, qui hic appellantur, omnium mentionem facit, Conſularium putat leuiores fuiſſe, Catuli, Seruilij, Lucullorum, Curionis, Torquati, Lepidi, Gellij, Volcatij, Figuli, Cottæ, L. Cæſaris, C. Piſonis, etiam M. Acilij Glabrionis, Silani,

Murenæ deſignatorum Coſs. Hic autem Glabrio C. Piſonis collega fuit in conſulatu. Iam Col. liber ſententiam noſtram comprobat. 343 D. Syllano.) Sillano, o. l. u. ego de auctoritate ueterum monumentorum, Silano. 343

Qui tunc erant Coſs.) Tum, o. l. s. 343 Qui non mihi uitam ſuam, liberos, fortunas.) Sic o. u. Vitam ſuam, fortunas, liberos. Quem ordinem quoq; ſeruauit in Piſonem, Ante ſe habere uitam, fortunas, liberos. hoc amplius, quòd Referret acceptam, nō Acceptū probant. quod placet.

343 Qui duo è conſulari numero.) Sic loqui ſolet Latina conſuetudo, ut dicat E numero diſertorum, amicorum, ciuium: E numero tribunorum militum, centurionum equitum: cuius rei plurima exempla apud M. Tullium & Cæſarem paſſim licet inuenire. Iam Liuius, ut propius accedam, L. ix, Legatos, inquit, è conſularium numero mittendos ad eum Senatus cenſuit. Et Suetonius in T. Veſp. Curatores reſtituendæ Campaniæ è conſularium numero ſorte duxit. Quorſum hæc, inquies? ut uideas rectiùmne ſit, E numero conſulari: an Conſularium pro Conſulari reponendum ſit: præſertim cum hoc & eiuſmodi cætera per notas ſcriberentur. ut ex eo facile error creari potuerit.

343 Huius ego alienus conſilijs conſul uſus ſum.) Huius ego conſilijs alienus c. 343 Quid ad eum unquam de Rep. retuliſti.) Et quid, o. l. u. Ecquid ego. res perſpicua. 343 Putatote eum Phormioni alicui, tum Gnatoni, c.) Tum pro Eum mihi magis arrideret: ſed o. l. refragantur. 344 Qualis ſiquidē nunc eſſet.) Qualis ſiqui nunc eſſet, o. l. u. quod probo. 344 Ad ſepulturam corpus uitrici ſui negat à me datum) At, L. Lang. more ueterum. de quo ita Quintilianus, Illa quoq; à multis eſt ſeruata differētia, ut Ad, cum eſſet præpoſitio, D literā, cum autem coniunctio, T. acciperet. Itemq; Cum, ſi tempus ſignificaret, per Q: ſi comitē, per C. ſi uero Quum per duas ſequentes uu, ſcriberetur. frigidiora ijs alia, ut Quicquid C quartam haberet, ne bis interrogare uideretur, et Quotidie, non Cotidie: ut ſit Quot diebus uerū hæc iam etiam inter ipſas ineptias euanuerunt. Hic quidem liber modo Ad, modo Ac ſine diſtinctione ſcribit. 345 Doleo à te iam omnibus uitijs eſſe ſuperatū.) In libris antiquis ordo uerborum eſt immutatus, ſic, Doleo à te omnib. uitijs iam eſſe ſuperatum. 345 Qui autem tibi uenit in mentem.) Quid, nō Qui. o. l. u. ut hic itē locutus. eſt pro Roſ. Com. Quid ita Flauio ſibi cauere non uenit in mentē? & i. l. de or. Heus tu (inquit.) quid tibi in mentem uenit ita reſpondere? Plau. quoq; in Trin. Qui! in mentem uenit tibi, iſtæc dicta dicere? Non ignoro hūc eundē, & Terentium Qui pro Quapropter uſurpare. ut tibi, Nam qui iſtæc tibi incidit ſuſpectio? quia. c. Mihi tamen magis probatur Quid. 345 Vt nō modo nō cohærētia inter ſe diceres.) Vt nō modo cohærētia, Lang. cæteri cum impreſſis cōſentiunt. quos ſequor. 345 Quanta tecum tibi eſſet contentio.) Quanta tibi tecum, o. l. u. 345 Vitricū tuum in tanto fuiſſe ſcelere fatebare.) Fuiſſe in tanto ſcelere fatebare, o. l. u. præter unum Gad. qui ſic, Fuiſſe in tanto ſcelere comprehenſum fatebare. Superiorem ſcripturam ſequor. præterquam enim quòd libros, & plures, & uetuſtiores auctores habet: Ciceronem præterea ita locutum fuiſſe alijs in locis, inuenimus: ut pro Sylla, Si hic eſſet in eodem ſcelere. Qui autem bonorum Latinitatis auctorum ita locutus ſit, Cōprehenſus in ſcelere, adhuc inueni neminem. 345 Ita, quod proprium meū eſt, laudaſti: quod totius ſenatus eſt, reprehendiſti.) Sic o. l. u. Ita quod propriè meum eſt, laudaſti: quod totum Senatus. c. Vt hic idem dixit in ep. fam. Quòd tu ipſe tam amandus es, tamq; in omni genere iucundus, id eſt propriè tuum. Et pro do. ſua, Non igitur in hoc officio, quod fuit præcipuè meū. Et pro Marcello, Totum hoc, quantumcunque eſt, quod certè maximum eſt, totum inquam tuum eſt. ualde placet.

345 Sed quis tantarum rerum repugnantiam non uideas.) Tantam, o. l. u. Liber Col. Non quis, ſed quæ. nonnulli, Quia. quod probo. Sic enim interpunctiones ponēdas arbitror: Hæc tu non propter audaciam dicis tam impudenter: ſed quia tantam rerum repugnantiam non uideas. Nihil profecto ſapis. 345 Contra remp. perniciosa arma.) Reip. perniciosa, o. l. u. perſpicuè rectum. 346 In quo eſt tua culpa nulla.) Nonnulla, l. Col. rectè. 346

Quid tum? nónne ceſſerunt?) Incorrupta uerba, ſed perperam (meo quidem iudicio.) diſtincta. Nam ſic interpungendum arbitror, Quid? tum nónne ceſſerunt? illud declarat, quod ſequitur, At poſtea, quod ad Tum refertur. Cic. de prou. con. Tum inquam Byzantij, et poſtea ſigna illa, & reliqua urbis ornamenta ſanctiſsime cuſtodita tenuerunt. 346 Operis ſubciſiuis.) Subſeciuis. Lang. Col. Sc. & cæteri l. u. operæ autem ſubſeciuæ ſunt, non principales (ut ita dicam.) ſed proximæ, quas ludis, & ferijs, ſcilicet quas à functione muneris in remp. forū, amicos, ſtudijs ac muſis damus. Dictæ (opinor) ſubſeciuæ ab ijs, quæ in agrorum aſsignationib. ſubſeciua nominantur: quæ ſunt tanquam aſsignatorum finium reliquiæ: de quib. Frontinus, Subſeciuum, inquit, eſt quod à ſubſecāte linea nomen accepit ſubſeciuorū genera duo: unum, quod in extremis aſsignatorum finiū, centuria expleri non potuit. alterū genus ſubſeciuorum, quod in medijs aſsignationib. et integris centurijs interuenit. quicquid enim inter 4. limites minus, q̄ interclusum eſt, fuerit aſsignatum, in hac remanet appellatione, ideo quòd is modus, qui aſsignationi ſupereſt, linea claudatur, et ſubſecetur: nam et reliquarum menſurarum actus, quicquid inter normalem lineam, & extremitatem intereſt, ſubſeciuum appellatur. Idem, & eo plus etiam Agennus & Vrbicus tradunt. hæc autem, ut ſcribit Hyginus, diuiſionum atq; aſsignationum auctores ferè ſibi reſeruabāt. Ab hac ſimilitudine igitur operæ, horæ, tempora, quæ amicorum, fori, reip. ſuperſunt atq; ex ijs eripiūtur, & quaſi ſubſecātur: quæ nobis reſeruamus, nec perire ſinimus, ſed in legendo, cōmentando, ſcribendo cōſumimus, ſubſeciua nuncupātur. Quare apud Var. l. 1. de Re ruſtica, in ſubſeciuū, non ſubciſiuum, apud M. Tul. multis in locis, apud cæteros ſcriptores eodem modo ſcribendum eſt. Hæc ex Angeli Colotij theſauris deprompſimus, quem omnes à literis non alieni penè uenerari debemus, non ſolum propter eius eruditionem atque doctrinam propè ſingularem, ſed etiam propter incredibilem quendam in hoc hominum genus amorem & charitatem: ita eius omnis gratia, opes, domus, atq; adeo ipſe totus omnibus ſtudioſis patet. 346 Sed hoc non huius temporis.) Hæc o. l. u. 346 Spectante populo Ro.) Inſpectante l. Colo. & alij nonnulli. utrumq; omnino probabile. mihi tamen hoc magis arridet. 346 Negociumq́; tranſegiſſes.) Negotiū, l. u. & ita ſcribi oportere, docent inſcriptiones ueterum monumentorum. 346 Niſi ille ſe ſub ſcalas tabernæ librariæ conieciſſet.) Liber Col. & alter non minoris uetuſtatis non Sub ſcalas: ſed In ſcalas.

Quid

Quid uerum ſit, diuinandum. Aſconij tamen uerba ſubſcribere placuit, quæ pro Col. uidentur facere: Et eum in ſcalas quaſdam Cominij fugiſſent. Hanc eandem rem pro Mil. commemorat. 346 *Quàm quiſquam tum.) Tum, à l.u. abeſt.* 346 *Quid ergo? cum res agebatur, nemo in me dixit: & tot annis póſt tu es inuentus, qui diceres.) L. ueteres partim ſentiunt cum impreſſis: partim pro Et, At: nonnulli Vt. ut Lang. Col. Id quod mihi aditum patefecit ad inueſtigandum uerum, atq; etiam (fieri poteſt ut fallar) inuenendū. ſic enim corrigendū puto, Quod ergo, cum res agebatur, nemo in me dixit, id tot annis. e. Cōſtati autem mendi cauſam cum quærerem, hanc inueniebam, quòd antiqui ut Ad, & At: Sed, et Set: ſic Quod, et Quot: Quid, & Quit: Id, & It dicebāt. De Quot apparet Romæ in quodam monumento, in quo ita inſcriptum eſt, Monumentum quot filius patri facere debuerat, ipſe fecit. De Quit, in quadā ſanctione in æs inciſa, hæc ſunt uerba, Id et ne fraude eſto: néue quit ob eam rem populo dare debento. De It Cere in tabula marmorea uetuſtiſſima, in qua cum plurimis alijs hæc quoque uerba inciſa ſunt,* IN QVO SCRIPTVM ERAT, IT QVOD INFRA SCRIPTVM EST. *Librarij igitur cum ad hunc locum ueniſſent, hac in re hæſitantes, uidentes autem, It, uerbum non conuenire: ut alius aliud ſenſerat, ita partim in Et, partim in At, nonnulli in Vt mutauerunt. quod idem opinor eueniſſe in eum locum, qui eſt in III. l. de Leg. quem infrà ſcripſi: Quod qui permouet, cum agi nihil poteſt, uim quærit, cuius impunitatem amitti hac lege quitur illud. quod ſic emendandum arbitror, Cuius impunitatem amittit hac lege. quit illud? interceſſor rei malæ. e. Nam cum illud quaſi caput legis interpretatus eſſet: Aſt, qui turbaſſit in agendo, fraus actoris eſto: Ad aliud huic proximum cum uellet aggredi, dixit: Quid illud? interceſſor rei malæ. c.* 347 *Præſtantiſſimo ciue.) Ciui, Lang. & cæteri ferè. Ciue autem, & Ciui rectè dicitur: ut grammatici tradunt.* 347 *Atq; idem ego, cum iam omnes opes ſuas, & reip. Pompeius ad Cæſarē detuliſſet, ſeroq́; eadem ſentire cœpiſſet, quæ ego antè multò prouideram.) Sic l. u. Atq; idem cum iam omnes opes & ſuas, & populi Ro. Pompeius ad Cæſarem detuliſſet, ſeroq́; ea ſentire cœpiſſet, quæ multò antè præuiderā.* 347 *Qui me non ſolum meis laudibus ornaret, ſed etiam honoraret alienis.) Oneraret, o. l. u. ut Liuius l. 4. Laudibusq́; haud immeritis onerarent, dixit: ut Præceptis, Plautus: commoditatibus, Terentius: promiſſis, Salluſtius.* 347 *Quis enim meum in iſtius ſocietate glorioſiſſimi facti nomen audiuit?) Scripti libri partim ſic, Quis enim meum in iſtius facti conſcientia glorioſiſſimi. Partim hoc modo, Quis enim meum in iſtius facti glorioſiſſimi conſcientia. In eo congruunt uniuerſi, quòd Conſcientia non Societate probant. quod minimè diſplicet: ſiquidem non obijciebat Antonius Ciceroni, quòd ſocius, ſed quòd conſcius fuiſſet. Hoc oſtendit oratio M. Antonij, ex qua locū illum, quem infrà ſcripſi, Cicero tranſtulit: M. Brutus, quem ego honoris cauſa nomino, cruentum pugionem tenens, Ciceronem nominatim exclamauit. ex quo intelligi debet, eum conſcium fuiſſe. Hoc uerbum pro Cel. in eadem ſententia ponitur, Qui non modò à facti, ſed etiam à conſcientiæ ſuſpicione abeſt. & in 7 accuſ. Non modò eos perſequi, ad quos maxima culpa corrumpendi iudicij, ſed etiam illos, ad quos conſcientiæ contagio pertinebit.* 348 *Vt fuiſſe in iſta ſocietate uiderētur ſocij: cum ſocij non fuiſſent.) Sic l.u. Vt fuiſſe in iſta ſocietate uiderētur: ſocij non fuiſſent. Ego ſic, Vt fuiſſe in iſta ſocietate uiderētur, qui non fuiſſent.* 348 *Alter etiā Halæ.) Abalæ, l.u. et ita ſcribi oportere, docent antiqua monumenta.* 348 *Ab alienis potius conſiliū peterēt, quàm à ſuis? et foris potius, quàm domi?) Domo, l. Lang. quod uehementer placet. ut Terentius, Petere cibū è flamma. & de Fin. bon. & mal. Quod poſſit è macello peti.* 348 *Hanc rem in Ciliciam ad hoſtium fluminis Cydni confeciſſet.) Cilicia, l.u. perſpicuè rectum.* 348 *Si ille ad eam ripam, quam conſtituerat, non ad contrarium nauis applicuiſſet.) Naui appuliſſet, o.l.u. apertè rectum.* 348 *Et hos auctoritate mea cenſetis.) Cenſes, o.l.u.* 349 *Idq́; reip. præclarū fuiſſe tam multos. tum multo ipſis glorioſius eſt.) Tam multos, nullis in ſcriptis l. reperitur. Itaq; ſic arbitror ſcribendū, Idq́; reip. præclarū, fuiſſe tam multos, ipſis glorioſius eſt. Sententiā meam confirmat Col. L. in quo pro Tum, ſcriptum eſt Tam.* 349 *Cur mihi potiſſimum? qui ſciebam.) Libri ueteres partim cum impreſſis conſentiunt: partim pro Qui, Quid. ego, Quòd. Supponit enim rationē, qua probabat Antonius, Ciceronem fuiſſe conſcium. Cur tibi (inquit) potiſſimum recuperatam libertatem gratulatus eſt? quòd ſciebas. Itaq; in extremo notam interrogandi apponerem, ſic, Cur mihi potiſſimū? quòd ſciebam? ut illud pro Mil. Quæ cauſa cur Romam properaret? cur in noctem ſe conijceret? quid afferebat feſtinatio? quòd hæres erat?*

349 *Omnes enim in culpa.) Nōnulli u.l. Erunt. Quod tamē reijcio.* 349 *Reliquorū quam uelis cauſam eſſe.) Quam uelis eſſe cauſam. o. l. u. quod & compoſitione mihi uidetur eſſe concinnius, & numero.* 350 *Homicidij rei ſint, an uindices libertatis.) Lang. Homicidæ rei ſint. Col. Homicidæ'ne ſint. Nonnulli uetuſtatis non minoris libri, Homicidæ ſint. nemo quidem certè (de antiquis loquor) Homicidij. quorum conſenſum, & ſi libri impreſſi plus concinnitatis mihi habere uidebantur, ſi quidem paria paribus referunt: ſilentio tamen prætereundum eſſe non duxi: præſertim cum id uerbum neq; ſuperior (quod ſciam) neq; Ciceronis ætas uſurparit. Quod ſi non conuenimus, poſtremum ſequemur.* 350 *Cogitationemq́; ſobrij hominis ad punctum temporis ſuſcipe.) L. u. partim cum impreſſis conſentiunt: pleriq;, Punctum tantummodo: nonnulli Puncto. omnes probabiles.* 350 *Suſcipe. & ego, qui ſum illorum. e.) Omnes ferè l. u. Suſcipiet. ego. Col. Suſcipe. ego. quod probabilius eſt. Quidam, Et enim, repoſuerūt. quod etiam mihi magis arrideret, ſi uel unum modò librum ſcriptum haberet auctorem.*

350 *Cur legatorū numerus additus.) L. Lang. & alij multi, Eſt additus. Col. Numerus actus. ego Auctus emendaram. Quod poſtea neſcio cuius liber, uetus quidē certè, mihi penitus confirmauit.* 350 *Hæc eſt ſumma concluſionis meæ: quoniam ſcelere à te liberati ſunt, ab eodem te ampliſſimis præmijs digniſſimi iudicati ſunt.) Digniſſimos iudicatos, l. Col.* 350 *Quæ enim res unquam (prò ſancte Iupiter) non modò in hac urbe, ſed in omnibus terris eſt geſta maior? quæ glorioſior, quæ commendatior erit hominum memoriæ ſempiternæ?) Erit, inducendum eſt, mea quidem ſententia, quæ tamen unius l. ſcripti auctoritate nitatur.* 351 *In huius me cōſilij ſocietate, tanquam in equum Troianum, includi cum principibus non recuſo.) Sic o. l. u. In huius me conſilij ſocietatem, tanquam in*

equum Troianum, cum principibus includi non recuſo.

351 Quanquam quidem illud fuit, ut tu dicebas, omnibus bono, qui uni ſeruire nolebant.) Sic l. Col. Quanquam illud quidem fuit, ut tu dicebas, omnibus bono, qui ſeruire nolebant. Lang. & cum eo pleriq;, Inſeruire, ego Col. ſequor: ſiquidem Inſeruire eſt obſequi, & omnia dicere ac facere ad uoluntatem alterius, ut tuis commodis ſeruias: Seruire, iugo ſeruitutis oppreſſum eſſe. id quod certè M. Tullius noluit dicere. Iam uides, uni ſeruire, alienum eſſe. dicet enim quiſpiam, ergo pluribus, non uni ſeruire uolebant? quod abſurdiſſimum eſt. Ambitus etiã principium, ut Col. ſeruat, multo lenius eſt. 351 Qui nõ modò non ſeruis, ſed etiam regnas.) Qui modò non ſeruis, Lang. cæteri cum impreſſis conſentiunt. quibus aſſentior.

352 Conturbatus mihi eſſe uideris.) Conturbatus eſſe mihi uideris, o. l. u. quod placet: ut finem uerſus nimis inſignis effugiamus. 352 Liberabo te metu.) Libero, omnes l. u. 352 Ego te dico tantum gaudere.) Tantum gaudere dico, o. l. u. & certè ſic uerba procliuius currere uidentur. 352 Atq; omne illud tempus.) Atq; illud omne tempus, o. l. u & oratio lenior. 353 Florem nobilitatis, ac iuuentutis.) Atq; Lang. & cum eo pleriq;.

353 Ac non ij maxime, quorum ego uitæ conſulebam, ſpe uictoriæ elati obſtitiſſent.) Hoc amplius o. l. u. Ac non ij maximè mihi. c. 353 Tu nunquam in hoc ordine.) Sic o. ferè l. u. Tu certè nunquam. quod ita placet, ut mihi nunc deniq; ſententia huiuſce circumſcriptionis perfecta eſſe uideatur. 353 De ſumma re diſſentientes.) Lang. qui cum pleriq; conſentiunt, Re diſſidentes: De ſumma, non habet. nonnulli, De ſumma Reip. Lang. ſequor.

353 Sed & ego, quid ille: è contra ille, quid & ego ſentirem, & ſpectarẽ, uidebat.) Sic o. l. u. Et contrà ille, quid ego ſentirem. perſpicuè uerum. 358 Ego incolumitati ciuium primùm, & poſtea dignitati: ille præſenti dignitati.) Hoc extremum uerbum omnium l. ſcriptorum auctoritate delendum eſt. 358 Quid uerò ille conſularis uir, ac penè diuinus.) Sic o. l. s. ego tamen adduci non poſſum, ut ita ſcriptum à Cicerone putem. nam primùm quis arbitretur, M. Tullium, cui Pompeij honores, uictoriæ, triumphi, uirtutes deniq; notiſſimæ erant, cum uellet eum pro dignitate nominare, ſibi uiſum, hominem ſatis commodè atq; honorificè appellare, ſi conſularem uocaſſet? deinde hæc duo epitheta quæ Græci nominant, ſimul poſuiſſe? quid enim conſulari cum diuino? Itaq; hac in opinione antea fueram, ut pro Conſularis, reponendum putarem Singularis: quòd hoc uerbum optimè cum Diuino cohæreret, & ijs coniunctis ſæpiſſimè M. Tullius uteretur: ut in 2. lib. de Or. Antonij incredibilis quædam, & propè ſingularis, ac diuina uis ingenij. Nunc ſententiam muto par autem, uel potius idem mendũ huiuſce mihi mutationis cauſam dedit, atq; adeo longè aberranti coniecturæ, quaſi uiam ferentẽ ad uerum (ſic enim exiſtimo) deducentemq; monſtrauit. nam in 13. Phil. in extremo, ubi eſt in impreſſis, De mandatis literiſq; M. Lepidi uiri clariſſimi Seruilio aſſentior: ibi pro Viri clariſſimi, extra unum, qui habet has notas V. C. reliqui ueteres libri, partim Viro conſulari, partim Viri conſularis. quo perſpecto, intellexi eaſdem notas, V. et C. ſcilicet, quæ modò clariſſimum uirum, modò conſularem uirum ſignificant, ut docet Probus: eaſdem inquam notas, ut illo, ſic etiam hoc loco errorem imperitis librarijs obieciſſe. atq; ea cauſa cũ reliquis adductus pro Cõſularis uir, C. V. id eſt clariſſimus uir, ac penè diuinus, ſine ulla dubitatione repoſui. 353 Qui cum Pharſalica fuga Paphum proſecuti ſunt.) Perſecuti, o. l. u. ut in ep. ad Ap. Pulchrum, Qui me in caſtra, & qui trans Taurũ perſequi non poſſent. 353 Erant quidem illa caſtra.) Erant illa quidem, multo lenius. 353 Idem mæſtitiam meam reprehendit, idem iocum.) Lang. qui cum pleriq; faciunt, Eundem iocum. nonnulli, Et idem. quod fortaſſe uerum eſt. 353 Argumento ſit, me. c.) Pro Sit me, Lang. Simul: nonnulli, Et ſimul: nonnulli, Eſt me. quod probo. 353 Hoc unum uerũ crimen.) Hoc tuum uerum crimen, o. l. u. ut ſuprà, Omne autem tuum crimen eſt. 353 Sed qui iſtuc tibi uenit in mentem?) Quid, o. l. u. de hoc paulo antè diximus. 354 Te is, quem nunquam uidiſti.) Sic o. l. s. Te is, quem tu uidiſti nunquam.

354 L. Rubrius Caſſinas.) L. Col. Caſinas, alier, Caſſinas. è Caſſino ſcilicet oppido. atq; hoc quidem probant inſcriptiones ueterum monumentorum, T. Cl. Caſſinati coniugi bene merenti fecit Virginia. ſic Romæ in quodam ſepulchro inſcriptum eſt. 354 Quem nunquam uiderat, ac ne unquam ſalutauerat.) Ac nunquã, l. u. 354 Vini exhalandi, non acuendi ingenij cauſa.) Non ingenij acuendi, o l. u. placet. 354 Declamitas. tum uerò adhibes ioci cauſa magiſtrum. c.) Et uerò, l. Col. & alij nonnulli. 354 In te, & in tuos dicta dicere.) Dicta, in quibuſdam l. u. non eſt: quos ille, qui de Clar. rhet. ſcribit, comprobat: ſi tamen non mendoſè ſcriptus eſt. Is etiã hoc amplius, quòd, non, In te quæ uellet diceret: ſed, In quem uellet diceret, ſcriptum habet. l. Col. et Lang. impreſſos tuentur. 354 Duo millia iugerum.) Iugera omnes l. u.

355 Dicam alio loco de Leontino agro, & de Campano.) Et de Leontino agro, o. l. u. quod placet.

355 Quamuis qui fortunæ uicio, non ſuo decoxiſſet.) Quamuis quis, l. Col. quod placet. 355 Per tegulas dimittere.) Ego, Demitterere. & ſi o. l. contrà ſentiunt. ut Liuius Dec. 4. Multi proxima nocte funibus per murum demiſſi. 355 Tamũ enim pro te interceſſiſſe dicebat.) Sic tres l, u. in queis Col. Tantum enim ſe pro te interceſſiſſe. quod minimè diſplicet: ſic enim uideo Ciceronem locutum in 6. l. ep. ad Attic. Calcar admouet, interceſſiſſe ſe pro ijs magnam pecuniã. 356 Iter Alexandriam.) Itur Lang. nonnulli, Itum. 356 Contra ſenatus auctoritatem, contra religiones.) Liber Marcelli Ceruini Cardinalis, quem pro eius eximia uirtute, atq; dignitate cauſa honoris appello: non Religiones, ſed Religionem. quod uehementer probo. etenim in legendo, ac peruolutando Ciceronem obſeruaui, quoties hanc eandem rem commemorat (cõmemorat autem ſæpiſſimè) toties nõ aliter locutũ eſſe. ut in Piſ. Auderet, quam prouinciã P. Lentulus amiciſſimus huic ordini, cum & auctoritate ſenatus, & ſorte haberet, interpoſita religione ſine ulla dubitatione depoſuiſſet: eam ſibi tum adſciſcere, eùm etiã ſi religio non impediret. c. Sed quid te obtundo? Sexcenta loca ſunt in ep. ad Lentulum. 357 Acceperam enim.) Enim, in l. u. nõ eſt.

357 Cuſtoditus ſum à te: tu à me obſeruatus in petitione Quæſturæ.) Culus pro Cuſtoditus, l. Col. quod placet. quòd autẽ ſequitur, in eo nonnulli pro Obſeruatus repoſuerunt Adiutus, credo ob eam cauſam, quòd ijs abſurdum uidebatur, M. Tulliũ, qui multis annis natu erat maior, omnibusq; honoribus uſus, Antoniũ obſeruaſſe: quod ut ijs conſonũ uideatur, huc uerba quædam ex l. 1. de Or. tranſtu-

tranſtulimus, Cum Aedilitatem peteret Craſſus, eumq́; maior natu, etiam conſularis Ser. Galba aſſectaretur. Iam contra illos omnes libri faciunt. 357 Aduolas egens ad Tribunatum.) Pro Egens, l. Col. habet Eius. quod quanquam duriuſculũ mihi uideatur: quia tamen & paulo infrà dicit, Iſte uenditum, atq; emancipatum Tribunatũ conſilijs ueſtris oppoſuit: & liber hic non mediocris uetuſtatis eſt, præterire ſilentio non placuit. 357 Vt in eo magiſtratu, ſi poſſes, uiri tui ſimilis eſſes.) Viri tui ſimilis, o.l.s. optimè. his autem uerbis Curionem deſignat, qui ſuperiore anno Tribunus plebis fuerat, emptusq́; à Cæſare ab eius cauſa pertinaciter ſteterat. quid autẽ ſibi hæc uerba uelint, ex eo loco intelligere licet, Sed cito interuenit Curio, qui te à meretricio quæſtu abduxit: & tanquã ſtolam dediſſet, in matrimonio ſtabili, et certo locauit. Sic etiam locutus eſt Poſt red. ad ſen. Eaq́; dixit, quæ ſi eius uir Catilina reuixiſſet, dicere non eſſet auſus. 357 Quæ in nos, fortunasq́; noſtras, id eſt uniuerſam remp.) Id eſt in uniuerſam, o.l.u. 358 In minoribus peccatis.) Minoribus in peccatis, o.l.u. multo elegantius. 358 Nondum tot luminaribus extinctis.) Luminibus, tres l.u. in queis Col. quod ita placet, ut non dubitem, quin hoc uerũ, illud alterum ſubditítiũ ſit. 358 Neq; frequens ſenatus agendo.) Sic omnes ferè l.u. Neq; R. eques, aut ſenatus, quod tamen minimè placet. Col. cum impreſsis facit.

358 Multis antè tentatis.) Multis rebus antè temptatis, nõnulli u.l. in queis Col. 358 Cæſari perturbare omnia cupienti.) Omnia perturbare, o.l.u. 358 Cauſam dementiſsimi ſui conſilij.) Sui dementiſsimi, o.l.u.

359 Circumſcriptus eſſet Antonius.) Circumſcriptus à ſenatu eſſet. pleriq; l.u. in queis Col. 359 Sed nihil de Cæſare.) L.s. partim Nihil Cæſaris, partim Nihil Cæſari. 359 Exequi fugam illam, cladeḿq;.) Exequi cladem illam, fugamq́; o.l.s. 359 Vnoq́; uerbo remp.) Mihi omnino magis arrideret, ſi dempta coniunctione diceretur: ut Cato uſus eſt; Et ſi bilis atra eſt: & ſi lienes turgent: & ſi cor dolet: & ſi iecur, aut pulmones, aut præcordia: uno uerbo omnia ſana faciet, quæ intrò dolitabunt. & Plaut. in Rud. quanquam hic quidem plenè enũciauit: Fraudis, ſceleris, parricidij, periurij plenus, legirupa, impudens, impurus, inuerecũdiſsimus, uerbo uno abſoluam, leno'ſt. quia tamen uideo Græcos ita loqui: nam quod uno uerbo noſtri, illi ἐν λόγῳ. Plato in Lyſide, [illegible] : & librorum antiquorum ne unus quidem mecum facit: idcirco immutare non auſim.

359 In ſenibus cauſa eſt arborum.) Eſt cauſa arborum, o.l.u. 359 Sic iſte Reip. cauſa belli.) Sic iſte huic Reip. o.l.u. quod ſummopere placet 359 Reſtituebat multos calamitoſos.) Damnoſos, Lang. ut fortaſse emendandũ ſit. Damnatos, hoc certè uoluit dicere. 360 Quod de patruo dicebatur.) De patruo tuo, nõnulli u.l. in queis Col. 360 Ego tamen, quoniam condemnatũ eſſe pro nihilo uis.) Et ego tamen quoniam condemnatum eſſe, pro nihilo eſt, l.u. 360 Hominem uerò omnium nequiſsimum.) Verò, omnibus antiquis l. auctoribus delendũ eſt.

360 Lege, quæ eſt de alea.) O.l.u. qui tamen non ſe mihi ſatis comprobant, hoc modo, Vel lege, quæ eſt de alea. 360 Non uero illo, & mimico nomine.) Non noto illo, omnes l. u. 360 Volumniam ſalutabam.) Conſalutabant, o l.u. 360, Sequebatur rheda cum lenonibus: comites nequiſsimi.) Sic nonnulli u.l. Sequebantur rheda cum lenonibus comites nequiſsimi. quos probo: ut pro Comitibus nequiſsimis, meritorios pueros intelligat. id quod paulo infra apertius dicet. Ingenui (inquit) pueri cum meritorijs, ſcorta inter matres familias uerſabantur. Rheda autem ſit ſexti caſus: ut Salluſtius dixit, Equo circumiens: et alter neſcio quis, ſcriptor certè non malus, Equo ſequi. Petrus Victorius, quem honoris cauſa nomino, corrigendum putat, Sequebatur rheda cum leonibus: comites nequiſsimi. & mehercule opinionis ſuæ librum, illum quidem non antiquum, ſed tamen ſcriptum, adſtipulatorem habet. Arbitratur enim uir doctiſsimus, Ciceronem id ſignificare uoluiſſe, quod Plinius lib. 7. memoriæ prodidit, Primus, inquit, leones Romæ ad currum iunxit M. Antonius, & quidem ciuili bello, cum dimicatum eſſet in Pharſalicis campis, non ſine oſtento quodam, tempore illo generoſos ſpiritus iugum ſubire coactos, prodigio ſignificante. nam quòd ita uectus eſt cum mima Cytheride, ſupra monſtra etiam illarum calamitatum fuit. Hæc Plinius, quæ Plutarchus, quæ Cicero ipſe tradidit. Ego autem præterquam quòd pro uno illi poſſum uiginti adſtipulatores regerere, in eis treis uetuſtiſsimos: præterea, qui ita loqueretur, ut diceret, Rheda cum equis, rheda cum mulis, id eſt rheda cum mulis iuncta, neminem adhuc inueni. Iam uerò ut rem tam inuſitatam ac penè portenti ſimilem tam breuiter attingeret, nec ullos in ipſam orationis aculeos emitteret, adduci ad credendum nullo modo poſſum. Tu igitur iudicium adhibebis: idq́; eliges, quod ad locum aptius conuenire iudicabis. 361 Difficilis eſt ſanè reprehenſio: & lubrice uerſatus in bello eſt.) Difficilis eſt ſanè reprehenſio, & lubrica. A.l.u. 361 Nihil de genere belli dicã.) De belli genere, o.l.u. 361 Victor Theſſalus.) E Theſſalia, l.u. 361 Qui tunc tecum fuerunt.) Tum, o.l.s. 361 Fac te dediſſe mihi, quod non ademiſti.) Fac id te, l. Col. 361 Meq́; à te habere uitam, quia à te non ſit erepta.) Quæ à te. c. nõnulli u.l. in queis Col. 361 Liceat nunc mihi. c.) Ne pro Nunc omnes ad unum libri ſcripti. in primo uerbo inter ſe diſſentiunt. nam partim Liceat, partim Licet defendũt: mihi neutrum placet: corrigendumq́; arbitror, Licuitne: mihi enim hoc ſentire Cicero uidetur, Eſto, ſit beneficium, quòd me non occideris, cum poſſes: ueruntamen, etiam ſi maximè uoluiſſem, ut uolebam, potuiſne illud tueri, cum poſtea conuicijs me conſcideris, atq; orationem contumelioſam in me euomueris? quod tibi certe faciendum non fuit, ſi tuum erga me beneficium tueri uolebas: cum præſertim me par pari relaturum uideres. Si extrema uerba diligenter attenderis, intelliges profectò, Licuit, non Liceat, neq; Licet, conuenire. Sed teſtificor ſententiam meam: nihil affirmo. 361 In ſinum quidem, & complexum tuæ mimulæ.) Et in complexum, o. l. u. 361 Tot dierum tibi uiam.) Tibi tot dierum uiam, o.l.u. 361 In urbe auri, & argenti.) Et, inducendum de auctoritate omnium u l. & elegantiæ.

362 Cum eſſet ille Alexandriæ.) Cum ille eſſet Alexandriæ, nonnulli u.l. 362 Beneficio amicorum eius.) Eius, à l. Col. abeſt. 362 Cum Hippia uiuere, et equos uectigales Sergio mimo tradere.) Sic Lang. Cum proprio uiuere, & equos uectigales ſcrio. e. Sed falſitatis (ut ita dicam cõuincitur teſtibus, Plutarcho. s. cæterisq́; rerum geſtarum M. Antonij narratoribus, qui ijſdẽ nominibus eoſdem

dem nominant. cum autem dicit, equos uectigales Antonium Sergio mimo traditurum: hoc accipio, equos quatuor factionum, quibus uectigal erat impoſitum, nulla pecunia Sergio locaturũ. Quòd autẽ ij penderent uectigal, declarat Aſconius, cuius uerba ſubſcripſi: Diximus iam ſuprà, Syllæ ludis, quos propter uictoriam fecerat, quadrigas C. Antonium, & alios quoſdam nobiles homines agitaſſe. præterea Antonius redemptas habebat ab ærario uectigales quadrigas: quam redemptionem ſenatori habere licet per legem. 362 De inquiſsimo genere leuitatis.) Nequiſsimo, l. u. perſpicue uerum. 362 In cœtu uero populi.) Deeſt, Romani. id apud Quint. l. 8. apparet, Singula (inquit) incrementũ habent per ſe deforme. uel non in cœtu uomere: in cœtu etiam non populi: populi etiam Romani. Superiora quoq; membra aliter apud eundem ſcripta ſunt: Si hoc tibi inter cœnam, et in illis immanibus poculis tuis accidiſſet: quis non turpe duceret? 362 Cæſar Alexandriam ſe recepit.) Sic o. l. s. ego tamen non dubito, quin emendandum ſit, Alexandria: ſiquidem ſimilius ueri eſt, hoc eſſe factum à Cæſare, cum ſe Romam ex Aegypto recepiſſet, quàm dum eſſet Alexandriæ. Sed quid ego argumẽtor? id Plutarchi uerba quæ infrà ſcripſi, declarabunt, [illegible]

362 Si quis Reip. ſit infœlix, fœlix eſſe non poteſt.) L. Col. & alij aliqui ſic: Niſi qui Reip. ſit infœlix, fœlix eſſe nemo poteſt. ut fortaſſe ita corrigendam ſit: Niſi qui Reip. ſit fœlix, fœlix eſſe nemo poteſt. In hoc certè omnes libri conſentiunt, quòd Nemo pro Non habent.

363 Circa haſtam illam.) Circum, liber unus, atq; alter: in quibus Col. 363 Malè parta, malè dilabuntur.) Parata, l. Lang. & alij nonnulli: ſed Perperam: niſi Sex. Pompeio fidem abrogamus. Partus (inquit) & pro Naſcendo ponitur, & pro Parato Neuius, Malè parta, malè dilabuntur. Et Plaut. in Pœn. Malè partum, malè diſperit. 363 Carybdin dico? quæ ſi fuit: fuit animal uiuũ.) Vnum, l. u. Quintilianus & Seneca. 364 Non enim ſemper iſte fœlix) Ipſe, o. l. u. 364 Vrbes & regna.) Hoc amplius, o. l. s. Vrbes & regna celeriter.

364 Os importuniſsimum.) Impuriſsimum. nonnulli u. l. ut in 5. Atq; in me abſentem orationem ore impuriſsimo euomuit. Vetuſtiores tamen libri ſcripturam impreſſam comprobant & M. Tullius in oratione poſt reditum ad ſenatum: Si modò, inquit, uultum importunum in forum detuliſſet. 364 Violentus & furens.) Nonnulli s. l. Vinolentus. 364 Neq; rebus exteris magis laudandus.) Externis, plerią; l. u. in queis Sc. ut pro Plancio locutus eſt, Quam externis, quem domeſticis nonnullis rebus inferiorem, quàm te. 364 Illam ſuam ſuas res ſibi habere iuſsit: ex duodecim tabulis cauſam addidit: exegit.) Omnino mihi probantur impreſsi libri: ſiquidem Plautus quoq; in Mercat. hoc idem uidetur oſtendere, Vxor (inquit) uiro ſi clàm domo egreſſa eſt foras: uiro fit cauſa: exigitur matrimonio. Placuit tamen teſtatum relinquere, quid libri ſcripti ſent rẽt. nam partim Clauſa, partim Claues, partim Clauos ademit: nonnulli, Adiecit. nemo quidem certè Cauſam. Quinetiam apud Non. Marcellum uerbum Exigo exponentem, atq; huiuſce loci teſtimonio utentem, ita ſcriptum eſt, Claues ademit, foras q; exegit.

In ſuperioribus quoq; uerbis libri s. inter ſe diſsident: nam partim Ex duodecim tabulis: partim Ex duodecim tantummodo: & certè utroq; modo locutus eſt M. Tullius. Primum peruagatum eſt: alterius exempla ſupponemus, Diſcebamus enim pueri duodecim, ut carmen neceſſariũ. Et paulo antè, tam cætera in duodecim minuẽdi ſunt ſumptus. Hæc de leg. l. 2. 365 Dixiſſet aliquãdo credo auus tuus ſe & conſulẽ, & Antoniũ.) Sic l. Col. Dixiſſet, credo, aliquando auus tuus & conſulẽ, & Antonius: ut fortaſſe ita ſit emendandũ, Dixiſſet, credo, aliquando auus tuus, & cõſul, et Antonius. 365 Niſi ſolus eſſet Antonius.) Sic l. Lang. Niſi ſolus Ant. Scalæ, Niſi ſi ſolus Ant. Col. Niſi tu es ſolus Antonius. quem ſequor. 365 Quorum Cæſar nonnullos fortaſſe ſeruaſſet.) Quos Cæſar ut nonnullos, o l u. 365 Teſtamenti, ut ipſe dicebat, filius.) Sic o. l. u. Teſtamenti, ut dicebat ipſe, filius. nonnulli, non illi quidem ueteres, ſed tamen ſcripti, pro Teſtamenti, Teſtamento: quod tamen abiudico. nam in 2 quoq; lib. de leg. Heredẽ teſtamenti, dixit. 366 Ac ne potuit quidem.) At, nõnulli s. l. 366 Num ſibi ſoli uicit.) Nõnulli u. l. in queis Col. Non. 366 Excluſis tuis uocibus.) Excuſsis, o. l. u. ſummopere placet. Idem dicit, quod bis uerſibus Tibullus: Magna loquor: ſed magnifice mihi magna locuto Excutiunt clauſæ fortia uerba fores. Vtitur hic ipſe pro Sylla, Qui ſi attulerint neruos & induſtriã, mihi crede, excutiem tibi iſtam uerborũ iactationẽ. 366 Ad prædas ſuas milites miſit.) Ad pedes tuos, liber unus atq; alter: in quibus Col. Qui quidem in hanc me opinionem duxerũt, ut emendandũ putarem, Prædes tuos: quòd idem hoc loco mihi uidetur ſignificare uoluiſſe, quod paulo pòſt ijs, quæ ſubſcripſi uerbis, Ne L. Plancus prædes tuos uenderet. Antonius enim Pompeij bonis emptis de Cæſare, ei prædibus cauerat: ad quos, ut etiam ad Antonium, cum dependere nollet, miſiſſe milites Cæſarem, ueriſimile eſt. Id argumentũ etiam nonnihil ſententiam meam confirmat, quòd in loco ſuprà prolato, non ſolum Col. ſed etiam Lang & alij aliqui libri non Prædes, ſed Pedes ſcr. priũ habent. Ibi autẽ Prædes eſſe ſcribendũ, apud hũc ipſum l. 12. ep. ad Att. de hac ipſa re loquentẽ apparet, Heri (inquit) cum ex aliorũ literis cognouiſſem de Antonij aduẽtu, miratus ſum, nihil eſſe in tuis: ſed erant pridie fortaſſe ſcriptæ, quàm datæ: neq; iſta quidem curo: ſed tamen opinor propter prædes ſuos accurriſſe. 366 Sordid ita mancipia.) Mancupia, Lang ut Varro de lingua Latina in lege mancupiorum. 366 Profectus eſt tamen aliquando in Hiſpaniam.) Tandẽ aliquando, o. l. u. 367 Conſilium à principio reprehendendũ.) A primo, o. l. s. ut in ep. ad Att. Vtinã à primo ita tibi eſſet uiſum. 367 Tu uerò qui es?) L. Lang. Sc. Col. Quid eſt alius non minoris uetuſtatis, qui cum recentiores ferè faciũt, Quid cenſes? quod probo. 367 Fuerit partiũ hæc cauſa cõmunis.) Fuerit hæc partiũ, o. l. u. lenior certè conſtructio. 367 In quæ tu inuaſeras.) Quæ tu, Lang & alij nonnulli. utraq; probabilis. 367 Hæc cum peterent armis ij, quorum erant legibus.) Repeterẽt. nõnulli u. l. quod probo. 367 Narbonæ.) Narbone, o. l perſpicuè rectũ. 367 Narbona reditus?) Narbone, o l De Narbone Marcio Cicero pro Font. Et Velleius Patercu lus, qui hanc Coloniã deductam tradit Porcio, & Marcio coss. Ex quo exiſtimari poteſt, à Marcio Marcij nomẽ traxiſſe. Quòd autẽ ſequitur Reditus? & tamen quærebat: id ſic L. Col. Reditus eius? iam quærebat.

querebat.c. Reditus eius, placet: tamen non Iam probo. Sic igitur corrigendū eſt, Reditus eius? tamen querebat.

367 Volui etiā ſi poſſem.) L.u. Si poſſem, etiā. rectè.

367 Nullis nec caligis.) Gallicis, Aul. Gellius.

367 Ne tu mecū iam in gratiā redeas.) Ne tu iam mecum.c.o.l.u. Refer ad aureis: probabunt. 363 Ex omniū omnibus flagitijs.) Ex omnibus omniū flagitijs, L. Col. et certè plus habet cōcinnitatis. 367 Quàm quod qui magiſter.c.) Quàm quod, à Col. & nonnullis alijs u.l. abeſt: quod uehementer probo. 368 Cum caligis.) Gallicis, Gellius. 368 Inde Caßia celeriter ad urbē aduectus.) Ciſio, non Ciſsio, emendandū eſt. breuis enim prima ſyllaba. 368 Ne L. Plancus pedes tuos.) Suos, aut, Habuiſti, emendandū. 363 Populū in te dicacē etiam reddidiſti.) Populū etiam dicacem in te, o.l.s. 368 Factus ei.) Factus es ei, o.l.u. ualde placet. 363 Impulſus, eluſus, inductus.) Impulſus, inductus, eluſus, o.l.u.

369 Vide etiā ne facilius.) Vide, ne etiam, o.l.s. rectè.

369 Reliqui magiſtratus etiā inſpectionē.) Varro de lingua Lat. Spectare, dictū, inquit, ab antiquo, quo etiam Ennius uſus eſt. Vos epulo poſtquā ſpexit. & quod in auſpicijs distributū eſt; qui habeant ſpectionē, qui non habeant. Sex. quoq; Pompeius, Spectio, inquit, in auguralibus pro aſpectione ponitur. Horū auctoritate ductus octo ab hinc annis ſpectionē emendaram. opinionē meam L. Col. approbauit. 369 Dixit Dolabellæ comitia aut probibiturū.c.) Dixiſſe, o.l.s. ego, Dixit ſe: niſi fortè eodem modo dictum eſt, ut illud pro Roſc. Am. Tē ne cum cæteri ſocij tui fugerent, ac ſe occultarent: ut hoc iudiciū non de illorū præda, ſed de huius maleficio fieri uideretur, potiſſimū tibi parteis iſtas depopoſciſſe? & Terentij: Seruon' fortunas meas me commiſiſſe futili? Et Catonis apud Gellium, Inſignitas iniurias, plagas, uerbera, uibices, eos dolores, atq; carnificinas per dedecus, atq; maximā contumeliam inſpectantibus popularibus ſuis, atq; multis mortalibus te facere auſum eſſet quod tamen non placet.

369 Implicata inſcitia.) Inſcientia. Lang. 369 Si neſcit, quod augurem, nec facit.c.) L. Col. Nec ſcit, quod augurem.c. quod mihi quidem multo elegantius & concinnius uidetur. 369 Atq; illo die recordamini.c.) Atque ex illo die, o.l.s. optimè: ſiquidē non illo die ſolū, ſed ex illo die ad Idus Mart. tam abiectus fuit. 370 Secunda claſſis uocatur.) Vocatur, à l.u. abeſt. 370 Futurum eſſe præuideras.) Prouideras, o.l.u ſequor impreſſos.

370 Conſul conſuli obnunciauiſti.) Nunciauiſti, o.l.s. & certè omnibus in locis, quibus huiuſce rei mentionem facit (facit autem plurimis) ſemper Nunciare, nunquam Obnunciare dicit. probo. 370 Sed ne fortè multis rebus geſtis M. Antonij rem unam pulcherrimā.c.) Ex multis rebus, o.l.s. apertè rectū. 370 In porticu numitia.) Lang. Minuntia: nonnulli, Minuſia: ego, Minutia, auctoritate Victoris adductus. Regio (inquit) nona circum Flaminium continet, & ſtabula quatuor factionū ſex, porticum Philippi, Minutiā ueterē et frumentariā. Aliter hæc uerba ſe habent in libris impreßis: nos ea ſubſcripſimus, ut eram in libro literis Lang. conſcripto. 370 Quæ poteſt eſſe turpitudinis tanta defenſio?) Tantæ, nonnulli u.l. quod ſummopere placet. 370 Te eſſe conſulē.) Conſulem eſſe, o.l.u. 371 Auctor regni inuentus eſſes.) A' l. Col. & alijs nonnullis Inuentus abeſt: & certè ſuperuacaneum eſt, nec dignū Ciceronis elegātia. 371 Partem habes ſenſus.) Senſus habes. iiſdem libri. 371 Cruciat oratio.) Cruciat, Lang. & nonnulli alij: quod reijcio.

371 Virorū ſummorum gloriā.) Summorū uirorum gloriam, o.l.s. et aures probant. 371 Quid indignius, quàm uiuere eum?) Sic o.l.u. Nónne indignum tu iueris? Nónne indignū ſi uiuere eum, fortaſſe corrigendum eſt.

371 At etiam inſcribi iußit in faſtis, ad lupercalia C. Cæſari.c.) Aſcribi, o.l.u. optimè. Hoc amplius ego: quòd interualli notā non poſt Faſtis, ſed poſt Lupercalia appono ſic, At etiā aſcribi iußit in faſtis ad lupercalia, C. Cæſari.c. Indicat locus ep. ad Brut. Ego enim D. Bruto liberato, cum lætißimus ille ciuitati dies illuxiſſet, idemq; caſu Bruti natalis eſſet: decreui, ut in faſtis ad eum diē Bruti nomen aſcriberetur. Aſcribebatur autem quid in faſtis ad aliquem diem ſic, Hoc die (exempli gratia) Brutus erupit Mutina: Antonius Cæſari regnum detulit, Cæſar uti noluit. Hoc in faſtis antiquis apparet. 371 In legibus et iudicijs.) Et in iudicijs, o.l.u. 371 L. Tarquinius regno exactus.) Lang. cum eo multi alij, L. Tarquinius regno pulſus, exactus. quo animaduerſo, pro certo putaui, Regno pulſus, eſſe gloſſema: ſiquidē, Regibus exactis, exactor regū, rectè ſine adiunctione dicitur. Sententiā meam Col. liber approbauit. ſic igitur emendandū, Tarquinius exactus. 371 Sp. Caßius, Sp. Melius.) Vltimū prænomen à l.u. abeſt: et certè ſuperuacaneū eſt: ambobus enim idem prænomen erat. 372 Tum etiā tuum de auſpicijs iudiciū.) Pro Tum, Lang. & cæteri ferè, Num quod probo. hoc enim ſentit Cicero, fortunā quidem populi Ro. illum diem ſuſtuliſſe, non tamen iudiciū M. Antonij ſuſtuliſſe: qui quidē interfecto Cæſare ſtatim Dolabellam ſibi collegam eſſe uoluiſſet: quo facto ſe auſpicia ementiū eſſe iudicauit. Sic igitur ſcribendū, Num etiam tuū de auſpicijs iudiciū interitus Cæſaris ſuſtulit? 372 Quod ijs de rebus.) Iis rebus, Lang Col. 372 Quæ formido illa die?) Illo die, Lang & Col. & rectè: ſi quid ponderis apud nos habet Pedianus. 372 O mea ſemper fruſtra uerißima auguria.) O mea fruſtra ſemper, o.l.s. aures probant.

372 Irent, & redirent.) Irent, redirent, o.l.u.

372 Equidē inuitus.) Et quidē inuitus. apertè uerum.

372 Non diuturni magiſter officij.) Diuturnus, o.l.s. impreſſos tuetur ipſe Tul. de Off. cuius uerba ſubſcripſi. Malus enim cuſtos diuturnitatis metus. 372 A te non diſceßit audacia.) O.l.s. Diſcedit: et hoc quidem rectum.

372 Puneri tyranni illius ſceleratißimè præfuiſti.) Sceleratißimi, o.l.s. rectè, meo quidem iudicio. 373 Faces incendiſti, & eas, quibus ſemiuſtū latus illius eſt.) Semiuſtulatus ille eſt, Col. l. præclarè. Hoc uerbo quoq; pro Milone uſus eſt Infœlicißimis lignis ſemiuſtulatum, nocturnis canibus dilaniandum reliquiſti. Vſtulare dixit auctor obſceæm carminis: Ambuſtulatum Plautus. 373 Vt eius omnem propter proximum. c.) Vt eius regni, o.l.u. quod tamen opinor eſſe gloſſema. Quòd autem ſequitur, Tolleres metum: Metum tolleres, L. Col. quem ſequor: hic enim numerus uiget, ille alter iacet. 373 Num mé igitur feſellit?) Num igitur me, o.l.u, 373 Potuit ſui eſſe diſsimilis?) Sui potuit eſſe, o.l.u multo concinnius.

373 Singillatim.) Singulatim, Lang. utrunque uſitatum. rectè etiam dicitur Sigillatim: niſi omnes libri mendoſi ſunt. 373 Diminutum eſt.) Deminutum, Langus, Scala. 374 Deiotaro Populo Ro. amicißimo.) Sic libri ſcripti, Po. Ro. quod interpretor, Populi Ro.

374 *Apud mortuum factus eſt gratus.*) Aſſentior Vbaldino, homini omni liberali doctrina politiſsimo, atq; acerrimo huiuſce generis exiſtimatori: qui pro Gratus repoſuit Gratioſus. nam ab impreſsis non diſcrepant libri ſcripti, qui quidem integri ſunt. hoc autem dixi propter Lang. & cæteros l. u. & multos alios non illos antiquos quidem, ſed tamen ſcriptos: quibus in omnibus deeſt (ſic enim ſentio) totus hic locus ab iſs uerbis, Quid de cõmentarijs infinitis, ad eadẽ ipſa uerba. 374 *Syngrapha ſeſtertij centies.*) HS. centies, uel ſeſtertium centies: etſi o. l. contrà faciant. 374 *Sine reliquorũ hoſpitum regis ſententia.*) Hoc amplius, o. l. s. Sine ſua, ſine reliquorũ. c. Ego ſic, Sine Sex. ſine reliquorum. c. Vt autem in hanc opinionem diſcederem, fecit ipſe Tullius, cuius locum hoc idem referentem ex 14. ep. ad Attic. huc rei dilucidandæ cauſa tranſtulimus: Ecquid amas Deiotarũ, & non amas Hieram? qui, ut Bleſamius uenit ad me: cum ei præſcriptũ eſſet, ne quid ſine Sexti ſententia ageret, neq; ad illum, neq; ad quenquã noſtrum retulit. 375 *Ciuitates locupletiſsimæ Cretenſium uectigalibus liberantur.*) Vectigalibus, inducendum, non ſolum omnibus l. s. ita ſuadentibus, uerumetiam ratione cogente: ſiquidem ſcriptores, quibus primæ ſermonis Latini deferuntur, non aliter unquam locuti ſunt. Cic. in proxima Phil. Vendiderit immunitates: ciuitates liberauerit. & 5. Regna data: populi, prouinciæq; liberatæ. & de prouincijs conſularibus, Vectigales multos, & ſtipendiarios liberauit. Sic Liberare agros, publica, ſeruos, ſine adiunctione dicitur. 375 *Omnino ullius rei nemo fuit emptor.*) Tres l. u. in queis Col. Omnino nemo ullius rei fuit emptor. quos probo. 375 *Qui ſimili in calamitate fuerint.*) Lang. & alij nonnulli, Simili calamitate. & certè hic idem ſimiliter locutus eſt pro Syl. Pari calamitate qui fuerant. 375 *Auſpicia tuorũ ſunt.*) Sunt tuorum, o. l. u. 375 * *Quid metuiſti? credo ne ſaluo capite negare non poſſes.*) Sic omnes ferè l. u. Quem metuiſti credo ne ſaluo capite negare non poſſes. Omnino hic locus mendo non uacat. Quid enim frigidius hac ſententia? Credo ne ſaluo capite negare non poſſes. Quid dico frigidius? imò uerò cum ſuperiori non cõſtat: nam ſi ita dixiſſet, Non enim interuenire uoluiſti: aliquo modo inter ſe fortaſſe cõuenirent: cum autẽ, Interuenerit: pugnantia ſine dubio loquitur. Quid, ſi Necare pro Negare reponatur? Scribit enim l. 3. Liuius, L. Valerium, & M. Horatiũ coss. lege ſanxiſſe, ut quid tribunis plebis, ædilibus, iudicibus, decẽuiris nocuiſſet, eius caput Ioui ſacrũ eſſet. ut hæc ſit horum uerborum ſententia, Cur non paſſus es, eum fieri VII. uirum diuidũ dis agris? nullã ob aliam cauſam credo, niſi ut quem omnibus contumelijs, ac probris affeciſti, hunc etiam ſaluo capite necare poſſes. id quod facere non potuiſſet, ſi factus eſſet VII uir: ſiquidem ſacroſancti ſunt. Sic enim & haberet neſcio quid ſubmoroſi atq; ſtomachoſi ſententia: & eidem ſubeſſet aliud dicentis ac ſentientis diſsimulatio, ea quam Græci Ironiam uocant: nam cum aliud dicere uideatur, hoc tamen ſentit, Antonium eas opes per uim, eam potentiam ſibi paraſſe, ut quenuis occidere poſsit impunè: eſſe porrò tanta importunitate, impotentia, immanitate præditũ, nihil ut ei inuiolatum, nihil ſanctum, nihil auguſtum eſſe uideatur. Sed non liquere pronunciemus: præſertim cum & omnes libri contra me faciant: & dubitem, utrum Liuius de Decemuiris litibus iudicandis, an colonijs deducendis loquatur. Quid autem ſibi uelit, Saluo capite, apparet in oratione pro Cæcin. Cæcinnæ placuit, & amicis, quoad ſaluo capite fieri poſſet, experiri. & pro Cluen. Si id prætermittere ſaluo capite ſuo potuiſſet. 376 *Si ulla pietas in te.*) Si in te ulla pietas, Lang. & cæteri: & lenior conſtructio. 376 *Alia cõditione quæſita.*) Rectiſsimè: nec libri ſcripti ab impreſsis diſcrepant: quidã tamẽ pro Alia, Falſa repoſuerũt, quaſi uerò non M. Antonius eiecta Antonia, Fuluiam ſibi deſponderit. 376 *Odij cauſam.*) O. l. u. Cauſam odij. 376 *Cur approbantur?* Probantur, o. l. u. 376 *At quàm nobilis eſt tua illa peregrinatio?* Atq; nobilitata ſit tua illa peregrinatio, o. l. u. ego ſic, Atq; nobilitata. & quæ ſequũtur, eodem modo. hoc enim membrum ſuperiori connectendũ eſt: notáq; illa, quæ poſt Tollatur eſt, queq; demonſtrat ſententiam eſſe terminatam, tollenda. illa autem ſubdiſtinctionis quam Grammatici uocant, apponẽda: ut hæc ſententia ſit: Tu Capuæ migraris: utinam conere: ut illud, penè, tollatur, &, te interfecto, peregrinatio tua nobilitata ſit. Id enim ſignificat, quod 12. Phil. declarat. Veſtrum hoc conſiliũ Capua probabit? quæ temporibus his Roma altera eſt. Illa impios ciues iudicauit, eiecit, excluſit. Illi inquam urbi conanti è manibus eſt ereptus Antonius. 377 *Glandiferæ, & fructuoſæ ferebantur.*) Lang. pro Glandiferæ, Grandifacere. nõnulli, Gracifice. alij, Grandifere. Grandifacerent, alij. Locus meo quidem iudicio ualde deprauatus. 377 *Ab hac religionum perturbatione.*) L. u. partim ſic, Ab hac perturbatione religionũ: nonnulli, Ab hac perturbatione regionũ: quos etiam magis probo: ut non ad auſpicia referatur, ſed ad id, quòd territoriũ Capuæ minuerat, Caſilinoq; attribuerat. Si quis tamen illud alterũ ſequatur, non repugnabo. illud enim cum eo facere uidetur, quod ſuprà dixit, Omni auſpiciorũ iure turbato Caſilinum coloniam deduxiſti. 377 *Tu te liberauiſti.*) Lang. & cæteri ferè, Tute te liberauiſti. quod minimè diſplicet. 378 *Quod ſi etiã ſcripſit.*) Quid, o. l. u. 378 *Gladios illos parumper.*) Parumper illos, o. l. u. ſed endecaſyllabus penè integer efficitur. 378 *Es perbacchatus.*) Eſt, Lang. & cæteri ferè. 378 *Quæ cogitabantur?*) In l. s. non ſunt hæc uerba. 378 *Caſilino ſalutatũ ueniebant.*) Caſino, nonnulli u. l. ego, Caſsino: nam uériſimilius eſt, Caſsino, quod oppidum propè erat in conſpectu, uenisse ſalutatũ, quàm Caſilino, quod multis millibus paſſuum aberat à Caſsinate fundo. 378 *Obſolebant dignitatis inſignia.*) Obſoleſcebant, l. Col. quod probo. 378 *Sed tum nimis inter omnes conſtabat.*) Sic liber Col. Et ſimul unum eſt inter omnes. c. Lang. Sc. & cæteri, Simul inter omnes. ut ita fortaſſe corrigendum ſit, Incredibile dictu ſt, tamen inter omnes. 379 *Gladiatorũ eſt princeps.*) Gladiatorum, l. Col. ea figura ſcilicet, qua Poculorũ dixit. de his in l. 14. ep. ad Att. Anagnini ſunt Muſtella ταξίαρχος, & Laco qui plurimum bibit. 379 *Vt Baſillum.*) Baſilium, Lang. rectè. De Baſilio Dion, & Cæſar. 379 *Cæſarem regnantẽ.*) Hoc amplius. o. l. s. Modo Cæſarẽ regnantem. ut in 5. Cinnã memini: uidi Syllã, modò Cæſarẽ. 379 *Sed tamen abſcõditi.*) Sed iſ abſcõditi, l. Col. quod mihi magis arridet. 379 *Ita uerò quæ & quãta barbaria eſt!*) Sic o. l. s. præter unum Col. qui hoc modo, Iſta uerò quæ, & quanta barbaria eſt! agmine quadrato tum gladijs ſequuntur: ſcutorum lecticas portari uidemus. Quæ ſcriptura ſi nõ omnino incorrupta, atq; uera eſt, ad uerũ certè propius

accedit,

audit, multoq́; minus deprauata eſt : nam illa quidē extrema uerba, non dubito, quin ſine mendo ſint. id apparet ex Phil. 5. Ad hanc peſtem agmē armatorum ſequebatur: Claßitius, Muſtela, Tiro, gladios oſtentantes, ſui ſimiles greges ducebant per forum: certū agminis locum tenebant barbari ſagittarij: cum autem erat uentum ad ædem Concordiæ, gradus complebantur, lecticæ collocabantur: non quo ille ſcuta occulta eſſe uellet, ſed ne familiares, ſi ſcuta ipſi ferrent, laborarent Ex quo uidere licet, eos, qui in libris pro Lecticas Sicas repoſuerint, lapſos eſſe. Dixit autem feſtiuè Lecticas ſcutorum, tanquam de aliquo uaſe loqueretur: ut Plautus, Cadum uini: hic ipſe, Fiſcinam ficorum. 380 Alias ut tolleret promulgauit.) Extra Col. ſic reliqui s.l. Alias ut tolleret, promulgatas promulgauit. quod minimè diſplicet : ut ſit, Alias leges ſuſtulit ſine promulgatione: ut tolleret alias, promulgauit promulgatas, quas Cæſar ſcilicet antè promulgarat, & tulerat. De hac re in prima, Ac de his tamē legibus, quæ iam promulgatæ ſunt, ſaltem queri poſſumus: de his, quæ iam latæ dicuntur, ne illud quidem licuit. 380 Tu illum, tu illum amas mortuum?) Auctoribus o.l.u. hæc uerborum geminatio tollenda eſt: & mehercule, ſi diligenter attenderis, te offendet: ſiquidem ſit in ſecundo membro. 380 Simulacrum, faſtigium, flaminem.) L. ſcripti in magna uarietate uerſantur: nam partim Faſtidium, partim Faſtigium, nonnulli tamen Faſtigium: & hoc quidem rectè. L. Florus indicat, Itaq; non ingratis (inquit) ciuibus omnes in Cæſarem congeſti honores, circa templa imagines, in theatro diſtincta radijs corona, ſuggeſtus in curia, faſtigium in domo: ut fortaſſe, quod noſtra lingua Baldachinum, Faſtigium Latina nominaretur, à forma (ut opinor) ducto nomine. 380 Num, hodiernus dies quis ſit, ignores.) Qui ſit, o.l.s. ut in Verr. Qui eſſet, ignorabat: ſpeculatorē eſſe ſuſpicabare Et Var. Ab ſuis, qui ſit, ignoratur. 380 Te autem ipſum.) Te ipſum autem, Lang. & Sc. 380 Paſſus es.) Es à l.u. abeſt. 380 Expecto eloquentiam.) Expecto enim eloquentiam, o.l.u.

381 Ille nunquam concionatus eſt nudus.) Ille nunquam nudus eſt concionatus, libri ueteres. 381 Reſpondebis ne ad hæc?) Reſpondere, nonnulli u.l.

381 Ex tam longa oratione, cui te reſpondere confidas?) Ex tam longa oratione mea, cui te reſpondere poſſe confidas? omnes l.u. 381 Sine armatorum præſidio.) Sine armorum, Lang. 381 Non potes eſſe, crede mihi, diuturnus.) Sic nonnulli, Non potes, mihi crede, eſſe diuturnus. alij, ut Sc. Non potes eſſe, mihi crede, diuturnus. quod probo: alterum enim uincit iucunditate numeri, alterum concinnitate orationis. 381 Populo Rom. penſionem tertiam.) Reipub. tertiam penſionem, o.l.u.

381 Poſtremum malorū omnium.) Malorum omnium poſtremum, Lang. 381 Sed morte etiam repellēdum.) Sed etiam morte repellendum, nonnulli ueteres libri.

382 Qui tamen rex fuit.) Qui tum, o.l.u. pro Liceret, nonnulli Licebat. quæ placent. 382 Conſecuti ſunt.) Sint, Sc. l. quod probo. 382 Tamen mortali immortalitatem.) Mortali delendum: ſi quid ueterum l. conſenſus, atq; auctoritas ualet. 382 Recordare igitur.) Igitur, iiſdem auctoribus delendum. 382 Cum numeratione.) Nonnulli ueteres libri cum numeratione.

382 Laudis guſtum.) Guſtatum l. Col. 382 Crede mihi.) Mihi crede, omnes l.u. 382 Quid eſt autem multos dies, & noctes timeri à ſuis?) Quæ eſt autem uita, dies ac noctes timere à ſuis? l. Col. in quo Ciceronē ipſum uideor agnoſcere. 382 Niſi uerò maioribus habes beneficijs obligatos, quàm ille quoſdam habuit ex ijs, à quibus eſt interfectus. An tu es ulla re cum eo comparandus?) Sic Lang. & cum eo plerīq;, Niſi maioribus habes beneficijs obligatos, quàm ille quoſdam habuit, à quibus eſt interfectus: aut tu es ulla re cum illo comparandus. Liber unus, atq; alter, in queis Col. ſic, Niſi uerò aut maioribus, cætera eodem modo. quem ita præter cæteros probo, ut tamen multo magis fuiſſem probaturus, ſi pro aut, Tu habuiſſet: aut certè hoc amplius, ſic, Niſi uerò aut tu maioribus. cætera placent. Exemplo enim Cæſaris confirmat, ſuos cum diutius non laturos : idq́; ratione duplici : Aut amici (inquit) tyrannorum beneficijs in officio continentur, aut prudentia, & quadam auctoritate rerum geſtarum : ſi beneficijs : ille multo maioribus, quàm tu tuos, quoſdam ex ijs, à quibus occiſus eſt, deuinctos habuit : ſi prudentia, & rebus geſtis: ijs etiam multo plus ualuit.

383 Non multos annos regnare eſt meditatus.) Non, antea nos coniectura ſuſtuleramus: quòd mihi dubium non erat, quin aliud Cicero ſentiret, atq; illa uerba dicebant: nunc ad coniecturam libri Col. acceßit auctoritas.

383 Quod cogitauerat effecerat.) Cogitarat, idem liber, & oratio numeroſius & procliuius currit.

383 Hoc tantum boni eſt.) Hoc tamen boni eſt, o.l.s. ut illud pro Rabirio Poſthumo, Quæ quidem in rebus miſerrimis huic tamen tribuenda eſt maxima. & in Ver. Quibus iniurijs grauißimis: tamen illud erat miſerum ſolatium. c. Idem mendum eſt in oratione Diuitiaci apud Cæſarem : Quòd ſoli ne in occulto quidem queri, & auxilium implorare auderent : abſentibuſq; Ariouiſti crudelitatem, uelut ſi corām adeſſet, horrerent : propterea quòd reliquis tamen fugæ facultas daretur : Sequanis. c. Vt Tamen pro Tantum reponatur, non modò ſententia poſtulat, ſed etiā u.l. auctores ſunt. 383 Vtinā aliquando dolor populi Ro. pariat.) Non Vtinam, ſed Vt, o.l.s. quod uehementer placet. hoc enim membris ſuperioribus aptum, & colligatū eſt: ut habeant hanc ſententiam, Non dubitarem uel ad uoluntariā mortem proficiſci, modò interitū meum quamprimū libertas conſequeretur. & id ob eam cauſam, ut quam rem Populus Ro. tamdiu concupiſcit, eius aliquādo compos fieret. Omnino qui ſuperiorem inferioremq́; ſcripturam diligenter cōſiderabit, is uidebit, non Vtinam, ſed Vt conuenire. 384 Adſunt Calendæ Ianuarij.) L Lang. et alij aliqui, Aſſunt: ut pro Quin. Certè aut apud te, & eos, qui tibi aſſum. Veteres quidē illos antiquos ita locutos eſſe, declarat Plaut. in Pen. Heus Milphio ubi es? Mil. Aſſum apud te: eccū. Hag. at ego elixum uolo. 385 Quouſq; enim.) Quò enim uſq;, o.l.u.

385 In ſalutem reip. collocauit.) In ſalute, omnes l.s. & ab his conſuetudo facit. 385 Habenda tamen eſt.) Hoc amplius, o.l.s. Habenda tamen tanta eſt. 385 Crudelitatis eum.) Eum crudelitatis, omnes libri ueteres.

386 Vt de illius beneficio poſſemus, quæ ſentiremus, liberè dicere.) Vt illius beneficio, tres l.u. in queis Col. quod ita probo, ut minimè dubitē, quin ita ſcriptū ſit à Cicerone. Hoc enim ſenſit M. Tullius Cæſari auctoritatē eſſe tribuendā, non quo tum primùm poteſtatē haberent dicēdi, quæ uellent, de beneficio illius: ſed quia beneficio illius factum erat, ut ſenatus liberè poſſet ſententiam dicere.

Sic autem

Sic autem loquitur optimus quiſq; Latinitatis auctor, ut dicat, Meo beneficio uiuit: Meo beneficio patriam uidet: Beneficio tuo liberè poſſumus dicere, quæ ſentimus.

386 Quis enim unquam fortior?) Eorundem librorum beneficio inueteratum mendum ſuſtulimus: nam ſic illi, Quis enim unus fortior, ac amicior unquam reipub. fuit, quàm legio Martia uniuerſa? Vides profectò, quàm bellè inter ſe reſpondeant Quis unus, & Vniuerſa legio. Eodem modo locutus eſt pro Domo ſua, Et tu unus peſtifer ciuis eum reſtitutum negas eſſe ciuem, quem eiectum uniuerſus ſenatus non modò ciuem, ſed etiam egregium ciuem ſemper iudicauit? Et in Ver. Non unus te, ſed uniuerſæ ſimilibus afflictæ incommodis, legationibus ac teſtimonijs publicis perſequuntur. & in 2. Philipp. Cum tu unus adoleſcens uniuerſum ordinem decernere de ſalute reipublicæ prohibuiſti. & in 1. lib. epiſt. ad Qu. Fratrem: Cui ſemper uni magis, quàm uniuerſis placere uoluiſti.

386 Comes eius eſſe amentiæ noluit.) Comes eſſe eius amentiæ noluit, liber unus atq; alter: in queis Col.

386 Aut fortiorum uitiorum.) O.l.s. Fortiorem uirorum. ſed mendum, mea quidem ſententia, librariorum eſt. quis enim dixit unquam, Ciuitatem fortem uirorum? at illud alterum & elegans, & uſitatum eſt. Cicero Philip. 4. Albæ conſtiterunt, in urbe opportuna, munita, propinqua, fortiſſimorum uirorum, fideliſſimorum ciuium, atq; optimorum. et 11. Introitus in Smyrnam, quaſi in hoſtium urbem, quæ eſt fideliſſimorum, antiquiſſimorumq; ſociorum. Et in hac eadem oratione, Quodq; prouinciam Galliam citeriorem, optimorum & fortiſſimorum uirorum.

386 Geſſit, & gerit.) Et geſſit, & gerit. Lang.

386 Laudetur, & teſtimonio.) Laude, & teſtimonio. L. Col. quod probo. 387 Libertatemq; populi Rom.) Que delendum auctoribus, o.l.s. & rectè: ut omnia diſſolutè dicantur. 387 Retenturũ in ſenatus populiq; R. poteſtate.) Poteſtatẽ, o.l.u. impreſſos tuetur ipſe Cicero in hac eadem oratione in extremo, Exercitum in ſenatus poteſtate retineat. nec in hoc conſuetudo uaria eſt. Veteres autem l. cum auctoritas ſua, tum illud etiam defendit, quòd ut Eſſe in mente, & in mentem, In poteſtate & in poteſtatem, Relinquere in medio & in medium rectè dicitur: ſic Latinè loquendi rationis lineas (ut ita dicam) tranſilire non uidetur, qui In poteſtatem retinere dicat.

387 Quàm eſt repulſo Antonio.) Lang. Qui etiam. nonnulli, Qui cum, ut ita fortaſſe corrigẽdum ſit, Quàm eſt iam repulſo. 387 Non crudelis, non impius.) Non crudelis, impius, o.l.u. ut hoc uerbum, impius. ſ. eſſe gloſſema, coniectura ducatur ad ſuſpicandum. 387 Maiores noſtri.) O.l.s. Id maiores noſtri. quod uehementer placet. 387 D. Brutus ſceleratum, atq; impium regnare patietur Antonium?) Sic o.l.s. D. Sceleratum atque impium regnare patietur? quid.c. & rectè: ſiquidem quod ad primum attinet, nihil erat, quòd inculcaret, quod ſemel dixerat: dixerat autem L. Brutus: ut nihil opus fuerit præter prænomen apponere. Alterum, ſi ita dixiſſet, L. Brutus Tarquinium regem ſuperbum non tulit, ſuperuacaneum non eſſet: ſic enim paria paribus reſpondiſſet: quod quando non dixit, Antonium omnino delendum eſt.

387 Nec tum, ut Antonio ſenatum habenti.) Tamen, non Tum, o.l.s. quod placet. 387 Collega una referente.) Hoc amplius L. Col. & reliqui ferè, Referente eo quem.c. 387 Tam inſigniter impudens.) Inſignite, o.l.s. conſuetudo utrunq; probat: aurium iudicium, & uerborum conſtructio magis, Inſigniter. 388 Inter ciues illius appendebatur aurũ.) Sic L. Col. Inter quas illa pendebatur. alter, Inter quas illa. Ego nihil addo de meo: quæ ſunt diſtracta, coniungo: Quaſilla, corrigo, id enim mihi ſignificare uidetur hoc loco, quod in 2. Phil. declarat: Syngrapha (inquit) HS centies per legatos uiros bonos, ſed timidos, & imperitos ſine Sex. ſine reliquorum hoſpitum regis ſententia facta, in Gynecæo. quo in loco plurimæ res uenire, & ueneunt. Atq; etiam apertius in 5. In interiore ædium parte totius reipub. nundinæ. mulier ſibi fœlicior, quàm uiro auctionem prouinciarum, regnorumq; faciebat. Cum igitur oſtendere uellet, Antonium uſq; eò ſordidum eſſe, ut omnium rerum publicarũ domeſticum mercatum inſtitueret, eiq; Fuluiam uxorem præficeret, ut eius ſordes non modò re, ſed etiã uerbo exprimeret, Inter quaſilla dixit: quo quid ſordidius? Talaſſionẽ in nuptijs Varro ait ſignum eſſe lanificij: Talaſſionem enim quaſillum uocabant: qui alio modo appellatur calathus, uas utiq; lanificijs aptum. Hæc Sext. Pompeius: at Priſcianus libro tertio, Pauca inueniuntur diminutiua, quæ non ſeruent genera primitiuorum: ut hæc rana, hic ranunculus: hic qualus, hoc quaſillum. quòd ſi cui magis arriſerit, inter quaſillos appendebatur, non pugnabo: præſertim cum & apud Catonem ſemper hoc uocabulum uirile ſit: & cæteri libri ueteres ita mendoſi ſint, ut in mendo tamen litera s appareat: nam partim, Ciues illius: partim, Ciues illas, nonnulli, Ques illas. 388 Totum imperium reipub.) P.R. omnes l.u. quod placet. 388 Tercentos fortiſſimos.) L Col. ad tercentos, cæteri hoc modo, ecc. quod ego interpretor trecentos, ut libro ſecundo de Fin. Trecentosq; eoi, quos Sparta eduxerat. Virgil. libro decimo: Aſt Ilua trecentos. 388 Exercitum educebat.) Adducebat, o.l.u. & rectè. ſiquidem non Roma educebat exercitum, ſed Romã è Brunduſio adducebat. hoc cum multis in locis oſtendit, tum apertiſſimè in 5. Aduolabat ad Vrbem à Brunduſio homo impudẽtiſſimus, ardens odio, animo hoſtili in omnes bonos cum exercitu Antonius.

388 Maius igitur beneficium à D. Bruto.) Maius igitur à D. Bruto beneficium, omnes l.u. & aures probant.

388 Cum autem eſt omnis ſeruitus miſera.) Cum autem omnis ſeruitus eſt miſera, o.l.u. 388 Intolerabile eſt.) Intolerabilis eſt, omnes ferè l.u. unus modò ſic, Intolerabil eſt. Ego ſic, Intolerabil'eſt, more ueterum, qui uocales coniungebant. 389 Tantus autem eſt conſenſus.) Tantus autem conſenſus eſt, o.l.u. 389 Iſtud etiam ſtatuiſtis.) Illud etiam, Lang. quod probo. 389 Et ut præſtantiſſimis ducibus.) Vt & præſtantiſſimis, liber unus atque alter: in quibus Sc. quod probo. 389 Non modò non conſul.) Non conſul modò, Lang. cæteri cum impreſſis conſentiunt, quos ſequor. 390 Conſeruatores reipublicæ iudicantur.) Iudicentur, omnes l.u.

390 In Cæſarem maledicta congeſſit.) In Cæſarem ut maledicta, o.l.u. 390 Trallianam, aut Epheſinam.) Epheſiam, Liber unus, atque alter: in queis Col. & certè Diana Epheſia, Prætor Epheſius, Princeps Epheſiorum dicitur, non Epheſinorũ. 390 Notus enim quiſq; non eſt.) Quotus enim quiſq; perſpicuè rectum.

390 Scatinæ leges.) Lang. Santoniæ. Col. Attiniæ. nonulli Sanctiniæ. alij Scatoniæ. ſequor impreſſos.

390 M. Actius Balbus.) Omnes l.u. Attius, & apud

Dionem

Dionem ſcriptum eſt Atia. Seruius tamen nobilis grammaticus interpretatus eum uerſum Virg. Alter Atis genus, unde Atij dixere Latini: propter, inquit Atiam dixit matrem Auguſti, de qua dicit Antonius, Atia Latini mater. uult enim eius etiam maternum genus eſſe antiquißimum. Hæc Seruius. ex quo intelligi poteſt, non Accius, neq; Attius: ſed Atius eſſe ſcribendũ. 390 *At auus huius nobilis.) Huius, à L. Col. & alijs nonnullis u. l. abeſt: et mehercule ſuperuacaneũ eſt. Quòd autẽ ſequitur, Tuditanus nempe ille: nonnulli u. l. geminant ille.* 390 *Haberetis nobilitatem generis glorioſam.) Liber unus, Habetis. ut ſit illis ſimile, Habes de Vatinio, Habetis unum uenditionis genus, Habetis & honeſtatem hominis, & auctoritatem teſtimonij. quod loquendi genus tum ſolemus inferre, cum quid expoſuerimus. Quod tamẽ ut reijciam, membrum ſuperius facit: quod imperfectum uidebitur, niſi quid addideris, atq; illi ſimile reddideris, quod eſt in prima Philipp. Vellem adeſſet Antonius, modò ſine aduocatis: doceret me, uel potius uos P. C. Ego, ſi quid immutandum eſt, potius ita corrigendum putarem, Haberet is: ut Antonium modò deſignaret.* 390 *Qui autem cuenit.) Sic o. l s. ego, Conuenit, ſine ulla dubitatione reponendum cenſeo. quomodo loquitur in 7. Philipp. Qui enim conuenit, ut qui in rebus improbis populares fuerint. c.* 390 *Vt Iulia natus ignobilis uideatur.) Sic L. Lang ut iſtius Aricina ignobilis uideatur. Col. Is tibi uigilia natus ignobilis. c. Se. qui cum pleriq; cõſentiunt, Is tibi Aricina natus ignobilis. c. E recentioribus nõnulli, Is tibi Iulia natus. quorum nullum omnino probo. nam quod ad poſtremos attinet, Octauius, non Iulia, ſed Atia natus eſt. ut autẽ natus (uerbi cauſa) Cæſare, Cæſaris etiam nepotem ſignificet, inauditum eſt. Lang. autem perſpicuè eſt, ut uides, mendoſus: interdum tamen in eam opinionem me adducit, ut ita ſcriptum à M. Tull. o putem, Vt iſta ignobilis uideatur. ut Atiam deſignet. illa autẽ litera ſ, & Aricina, ſit gloſſema ſubſcriptũ ſub, iſta. ex qua primò ſit factum, Iſtius, deinde iſtius Aricina. quàm autem iſta gloſſemata libros mẽdis referſerint, nihil attinet dicere, tibi præſertim, qui uet. libris ſtudioſè & multũ uolutatus es. Vt autẽ aſſenſum ſuſtineam, nec in hac opinione conſtem, l. Col. cui ex omnibus maximã fidem habeo, facit. Huius enim ſcripturam conſideranti, rurſus in mentem uenit ſuſpicari, M. Tull. ita ſcriptum reliquiſſe, Is tibi Iuliæ filia natus. c. Sed hæc fortaſſe diuinatio eſt. tu ſi ad locum notam appoſueris, rectè meo iudicio feceris.* 391 *Quæ porrò amentiæ ſunt?) Amentia eſt, liber unus atq; alter, in quibus Col. perſpicuè rectum.* 391 *Quos certè ſcio.) Certò nonnulli u. l. quibus aſſentior.* 391 *Omnibus horis.) Omnibusq; horis, o. l. u.* 391 *Nam in eiſdem me edictis.) Sic omnes l u. Nam in eiſdem edictis. ut fortaſſe corrigendum ſit, Nam me iſdem edictis.* 391 *A ſuis ſimilibus.) Sui, Scalæ liber. quod ualde probo.* 391 *Hæc ſunt, ut opinor.) Hæc ſunt, opinor, o. l. u. quod placet.* 391 *Si quis non affuerit.) Si qui, o. l. u.* 392 *Quorum conſiliorum Cæſaris) Eodẽ modo o. l. s. ego Cæſari probo: ut ſit, Quorum conſiliorum fui auctor Cæſari. ut illud Acad. P. Craſſum, & P. Scæuolam aiunt Tiberio Gracco auctores legum fuiſſe.* 392 *Sed tamen, ut dicitur, currentem.) Sed tamen currentem, ut dicitur. nonnulli u. l. in queis Col.*

392 *Re triſti, & ſeuera.) Ac, omnes l. u.*

392 *Vino, & epulis retenius, & alea eſt.) Et alea, inducendum auctore l. Col. cuius auctoritas ut apud me ualeat, inſequentia uerba faciunt, Si epulæ potius. c.* 392

Et ante diem quartam Calendarum Decembris diſtulit.) Et ante diem 4. omnes l. u. à quibus ut diſſentiam, proq; Et, In reponendum putem, non ſolum facit illa cauſa, quòd adduci non poſſum, ut credam M. Tullium primum, atq; extremum uerbum coniunctionibus è medio ſublatis extuliſſe, medium non diſſolutè dixiſſe: ſed illud etiam, quòd conſuetudo Latini ſermonis ita loquitur, ut dicat, Comitia diſtuli in 4. Calend. non 4. tantummodo Calend. & quemadmodum hoc, ſic illud etiam, Diſtuli in ante diem 4. Calend non Ante diem 4. Calend. quòd autem In ante diem diceretur, exemplis demonſtrabimus. Dixi ego idem in ſenatu, cædem te optimatium contuliſſe in ante diem 5. Calend. Octob. Et in ſecundo libro epiſtolarum ad Atticum, Comitia Bibulus cum Archilochio edicto in ante diem 15. Cal. Decembris, diſtulit. Liuius lib. 45. Latinæ edictæ à conſule ſunt in ante 4. & 3. & pridie Idus Nouemb. Et libro 43. In ante diem 8. & 7. Kal. Oct. Comitijs perduellionis dicta dies eſt. Et quemadmodum In ante, ſic Ex ante dicebatur. Cicero libro 3. epiſt. ad Atticum, Ex ante diem Non. Iun. uſq; ad pridie Calend. Sept. Liuius libro 46. Supplicatio pro concione populo indicta eſt ex ante diem 5. Idus Octob. quin etiam in tabula è marmore uetuſtißima, quæ in pariete Colotianæ domus incluſa eſt, hæ literæ cum multis alijs inciſæ ſunt. Ex A. D. V K. DEC. AD PR. K. IAN. *quod quidem me ducit ad credendum, illi apud Varronem de Re ruſtica libro primo, Dies primi ueris temporis extant ad ſeptimum Idus Februarij. pro quo libri ueteres, Ex Ad 7. Idus Febr. ſic eſſe corrigendum, ex a. d. 7. Id. Feb.*

392 *Quod in templum ipſe.) Hoc amplius l. u. Quod in templum tum ipſe. Gallos autem in Capitolium egiſſe cuniculum, præter M. Tullium nullus alius (quod ſciam) ſcriptor memoriæ prodidit: qui pro Cæcinna, ut inquit, ſi Galli à maioribus noſtris poſtularent, ut eò reſtituerentur unde deiecti eſſent: & aliqua ui id aſſequi poſſent: non opinor eos in cuniculum, quo egreßi erant, ſed in Capitolium reſtitui oportere.* 392 *Is enim erat dies, ea fama, is impetus eius, qui. c.) O. l. u. Is qui. c. quod ualde placet: & ex ſe intelligitur: & ut aliud ex alio, non alienum uidetur aperire, quid ſibi uelint illa uerba, Is enim erat dies: atq; huius rei dilucidandæ cauſa, huc Gellij locum trãſtulimus. Ante diem (inquit) 4. Kal. Non. Id. tanquam inominalem diem pleriq; uitant: eius obſeruationis an ulla religio ſit tradita, quæri ſolet. nihil ſuper ea ſcriptum inuenimus, niſi quod Claudius annalium 5. Cladem illam pugnæ Cannenſis uaſtißimam factam dicit ante diem 4. Nonas Sextil. Ex his uerbis licet uidere, ante diem 4. Kal. Decemb. quo die ſenatus habitus eſt, diem religioſum fuiſſe.* 392 *Quid eſt aliud de eo referre non audere, qui contra ſe conſulem exercitum duceret, niſi ſe ipſum hoſtem iudicare?) Hæc omnia ſunt inuerſo ordine in omnibus libris antiquis ſic, Quid eſt aliud ſe ipſum hoſtem iudicare, niſi de eo referre non audere, qui contra. c. quod placet.* 392 *Si ille à ſenatu notãdus non fuit.) Sin, o. l. u. perſpicuè rectum.* 393 *An ulla contumelia eſt.) Lib. Col. & alij nonnulli pro An ulla, Nulla. nonnulli ſic, An contumelia. ego ſequor Col.*

393 *Quid eſt ergo?) Quid ergo? o. l. u. apertè uerum.*

393 *Hem cur magiſter.) En, o. l. u ut pro Deiotaro:*

En crimen.

En crimen, en cauſa, cur regem fugitiuus, dominum ſeruus accuſet. & pro Sext. En cur cæteri reges ſtabilẽ eſſe ſuam fortunam arbitrentur. In Mercat. tamen Plautus, Hem quoi decem talenta dotis detuli? hæc ut uiderem? ut ferrem has contumelias? quod autem ſequitur, Vt poßideat: Vt, nullis in u.l. reperitur: & certè ſic exponendum eſt. En cur magiſter ex oratore arator factus ſit. en cur poßideat duo millia iugerum: ut hominem ſtultum. c. 393 *Tyberinum Canutium.) Liber Marcelli Ceruini Cardinalis, & Dion, Tiberium probant. placet.* 393 *Cui ſenatusconſulto.) Cui S. C. omnes libri ueteres præter unum Gad. qui hoc modo, Cur ſic. quod tamen reijcio.*

394 *Præclara tamen fuit Senatus in illo ipſo die ueſpertina prouinciarum religioſa ſortitio.) Lang & cæteri ferè ſic, Præclara tamen S. C. in illo ipſo die ueſpertina prouinciarũ religioſa ſortitio. rectè, & præclarè, meo quidẽ iudicio: ſi tamen poſt Veſpertina notam interſpirationis apponas: duplicem enim plagam infligit Antonio, alteram, quòd non legitimo tempore S. C fecerit: alteram, quòd nulla religione ſortitus ſit. S. C. ante ortum, aut occaſum ſolem facta rata non fuiſſe: opus etiam cenſoriũ feciſſe exiſtimatos, per quos eo tempore facta eſſent, docet M. Varro apud Gellium. Hinc intelligi poteſt, cur S. C. ueſpertina dixerit. Illud etiam prætereundum non duxi, quòd Lang. pro Sortitio, Sortio: neq; hoc loco ſolum, ſed uniuerſis, quibus hoc uerbo M. Tullius uſus eſt: quodq; liber Col. Non in illo ipſo die, ſed illo ipſo: ut pro domo ſua, Hunc conſulem illo ipſo die contendo ſeruaſſe de cœlo. & paulo pòſt, Hora nona illo ipſo die tu es adoptatus. & in decimotertio Philipp. Eoq; ipſo die innumerabilia S. C. fecit. hunc igitur ſequamur.* 394 *Maximas gratias uobis.) Maximas uobis gratias, o.l.u. & aures probant.*

394 *Qui enim carere metu, & periculo poſſemus.) Poſſumus. Gad. & alij nonnulli l u. quod placet.*

394 *Ille autem afflictus.) Ille autem homo afflictus, omnes l. u. id quod non abhorret à conſuetudine dicendi. Tullius, At ille homo uehemens, & uiolentus. In quinto Philip. Valde placet.* 394 *Vir auo, patre, maioribus.) Vir patre, auo, maioribus. ut pro Plancio, Vt pater, ut auus, ut maiores. et in Verr. Amicißimo patre, auo, maioribus. Sed quid hæc ego? ita ratio poſtulat: aliter enim præpoſterus, atq; omnino perturbatus ordo eſſet.* 394 *P. Appius.) P. Opius, liber Col. Scalæ, Oppius: quorũ quid uerum ſit, incertum eſt: illud quidem non dubium, quin Appius ſit prænomen, quod cum ita ſit, non falſum eſſe qui poteſt?* 394 *Et meus neceſſarius.) Meus & neceſſarius, nonnulli u.l. quod tamen abiudico.* 394 *M. Vebilius.) Pro M. Vebilius, Lang. tantummodo Vel. Col et Sc. Vel cæteri ferè: quæ nota fortaſſe Veleium ſignificat.*

394 *De L. Cinna.) Cecinna, nonnulli, u.l.*

394 *Minus admirabilẽ fecit.) Facit, o.l.u. quod placet.*

394 *C. Ceſſedius.) Ceſſedis, Lang. Col. Ceſelius. de Ceſſelio iuriſconſulto Valerius Maximus.* 394 *L. Antonius.) Pro L. liber Lang. Col. & alij aliqui T. nonnulli Cn. omnino hic locus deprauatus eſt. quid enim L. Antonius prouinciam ſortiretur, qui anno ſuperiori proximo tribunus pl fuerat? quæ uerba ſequuntur, in his quoq; uarietas eſt: nam pro Maluerunt, Metuerunt multi, Mutauerunt Col in multis totus hic locus deeſt.* 395 *O' C. Cæſar.) O. l. u. Cæſarem: quod tamen reijcio. eodem modo in Orat. O M. Druſe, patrem appello.* 395 *Quid iſtud?) Illud, l. Col. quod ualde probo.* 395 *In poſſeßionem libertatis pedem ponimus.) In poſſeßione magis arrideret: ſic enim M. Tullium ſemper locutum animaduerti. quia tamen libri ſcripti ſtant ab impreßis, et hic idem pro Cæcinna dixit, In poſſeßionem ueſtigium fecero: & l. u. de Fin. In aliquam hiſtoriam ueſtigium ponimus: idcirco immutare non auſim.* 395 *Ex his tot conglutinatus eſt.) Ex his tot uicijs, l. Col. Ex his totus, Lang. et cæteri: quos ſequor. Pro Cluentio, Et qui eſſet totus ex fraude, & mendacio factus. Et pro Roſcio Comœdo, Ex fraude, fallacijs, mendacijs conſtare totus uidetur.* 396 *Quæ neceßitas ferre coegit, uisq; quædam penè fatalis.) Sic omnes libri ueteres, Quæ nos neceßitas ferre coegit, quæ uis quædam. c.* 396 *Refertam eius domum.) Domum eius, omnes libri ueteres.* 396 *Ad ſe omnia ex his.) Ad ſe ex his omnia, o.l.u.* 396 *Senatus conſultis è repub. bene factis.) L. Col. Senatuſconſultis bene, & è republica factis. quod multo elegantius mihi uidetur: ut in duodecimo locutus eſt, Brutum Procos. bene, & è r.p. & ſua, ſuorumq; maiorum dignitate feciſſe. Et in undecimo, Bene, & è rep iudicauiſſe.* 396 *Vendiderit: immunitate, c.) Vendiderit immunitates, l.u.* 396 *Armis, & præſidijs populum Ro. & magiſtratus foro excluſerit.) Sic o.l.u. Armis & præſides, & populum, & magiſtratus. Sic emendandum eſt, Armis, & præſidijs, & populum, & magiſtratus. nam quòd præſidijs rectum ſit, Philip. 2. declarat. Armati in præſidijs multis in locis collocabuntur. & 5. Sic uerò erant diſpoſita præſidia.* 396 *Senatum ſtipauerit armatis.) O.l.u. Armis Col. & alij nonnulli, Stiparit armis: quem ſi probabimus, exitum uerſus effugiemus.* 397 *Reliquiq; pecoris.) In l.u. hæc uerba ſunt abſq; coniunctione.* 397 *Pueri ingenui arripiuntur.) Abripiũtur, o.l.u. perſpicuè rectum. idem mendum in Piſ. Socios noſtros in ſeruitutem adduxerunt: familias arripuerunt: pro Abduxerunt, Abripuerunt.*

397 *Hos inquam in urbem recipietis?) Hos unquam, o.l.u. quod probo.* 397 *Italia tota ad libertatem recuperandam excitata.) Excita, L. Col. ut illud in 12. Iuuentutem omnem ex tota Italia exciuimus. Tamen excitata magis placet: eſt enim ſignificantius, maioremq; recuperandæ libertatis cupiditatem declarat. ut illud in 4. Galliam totam hortatur ad bellum, ipſam ſua ſponte, ſuoq; iudicio excitatam.* 397 *Magnum numen.) Liber Gad. & alij nonnulli, Nomen: quod rectũ eſſe iudico. Hæc autem uox admirabilem quandam auctoritatem ſonat ex fama opinione conflatam. Cic. in epiſt. ad Att. Hoc tamen ſpero, magnum nomen imperatoris fore, magnum in aduentu terrorẽ. & pro lege Manilia, Quod igitur nomen unquam in orbe terrarum clarius? Pro Deiot. Quantum eius nomen fuerit. et in Philip. 11 Qui imperium habeat, qui præterea auctoritatem, nomen, exercitum, & alibi, Tantum eius in Syria nomen, atq; Phœnice eſt.*

397 *Videtis me refertum. c.) Videtis refertum, omnes l.u. placet.* 397 *Ad quod tempus.) Quod ad tempus, nonnulli u.l. in eis Col.* 397 *De populi Rom. libertate.) De libertate populi Ro. omnes l.u.* 397 *Id non modò non recuſem.) Tres l. u. In queis Lang. Idem non modò recuſem. Col. Idem non modò non recuſem. quem ſequor.* 398 *Si dormierimus hoc tempore.) Lang & alij aliqui, Indormierimus hoc tempore. Col. Indormierimus huic tẽpori. atq; hoc quidem nõ dubito quin uerum*

ſit: ut

ſit: ut in ſecunda Philip. Huic cauſæ indormientem.

398 *Ea ſumma miſeria eſt.*) Lang. & cæteri l.u. hoc modo, *Ea ſunt ſumma miſeria.* Liber Scalæ ſt. quod in eam opinionem me adduxit, ut ſcribendum putarem, *Ea 'ſt.* ut Terent. in Eunuc. *Ea 'ſt indutus.* ſed quid unius loci teſtimonio utor? totus & is, & Plautus huiuſce coniunctionis uocaliũ plenus eſt: nec id modo ſuperior, ſed etiam Ciceronis ætas obſeruauit. Ipſe in Orat. declarat, Quod quidem (inquit) Latina lingua ſic obſeruat, nemo ut tam ruſticus ſit, qui uocales nolit coniungere. Et ibidem, Nobis, ne ſi cupiamus quidem diſtrahere uoces conceditur. Indicant orationes illæ ipſæ horridulæ Catonis: indicant poetæ, præter eos, qui ut uerſum facerent, ſæpe hiabant. ut Neuius, Vos, qui accolitis Hiſtrum fluuium, atq; Algidam. Et ibidem, Quàm nunquam nobis Graij, atq; barbari. Hoc librarij ignorantes, apicem impoſuerunt: quo addito *Sunt* ſignificatur. 399 *Dij immortales incredibilem Populo Ro. poteſtatem.*) Reip. o. ferè l.u. quod probo. 399 *Sententiæq; de ſumma Reip.*) De ſumma Rep. Sc. & cæteri ferè. 399 *Optime de Rep. promereri.*) Mereri, o. ferè l.u. 399 *Galliam prouinciam*) Prouinciã Galliam, omnes libri ueteres. 399 *Amiciſsimorum Populo Ro.*) Amiciſsimorumq;, omnes libri ueteres. quod placet. 399 *Exercitum in ſenatus. c.*) Exercitũq;, o. l. u. quod probo. 399 *Vt hæ prouinciæ, Galliæq; exercitus.*) Sic Lang. Col. (nam cæteri ab impreſsis non diſcrepant) Vt eæ prouinciæ, exercitusq;. c. Et rectè meo quidem animo, ſiquidem M. Tullius cenſebat, non ut is modò, qui Galliam, ſed ut uniuerſi, qui prouincias obtinebant, eas, exercitusq; in poteſtate Populi Romani ſenatusq; retinerent. 400 *Seq; ad ſenatus auctoritatem.*) Seſeq;, omnes libri ueteres. 400. *Ciue.*) Ciui, Lang. 400. *Et ut pro tantis eorum in Rempublicam.*) Et, à Col. alteróue libro abeſt, In rempublicam etiam à Lang. 400. *Vtq; C. Panſa.*) Quę à L. Col. abeſt. cæteri tamen retinẽt: ut fortaſſe corrigẽdum ſit, Vti. 400 *Cum magiſtratum inierint: ſi eis uidebitur.*) Iniiſſent: ſi eis uideretur, Liber unus, & item alter, in queis Col. ut Celius, D. E. R. I. C. uti C. Paulus C. Marcellus, eum magiſtratum iniiſſent. cæteros ſequor. 400 *Ad hunc ordinem referant.*) Referrent, iiſdem libri ſibi conſtant. nam paulo antè, Iniiſſent dixerant, cæteros ſequor. 400 *Ita uti de Republica.*) E Republica. Liber Col. perſpicuè uerum. 400 *Frequentia ueſtrum incredibilis, concioq; Quirites tanta.*) Sic liber Lang. & cum eo pleriq;, Frequentia ueſtrum incredibilis, concioq; tanta. Col. ſic, Frequentia ueſtrum incredibilisq; concioq; tanta. Quem ego correctione quadam adhibita ſequor: ſic enim ſcribendum puto, Frequentia ueſtrum incredibilis Q̄r. concioq; tanta.

400 *Quanquam animus mihi nunquam.*) Quanquam animus quidem, omnes libri ueteres. præclarè.

400 *Princeps ueſtræ libertatis defendendæ ſemper fui.*) Ab o. l. ueteribus Semper abeſt: perſpicuè uerum.

400 *Nunc facere non poſſem.*) Et nunc, Lang. & Col. 400 *Hodierno enim die Quir. non mediocre.*) Sic Lang. Hodierno enim die quodq; adhuc mediocrem. Sc. Quanquam adhuc mediocrem. De eo conſentiunt omnes libri ueteres, quòd Adhuc probant: ut fortaſſe ita corrigendum ſit, Hodierno enim die Q̄r. ne adhuc. c.

400 *Fundamenta ſunt iacta.*) Iacta ſunt, omnes libri ueteres. 401 *Exercitum.*) Exercitus, omnes libri ueteres. 401 *Sunt enim facta eius immortalitatis, non ætatis.*) Nomen ætatis, omnes libri ueteres. quod primo aſpectu abiudicatum atq; reiectum, poſtea ſic approbaui, nihil ut mihi neq; rectius, neq; uenuſtius uideatur. Reieceram autem ob eam cauſam, quòd ſi referretur ad Cæſarem, oratio ſibi non conſtare, ſi ad puerum, nimis durum uidebatur: quod ipſe M. Tullius mihi non non multo pòſt tempore molliuit: nam eodem modo loquitur in decimatertia Philippica: Et quidem de hoc ipſo Cæſare loquens, Puerum appellat, quem non modò uirum, ſed etiam fortiſsimum uirum ſenſit, & ſentiet eſt iſtuc quidem nomen ætatis: ſed. c. Iam uides, Nomen, & Facta quàm bene inter ſe reſpondeant. hæc autem uerba habent hanc ſententiam, Quòd mirabilia facinora facit, eſt cuiuſdam diuinitatis: quòd appellatur puer, eſt ætatis.

401 *Nihil ex omnium ſeculorum memoria.*) Ex omni, liber unus atq; alter, in queis Col. quod elegantius eſt. 401 *Incognitum cernè cœpit.*) Ceperit, omnes libri ueteres. 401 *Sanguine ciuium Romanorum.*) Romanorum ſuperuacaneum eſt: & ab o. l. u abeſt.

401 *Si C. Cæſaris fortiſsimorum ſuiq; patris militum.*) Si C. Cæſaris, fortiſsimorumq; ſui patris, L. Col. quod placet. 402 *Quis non proſpicit.*) Perſpicit, omnes libri ueteres. 302 *Comprobauiſtis.*) Comprobaſtis, omnes libri u. 402 *Cæſaris exercitum proſecuta.*) Perſecuta, omnes libri ueteres, Et ita locutus eſt in oratione ſuperiori, Cæſaris auctoritatem, & exercitum perſecuta. 402 *Quæ à te accerſitæ ſunt.*) Liber unus, & item alter, in eis Col. hoc modo, Quæ à te accitæ ſunt, quæ eſſent, ſi te conſulem quàm hoſtem maluiſſes, tuæ. Ego cæteris aſſentior. 403 *Nefarijq; ſint, ſicut ſunt.*) Sicut ſunt, ab o. l. ueteribus abeſt. non abhorret tamen à conſuetudine loquendi. Cicero pro Roſ. Amer. Quamuis ille fœlix ſit, ſicut eſt. 404 *Pompeij haſta ſaciauit.*) Satiauit, libri ueteres, & rectè: ſiquidem à Satur declinatum eſt. 404 *Ita uerò Quir. ut precamini, ueniat.*) Sic L. Col. Ita uerò ei, ut precamini, eueniat. ut Plautus in Penulo: Bene equidem tibi dico, quia, te digna ut eueniant, precor. & hic pro Sext. Quibus utinam ipſis eueniſſent ea, quæ tum homines precabantur. Placet, atque etiam magis, quòd nonnulli ueteres libri habent, Ita uerò Q̄r. ut precamini, eueniat. 404 *Quo huius amentiæ pœna.*) Huiusq; amentiæ pœna, L. Col.

404 *Libertas nobis.*) Nobis libertas, omnes ferè libri ueteres. quod placet. 404 *Si enim tantus conſenſus omnium.*) Pro Si enim Lang. et cæteri ferè, Siue. nonnulli hoc idem in ſuperioris quoq; argumenti principio. Vtrunq; probabile: ut, Si enim, hoc loco apertè falſum.

404 *Vt eos tamen adhortentur.*) Adhortantur, non nulli ueteres libri. quibus aſſentior. quòd autem ſequitur Adhortabor, pro eo Cohortabor Lang. & cæteri ferè.

405 *Quas paucis diebus noui Conſules.*) Lang. & alij nonnulli, Quas deni paucis. nonnulli, De municipijs. Ego ſequor impreſſos. 405 *Nunquam inter ſenatum & nos.*) Sic omnes libri ueteres. Nunquam ueſter conſenſus maior in ulla cauſa fuit. & præclare: quid enim bis eadem dicere mutatis uerbis attinebat? at hoc modo duæ res deſignantur: una, quòd uniuerſus populus unum atq; idem ſentiret, nec alij aliam ſectam ſequerentur: altera, quòd eſſet cum ſenatu copulatus.

405 Omnia alia falſa.) Hoc extremum uerbum nullis in ueteribus libris reperitur. 405 Hac maiores noſtri.) Hac uirtute, omnes libri ueteres. 405 In deditionem huius imperij redegerunt.) Sic L. Col. (nam cæteri cum impreſsis conſentiunt) Dictionem. ego, Ditionem: quis enim unquam ſic locutus eſt, ut diceret, In deditionem imperij nationes redegit? at oppida, milites, & eiuſmodi cætera deditionem fecerunt, in deditionem accepti ſunt: hiſtoricorũ libris uſitatum. In ditionem uerò redigere, ita tritum eſt, ut exemplis eo ſuperſedeam, ne in re tenui ac perſpicua, multus eſſe uidear.

405 Si res ita tuliſſet.) Si ita res tuliſſet, omnes libri ueteres. 405 Eſt igitur Quirites.) Extremum uerbum à libris ueteribus abeſt. 406 Hic cum ipſam exercitum.) Ipſum, nullis in ueteribus libris reperitur.

406 Veſtris in me ampliſsimis.) Ampliſſimis in me, omnes libri ueteres. 406 Vobiſq; amiciſsimo.) Nobis amiciſsimo, L. Col. ego cæteris aſſentior. eodem modo in ſexta Philippica: Apuleius homo et multis officijs mihi, & ſumma familiaritate coniunctus, & uobis amiciſsimus. 407 In ſenatum conuocabamur.) In ſenatum non uocabamur, ſi repoſueris, erit, opinor rectius. quid dico rectius? immo uerò rectè: aliter mentem Ciceronis hæc uerba non exprimunt. 407 Quantam gloriam conſecuti.) Lang. gloriam, gratiam conſecuti. multi alij Gloriam, & gratiam. nonnulli, Quam gloriam, quantam gratiam conſecuti: ut illud in 2. Accuſ. Vt is hoc iudicio probatus cum populo Rom. & in laude, & in gratia eſſe poſsit. 407 Cui dum ſe ciuibus. c.) Sic omnes libri ueteres. Quanquã. ut fortaſſe corrigendum ſit, Quoi quidem. 407 Nudius tertius decimus feciſtis.) Feceritis, omnes libri ueteres. quod placet. 506 Eos duces.) Duces eos, omnes libri ueteres. 408 Inimicum populi R.) Reipublicæ, omnes libri ueteres.

408 Atqui cum coss. nondum. c.) Lang. & cæteri ferè, Atqui conſules eum nondum. Cicero tamen hanc obſcœnam literarum concurſionem fugere ſolet.

408 Honeſtiora eſſe legionum decreta.) Honeſtiora decreta eſſe legionum, omnes libri ueteres. & oratio numeroſior. 408 Senatus decreuit.) Decernit, omnes libri ueteres. quod placet. 408 Dies duodecim profecerunt.) Perfecerunt, nonnulli ueteres libri. quod minimè diſplicet. 408 Præter Cotylam.) Plerią; libri ueteres, in queis Lang. Præter Cotylam meam. nonnulli Menium, Meum alij, alij Eum. ego, um, corrigo: ut ad Iam referatur. atq; ita corrigo Tum. ut ſine eo ſententia imperfecta mihi eſſe uideatur. 408 Quid hoc aliud eſt, quàm ad bellum ciuile. c.) Quid eſt aliud, omnia ad bellum c. probo. 408 Sit patriæ prius.) Sic omnes libri ueteres. ego, Patria probo. 408 In qua etiam parentes.) Parentes etiam, omnes libri ueteres. 409 Aut ſequamini.) Aut quam ſequamini, omnes libri ueteres. ſimiliter Terentius in Phor. Potius quàm lites ſecter, aut quam te audiam. 409 Suis latronibus condonandi.) Condonandorum pro Condonandi, quidam repoſuerunt. ego Condonandi, cùm omnium librorum, tum locupletiſsimorum auctorum, qui ita locuti ſunt, auctoritate defendo. ut Liuius: Veſtri adhortandi cauſa. & Plautus in Captiuis: Nominandi iſtorum tibi erit magis, quàm edundi copia. Eſt etiam apud ſcriptorem, neſcio quem, Deripiendi pomorum. 409 Populum R. ſeruitute opprimendi.) Libri ueteres, P. R. quod ego interpretor, Populi Rom. 409 Dubitate quid agatis.) Sic Lang. Dubitate quid agatis. nonnulli, Dubitatis quid agat ſcilicet. Quid agatur. s. alij. Dubitate, alij tantummodo. ego Dubitatis? emendo: ut ſit quemadmodum illud Plautinum: Pòſt, argumentum huius eloquar tragœdiæ. quid contraxiſtis frontem? Et pro Milone: Sed ita ſi P. Clodius reuixerit. quid uultu extimuiſtis? et in ſexta Philippica: Redeo ad amores delicıasq; ueſtras L. Antonium, qui uos omneis in fidem ſuam recepit. negatis? M. Tullius, cum, quid ageretur, aperuiſſet, atque de geſtu intellexiſſet, ſenatui orationem ſuam fidem non feciſſe, nec ſuſtuliſſe dubitationem, tum addidit, Dubitatis? An non cadunt hæc in Antonium? hi uerò, qui omnia gloſſis refarciunt, cum hunc locum interpretarentur, ſub eo cætera illa uerba ſub ſcripſerunt, quæ poſtea à librarijs imperitis in libris repoſita, per omnes ferme permanarunt. 409 Qui eum Cæſaris acta.) Omnes libri ueteres, Qui cum eius. Tu uide ne corrigendum ſit, Qui quoius uel cuius acta. elegantius certè eſſet. 409 De auſpicijs non interpretaretur.) Non interpretaretur, ab omnibus libris ueteribus abeſt. 409 Cum populo Ro. agi non eſſe fas qui ignorat?) Cum populo agi non eſſe fas, qui ignorat? ſic omnes libri ſcripti, à quibus etiam ſtat ſermonis Latini conſuetudo. 409 Vbi pœna recenti lege Iunia, & Licinia?) Non feciſſem huius loci mentionem, niſi uidiſſem quoſdam in ſuis libris repoſuiſſe, Vbi penè recentes lex Iunia, & Licinia? qui præterquam quòd à ſcriptura librorum omnium recedũt, præterea uel maximè in eo peccant, quòd legem Iuniam, & Liciniam duas leges fuiſſe crediderunt. quod falſum eſt: atque ut id planum faciamus, Cicero ſecundo libro Epiſtolarũ ad Atticum: Qui legem Aeliam, qui Iuniam & Liciniam, qui Cæciliam & Didiam neglexerunt. Et quarto: Nunc ad ea quæ quæris de Catone. Lege Iunia & Licinia ſcis abſolutum. Et contra Vatinium: Poſtulatús ne ſis lege Iunia & Licinia. & ſi ibi mendum librarij: eſt enim ſcriptum Iulia. fuit autem, opinor, lata hæc lex à L. Licinio Mur. & D. Iunio Silano: qui poſt Ciceronem Conſules fuerunt: & propterea recentem appellauit. confirmabat autem, ut arbitror, aliam quandam legem ante latam: & hoc amplius erat diligentiſsimè ſancta, pœnasq; maximas conſtituebat in eos, qui ei non obtemperaſſent. Et quoniam de lege Iunia agitur, opem feramus Aſconio, cuius uerba infrà ſcripſi, De legibus Iunijs puto uos reminiſci: has eſſe leges Iunias, quas illis Conſulibus M. Lucilius Druſus Tribunus plebis tulerit: qui cum ſenatus parteis tuendas ſuſcepiſſet, & leges pro optimatibus tuliſſet, poſtea ea licentia eſt progreſſus, ut nullum in his morem ſeruaret. Itaque Philippus Conſul, qui ei inimicus erat, obtinuit à ſenatu, ut leges eius omnes uno ſenatuſconſulto tollerentur. Hactenus Aſconius. Sic autem ſcribendum eſt, De legibus Liuijs puto uos reminiſci, has eſſe leges Liuias, quas illis Conſulibus M. Liuius Druſus. c. Idem ferè mendum in ſecundo libro de Leg. Igitur tu Seias & Apuleias leges nullas putas? Cicero. Ego uerò ne Lenias quidem. & alio loco, Vt Lenias conſilio Philippi conſulis & Auguris. Quibus in locis quum Liuias ſit emendandum, nemo dubitabit, niſi qui planè erit in rebus ueteribus tyro, atque peregrinus, latoremq; harũ legum M. Liuium Druſum appellatum eſſe non cognouerit. 409 Aut ſi auſpicia

ſpicia M. Antonium non mouerent, ſuſtinere eum aut ferre non poſſe.) Sic omnes libri ueteres. Aut ſi auſpicia M. Antonium non mouerent, ſuſtinere me non afferre poſſe, Ego ſic arbitror emendandum, Vt, ſi auſpicia M. Antonium non mouerent, ſuſtinere tamen ac ferre poſſe tantam uim tempeſtatis, imbris, ac turbinum mirum uideretur. Sed illud meum ſeruo: nihil ut affirmem: tantum teſtatum relinquam, quid ſentiam. Illud quidem omni aſſeueratione affirmo, libros mihi uideri alteros planè mendoſos, alteros Ciceronis elegantiam non olere. 410 *Num ergo etiam armorum interpretes.) Ergo, in libris ueteribus non reperitur.* 410 *Vt quomodo aditus hoſtium prohibetur caſtellis, & aggeribus: ita ab ingreßione fori. c.) Sic omnes libri ueteres, Vt quomodo aditus hoſtium prohibentur, ita caſtellis & operibus ab ingreßione. c.*

410 *Populum Romanũ non teneri.) Romanum, ab omnibus libris ueteribus abeſt, quod probo. ſic pro Domo ſua, Druſi legibus quæ contra legem Cæciliam & Didiam latæ eſſent, populum non teneri. & in duodecima Philippica: Hisq́; nec populum, nec plebem teneri. Quid multa? in hoc, opinor, uaria conſuetudo non eſt.*

410 *Déue colonijs in agros deducendis.) L. Lang. & alij nonnulli, Déue colonis in agrum deducendis. Colonis probo: illud alterum reijcio. Etenim eodem modo, ut impreßi, locutus eſt in ſeptima: Præſertim cum eoſdem in agros etiam deduxerit.* 410 *Quamuis ergo bonas leges.) Leges bonas, omnes libri ueteres.* 410 *Donationibusq́; uertit.) Auertit, nonnulli ſcripti libri, quibus aſſentior. ſic enim in duodecima quoque Philippica, HS ſepties millies auertiſſe Anton. pecuniæ publicæ iudicauiſtis Et Pecuniam uertere inſolens, Auertere uſitatum.*

410 *Hæc ſe ex commentarijs Cæſaris.) Extremum uerbum à nonnullis ueteribus libris abeſt.* 410 *Mulier ſibi fœlicior, quàm uir.) Sic omnes libri ueteres. mihi tamen dubium non eſt. quin litera ſit adijcienda, atque emendandum Viro: namq; illud idem mihi uidetur hic locus ſonare, quod ille in ſecunda Philippica: Quis autem meum conſulatum præter P. Clodium qui uituperaret, inuentus eſt? cuius quidem te fatum, ſicut C. Curionem manet: quoniam domi tuæ eſt, quod fuit illorum utriq; fatale. Et ille alter, Iſta tua minimè auara uxor, quam ſine contumelia deſcribo, nimium debet diu tertiam penſionem. Fuluia cum P. Clodio fuerat, interfectus eſt: cum C. Curione, eundem habuit exitum. Quòd igitur eo fato nata erat, ut, cui nuberet, ei ferro uita eriperetur: idcirco modò fatalem uiro, modò feliciorem ſibi, quàm uiro dicit.*

410 *Auctoritate ſenatus reſcindantur.) Reſcinduntur, omnes libri ueteres. placet.* 411 *Ea ſe ex actis Cæſaris agere diceret.) Ea ſe ex Cæſare diceret, omnes libri ueteres.* 411 *Earum rerum falſæ tabulæ.) Earumq́; rerum, omnes libri ueteres.* 411 *In quo uos fefellit.) Nos, omnes libri ueteres.* 411 *Apud conſilium illud.) Apud illud conſilium, libri ueteres.* 411 *Num ex iudicium genere, & forma.) Num eſt ex iudicium, omnes libri ueteres. nonnulli pro Forma Fortuna habent, ut illud: In iudice enim ſpectari & fortuna debet & dignitas. ego tamen cæteris aſſentior.* 411 *Homo præterea feſtiuus.) Quo nemo præterea feſtiuus, Lang. Quo nemo præterea magis feſtiuus, Sc. Quo nemo præterea feſtiuior, Gad ego Scal. ſequor.* 412 *Quemadmodum ad hunc reus allegit?) Quem ad hunc reus adlegit, libri ueteres. quod uehementer probo.* 412 *Habere hoſpites.) Sic omnes libri ueteres, Hoſpites habere.* 412 *Sed illud os, illam impuritatem.) Sic L. Lang. Sc. & alij nonnulli, Sed illud os, illam impunitatem cem feciſſent. nonnulli pro Cem, Cerni. alij pro Sed, Set. pro Feciſſent, Feciſſet. alij nihil omnino diſſentiunt ab impreßis: ut ita fortaße corrigendum ſit, Et illud os illa impuritate feciſſet, ut. c. Vt hæc ſit horum uerborum ſententia: Quòd excogitauit hanc tertiam decuriam, ſcelerum magnitudini aßignandum eſt: ut auderet, neq; puderet, quod excogitarat, efficere, fecit immanis impudentia.* 413 *Cognitumq́; eſſet.) Cognitumq́;, ab omnibus libris ueteribus abeſt.*

413 *Hinc ergo, & reliquas.) Lang. Hanc uerò. Sc. Ergo. ego ſequor impreſſos.* 413 *Nunc uerò abrogandas cenſeam.) Hoc amplius plerique libri ueteres. in queis Lang. Nunc uerò cur abrogandas cenſeam? nonnulli pro Cur, Cum. ego, Non, magis probo.* 413 *Iudico non rogatas.) Rogitatas, omnes ferè libri ueteres, in queis Lang.* 413 *Quod unus M. Antonius in hac urbe poſt conditam urbem palàm ſecum habuit armatos.) Sic omnes libri ueteres, Quòd unus M. Antonius in hac urbe palàm ſecum habuerit armatos, ſi poſt conditam urbem. Ex quo indicant illa uerba, Poſt conditam urbem ſcilicet, tanquam gloſſemata de libris eſſe tollenda. Habuerit, etiam magis probo.* 413 *Plus poterunt.) Potuerunt, omnes libri ueteres. perſpicuè uerum.* 413 *Non quòd ille ſcuta uellet occulta eſſe.) Non quo ille ſcuta occulta eſſe uellet, omnes libri ueteres, & præſtantior numerus.*

413 *Apertis ualuis Concordiæ.) Opertis, omnes libri ueteres. & rectè. Idem in ſecunda Philippica: Cur ualuæ concordiæ non patent? Operire domum Catullus, Hoſtium Terentius, Portam Varro dixit.* 413 *Vehemens, & uiolentus.) Nonnulli libri Vinolentus. Ego ſequor impreſſos.* 414 *Vt digeſtio potius quàm declamatio uideretur.) Sunt aliquot menſes, cum in hac opinione ſum, membrum hoc eſſe ſubdititium: nam id uocabulum Digeſtio mihi barbarum quiddam olere uidebatur: & inſequentia uerba, Sitim quærens ſcilicet, totum hoc ſuperuacaneum, atque adeò ſui gloſſema eſſe clamitabant: conſtantia tamen librorum, qui omnes ad unum refragabantur opinioni meæ, uehementer me mouebat. Itaque, ne in arrogantiam offenderem, ſilentio præterire conſtitueram. Ecce autem, cum ego & Vbaldinus, quem honoris cauſa nomino, quædam inter nos ex eadem oratione conferremus, atque huc incidiſſemus, & is locum (ut ita dicam) expunctum animaduertiſſet: Vtrum, inquit, auctoritate librorum, an opinione ductus id facis? Opinione inquam, & ob eam cauſam in emendationum numerum non retuli. Fidenter, inquit, aſcribe. ſine dubio gloſſema eſt: eaſdemq́; rationes, quas ego dudum, cur ita cenſeret, attulit. Tum ego locum illum profero, Vt digerat multa cruda facilius. Illa quoque gloſſa eſt, quæ tamen ab omnibus libris ſcriptis abſit. Quod cum ſcirem, ad hunc, quo de agimus, locum multis annis ante notam, inquit, appoſueram. Quo audito omnis mihi eſt præciſa dubitatio. Habes & meum, & præſtantißimi uiri iudicium. Limatulum tu quoque illud tuum adhibebis, atque ea tolles ex libris, ſi idem tibi uidebitur.*

414 *Declamitauit.) Declamauit, omnes libri ueteres.* 414 *Hæc enim ei cauſa eſſe ſolet declamandi.) Hæc enim ei cauſa eſſe declamandi ſolet, omnes l. u.*

414 **Myrmillo Milaſis depugnarat.**) Sic omnes libri ueteres. Itaque qui in libris ſuis, Trallibus, repoſuerunt, perperam fecerunt. In hoc tantum mendum eſt, quòd Mylaſis ſcribendum eſt. 414 *Suum in illa gladiatoria.*) Suum illa, omnes libri ueteres. 414 *Auiditati coniuncta.*) Auiditate, omnes libri ueteres.

414 Ratum eſſe, quod egiſſent.) Quod elegiſſent, omnes libri ueteres. ego, Quod ei egiſſent.

415 Ad urbem potius.) Ocyus. 415 Quo animo hunc cenſetis futurum in nos.) Quo animo hunc futurum fuiſſe cenſetis in nos, omnes libri ueteres, numerus, & conſtructio lenior. 415 Profectus eſt, & profugit paludatus.) Sic Lang. Non profectus eſt, & profugit paludatus. ego ſic, Non profectus eſt, ſet profugit paludatus. ut illud in hac eadem oratione, Poſt diſceſſum latronis, uel potius miſerrimam fugam. & in decimatertia: Ex eo non iter, ſed curſus, & fuga in Galliam. Nonnulli ueteres libri opinionem meam comprobauerunt. 416 Quod hic aut non fecerit, aut non faciat.) Sic omnes libri ueteres: Quod hic aut non fecerit, aut faciat, aut moliatur, & cogitet. ut idem locutus eſt in quarta Philippica, Vt non aut ij ſint impij, qui contra conſules exercitum comparauerunt: aut ille hoſtis, contra quem iurè arma ſumpta ſunt. & ſecundo libro de Inuentione: Cum autem actio tranſlationis, aut commutationis indigere uidetur: quòd non aut is agit, quem oportet: aut cum eo, qui cum oportet: aut apud quos, qua lege, qua pœna, quo crimine, quo tempore oportet. Tranſlatiua conſtitutio appellatur. Libros ueteres probo.

416 Hæc ij, qui in horam uiuunt.c.) Sic libri ueteres, Hæc ij, qui in horam uiuerent, non modò de fortunis, & bonis ciuiam, ſed ne de utilitate quidem ſua cogitauerunt. Quidam pro Hæc, At repoſuerunt. Quod minimè diſplicet: & ſi omnes libri contrà faciant.

416 Hunc, quem uidimus.c.) Sic omnes libri ueteres, Hunc, quem uidimus P.R. reſtinguet ardorem: municipiorum, atq; Italiæ franget animos. Apertè uerum.

416 Iſta legatio moram.) Hoc amplius libri ueteres, Certè iſta legatio. quod magnam & uim, & uenuſtatem addit orationi. 416 Quamuis dicant, & quoſdam audiam dicturos.) Quamuis dicant, quòd quoſdam audio.c. omnes libri ueteres. ualde placet. 417 P. Valerium Flaccum.) L. Lang. qui eum plerique faciunt, Falcum. nonnulli Anfalcum. nemo certè Flaccum. A Liuio mentio fit cuiuſdam M. Valerij Falconis. Falcones, inquit Sext. Pompeius, dicebantur quorum pollices in pedibus intrò curuati ſunt in falcis ſimilitudinem. Apud eundem tamen Liuium loco ſuprà citato, Flaccum ſcriptum eſt. Genti autem Valeriæ id quoque fuiſſe cognomen, nemo eſt quin ſciat. Flaccum igitur tueamur.

417 Qu. Fabium Pamphilum.) Idem ſcriptor me penè induxit in errorem: idem tanquam in ueritatis uiam deduxit. nam cum in Lang. quid dico Lang.? immo uerò in omnibus libris ueteribus pro Fabium, Bebium ſcriptum animaduertiſſem, iſq; me tot, taliumq; librorum conſenſus, ut par erat, mouiſſet: Liuij ſtatim, ut uerum inueſtigarem, libros in manus ſumpſi: eoſq; ab impreſſis ſtare cum uidiſſem, in hanc opinionem diſceſſi, ut pro certo ducerem libros ueteres eſſe mendoſos. poſtea cum eoſdem cognoſcendæ rei, neſcio cuius gratia, euoluerem, in D C. Bebios Pamphilos incido. Nullum Fabium eodem cognomine, cum iam ſtudioſius inquirerem, uſpiam reperio. Itaque ſententiam ita mutaui, ut mihi dubium non ſit, quin ſcripti mendo uacent. impreſſi & Liuij, & Ciceronis libri corrupti ſint, atque deprauati.

417 Pro Annibale hoſtibus noſtris & ſocijs.) Eodem modo ſcripti, ut impreſſi. ego ſic corrigendum puto, pro Annibalis hoſtibus, noſtris etiam ſocijs. quidam in ſuis libris repoſuerunt, Mittebamur ad Annibalem pro hoſpitibus noſtris, & ſocijs. Quibus, ut omittam, quòd longiſſimè ab antiquorum librorum ſcriptura diſcedunt, hoc certè probandum eſt, populi Romani hoſpites Saguntinos fuiſſe. 417 Ad noſtrum ciuem mittimus.) Sic omnes libri ueteres, niſi paruerit Antonius. Ne Imperatorem, Coloniamq; populi Ro. oppugnet, itá ne uerò per legatos rogandus eſt? 417 Ante diem XIIII Cal. Ian.) Sine controuerſia ſcribendum eſt, Ante diem XIII. Id declarat, quòd Nudius tertius decimus ſuprà dixit. 418 Id uos auctoritate publica comprobauiſtis.) Comprobaſtis, Lang. & alij aliqui.

418 Vos æquo animo aſpicere.) Animo æquo, omnes libri ueteres. 418 Sine dolore ſummo uidebitis.) Sine ſummo dolore, nonnulli ueteres libri.

418 Qui ſi legatis paruerit.) Libri ueteres partim Quid, partim Quod. 418 Niſi retardatione.) Ex retardatione, omnes libri ſcripti. 419 Fortunæq; noſtræ notæ ſunt.) Sic omnes libri ſcripti, Nota ſunt. Ego, Notatæ, probo: ut ſit quemadmodum illud, Pecunias noſtras æſtimabat: poſſeſſiones notabat & urbanas, & ruſticas. 419 Hem ad quem legatos.) En, libri ſcripti, nonnulli, Em. 419 Qui ne ſorti quidem fortunas noſtras deſtituit.) Deſtinauit, libri ſcripti, quod probo: nam Deſtituit quidem omnino falſum eſt: ſiquidem Deſtituere hoc ſignificat, Non ſtare promiſſis, atque etiam, qui à te ſperet aliquid, hunc in ipſo articulo temporis deſerere: quod in L. Antonium profectò non cadit: à quo nihil tale expectabatur. Deſtinare uerò dicitur, cum habeas aliquid cum animo iam ſtatutum, ut facias. Alia quadam notione Deſtinare ualet Emere ſed hoc nihil ad rem. Qui locus orbis terræ iam non erat alicui deſtinatus? iam mente & cogitatione attributus, aſſignatus, addictus? ne ſorti quidem fortunas noſtras deſtinauit. iam ſingulorum ciuium bona ſingulis latronibus deſcripſit: ut ne hoc quidem integrum reliquerit, ut quiſque haberet, quod cuique ſors obtuliſſet: quod erat ſignum, eum, qui id faceret, ſitire ſanguinem ciuium, atq; omnium bonorum uitæ imminere: quippe qui ſibi nihil reliqui ad promiſſa faceret, ut, quod animo intenderat, poſſet efficere. Deſtinauit igitur conuenit, non Deſtituit. 419 Bello inquam certandum eſt) Decertandum, omnes ferè libri ſcripti.

420 Breui tempore libertatem reip.) Libertatem populi R. omnes libri ueteres, quod probo.

420 Si autem lenius agetis.) Sin, o.l.s. rectè.

420 Quanquam in memoria gratorum ciuium.) Libri ſcripti eodem modo ut impreſſi. quidam Atque, pro Quanquam repoſuerunt: quod minimè diſplicet.

421 Sed ut hoſtem arcuit, Galliam, ſeq; c.) Mihi magis arrideret, Sed ut hoſtem arcuit Gallia, ſeq;.c. ut illud in quarta: Hunc igitur Gallia qui prohibet.c.

421 Meritò uereq; laudetur.) Iure, nonnulli ſcripti libri quod placet. 421 Suasq; uires non tradidit, ſed oppoſuit.) Hoc amplius omnes libri ſcripti, Sed oppoſuit

Antonio: quod ualde placet. 421 Populum Rom. liberum eſſe uoluit.) Liberum uôluit, omnes libri ſcripti. ut paulo infrà, Qui populum Rom. liberum cuperet. Libri tamen impreßi defendi poſſunt: ſiquidem eodem modo locutus eſt in undecima: Qui populum Rom. liberum eſſe uoluimus. 422 Quod imperij populi Ro. lumen fuit.) Imperio, omnes libri ſcripti. Ego aſſentior impreßis. 424 Ille in aduerſariorum partibus agrum Picenum habuit munitum.) Pro Munitum, Inimicum, omnes libri ſcripti. quod ſummopere arridet. ſi tamen ex primis membri huius uerbis, In, modo ſuſtuleris: aliter enim ad mentem Ciceronis uerba non accedunt: qui quidem ex contrarijs conficere uoluit, Cæſaris factum præclarius fuiſſe, quàm Pompeij: ſiquidem hic ex inimicis aduerſariorum, ille ex amicis hoſtium cõfeciſſet exercitum. Picentes autem cum Pompeio conſenſiſſe ad Marij parteis oppugnandas, refert hiſtoria. 424 Ex Antonij amicis, ſed amicioribus libertas.) Libertatis, omnes libri ſcripti. 424 Huius adoleſcentis hortandi honorandiq́;.) Quidam in locum Honorandi ſubdiderunt Ornandi. Quid eos mouerit, neſcio. omnes certè libri ſcripti contra faciunt. Equidem, ſi liceret liberè, atque audacter emendare, pro Hortandi, Ornandi potius reponerem: ut alterum ad laudes referatur, alterum ad honorem: cum præſertim, quid ſibi hic uelit iſta hortatio, non diſpiciam. Libri etiam ſcripti non Hortandi, ſed Ortandi habent.

424 Et pro populo Rom.) Et propr. libri ſcripti. Ego, Sit pro prætore. Scribit Suet. ſenatum decreuiſſe, ut Cæſar exercitui comparato pro prætore præeſſet, atque unà cum Hircio, & Panſa coss. D. Bruto opem ferret.

424 Milites & ueteranos.) Et, meo quidem iudicio tollendum eſt. Non longè abieris: hæc ipſa oratio in extremo meam tibi opinionem comprobabit.

426 Ciuem clarum haberi.) Eodem modo libri ſcripti ut impreßi. ego Carum probo. comprobant Carum potius quàm Clarum multi inferiores loci in eadem pagina. 427 Amicißimo reip.) Amicißimoq́; reip.

427 In quo P. C. non tantum commodum.) Libri ueteres non differunt ab impreßis. è recentioribus nonnulli pro Tantum, Tam: pro Quantum, Quam. quod placet. 427 Contra legem Iuliam poßideretur.) Poſſiderent, omnes libri ſcripti. 428 Hisq́; militibus legionis Martiæ, & legionis quartæ ita darent, aßignarent.) Sic omnes libri ſcripti, Iisq́; militibus. Cætera eodem modo. Ego ſic emendandum puto, Iisq́; militibus legionis Martiæ, & legionis quartæ ita daretur, aßignaretur. Quemadmodum paulo antè, Vt is militibus ueteranis diuideretur. Nam His militibus quidem, ſiue Iis apertè falſum eſt: quòd harum legionum cuncti milites Cæſarem ſecuti ſunt: ut ſuprà rectè additum eſt prænomen, Iisq́; militibus, qui de legione ſecũda, & XXXV: quoniam eorum partim ad Hircium, & Panſam Coss. uenerant, partim ſe contulerant ad Antonium: ut ex epiſtola Galbæ licet intelligere. 428 Quæ ſine mora, matureq́; decreta.) Eodem modo libri ſcripti, ut impreßi: ut fortaſſe ita corrigendum ſit, Quo ſine mora, matureq́; decreto. 429 Iuſtitium edici.) Indici, libri ſcripti, ut in proxima oratione, Tumultum decerni, iuſtitium indici. Vtrunq; omnino probabile: ego tamen hoc magis probo.

430 Quò furor, quò uinolentia.) Violentia, libri ſcripti. 430 Duo dißimillima genera lenonum, & latronum ita domeſticis ſtupris, forenſibus parricidijs delectarunt, ut. c.) Sic omnes libri ſcripti, Duo dißimilia genera tenuerunt lenonum, & latronum: ita domeſticis ſtupris, forenſibus parricidijs delectatur, ut. c.

431 Noui uiolentiam.) Vinolentiam, nonnulli ſcripti libri. 431 Horam exhibere nullam in tali ciue liberando ſine ſcelere non poſſumus.) Eodem modo omnes libri ſcripti. in quibuſdam impreßis Eximere, pro Exhibere. quod minimè diſplicet. ut enim Tollere diem, Extrahere diem: ſic Eximere diem uſitatum. M. Tullius ad Atticum: Metellus calumnia dicendi tempus exemit. Capito apud Gellium, Catonem, quam conſulebatur, quoniam non è repub. uidebatur, perfici nolebat. eius rei gratia ducendæ, longa oratione utebatur, eximebatq́; dicendo diem. erat enim ius ſenatori, ut ſententiam rogatus, diceret antè quicquid uellet alius rei, & quoad uellet. Ex quo liquet, locum illum ad Q. Fratrem, Clodius rogatus, diem dicendo eximere cœpit: non eſſe mendoſum. Sed hoc nihil ad rem. Vt igitur Eximere tempus, diem: ſic horam, rectè dicitur. 431 Pluris quàm T. Plancius.) Sine controuerſia ſcribendum eſt, T. Plancus. hic enim eſt T. Munatius Plancus Burſa frater L. Munatij Planci oratoris, qui temporibus Milonianis uel acerrimum ſe Ciceronis oppugnatorem præbuerat, maximamq́; in eum, quòd tanto ſtudio Milonem defenderet, inuidiam concitauerat: quoq́; inſtigante curiam populus incenderat. poſtea contra opes, ac potentiam Pompeij condemnatus, à Cæſare initio belli ciuilis in integrum reſtitutus eſt. 432 O fides, hinc enim puto. c.) Hoc pro Hinc nonnulli ſcripti. quod placet: cum enim O fides, exclamaſſet, perinde iſta uerba ſubiunxit, quaſi Trebellium ipſum nominatim exclamaſſet. 412 Vbi plauſus ille in triumpho eſt ſpe ludi?) Sic omnes libri ueteres, Sæpe ludi. Ego una litera modò addita, Ludis corrigo: ſignificabat enim gladiatoribus, concione, ludis populus maximè iudicium, ac uoluntatem ſuam. Quòd igitur Trebellius à cauſa creditorum conſtantißimè ſteterat, ac Dolabellæ legem de tabulis nouis ferenti reſtiterat, iccirco eum populus ſummo ſtudio bonorum Aedilem fecerat, atque ei plauſus in triumpho, ac ſæpe ludis dederat. Hic poſtea ſic euaſit improbus, ut quod rectè fecerat, uideretur caſu, non ratione feciſſe. 433 Quinque & triginta tribus patrono populi Romani. igitur. c.) Interpunctiones, meo quidem iudicio, perperam collocatæ ſunt. Sic enim ponendæ: Quinque & triginta tribus patrono. Populi Rom. igitur. c. 413 Sicut illam Qu. Trebellij.) Plinius, Tremellij: Liuius, Tremuli.

433 Quia Mılaßis Myrmillonem Thracem.) Corrige, Mylaſis Myrmillo Thracem. 433 Altera Equitibus Ro.) Eodem modo libri ſcripti. ego, Altera EQQ. R. equitum Ro. quas ſcilicet equites Ro. poſuerant. ut literæ Cæſaris libro tertio Epiſtolarum ad Quint. Fratrem, quas Tullius ad Cæſarem dederat: Quòd antiquior dies in tuis fuiſſet aſcripta literis, quàm in Cæſaris. nam quòd repoſuere quidam, At altera ab Equitibus Rom. id (credo) ſua ſponte, non de librorum auctoritate fecerunt.

433 Qui in exercitu Cæſaris duo bis fuerunt.) Nonnulli ſcripti libri, Qui in exercitibus Cæſaris duobus fuerunt. quod placet. certè in hoc libri ſcripti inter ſe congruunt, quòd Duobus, non Duo bis habent.

433 * His quoque diuiſit Semurium.) Nonnulli

ob omen fauſtum ad Gallicum tumultum cognominis dictatorem arrogari, haud ſatis decorum uiſum eſt patribus. Sed enim hæc omnium mentio facta memoriam mihi attulit loci illius de Diuin. libro primo: Prærogatiuam etiam maiores omnes iuſtorum comitiorũ eſſe uoluerunt. Et illius in 2 lib. Iam illa, fauete linguis & prærogatiuam omnium comitiorum. Quibus in locis pro Omnes, & Omnium, Omen reponendum eſt. id indicat pro Plancio: An tandem una centuria prærogatiua tantum habet auctoritatis, ut nemo unquam prior eam tulerit, quin renunciatus ſit. Et planius etiam pro Mur. Etenim ſi tanta illis comitijs religio eſt, ut adhuc ſemper omẽ ualuerit prærogatiuæ. 440 A. Hircius.) Hoc amplius o. l. u. A. Hirtius conſul. præterea ut ſcribunt uetera monumenta, non Hircius, ſed Hirtius. 440 Milites cum gladijs ſequuntur: conſuli præſidio ſunt: ſpecie conſuli. e.) Milites cum gladijs ſequuntur conſulem: præſidio ſunt ſpecie conſuli, omnes libri ueteres. præclarè. 440 Non eſt iudicatus Antonius hoſtis?) Non eſt iudicatus hoſtis Antonius? omnes l. u. & finem heroici uerſus effugimus.

440 Liberati tum regio dominatu uidebamur.) Hoc tantũ libri ſcripti ab impreſſis diſcrepant: quod pro Tum, nonnulli Tam: pro Videbamur, nonnulli Nitebamur, alij Verebamur, Vrgebamur alij. Ego ſic emendandum arbitror, Sed erat tunc excuſatio oppreſſis, miſera illa quidem, ſed tamen iuſta: nunc nulla eſt liberatis iam regio dominatu: urgebamur armis domeſticis: ea ipſa depulimus. ſententia aperta eſt. 441 Quãta illa erit.) Quanta enim erit illa. o. l. u. 441 Et Conſulẽ deſignatum.) Et, ab o. l. u. abeſt. rectè. 441 Satis multa de turpitudine.) Multa, à Lang & cæteris ferè l. u. abeſt. 441 Dicam deinceps, quod propoſui.) Deinceps, ut propoſui, omnes libri u. 441 Antonium uideatis.) Videatis Antonium, Lang. 441 Cum C. Cæſare magiſtratum ſortitus eſt.) Magiſtratus partitus eſt, omnes libri ueteres. præclarè. Quid ſibi uelit Cicero, Suetonius in uita Iul. Cæſ. declarat: Comitia, inquit, cum populo partitus eſt: ut exceptis cõſulatus cõpetitoribus, de cætero numero candidatorũ pro parte dimidia, quos populus uellet, pronũciaretur: pro parte altera, quot ipſe dediſſet. ut autẽ hoc Cæſari liceret, L. Antonium legem tuliſſe, ex oratione Ciceronis licet intelligere. 441 Patronus fori.) Eodem modo libri ueteres. nonnulli non ita ueteres quidem, ſed tamen ſcripti, Patronus eorum quod rectum eſſe iudico. id ex Philippica ſexta apparet. Hunc autem errorem genuit (opinor) ſimilitudo literarum. nam cum ueteres illi antiqui literarum formis in ſcribendo uterentur, Mauſculæ quæ noſtra lingua nominantur: quam in ſententiam homines doctiſſimi, atq; omnibus ingenuis artibus inſtructiſſimi diſceſſionem (ut ita dicam) fecerunt, in eis uir cum omni doctrinæ, atq; uirtutis laude cumulatus, tum uerò bene peritus antiquitatis, & doctus, & intelligens huiuſce generis exiſtimator Marcellus Ceruinus Cardinalis: cum igitur hunc in modum literas deformarent, hinc fiebat incuria librariorum, ut E, & F, propter ſimilitudinem inter ſe locum ſæpe commutarent. Hinc innumerabilia menda gignebantur. Hinc pro Plane. Eorum preſſi, pro Forum preſſi. ut in epiſtola ad Pap. Pat. Vrgeo forum, dixit. Hinc libro ſecundo de Leg. Quod autem eorum id eſt ueſtibulum ſepulcri uſucapi uetat. pro Forum. Forum, inquit Sex. Pompeius, antiqui appellabant, quod nunc ueſtibulum ſepulcri dici ſolet. In Varronis quoque lib. 2. de R. ruſt. ex eadem cauſa mendum, meo quidem iudicio, conflatum eſt: Antequam calores aut frigora ſe exegerint. Quo in loco libri uetuſtiſſimi Eregerint: ego Fregerint: ut in libro primo de Orat. Dum ſe calor frangat. Hinc ex Eorum, Forum primò: deinde, cum id cõſequens non uideretur, Fori natum. 441 O dij quis huius. c.) L. u. ne unus quidem habet hanc exclamationem. è ſcriptis qui habent, in his, Medij, deſideratur: ex quo licet conijcere, Medij in O dij abiiſſe: deinde utrunque ſenſum per imprudentiam librariorum, in libros irrepſiſſe. Cicero tamen hoc ſimplici exclamationis genere utitur. ut in epiſtola ad Quin. Frat. Hic ô dij nihil unquam honorificentius accidit. & ad Att. Reliqua, ô dij qui conuitatus. 442 Cum ornaſſet Thæciditis.) Threciditis, omnes libri ueteres. ego Beroaldo aſſentior, qui ſcribendam putat Threcidicis: ut ſit, Threcidicis armis, Thracum ſcilicet gladiatorum armatura: ut Auſonius: Threcidico princeps arma mouens gladio. Myrmillones cum Thracibus comparabantur. Declarat Cicero proxima ſuperiori oratione. declarat Suetonius in Dom. planius etiam Auſonius, Quis Myrmilloni cõponitur? æquimanus Thrax. Thraces gladiatores, inquit Sex. Pompeius, à ſimilitudine parmularum Threiciarum dicti ſunt.

442 Qui familiarem iugularat.) Eodem modo libri ſcripti. Ego Iugularit probo. 442 Concurſus fiat ciuium.) Sit, pro Fiat, omnes libri ueteres.

442 Vt nemo ſit alius, niſi ij, qui unà ſunt: & ij, qui. e.) Sic o. l. u. Vt nemo ſit alius, niſi illi, qui unà ſunt: & hi, qui. c. perſpicuè rectum. 442 Cum bonorum præſidia ceſſerint.) O. ferè l. s. ueteres quidẽ ad unum omnes ſic, Cum bonorum præſidijs ceſſerint. Quorũ conſenſus hanc in ſententiam me adduxit, ut putarem ſic emendandam, Cum boni iam præſidijs ceſſerint. ut illud in Cat. M. Vetatq; Pythagoras iniuſſu imperatoris, id eſt Dei, de præſidio & ſtatione uitæ decedere. 442 Eſt autẽ noſtri conſilij.) Eſt ueteris conſilij, o. l. u. Eſt ueſtri conſilij, fortaſſe corrigendũ eſt. Veſtri certè, quàm noſtri, mihi magis arridet. 443 Sed in principe ciue non ſatis eſt.) Pro Ciue Priſcianus Ciui, o. l u. non eſt ſatis. 443 Vigilantiam.) Vigiliam, Lang. cæteros ſequor. 443 Quibus illum uiciſſim uos oculis intueri.) Quibus uiciſſim uos illum oculis intueri, o. l. u. Qui ueſtrũ illũ, Quis ueſtrum, o. l. u. placet. 443 Qui in uoſtras fortunas imminent.) Lang. & cæteri ferè, Qui in ueſtras fortunas imminent, amici unquam uobis erunt, aut uos illis? 443 Ad libertatem recuperandam incitauerunt.) Excitauerunt, o. l. u.

443 Curiam populi Rom. non deſideretis.) Curiam P. R. non deſideret, o. l. u. 444 Eſſe ullo pacto poteſt?) Nullo pacto eſſe poteſt, o. ferè l. u. in queis Lang.

444 L. Naſidio.) L. Viſidio, o. l. u. de L. tamen Naſidio Cæſar in 2 l. bel. ciu. qui quidẽ refert eum ab Cn. Pompeio cum claſſe XVI nauium L. Domitio, Maſſilienſibusq; ſubſidio miſſum. 444 Qui uicinos ſuos non cohortatus.) Pro Vicinos, Ciues, Sc l. 444 Nolite igitur uelle.) Nolite igitur id uelle, omnes libri ueteres.

444 At uerò erecti, citati, parati, armati.) Locus hic mihi nonnihil ſuſpectus eſt: nam uerbũ illud Citati. ſ. et animũ & aureis grauiter offendit: non quo id ipſum nunc primùm accipiam: ſed uim eius, atque ſententias, in quibus poni ſolet, hoc loco non agnoſcũt. etenim cum mo-

dò celeritatem ſignificet, ut Citatũ flumen, agmen, in eum locum citatim contendit: modò laudare & uocare: ut Auctores, libri citantur teſtes, accuſatores, rei, iudices: hic, in utramuis partem acceperis, ad ſententiam non ſatis aptè conuenerit: ut interdum ueniat in mentem ſuſpicari, pro Citati, Cuncti eſſe reponendum. quoniam tamen omnes l. contrà faciunt, nobis perſuaderi ſinamus, Citati hoc loco idem ualere, quod Excitati. 444 Prouinciæ Galliæ: à qua c.) O. l. u. pro A, Ei. 445 Vita & fortuna optimi cuiuſq;.) Fortunæ, o. l. u. perſpicuè uerum.

445 Tamen & ſummi gubernatores.) Tamen etiam ſummi, o. l. u. apertè uerum. 445 Metu & periculo remp liberare.) Remp. metu & periculo liberare, o. l. u.

446 Vicit L. Cæſaris ampliſsimi uiri.) Vicit L. Cæſar ampliſsimus uir, o. l. u. quod ut probem, faciũt uerba conſequẽtia. 446 Vt & luctu ſororis moueretur.) Sic o. ferè l. u. Nec in nepotem moueretur, & ſaluti reip. prouideret. nonnulli, Qui ſaluti reip. prouideret. Ex quo intelligere cuiuis licet, hæc eſſe gloſſemata, et ideo ex l. eſſe tollenda. 446 Quid eſt enim tumultus? niſi. c.) Quid enim eſt aliud tumultus? niſi. c. o. l. u. & rectè. 446 Grauius autem eſſe tumultum.) Tumultum eſſe, o. l. u.

446 Medium nihil ſit.) Nihil ſit medium, Lang. et alij nonnulli. 446 Quo quid abſurdius dici aut exiſtimari poteſt?) Quo quid abſurdius dici poteſt, aut exiſtimari? o. l. u. 447 Vt milites fiant ſine ui.) Sint, pro Fiant, o. l. u. quod tamen non placet. 447 Quis poteſt bellum non eſſe dicere?) Sic o. l. u. Bellum eſſe dicere. quod placet: ut hoc membrum æquè, ut ſuperiora, aliud dicat, aliud ſentiat. 447 Nullam putauit ſibi excuſationem.) Nullam ſibi putauit excuſationem, omnes libri ueteres, & lenius. 447 Non expectauit noſtra decreta.) Veſtra, o. l. u. 447 Decernendi enim tempus nondum nouerat.) Venerat, o. l. u. perſpicuè uerum.

447 Nihil decerni poſſe.) Nihil poſſe decerni, Lang. & cæteri. & numerus Tullianus. 448 Et clariſsimorum hominum) Et ut clariſsimorum hominũ, o. l. u. quod placet. 448 Crudeliſsimam ulciſceretur necem.) Pro Vlciſceretur, Lang. Puniret. cæteri Puniretur. quos ut ſequar, numerus facit. 448 Penates, aras, focos.) Penates, ab o. l. u. abeſt. 448 Leges, iura.) Iudicia, non Iura, o. l. u. 449 Dij meliora.) Lang. & cæteri u. l. Dei meliora. recentiores cum impreſsis faciunt: et rectè. quod enim Græci εὔφημα, noſtri Dij meliora dicunt. Id apparet apud hũc ipſum in Catone maiore, Bene Sophocles, cum ex eo quidã iam confecta ætate quæreret, uteretúrne rebus uenereis, Dij meliora, inquit: libenter uerò iſtinc, tãquam à domino agreſti ac furioſo profugi. At Plato, à quo locum illum totidẽ penè uerbis tranſtulit, πῶς, ὦ Σοφόκλεις, ἔχεις πρὸς τἀφροδίσια; ἔτι οἷός τε εἶ γυναικὶ συγγίγνεσθαι; καὶ ὅς, εὐφήμει ὦ ἄνθρωπε, ἀσμενέστατα μέντοι αὐτὸ ἀπέφυγον, ὥσπερ λυττῶντά τινα καὶ ἄγριον δεσπότην ἀποφυγών. utitur etiam Liuius, Si ſpopondiſſemus urbem hanc relicturum populum Ro? ſi incenſurum? ſi magiſtratus, ſi ſenatum, ſi leges non habiturum? ſi ſub regibus futurũ? Dij meliora, inquis. Et alibi, Bacchis initiari uelle. id ubi mulier audiuit, perturbata, Dij meliora, inquit. Plenè Tibullus enunciauit, Dij meliora ferant, nec ſint mea ſomnia uera. Idem Græcum uerbum pluribus exprimens, Dicamus bona uerba: uenit natalis ad aras. Terẽtius imminutè, Bona uerba quæſo. Nec in rebus diuinis aliud erat Fauere linguis, quam εὐφημεῖν.

Ouidius: Euinctus uitta crines albente ſacerdos,
En Deus eſt, Deus eſt: animis linguiſq; fauete,
Quiſquis adeſt, dixit. Sis ò pulcherrime uiſus
Vtiliter, populoſq; iuues tua ſacra colentes.
Quiſquis adeſt, uiſum ueneratur numen: & omnes
Verba ſacerdotis referunt geminata, piumq;
Aeneadæ præſtant & uoce & mente fauorem. Euripides autem in Iphig. σῖγα δ' ἐν μέρει ταλθύβιος· ᾧ τόδ' ἦν μέλον, εὐφημίαν ἀνεῖπε, καὶ σιγὴν στρατῷ. 449 Viderũt enim ex mendicis.) Sic o. l. u. Sui enim ex me didicerũt repentè fieri diuites. ut fortaſſe corrigendũ ſit, Sic enim ex mendicis didicerunt repentè fieri diuites. 449 Nos libertatem noſtris militibus.) Nos noſtris militibus libertatem, o. l. u.

449 Facere commodè non poſſem.) Commodè facere non poſſem, o. l. u. 449 Imò alia cauſa iuſta.) Nulla, uel Non, uidetur deeſſe. 450 Honeſta ratio.) Eodem modo h. s. ut impreſſi. ego tamen, ut, quod ſentio, dicam: Oratio magis probo: ut illud Terentianum: Quæ ſeſe uoluit in ignẽ cõijcere, prohibui, ſeruaui. honeſta oratio eſt. Et huius ipſius de Off. Vulgo loquũtur, ſeſe in beneficijs collocandis mores hominũ, non fortunã ſequi. honeſta oratio. Et de Fin. bon. et mal. Cupit enim dicere, nihil poſſe ad beatam uitã deeſſe ſapienti. honeſta oratio. Et in 7. Ac. An bello fugitiuorũ Siciliam uirtute tua liberatũ? magna laus, & honeſta oratio. 450 Pater tuus, quo utebar ſene auctore adoleſcens. c.) Sic Lang. Quid pater dein tuus, quo utebar ſene adoleſcens. Alij pro Dein, Deniq;. Olim alij, quod probo. Videbatur deeſſe Non, quod poſtea in 3. l. s. inueni. ſic igitur emẽdandũ eſt, Quid pater olim tuus, quo utebar ſene adoleſcẽs, homo ſeuerus, & prudens non primus omniũ. c. 450 Num igitur eum, ſi tum eſſes, temerariũ ciuem c.) Num igitur, ſi tum eſſes, eum temerarium ciuem. c. 450 P. Lentulum principem ſenatorem.) Eodem modo l. s. ut impreſſi. ego, Principem ſenatus. ut Dion, ut cæteri rerũ ueterũ narratores, ut M. Tullius in Diuin. appellat, Tum, cum P. Lentulus, is qui princeps ſenatus fuit. Et contra Rul. Quod cum à maioribus noſtris P. Lẽtulus princeps ſenatus in ea loca miſſus eſſet. Quid multa? adeò huius illuſtre nomẽ, adeò peruagatum erat, hunc principem ſenatus fuiſſe, ut ipſum deſcribere cum uolunt, ſatis habeant, principem nominare. ut Cicero de Orat. Prædicaremq; P. Lentulum principem illum. & in Bruto, Tum etiã P. Lentulus ille princeps. c. Id autem aſſeueranter affirmo, non ſolum ob eam cauſam, quòd ſenatus & id genus cætera per notas ſignificabantur: ſed hac etiam ratione ductus, quòd neceſſarium mihi uidetur, non modò ueriſimile, M. Tullium, cum ſententiam Fuſij uellet grauiſſimorum uirorum auctoritate refellere, quorum exemplo id aſſequi uolebat, eos, quam honorificentiſsimè poſſet, appellaſſe. Itaq; & Qu. Metellum, cuius IIII F. cõſulares dixit: ut ex eo colligeres, non ſolũ quàm honoratus, uerumetiam quàm natu grandis, atque adeò prudens eſſet: & P. Lentulum, non principem ſenatorem, quod erat, unum propè de multis eſſe: ſed ſenatus: ut intelligeres, qua grauitate, qua ſapientia, quo rerum uſu præditus: qui princeps ſenatus ex tot talibusq; Conſularibus unus potiſsimum à Cenſoribus, & Cenſoribus eorum temporum lectus eſſet: qui tamen contra ſententiam Fuſij non omneis ciues ſaluos eſſe uoluiſſet.

450 Quid complures alios. c.) Quid, ab o. l. u. abeſt.

450 Gracchus, & M. Fuluius conſulares.) Conſularis

fine

ſine dubio corrigendum eſt: & ſi omnes L. contra faciant: ſiquidẽ C. Gracchus Tribunitius interfectus eſt, ut omnes hiſtorici narrant. M. Tullius in Cat. interfectus eſt propter quaſdam ſeditionum ſuſpiciones C. Gracchus clariſſimo patre natus, auis, maioribus: occiſus eſt cum liberis M. Fuluius conſularis. Et quoniam de M. Fuluio conſulari agimus, locum illum ualde deprauatum corrigamus, qui eſt in 4. oratione contra Catilinam, Cum aui iuſſu Coss. interfectum, filiumq́; eius impuberem ligatum à Pr. miſſum carcerem necandum eſſe dixit. Ego ſic, Cuius aui iuſſu conſularem interfectum, filiumq́; eius impuberem legatum à patre miſſum in carcere necatum eſſe dixit Conſule Velleium, & Plutarchum: diſceſſeris in ſententiam meam. Lentulum autẽ principem illum ſenatus, auum fuiſſe Lentuli Suræ, Dion memoriæ tradit.

451 Vri ac ſecari, quod noceat, patimur.) Sic Lang. & cæteri ferè, Vri ſecariq́; patimur, ut aliquid membrorum potius. c. multo elegantius. 451 Te uidiſſe plus, quàm me.) Te plus, quàm me uidiſſe, Lang. & alij nonnulli. 451 Sanctum, temperatũ.) Temperatẽ, o.l.u.

451 Ego huic uidelicet ſauco?) Sic o.l.u. Ego huic, uel illi uidelicet ſauco: tu illi. quo modo tamen M. Tullius (quod ſciam) nunquam locutus eſt. 451 Quouſq; enim pacem dicis uelle te?) Dicis pacem uelle te? o.l.u.

452 Ergo te, cum in Maßilienſes. c.) Ego te, omnes l. u. rectè. 452 Maßiliam expugnabis?) Oppugnabis, omnes l. u. rectè. 452 Vt nunc ſis popularis.) Nunc ut ſis popularis, o.l.u. ſummopere placet. 453 Ante Conſules oculosq́; legatorum.) L. Lang. Conſulem. Nonnulli Cos. ego, Conſulis: ſiquidem ſolus Hircius Cos. aderat. quiſpiam fortaſſe Conſulum: ut intelligas Hircium iam Conſulẽ, & D. Brutum deſignatũ: ut in 13. Phil. Contra IIII. Cos. gerit bellũ. 453 Adhuc legatos.) Ad hunc, omnes l. u perſpicuè rectum. 453 Armis, equis, uiribus.) Vbi ſunt qui uni libro ita ſe addicunt, ut non modò præ illo contemnant cæteros, ſed etiam legere negligant? negligant autem? imò uerò, dum ipſum pugnaciter defendunt, turpeis in errores ſæpe labantur. Quorſum hæc? dices. ut intelligas ueteribus libris habendam fidem omnino maiorem, quàm recentibus: ſed ita tamen, ut hi non fundi tus repudientur: ſiquidem ab emendatis poſſunt eſſe deſcripti: nec illi ſemper oracula fundere iudicẽtur. Ego (ut ſcis) duobus ab hinc annis, pro Viribus, Viris repoſueram: quibus rationibus adductus, poſtea dicam. Verùm ego qui is ſemper fui, ut etiam ſi mecũ omnia facerent, aſſenſionem tamen uſq; cohiberẽ, dum mihi quis per literas aſſentiretur: cum Marcelli Ceruini Cardinalis beneficio hic Lang. literis conſcriptus in manus perueniſſet, & alij multi ueteres libri: nihil mihi prius fuit, quàm ut hunc locum uiderẽ. Libros igitur aperio, inſpicio, uideo nihil ab impreßis diſcrepare. Ecce autem non ita multo poſt tuam profectionem Paulus Ricardus, homo cùm optimis ſtudijs deditus, tum ſtudioſorũ omnium, atq; in primis tui ſtudioſißimus, librum, non illum quidem uetuſtũ, ſed tamen ſcriptum, ad me Neapoli uſq; perferendum curat. In hoc cum multa alia præclara, tum hoc, quo de agimus, inuenio. Viris autem pro Viribus repoſueram, his rationibus impulſus. Primum quòd illa uerba Armis, equis, uiribus, cum indigna Ciceronis elegantia, cum à nullo ſcriptore uſurpata, tum nequaquã inter ſe cohærentia uidebantur. At, Armis, equis, uiris, & concinna, & locupletißimis aucto ribus uſitata, & inter ſe bellè conuenientia. Liuius libro 35. Omnem ſe Græciam armis, equis, uiris, omnẽ oram maritimam complecturũ. Et l. 22. Armis, uiris, equis, commeatibus iuuant. & l. 31. Terrebat ex aduerſo hoſtis, omnẽ ripam equis, uiriſq́; obtinens. Et 5. Quacunq; ibant, equis, uiriſq́; longè ac latè fuſo agmine immenſum obtinentes loci. Salluſtius: Equis, uiris pecunia amiſſa nunquam defeßi ſunt armati de imperio certare. Idem, Nullius idoneæ rei egens, armis uriſq́; opulentum. Et hic ipſe in 13. Philip. Armis, uiris, pecunia belli principia firmauit. Quid multa? ex diuturna obſeruatione didiceram, præclaros latinitatis auctores, cum equitatum & peditatum ſignificare uellent, ita locutos eſſe, ut dicerent Equos, uiros: idq́; adeò tritum fuiſſe, ut ueniret in prouerbiũ, ut cum aliquid uel totis uiribus, uel omni celeritate factum oſtenderent, his duobus uerbis deſignarent. Cicero de Off. c. Cum his, uiris, equiſq́; (ut dicitur) ſi honeſtatem tueri, ac retinere ſententia eſt, decertandum eſt. & 2. lib. ad Qu. Frat. Curſu corrigam tarditatem, tum equis, tum uiris: & quoniam ſcribis poema ab eo noſtrum probari, quadrigis poeticis. Et in ep. ad Var. Nunc quando confecta ſunt omnia, dubitandum non eſt, quin equis, uiris c. Suprà enim dixerat, Antea te calumniatus ſum. Non ignoro, quid tradat Eraſmus: ſed & ipſe tota (ut dicitur) errauit uia: & tanquam dux non bonus multos alios in eundem rapuit errorem. nam primùm omnes libri contra ipſum faciunt: deinde quid equis cum uelis? pugnam, inquit, equeſtrem ac naualem ſignificat: perinde quaſi aut terreſtribus bellis omnia ſint in equis, aut maritimis, in uelis: ac non potius hæc remo, illa pedite maximam partem conficiantur. Quis porrò Græcorum, quis noſtrorum hoc prouerbium uſurpauit, ut ſi quis quærat, quid ſit, cur libros ueteres tantopere deſpexerit, pro nihiloq́; putauerit, id aliquo tamen auctore feciſſe uideatur? ſed nimis multa de re perſpicua.

453 Multo melius hæc tunc. c.) Sic o.l.u. Multo melius hæc cauſa ageretur à tribus, quàm nũc agatur ab uno. Nonnulli pro Agatur, Agitur. 453 Deſerti, deſerti inquam) Extrema uerba ab o.l.u. abſunt. 453 Quamuis illi de illo.) Illi, à l.u abeſt. 453 C. Pompilius apud maiores.) Popilius, nonnulli u.l. quod Liuius approbat: qui hanc eandem rem l 34. referens, Moti, inquit, Patres precibus Alexandrinorum exemplo C. Popilium Lenatem, & C. Decimium, & C. Hoſtilium legatos ad finiendum inter reges bellum miſerunt. Popilijs autem cognomen fuiſſe Lenatibus, Romæ apparet in tabulis marmoreis miræ uetuſtatis, in quis multorum ex ordine Coss nomina inciſa ſunt. ex quis etiam didici, non Popilius Lenas, ut eſt ſcriptum apud Liuium, ſed Popillius Lenas eſſe ſcribendum. 453 Verbis ſenatus nunciaſſet.) Denunciaſſet, Sc. liber. 453 Vt ab Alexandria diſcederet.) Alexandria, omnes l. u. ego tamen ſequor impreſſos.

454 Non antea renunciaturum.) Antè, o.l.u. rectè.

454 Auctoritatem Reipub.) P. R. nonnulli ueteres libri. 454 Cui qui non paret.) Cuius qui, o.l.u ut fortaſſe corrigendum ſit, Cui is qui. 454 Ipſe eſt potius repudiandus.) Totus, pro Potius, o.l.u. rectè. ſic ad Atticum: Negem? repudiari ſe totum magis etiam, quàm olim in X X uiratu putabit. 454 Si uerè tum fuit Aedilis.) Si uerò, omnes l. u. elegantius mihi uidetur.

454 His etiam præmia poſtulet?) Poſtulat? o.l.u.

455 Nucula hoc credo admonuit.) Hoc, ab o.l u. abeſt.

455 Quic-

455 Quicquid contra legem commiſerunt.) Ego ſic, Qui quid contra. c. ut illud paulo infrà, Eorum qui cum Antonio ſunt, qui ab armis diſceſſerint. pro Cõmiſerunt, Commiſerint, l. u. 455 Galliam inquit remitto.) Galliam inquit totam remitto, Lang. & Sc. Germani pro Totam Togatam repoſuerunt. quod placet.

455 Hisq; ſuppletis.) Iis, omnes l. u. 455 D. Brutus, C. Caßius coss.) Nonnulli s. l. M. Brutus quod probo: ſiquidem C. Caſſij M. Brutus in conſulatu futurus erat collega, non Decimus. 455 Huius comitijs C. Frater: eſt enim iam annus ut repulſam tulit.) Sic pleriq; libri ueteres, in queis Lang. Huius comitijs C. Frater, eius eſt enim annus, iam repulſam tulit. Nõnulli hoc amplius, Vel Proconſulis huius comitijs. c. alij, Vel Proconſul huius comitijs. alij ſic, Vel huius comitijs C. Frater: eſt enim annus. c. 455 Ipſe autem ut quinquennium.) Ipſe autem, à l. u. abeſt. 455 * At iſtud uetat lex Cæſaris, & tua.) At iſtud tua & lex Cæſaris defendit, Lang. & cum eo pleriq;. nonnulli ſic, At iſtud tu & L. Cæſar defendit. Locus meo iudicio mendoſus. 456 Vobisq; M. Antonius. c.) Que, ab o. l. u. abeſt. 456 Huic ſe etiam ſummis honoribus hi.) Lang. pro Hi, Hic. nonnulli, Et ſe, Hi ſe, alij. ego, V ſi correxerã. opinionem meam Bernardini Maffæi liber approbauit. 456 Non animis ſolum debet, ſed oculis.) Sed etiam oculis, o l. u. 456 In cubiculum admittere, & reducere.) Etiam reducere, o. l. u.

456 Aut libertas parta eſt uictori.) Pro parta, Lang. & alij nonnulli u. l. Parata. quod placet. 457 Togati eſſe ſolent.) Togati ſolent eſſe, o. l. u. 457 Ita gerimus nos.) Ita nos gerimus, o. l. u. 457 Quibus geram morem.) Quibus morem geram, o. l u. 457 Ante Idus Martias.) Hoc amplius, o. l. u. Ante Idus Martias primas. & præclarè: ſic enim loquebantur antiqui, ut dicerẽt, Ante Idus, ante Calend. primas, id eſt, quæ futuræ erant ab eo tempore primæ: ſecũdas, quæ poſt eas anno proximo. Cato de Re ruſt. Locus uinis dabitur ante Cal. Ian. primas. & paulo infrà, Vinũ accipito ante Cal. Ian. primas. & Liu. l. 23. Vt frumenta omnes ex agris ante Cal. Iul. primas in urbes munitas conueherent. & l. 42 qui ex caſtellis deditis in libertatẽ reſtitutus ante Cal. Sextileis primas nõ eſſet. In tabula quoq; ænea uetuſtißima cũ reliquis uerbis hæc quoq; inciſa ſunt, Vectigal anni primi K. Ianuaris ſecundis Veturis Langenſes in poblicum Genuam darẽ debento. Quod ante K. Ianuar. primas Langenſes fructi ſunt, eruntq; uectigal inuitei dare nei debento. et paulo infra, Ante eidus Sextileis primas. 458 Si quis poſt hæc.) Siquis poſt hoc S. C. omnes libri ueteres.

458 Ser. Sulpitio.) Sulpicio, Lang. & ita ſcribi oportere, ueterum monimentorum inſcriptiones indicant.

458 Renunciare legationem.) Legationem renuntiare, o. l'. u. & oratio procliuius currit. 458 Et nobis gratus fuerit.) Vobis, L. Lang. & Sc. 458 Non quod L. Philippo.) Nõ quo, o l. u. quod placet. ut in 3. l. de Or. Non quo (ut neſcio quos dicere aiebant) acui ingenia adoleſcentiũ nollem, ſed contra. c. Et in ep. ad Ap. Pulchrum: Non quo quiſquã aliter putaſſet, ſed. c. & ſexcenta alia, quæ breuitatis cauſa relinquo. 458 Subito ereptus.) Subito ereptus è cauſa, o. l. u. quod placet: erat enim profectus, ut cauſam Senatus ageret. 458 Sibi ipſi diffideret. Sibi ipſe, o. l. u. rectè. 459 Opem Reip. afferre.) Ferre, o. l. u. ualde placet. 459 Ad ornandum Ser Sulpitium.) Ad honorandum Ser. Sulpitium, o l. u.

459 Cui legatio ipſa mortis cauſa fuiſſet. c.) Sic IIII libri ueteres, in queis Lang. Cui legatio ipſa mortis fuiſſet. quod uehementer probo: ut enim Hoc fraudi, pœnæ, crimini, ſic, morti eſt, rectè dicitur. M. Tull. pro Flacco, Quibus odio ſunt noſtræ ſecures, nomen acerbitati, ſcriptura decumæ, portorium morti. 459 A quo ipſa exempla nata ſunt.) Quo, non A quo, o. l. ueteres. 459 Lartes Tolumnius.) Sic Lang. Lar ſtolumnius Rex Veientium. Alij. Lars Tolumnius. ſi Priſcianus aliquid apud nos ponderis habet, Lar ſcribendum eſt: cuius uerba ſubſcripſi: Lar ſi ſignificat κατοικίδιον θεόν, Laris facit: ſin autem imperatorẽ Veientium, quem mactauit Coſſus, Lartis. hoc idem Cariſius tradit. 459 Nemo enim tum nouitati inuidebat.) Enim, à l. u. abeſt. 460 Vt nepotem Antiochi regis.) Hoc amplius o. l. u. Antiochi regis, eius qui et rectè: hoc enim pronomine uel maxime quiſq; optimus Latinitatis auctor utitur, ad id, quod declarari uolunt, aperte demonſtrandum: ut hic ipſe in Diuin. Tum cum P. Lentulus, is qui princeps Senatus fuit. & Cæſ. libro tertio belli Ciuilis. In eo numero Valerius Flaccus L. filius, eius qui Prætor Aſiam obtinuerat. 460 Laodiceæ.) Laodiciæ, omnes libri ueteres, Græci certè Λαοδικείᾳ. 460 Tullo Cluuio.) Sic Lang Tullio Cluuio, & L. Roſcio, & Sp. Actio, & C. Fulcinio. Liuius ſic, Cleliũ Tullum, Sp. Antium, & C. Fulcinium, L. Roſcium. Plinius, Tullium Celium, L. Roſcium, Sp. Matium Fulcinium. 460 Qui profuſus eſt in morte.) Qui eſt profuſus in morte, o. l. u. 460 Mors ob Remp. habita.) Lang. Pro Rep. habita. ego ſequor impreſſos. hoc amplius, quòd Obita ſcribendum arbitror: ut pro Sext. Quos à maioribus noſtris morte obita poſitos in illo loco, atq; in Roſtris collocatos uidetis. & paulo ante, Statua huic ob Rempub. interfecto in foro ſtatueretur.

460 Luctu publico eſſe honorandam.) Eſſe ornandam, pleriq; l. u. nonnulli pro Eſſe ornandam, Exornandam. 460 Fidelißimæq; coniugis.) Que tollendũ auctoritate omnium u. l. atq; etiam, ut mihi quidem uidetur, elegantiæ. 460 Dißimilem ſe futurum ſui: ſi paruiſſet, munus, &c.) Sic omnes l u. Dißimilẽ ſe futurum ſuis & munus. c. ut fortaſſe corrigendum ſit, Dißimilem ſe futurum ſui, ſet munus. c. 460 Qua iter faciebat.) Iter qua faciebat, Lang. & alij nonnulli u. l.

460 Ille properans, feſtinansq;.) Que, à Lang. & alijs nonnullis u. l. abeſt. 460 Ad poſteritatis etiam.) Etiam ad poſteritatis, omnes l. ueteres. 461 Quin honorem mortuo, cui iniuriam uiuo fecimus, faciamus.) Sic o. l. u. Quin honorem mortuo, quam uiuo iniuriam fecimus, farcimus. & præclare mea quidem ſententia, ſi unum modo tanquam apicem, qui in literam notat, litura ſuſtuleris in hunc modum, Quin honore mortuo. cætera eodem modo: ut ſit, Honore farciamus mortuo hanc iniuriam, quam uiuo fecimus. Ita locutus eſt Cæſar libro tertio belli Ciuil. Dandam omnibus operam, ut acceptum detrimentum uirtute farciretur. Et paulo infra, Tantus inceßit ex incommodo dolor, tantumq; ſtudium infamiæ farciendæ. Portius Lat. Aequum enim eſt, inſtituta maiorum, atque edicta grauißima, ſanctißimiq; ordines quia perſtringere ueſania tua non es ueritus, ea reſtituas, ac farcias ſupplicij tui memorabili animaduerſione.

461 Tum filiũ, meq; ſeduxit.) Sic o. l. u. Tum Pilium

equitem

equitem ſeduxit: ut fortaſſe ita corrigendum ſit, Tum F. meq́; item ſeduxit. 461 Vt auctoritatem ueſtram uitæ ſe diceret anteferre.) Hoc amplius, omnes libri ueteres, Vitæ ſuæ ſe. c. & eleganter, & ex præſcripto: dixerat enim, Auctoritatem ueſtram. 462 Aduerſari eius uoluntati.) Eius aduerſari uoluntati, liber unus, & alter: in queis Lang. & numerus plenior. 461 Perturbationi eius.) Eius perturbationi, o. l. u. aures conſule: probabunt.

462 Nulla eius legationis poſteritatem.) Sic o. l. u. Nulla eius legationem poſteritatis inobſcurabit obliuio. perſpicue rectum. 462 Aequitate explicandis.) Explicanda, omnes l. ueteres. placet. ſic enim locutus eſt in Bruto, Sic in interpretando, in definiendo, in explicanda æquitate nihil erat Craſſo copioſius. 462 Omnes qui ex omni ætate.) Omnes ex omni ætate, qui, o. l. u. quod multo concinnius eſt. Quod autẽ ſequitur, Intelligentiam iuris: Iuris in u. l. non reperitur. 462 Monumentum gratiæ Senatus.) L. u partim Gratiæ, nõnulli Gratia, Gloria alij. ego, Grati. ex ſe intelligitur, nec ulla indiget approbatione. 462 Vt ille ſi adeſſet.) Vt ſi ille adeſſet, o. l. u. 462 Eſt enim ita affectus.) Eſt autem, o. l. u. probe. nonnulli, ut Lang pro Affectus, Afflictus. 465 Attinere.) Pertinere, l. u. 463 Debitũ patri.) Patri deditum, o. l. u. 463 Relinquere potuerit.) Potuit, o. l. u. quod placet. 463 Hoc honore ueſtro.) Hoc, delendum, omnib. libris auctoribus. 465 In familiaritate noſtra.) O lu. In noſtra familiaritate. & oratio numeroſior. 463 Qualis L. Syllæ prima ſtatua eſt.) Qualis eſt, l. u.

463 Magnifice enim.) Mirifice, liber unus non mediocris uetuſtatis. 465 Huius ſeculi inſolentiam.) Huius inſolentiam ſeculi, Lang. 463 Cui nullus honor tribui non debitus poteſt.) Sic l. u. Cui nullus honos non debitus tribui poteſt. 464 Cui nullam aliam gratiam.) Cui nullam iam aliam gratiam referre poſſumus, o. l u.

454 Ser. Sulpitius & priuatus, & in magiſtratibus fuerit: cum talis uir ob Remp.) Hæc uerba deſunt in omnibus l. u. 464 Quod hic ob Remp.) Is, o. l. u.

464 Quæſtoribus urbis imperent.) Q. urbi, o. l. ueteres. ego. Q urb. hoc eſt, Quæſtoribus urbanis. Idem mendum in V. libro accuſ. Quas ad quæſtores urbis miſit. Et III, Quem prætorem urbis. Et apud Liuium multis in locis. Hæc enim per notam ſcribebantur Vrb. quæ in eiuſmodi rebus non Vrbis, ſed Vrbanum ſignificat.

464 Tantam pecuniam redemptori ſoluendam.) O. l. u Redemptores ſoluendam. ut fortaſſe ſic emendandum ſit, Redemptori exoluendam: ut illud Terentianum: Qua re ſuſpectus ſuo patri, & Phidippo fuit, exſolui. & ita ſcripſiſſe antiquos, ex ueteribus monumentis apparet. Statuam patrono præſtantiſſimo teſtimonium gratulationis exſoluimus. 464 Ser. Sulpitij Q. F. Lemoniæ Rufi.) Sic o. l. ego, Lem. Lemonia ſcilicet ſexto caſu. Lemonia tribus, inquit Sex. Pompeius, à pago Lemonio appellatur, qui eſt à porta Capena, uia Latina. Aſconius locum illum interpretans, Romilia, Verrem Romilia, inquit, nomen eſt tribus ablatiui caſus: ut ſit Ex Romilia. Tribus enim urbanæ, ruſticæq́; omnes 35. numerantur: ex quibus aliquam neceſſe eſt, cuiuſq; ordinis fuerit, ciuis Romanus obtineat. Moris autẽ fuit, cum aliquis ciuis Romanus oſtendẽdus eſſet, ſignificaretur aut prænomine ſuo, aut nomine, aut cognomine, aut cognatione, aut tribu, in qua cenſeretur ſic alibi ait, L. Claudius Palatina. Librarij, moris huius ignari, ſimulq́; (ut opinor) cognomen arbitrantes, ut hoc ſuperioribus uerbis accõmodaretur, Lemoniæ patrio caſu extulerunt. 465 Pedes triginta quaq; uerſus deſignet.) O. l. u. Quoquo uerſus aſſignet. rectè: hoc enim uerbum uel maxime ponitur in monumentis, ac limitibus unde illud in marmoribus antiquis, Locus aſſignatus monumento. Cicero libro tertio ad Atticũ: Mihiq́; ex agro tuo tantum aſſignes, quantum meo corpore occupari poteſt. Quod ad quoquo uerſus attinet, ita uerum mihi uidetur, ut in illo quoq; altero loco haud ſciam an reponendũ ſit. ſiquidem Cato, Cæſar, cæteriq́; primæ, ut ita dicam, claſſis auctores, modò Quoquo uerſus, modò Quoquo uerſum, nunquam Quaque uerſus uſurparunt.

445 Non habiturum arbitraremur.) Habiturum non arbitraremur. 465 Cum factum gratum.) Cum factum tuum gratum, o. l. u. 465 Quod ego ſemper ſenſi.) Semper, ab omnibus libris ueteribus abeſt.

465 Quas enim partes ipſe mihi ſumpſeram.) Sic omnes l. u. Quas enim ſententias mihi ipſe ſumpſeram. quod ualde placet. 466 Quæ eſt enim iſta tua oratio Calene.) Eodem modo libri ſcripti, ut impreſſi: mihi tamen dubiũ non eſt, quin Ratio, non Oratio, rectum ſit: ut ſit quemadmodũ illud in 8. Phil. Excogitare, quæ tua ratio ſit, Calene non poſſum. Idem paulo infrà commutatis uerbis dicit, Quis eſt iſte tuus ſenſus, quæ cogitatio?

466 Qui te ſententiam prius rogat.) Non Prius, ſed Primum, o. l. u. optimè: ut in 5. Sic me perturbaſſet eius ſententia, qui primus rogatus eſt. Et in Piſ. Quem in ſenatu ſententiam rogabas tertium? Idem commutatis uerbis dixit poſt red. ad ſen. Quem Cal. Ian. tertio loco ſententiam rogaras. Quid multa? illo modo barbarè locutus eſſet.

466 Quod mihi maximam admirationem mouet.) Quod me maxima admiratione mouet, omnes l. u.

466 Quod enim tibi cum Brutis bellum?) Sic o. l. u. Quod eſt tibi. c. 466 Quod omnes uenerari.) Quos omnes penè uenerari, o. l. u. quod ualde placet.

456 Omnes oderunt.) Cæteri oderunt, o. l. u.

466 Bruti ſimilem malis.) Bruti ne ſimilem, o. l. u. apertè rectum. 466 Cur igitur his non faues? eos laudas. c.) Cur non eos laudas. quidam in ſuis l. repoſuerunt: quòd iudicauerint (credo) hæc uerba deeſſe. nam in l. quidem ſcriptis non reperiũtur. Ego, ſi teſtificari licet, non affirmare ſententiã ſuam: pro Eos, Quos reponendũ arbitror, hoc modo: Cur igitur his nõ faues, quos laudas, quorum ſimilem filiũ tuum eſſe uis? ut hoc illi reſpõdeat, Brutus melior eſt. Illud nonnihil concinit opinioni meæ, quòd incredibile eſt, quàm hæ literæ, C & Q ſcilicet, altera alterius locum occupet: idq́; non ſolũ ueteribus in libris, ſed etiã monumentis appareat: ut Liquiſſe pro Licuiſſe: Loci pro Loqui: Cuando pro Quando: Corum pro Quorum: Coad pro Quoad: ut primò Quos in Cos: deinde Cos in Eos mutari facilè potuerit. Libros tamẽ tueri poſſumus, non ſuggerendo Cur non: ſed duobus membris, ut ſæpe fit, accommodando. ſed quod teſtatus ſum, multo magis arridet. 466 D. Brutus melior eſt, inquies.) Sic impreſſi. nec ſcripti differunt. ego tamen nunquam ita ſcriptum à M. Tullio, uel iurare non dubitarem. nam cum omnis hæc oratio & de M. Bruto, et pro M. Bruto habeatur: & M. Tullius de Fuſio quærat, Bruti ne ſimilem filium, an Antonij malit: ut ita reſponderit, adduci ad credendum nullo modo poſſum. Quare aut M. pro D. reponendum, aut utrunq;.

aut utrunq;, quod etiã magis placet, de libris tollendum.

467 Quod quid eſt alud, quàm.) Quid eſt aliud librarium Bruti laudare: abſq; Quod, & Quam. ſ. nonnulli u. l. quod placet. 467 Aut quo S. C. huius generis.) Aut quod, o. l. u. & rectè: ut ſit, Quando ita decerni uidiſti? aut quod S. C. eiuſmodi uidiſti? decretum. ſ. à ſenatu, literas bene ſcriptas. 467 Pleriſq; in rebus bonos obtrectandi.) Bonis probo: & ſi omnes l. contrà ſeciant, nec me prætereat Liuium eodem modo extuliſſe, Cuius crimen, nullum probrum dicere poterat, eius obtrectare laudes uoluit. Eſt tamen exemplum ſolitarium. poteſt liber eſſe mendoſus. ſed ut illud uſitatum, hic ſine mendo ſit: ut uno eodemq; ambitu, primo per accuſandi, deinde per dandi caſum enunciarit, adduci ad ſuſpicandum nullo modo poſſum. 467 Pro amicitia tua iure dolere ſoleo.) Pro amicitia tuam uicem dolere ſoleo, o. l. u. perſpicuè rectum. 467 Nempe illas.) Eas, o. l. u. ut in proxima oratione, Quos ego orno? nempe eos. & in 4. Acc. At quorum iudicio condemnatum? nempe eorum.

467 Ab Rep. relegatum.) A. R. p. omnes l. u.

467 Quem tandem ciuem habebitis, quem ornetis?) Sic o. l. u. Quem tandem ciuem unquam ornabitis?

467 Qui diadema poſuerunt.) Sic o. l. u. Qui diadema impoſuerint, conſeruandos: eos, qui regis nomen ſuſtulerint. Apud Nonium Marcellum non Regis, ſed Regni ſcriptũ eſt. 467 Auctoritate publica teſtata eſt.) Publica auctoritate, o. l. u. 468 Tantã in iniuria tranquillitatem.) In iure, o. l. u. quod tamen abiudico.

468 Sceleratorum hominum audaciæ.) Sceleratiſsimorum, o. l. u. 468 Cædentem Italia.) Cedentem, omnes l. u. 468 Caßius lapſis paucis pòſt diebus.) Caßij claßis, o. l. u. quàm præclarè, dicere non poſſum. de Caßij claſſe ad Att. Nam Caßij claſſem, quæ planè bella eſt, non numero ultra fretum. Nam quòd ipſe quoq; Brutus in Græciam cum claſſe tranſmiſerat: idcirco ſubiunxit, Caßij claßis paucis pòſt diebus inſequebatur. Libri impreßi meram barbariem redolent. 469 Agger oppugnandæ Italiæ Græcia.) Nonnulli u. l. Expugnandæ, ſed mea quidem ſententia mendoſè: his enim uerbis, ac ſuperioribus mihi uidetur exprimere uoluiſſe illa Xenophontis, quæ ſunt in l. 5. πολίχνιον, ὅπως φρούριον αὐτοῖς μὲν πρόβολον εἴη πολέμου, τοῖς δ' ἀντιπάλοις ἐπιτείχισμα. πρόβολον Græci dixerunt locum & munitione, & natura munitum, quò incurſantibus in fineis hoſtibus ſe recipere, atq; inde propugnare poſſent: ex quo autẽ ipſi procurrerent, ut hoſtes oppugnarent, atq; in eorum fines inſultarent, id ἐπιτείχισμα nominauerunt. Demoſthenes 1. Philip. ὡς χαλεπὸν πολεμεῖν ἐστὶν Ἀθηναίοις ἔχουσι τοιαῦτα ἐπιτειχίσματα τῆς αὐτοῦ χώρας. quo loco interpres, ἐπιτείχισμα τόπος ἰδιαὶ ὃς προκαταλαβόντες πολέμιοι ἐπιτειχίζουσιν εἰς τὸ ἐκεῖθεν αὐτοὺς ὁρμωμένους ἐπιτίθεσθαι τοῖς ἐχθροῖς. Hoc uno uerbo cum Tullius reddere non poſſet, duobus expoſuit: illud alterum receptaculum appellauit. ut Cæſar libro 2. Bel. ciuil. Magno ſibi eſſe præſidio poſſe, ſi pro caſtello, & receptaculo turrim ex latere ſub muro feciſſent: quam primò ad repentinos incurſus humilem paruamq; fecerunt. huc ſe referebant: hinc, ſi qua maior oppreſſerat uis, propugnabant. Magis tamen propriè propugnaculum nuncupari poſſet. ut pro Fonteio, Narbo Martius propugnaculum iſtis ipſis nationibus oppoſitum, & obiectum. ſed ad hunc locum non ſatis aptè conueniret. Oppugnandæ igitur conuenit, non Expugnandæ. 469 Circunſedet.) Circunſedeat, o. l. ueteres. 469 A prima ora Græciæ.) A primori Græcia, o. l. u. quod ita reijcio, ut tamen, quid tot libri ſentirent, teſtatum relinquere uoluerim. reijcio autem cum M. Tullij auctoritate permotus, qui in epiſt. ad Caßium de eadem re non alio modo, ſed iiſdem penè uerbis: A prima enim, inquit, ora Græciæ uſq; ad Aegyptum optimorum ciuium imperijs muniti erimus & copijs. tum uerò quòd extra unum Catonem, qui Primorem partem dixit, reliqui auctores (de locupletibus loquor) hoc non ut ſingulare uocabulum, ſed ut multitudinis extulerunt.

469 Niſi incredibilis uis, ac diuina uirtus Cæſaris, furentis hominis conatum. c.) Sic o. l. u. Niſi incredibilis, ac diuina uirtus, furentis. c. & præclarè: ſiquidem his uerbis Brutum deſcribit, non Cæſarem: cui non cum C. Antonio, ſed cum M. negocium erat. 469 Vi ſolemus extrudere.) Vix, o. l. u. 470 At ne Bruto quidem.) Ac ne cum Bruti quidem, o. l. u. ego ſequor impreſſos: non enim ſententia Ciceronis eſt, uel potius eorum, qui Ciceroni reſiſtebant, nihil fuiſſe C. Antonio cum Bruti exercitu: ſed Bruto nihil fuiſſe cum Vatinij legionibus, atq; prouincia: qui tamen in Illyricum profectus ſit alienam prouinciam: eamq;, atq; eius exercitum occuparit. 470 Alter uerò.) Verò, à l. u. abeſt. 470 Summo Hortenſij ſtudio.) Q. Hortenſij, o. l. u. 470 Dignumq; & ipſo, & maioribus ſuis.) Eius, pro Suis, o. l. u. 471 Qui decimo anno iurè laudatus.) Qui & antea iurè laudatus, o. l. u. perſpicuè rectum. 471 Noſtri equitatus.) Noſter, Lang. & cæteri ferè. 471 Tamen eiuſdem moderationem.) Idem, pro Eiuſdem, o. l. u. et Mirantur, non Mirentur. 471 Suſpectũ eſt nomen.) Suſpectũ nomen eſt, omnes l. u. 471 Aequius D. tamen Bruto irati ſunt omnes.) Sic Lang. Etſi enim Brutorum cõmune factum, et laudis ſocietas, hæ tamen Bruto irationes hi. Liber uerò Ioannis Scalæ uiri doctißimi hoc modo, Laudis ſocietas æquant Brutorum actiones ij qui. c. Ego (ut te non præterit) ſic emendarã, Etſi eſt enim Brutorum cõmune factum, & laudis ſocietas æqua: D. tamen Bruto iratiores hi, qui. Id autẽ fecimus iis rationibus adducti: primùm quòd Cicero, cum probare uellet, nomẽ M. Bruti non magis ſuſpectũ fuiſſe ueteranis, quàm D. id nõ hoc argumento mihi uidebatur confirmare uoluiſſe, quòd æquius D. erant irati: quod leue & nugatorium eſt: ſiquidem non ſi quis alteri ſuccenſet æquius, is illi continuò uehementius ſuccenſet: ſed eò quòd omnino erãt iratiores D. quàm Bruto: qui tamen cum reip. cauſa ad eum liberandũ ſint profecti, eadem de cauſa eo minus exercitum M. ſuſpicere debeant: quò magis illi, quàm huic ſuccenſeant. Deinde quòd articulus ille Laudis ſocietas, quodammodo claudicare uidebatur. Quam ſententiam nunc eo magis affirmamus, quòd unum atq; alterum librum hinc ſentientem inuenimus. 472 Obſidione Brutus liberetur.) Obſidione D. Brutus, o. l. u. 472 Amicior cauſæ poteſt inueniri.) Amicior cauſæ quiſquã inueniri poteſt, quàm filius, o. l. u.

472 Id in eorum libertatem contulit.) O. l. u. Id in eorum libertatem defendendam. c. 473 Sed proſpicere reip.) Se proſpicere reip. nonnulli u. l. quod probo.

473 Amplecteretur uirtutes.) Virtutem, o l. u. quod placet. 473 Nemo eſt præter ueteranos milites uir.) Hoc extremum uerbum à l. u. abeſt. 473 Quos quidem libertatis adiutores.) Quos quidem uos libertatis. c.

473 Mentes

473 *Mentes huius ordinis gubernantur.*) Huius men tes ordinis gubernabuntur: *omniaq́; ad eorum uoluntatem noſtra dicta, factaq́; referentur*, o. l. u. 473 *Omnis eſt miſera ſeruitus.*) Omnis eſt enim. e. Omnes l. u.

473 *Vitæ periculo decernendum eſt.*) Decertandum eſt, omnes l. u. 473 Omnes enim nationes.) Enim, *meo quidem iudicio superuacaneum eſt, & à plериſq; l. u. abeſt.* 474 *Atq; dignitatem referamus.*) Atq; l. u. non *probant ſed* Et, *quibus aſſentior.* 474 Quod ſi *immortalitas conſequeretur præſentis periculi fuga.*) Fugam, *magis arridet: ut illud in* 1. *Phil.* Libertatem *pax conſequebatur.* & lib. 1. de Nat. deor. *Aut non omne, quod ortum ſit, mortalitas conſequatur.* & *de ſenectute*: Non *eſſe lugendam mortem cenſet, quam immortalitas conſequatur.* Iam *in l. u. Præſentis, non reperitur.* 474 *Tamen eo magis ea fugienda eſſe uideretur.*) *Sic* o. l. u. Non *tamen eo magis ea fugienda uideretur, quòd diuturnior, quod probo: ut ſit argumentum ex maiore ductum. ſi mors fugienda non eſſet, etiam ſi nos huius periculi fuga immortalitas eſſet exceptura, propterea quòd diuturnior ſeruitus eſſet: quanto magis, ne ſeruiamus, id nunc facere debemus: qui & ſi euaſerimus ex hoc periculo, tamē non habeamus exploratum, nos ad ueſperum eſſe uicturos: præſertim cum* & Romana *uirtute digna facturi ſimus, & uitam cum amoris in patriam gloria commutaturi.* 474 *Veteraniśq; primi.*) Veterani qui primi, *nonnulli u. l.*

474 *Vnus eſt omnium hoſtis.*) Vnus omnium eſt hoſtis, o. l. u. 474 *Chariſſimū reip. ciuem.*) P. R. ciuem, o. l. u. *ut illud in* 6. *Sed redeo ad amores deliciasq́; ueſtras* L. Antonium. 474 Qui ob eam cauſam.) Quid ſi, o. *l. u. quorū conſenſus fecit, ut emendandum putarem*, Qui *quaſi. ut hoc eſſet illi ſimile, quod eſt in* 2. *accuſ.* Qui *quaſi de induſtria in odiū, offenſionemq́; populi* Ro. *irruere uideantur.* 474 *Saxas, & Caphones.*) *Saxa captans*, Lang. & *cæteri ferè. Sc. Saxa*, Capho. *quem ſequor.*

475 *Cum uideant minos.*) Cum *uideant ſe minos*, o. *l. u.* 475 *In illius uiri conſilijs, atq; factis nec nimium, nec parum unquam fuit.*) *Sic* o. *l. u. In illius uiri conſilijs, atq; factis nihil nec nimium, nec parum fuit unquā* Quod *ualde placet.* 475 Ad XIII Cal.) Ad XIII Kal. Ian. *omnes l. u. perſpicuè rectum.* 575 *Adiungendusq́; eſt* Qu. Hortenſius.) Que, *ab* o. *l. u. abeſt.* 475 Nam de Apuleio.) De M. Apuleio, *o. l. u.* 475 Quod Panſa cos.) Quod C. Panſa cos. *omnes l. u. quod placet.*

475 A Q. Cæpione Bruto Procos.) Hunc *locum non attigiſſem, niſi in quorundam libris pro* Q. M. *repoſitum uidiſſem. quod ab ijs factū his de cauſis exiſtimo. primum quòd hunc ſcriptores ferè* M. *non* Q. *nominent. deinde* Appiani *uerbis adducti, ijs quæ infra ſcripſi.* μάρκον τε βροῦτον καὶ κάσσιον. *ſed* Appianus (*pace eius dixerim*) & *ipſe propter ignorationem* Romanorū *moris à ueritate aberrauit: & illos, qui eum ducem ſecuti ſunt, in eundem duxit errorem.* Non *enim* Bruti *hoc propriū cognomen, ſed commune gentis Seruiliæ fuit: qua familia Bruti mater orta eſt.* Ex *quo licet conijcere, hunc* M. *Brutum à* Q. *Seruilio* Cæpione *Seruiliæ matris fratre* Germano *adoptatum fuiſſe adoptionem autem, ut pecuniæ, ſic nominis hereditatem ſecutam.* Moris *autem* Romanorum *fuit, ut ij, qui adoptabantur, in omnia patris adoptiui nomina uenirent: genus autem patris naturalis oſtenderent aut nomine gentis, aut cognomine: ſi nomine, ut illud producerent, ut ab Aemilio Aemilianus: ſi cognomine, nihil immutarent.* Exempli *gratia*, M. *Iunius* Brutus *à* Q. *Seruilio* Cæpione *adoptatur.* Iunius *nomen eſt*, Brutus *cognomen.* Vt *igitur hunc iudicio patrē ſignificaret: prænomen, nomen, cognomen aſſumebat hoc modo*, Q. *Seruilius* Cæpio *finge illum* Numidicum *appellatū eſſe: id quoq; aſſumebat.* Natura *uerò patrem ſi nomine, ſic* Qu. *Seruilius* Cæpio Numidicus *Iunianus: ſi cognomine, ſic* Q. *Seruilius* Cæpio Numidicus Brutus: *ſi is qui in adoptionem mancipatus erat, aliquod ſibi cognomen inuenerat, id quoq; non deponebatur.* Id *apparet apud* Varronem: Atticus *inquit, qui nunc* T. Pomponius, *nūc* Q. Cæcilius *cognomine eodem.* Quod *ad cognomen gentis attinet, uidemus apud* Cælium *in ep. Scribendo affuerunt* L. Domitius Cn. F. Aenobarbus, Q. Cæcilius Q. F. Metellus Pius Scipio. *Hic autem* P. Cornelius Scipio *à* Q. Cæcilio Metello Pio, *ut* Dion *tradit, adoptatus eſt.* De *nomine* L. Florus *indicat*, P. Cornelius Africanus Scipio Aemilianus, L: *Aemilij Pauli filius, Africani nepos adoptiuus.* Vt *autē hoc omni aſſeueratione affirmem, facit argenteū numiſma uetuſtiſſimum, quod in manus uenit beneficio* Bernardini Maffei, *adoleſcentis cùm cæteris optimis ſtudijs, atq; artibus perpoliti, tum in hoc genere multū exercitati atq; uerſati: in quo ex una parte hoc erat inſcriptū*, L. SEST. PRO Q. *ex altera*, Q. CAEPIO BRVTVS PROCOS. *ut in dubiū uenire nō poſſit, quin hi libri ſine mendo ſint, ut illi ad Att. mendoſi*, C. Capio Brutus. 476 *Incolumemq́; ſeruet.*) Cōſeruet, *omnes l. u.* 476 Pecuniasq́;.) *Sic l. u. in quibus* Lang. Exigatq́; *à quibus uideatur, ut fortaſſe pro* Mutuas *reponendum ſit* Mutuam. *nam uidetur abſurdum; cum ſuprà dixerit* Pecuniam, *poſtea inculcare* Pecunias. 476 Proximè Italiam ſit.) Proximè *in Italia*, o. l. u. *quod tamen reijcio.* 476 Cumq́; literis Qu. Cæpionis.) *Cumq́; ex literis*, Lang. & *cæteri ferè.*

476 *Macedoniam prouinciam.*) Prouinciam Macedoniam, o. l. u. 476 Quoad ex S. C.) Quoad et ex S. C. o. l. u. 477 *Arma ceperunt.*) Sumpſerunt, Lang. *cæteri ferè* Ceperūt, *quos ſequor.* 477 *Eae tergeminum in ſcelere par.*) Eae *tibi geminum*, o l. u. *atq; hoc loco* Geminum *ualet* Simile: *pro quo non à* Budæo *repoſitū fuiſſe* Germanum: *ut in partitionibus, librorum ueterum auctoritatem nihil ueritus, ut in* Piſonem *fecerat: magna admiratione ſum affectus.* Vt *id autem auderet, fecit ea ratio, quòd hæc uox* ἀδελφὸν *ſonat & fratrem germanum, & ſimile. quaſi uerò aut ita omnino neceſſe Latinis eſſet, ut quoniam duas res illi uerbo Græci ſubijciunt, hi Germani quoq; nomen in iſtis duabus ſententijs ponerent: aut Geminum nō ſimile ſignificet. Imò uerò noſtri melius, quàm Græci: qui cum neminem propè fratrem alterum alteri ſimilem uiderent, geminos autem ferè ſimillimos: omnia ſimilia eodem uerbo notauerunt.* Quod *ſi doceo, uir ille doctiſſimus nihil cauſæ profectò dicet, quin* M. Tullium *deprauarit: atq; ut ei Ciceronis exempla condonem, qui hoc uocabulum in hanc ſententiam crebrò uſurpat.* Var. 2. l. *de Anal.* Theona & Diona, *quos dicunt eſſe penè ipſi geminos, inueniuntur eſſe diſſimiles.* & *ibidem, Si à ſimilibus nominibus ſimilia eſſe debent, dicemus, quoniam gemina ſunt* Parma, Alba, Roma. & *in* 2. *Itaq; gemina facie, negamus eſſe ſimilia: ſi ſapore ſunt alio.* & *in* 3. Qui *plura habent eadem, dicuntur ſimiliores: qui proximè accedunt ad id, ut omnia habeant eadem, uocantur gemini ſimillimi.*

millium. Pacuuius, Par fortitudo, gemina confidentia. Sic Horatius, hac in re ſcilicet una Multum diſsimiles, ad cætera penè gemelli. & alibi, —par nobile fratrum Nequitia, & nugis, prauorum & amore gemellum. Hoc amplius adijcio, ſub uoce Germani eam notionem non ſubeſſe, quam ipſe tradat: ſed Germanum eſſe Proprium quodammodo, merum, uerum. ſic Plautus dicit, cuidam inditum fuiſſe nomen Theſaurochryſonicochrydes, qui Theodoromedes fuerit germano nomine. ſic Germanam illuuiem, gerras germanas, germanam Græciam appellat. Eodem modo M. Tullius Germanam Ironiam, patriam, iuſtitiam, germanum negociatorem, Metellū, Atticum, Campanos, magiſtros huius artis germanos uſurpat. Ex quo in Acad. ubi etiam in impreſsis, Grauiſsimus ſtoicus, ſcriptum eſt: non Germaniſsimus ſtoicis Antiochus, ſed Germaniſsimus ſtoicus, l. antiquis auctoribus, non ſolum conſuetudine Latini ſermonis ita præſcribente. Et in Orat. Cum mutila quædam, & hiantia locuti ſunt: germanos ſe putant eſſe Thucydidas, ut ſcriptum eſt in l. antiquis, non Thucydidis, ut in impreſsis. Sed ad rem. Non me præterit, Tri & Ter præpoſita uerbis, eorum uim augere: ſcripturam tamen ueterem ueram & germanam arbitror.

477 Quæ iam Romæ ſuſcepta. c.) Sic o.l. quæ Romæ iam ſuſcepta arbitrabatur à ſocio furoris ſui optimè.

477 Omnes qui liberè. c.) Omnes, à l.o. antiquis abeſt. 477 Statuit ille quidem c.) Sic liber unus, atq; alter: in queis Lang. Statuit ille tamen non inimicos, ſed hoſtes: maiora tamen in nos. c. cæteros ſequor.

477 Quàm in hoſtem ſupplicia meditatur.) Minitatur, Lang ego cæteris aſſentior. 477 Tormentum, atq; cruciatū.) Tormenta, atq; cruciatū placet.

477 In beneficij partem numeretur.) In beneficij parte, o.l.u. pro quibus etiam conſuetudo ſermonis Latini, & numeri ratio facit. 477 Eo maiore ſtudio.) Eo maiore omine, ſtudioq;. Sc. liber Lang. & alij nonnulli, Maiore animo, ſtudioq;. quod probo. 478 Et diripere.) Ac diripere, o.l.u. 478 Alter in Aſiam irrupit curſim: ut in Syriam patebat. c.) Sic Lang. Curſim uti Syriam petebat. Scal. Curſim ut in Syriam petebat. nonnulli, Curſum ut in Syriam patebat: qui aliud mihi, ac Cicero ſenſit, loqui uidentur: qui hoc, meo quidem animo, uoluit dicere, Nihil fuiſſe, cur Dolabella irrumperet in Aſiam: cum uia pateret in Syriam: ut interdū ueniat in mentem ſuſpicari, ſic M. Tullium ſcriptum reliquiſſe, Alter in Aſiam irrupit. cur ſic? cui in Syriam patebat uia certa, neq; longa. Quid opus fuit cum legione? Vt hæc ſit ſententia, duo feciſſe Dolabellam, quæ nihil attinuerit facere. alterū quòd irruptionem fecerit in Aſiam, cum uia pateret in Syriam: alterum quòd cum exercitu irruperit, cum iter per prouinciam Procos. amici, & neceſſarij facturus eſſet. ex quo uult intelligi, eum meditatū, & præceptis Antonij inſtructum, id facinus conſciuiſſe. 478 Præmiſſo Marſo neſcio quo Octauio.) Sic omnes l. u. præmiſſo Mario Qu. Octauio. Recentiores cum impreſsis faciunt: quos ut ſequar, l. IIII Appianus facit, cuius uerba ſubſcripſi. [illegible] [illegible] Quem autem Marſum Appianus, eum Dion Octauium nominat. Nihil igitur immutandum eſt. 478 In nulla ſuſpicione.) In, à l. u. abeſt. 478 Complexuſq; ſummæ beneuolentiæ.) In his uerbis M. Tullium non agnoſco: nam primum me illud mouet, quòd cætera diſſolute elata ſunt, hoc unum membrum coniunctione copulatum eſt. deinde cōſequenti non ſatis aptè atq; ſcitè connexum. deinde uerbum illud, Summæ, inaniter inculcatum uidetur. Quid, ſi ſic emendemus? Complexus qui ſunt uerē, id eſt ueræ beneuolentiæ. Cætera eodem modo: ſic enim nihil eſſet inane: contraria contrarijs referrentur: omnia membra diſſolutione relaxarentur: hoc, & proximum inter ſe cum quodam lepôre cohærerent. Cum tamen o.l. contrà faciant, pronunciemus amplius. 478 Qui nocturnus introitus in Smyrnam?) Sic o. l. u. Nocturnus introitus Smyrnam, abſq; In, & Qui. quod placet. hoc amplius Lang. quòd Zmyrnam, non Smyrnam. quod tamen refellit Priſcianus: Græci quoq; [illegible] ſcribunt. 478 Ne nimis credo in uictorijs liberalis.) In uictoria, o.l.u.

479 Poſt autem ceruicibus caput abſcidit.) Poſt à ceruicibus, o l.u. ut illud, Tunicam à pectore abſcidit

479 Cum hoſte hoc bellandum) Cum hoc hoſte bellandum eſt, o.l.u. 479 Cuius teterrima crudelitate.) A cuius. c. o. l. u. non placet. 479 Iugum impiorum nefarium.) Iugum impium, nefarium: omnes ferè l. u. ut ſint duo, [illegible] quæ uocātur: uel Impium pro Impiorum. nonnulli iugum nefariū tantummodo: ut ualde ſuſpicer, ne Impium ſit gloſſema. recentiores tamen, Impiorum, habent. Illud notatione non indignū eſt, hic Iugum dixiſſe: quod in principio orationis, Par appellauit, more Græcorū, qui [illegible] in iugo, & pari ponunt. quod Latini quoq; uſurpant, ut Plinius, qui dixit Aquilarum iugum.

479 Miſeram quidem illam.) Miſeram illam quidem, o.l.u. 479 Ferendum modicè, ſi aduenerit.) Ferendum modicè eſſe, ſi euenerit, o.l.u. quod placet. 479 At Dolabella.) Ac Dolabella, o. l. u. quod meo quidem iudicio rectum eſt. 480 Crudelitatē exercuerit.) Exacuerit, o. l. u. ego tamen ſequor impreſſos. Ita locutus eſt in Ver. Quæ erat libido crudelitatis exercendæ. In ſuperatos uictoriam exercendam, in ep. ad Brutum dixit. 480 At in eis corpore lacerando.) Eodem modo ſcripti, ut impreſsi l. ego ſic arbitror emendandum, Ac in eius corpore lacerando atq; uexando cum animum ſatiare non poſſet, oculos pauerit ſuos. Hoc enim membrum ex ſuperiori mihi uidetur aptum. 480 Solemus dicere.) Dicere ſolemus, o.l.u. 480 Nec grauiora uerè ſunt) Nec uerò grauiora ſunt, Lang. quem probo. 480 Quid in ciue de Dolabella iudicandum eſt?) Quid in ciue Dolabella iudicandum eſt? o.l.u. ego, Iudicandus eſt. ex ſe intelligitur. 480 Sit ſemper lætatus.) Semper ipſe lætatus, o l u.

481 At uidetis quot, & quàm multos.) Quos, l.u. rectè. 481 Petere eum conſulatum.) Eum petere conſulatum, multo concinnius, & .o.l.u. 481 Ille homo ſummo ingenio.) Ille, ab o.l.u. abeſt. 481 Ex ædilitate conſulatum petit.) Sic o.l.u. Ex ædilitate ad conſulatum: ſoluatur legibus, c. quod ualde placet: eſt enim præciſio: ſic autem perfectum eſſet, Ex ædilitate aſcendere conatur ad conſulatum: uel quid eiuſmodi. in quo gradus honorum non ſeruabat: nam cùm primus honoris gradus erat Quæſtura, ſecundus Tribunatus pl. deinde Aedilitas, pòſt Prætura, extremo loco conſulatus: hic omiſſa Prætura, Conſul

fieri

fieri uolebat. Quod erat ita extraordinarium, ut C. Cæſar æqualis ille Sulpicij idem cum tentaſſet, cauſa belli ciuilis fuerit. Declarat Aſconius, cuius uerba ſubſcripſi, C. Cæſar Aedilitius quidem occiſus eſt, ſed tantum in ciuitate potuit, ut cauſa belli ciuilis contentio eius cum Sulpicio Trib. pleb. fuerit: nam & ſperabat, & id agebat Cæſar ut omiſſa Prætura Conſul fieret: cui cum primis temporibus iure Sulpicius reſiſteret, poſtea nimia contentione ad ferrum & ad arma proceſsit. De hac re Cicero in Bruto, In tribunatu primùm contra C. Iulij illam Conſulatus petitionem extraordinariã, ueram cauſam agens eſt probatus: & eo magis, quòd eandem cauſam cum ageret eius collega, ille ipſe Sulpicius. Et de Reſp. Ar. Sulpicium ab optima cauſa profectum, C. q; Iulio conſulatum contra leges petenti reſiſtentẽ longius, quàm uoluit, popularis aura prouexit. Eſt in libro mendum. nam pro C. Iulio, C. Thuſcio ſcriptum eſt. Hinc intelligi poteſt, hoc contra leges maximeq; extraordinariũ fuiſſe. 482 A qua cum ſit alieniſsimus.) Sic nonnulli s. l. à qua cum ſit alienus, ſuo capiti nobis dominetur. Qui mea quidẽ ſententia tum erunt planè emendati, ſi ex Dominetur primam literam detraxeris: quod enim dixerat, Caſtrorũ antea metator, nunc, ut, ſperat, urbis: idcirco ut hoc omen auerteret, optaretq; ut in ipſum Saxam recideret, huic ſubiunxit, Suo capiti nobis ſaluis ominetur. ut Cel. Te ad 9 Cal. Iun. ſubroſtrarij, quod illorum capiti ſit, diſsiparant perijſſe. Et Plaut. in Pœn. Et Mars iratus eſt. Ly. ueſtro capiti iſtuc quidem. Et M. Tullius ad Att. Multa inquam mala cum dixiſſet, ſuo capiti, ut aiunt. c. & in Bruto: Sic Hortenſij uox extincta fato ſuo eſt, noſtra publico. Melius quæſo ominare, inquit Brutus. 482 Aliquorũ nutriculas prædiorum.) Reliquorum, o. l. u. perſpicuè rectum.

482 Contenti eſſent.) Contenti eſſe poſſent, o. l. u.

482 Collegas Antoniorum.) Antonij, o. l. u.

482 Pro alieno ſe ære deuouit. emptor tamen in ea auctione inuentus eſt nemo. O hominem ridiculũ.) Sic o. l. u. Pro alieno ſe ære deuouit emptori. hominem ridiculum. Quod ſummopere placet. facetè autem dixit, Decius pro alieno ſe ære deuouit emptori, in carmen intuens, quo Decij uſi erant in deuotione ſui: in quo hoc erat in extremo, Sicut uerbis nuncupaui, ita pro rep. Quiritiũ, exercitu, legionibus, auxilijs populi R. Quiritium, legiones, auxiliaq; hoſtium mecum dijs manibus telluriq; deuoueo.

482 Putare poſſe.) Putet poſſe, cum uendat, o. l. u.

482 Quàm multæ uidentur furiæ debitorum.) Aſſentior Vbaldino, qui hunc locum ita correxit, Quem ultæ uidentur furiæ debitorum. 482 Vindices enim tabularum nouarũ.) Eodem modo ſcripti. Ego tamen non dubito quin Vindicis ſit emendãdum: ſiquidem non ſeipſum M. Tullius his uerbis deſcribit, ſed Trebelliũ: idemq; hoc loco, quod in 6. ſignificat, Nam Trebellium ualde iam diligit: oderat tum, cum ille tabulis nouis aduerſabatur. iam fert in oculis, poſtquam ipſum Trebellium uidit ſine tabulis nouis ſaluum eſſe non poſſe. Nam Dolabellæ legem ferenti de nouis tabulis, Trebellius acerrimè reſtiterat, creditoresq; defenderat: poſtea ſe ære alieno ſic obruerat, ut tabula, ut mos erat, prolata ſit, bonaq; eius auctione uenierint. Ludit igitur in tabulis nouis, et auctionarijs. Ex hoc etiam liquet cur dixerit, Trebellium ultæ uidentur furiæ debitorũ. 482 Qui præſtantiſsimos ciues Aquila, Pollentia expulit.) Sic L. Lang. Qui potẽtiſsimos ciues cum Aquilæ potentia expulit. pleriq; ſic, Ciues ciuis Aquilæ potẽtia expulit. Ego ſic emendandũ arbitror, Quem præſtantiſsimus ciuis Aquila potentia expulit. Et ne temerè, non modò audacter feciſſe uideamur, ſcribit Dion Pontium Aquilam unũ ex tyrannicidis prælio decertaſſe cum T. Munatio Planco, eumq; ſuperaſſe. ſed ipſius uerba ſubijciamus: [illegible] [illegible] [illegible]. Hanc autem rem, eundemq; hominem nunc à Cicerone deſignari, ex 13. Philip. apparet. Illud tamen uerum, quod in hoc Planco prouerbij loco dici ſolet, perire eum non poſſe, niſi et crura fracta eſſent. fracta ſunt, & uiuit. Hoc tamen, ut alia multa, Aquilæ fertur acceptum. Quod ad Pollentia attinet: omnes l. u. Potentia. Quid uerum ſit diuinandum. Potentia certè oppidum non longè abeſt à Polentia. indicat Plinius, Ab altero, inquit, latere ad Padum amnem Italiæ ditiſſimum, omnia nobilibus oppidis nitent, Libarna, Dertona, Colonia, Trira, Barderatæ, Induſtria, Pollentia, Carrea, quod Potentia cognominatur. 483 Lyſidicũ ipſum in Græco uerbo. c.) In, prepoſitio à nonnullis u. l. abeſt. quod placet. ut de Legibus l. 1. A cuius amore Græco uerbo philoſophia nomẽ inuenit. 483 Qui omnia iura diſſoluit.) Pro Qui, Quoniam, o. l. u. 483 Bona eius. c.) Eius, ab o. l. n. abeſt. 484 Scipioni P. fratri.) Sic o. l. u. cum L. Scipioni P. F. Aſia obueniſſet. Publij filio. ſ. nõ fratri. Res perſpicua. 484 Geſta, & conſumata ſunt: aut quàm Pyrrhi.) Sic o. l. n. Geſta ſunt, quàm Pyrrhi. Et rectè: ſiquidem nunquã id uerbum, Conſumare ſcilicet, neq; ſuperior, quod ſciam, neq; Ciceronis ætas uſurpauit: quod inferior poſtea triuit. Nam in procemio de offic. Quæ de officijs tradita ab illis, & præcepta ſunt, & conſumata: hæc extrema à l. u. abſunt: ut in dubium uenire non poſsit, quin de libris tollendum ſit. 484 Ipſe ſibi delegit.) Sibi ipſe delegit, o. l. u. 484 Mulctam populus Romanus.) Romanus, à l. u. abeſt. rectè. 484 Anno antea.) Antè, o. l. u. apertè uerum. 484 Itaq; populus.) Ita, o l. u.

485 Nega uerò. ſuffragio meo, tanquam comitijs hominis honorẽ amiciſsimo denegauero.) Sic o. l. u. Videbor ſuffragio meo tanquam comitijs honorem hominis amiciſſimo denegauiſſe. recentiores tamen ferè ab impreſſis faciunt. 485 Tabula modò noua detur.) Modò tabella detur, tres l. u. in queis Lang. quod placet. 485 Cæſari adoleſcentulo.) C. Cæſari adoleſcenti, o. l. u. quod placet.

485 Qui illius auctoritatem, imperium.) Qui illius imperium auctoritatem l. Lang. & alij nonnulli.

485 Imperium Cæſari belli neceſsitas. c.) Sic o. l. u. Cæſari bellum neceſsitas. faſces ſenatus dedit. & præclarè & apertè. 486 A repub. peſtiferi ciues.) A P. R omnes libri u. 486 Ego uerò mentionem prouinciarum.) Ego uerò mentionem omnino prouinciarũ, o. l. u. quod ualde placet. 486 Quos omnes ad Mutinam intenderes. c.) Quo omnes, Lang. cæteris aſſentior.

487 Iſtud tuum præſtantiſsimum.) Tuum iſtuc præſtantiſsimum, o. l. u. 487 Intereſſe putaſſes tua.) Tua putaſſes, o. l. u. 487 Vehementius eo tibi.) Eo uehementius tibi, o. l. u. 487 Quod cœlo delapſum.) De cœlo delapſum, Lang. Et alij nonnulli u. l. ut illud de fin. bon. et mal. Seruata illa, quæ quaſi delapſa de cœlo eſt ad cognitionem omnium, regula. Quòd autem ſequitur, Cuſtodijs cõtinetur, Lang. Tenetur. ut Liuius, Signoq; quod

imperij pignus cuſtodia eius templi tenetur. Alterũ tamen non abhorret à conſuetudine loquendi. Cum illæ tabulæ priuatæ cuſtodiis cõtinerentur. pro Syl. 488 Hunc uel in cœlũ, ſi fieri poterit, noſtris humeris extollemus.) Hũc in cœlum ſi nos fieri poterit humeris noſtris tollemus, Lang. Sic ego, Tunc in cœlum nos, ſi fieri poterit, humeris noſtris tollemus. 488 * Aut M. Brutus, aut C. Caſſius, aut uterq;.) Hoc tantũ nonnulli u. l. in queis Lang. diſcrepant ab impreſſis, quòd ordinem nonnihil commutant hoc modo, Aut C. Caſſius, aut M. Brutus. cætera eodem modo. Locus ſine dubio mendoſus: neq; enim ſuperior ſcriptura cum inferiori cohæret, et longè aliud loqui mihi uidetur, ac ſentiat Cicero, cuius hæc, mea quidẽ ſententia, mens eſt, hoc conſiliũ, ut ad Caſſium hoc bellũ deferat, Brutum autẽ uerbo excludat à negocio, re uera iudicium eius liberũ atq; integrũ relinquat: ut ita fortaſſe corrigendum ſit, Aut C. Caſſiũ, aut M. Brutum, aut utrunq; decernerem planè: ſicut multi conſulẽ alterum ambóſue: nã enim cum dixiſſet, Expedito nobis homine & parato P. C. opus eſt, & quæ ſequuntur: deinde ſubiunxiſſet, Quis igitur is eſt? ſi id quod diximus, ſententia ſua cõplecti atq; efficere uolebat, id quod profectò uolebat: non ei reſpondendum fuit, C. Caſſius, & M. Brutus, ſed aut C. Caſſium, aut M. Brutum, aut utrunq; decernerem planè, ſicut multi conſulem. c. ſic enim & uni Caſſio decernebat imperium, & aſſequebatur, ut Bruti iudicium eſſet, quid ex dignitate ſua, exq; rep. uideretur eſſe. Sed nihil affirmo: tantum opinionem meam teſtatam relinquere uolo. illud omni aſſeueratione affirmo, libros eſſe deprauatos, nec eorum uerbis ſenſa Ciceronis exprimi. 488 Colligaſſemus in Græciam.) In Græcia, o. l. u. quod ualde placet. Dixit autem, Colligaſſemus in Græcia, propter S. C. quo ſenatus ei prouinciam Macedoniam, Illyricum, cunctamq; Græciam decreuerat, mandaueratq; ut cum ſuis copijs quàm proximè Italiam eſſet. 488 Non ut ex ea acie auxilium haberemus.) Non ut ex ea acie reſpectum haberemus, o. l. u. Hinc exiſtimari poteſt, quàm ſint omnia deprauata atq; peruerſa: nec tamẽ miratus ſum, quũ uiderim in u. l. de Leg. ex Deniceales, Delphica lex eſſe factum, Nec uerò tam Delphica lex quæ à nece appellatæ ſunt. Deniceales feriæ, inquit Sex. Pompeius, colebantur, cum hominis mortui cauſa familia purgabatur. Græci enim [illegible] mortuum dicunt. In ep. uerò ad Qu. Fratrem: Diribitis in Diruptis, Is diruptis tabellis de circulo ſe ſubduxit. In Piſ. Diribeantur in Deripiãtur, Dum de te quinque & ſeptuaginta tabellæ diripiantur. Pro Planc. Diribitio in Direptio, Nihil eſt iam quòd populo ſupplicetur, nihil quòd direptio. e. Apud Var. l. 3. de re Ruſt. Diribentur in Dirimuntur, Dum derimuntur, inquit, ſuffragia. Et alibi Diriberet in Decumberet eſſe mutatum, Narrat, ad tabulam cum decumberet. Diribere autẽ ualet Diſtribuere. unde Diribitoriũ, locus ubi recenſebatur exercitus, ſtipendiumq; militibus numerabatur: & Diribitores non Diuiſores qui appellabantur, ut tradit Hermolaus: ſed, meo quidem iudicio, qui ſuffragia lata diribebant, numerumq; inibant tabellarum: quæ, ſi de reo iudicabatur, cenſebant abſoluendum, aut ampliandũ, aut condemnandum: ſi lex ferebatur, quæ antiquabãt aut iubebant: ſi magiſtratus creabantur, quæ mandabant honorem, aut denegabãt. Quo facto facilè erat uidere, candidatus honorem obtinuiſſet, an repulſam tuliſſet. lex antiquata, an accepta: reus eſſet abſolutus, ab condemnatus, an cauſa prolata. Sed quid hæc ego? quæ tamen habent inter ſe aliquã ſimilitudinem: & eiuſmodi ſexcenta, ſi id ageretur, proferre poſſem. Illud nónne portenti ſimile eſt, quòd in Catil. or. 2. Miſerum abiji in Timidũ? Et erunt qui illum, ſi hoc fecerit, non improbum, ſed timidum. cum Miſerum reponendum ſit, niſi Priſciano & Pediano fidem penitus abrogamus. Et illud alterũ apud Var. l. 1. de re Ruſt. in pingui rectius quæ ſucci ſunt maioris. Pro Succi, libri ueteres ibi. ego, Cibi repoſuerã, coniectura ductus: quod poſtea mihi comprobauit Plinius, qui hunc locum totidem uerbis, ut dicitur, in 18. l. tranſtulit. Sed ad rem. omnino l. u. mendo non uacant, ſed tamen propius, ut opinor, accedunt ad ueritatem. Quid ſi ſic emendemus? Non ut eò ex acie reſpectum haberemus. Nam quod Græcè [illegible], id Latinè, mea quidem ſententia, uel conijcere, uel referre oculos in aliquem, uel ad aliquem reſpectũ habere dicitur. Id autem ſignificat, in quopiam omnẽ ſpem reponere ſuarum rerum. Xen. l. 4. [illegible Greek] Lucianus, [illegible Greek] Cicero de Am. Nec enim melior uir fuit Africano quiſquam, nec clarior. ſed exiſtimare debes omnium oculos in te eſſe coniectos. Et Virg. l. 12. —in te ora Latini, In te oculos referunt. M. Tul. Phil. 5. Itaq; cum reſpectum ad ſenatum, et ad bonos non haberet. Et l. 42. Cum cæterorum id intereſſe, tum præcipuè Rhodiorũ, qui plus inter alias ciuitates dignitate atq; opibus excellunt. quæ ſeruas atque obnoxias fore, ſi nullus aliò ſit, quàm ad Romanos reſpectus. Fit autem ferè, ut ij, qui nituntur alicuius auxilio, nimiſq; confidunt, fiant languidiores atq; remiſſiores, atq; ijs quiddã contingat, quod ſæpe uiatoribus euenit: ut cum iter contentum faciant, ſi fortè reſpexerint, obiecta oculis aliqua ſpecie, ſi non inſiſtant, at certè tardius ingrediantur. Ex quo illud ad Brutũ: Meus animus in acie eſt, nec reſpectum ullum quærit, niſi me utilitas ciuitatis fortè conuerterit. Et contra illud de Prou. conſ. Qui ſic ex illa iactatione curſuq; populari bene geſta repub. referunt aſpectum in curiam. Hæc igitur uerba hanc habebunt ſententiam, Brutum Græciæ præfecimus, decretoq; noſtro mandauimus, ut quàm proximè Italiam eſſet: non ut, eo reſpectum habentes, atq; in eo ponentes omnia, ſtudia hic noſtra remitteremus, nollemuſq; eos, qui ad Mutinam ſunt, qui in acie ſtant, non eniti, non omnia facere, ut Antonium à Mutina reijcerent: ſed ut nos, & illi ipſi multo alacrius, maioreq; animo, armis, equis, uiris D. Bruto ſubuenirent, cum ſubſidium etiam tranſmarinum ſibi paratum uiderent. 488 Tenet opinor Hellidem.) Lang. Hellidem. Gad. Bellidem. S. e. & cum eo plerią; Billidem. ego Plutarcho & Stephano auctoribus, Byllidem: quorum alter [illegible Greek]. Alter in uit. Bruti, & quidem hanc rem referens: [illegible Greek] At Ptolemæus, [illegible], inquit, [illegible Greek]. Sed hic uitiũ conuenire

Stepha-

Stephanus non poteſt, qui ciuitates ex ordine literarum digeſſit. Idem propè mendum apud Cæſarem eſt lib 3. bel. ciuil. pag. 163. Hos ſequuntur Bellidenſes atq; Amatini. ubi l. u. Billidenſes, ego Byllidenſes, atq; Amantini. & alio loco pagina 171. Qui commeatus Biblide atq; Mantinea importari in oppidum prohiberet. ego, Byllide atq; Amantia. 488 Vrget Oricum.) Illyricum, liber unus atq; alter: in queis Gad. quod probo: nam & proxima ſuperiori oratione oſtendit, Illyricum à C. Antonio eſſe tentatum: & hæc diſpoſitio ex ordine eſt, illa altera perturbata: ſiquidem cum oppidis prouinciam confundit.

489 Solet enim accipere ipſe manicas.) Ipſe accipere, omnes l. u. 489 Cum confeſtim ſuccurrendũ eſt.) Quibus pro Cum, omnes l. u. perſpicuè rectum eſt.

489 Neceſſe eſt enim in tanta concurſatione perturbationum, rerum. c.) Sic l. Lang. Neceſſe eſt enim in tanta conuerſione & perturbationum rerum. Ego ſic, Neceſſe eſt enim in tanta conuerſione & perturbatione omnium rerum. ut illud pro Flacco: Videtis in quo motu temporum, quanta in conuerſione rerum ac perturbatione uerſemur. Et pro Do. ſ. Cui nihil oberat præter conuerſionem ſtatus, & inclinationem communium temporum. Sententiam meam Bernardini Maphæi liber approbauit. Interductus igitur aliter apponendus eſt.

490 Vt ex ueſtra quoq; auctoritate firmetur.) Vt ea ueſtra quoq;. c. mihi magis placet. 490 Vt qui eam optimo iure.) Sic o. l. u. Vt quiq; optimo iure eam. Ego, Vti qui. c. 490 Eumq́; à Qu. Martio Criſpo proconſule, L. Scauro proconſule, A. prolectio.) Sic Lang. Eum atq; M. Criſpo procõ L. ſtatum murco procõs ab alieno. ego ſic, Eumq́; à Qu. Martio Criſpo procos. L. Statio Murco procos. A. Alieno. c. De iſs Dion l. 47. App. 4. Caſ. in ep. ad M. Tul. Paterculus l. 2. De Statio Murco etiam Cæſ. l. 3. belli ciuilis. 490 Naues, nautas, pecuniæ.) Pecuniam, o. l. u. 490 Cæteraq́; quæ ad bellũ gerendum.) Ad id bellum. c. o. l. u. 490 Prouinciam obtinebit cum. c.) Sic l. u. Prouinciã tum obtinebit. Sic igitur diſtinguendum ac ſcribendum eſt, Qui eam prouinciam tum obtinebit, cum C. Caſſius procos. in eam prouinciã uenerit. Regem. c. 490 Item ſi cæteri reges.) Itemq́; Lang. Sc. non nulli, Idemq́;. Lang. ſequor. 491 Animus ipſe quem uidetis.) Animus is eſt quem uidetis, o. l. u mihi uerò, ut dicam quod ſentio, Vidiſtis probatur, non Videtis, ut ad Idus Mart. referatur, quibus pulcherrimum illud facinus conſciuit, oſtenditq́; ciuibus ſuis quàm illorum rem uirili animo atq; præſenti egiſſet: & tempori tempus reſpondeat.

491 Fortes & conſtantes uiri.) Fortis & conſtantis uiri. & Siuiſſet pro Siuiſſent, pleriq; l. u. quos probo ut de C. Caſſio loquatur, non de Alieno, & Cæcilio Baſſo: eaq́; uerba ex ſuperioribus apta ſint. 491 Summaq́; uirtus.) Que, à pleriſq; lib. uet. abeſt. quod placet.

491 Quid dicam de patre?) De patre dicam? o. l. u. & procliuius currit oratio. 491 Sed etiam dux.) Verum etiam, o. l. u. 491 Quàm honoratè, quàm honorificè.) Ornatè, non Honoratè, o. l. u. quod placet. 491 Fuimus nuper ego. c.) Fuimus Impp. o. l. u. Imperatores. ſ. rectè. 492 Iudicauerit.) Iudicarit, Lang. & cæteri ferè.

492 Tanti eius in Syria nomen atq; Phœnicia.) Phœnice, o l. u & rectè: ſiquidem & Græci φοινίκην, & Latini Phœnicen appellauerunt. Varro de re Ruſt. l. 2. Cum exportauit per mare è Phœnice amans Europam. Et de lingua Lat. Europa ab Europa Agenoris filia, quam ex Phœnice Manlius ſcribit taurum exportaſſe. Cæſar lib. 3. bel. ciu. Magnam ex Aſia Cycladibusq́; inſulis Corcyra, Athenis, Ponto, Bithynia, Syria, Cilicia, Phœnice, et Aegypto claſſem coegerat. Quod ad primũ uerbum attinet, in eo congruunt omnes libri: ego tamen Tantũ pro Tanti reponendũ cenſeo, ut ſit illi ſimile pro Deiotaro, Quantum nomen eius fuerit, quantæ opes. c. 492 Cum Parthorum nobiliſſimos duces, magnas copias fudit.) Lang. Maximasq́; copias. c. quod ita magis placet. ut tamen non omnem quaſi ſuſpicionis ſcrupulũ mihi euellat ex animo: idem enim uerbum, Parthorum. ſ. in conſequenti membro ſine cauſa repetitum facit, ut non poſſim non ſuſpicari M. Tullium ita ſcriptum reliquiſſe, cum Pacorum nobiliſſimũ ducem, maximasq́; copias fudit: uel, quoniam cæteri libri non diſcrepant ab impreſſis, Cum Pacori nobiliſſimi ducis magnas copias fudit. Parthos autem duce Pacoro regis Orodis filio Euphratem tranſiſſe, fuſosq́; à Caſſio, cæſosq́; fuiſſe, etiam ex epiſtolis ad Att. apparet.

492 Populi Ro. nominis probra. c.) Romani nominis, nonnulli u l. quod placet. 493 Augere commodis debeo.) Cõmodis augere debeo, o. l u. 493 V II, & V I I I legio.) Nonnulli u. libri, V I pro V I I. quod probo: nam V I I quidẽ non quieuiſſe, ex oratione 14 licet intelligere.

493 Conſulem deſignatum obſederunt.) Obſident, o. l. u. perſpicuè rectum. 493 Huic urbi ferro, ignią; minitantur.) Eodem modo l. s. ut impreſſi. Plus tamẽ apud me ratio ualet, quæ mutari nullo modo poteſt, quàm ſcriptura quæ deprauari & corrumpi ſolet. Præſcribit igitur ratio & conſuetudo Latina, ut ita loquamur, Huic urbi ferrum, ignemq́; minitatur: cruces, ac tormenta, ſecures, uirgasq́; minitatur: ut Malum, mortem, ſupplicium minitari loquimur: niſi forte de eo loqueremur, qui gladiũ, ignem, quidue eiuſmodi tenens, id alicui intentaret: tum enim rectè per ſextum caſum efferremus. ut illud Salluſtij, Egredienti ex Senatu Cæſari gladio minitaremur. Et illud alterum, Et minari interdum ferro, niſi obnoxia foret. Hoc autem ab illo maximè diuerſum eſt. quare ita corrigẽdum cenſeo, Huic urbi ferrum ignemq́; minitantur. Et in 13. eodem modo, ut ſuo loco admonebimus.

493 Eorum ne qui Brutum.) Hoc amplius l. ueteres, D. Brutum. 493 Quouſq; dicemus ſententias.) Sentẽtias dicemus, o. l. u. 493 Vt ad arbitriũ eorũ imperatorem.) Sic l. u. Vt ad arbitriũ illorũ imp. nonnulli, Impr. ego Impp. imperatores ſcilicet. magis probo. 494 Ab omnibus gentibus probatur.) Cõprobatur, o. l u. & ambitus in dichoreum cadit, quem maximè ſequitur Cicero.

494 Itaq; his præmis promiſſa ſunt.) Promiſſa ſunt præmia, o. l. u. 494 Fruantur illis, uel perſoluantur his quæ ſpopondimus.) L. Lang. et cæteri ferè, Fruantur his, uel perſoluãtur. ut fortaſſe ita corrigendũ ſit, Fruãtur his illi, perſoluantur. c. 494 At quis conſul.) At qui, o. l. u. quod placet. 494 Spe allata deditionis quam amici pacem appellarẽt: C. Halieni. c.) Sic Lang. Quam ſpe allata deditionis quam amici pacem appellarẽ alieni. Sc. et cum eo pleriq;, Quam ſpe allata deditione quam amici. Cætera eodem modo, ut Lang Ego ſic, Quam ſpe allata, deditionem quam amici, pacem appellarent alieni. ut ſit, Allata ſpe eius rei, quam amici deditionẽ, alieni pacem nominarent. nam et unum, plurá ue uerba interdum præterire elegans atq; uſitatum eſt, ut pro Syl. Quod in quos teſti-

monium dixiſti, inquit, damnati ſunt. Et illud Teren. *Eunuchum quem dediſti nobis, quas turbas dedit?* Et in ſermonis Latini conſuetudine eſt, ut uocabulū præcedat pronomen quod Varro, relatiuum uocant Grammatici. Cic. in Bruto: *πειθὼ quam uocant Græci, hanc ſuadam appellauit Ennius.* Et in Partition. *Et ea uel anguſtè diſſerere, ut Dialectici qui appellantur.* Et pro Quint. *Cum ueniſſent ad uada Volaterana quæ nominātur.* Liu. *Aucem Sangualem quam uocant, ſacrū lapidem roſtro cecidiſſe.* Scala uerò noſter à ſuo libro diſſentit, atq; hunc locum ita corrigendum putat, *Allata ſpe deditionis, quam amici pacem appellare mallent.* 495 *Neget Piſo ſe ſcire.*) Negat Piſo ſcire ſe, Lang. & compoſitio ſuauior.

495 *Perſtrinxerat aciem animi Bruti ſalus.*) Sic Sc. liber, *Præſtrinxerat aciem āi Druſi Bruti ſalus.* D. Bruti, corrigendum puto. quod ad Præſtrinxerat attinet, ita rectum iudico, ut l. 5. de Fin. bon. & mal. pro Rab. Poſth. in Vat. & omnino omnibus in locis, quibus Aciem, oculos perſtringere ſcriptum eſt, Præſtringere ſcribendum cenſeam: ſiquidem hoc uerbū à præſtigiatoribus ductum eſt, ut docet Aſconius. 495 *Ne ſi in ſenatus poteſtate futurum ſe dixerit.*) Ne ſi in ſenatus quidem, o. l. u. perſpicuè uerum. 495 *Valde uobis hercule.*) Valde hercule uobis, omnes libri ueteres. 495 *Si iacens id nobiſcum.*) Si iacens uobiſcum aliquid ageret, o. l. u. 495 *Inſtanti reſiſtendum.*) Gad. Statim pro Inſtanti. ego Stanti, quòd Iacens dixerat, emendaram: ut contrarium contrario referretur: ut illud pro Sextio: *Non modò ſtātem defenderunt, ſed ne iacentem quidem protexerunt.* opinionem meam nonnulli ueteres libri poſtea comprobarunt.

495 *Cuiuſuis eſt hominis errare. c.*) Sic l. u. Cuiuſuis hominis eſt errare, nullius niſi inſipientis in errore perſeuerare. & numeroſior oratio. 495 *Ad eum te ire legatum.*) Ad eum te ire legatum, omnes l. u.

496 *Quid ſi etiam nocuit?*) Sic liber unus atq; alter, in queis Lang. Quid ſi iam nocuit atq; obfuit? ut fortaſſe rectum ſit, Quid ſi iam obfuit? ut unum & idem uerbum continenter ponatur. 497 *Veſtrum conſiliū hoc Capua probabit?*) Veſtrum hoc conſiliū. c. o. l. u. aures meæ probant. 497 *Inflammato animo ſit futurus.*) Futurus ſit, o. l. u. 497 *Nomen Martium amittet.*) Martiū nomen amittet, o. l. u. & ſtructura concinnior, & numerus Tullianus. 497 *Senatum enim ſecuta. c.*) Sic pleriq; l. u. Non arbitrabitur ſe grauiori odio in Antonium eſſe debere, quàm ſenatū. 498 *Vritur omnis: æquo animo belli patitur iniuriam.*) Nonnulli u. l. Vritur: omnis æquo animo belli patitur iniurias. quod minimè diſplicet.

498 *Atqui cum ea petebat.*) Atqui tum ea poſtulabat, Lang. & alij nonnulli u. l. 498 *Iudicijs, ignominijsq; conciſus.*) Conſciſſus, Lang. ego cæteris aſſentior: ſic ſuprà, Veſtris decretis eum conciddiſtis. 499 *Quando eius obliuiſcetur ulla poſteritas?*) Quando enim obliuiſcetur. c. o. l. u. 499 *Num eius prædicatio crudelitatis poterit?*) Num eius prædicatio crudelitatis poteſt? o. l. u.

499 *Quid eſt aliud quàm non pacem facere.*) Quàm, meo quidem iudicio, delendū eſt. 499 *Nec ſolum prorogare bellum.*) Propagare, o. l. u. quorum utrum minus placeat, neſcio. 499 *Illi non depoſuerint.*) Poſuerint, nonnulli u. l. quod probo. 499 *Nónne nos ueſtris con filijs.*) Nónne nos noſtris, o. l. u. 500 *Et muſtellas Saxáſue contemnere.*) L. u. pro Saxáſue, partim Scióſue, ut Lang partim Scióſue: nemo quidem certè Saxáſue. Iam illa copula, Et, à nonnullis u. l. abeſt. ut fortaſſe ita rectum ſit, Nolite ne Tyrones quidē Numiſios, Muſtellas, Scióſue contemnere. Libri certè ueteres illo loco Philip. 2. ut Muſtellæ Tamiſio, Tamiſcio: ut fortaſſe Muſtella Seius, aut, quod magis placet, Seius appellaretur. 500 *Quod dij omen auerterent.*) Auertant, o. l. u. quod reijcio.

500 *Si tot tam impij ciues.*) Ciues, à l. u. abeſt.

500 *Vt cedamus, abeamus: uitam inopem & uagam proſequamur.*) Sic o. l. u. Cedamus, abeamus: uitam inopem uagamq; perſequamur. quod placet. 500 *Iuuentutem omnem ex tota Italia exciuimus.*) Sic omnes ad unum l. ſcripti. Non. Mar. Excuſsimus. Ego libris aſſentior. 500 *Meo ſemper periculo peccet Antonius.*) Semper, ab o. l u. abeſt. quod placet. 501 *Quoniam ſub nomine pacis bellum lateret, repudiandam.*) Sic o. l. s. qm̄ ſub nomine pacis bellum lateret R. P. repudiandam. Lang. pro qm̄, Quod. 501 *Mentio facta à te pacis.*) Mentio à te facta pacis, Lang. nōnulli, Mentio à te antè facta. alij, Mentio antè facta. quæuis impreſſa et numero et collocatione probabilior. Ego Lang. ſequor. 501 *Proficiſcātur legati optimis ominibus: ſed hi proficiſcantur.*) Sed ij, omnes l. u. Proficiſcantur, à l Lang. abeſt: & mehercule ſuperuacaneum eſt. 501 *Vt declarant de me eius. c.*) Eius de me, pleriq; l. u. quod aures meæ probant.

502 *Mea bona donare ſe dixit Petiſsio Vrbinati.*) Sic Lang. & eum eo pleriq;, De meis bonis donare ſe dixit P. Vrinati. nonnulli Vrinati. Val quidem Max. cuiuſdam T. Marij Vrinatis mentionem facit. 502 *Nec aquilam quidem ipſam.*) Ne aquilā quidem ipſam, o. l. u. quod placet. 502 *Nec id ſit faſtidio meo.*) Nec id faſtidio meo. Lang. & alij nonnulli. 502 *Habendam mihi aliquam rationem eſſe.*) Aliquam eſſe rationem, o. l. u. & numeroſior oratio. 502 *Is enim ſum: niſi fortè me fallo. c.*) Sic o. ferè l. s. Is enim eſt: niſi fortè me fallo: qui uigilijs, curis, ſententijs, periculis etiā perfecerit: quæ plurima propter acerbiſsimū omnium in me odium impiorū pertulerim: ut non. c. Recentiores eum impreſsis faciunt: quos ſequor.

502. *Hic cum in urbe eſſem, ac domi.*) Hic eum eſſem in urbe, ac domi. o. l. u. 503 *Cum omnes actiones horum menſium, omnes. c.*) Cum omnes actiones bonorum, omnes, Lang. cæteri libri, Actiones bonorum, omnes. c. quod placet. 503 *Quibus nunc in locis ſit.*) Quibus in locis nunc ſit, o. l u. 503 *Hiſce ego me uijs committam?*) Hiſce ego uijs me committam? o. l. u.

503 *Itaq; in urbe, ſi ſic licebit, manebo.*) In urbe maneo: ſi licebit, manebo: Lang. alij ſic, In urbe maneo, ſi ſic licebit, manebo. 504 *Oderint.*) Eodem modo l. s. ut impreſsi fortaſſe ſcribendum eſt, Adierint. 504 *Nemo minus timidus.*) Nemo me minus timidus, o. l. u.

504 *Populo Ro. pœnas dederunt.*) R. P. pœnas Sc. liber. quod placet. 504 *Surgere poſſem.*) Exurgere poſſem. Sc. & alij nonnulli u. l. quos ſequor. 504 *In Apennini tramitibus potero facere.*) Facere potero.

505 *Grauiſsimè diſſentientibus.*) Acerbiſsimè, Lang. & alij nonnulli u. l. 505 *Cum P. Vectio Scatone.*) Hunc Catonem Appianus & Velleius Paterculus nominant. 505 *Sylla cum Scipione inter Cales.*) Qui Cæpione pro Scipione repoſuerunt, ſe in hiſtoria parum uerſatos oſtenderunt. 505 *Legis inter ſe conditiones contulerunt.*) Eodem modo l. s. ut impreſsi. ego ſic, Leges inter

ſe, con-

ſe, cōditionesq́; tulerunt. ut Leges hic idem ualeant, quod in Ver. eo loco, Huius contumelijs ſcitote Q. Lollium ad Apronij leges conditionesq́; uenisse. Et apud Liu. lib. 38. Amicitia regi Antiocho cum populo Ro. his legibus & conditionibus eſto. Eadem inquam notione, qua dicitur, Leges dicere, Leges imponere. nam, Ferre conditiones, & Referre, tritum. ſed nihil affirmo. 505 In Antonij latrocinio æquè eſſe, ut hi?) Eſſe tuti, corrigendū putat Vbaldinus. quod placet. 506 Accipiant & remittantur.) Accipiantur & remittantur. res perſpicua.

506 Semper ſententia, auctoritate.) Semper ego ſententia, e. o. l. u. 506 Sed propter memoriam rerū, quas geſſerunt pro populi libertate & dignitate: reip. nimis feroces.) Sic Lang. Sed pp memoriam rerū, quas geſſerunt, proq́; libertate & ſalute R. P. nimis feroces. pleriq́;, in quibus Sc. ſic, Propter memoriam rerum, quas geſſerunt pro P. R. libertate, & ſalute reip. nimis feroces. quos ſequor: hoc enim mihi ſentire Cicero uidetur, Veteranos illos quidem eſſe fortes, ſed propter memoriam rerum geſtarum ferociores eſſe, quàm & P. R. libertas, & reip. ſalus poſtulet: ut, Pro, hic idem oſtendat, quod eo loco apud hunc ipſum pro Cluentio, Quibus de rebus pro Cluentij uoluntate nimium, pro reip. dignitate parum, pro ueſtra prudentia ſatis dixiſſe uideor. Sic igitur interpunctiones apponendæ, Sed propter memoriā rerum, quas geſſerunt, pro populi Rom. libertate, & ſalute reip. nimis feroces.

506 Horum ego cogitationes.) Cogitationem, o. l. u. quod placet. 506 Hæc quoq; pericula tanta ſi effugero.) Hæc quoq; tanta pericula. e. omnes l. u.

507 Proficiſcar omnino P. C.) Sic interpungendum eſt, Proficiſcar. omnino P. Conſcripti totum. e.

507 In principio huius belli P. C.) In, ab o. ferè l. u. abeſt quod probo. 507 Nec publicas leges, nec libertatis iura cara habere poteſt.) Sic o. l. u Nec publicas leges uidetur, nec libertatis iura cara habere: quem. e.

508 Cum auctorem ipſum iure cæſum.) Hoc loco l. u. inter ſe diſſident. Lang. ſic, Cum auctoritatē iure cæſum fateamur. Sc. Cum ipſum iure cæſum fateamur. nonnulli, Cum auctorem iure cæſum fateamur. Ego ſequor Sc.

508 Non erat deſperandum ſi conueniſſent.) Conuenıſſet, o. l. u. quod probo. Idem mendum apud Cæſ. lib. 1. bel. Gal. Si in eo manerent, quod conueniſſent. Cōueniſſet enim corrigendum eſt. 508 Hoc uerò quod eſt?) Quid eſt, o. l. u quod placet. 508 Nucula, Numatio.) Munatio nonnulli u. l. rectè. T. enim Munatium Plancum ſignificat. 508 Barbas, Caſſios.) Interualli nota fortaſſe delenda eſt. nam Barbam Caſſium fuiſſe ex familiaribus Cæſaris, apparet ex 15 lib. epiſt. ad Att. in extremo, Ac mihi Barba Caſſius ſubuenit: cuſtodes dedit.

508 Petiſſium, comitatum relinquo.) Pro Petiſſium, o. l. s. Peditum. quod & ſi reijcio, librorum tamen conſenſum ſilentio præterire non placuit. 508 Hoc ſi Antonius uiolare.) Hoc ſi M. Antonius. rectè. 509 Quam uim anhelitus?) Quem uim anhelitū, nōnulli u. l. in queis Gad. ita locutus eſt poſt Red. ad S. Non te illius unguentorum odor, non uini anhelitus. Iam M. Antonio uinolentiam ſæpe obijcit: & paulo antè ſpiritum dixit: ut nihil opus fuerit, hic uim anhelitus inculcare: ut mihi dubium non ſit, quin hoc probandum, illud alterum reijciendum ſit. Hoc enim, meo quidem iudicio ſignificat, Antonios nullum genus cōtumeliæ præterituros eſſe, ut ne ab eo quidem temperaturi ſint, quin in omnium ora irructent.

509 Id ipſum uix talibus factis poſſet aliquo modo.) Sic o. l. u. Id ipſum uix ſtabilibus factis poſſet. Tres l. non illi u. quidem, ſed tamen ſcripti, Id ipſum uix ſtabiliri ſœdus poſſet aliquo modo. ego ſequor impreſſos.

509 Odiſſet.) Odiſſes, l. u. 510 Ne ego iſtam ſapientiam.) Sic o. l. u. Ne ego ſapientiam iſtam, quamuis ſit erudita, audiam qui, quod ad collationē attinet, placent: quod ad Non, deeſſe, non abeſſe mihi uidetur. Cic. 3. Tuſcul. Ne iſta glorioſa ſapientia non magno æſtimanda eſt. & lib. 3. de Fin. Ne ego iſtam glorioſam memorabilemq́; uirtutem non magno æſtimandam putem.

510 Atq; his uti uelis.) Itaq́; his e. o. l u. quod placet: ut ſint duæ (ut Donati more loquar) partes orationis: quemadmodum illud, Imò ita uolo: itaq́; poſtulo, ut fiat.

510 Paceq́; potiamur.) Pacemq́;, o. l. u. ut illud Terentianum: Patria potitur commoda. 510 Sin liber uiuis his, incolumibusq́; eſſe nullus poteſt.) Sic o. l. u. Sin ius incolumibus ijs nullum eſſe poteſt. 510 Aut enim illis interfectis.) At enim uictis his, Lang. & cum eo pleriq;. nonnulli tamen cum impreſſis conſentiunt.

510 Aut oppreſſa.) Oppreſſi, o. l. u. quod placet.

510 At enim nos M. Lepidus imperator, Pontifex Maximus.) Sic o. l. u. imp. iterū Pontifex Max. L. Lucullus, ut Euſebius literis tradidit, primus imperator appellatus eſt, Armenia, Meſopotamia, & Niſibi cum fratre regis capta: ac principio quidem nemo hoc honore dignabatur, niſi qui res ampliſſimas præclariſſimasq́; geſſiſſet. poſtea is ita peruagatus atq; peruulgatus eſt, ut uel minimis rebus geſtis nomen hoc multis tribueretur, neq; ſemel modò, ſed iterum ac ſæpius, ut ueterum monumenta declarant, & Dion memoriæ tradit. Hac autem appellatione decorabantur duces aut exercitus conclamatione, aut, quod erat (opinor) honorificentius, decreto ſenatus. Acquè hanc quidem arbitror Euſebium notare uoluiſſe, nam illa altera uetuſtiſſima eſt. id quod uel ex uno loco Liuij intelligi poteſt: Tum Scipio, inquit, ſilentio per præconem facto, ſibi maximum nomen imperatoris eſſe dixit, quo ſe milites ſui appellaſſent. hunc autem imperatorem iterum appellatum fuiſſe, etiam ex epiſtolis ipſius ad M. Tullium ſcriptis apparet, in quibus aſcribit, M. Lepidus imp. iterum. Res geſtæ ita obſcuræ fuerunt, ut earum memoria penitus euanuerit. hoc extat, à Cæſare Hiſpaniæ citeriori præpoſitum fuiſſe, & poſt interitum eiuſdem hanc eandem obtinuiſſe. hoc oſtendit Velleius: Antonius, inquit, fuga tranſgreſſus alpes, primò per colloquia repulſus à M. Lepido, qui Pontifex Max. in C. Cæſaris locum furtò creatus decreta ſibi Hiſpania, adhuc in Gallia morabatur. ut autem Dion tradit, Narbonenſi etiam Galliæ præerat. illud alterum apud belli Alexandrini ſcriptorem apparet. 510 Ac mea quædam officia in illum.) Ac mea quædam in illum. e. omnes l. u. quod probo.

510 Adduxit ad pacem.) Ad urbem, o. l. s. quod & ſi aſpernatus ſum, nolui tamen prætermittere. 510 Quos potui ampliſſimos.) Quàm potui, magis placet.

510 In quibus uos mihi eſtis aſſenſi.) In quib. mihi uos. e. o. l. u. 510 Magnis & multis pignoribus.) Pignoribus, tres l. u. in quibus Lang. Grammatici quidem & Pignoribus, & Pigneribus ſcriptores extuliſſe tradiderunt.

511 Summa nobilitas eſt hominis, honores.) Lang. ſic, Sūma nobilitas eſt, omnis honor ei eſt. nōnulli ſic, Omnes

honores.quod probo. 511 *Primum ut licuit.)* L.Lang. Sc.cæteri ferè l.u.Primum licuit.nõnulli, Quàm primum ut licuit.ut fortaſſe corrigendum ſit, Cum primum licuit. hoc certè probat Latina conſuetudo,illud alterum reijcit.

511 *Prætereo illius ex grege latrocinij nemine.)* Lang. ſic,Prætereo aĩo ex grege latrocinij neminem. Nonnulli aĩo, ego oĩo corrigendum puto. 512 *Hanc mihi diſsipationem.)* Diſpenſationem,o.l.u. perſpicuè rectum.

512 *Argentum,ueſtem,ſupellectilem uniuerſam.)* Pro Vniuerſam,Lang. Vnum. Sc. Vna.Gad.& alij nonnulli, Vinum:atq; hoc quidem probo.ſic in Phil. 2. Maximus uini numerus fuit,permagnũ optimi pondus argenti,pretioſa ueſtis, multa & lauta ſupellex. 512 *Albanum, Firmanum)* V.l.Formianũ:pleriq; Firmianum, in queis Lang. 512 *De Falerno Anſeres depellantur.)* Depellentur probo. 512 *Ita deſcribite.)* Deſcribetur,o.l.u.

512 *Proſequetur.)* Perſequetur,uet.lib.rectè. ut illud de prou. Conſ. Si idem extrema perſequitur,qui inchoauit. 512 *Augur.atus locũ:in quo ego eum c.)* In quem, nonnulli u.l.à quibus conſuetudo Latina facit:quæ ita loquitur, ut dicat, Cooptarentur patricij in loca uacua, in ſenatum,in collegium.non In locis,in ſenatu, in collegio.

512 *Augurem Iouis optimi,maximi.)* Augurem Iouis maximi,Lang.& alij nonnulli. ut in 14. Philip.Hoſteſq; nefarios huic Ioui maximi. Sc.tamen liber, I. O. M. ſequamur igitur impreſſos. 512 *Silentio P.C.prætermittendum.)* Prætereundum, o.l.u. quod probo.

513 *Quàm mores eius ferunt.)* Quàm eius mores.c. o.l.u. 513 *Etiam ſi turpia.c.)* Etiám ne ſi,o.l.u. ut illud in 5.Tuſc. Etiám ne ſi ſenſibus carebit oculorum?

513 *Hæc ſi cogitas M. Lepide, M. Lepidi Pontificis Maximi fueris pronepos.)* Sic l. Lang. Hæc ſi cogitaſſes M.Lepide P.M. Pontificis Maximi pronepos. Pleriq;,in queis Sc.ſic,Hæc ſi cogitaſſes M.Lepidus P.M.M. Lepidi pontificis maximi pronepos. Ego ſic, Hæc ſi cogitares M.Lepidus põtifex Max. M. Lepidi pontificis max. pronepos.quam ſententiã eo aſſeuerantius affirmo, quòd Fueris, ab o.l.u abeſt. 514 *Quàm antiquis & domeſticis malle.)* Quàm & antiquis, o.l.u. quod placet.

514 *De D.Bruti ſalute certatur)* In D.Bruti.c o.l.u. Recentiores ſequor. 514 *Niſi nobis ſaluis.)* Niſi bonis ſaluis,Lang.quod placet. 514 *Vidit quàm confectus.)* Sic o.l.u. Vidit,quàm abiectus, quàm confectus eſſet.

515 *Et ſceleribus abſtinere.)* Sceleribus ſe abſtinere,o.l.u.ut in 2. Phil. Quòd te abſtinueris nefario ſcelere.

515 *Dij ipſi immortales præſidium.)* Dij immortales ipſi,o.l.u. 515 *Quem tamen ille demens.)* Tum, o.l.u.

515 *Quæcunq; falſo diceret.)* Lang. ſic, idiceret:alij Indiceret:ut fortaſſe corrigendum ſit, Is diceret.

516 *Eodemq; die ipſo.)* Eoq; ipſo die,o.l.u.placet.

516 *Citius lecta,quàm ſcripta ſunt.)* L.u.partim Perlata,pro Lecta:partim Delcta. Lang. Delata:quod uerum eſſe iudico. Siquidem S. C. deferri dicebantur, cum facta ac ſcripta ad ærarium deferebantur. ſic in ſuperiori oratione,S. C. falſa delata ab eo iudicauimus. Et in epiſt.ad Cornif.omnia tum falſa S. C. deferebantur. Quòd autem ad ærarium deferrentur, apparet in 5.Philipp.S. C. tanquam facta ad ærarium deferebantur. Hoc etiam Corn. Tacitus lib.3.declarat.Factum inquit S.C.ne decreta patrum ante diem decimum ad ærarium deferrentur. & Liuius lib. 39. Qui per infrequentiam furtim S. C. factum ad ærarium detulerit. Idem tamen lib. 3.ſcribit, inſtitutum fuiſſe à L. Valerio, M Horatio Coſs.ut S. C. in ædem Cereris ad Aediles pl. deferrentur: quæ antè arbitrio Coſs. ſupprimebantur,nunciabãturq;. Vt hoc antiquis illis temporibus,illud recentioribus factum eſſe uideatur. Quanquam Pomponius iuriſconſultus memoriæ prodat, non S.C.ſed plebiſcita ad illos Aediles deferri ſolita fuiſſe. Sic autem loqui ſolet Cicero,cum quid præpoſterè factũ uult oſtendere.ut in 5.Quid nónne antè lata quàm ſcripta eſt? quod de lege loquitur:ſi S. C.Delata dixiſſet. Quod quidem uerbum me admonuit,ut ex eo loco pro Do. ſua,mendum tollerem, Quæ & illud natiuum & hoc delectũ malum ſanare poſſet. Ego Delatum corrigo: ut contrarium contrario reſpondeat.ut illud in 7. lib.acc. Quæ non iam recepta,ſed innata:neq; delata ad me, ſed in animo ſenſuq; meo penitus affixa atq; inſita eſt. 516 *Aut egredi, aut progredi.)* Regredi,aut progredi, o.l.u. perſpicuè uerũ.

517 *De ſingulis ſententijs breuiter diſputo.)* Sic o.l.s. De ſingulis ſententijs breuiter diſputo:uelim P.C.c.placet. 517 *Satis quidem hæc ſcitè.)* Satis hoc quidẽ ſcitè, o.l.u.placet. 517 *Quid ſe doluiſſe dicat.)* Se, ab omnibus libris ueteribus abeſt. & certè ſupernacaneum.

517 *Soluto ſupplicio parricidæ.)* Parricidiæ,nonnulli u.l.ut fortaſſe corrigendum ſit, Parricidij. Parricidæ,certè non conuenit. 517 *Cariorem populo Ro.)* R.P.omnes l u.ego cæteris aſſentior. 518 *Qui ex eadem ſuſtulerit liberos.)* Sic Lang. ſic omnes ferè l. s. Qui ex ea die. Qui quidem tot librorum conſenſus, ac penè conſpiratio hanc in opinionem me adduxit, ut putarem pro Ea die Fadia reponendum: ut Antonio ignobilitatem uxoris obijciat:ut in 5.Eum dicere aliquid de uxorum ignobilitate, cuius pater Numitoriam Fregellanam proditoris filiam habuerit uxorem, ipſe ex libertini filia ſuſceperit liberos. & 2. Cum te omnes recordaremur libertini generum,& liberos tuos nepotes Q.Fadij libertini hominis fuiſſe. Mulieribus autem non fuiſſe prænomina, docet Plutarchus. Appellabãtur autẽ uel gentis nomine,ut Licinia, Cornelia:uel cognomine,ut Metella, Lepida. Hoc autem iccirco dixi, ut cum de nomine patris inter omnes conſtaret: ex eo nata cur appellata ſit Fadia, nemo requireret. Iam ſuprà de E & F ſimilitudine, earumq; literarum crebra inter ſe loci commutatione, quæ multos crearit errores, ſatis ſuperq; diximus: ut in dubium uenire non debeat, quin ita corrigendum ſit: nam Ex eadem quidem apertè falſum eſt. Quis enim dixit unquam, Suſceperit liberos ex eadem humilitate. Deinde Cicero uideretur quadam præuaricatione concedere, quod aduerſarius intendit: uel, ut uerius dicam, non ſibi ipſi conſtare: quem enim dudum ſplendidi equitis Ro.filium fuiſſe confirmarat, hunc paulo pòſt ex homine libertino natum eſſe confiteretur. 518 *Ornatum eſſe beneficijs Cæſaris.)* L.u. ee beneficijs C.Cæſaris.pro ẽe,ego Eis,uel Et,ut ſit, Acerbiſsimum eſt, te ornatum eis beneficijs: uel, Te & ornatum beneficijs:& talem ab eo relictum id agere.c.aut certè aliquid deeſt. 518 *Sed illa ornamenta.)* Illa oĩa ornamenta,Lang.& Sc. 518 *Mentẽ, mentumq;.)* Mentum mentemq; nonnulli u l.in quibus Sc.quod ſummopere placet.alter enim nihil habet ſalis. 518 *Fortiſsimũ uirum ſentit, & ſentiet.)* Virũ fortiſsimũ ſenſit, & ſentiet,o.l.u.

518 *Eſt iſthud quidem nomen.)* Eſt iſtuc quidem,o.l.u.

518 *Qui ſuam amentiam huic præbet.)* Suam amentia

puero

puero huic præbet,o.l.u. & pulchrè, meo quidē iudicio.
519 Patriæ pater eſt.) Pro Pater eſt, Parens, nonnulli
u.l. in queis Lang. quod placet: ut Antonij uerbum pona-
tur. 519 E tuis facinoriſsimis.) Facinoroſiſsimis.
519 Et ut ueneficus hac liberetur obſidione.) Et ut
uenefica hæc, o.l.u. & paulo pòſt, duobus locis ſemper:
Veneficam, non Veneficum, per contemptionem ſcilicet.
ut illud ad Att. Duce filiola Curionis. Et illud de Orat.
Quid tu Eglia mea, quando uenis ad me cum tua colu, et
lana? 529 Neq; iſtinc, ſi cupias.) Neq; te iſtinc, o.l.u.
519 Cur autē nolim.) Nolim, emendo. res perſpicua.
519 Quæ tandem.) Hæc uerba Ciceronis, meo qui-
dem iudicio, non Antonij ſunt. Itaq; literis, ut ita dicam,
minuſculis ſcribenda, ſic, Quæ tandem? & ut quod ſentio
dicam: magis etiam placeret, Qui tandem? ut Qui Quo
modo ualeret: et ad illud referretur, quod dicit, Nimirum
eodem modo. 519 Potius ſenatum appellaremus.) Se-
natum potius, o.l.u. 519 Innocens Caius.) Innocens
Gallius, o.l. ſcripti. M. quidem Gallium ſectam Antonij
ſecutum, l. 3. docet Appianus. Suetonius quoq; ſcribit, Ti
berium à M. Gallio ſenatore adoptatum adita hæredita-
te, nomine tamen abſtinuiſſe, quòd Gallius aduerſarū Au-
*guſto partium fuerat. 519 * Coricus laterum & uo-*
cis meæ Beſtia.) Extra Lang. Qui pro Coricus Eoricus
habet, cæteri l. s. ab impreſsis non diſcrepant. qui Teſtis re
poſuerunt, id credo pro ſuo iure fecerunt, non de auctori
tate librorum. 20 Quos Antonius deliciarum cauſa
loris in conuiuio cædi iubebat à ſuis publicè.) Eodem mo
do l. 1. ut impreſsi. Ego ſic, Quem Antonius deliciarum
cauſa loris in conuiuio cædi iubebat à ſeruis publicis: ut
Cotylam tantummodo notet: atq; idem hic obijciat, quod
in octaua Philip. Cum ad nos Cotylam mitteret ornamen
tum, atq; arcem amicorum ſuorū, hominem Aedilitium:
ſi uerò tum fuit Aedilitius, cum iuſſu Antonij in conuiuio
ſerui publici loris ceciderunt. 520 Tribunitij primùm
duo deſignati.) Tribuni, ſine controuerſia emendandum.
Quòd autem ſequitur, T. Hoſtilius: Tullius Hoſtilius, o.
l. u. nonnulli de recentioribus, Tullus. quod placet. Iam
pro Inſcripſit, Aſcripſit Lang. Pro Potuiſſet, Poſſet, o-
mnes l.u. 520 Viſcius neſcio quis.) Qui, Lang utrun
que uſitatum eſt. Cic. in Acad. Et iſte neſcio qui, qui in
ſcholis nominari ſolet. 520 Viſcius.) Iuſcius, libri ue-
teres. recentiores nonnulli, Ipſcus. Pro Iſauri, libri uete-
res Niſauri. ut fortaſſe corrigendum ſit, Piſauri. nam Iſau
rum quidem nuſquam gentium eſt. 520 C. Plancus.)
T. omnes libri ueteres. rectè. 520 A qua exceſſerat le-
gibus.) Ex, qua nonnulli ueteres libri. Scalæ liber, Vnde
legibus exceſſerat. 520 Eſt etiam ibi Decius ab illis,
ut opinor, maioribus Decijs.) O.l.u. Muribus, non Ma-
ioribus: et præclarè: ſiquidem Decijs hoc erat cognomen:
quod ex Liuio intelligi poteſt, qui lib. 8. Creauere, in-
quit, Coss. T. Manlium Torquatum III. Et P. Decium
Murem. & lib. 10. Coss. noui Q. Fabius Maximus III.
P. Decius Mus. hoc etiā in ueterū monumentis è marmo-
re apparet. Librarij hoc ignorantes, Maioribus pro Mu-
ribus repoſuerunt. Idem propè euenit in locum Frontini
de aquæ ductibus, Appia M. Valerio Max. P. Decio Mu-
rena Coss. anno XX poſt initium Samnitij belli inducta
eſt Appio Claudio. eſt enim ſcribēdum, P. Decio Mure,
*non Murena. 520 * Itaq; Cæſaris munere Deciorum*
quidem.) Sic Lang. Itaq; Cæs. munerore ſit Deciorum
quidem. Sc. Cæs. es numeroſè, ſed Deciorum quidem.
Gad. Cæſaris numeroſe ſit. c. nonnulli, Itaq; ut Cæſorum
modo, ſic Deciorum. c. alij, Itaq; Cæſorum numero ſit. c.
alij Cæſ numero ſe ſcit Deciorum quod. quorum nullum
omnino probo. Locus deprauatus. 520 Alter Saſerna-
nus.) Lang. Saſcrana. nonnulli, Saxerna: ut fortaſſe corri-
gendum ſit, Saſerna. de quodam Saſerna hic idem in epiſt.
ad Attic. de duobus fratribus Saſernis, quorum alteri præ
nomen C. alteri P. fuerit, belli Africi ſcriptor: ut fortaſſe
ob eam cauſam alter Saſerna, ſeú; in eorum prænomini-
bus errare dixerit. 520 Omnes tamen tamē habent)
Sed omnes tamen, o.l.u. quod placet. 521 Eiuſq; colle-
gam A. Marcellum.) Eiuſq; collegam ante Marcellum,
Lang. Nonnulli M. Marcellum. Alij utrunq;, Ante M.
Marcellum: quos ſequor: ut Ante ad Modo, M. ad Ser. re
feratur. 521 Reliquos præclariſsimos uiros.) Clar. ſsi-
mos, omnes libri ueteres. quod probo. 522 Vt M. A-
rullum, ut Cæſarem etiam.) Sic Lang. & cæteri ferè, Vt
M. Arillum, & Cæſ. etiam. Ego ſic, Vt Marullum, ut Cæ
ſetium. c. quid mihi, uel potius Cicero ſibi uelit, Sueto-
nius indicabit, Cum ſacrificio, inquit, Latinarum Cæſa-
re reuertente inter immodicas, ac nouas populi acclama-
tiones quidam è turba ſtatuæ eius coronam lauream can-
dida faſcia præligatam impoſuiſſet: & Trib. plebb. Aepi
dius Marullus, Cæſetiuſq; Flauius coronæ faſciam detra
hi, hominemq; duci in uincula iuſsiſſent: dolens ſeu parum
proſperè motam regni mentionem, ſiue, ut ferebat, ere-
ptam ſibi gloriam recuſandi, Tribb. grauiter increpatos
poteſtate priuauit Hoc idē Dion, Plutarchus, Appianus.
522 Vectigalia Iuliana Lupercis ademiſtis.) Scribit
Dion, ſenatum maximos atq; ampliſsimos honores Cæſa
ri decreuiſſe, in eis tertiam quandam Lupercorum ſodali-
tatem: quam Iuliam, inquit, nominarunt. Ex quo inter-
dum uenit in mentē ſuſpicari, Iulianis eſſe pro Iulianis re-
ponendum. Quod tamen tot libris refragantibus affirma
re non auſim. 522 Colonias deductas lege, ſenatus con-
ſulto.) Colonias deductas lege, S. C. omnes l. u quod pla-
cet. 522 An contra legē comitijs Centuriatis latam ſan
ximus?) L. ſcripti ab impreſsis non diſſentiunt Ego ſic,
Lege Comitijs Centuriatis lata. Vt ſit, Non ſuſtulimus
Colonias, ſed ſanximus lege comitijs Centuriatis lata.
522 Ex quo iam ipſi ſentiunt ſe unquam exituros.)
Sic o.l.u. ex quo ipſi iam ſentiunt, ſe nunquam exituros.
522 Iura belli adempta.) Iure, non iura, l. u. perſpicuè
uerū. 523 Illud tamen aduertite.) Animaduertite, l. u.
quos ſequor. 521 Neminem Pompeianū, qui uiuat.) Vi
detur aliquid deeſſe. quidā quaſi pro ſuo iure ſuggeſſerūt,
An neſcitis: nam libri quidem ſcripti ab impreſſis non diſ
ſentiunt 523 Qui quaſi iam leges.) L. ſcripti ad unum
cum impreſsis conſentiunt. quidā pro Qui quaſi, Quiſ-
quam repoſuerunt Ego, Qui quæſo: nam & ad ſenten-
tiam conuenit, et liber ille Lang. omnibus ferè in locis, ubi
Quæſo impreſsi, is quaſi habet. quod hanc in opinionem
me ducit, ut putem illud etiam in 5 l. de Fin. Nunc idem,
dico inquies, ſed ad uirtutes, & ad uitia nihil intereſſe:
quis iſtud quaſi neſciebat? ſimili ex mendo laborare. certè,
Quæſo, cōuenit: Quaſi, perſpicuè falſum eſt. 523 Omnī
quidē mea ſententia.) Omnino mea quidē ſentētia, o. l. u.
probo. 523 Petum & Menedemum.) Petrum. o. l. u.
523 Reſpondebo.) L. u Reſpondeo. 524 Præſens
tibi ipſe.) Præſens tibi & ipſe, o. l. u. quod ualde placet.

524 Neſcie-

524 *Neſciebant ueterani.*) Ignorabant, Sc.l. quod placet. 524 *Non illis ſenatus auctoritatē, an libertatem populi Ro. ſequantur?*) Aut libertatem populi Ro. ſequebantur, nonnulli u.l. quod placet. 524 *Cæſaris ulciſci mortem uolebant.*) Cæſaris mortē ulciſci uolebant, o.l.u. quod probo. 524 *Homo turpis: ſiquidem imitaturi ſumus.*) Sic Lang. & cæteri ferè. Honos turpes ſiquidē Cn. Pompeium imitaturi ſumus. Ego ſic emendaram, O nos turpes: ſiquidem Cn. Pompeium, c. opinionem meam Sc. liber approbauit. 525 *Tanto ſtudio conſenſuq́; defenderint.*) Offenderint. o.l.u. optimè. 525 *Deprauati aut corrupti ſunt.*) Deprauati, an corrupti ſunt, o.l.u. quod tamen nō probo. 525 *Quibus perſuaſum ſit.*) Eſt, Lang. & cæteri ferè l.u. 525 *Si tamē patiūtur perire.*) Si tantummodo patiuntur. c.o.l.u. quod probo. 525 *Quàm benignè deniq;.*) Eodem modo l.s. ut impreſſi. Ego ſic emendandum arbitror, Quàm benignè. Itaq; uſi. c. aut certè ſic interpungendum, Quàm benignè deniq;. uſi. c. illud tamen, quod teſtatus ſum, magis placet. 525 *Qui iudicauerint Dolabellā hoſtem.*) Hoſtem Dolabellam, o.l.u.

526 *Eademq́; inhiberet ſupplicia.*) Qui in l. ſuis repoſuerunt Adhiberet pro Inhiberet, nimis arroganter, mea quidem ſententia fecerūt: nam primùm o.l. contrà faciūt: deinde Inhibere uerbum eſt & uſitatum & optimum: & idem ferè ualet quod Adhibere. Plaut. in Bacch. Hoccine hic pacto poteſt inhibere imperium magiſter, ſi ipſus primus uapulet. Liu. l. 3. Animis ad imperium inhibendum imminutis. et 4. Pronunciaueruntq́; ex collegij ſententia, C. Valerio Coſ. ſe damnum, aliamq́; coercionem aduerſus interceſſionem collegæ delectus cauſa detrectantibus militiam inhibenti auxilio futuros eſſe. ut igitur Imperium, Damnum, Coercionem inhibere: ſic Supplicium rectè dicitur. 526 *Perfugium ſcelerum eſſent.*) Eſſet, o.l.u. 527 *Si eſſet iugulata, nunquam exurgeret.*) Reſurgeret, Lang. Quod & ſi non probo, ideirco tamen nolui prætermittere, quòd & Poeta, Reſurgere Troiæ regna, Reſurgere amorē, & Ouidius Scintillā reſurgere dixit.

527 *Atq; hoc bello de elegātia.*) Atqui, o.l.u, optimè.

527 *Potius quàm populi Ro. defenſionem uocas.*) A populo Ro. defectionem uocas? Lang. & cæteri ferè l.u. præclarè & perſpicuè. Nōnulli, à P.R. 427 *Potiùs ne Trebonij mortem, quàm Cæſaris, perſequamur?*) Potius Trebonij mortem, quàm Cæſ. perſequimur, o.l.u. Ego autem, ut quod ſentio liberè dicam: non enim tibi, quid in libris reponas, præſcribo: ſed, quid mihi uideatur, expono: ſic arbitror Ciceronem ſcriptū reliquiſſe, Trebonij mortem, an Cæſaris perſequi. Vt ad ſingulos Antonij epiſtolæ articulos accedat, eademq́; uerba repetat: ut proximis locis facit. 527 *Si qui non moleſtè tulerunt.*) Si, à Lang. & multis alijs l.u. abeſt. quod placet. 527 *Eiſdem ornamentis.*) Iſdem, o.l.u. de hoc Cicero in Orat.

527 *Ego laniſta? equidem non inſipiens.*) Pro Equidem nonnulli ſcripti libri Etenim, plerïq; tamen, Equidem. ego, Et quidem, probo: nam & uetuſtatem, & uim maiorem habet: & ut nihil celem, etiam magis arrideret Iugulari, quàm Iugulare: ſiquidem laniſtæ non ipſi depugnabant, ſed erant gladiatorum magiſtri. 528 *Nam Cæſari plurima & maiora.*) Nonnulli u.l. plura. Quod probo: ſequitur enim, Maiora. 528 *Flamina cur reliquiſti?*) Flaminiam l. Lang. & alij multi. Vt fortaſſe rectum ſit Flaminium, non Flaminia: ſiquidem uocabulum hoc ſingulare, non multitudinis eſt. Liuius: C. Claudius Flamen Diālis, quòd exta perperam dederat, Flaminio abijt. Fabius Pictor apud Gellium, Vxorem ſi amiſit, Flaminio decedit. Val. Max. Flaminio abire iuſſi ſunt. Trogus apud Priſcianum, Propter mortem Flaminicæ, Flaminio abijt. 528 *Nec meam quidem contumeliam.*) Quidem, à Lang. & cæteris ferè l. u. abeſt: & mehercule ſuperuacaneū eſt. 528 *Homo pius non poteſt.*) L. Lang. & alij nonnulli, Bonus homo non poteſt. 528 *Quam fidem? an optimi cuiuſq; ſedes, Vrbis & Italiæ partitiones, ſententias dandarū. c.*) Hoc l. ſcripti differunt ab impreſſis, quòd pro Sedes Cædes, pro Sentētias partim Suas, partim Suis. ego ſcriptura omni diligenter conſiderata, ſic arbitror emendandum, Quam fidem? an optimi cuiuſq; cædis, Vrbis & Italiæ partitionis, ſuis dandarum diripiendarumq́; prouinciarum? Nam primùm hoc, Sententias dandarum diripiendarumq́; prouinciarum, præterquam quòd librorum V. auctoritate non nititur: præterea uerba ſunt inania: nec ijs eſt ulla ſubiecta ſententia, quæ quidem ad mentem Ciceronis accedat. At quod ego auctoribus l. antiquis repono, dicit quod ad rem pertineat: bonam ſententiam habet: bene ſenſa Ciceronis exprimit. deinde illud, Quam fidem? an optimi cuiuſq; cædes, inuſitatum atq; inauditum eſt. Quis enim ſic unquam locutus eſt, ut diceret, Do fidem cædem alicuius? at Do fidem cædis illius, uitæ, & aliorum id genus in conſuetudine Latina eſt. Liuius: Vitæ tantum, libertatiſq́; fidem acciperent. & alibi: Gens fallax, promiſſi fidem præſtitit. & alio loco: Quæ & ipſa fidem induciarum ruperat.

428 *Fœdere ac fide ſanciretur?*) Et, pro Ac, o.l.u.

528 *Quanquam affirmare de aliquo difficilè eſt.*) De altero, o.l.u. ut ad Brutum: Non ſoleo mi Brute, quod tibi notū eſſe arbitror, temerè affirmare de altero. In hoc conſuetudo uaria eſt. 529 *Niſi fortè ſubſidio tibi uenire arbitraris cum fortiſſimis legionibus, magno equitatu, peditatuq́; Gallorum.*) Sic o.l.u. Niſi fortè cum ſubſidio tibi uenire arbitraris cum fortiſſimis legionibus, maximo equitatu, peditatu Gallorum. 529 *Ante aduentum eius.*) Ante eius aduentum, omnes l.u. 529 *Vtiliora Reip. ſint.*) Sunt, omnes libri ueteres. placet.

529 *Nam ſi uicti Pōpeiani.*) Sic o.l.u. Namq; ſi uicti Pompeiani tam inſolentes ſunt. 530 *Aut ulciſci parati ſunt.*) Sint, o.l.u. perſpicuè uerum. 530 *Poterit ne ſe tenere?*) Poterit ſe tenere? o.l.u. 530 *Quo maior adoleſcens Cæſar maiore deorum. c.*) Sic o.l.u. Quo maior adoleſcens Cæſar, maioreq́; deorum. quod probo.

530 *Vnquam abductus eſt.*) Abductus unquam eſt, Lang. & alij nonnulli. 530 *Quàm Cæſar adoleſcens.*) Quàm primum Cæſar adoleſcens, o. l. u. & paulo pòſt, Deinde. 530 *Bellum quo ueniat.*) Sic Lang. Bellum q̄d. cæteri ferè, quod. Vt fortaſſe corrigendum ſit, Bellum quidē ueniat. Vt oratio Ciceronis ſit, nō Antonij: idemq́; dicat quod in 5. Phil. eo loco, Ad hunc utrū legatos, an legiones ire oportebat? Inſequens membrum conſidera: ſi emendationem meam tibi non probabit, at illud certè aperiet, hic non Antonium, ſed Ciceronem loqui.

531 *Cui igni ferroq́; minitatur.*) Cui ignis ferrumq́;. c. Sc. l. ego, Ignem ferrumq́;, ut illud: Atq; huic urbi ferrum, flammamq́; minitantem. Hac de re aliàs. 531 *Quæ poſtulant, cognoſcam.*) Poſtulent, o.l.u. placet.

531 *Cum locum tibi relictū non modò ad pacem.*) Pro

Relictum,

Relictum, quidam Reliquum in ſuis l. repoſuerũt. Quod ualde placet: & ſi o. l. 3. contrà faciam. 531 Vir ornatiſſimus omnibus & fortunæ & uirtutis bonis.) O. l. u. omnibus & uirtutis et fortunæ bonis. Multo concinnius.

531 Prius undas flammamq́;.) Sic o. l. u. Prius undas flammã ut ait. E recentioribus nonnulli, Prius undis flamma quod fortaſſe rectum eſt. 531 Moueri ſedibus huic urbi. c.) Moueri ſedibus ſuis huic. c. nonnulli u. l. quod placet. 532 Sceleratorũ hoſtium.) Sceleratiſſimorũ, o. l. u. Apud Non. Marcellum hoc membrũ ita ſcriptum eſt, Sceleratiſſimorum hoſtium exercitum fuſum, cæſumq́; cognoui. 532 Et ex ea uictoria.) Et, nullis in l. u. reperitur: ut ita fortaſſe corrigendũ ſit, & eam uictoriam, quæ parta eſt, conſecutum. 532 Si cognouiſſem.) Si, delendũ eſt.

532 Ante uerò quàm ea res, quam auidiſſimè ciuitas expectat, allata ſit.) Ante uerò antè quàm ſit ea res, quam auidiſſimè ciuitas expectat, allata, o. l. u. 532 Letitiæ riſus ſatis eſt.) Nonnulli 3. l. Vſus. quod probo.

533 Ab eorundem aris.) Ab eorum aris, o. l. u.

533 Cum uideant illum glorioſiſſimum.) Glorioſiſſimum illum, o. l. u. 533 Hunc tantum ei fructum.) Tantum, à l. u. abeſt. 533 Ad ſaga iuiſſe.) Iſſe, o. l. u.

533 Conſules ſortiti.) Sic Lang. Cons. ſortitu. Sc. & cum eo plerîq;. Cos. ſortitu. in hoc omnes, loquor de ueteribus, conſentiunt, quòd Sortitu, non Sortiti probant. Ego tamen recentiores, qui omnes ferè cum impreſſis faciunt, ſequor: & ſi me non præterit, Sortitu ſortitione ualere, atque eo uerbo M. Tullium ſemel uſum eſſe, ac poſſe hunc locum ſic explicari, A. Hircius conſul ad bellum profectus eſt ſortitu. 533 Cæſar cum exercitu comparato à primis peſtibus.) Cum exercitu per ſe cõparato cum primis, Lang. cæteri hoc diſcrepãt, quòd pro Eum, Cum habent: quorum neutrum probo, ſed arbitror emendandũ, Tum: ut ad Poſtea referatur. ut illud in l. 6. ad Att. Sed & tum præſens, & poſtea creberrimè non deſtiti rogare. c. Sic igitur ſcribendum eſt, Cum exercitu per ſe comparato, tum primis. 533 Niſi ut D. Brutum liberaret.) D. Brutus liberaretur, o. l. u. 534 Aut inibi eſſe: ut iam eſſe confectum. Et ſpei. c.) Vel o. partim Mibi, partim Vbi, plerîq; Inibi, ut impreſſi: quos probamus. Inibi autem eſſe dicebatur id, quod nondum quidem perfectum, ſed ita parum aberat à perfectione, ut iam iamq́; perficiendũ eſſet: & ut loquitur M. Tullius, quod non confectũ, ſed affectũ erat. Afranius, Poſtquam ſe uidit inibi eſſe, gnatam paruulam ſororibus commendat. Pacuuius, Profectò inibi eſt: iam iam potiũtur frugũ. Cæcilius, Liber ne es? non ſum: uerum inibi eſt. Hæc à Non. Marcello mutuati ſumus. Multus autem idcirco fui, quòd in libris quidã pro Inibi Inceptũ repoſuerũt: in quo non ſolũ à ueterũ l. ſcriptura diſcedunt, ſed ne mentem quidẽ Ciceronis aſſequuntur. Sic igitur totum ex antiquorũ librorum auctoritate corrigendum eſt, Aut inibi eſſe, aut iam confectũ: ſet ſpei. c. 534 Quid de hac re ſentiatis.) Quid hac de re ſentiatis, o. l. u. quod multo cõcinnius eſt. 534 Quæ ſunt à Cõſule.) A Coss. id eſt, Conſulibus, ſine dubio emendandũ. Locus ille declarat, ex literis C. Panſæ, A. Hircij coss. Cæſaris propr. de honore dijs immortalibus habendo ſententias diximus.

534 Duorum Coss. tertio Cæſaris præſidio.) Cæſaris prælio, o. l. u. Ego hoc amplius, quòd pro Duorum, Duobus repono: quod ita perſpicuè, meo quidem iudicio, rectum eſt, ut approbatione non indigeat. 534 Tremere multis, & dubitare utrũ. c.) Sic o. l. u. Tremere multis dubitatis. Nonnulli de recentioribus, Dubitantes. & hoc quidem uerũ eſt. 534 Non iniuſta euelli, internecti nota.) Sic Lang. & cæteri ferè, Non iniuſta euelli inter nec uno ic. Ego nihil, aut parum de meo addens, de libris unã modò literã demens, diſiuncta autẽ, & quaſi diſcerpta coniungens, & ſuo quæque loco componens, mihi uideor in priſtinam quaſi formã hunc locum reſtituiſſe: ſic enim corrigo, Non iuſtæ belli internecini notæ. Bellũ autem internecinũ ualet Peſtiferũ, capitale, exitioſum: cum ſ. non de imperio ac dignitate, ſed de fortunis & capite dimicatur: neq; uter imperet, ſed uter ſit decernitur. Liuius l. 9. Deletaq; Auſonũ gens uix certo defectionis crimine, perinde ac ſi internecino bello certaſſet. & l. 12. Non internecinum ſibi eſſe cum Romanis bellum: de dignitate atq; imperio certare. Plinius: Habet deinde internecinum bellum cum Ichneumone. Internecinũ, inquit Sex. Pompeius teſtamentũ eſt, propter quod dominus eius necatus eſt.

514 Quod nulla barbaries poſſet ignoſcere.) Sic o. l. u. Quod nulla barbaria poſſet agnoſcere. Quod mihi ita mirabiliter arridet, ut in eo M. Tulliũ uidear agnoſcere. Idem autem Agnoſcere hoc loco ſignificat, quod loco illo pro Mil. Cum tota Italia facti illius gloriã libenter agnoſceret. Pro Plancio: Sequeſtrém ne Planciũ reſpuerent aures, agnoſceret nemo. & pro Celio: Iacet adulteria, quæ nemo non modò nomine, ſed ne ſuſpicione quidẽ poſſit agnoſcere. Dicit idem mutatis uerbis pro Cluentio: Quod unquã Habitus in ſe admiſit, ut hoc tantũ ab eo facinus non abhorrere uideatur. Barbari igitur Dolabellæ facinus, ut abhorrens à natura ſua, non agnoſcerent: ex quo intelligi poteſt, quàm ferum, quamq́; immane fuerit, quòd homines etiam ad crudelitatem nati reſpuerent. 534 Id duorum conſilio factum.) Id ſuo conſilio, o. l. u. quod probo: quod M. Antonius in ſua epiſtola dixerat, eoſdem nobis parcere idem ſententibus: id M. Tullius ita interpretatus fuerat, ita Antonio conueniſſe cum Dolabella, ut ille Trebonium, & ſi poſſet, etiam Brutum, Caſſium, diſcruciatos necaret. Propterea nunc dicit, Suo conſilio factũ eſſe teſtatur. 534 Niſi eum hinc ipſe Iupiter ab his mœnibus repuliſſet.) Niſi eum hinc ipſe Iupiter ab hoc templo atq; mœnib. repuliſſet, o. l. u. Ego hoc amplius, quòd pro Hinc Hic repono: ut paulo infrà, Hoſteſq; nefarios huic Ioui Maximo. Habebatur enim ſenatus, ut opinor, in Capitolio. 535 Crudeliſſimè interfecit.) Crudeliſſimis exemplis interemit, o. l. u. Hoc autem uerbo ſcriptores grauia atq; acerba ſupplicia dixiſſe, notiſſimum eſt: cur ita, docet Gellius. 533 Præludiũ illud, & portentũ.) O. l. u. Proludiũ. Vt ſcilicet quod in pugnis gladiatorijs ad uerum certamẽ proluſio eſt: in crudelitate ac ſceleribus hoc Lucius ad M. Antoniũ eſſet. Eſt tamẽ uerbũ inſolitũ, nec ab ullo ſcriptore, quod ſciam, uſurpatũ: nec bene cum inſequẽti cohæret. Quid, ſi Propudium corrigamus? aptius omnino conueniret, & uſitatũ eſt. Propudiũ, inquit Sex. Pompeius, dicebant, cum maledicto nudare turpitudinem uolebant: quaſi porrò pudendum. Quidam Propudium putant dici, à quo pudor et pudicitia procùl ſint. Plautus in Cur. Quid ais propudiũ? tun' etiã cum nocturnis oculis odium me uocas? & in Bacch. Recede hinc directè, ea ut pultat propudiũ. & in Pœn. Tun audes etiam ſeruos ſpernere propudiũ? 535 Vel, ſi etiam dij oderint, quos oportet: omnium deorum.) In Lang. Sc. cæteris ferè l. u.

hac

hæc extrema uerba non reperiuntur. Nonnulli ſic, Vel deorum, ſi etiam dij oderint, quos oportet: quod minimè diſplicet. Recentiores cum impreſſis conſentiunt.

535 Eaq; formidat dicere.) Eaq; dicere formidat, o.l.u.

535 Quas enim turpitudines Antonij libēter cum dedecore ſubierunt.) Cum dedecore, ab o.l.u. abeſt, & mehercule ſuperuacaneum eſt: quis enim turpitudines ſine dedecore ſubit? ſic in 4. accuſ. Qui nulla conditione iſtam turpitudinem ſubiſſent. 535 Quorum ſcelere crudelitatem conſtat Carthagnenſium uictam eſſe.) Sic o.l.u. Quorum ſcelere crudelitatem Carthagnenſium uictam eſſe fateatur. Oratio multo numeroſior. 535 Non eſt hoſtis putandus.) Hoſtis Antonius putandus, l.u.

535 Ad expiandas egeſtates.) Ad explendas, quidam repoſuerunt: ut illud de Prouin. Conſ. Ad explendas ſuas cupiditates. 535 A domeſticis hoſtibus, id eſt, qui intra mœnia hoſtes ſunt.) Dij maleſaciant iſti imperitorum generi, qui ſub omnibus rebus gloſſemata ſubſcribunt: quæ cauſa libros mendis referſit: ſed quædam tamen ita perſpicua, ut fugere neminem poſsint, niſi eum qui planè cæcus ignorantia ſit, aut certè omnibus in rebus conniueat. Vt illud in Catil. oratione 4. Vt ſui oblitus, alij memoretur. & illud pro Roſc. Amerino: Inſutus in culeum: ſupplicium parricidarū. Et apud Varronem lib. 6. Non ſolum quod dicitur, malum conſilium conſultori eſſe peſsimum: ſed etiam bonum conſilium, qui conſulit, & qui conſulitur, bonum habendum. Quædam uerò ita figuram ueri falliciter imitantur, ut difficile ſit internoſcere: cuiuſmodi illud pro Milone: Quid, quod caput audaciæ eſt? nam Audaciæ, meo quidem iudicio, ſubditicium eſt: oculis tamen non intentis, neq; acriter intuenti uerum eſſe uidebitur. Quorſum hæc oratio? inquies. ego uerba hæc, Id eſt intra mœnia hoſtes ſunt, & ſi omnes libri contrà faciunt, non dubito tamen quin gloſſema ſit, atq; ex eo genere quidem, quod nemini niſi planè hebeti obijcere poſsit errorem: etenim quid erat, quòd ſeipſum perinde M. Tullius interpretaretur, quaſi quicquam nouum aut inſolitum extuliſſet? nónne Domeſticas inſidias, domeſticum bellum, hoſtes etiam domeſticos pro inteſtinis ſemel, & ſæpius uſurpauit? quocirca ex libris hæc potes meo periculo tollere.

535 Iam aut fœdiſſimam.) Iam, ab o.l.u. abeſt.

536 Cum non uni, ſed tribus ducibus.) Sic Lang. & cæteri ferè, Cum unì è tribus. ſolus Gad. Cum communiter tribus. quod placet. 536 Quorū uirtute, & conſilij felicitate, o.l. u. ſic paulo infrà. Ita III. Impp. uirtute, conſilio, felicitate uno die locis pluribus reſp. eſt conſeruata. 536 Noui & ſingularis debentur.) Noui ſingulareſq; Lang. & cæteri ferè. numerus plenior, & Tullianus. 536 Tanta multitudine hoſtium interfecta, dico inquam hoſtium.) Sic Lang. Tanta multitudine interfecta hoſtium dico ita inquam hoſtium. quem ſequor. eſt autem ſic interpungendum, Tanta multitudine interfecta, hoſtium dico: ita inquam hoſtium. Ex ſe iam intelligitur. nam impreſsi libri ſunt planè barbari. 536 Supplicationis honorem tribuemus? imperatorum. c.) Sic o. l.u. Supplicationem honorum. ego, Supplicationum honorem: ut non modò caſus caſibus. ſed etiam numeri numeris reſponderent. quod tamen in nonnullis s.l. poſtea reperi.

536 Is demum eſt.) Is enim demum, omnes l.u.

536 Siue gratias agebant.) Siue um gratias, l.u. quod tamen abiudico. aut enim tantum uno membro, aut tribus addendum fuit: ut uenuſtatis aliquid afferret orationi.

536 Tu igitur de te, dixerit quiſpiam.) Tu igitur ipſe de te, o.l.u. & præclarè, & uenuſtè. 537 Sed iniuriæ dolore aio me.) Sed iniuriæ dolor facit me. perſpicuè rectum. 537 Etiám ne eos, qui omnes. c.) Etiā ne eos omnes l.u. probè. 537 * Per Idus Quintiles.) Hæc prælia, quibus de agitur hac oratione, facta ſunt ad 17. Kal. Maias: ut ex epiſtola Galbæ licet intelligere: uel 18. ut in quarto libro Faſtorum apparet apud Ouidium. Nuncius huius uictoriæ Romam uenit ad 12. Kal. Maias quod epiſtola quadam ad Brutū hic ipſe declarat: Triduo, inquit, aut quatriduo ante hanc rem pulcherrimam timore quodam perculſa ciuitas tota ad te ſe cum coniugibus & liberis effundebat: eadem recreata ad 12. Kal. Maias te huc uenire, quàm ſe ad te ire malebat. Hæc autem oratio poſtridie eius diei habita eſt. Illa uerba declarant, Cum heſterno die propter eorum res geſtas me ouantē, & propè triumphantem populus Rom. in Capitolium domo tulerit, domum inde reduxerit. Quorſum hæc? ut clariſsimè perſpicias hunc locum omnino eſſe deprauatum. Ad reſtituendum autem & corrigendum l. ueteres mihi nihil ſanè lucis oſtendunt, quò meas cogitationes dirigens ad ueritatem perueniam: nihil enim differunt ab impreſsis. hoc teneo, hunc diem inter Palilia & Vinalia medium fuiſſe: ex quo coniectura ducor ad ſuſpicandū, uel poſtridie Palilia, uel, quod etiam magis placet, à ſcriptura enim propius abeſt, Pridie uinalia eſſe reponendum.

537 Aliquém ne imperatorem habituri erimus? Crimen inuidia quæretur?) Sic Lang. & cæteri ferè s.l. Aliquem ne īpetus crimen inuidia quæretur. unus modò ſic, Aliquém ne Imp. habituri erimus inuidia quæreretur. & alter, Aliquem īp. crimen inuidia quæretur. ego ſic, Aliquém imperatorem? eis crimen inuidia quæretur. ut eorum, qui faſces ad Ciceronem delaturi fuerunt, ſit oratio conſultantium, quonam modo facilè ipſum de medio tollerent. Faſces, inter ſe dicebant, ad eum deferemus: deinde & uociferando, Aliquém ne imperatorem! & faſces oſtentando, Et crimen in eum quæremus, & inuidiam parabimus: quo in motu, & concitatione populari & operas conductas in eum immittere, & nullo negotio interficere poterimus. Quos autem fugiebat, eam notam, imp. ſcilicet imperatorem ſignificare: ex Eis fecerunt eum, & cum illo copularunt. quod ſi cui magis arriſerit, Aliquém ne imp? crimen inuidia quæretur: illud ſequatur, licebit. non pugnabo: habebit enim eandem ſententiam, & in libri ueteris auctoritate deliteſcet. 537 In rep fieri poſsit.) Poſſet, o.l.u. quod probo. 537 Extiterim repentè Catilina?) Exiſterem, quidam repoſuerunt. quod probo.

537 Quanquam opinor nec fuiſſe tam ſceleratū, qui hoc fingeret: nec tam furioſum, qui crederet.) Sic Liber Lang. Quanquam nec fuiſſe tam ſceleratum, qui hoc fingeret: tam furioſum, qui crederet. Scal. Quenquā ne fuiſſe tam. cætera eodem modo. ut Lang. ego una modò litera detracta, Quenquám ne fuiſſe. & quæ ſequuntur, ſimiliter. quo modo de meliori nota ſcriptores locuti ſunt. Terent. in Adelph. Vah quenquámne hominem in animo inſtituere, aut parare quod ſibi carius, quàm ipſe ſibi? & in Phorm. Tantá ne affectum hominem quenquam eſſe audacia? Et Plaut. in Trin. Noſtrám ne nutricē here, quæ nos educat, abalienare à nobis? Et M. Tul. pro Roſc. Com. Prob dij immortales, eſſe ne quenquā tanta audacia præditam!

ditum? Viribus potius ſuis, quàm reip. infelicē.) L. ſ. non diſcrepant ab impreßis. quidā pro Viribus, Vitijs repoſuerunt. quorum ita neutrū probo, ut illud tamen, quàm hoc, multis partibus malim defendere. Etenim ſi quis à me horū uerborū ſententiā requirat & cauſam, cur ita dictū ſit à Cicerone, quærat: nihil ei omnino mihi uidear poſſe reſpōdere: at in illud alterū fortaſſe aliquid, ſi non uerū, at ſaltem quod animos aliqua probabilitate percutiat, afferre poßim. Dicam enim id M. Tullium ſignificare uoluiße quod in 2. lib. de Nat. deor declarat, Quid uerò, inquit, Cæſarē putamus, ſi diuinaſſet fore, ut in eo ſenatu quem maiore ex parte ipſe cooptaſſet, in curia Pōpeiana ante ipſius Pompeij ſimulacrum tot cēturionibus ſuis inſpectātibus, à nobilißimis ciuibus, partim etiā à ſe omnibus rebus ornatis, trucidatus ita iaceret, ut ad eius corpus non modò amicorū, ſed ne ſeruorū quidem quiſquā accederet: quo cruciatu animi uitam acturū fuiſſet? illam igitur curiā Pompeianam interpretarer, quam, quòd in ea Cæſar interfectus eſſet, infelicem appellatā eſſe contenderē. nam Viribus ſuis, Cæſari exponerē, cuius etiā mortui nomen aleret apud plurimos, maximasq; uires illi cauſæ daret. ſed ut dixi, nō ſummopere placet. nam ut quod ego ſuprà explicaui, id ſentiat Cicero, illud tamē Viribus. ſ. ſuis & nimis durum, & ualde productū mihi uidetur, quoniā tamen hæc ſcriptura uetuſtatis quaſi radicibus innititur, ex libris euellēda nō eſt: ſed tantiſper ei ſtandū cenſeo, dum uerum ex tenebris eruamus. 537 Qui hoſtia, qui urbis portas.) Oſtia, Scal. l. Vrbis partes, alius nō minoris uetuſtatis. ut in Cat. Deſcripſiſti urbis partes ad incendia. Salluſtius Loca appellat, eandē rem memoriæ tradens: XII. ſimul opportuna loca urbis incenderent: quo tumultu facilior aditus ad cos. ceterosq;, quibus inſidiæ parabantur, fieret. Ego tamen, ſi Oſtia mendoſum non eſt, Portas magis probo. 537 Quod ut inuidia mea fieret.) Vt cum inuidia, c. omnes l. u. ut pro Quintio, Omnia iudicia difficillima cum ſumma ſua inuidia, maximoq; periculo P. Quintij fieri mallet. 537 Tum impetus conductorum hominū.) Tum in me impetus, o. l. u. 537 Veſtrum omniū conſecuta.) Omniū ueſtrum o. l. u. 537 Quæ res patefecit.) Liber unus atq; alter, in queis Lang. Pateſcit. quod probo. eſt omnino poeticum uerbū: ſed tamen habet, inquit M. Tullius, in oratione poeticū aliquod uerbū dignitatē. Vir. Danaumq; pateſcunt Inſidiæ. Vtitur tamen Liuius. nam Patefecit quidē perſpicuè falſum. 537 Quod ſuo tēpore totiusq; huius ſceleris.) Sed ſuo tēpore totius huius ſceleris, c. o. l. u. rectè. 538 Teſtis, conſcius & adiutor.) Teſtis, conſcius, adiutor, o. l. u. quod placet. 538 Nō tam ut pro me dixerim.) Dicerem, rectius eſt, mea quidē ſententia. 518 Id quod ego ſemper feciſſem.) Id quod ſemper ipſe feciſſem, o. l. u. 538 Dicere ſolebat Craſſus.) Dicere Craſſus ſolebat, o. l. u. 539 Bonis forſitan poſſum & libenter.) Pro Poſſum, Poßim, nonnulli u. l. in queis Scal. 539 Vt non perinde homines quoq;.) Quiq;, unus alter ue liber: in queis Lang. Cæteri ab impreßis nō diſſerunt. ego deeſſe aliquid puto, Deq; ſuggerendum: ut ſit, De quoq;, ut quiſq; mereretur, iudicarent. quemadmodum paulo infrà. Ita de unoquoque, ut quenq; meritum arbitrantur, exiſtimant. 539 Ante diem XIIII. Cal. Ian.) XIII. emendandū eſt. de hac re alio loco diximus. 539 Me ex Cal. Ian. ad hanc horam uigilaſſe reipub. Inuigilaſſe, quinque l. u. in queis Lang. quod ualde placet: ſic enim dicitur, Inuigilare reip. ut Indormire cauſæ, Indormire tēpori. Vir. Nanq; aliæ uictu inuigilant. Et alibi, Inuigilant pueri uenatu.

539 Measq; aures dies & noctes.) Dies noctes, Lang.

539 Meisq; cohortationibus.) Que, à l. u. abeſt. quod placet. 519 Idē Ventidiū.) Plerīq; l. u. in queis Lang. Idem R. Ventidiū. ut ita fortaſſe corrigendū ſit, Idem P. Ventidiū. hoc ei certè prænomen fuit: ut ex Dione licet intelligere. 539 Num ego ſemper hoſtem? Non pro Num, plerīq; l. u. & rectè: ſiquidem per Num interroges quæ negari: per Nō, quæ dici uis: huic Etiam, Non illi reſpondet. 539 In has ſententias.) Has in ſententias, o. l. u. quod cōcinnius eſt. 540 Bellum Octauij.) Octauianū, o. l. u. ut in lib. 2. de Nat. deor. Quæ nuper bello Octauiano magnarū fuerunt calamitatū prænunciæ. 540 Ad te ipſum P. Seruilium.) P. Seruilium, corrigendū eſt. perſpicuè rectum. 540 Publicè denegandæ eſt.) Non modò omnes antiqui libri, ſed etiā ratio nobis auctor eſt, ut Publicè deleamus: etenim quis ſenatus priuatim denegat? 540 Aut ſupplicatione decreta.) Decernenda, o. ferè l. u. in quibus Sc. quod ualde probo. 540 Quod ergo illi re, ego.) Quod ergo ille re, id ego, Lang. & cæteri. quod ualde placet. deſcribit autem Seruilium, qui ante ipſum ſententiā rogatus eſt.

541 Hoc ipſo nomine qui etiam deuicti ſunt.) Sic o. l. u. Hoc ipſo nomine & eos qui iam deuicti ſunt. perſpicuè uerum. 541 Cum uictores appello Imperatores.) Suſpicor eſſe gloſſema: eſt enim inane atq; ſupernacaneum. 541 Etſi habet honoris nomen amplißimi.) Honoris amplißimi nomen, Lang. & alij multi. quod placet. 541 Qui primus Antonij immanē & fœdam crudelitatē nō ſolū. c.) Qui primus immanē et fœdam crudelitatem Antonij non ſolū, Lang. & cæteri ferè.

541 Dignus imperator legione Martia.) Aut aliquid mea quidē ſententia, huic membro deeſt: aut proximo inferiori ſuperat: aut enim ſic emendandū eſt, Dignus imperator legione, digna legio imperatore: aut, quod rectius eße iudico atque uenuſtius, Dignus imperator legione Martia, digna legio imperatore Pāſa: ſic enim uocabulū uocabulo, nomini nomē reſpōderet. 541 Cuius ſi acerrimum impetum cohibere Panſa potuiſſet.) Panſa, à duob. tribus ue l. u. abeſt: in quibus Lang. quod placet. 541 Docuit hoc prælio militibus, his.) Illo prælio militibus ijs, o. l. u. 541 Quā ullius pulchriorem ſpecie imperatoris accepimus?) Quia nullius o. l. u. ego, Qua nullius. ut ſit, Qua ſpecie nullā imperatoris ſpeciē pulchriorē accepimus. res perſpicua. 542 Eo maiora beneficia Cæſaris.) C. Cæſaris, o. l. u. 542 Cui cum imperiū dabamus: eodē tēpore et ſpem.) Sic Lang. et alij multi, Cui cum imperiū, eodē tempore etiā ſpem nominis eius deferebamus. 542 Quod cum eſt ſecutus auctoritatē noſtri decreti rebus geſtis ſuis cōprobauit.) Sic interpungendū arbitror, Quod, cum eſt ſecutus auctoritatē noſtri decreti, rebus geſtis ſuis comprobauit: ut ſit, Quod nomen rebus geſtis ſuis comprobauit, ſecutus decreti noſtri auctoritatem: ſiquidem res præclarißimas dignasq; imperatore geßit. Sic ferè locutus eſt in 6. Accuſ. Nimirū ut hic nomen ſuum comprobauit: ſic ille cognomen. Nonnulli u. l. Conſecutus, non

Secutus, quod non probo. 542 Ita trium imperatorum populi Ro.) Duo hæc extrema uerba à l.u. abſunt. quod placet. 542 Ipſe cõſequi potero.) Iiſdem L. auctoribus, Ipſe delendum eſt. 543 Quanquã ea, quæ nos promiſimus.) Omnes l.u. Quanquam nos ea, quæ promiſimus. 543 Studioſè quanquã multa.) Eodem modo l.ſ. Quidam pro Quanquam multa, Cumulata, repoſuerunt. quod ſi non uerum, probabilius certè eſt.

543 Cum difficillimo reip.) L.u. partim ſic, Quanquam id difficillimo: partim, Quanquã cum. ut fortaſſe corrigendum ſit, Quam quidem cum. e. 543 Flagitari uideamur.) Videmur, o.l.u. 543 In fuga fœda mors.) Mors eſt, o.l.u. 543 Breuis autem nobis uita data eſt.) Sic IIII l. libri ueteres, in queis Lang. Breuis à natura uita uobis data eſt. quod tamen reijcio. reijcio autem ob eam cauſam, quòd inſequens membrum, quod paria paribus reſpondere debet, mancũ quodammodo atq; imperfectũ uidebitur. nam Memoria ad Vitã, Sempiterna ad Breuẽ, Redditæ ad Data: A natura, ſuo tanquam pari carebit: ſic enim eſſet integrum, At à ſenatu memoria bene redditæ uitæ ſempiterna. uel quid eiuſmodi. 544 Ad ſummã laudem gloriamq́;.) Sic o. ferè l.u. Ad laudem gloriamq́; ſummam. 544 Obliuione eorum qui ſunt.) Qui nunc ſunt, o l.u. utrunq; omnino probabile, & huic ſcriptori uſitatũ. poſt Red. ad ſen. Cn. Pompeius uir omniũ, qui ſunt, fuerunt, erunt, uirtute princeps. & pro Lege Man. Non modò eorum hominum, qui nunc ſunt, gloriam, ſed etiam antiquitatis memoriam uirtute ſuperarit. Sed ex duobus probabilibus id ſemper uerum iudicandum, quod l.u. comprobarint.

544 Nec reticentia poſterorũ inſepulta eſſe poterit.) Liber Gad. (nam cæteri ab impreßis non diſſentiunt) Sepulta. quid ſibi uelit, perſpicuũ eſt: & eum eo loquendi conſuetudo facit: quæ ſolet eas res ſepultas appellare, quarũ dimiſſa cõmemoratio eſt, memoriaq; deleta. Ego tamen ut hinc non ſentiã, neq; Ciceronem more uulgari locutũ exiſtimem, faciũt uerba cõſequentia, Cum uobis immortale monumentũ ſuis penè manibus. S.P.Q.R. extruxerit. Arbitror enim uirtutẽ Non inſepultam propemodum pro Immortali dixiſſe propter elogia monumentorũ, atq; literas quæ in ſepulcris inſcribi ſolent ad declarandas uirtutes, ac facta ſepultorum. Ab eadẽ cauſa dixit Horatius, Africano cui ſuper Carthaginem uirtus ſepulcrũ condidit. ut enim monumenta ſepulcrorum dum manent, tenetur eorum uiua memoria qui ibi ſiti ſunt: ſic dum Carthago extabit, Scipionis uirtus ac uictoria celebrabitur. Virtus igitur militum non inſepulta erit: immortalitati cõmendabitur: quòd ſepulcrum, monumentumq́; habebit: cuius inſcriptio ipſam gentibus omnibus, atq; omniũ ſeculorum poſteritati notam faciet. 544 Adhiberi publicè poſſet oratio.) Publicè adhiberi, o.l.u. 545 Id genus, quod eſt pulcherrimum.) Quod eſſet pulcherrimum, o.l.u. quod probo. 545 Quamobrem quidẽ maximum.) Maximum quidem, nonnulli u.l. quod placet.

545 Virtutem ſuorum & ætatem.) Pro Aetatem, Pietatem, o.l.u. quòd ſcilicet pro patria uitã profuderint, perſpicuè rectũ. 545 Fratribus tribuenda cenſeo.) Fratribus eadem tribuenda, o.l.u. placet.

545 Exercitumq́; hoſtiũ fecerit.) Exercitumq́; eius, l.Sc. cæteros ſequor. 545 Occiſione occiderit.) Eodem modo o.l.ſ. Occidione occiderit, probat cõſuetudo: quæ ita loqui ſolet, cum internicionem ſignificare uult.

545 C. Cæſar imperator.) Nõnulli ſ.l. Cæſar Propr. imperator: quod minimè diſplicet. in S.C. enim omnia honorum nomina ferè aſcribebantur. 546 Vt ob eas res.) Vti, nonnulli u.l. in queis Lang. quod placet: nam redolet antiquitatẽ, quæ maximè in S.C. retinebatur.

546 Ad omnia puluinaria conſtituant.) Conſtituat, o.l.u. 546 Cõplurimos cæderent: caperent nonnullos.) Vt plurimos cæderent. c. 546 Cumq́; ſine ulla neceßitate.) Sine ulla retractatione, o.l.u. ut Liuius l.6. Iuniores ad edictũ ſine retractatione cõuenerunt. Vtitur etiam Cicero in Tuſc. lib. 5. & 13. lib. ep. ad Att.

546 His qui ſanguinẽ pro uita, libertate, fortunisq́; Populi Rom. pro urbe, templisq;.) Hæc omnia demptis coniunctionibus dicuntur in l.u. nonnulli, in queis Sc. pro His, Iis. quod placet. 546 Monumentum quàm ampliſſimum locandũ faciendumq́;, urbem ad eam rem pecuniam dare contribuere.) Sic l.u. Locandum, faciendumq́; urbem ad eam rem. c. in quibus Ciceronem non agnoſco: nam primùm, niſi me fallit memoria, hoc Locandum, faciendũ iubeo, non dicitur: ſed Locare, facere iubeo. Verùm fac, ita non eſſe, ut Locandũ, faciendum dixerit, huic ſubiunxerit, Dare, attribuere, ſoluere iubeant, ut tam diuerſas res. ſ. uno uerbo cõprehenderit, adduci ad credẽdum nullo modo poſſum. deinde ſi quis iuſiurandũ in hæc uerba adijciat: ſi mihi uideatur, Vrbem ſoluere iubeant, à Cicerone ſcriptum: non uideri profectò iurem: ita mihi non ſolum ab huius elegantia, ſed etiam conſuetudine Latini ſermonis uidetur abhorrere. ſic autem ſcriptũ reliquiſſe M. Tullium puto, Monumentũ quàm ampliſſimũ locandum, faciendũ curent: ad eam rem. e. Hunc autem errorẽ creauit, opinor, illud quod ſæpe iam demõſtraui, quòd in l.u. hæ literæ C & Q locum inter ſe ſæpe cõmutent, quæ cauſa libros referſit erroribus. ut apud hũc ipſum in 1. l. de Nat. deor. Nec tu me celas, ut Pythagoras ſolebat alienos: nec conſulto dicis occulte, tanquã Heraclitus: ſed quod inter nos liqueat, ne tu quidem intelligis ubi Liqueat pro Liceat: ut in ep. ad Att. Ex quo quidem ego, quod inter nos liceat dicere, milleſimã partem uix intelligo. uel, ut ſimilius proferã, Plaut. in Pœn. Vin bona dicam fide, quod hic inter nos liceat. Internis oculis contemplare ſententiam: ut nos aſſeueramus, ita eſſe perſpicies. ſed ut ad rem: hoc ego ſentio. ſi quis tamen illud magis probabit, Locandum faciendumq́; curent, eum eo non pugnabo.

546 Pecuniã dare, contribuere.) Attribuere, o.l.u. ut illud in 9. Tantam pecuniã redemptori ſoluendam, attribuendamq́; curent perſpicuè uerum: ut illud alterum apertè falſum: ſiquidem Pecuniam cõtribuere non dicitur. hoc autem uerbum propriè in iis ponitur, qui aliquẽ liberum populũ ſub alterius ditionẽ ſubiugunt. Liuius: Corinthum iis contributuros in antiquũ gentis concilium. & alibi, Phocenſes Locrenſes cõtribuerunt Aetolis iis autẽ populi cõtributi dicebantur. Cæſ. Oſcenſes, & Calaguritani, qui erãt tum Oſcenſibus cõtributi.

546 Eaq́; fratribus tribuãtur.) Lang. & cæteri ferè, Iisq́; fratribus tribuãtur. Nonnulli tantũmodo, Tribuantur. ego emendandum arbitror, Iisq́; tribuantur. c. Fratribus enim puto eſſe gloſſema alicuius imperiti.

547 Si illi uixiſſent.) Vixiſſent, S C. apertè uerum.

IN C. CRISPI SALLVSTII ORATIONEM IN M. T. Ciceronem, Franciſci Syluij Commentarius. Orationis huius, & eius, qua huic Cicero reſpondet, Argumentum.

ILlud uſuuenire ſolet, ut inimicitiæ grauiores ſint inter eos, qui amici aliquãdo fuerunt. Quales fuerunt inter Syllam & Marium, inter P. Sulpitium & Qu. Pompeium, inter Ciceronem & Clodium, inter eundem Ciceronem & M. Antonium. C. Salluſtium Ciceronis amicum fuiſſe, ſatis conſtat ex hiſtoria belli Catilinæ, in qua Ciceronem Salluſtius commendat. Salluſtium familiarẽ ſuum Qu. Cicero in libro de Diuinatione primo appellat. Inter eos ortæ ſunt inimicitiæ: quia T. Annius Milo Salluſtium in ſerui habitu in adulterio uxoris ſuæ, filiæ Syllæ, deprehenſum loris cæcidit, & quum dediſſet pecuniam, dimiſit: ut eſt apud A. Gellium capite decimo octauo libri 17. & Seruium libro Commentariorum in Aeneida Virgilij 7. Eam ob rem Milo factus eſt Salluſtio inimicus, multaſq; Salluſtius Tribun. pleb. occiſo P. Clodio in Milonem habuit conciones, ut eſt apud Aſconium Pedianum. Cum Salluſtio Milonis cauſa Cicero inimicitias ſuſcepit. Is enim in oratione pro Milone, inimicitias potentiũ pro eo Milone ſe appetiuiſſe, eiuſq; inimicorũ armis corpus ac uitã obtuliſſe dicit. Quum igitur Cicero & Salluſtius inimici eſſent, inter eos in ſenatu diſſenſio etiam contumelioſa fuit. Quocirca Salluſtius ex tempore hanc orationem in Ciceronem habuit, cui Cicero itidem ex tempore reſpondet. Orationes ſunt demonſtratiuæ. Acerbam enim uituperationem utraq; continet. Ciceronem Salluſtius uituperat à uitijs pueritiæ & adoleſcentiæ, à uitijs domeſticis, à domo in qua habitat, à Conſulatu pernicioſè geſto, à coniuratione Catilinæ, à quæſtione de coniuratis facta, à iactatione, à leuitate. Vt proœmio uſus nõ eſt, ita nec concluſione utitur: quamuis inchoandæ orationis ratio quædam fuerit, nullus tamen fuit deſinendi modus. Eſt tamen quod coniectem, Salluſtium plura non dixiſſe, quòd ad ea ſolum quæ in oratione extant, Cicero reſpondeat. Ita autem reſpondet Cicero, ut alia refutet, alia aut ſimilia in inimicum retorqueat, eumq; nouis quibuſdã infamet. Quamuis Cicero orationes ſcribere ſolitus ſit, poſtquam eas habuerat: hanc tamen à Cicerone ſcriptam non arbitror, ſed à notarijs quibuſdam, quum diceretur, exceptã: quòd tam abſoluta non ſit, quàm aliæ, quas ipſe edidit. Hæ orationes multis in locis mendoſæ erant, ſed nos adiuti uetuſto quodam è diui Victoris bibliotheca exemplo, alioq; annis abhinc quadraginta Venetijs impreſſo, & Laurentij Vallæ elegantijs, multa reſtituimus. Hæc autem inter Salluſtium & Ciceronem contentio fuit poſt necem C. Cæſaris.

GRauiter & iniquo animo.) *Quæ in nos ab inimicis per contumeliã dicuntur, ſi nos contemnere ſignificemus, inimicos afficimus grauius.* Iudicio.) *id eſt, conſilio & ſana mente.* Morbo animi.) *id eſt, temerè & quadã inſania.* Petulantia.) *Petulantia, ut ait Sex. Pompeius, à petendo dicta eſt. M. Tullius de Republica libro quarto: Itaq; à petendo petulantia, à procando, id eſt, poſcendo, procacitas nominata eſt. Eſt autem petulantia, ut ait Non. Marcellus, improbitas. Cicero de Oratore libro ſecundo: Illud aſſequor, ut ſi quis mihi fortè maledicat, petulans, aut ſanè inſanus eſſe uideatur. Hoc in loco petulantia pro ea improbitate, & (ut ita dicam) maledicentia dici uidetur. Laurentius Valla libro quarto, proteruiam eſſe dicit contumeliam leuiorẽ, procacitatem maiorem, petulantiam maximam: id ut probet, hũc Salluſtij locum, multoſq; ex proxima Ciceronis oratione locos citat.*

Apud quem hunc locũ ita lego: Si te ſcirem iudicio animi magis quàm morbo petulantia iſta uti. Sed cum in te neq; modũ.) *id eſt, maledicendi finem & menſuram.* Neq; modeſtiam ullam animaduerto.) *id eſt, temperantiam.* Malè dicẽdo.) *Duas eſſe uoces, Valla libro tertio ſignificat: ueluti quum dicimus, malè opto, malè precor. Idem ſcribit, malè audire eſſe infamari crimina ſua audientem: cuius contrariũ eſt malè dicere. citatq; hunc Salluſtij locum.* Voluptatem cepiſti.) *ut Cicero libro Epiſtolarum familiarium tertio. Hoc uelim tibi perſuadeas, ſi rationibus meis à te prouiſum eſſe intellexero, magnam te ex eo & perpetuam uoluptatem eſſe capturum. Capere lætitiã, detrimentũ, & dolorem, dici, alio loco probauimus. Amittere uoluptatẽ, dici, ex hoc loco eſt attendendũ.* Vbi querar? quos implorem?) *Addubitatio eſt, qua in augenda re uti ſolemus.* Largitionibus.) *Largitionẽ ferè in mala re Cicero quoq; uſurpare ſolet, ut ſit aut prodigalitas, aut id quod datur hominibus in corruptelam: ut teſtibus, ut iudicibus.* Se ipſe ac fortunas ſuas uenales habeat.) *Huic diſsimile non eſt illud Iugurthæ dictum, qui cum Roma cederet, quò euocatus fuerat: O urbem, inquit, uenalẽ, & citò perituram, ſi emptorem inuenerit. autor eſt T. Liuius lib. 64.*

Leges iudicia pop. Rom.) *In alio codice ſcriptũ eſt, Leges iudiciaq;: in alio, Leges, iudicia, rempublicã.* In hoc ordine.) *ſenatorio.* Reptitius.) *Magis placet ut reptitius legatur, quàm ut in alijs codicibus, repertitius. Cicero enim in uilla quadam prope Arpinum ſe natum dicit, in libro de Legibus ſecundo. Quia tamen erat ex municipio, ciuis Romanus erat. Omnibus enim municipibus duæ erãt patriæ: una naturæ, id eſt, loci, in quo quis natus eſſet: altera ciuitatis. ut Cato cum eſſet Tuſculi natus, in populi Romani ciuitatem ſuſceptus eſt. Reptitiũ dicit, quod tanquã ſerpens humiliter in Rom. ciuitatẽ irrepſerit. L. Torquatus in P. Syllæ accuſatione Numam primum, Tarquinium ſecundum, & Ciceronem tertium peregrinũ eſſe regem dixit. Cicero in Syllæ defenſione, ut regem, ita peregrinũ ſe non eſſe oſtendit. Negat cuiquã ex municipijs id eſſe obiectũ, quum Coruncanius, Curius, Cato, Marius ex municipijs fuerint, eumq; hi duo proximi multos habuerint inimicos. Romulum Arpinatem, poſtea Ciceronem Salluſtius appellat.* Accitus.) *id eſt, euocatus, non natus.* Inſitus.) *Tranſlatio ab arboribus eſt, quæ ex ſolo, in quo innatæ & nutritæ ſunt, in aliud ſolum transferuntur, & ut ita dicam, tranſplantantur.* A pueritia uixiſti.) *Hæc ſcelera quæ Tullio Salluſtius obijcit, arbitror eſſe ex uituperandi conſuetudine, magis quàm ex certo animi iudicio. Vt Cicero dicit, L. Cornelio Balbo obiectã eſſe ab accuſatoribus luxuriã, quæ nõ crimine aliquo libidinis,*

ſed cõmuni maledicto notabatur. Quis enim hæc in Cicerone credat, quæ in alijs reprehendere ſolet? Quod alteri.) In codice ſancti Victoris melius eſt, Quod alicui. Immoderatam eloquentiam.) Aduerſarij eloquentiam Cicero commendat, quo nomine eam auditoribus facit ſuſpicioſam. ut pro P. Quintio nonnihil ſe dicit cõmoueri, ne ſe Q. Hortenſij eloquentia in dicendo impediat. Ne igitur Ciceronis reſponſioni credatur, inſinuat. Apud M. Piſonẽ.) Cicero in libro de Claris oratoribus, declamitaſſe ſe quotidie cum M. Piſone & cum Q. Pompeio, aut cum aliquo commentatum eſſe dicit. Hunc Piſonẽ Cicero pro Cn. Planco nobiliſsimũ hominem, innocentiſsimũ, & eloquentiſsimũ appellat. Hunc in lib. de Fin. 4 familiarem ſuum appellat. & lib. 5. facit eum diſputantem de ſecta Peripateticorum. Flagitioſè uenditas.) cum ob patrocinia grandem pecuniam accipis. Mercenarium patronum hunc poſtea appellat.

Splendor domeſticus.) id eſt, infamis domus tuæ. Ironia eſt. Tibi animos tollit.) id eſt, te ſuperbum facit, ut in me ſis tantum petulans. Vxor ſacrilega.) Terentia Ciceronis uxor non inertis ingenij, audax & ambitioſa fuit, ut in Ciceronis uita Plutarchus ſcripſit. Cicero libro Epiſt. ad Attic. 11. ſcripſit ex Philotimo auditum eſſe, Terentiam ſceleratè quædam facere. Ea autem uixit annos CXVII. ut ait Plinius lib. 7. Periurijs delibuta.) Melius in alijs codicibus eſt, nobilitata. Nobilitatum enim etiam in malam partẽ dicitur, ut in lib. de Offic. 2. Teſtis eſt Phalaris, cuius præter cæteros nobilitata crudelitas eſt. Filia matris pellex.) id eſt, Tullia filia tua, cum qua tu cõcubuiſti. Vi & rapinis.) id eſt, pecunia flagitioſè cõparata. Nam paulo pòſt dicet, ſanguine & miſerijs ciuium Ciceronem emiſſe domum.

Quam conuerſa ſit reſp.) In codice alio ſcriptũ eſt, Quam conuerſa res ſit. Quum in ea domo habitares, &c.) Odioſum enim eſt, quum à prætereuntibus dicitur, O domus antiqua, quàm diſpari domino dominaris. Ciceronis domus in palatio fuit. eam P. Craſsi antea fuiſſe, hic Salluſtius dicit. Poſt Ciceronẽ fuit Cenſorini, ut ait Velleius Paterculus. P. Craſſus uir ampliſsimus Scæuolæ frater fuit, ut ait Cicero in lib. de Or. 1. Haud ſcio an L. Craſsi ſcribendum eſſet. L. enim Craſſus orator magnificam domum in palatio habuit, quæ ei hæreditate obuenit, ut ait Plinius cap. 1. lib. 17. Hunc Budæus libro de Aſſe tertio, ſexagies ſeſtertiûm, id eſt, centum & quinquaginta millibus aureorũ noſtrorum habitaſſe dicit. Vt Ciceroni Salluſtius obijcit, quod in domo P. Craſsi habitet: ita L. Cornelio Balbo ab accuſatore obiectũ Cicero dicit, quod Tuſculanũ poſsideret, quod Q. Metelli, & L. Craſsi fuerat. Illud, inquit Cicero, neſciebat accuſator, prædiorum nullam eſſe gentem, eaq́; emptionibus ſæpe ad alienos homines, ſæpe ad infimos, non legibus tanquã tutelas peruenire. In concilio deorum immortalium fuiſſe.) Vbi id dicat Cicero, legere non memini, nec puto eſſe in libris ijs qui extent.

Abſq; carnificis nomine.) id eſt, ſine ulla crudelitate, ſi emendata lectio eſt. Ciuitatis incommodum.) id eſt, Catilinæ coniurationem, ob quam ciues alij in carcere iugulati ſunt, alij in prælio necati, alij exilio ſe multauerunt. In gloriam ſuam ponit.) Sæpe enim gloriatur Cicero, quòd hanc coniurationem Conſul oppreſſerit.

In gloriam ſuam ponit.) Hoc dixit, quemadmodum in gratiam ponere dixit libro Epiſtol. familiarium 3. Si quid quod opus fuerit, Appio facies, ponito me in gratiã. Idem tamẽ dicit pro A. Cluentio, ponere in culpa: Omnes qui Oppianicũ condemnarunt, in culpa ſunt ac ſuſpicione ponendi. Fuerit Cõſulatus tuus.) Videtur ſignificare Salluſtius Catilinã ad coniurationem impulſum fuiſſe, quod uideret in conſulatus adeptione ſibi patritio Ciceronem hominem nouũ præpoſitum fuiſſe. Sed certè ante conſulatum Ciceroni mandatum, Catilinæ coniuratio cœpit: ut idem Salluſtius ſcribit in bello Catilinario. Te magis extollunt.) ut mihi malè dicas.

Cum Terentia uxore de repub.) Terentia curarum reipub. à Cicerone facta eſt participans, magis quàm ipſe ab ea domeſticæ, ut ex Ciceronis ſententia Plutarchus ſcribit. Hanc à Cicerone poſt quã ab exilio redijt, repudiatam, idem ſcribit, quòd moleſta nimis & turbulenta eſſet. quam poſtea Salluſtius, & poſtremo Meſſala Coruinus uxorem duxerunt. Quum legis Planciæ iudicia domi faciebatis, &c.) Plautiæ, non Planciæ legi debet: ut Salluſtius dicit, Catilinã lege Plautia interrogatum à L. Paulo. Vt autem cautem & cotem, plauſtrum & ploſtrũ dicimus, ita legem Plautiam & Plotiam dici inuenias. Eſt autem lex Plotia, quam M. Plotius Syllanus Trib. pleb. tulit de ui, quæ eſt in eos qui rempublicã oppugnent: de qua fuſius ſcripſimus in Milonianam. Ciceroni poſtquam abijt conſulatu, à ſenatu mandatum eſt, ut qui in coniuratione fuiſſent, inquireret. Eos igitur lege Plotia Cicero interrogabat. Cum tibi alius Tuſculanam, alius Pompeianam uillam ædificabat.) Tuſculana uilla dicta eſt, quòd in agro Tuſculano ædificata ſit: ut Pompeiana, quòd in agro Pompeiano. Villam Tuſculanã L. Sylla ante Ciceronem poſſedit, ut ait Plinius capite ſexto libri uigeſimiſecundi.

Nihil poterat.) id eſt, pauper erat. Calumniæ proximus.) id eſt, crimini: aut calumniæ tuæ, id eſt, malicioſæ & mendaci infamationi. Fortaſſe coniurationi, non calumniæ ſcribendum ſit. Quantum patrimonij acceperis.) Significat Salluſtius, Ciceronem paruum patrimonium accepiſſe, & paruum ex accuſationibus & defenſionibus quæſtum feciſſe, comparatione pecuniæ eius, qua domum emerit, Tuſculanũ & Pompeianum ædificauerit. Vnde colligit, ex ſanguine & miſerijs ciuium tantam pecuniam comparatam eſſe. Domum paraueris.) id eſt, emeris. Ciceronem non minoris quinquaginta millibus aureorum coronatorum habitaſſe, Budæus in libro de Aſſe tertio colligit. Ea (ut arbitror) domus eſt, quam ut emeret Cicero à Pub. Sylla, qui tum reus erat, uicies ſeſtertiûm, id eſt, quinquaginta millia aureorum mutuò accepit, ut eſt apud A. Gellium capite duodecimo, libri duodecimi. Infinito ſumptu.) Ciceronis Tuſculanum æſtimatũ fuiſſe duodecim millibus & quingentis aureis, Budæus ſcribit de Aſſe libro tertio. Infinito.) id eſt, maximo. Vt in oratione Ciceronis pro Marco Cælio: Nunquam Cælius tam amens fuiſſet, ut ſi ſe iſte infinito ambitu commaculaſſet, ambitus alterum accuſaret. Cui poteſt eſſe dubium, quin opulentiam iſtam, &c.) Argumentum ex remotione eſt, ad hunc modum: Pecuniam habuiſti infinitam: igitur aut ex patrimonio, aut ex litibus, aut ex ſanguine & miſerijs ciuium. ſed non ex patrimonio, neque ex litibus tantam habere potuiſti: relinquitur, ex ſan-

ex ſanguine & ex miſerijs ciuium eorum quos lege Plotia interrogaſti. Ex M. Craßi familia.) Ironia eſt.

Eius uirtutem imitatur.) Craſſus enim ex paterna hæreditate tantũ trecenta talenta accepit. prius tamen quàm aduerſus Parthos exercitum duceret, ſeptem millia & centum talenta coegit: quamuis Herculi facultatum ſuarum partem decimam conſecraſſet, pop. Rom. epulum publicum dediſſet, nec minas ternas in ſingula ciuium capita contuliſſet. autor eſt Plutarchus in eius uita, ubi ſcribit qua ratione tam cito diues factus ſit. Rempublicam charam habet.) In codicibus alijs melius ſcriptum eſt, Populi Romani curam habet. Amicitiæ tantum ac uirtutis eſt.) Melius lego in codicibus alijs, Amicitia tantum ac uirtus eſt. Perſeuerat autem in Ironia.

Supplex inimicis, amicis contumelioſus.) Cicero uocatus in iudicium à Clodio Tribuno plebis, quòd contra fas ac maiorum leges de coniuratis cauſa indicta ſupplicium ſumpſiſſet, adeò fracto animo atq; demiſſo fuit, ut profluente coma per uicos & angiportus amicos iuxtà & inimicos ſupplex orauerit, ut ſibi adeſſent. Mercenarius patronus.) quod mercedis cauſa reos defendat. Quod idem Hortenſio Cicero obijcit de ſphinge Verris. Id autem turpe erat. Itaq; Cicero ne in talem incidat ſuſpicionem, in Procemijs defenſionum cauſam honeſtam ſolet dicere, cur ad defendendum reum acceſſerit. A turpitudine uacat, &c.) Vacat turpitudine, & uacat à turpitudine, in eadem re dici alio loco docuimus. Pedes fugaces.) Hoc dicit propter Ciceronis exilium. Audet dicere, O fortunatam natam me Conſule Romam.) Quintilianus in libro undecimo, ſcribens de iactatione oratori fugienda: M. inquit, Tullius ſæpe dicit de oppreſſa coniuratione Catilinæ: ſed modò id uirtuti ſenatus, modò prouidentiæ deorum immortalium aßignat, plerunque contra inimicos atq; obtrectatores plus uendicat ſibi. erant enim tuenda, quum obijcerentur. In carminibus utinam pepercisſet, quæ non deſierunt carpere maligni: Cedant arma togæ, concedat laurea linguæ, &c. O fortunatam natam me conſule Romam. Et Iouem illum, à quo in concilium deorum aduocatur: & Mineruam, quæ cum artes edocuit. quæ ſibi ille, ſecutus quædam Græcorum exempla, permiſerat. Hoc in libris ſuorum temporum Ciceronem dixiſſe, Valla adnotauit. Cicero autem libro Epiſtolarum familiarium primo, P. Lentulo ſcripſiſſe ſe dicit uerſibus libros tres de ſuis temporibus. Natam me conſule Romam.) Cicero in Inuectiua tertia in Catilinam, oſtendit diem eum quo deprehenſi & confeßi coniurati ſunt, uelut diem urbis natalem celebrandum eſſe. In tua libidine erant.) id eſt, in tua uoluntate & poteſtate. Nam (ut ait Salluſtius in bello Catilinario) quum eſſet coniuratio uulgi rumoribus exagitata, de eá quæ ad Senatum relatum eſſet, decreuit Senatus, ut Conſules darent operam, ne quid Reſpublica detrimenti caperet. Ea poteſtas per Senatum more Romano magiſtratui maxima permittitur, exercitum parare, bellum gerere, coercere omnibus modis ſocios atq; ciues, domi militiæ que imperium atq; iudicium ſummum habere. aliter ſine populi iuſſu, nulli earum rerum Conſuli ius erat. Sublata lege Porcia.) Romani ueteres morem Græciæ imitati, uerberibus animaduertebant in ciues, de condemnatis ſummum ſupplicium ſumebant: ut eſt apud Salluſt. in oratione C. Cæſaris de pœna coniuratorum. poſtea lata lex Porcia eſt, quæ graui pœna ſanxit, ſi quis uerberaſſet necaſſet ue ciuem Romanum, ut ait T. Liuius lib. decimo: Lex Porcia libertatem ciuium lictori eripuit. uirgas enim ab omnium ciuium Romanorum corpore amouit: ut ait Cicero pro C. Rabirio perduellionis reo. Noſtrorum omnium.) Omnium noſtrûm à Cicerone dici ſolitum, alibi admonuimus. Noſtram omnium, ex grammaticorum præceptione dicendũ eſſet. Neq; licet obliuiſci.) id eſt, non licet pop. Rom. obliuiſci ſeruitutis eius, quam te Conſule ſeruiuit. In codice antiquo ſcriptum eſt Seueritatis tuæ, non ſeruitutis ſuæ. Egeris oro te.) Conceßio eſt. Oro te.) id eſt, quæſo. Etiámne aures noſtras, &c.) id eſt, etiámne inuitis nobis, quæ odioſa ſunt, & quæ nos audire nolumus, iactabis. Onerabis odio dixit, ut Cicero libro Epiſtolarum familiarium 3. onerare mendacijs: Te autem quibus mendacijs homines leuißimi onerarunt? Cedant arma togæ.) Quia pacis & ocij inſigne toga eſt, arma autem tumultus & belli, Cicero more poetarum locutus hoc intelligi uoluit, bellum ac tumultũ paci atq; ocio conceſſurum: ut ipſe explicat in oratione in L. Piſonem, quum Piſo hunc uerſum reprehendiſſet. In libro quoq; de Officijs 1. in hoc uerſu inuadi ſe ab inuidis & improbis dicit. Et non armatus.) C. Antonius Ciceronis Conſulis collega, per M. Petreium Legatum armis Catilinam ſuperauit. Sed quæ Cicero fecit, ea togatus fecit. Præter nomen imperij.) Tu enim Conſul, Sylla uero Dictator erat. Quem Mineruas, &c.) ut de ſe iactanter Cicero dixit. Italia exulem ſuis humeris.) Hoc quoq; à Cicerone dictum arbitror in libris de temporibus ſuis. Ciceroni decimo exilij ſui menſe tanta ſingulorum lætitia, tanto ciuium ſtudio obuiam itum eſt, ut (quod ab ipſo memoratur) ſe Romam Italiæ humeris reportatum res ipſa ſuperauerit: ut in eius uita Plutarchus ſcripſit. Glorianti Ciceroni humeris ſe Reipub. de exilio reportatum, Vatinius dixit, Vnde ergo tibi uarices? ut ait Macrobius libro Saturnalium ſecundo. Romule Arpinas) Romulus fuit Romæ conditor: alterum ſe conditorem Cicero dixiſſe uidetur, quum dixit Romam ſe Conſule natam. Ideo Romulum Arpinatem oppellat. Egregia tua uirtute.) Ironia eſt. Obtines.) id eſt, conſtanter tenes.

Cui inſidias feciſti in ciuitate ancillares.) Ancillares hoc in loco ſuperuacanea uox eſſe uidetur, nec eam uocẽ inuenio in codice eo, quem annis abhinc quadraginta Venetijs Philippus Pincius impreßit. Ea autem ſententia eſt: Cn. Pompeio feciſti inſidias, cum poſtquam ab exilio rediſti, coluiſti & ſecutus es. A nonnullis perſuaſus Pompeius eſt, ſibi Ciceronem facere domi inſidias. Cicero in oratione pro Domo ſua: Deſinant, inquit, homines iiſdem machinis ſperare, me reſtitutum labefactari poſſe, quibus antea ſtantem perculerunt. Quod enim par amicitiæ fuit unquam in hac ciuitate coniunctius, quàm fuimus inter nos ego & Cnæus Pompeius? Quis apud populum Romanum de illius dignitate induſtrius, quis Senatui ſæpius dixit? Quis tantus fuit labor? quæ ſimultas? quæ contentio? quam ego non pro illius dignitate ſuſceperim? Quis ab illo in me honos? quæ prædicatio de mea laude? quæ remuneratio beneuolentiæ prætermiſſa eſt? Hanc noſtram coniunctionem, hanc conſpirationẽ in republica bene gerenda, hanc iucundißimam uitæ atq; officiorum omnium ſocietatem certi homines fictis ſermonibus & falſis criminibus diremerunt: quum iidem illum, ut me

illud dicitur: Magna autoritate eſt uir, uel magnæ autoritatis, ſed rarò ſine adiectiuo, duntaxat in genitiuo. Nam in ablatiuo nunquam. ut Cicero in Salluſtium: Nunquid quos protulit Scipiones & Metellos, antè fuerunt aut opinionis aut gloriæ. Eſt illa igitur ſententia: Nunquid Scipiones et Metelli famã & gloriam antè conſecuti ſunt, quàm eos ſuæ res geſtæ, & uita innocentiſsimè acta commendauit? Nunquid quos protulit.) Idem Valla eodem libro ſcripſit hunc locum ab alijs legi, Nunquid eos quos protulit, &c. ab alijs, Nunquid ij quos protulit. ab alijs, Nunquid quos protulit. Hoc.) id eſt, res geſtæ, & uita innocentiſsimè acta. De nobis, &c.) Nobis eſt pluralis pro ſingulari. ideo relatiuum, cuius numeri ſingularis ad rem ſignificatam, non ad dictionem refertur. Meis maioribus.) id eſt, patri, auo, abauo, alijsq́; autore Valla libro ſexto, omnes qui ante nos fuerunt, qui liberos in noſtra ciuitate reliquerunt, maiores dicuntur: qui uerò poſt nos, poſteriores aut poſteri. His exemplis utitur, ut id doceat, refutetq́; Pauli iuriſconſulti ſententiam, qui maiores eſſe dixit, qui fuiſſent ante patres, auos, proauos, abauos, tritauos, ut poſteriores, qui poſt trinepotes futuri eſſent.

Præluxi.) Prælucere propriè dicitur ſeruus, qui ardentem tædam præfert Suetonius in uita Auguſti: Per nocturnum iter lecticam eius fulgur perſtrinxiſſet, ſeruúmque prælucentem exanimaſſet. Per translationem ſuis ſe maioribus Cicero dicit præluxiſſe. Quemadmodum enim qui tædam præfert, prælucet ijs, qui alioqui in tenebris eſſent: ita Cicero maiores ſuos, qui tanquam in tenebris erant, uirtute ſua illuſtrauit. Quàm turpiter egiſti.) Salluſtij uita quàm turpis, quàm libidinoſa fuerit, legere licet apud Crinitum in eiuſdem uita. Antiquos uiros.) Apud Vallam melius ſcriptũ eſt, Antiquos meos. Antiquos autem appellat, maiores. Opinione.) id eſt, dignitate & gloria. Cum ijs.) maioribus meis.

Sed ſi fuerim.) In codicibus alijs ſcriptum eſt, Sed ſi fuiſſem. Reſpondet ad ea, quæ de Conſulatu ſibi obiecit Salluſtius. Popularem ambitionem.) Ambitionis duo genera ſignificat. unum, quum quis gerens magiſtratum, operam dat, ut quod utile & gratum populo ſit, efficiat: alterum, quum quis petens magiſtratum, largitione populum corrumpit. contra quam latæ ſunt leges de ambitu, quales fuerunt Calpurnia & Tullia. Primos ordines ducit.) id eſt, princeps eſt. In uindicandis maleficijs.) id eſt, puniendis coniuratis. Maleficia dicit, pro ijs qui uulgò malefactores dicuntur. Quam tu proſcriptionem uocas.) Nam dixit Salluſtius: Quæ crudeliſsimam proſcriptionem ciuium perpeſſa eſt. Credo quod non omnes.) De ijs enim ſumptum fuiſſet ſupplicium.

Sceleſtorum ciuium.) id eſt, coniuratorum. Neque te tui piget.) In codice alio ſcriptum eſt, Nunquid te tui piget. Quæ in hiſtorijs.) de bello Catilinæ. Ciceronis enim uigilantiam, diligentiam, uirtutem in emendanda & opprimenda coniuratione, Salluſtius commendauit. Scribentem mentiri.) Prima hiſtoriæ lex eſt, ut ait Cicero libro de Oratore ſecundo, ne quid falſi dicere audeat, deinde ne quid ueri tacere audeat, ne qua ſuſpicio gratiæ ſit in ſcribendo, ne qua ſimultatis. Eodem quoque eodem in libro autore, hiſtoria teſtis eſt temporum, lux ueritatis, uita memoriæ, magiſtra uitæ, nuncia uetuſtatis.

Scribentem.) id eſt, hiſtoricum. Quàm illum.) In codice antiquo eſt, quàm illud. Eſt autem ſententia: Tu de me mentitus es aut in hiſtorijs, aut in oratione, quam in me modò in ſenatu habuiſti. nam pugnantia dixiſti. In ſcribenda hiſtoria mentiri turpe eſt, mentiri præſente ſenatu minus turpe non eſt. Nam quod ætatem.) Nam inceptiua particula eſt. Nam quod, accipi pro eo quod eſt, quod autem, aut quod uerò, ſcripſit Valla libro ſecundo. eiuſq́; locum eum qui paulo pòſt ſequitur: Nam quod iſta inuſitata rabie, &c. Nam quod, ſignificat quod uulgò dicunt, quantum ad id. Aetatem increpuiſti.) id eſt, adoleſcentiam uehementer reprehendiſti & uituperaſti. ut in oratione in Vatinium teſtem: Eius uiri diſceſſum increpas, quem uides omnium ciuium deſiderio, ipſius denique Reipublicæ luctu eſſe reuocatum.

Sed quid ego de te plura querar.) In codicibus alijs melius ſcriptum eſt Loquar, quàm querar. Cuius ſemper nocens.) Bis enim ad iudicis ſubſellia Salluſtius attractus eſt. Mutuam tibi gratiam relaturum.) Referre gratiam, quia in bonam partem ferè dicimus, in malam hoc in loco dici attendendum eſt. Tuos.) uxorem & liberos. Ex mea re familiari.) id eſt, ex mea opulentia. Vt potius amici mei uiuerent, quàm ego teſtamentis, &c.) Vt in ſecunda Philippica: Hæreditates mihi negaſti uenire, utinam hoc unum uerum crimen eſſet, plures amici mei & neceſſarij uiuerent. Sed quî iſtuc tibi uenit in mentem? Ego enim amplius ſeſtertiûm ducenties acceptum hæreditatibus retuli. Quanquam in hoc genere fateor fœliciorem eſſe te. Me nemo niſi amicus fecit hæredem, ut cum illo commodo, ſi quod erat, animi quidam dolor iungeretur: Te is quem nunquam uidiſti, L. Rubrius Caſsinas fecit hæredem, &c. Ducenties ſeſtertiûm ualet quingenta millia aureorum, ut collegit Budæus de Aſſe. Furori Tribuni plebis ceſsi.) Publius Clodius Tribunus plebis, ut inimicum ſuum Ciceronem ulciſceretur, eum uocauit in iudicium, quod de ciuibus Romanis indicta cauſa ſupplicium ultimum ſumpſiſſet. Res eò redacta eſt, ut Ciceroni fuerit uel cum Clodio armis decertandum, uel ex urbe diſcedendum. Vt armis decertaret, amici hortabantur, atque auxilium pollicebantur. Sed uidebat Cicero decertari non poſſe ſine magno Reipublicæ incommodo: itaque maluit ex urbe diſcedere, ut fuſius dicit in oratione pro Publio Seſtio.

Quamuis.) id eſt, quamcunq;. Suum annum.) quo erat Tribunus plebis. Tribunatus enim annuus erat.

Pace & ocio reſedérunt.) poſtquam abijt Tribunatu.

Animo quidem meo.) id eſt, mea uoluntate, meo iudicio. Superet.) reliquam uitam meam. Populusq́; Romanus frequens.) Cicero menſe decimo poſtquam diſceſſerat reuocatus, maxima celebritate exceptus eſt. Dum enim redeuntem eum complecterentur, eiusq́; aduentui gratularentur, diem fermè totum eſſe cõſumptum, ut Demoſthenem Athenas reuertenti contigit. autor eſt Appianus libro ſecundo. Neque hercule mirum eſt.) Ciceronis leuitatem in amicitijs Salluſtius reprehenderat. Ad id Cicero reſpondet. Ancillatus ſum.) id eſt, ſeruiui. Vt à ſeruo ſeruire, ita ab ancilla ancillari deducitur. Titinnius apud Nonium Marcellum: Dotibus delinti, ultrò etiam uxoribus ancillantur. Hæc autem uox rara eſt. Me addixi.) id eſt, in temporariam ſeruitutem dedi, quod faciunt qui oberati ſunt. Inter ſeruum & addictum quæ ſit differentia, Quintilianus libro ſeptimo de definitione præcipiens, explicat. Ex addictis hic

tranſlatio ſumitur. Audacias.) Rarum eſt, ut audacias in numero plurali dicamus. ut Actione in Verrem quinta: Vultis iſtorum audacias ac libidines aliqua ex parte reſecare? Et pro P. Sylla: Quantas audacias, quàm incredibiles furores, quas notas ſcelerum, quæ indicia parricidiorum, quantos aceruos facinorum reperietis?

Audacias timuerunt.) Melius timuerunt, quàm metuerunt, ut in codicibus alijs ſcriptum eſt. Quicquam poſſe, niſi pro uobis.) id eſt, ullam poteſtatem habere.

Ex uobis potentia freti.) id eſt, ex ueſtro ordine ſenatorio, quales fuerunt P. Clodius, A. Gabinius, L. Piſo, C. Cæſar. Virtutibus.) id eſt, fortitudini & ſtrenuitati. Temeritas tua reprehendetur, &c.) Qui amicos etiam minimè ſtudioſos reipub. retineas, nec in amicitiam aſciſcas eos qui reipublicæ ſtudioſi ſunt. Actionum.) id eſt, actorum. Maiorem iniuriam, &c.) Magna eſt Salluſtiorum patris & filij uituperatio. Neq; tu ſi quæ in pueritia peccaſti.) Legi etiam poteſt, neque quæ in pueritia peccaſti. Eadem utrobiq; ſententia eſt.

Sed qualem adoleſcentiam egeris.) exequar. Poſteaquam immenſæ gulæ.) Salluſtius in gratiam Cæſaris Cn. Pompeium ſcriptis ſuis uituperauit, cumq; ore improbo atq; animo inuerecundo eſſe ſcripſit. Quocirca Lenæus Pompeij libertus Salluſtium acerbiſſima ſatyra lacerauit, nebulonem, lurconem, popinonem, laſtaurum, quaſi meretriculam & ſcortum, & uita ſcriptisq; monſtroſum appellans, ut ait Suetonius libro de illuſtribus grammaticis. Exoleuerat.) id eſt, præterierat, & creſcendi finem fecerat. Vnde exoleti dicuntur, autore Sext. Pompeio, qui creſcere deſierunt. Cupiditatibus.) id eſt, libidinibus. Turpiſſimè uenalem habuit.) Id factum creditum eſt, ut iudices corrumperet, apud quos de adulterio cauſam dicturus eſſet. Neq; pudet, &c.) Illud ſæpe facit Cicero, ut idem crimen aut ſimile in aduerſarium retorqueat, quod aduerſarius obiecerat.

Tyrocinio.) id eſt, inſcitia & ignorantia. Abijt in ſodalitium ſacrilegij Nigidiani.) Hoc ſacrilegium Nigidianum, cuius conſcius fuit Salluſtius, quod fuerit, legere non memini. Nec de Publio Nigidio Figulo, ut homine doctiſſimo, ita uiro probatiſſimo, credendum eſt.

Ad iudicis ſubſellia.) Autore Aſconio Pediano in Diuinationem Ciceronis, ſubſellia ſunt Tribunorum, Triumuirorum, Quæſtorum, & huiuſmodi minora iudicia exercentium, qui non in ſellis curulibus, nec tribunalibus, ſed in ſubſellijs conſidebant. Bis ad iudicis ſubſellia attractus.) id eſt, bis in iudicium de adulterio uocatus.

Extrema fortuna ſtetit.) id eſt, fuit in periculo maximo, ut condemnaretur: ut extrema fortuna ſit ablatiui caſus. Iudices peieraſſe.) id eſt, iudices corruptos eſſe. iudices enim in leges iurabant, ut obſtricti religione iudicarent, ut ait Aſconius Pedianus. Primum honorem.) id eſt, primum magiſtratum. Hunc locum & ordinem.) In codice ſancti Victoris ſcriptum eſt, hunc locum ſecutus eſt & ordinem deſpectus, id eſt, abiectus homo ſenator factus eſt. Sibi quoque.) Ipſi melius quàm Sibi ſcribendum uideretur. Id referri uidetur ad ſenatum, contra fas à Cæſare auctum, ut eſt apud Macrobium libro Saturnalium ſecundo. Quum omnibus matribusfamiliarum opprobrio eſſet.) In codicibus alijs ſcriptum eſt, quum omnibus matrum familiarum uiris. Valla autem libro ſexto ſcribens, opprobrium aliquando in facto eſſe, ſed ſæpius in uerbo, idq; eſſe quaſi exprobrationem atq; conuicium, hunc locum ita legit: Itaq; timens ne facinora eius clàm uobis eſſent, quum omnibus matribusfamiliâs ueſtris opprobrio eſſet, confeſſus eſt uobis audientibus adulterium. Nam Salluſtius, inquit Valla, uel ex eo quod fœminis quibus cum ſe uſum habuiſſe notum erat, uel quod ipſe illis uulgò impudicitiam obijciebat, opprobrio erat. Eſt autem materfamiliâs, quæ in manum uiri per coemptionem conuenit: ut eſt apud Boetium libro Commentariorum in Topica Ciceronis ſecundo.

Confeſſus eſt adulterium.) Vt paulo pòſt, Quem non puduit palàm uobis audientibus adulterium confiteri. Sæpius antè, à Latinis dici de adulterio confiteri, alio loco ſcripſimus. Ora ueſtra.) id eſt, ueſtram (ut uulgò dicunt) præſentiam. Erubuit ora ueſtra.) Genus hoc dicendi annotandum eſt, quia uſitatum non eſt. Experrecti.) Hoc ad ſaporem refertur. Vt à te cauere.) Caueo te, & caueo à te, dicimus. Prius uſitatius eſt. de eo alio loco plura ſcripſimus. Studia.) id eſt, diligentiam noſtram & uigilantiam. Per me.) id eſt, meis uerbis, mea oratione. Cenſorium elogium.) id eſt, Cenſorum teſtificationem, in tabulas Cenſorias relatam. De elogio ſcripſimus in Catonem maiorem Ciceronis. Significat autem, Appium Claudium & L. Piſonem Cenſores eieciſſe Salluſtium ſenatu, propter confeſſa adulteria, aliasq; libidines. Integerrimorum uirorum.) Haud ſcio an ſit L. Piſo, quem tam grauiter multis in locis Cicero inſectatus eſt. Id ſi ita eſt, reconciliata inter eos gratia credenda eſt: ut fuit inter eundem Ciceronem & A. Gabinium, quem repetundarum reum Cicero defendit, ut ait Valerius Maximus libro quarto, de iis qui ex inimicis amici facti ſunt. Poſt illum delectum ſenatus.) factum à Cenſoribus, qui te notauerunt. In ea te caſtra.) id eſt, in caſtra Cæſaris contra Pompeium. Quò omnis ſentina reipub.) Tranſlatio eſt, qua Cicero fœditatem hominum ſignificat, ut ait Quintilianus libro octauo. ut inuectiua in Catilinam prima: Sin tu, quod te iamdudum hortor, exieris, exhaurietur ex urbe tuorum comitum magna & pernicioſa ſentina reipublicæ. Et inuectiua ſecunda: O fortunatam rempub. ſi quidem hanc ſentinam huius urbis eiecerit. Salluſtius in Catilina: Primum omnium, qui ubique probro atq; petulantia maximè præſtabant, item alij qui per dedecora patrimonia amiſerant, poſtremo omnes quos flagitium aut facinus domo expulerat, hi Romam ſicut in ſentinam confluxerant. In ciuili bello Cæſaris & Pompeij omnes boni ciues Pompeium, improbi Cæſarem ſecuti ſunt. In pace.) ante bellum ciuile. Et idem uictores qui exules.) Ita in codicibus propè omnibus ſcriptum inuenio. Quia tamen ſententia mihi ſatis libera uiſa non eſt, arbitror legendum, A uictore eo qui exules reduxit. ut ea ſententia ſit: Salluſtium primùm in Quæſturam, deinde in ſenatum à Cæſare uictore reductum. Cæſar enim, autore Suetonio, Prætorum, Aedilium, Quæſtorum, minorum etiam magiſtratuum numerum ampliauit: nudatos opere Cenſorio, aut ſententia iudicum de ambitu condemnatos reſtituit. Quem honorem.) id eſt, Quæſturam. Ac uerum duxerit.) id eſt, iuſtum. Verum pro iuſto, & iuſtum pro uero dici, probat Budæus in Adnotationibus in Pandectas.

Neque aliter uexauit ac debuit, ſi quis prædæ, &c.) Sententia eſt: Salluſtius non aliter uexauit, quàm debuit is

que

qui magiſtratum loco prædæ accepiſſet, ſi quis prædæ loco magiſtratum accepiſſet, ut accepit Salluſtius. Magna pignora eis dederat.) id eſt magna dona, quæ amoris monumenta forent. Erat exemplar.) quod tanquam imitandum ſibi ille hominum grex proponeret.

Quò.) id eſt, in quem gregem, uel in quem Salluſtium. In unam uoraginem.) id eſt, in abyſſum.

Cillonum.) id eſt, cinædorum. Hunc enim locum ita explicat Crinitus capite octauo, libri ſeptimi: ubi ex Sexto Pompeio docet, chilones appellari, qui ſint labris maioribus: & cilones ſine aſpiratione, & cum uno l, qui fronte prominentiore ſunt. Sicut in fretis ſubſederant.) Si emendata lectio eſt, ſententia eſt: Omne hoc genus hominum in hoc grege ſicut in mari, quò omnis aqua profluit, ſubſederat. Nulla in parte.) Melius ſcribatur, Nulla ex parte. Modeſtè ſe geſſit.) Ironia eſt.) Socij noſtri.) Afri. In bello.) id eſt, ſi quod bellum gereretur. Fide nominum.) id eſt, fide debitorum. Mutuam enim pecuniam nonnullis crediderat, quam traijciendam, id eſt tranſportandam Romam curarent. Ne cauſam diceret.) repetundarum. Seſtertiûm duodecies.) id eſt, triginta millibus aureorum. Modò.) id eſt, antequam Prætor eſſes. Relinere potueris.) Redimere, non relinere, in codicibus alijs ſcriptum eſt. Hortos precioſiſsimos.) Hi ſunt horti Salluſtiani, à ſcriptoribus Latinis multum celebrati. De his eſt apud Pomponium Lætum in libro de Romanorum antiquitatibus. Villam Tyburti.) Tyburtum enim ut Tybur dicitur. Eſtq; oppidum ab urbe Roma diſtans millia ſex & decem. Hanc uillam C. Cæſaris antea fuiſſe ſignificat. Veteris uillæ.) Tyburtinæ. Non comeſo.) Auctore Priſciano libro decimo, à comedo comeſum & comeſtum inuenitur. Quibus rationibus.) id eſt, quibus modis. Nihil ad omnium ſcelus.) In alijs codicibus melius ſcriptum eſt, Nihil ad tuum ſcelus. Tantidem putas eſſe, &c.) Bis conſularem, itemq; bis triumphalem eſſe, maximam eſt. Bis autem Senatorem & bis Quæſtorem fuiſſe, id parui ducendum eſt. Nihil eſt igitur, cur inſolentior fiat Salluſtius, qui fuit bis Senator, & bis Quæſtor, cum bis conſularis, & bis triumphalis non ſit. Omnium menſarum aſſecla.) Ab aſſequendo aſſecla dictus eſſe uidetur: ut menſarum aſſecla ſit is, qui alienas menſas ſequatur. Nonius uerò Marcellus aſſeclas dictos putat, quòd adſint, & omnibus iuſsis dominorum præſto ſint. Itaq; aſſeclæ ſerui ſunt, aut miniſtri ut libro de Diuinatione ſecundo: Is cum Trognorũ ei tetrarchiam eripuiſſet, & aſſeclæ ſuo Pergameno neſcio cui dediſſet. Et actione in Verrem tertia: Se cum partes eſſent hoſpitum recipiendorum, tum ipſos tamen Prætores & Conſules, non Legatorum aſſeclas recipere ſolere. In prima ætate.) id eſt, in pueritia & adoleſcentia. Poſtea.) id eſt, ætate maiore. Petulantiſsima conſectari lingua.) Inſectari, non cõſectari, apud Vallam libro quarto ſcriptũ eſt. Moribus tuis.) id eſt, ſecundum mores tuos.

IN EASDEM SALLVSTII ET Ciceronis contrarias orationes, Andreæ Helmontani à Grauia, Scholia.

ARGVMENTVM IN VTRAMQVE Inuectiuam.

APud Romanos duo hominum genera fuerunt, eorum qui in Rep. ſeſe præ cæteris excellentius gerere ſtuduerunt: quorum alij populares, in gerendo magiſtratu operam dabant, ut quod utile & gratum populo eſſet, efficerent: alij nobiles, quædam iucunda multitudini factitabant, ſed tamen iniqua & Reipub. pernicioſa. Quocirca inter eos contentiones & ſimultates fuerunt perpetuæ: quod ſolet uſu uenire in his qui ſunt impotentibus affectibus, & qui ad enatam occaſionem deſciſcunt, & amicitiæ legibus neglectis ſibi morem gerunt. Iſtiuſmodi inimicitiæ inter Syllam & Marium, inter M. Ciceronem & Catilinã, inter eundem Ciceronem & Clodium fuerunt. Salluſtium fuiſſe Ciceronis amicum, teſtatur hiſtoria Catilinaria, in qua Ciceronis uigilantiam, diligentiam, & uirtutem in eruenda & opprimenda coniuratione commendat. Cicero quoq; Salluſtium amicum & familiarem ſuum in multis locis appellat. Quantum autem odij inter hunc & Ciceronem extiterit, utriuſq; uiolentæ atq; acerrimæ conciones ita demonſtrant, ut neuter uideri poſsit ſatis ſui rationem habuiſſe, dum alteri malediceret. Ciceronis inimicus fit Salluſtius ob Milonem præcipuum Ciceronis familiarem, à quo in ſeruili habitu apud Syllam uxoris filiam in adulterio is deprehenſus, poſtea loris publicè cæſus, dimittitur. Quamobrem cum Milone inimicitias palàm ſuſcipit. interim cum non poſſet Salluſtius inimicum ulciſci, eundem plenis omnium probrorum orationibus inceſſere non formidat: quod Cicero, qui et pro Milonis ſalute corpus inimicorum armis obtulerat, impatientiſsimè tulit. Iam mortuo Cæſare de quibuſdam Reip. neceſſarijs conſultabatur, ubi orta inter eos in frequenti ſenatu contentione, Salluſtius in Ciceronem ex tempore habita hac oratione omnem ſtomachi cruditatem exonerauit. Quem Cicero itidem apertis conuicijs uerberat.

De compoſitionis genere.

Inuectiuæ hæ ſunt generis demonſtratiui, intemperata planè orationis compoſitione, conuicijs petulantiæ potius quàm ſententijs excultæ, calumnioſæ, patheticæ, ac crebris recriminationibus, amplificationibuſq; expolitæ & amplificatæ, affectibus uehementiſs. ſubſeruientes, qualem ferè dictionem in hoc genere eſſe uidemus. nam præter id quòd uterq; ſtrenuè ſeſe purgent, Salluſtius ubiq; (quod citra eius laudem haud fieri poteſt) ſuorum criminum hoſtem lacerat, Ciceronem uituperat, à circumſtantiis, hoc eſt, à uitijs malè actæ pueritiæ & adoleſcentiæ: à fortuna, quomodo ſubitò diues factus ſit: à domo, quam poſſedit ui, rapinis ac miſerijs emptam: ab improbitate, quatenus conſulatum pernicioſe geſſerit: à ratione, qua uariat rem proſopopœia, propter quæſtionem de coniuratis factam. item à iactatione, & animi inconſtantia. Cicero ſanè pugnaci ac ſubtili recriminatione reuerberat hoſtem, quem quibuſdam lon-

tibus retuli. Quæ ſumma ualet iuxta Budæum, quingenta millia aureorum. Plutarchus quoq; hæreditatis cuiuſdam beneficio accreuiſſe illi undecim denariorum myriadas teſtatur. Quid tibi litibus accreuit?) Teſtantur ferè omnes ſcriptores, Ciceronem fuiſſe hominem manſuetum & miſericordem. Quod certè liquet ex orationibus, quamplurimos illum defendiſſe, quorum defenſionibus & patrocinijs quæſtum propè nullum fecit, comparatione pecuniæ eius, qua magnificam domum & agros comparauerit. Domum paraueris.) P. Sylla reus Ciceroni domum ſuam uendidit uicies ſeſtertiûm. Quæ ſummam hanc, iuxta Budæum, efficiunt quinquaginta millium aureorum. uide A. Gellium cap. 12. eiuſdem libri. Infinito ſumptu.) Budæus de Aſſe lib. 3. hanc Tuſculanam uillam æſtimauit duodecim millibus aureorum eum quingenis emptam. Cui poteſt eſſe dubium.) Breuis eſt dictorum anacephalæoſis, quam ſic colliges: Pecuniam habuiſti infinitam. Non ex patrimonio aut ex litibus habuiſti. Igitur ex ſanguine coniuratorũ, quos lege Plotia interrogaſti. Homo nouus.) eſt, qui nullis maiorum ſuorum rebus præclarè geſtis, ſed à ſua uirtute clarere incipit. Conſimilem urbis hoſpitalitatẽ retorſit Catilina in eundem. Exeat, inquit, de ciuitate ciuis, & remaneat inquilinus? Exeat de ciuitate Rom. & remaneat Arpinas. Eſt autem Arpinũ urbs in Samnio, C. Marij & Ciceronis origine clara. Ex M. Craſſi familia.) Iſte eſt Craſſus qui fuit coætaneus Ciceronis, cum quo uerſatus eſt in foro, quem in multis negotijs adiuuit, cui ipſe uiciſsim detulit multa officia, ut uidere eſt apud Plutarchum in utriuſq; uita. Eius uirtut. imitatur.) Virtutem Craſsi, quam Cicero ſtudioſiſsimè celebrauit, habes apud eundem Plutarchum. Attamen potiſsima hæc celebratur à cæteris ſcriptoribus, quòd in amicos liberalis erat adeò, ut omnibus ſemper eius domus patêret, pecunias inſuper ſine fœnore traderet. & cum ſe militari gloria inferiorem quoq; animaduerteret, ciuilibus ſtudijs, quàm poterat maximè, auctoritatem & potentiam comparare adnitebatur. Itaq; petentibus omnibus præſto erat, officijs, patrocinijs, pecuniarum etiam mutuis dationibus. Supplex inimicis.) Gabinio & Piſone Coſſ. Cicero exulat, quoniam præuidit Clodium quæſiſſe, non tam ut ſe Roma pelleret, quàm ut ſeditionem aliquam excitaret. Sperabat enim illo exule, malitiæ ſuæ impunitatem fore. Quare ut inimicum ſuum Ciceronem ulciſceretur, eum uocauit in iudiciũ, propter leges maiorum neglectas. Quocirca Ciceronis animus frangitur, ac penitus demittitur, ut etiam aperto capite, ac per plateas, amicos pariter ac inimicos ſupplex oraret, ut ſibi adeſſe uellent. Modò harum, modò illarum partium.) eſt, qui nunc his, nunc illis partibus fauet, ambabus ſatisfacere uolens. Hanc Ciceronis leuitatem exprobrauit etiam Laberius, quum dixit eum duabus ſellis ſedere ſolitum. Macrobius in Saturnal. lib. 2. cap. 3.

Mercenarius patronus.) Vitio uertitur Ciceroni, quòd reos mercedis gratia defenderit. Ille itaq; ne in ſuſpicionem incidat, adfert ſemper in orationis principio aliquã honeſtam cauſam, quamobrem ad defendendũ reum acceſſerit. Lingua, manus.) Suggillatio hic corporis membrorum, magnam habet energiam ad conciliandã inimico inuidiam, quem odioſum facere ſtudet. Pedes fugaces.) Hoc, ni fallor, propter Ciceronis exilium dicit. Idem Demoſthenem ab Aeſchine obijcitur, τὰς ἐξαίτας ποιῶν, καὶ λιποτάξιον τὴν τάξιν ἀναβὰς ἐπὶ τὸ τάφος τῶν τετελευτηκότων. Sic Cicero ſibi & Attico, à felici rerum Cæſaris ſucceſſu, ἐλαφριάν, hoc eſt, ceruorum inſtar fugiendum dicit. Audet dicere.) Fabius cap. 1. lib. 11. Omnis ſui uitioſa iactatio eſt, eloquentiæ tamen in Oratore præcipuè: affertq; audientibus non faſtidium modò, ſed plerunq; odium. Reprehenſus eſt in hac parte non mediocriter Cicero. quanquam is quidem rerum à ſe geſtarum maior, quàm eloquentiæ fuit in orationibus utiq; iactator. O fortunatam.) Carmen quod Cicero cecinit coniuratione Catilinæ iam oppreſſa. Vide Iuuenalis ſatyram decimam. Fabius loco citato, Vtinam, inquit, in carminibus pepercisſet, quæ non deſierunt carpere maligni. Proſcriptionem.) Reprehendit Ciceronem à quæſtione de coniuratis facta. Iudicia & leges.) In hac re erant in Ciceronis poteſtate & arbitrio. Senatus enim decreuit, ut Conſules operam darent, ne reſp. quid detrimenti caperet. Cicero præter conſuetudinem, hoc eſt populi iuſſum (penes quẽ quoq; imperium erat) exercitum parabat, ſibi pro ſuo arbitratu domi militiæq; ſummum ius uendicans. Lege Porcia.) Romani ueteres in condemnatos, priuſquam occiderentur, uerberibus animaduertebant. Quam legem M. Porcius abrogauit, aliam ferens, ne quis uerberaret, necarét ue ciuem Rom. Oro te.) Suſpicioſa conceſsio eſt. Egeris, perfeceris.) Proſonomaſia uerborum perelegans.

Onerabis odio.) Onerare odio, prouerbialiter dixit, pro eo quod eſt iactanter quædam odioſa narrare, alijs etiam inuitis, & audire nolentibus. Cedant arma togæ.) Hic eſt alter ille inuidioſus uerſiculus, quo Cicero gloriatus eſt, ſe in toga Catilinariam coniurationem oppreſsiſſe. Non armatus.) Cicero tamen Conſul nulla arma mouit in Catilinam: uerùm C. Antonius Ciceronis collega hoſtem ſuperauit. Inter te Syllamq;.) Syllanæ crudelitatis omnes hiſtoriæ plenæ ſunt. Cui non ueretur Ciceronem conferre: tantumq; ab illo diſtare imperij titulo innuit, quòd hic Conſulatum, ille Dictaturam geſsit. Sed quid ego.) Vehemens illa proſopopœia ſimultatem amplificat. Quem Minerua.) Cicero ſcripſit tres libros Carminum de ſuo Conſulatu, & alios, quos non edidit. de quibus ſuorum temporum ſcriptis P. Lentulo ſcribit epiſtolam 8. primi lib. Epiſt. in quibus hæc de ſe iactantius dixit. Iupiter Opt. Max.) Iouem propter beneficia, optimum nominamus: propter uim, maximum. Italia exulem ſuis humeris reportauit.) Plutarchus ſcribit, aliquot millia ciuium cum magna animi lætitia, incredibiliq; ſtudio obuiam Ciceroni iuiſſe: quod ſibi gloriæ duxit. Glorianti igitur Ciceroni humeris ſe de exilio reip. reportatum, Vatinius ille dixit, Vnde ergo tibi uarices? Macrobius in Saturn. cœnis, cap. 3. lib. 2. Oro te Romule Arpinas.) Sententia eſt: Cum ſis Arpini natus, noli te alterum Romulum iactare. Illo enim hemiſtichio, Natam me Conſule Romam, innuit ſe alterum ueluti Romulum, hoc eſt, Romæ conditorẽ.

Paulos, Scipiones, Fabios.) Articulus color rhetoricus, hæc nomina propria interuallis diſtinguit. Quæ in plurali numero quandam ſimilitudinem fortunæ, induſtriæ, uirtutis, eorum quorum nomina ſunt, ſignificant. Sic quoq; Cicero: Quare imitemur noſtros Brutos, Camillos, Scipiones, Fabios, Decios, qui remp. optimè gubernauerunt.

bernauerunt. *Cui inſidias feciſti.*) Intelligit Cn. Pompeium, qui à certis hominibus perſuaſum habebat, ſibi inſidias à Cicerone fieri: quod falſiſſimum oſtendit in oratione Seſtiana, ubi hæc de ſuo Pompeio refert: Quem uirum ſtudioſiſſimum mei, cupidiſſimum reipub. ſeruandæ, domi meæ certi homines compoſiti monuerunt, ut eſſet cautior, eiuſq́; uitæ à me inſidias apud me domi poſitas eſſe dixerunt: atq; hanc ei ſuſpicionem alij literis mittendis, alij nuncijs, alij coràm, ipſi excitauerunt. *Ancillaris.*) Suggillat Ciceronem, quòd Pompeium ſeruiliter & ancillari more colat. *De exilio tuo Dyrrhachio.*) Perſtringit Ciceronem de ſede exilij Dyrrhachium enim exul appulit, unde & à decimo menſe Romam reuertitur. Similiter luſit Clodius, quum D. Valerio ob nummum negatum irato: Quid amplius, inquit, mihi facturus es, niſi ut Dyrrhachium abeam, & redeam? Macrob. in Saturn. cap. 3. libr. 2. *Tyrannos.*) Pompeium, Craſſum, & Cæſarem intelligit, qui orbis imperium inter ſe fuerant partiti. Eoſdem ante exilium tyrannos ueluti reip. deuaſtatores æſtimauit: quos nunc ab exilio reuerſus colit & ſequitur. *Vatinij cauſam agis.*) P. Vatinius acerrimus hoſtis Ciceronis fuit, ut conſtat ex oratione in eundem perorata. Vatinio ab exilio reuerſus Cicero Pompeij precibus & Cæſaris contentione uictus, non ſolum reconciliatus eſt, ſed ipſum inſuper ſaluis eius rebus defendit. In ſecunda Philipp. P. Vatinius, inquit, qui decimo anno iurè laudatus à nobis, & hoc tempore meritò laudandus eſt. Aperuit olim Dyrrhachij portas Bruto, & exercitum tradidit, &c. Ceterùm inter Epiſt. primi lib. Ciceronis epiſtola 9. eſt huius Vatinij ad Ciceronem, in qua amicum, clientem ſe Ciceronis appellat. *De Seſtio malè exiſtimas.*) Non conſtat, ubi Cicero malè exiſtimet de hoc P. Seſtio. Huius in oratione Vatiniana meminit religioſe. Etiam hunc de ui accuſatum luculentiſſima oratione (quæ hodie legitur) defendit. Seſtius trib. pl. creatus, Ciceronis reſtitutionem ſtudioſiſſimè complexus eſt: itaq; parum abfuit, quin à Clodianis interficeretur. *Bibulum petulantiſſimis uerbis lædis.*) Hic eſt Bibulus, qui cum Cæſare fuit Conſul, & quem Cæſar meritò irriſit, & foro repulit. Fuit autem homo inuidus, ſalis, & imbecillus animi: iam adminiſtratione Syriæ exaulata, Pompeianas parteis ſequitur, cuius uniuerſæ præficitur claſſi. Qua præfectura dum ſtrennuè ſe gereret, ſeu in patriã amore, ſeu in Cæſarem odio, in ualetudinẽ incidẽs, Corcyræ naturæ cõceſſit. M. Bibulum laudat Cicero in oratione Vatiniana. *Cæſarem laudas.*) Catilina omnem penè remp. euertit. Cuius conſilij conſcium fuiſſe Cæſarem, non parua ſuſpicio fuit. Nam Cicero coniurationis uindex, apertè ſatis in oratione (quam poſtea edidit) in Cæſarem iſtius negotij cauſam refert: atq; hac de cauſa inimicitiæ mutuæ ſuccreuerunt. Tandem deuicto Catilina cum Cæſare in gratiam reductus eſt. Cæſaris eulogium ac laudem celebrem habet in oratione de Prouincijs Conſularibus: Ego, inquit, me à Cæſare in rep. diſſenſiſſe fateor, & ſenſiſſe uobiſcum: ſed expectem hominem aliquem, qui me cum illo in gratiam reducat? reduxit ordo ampliſſimus, qui eſt meorum omnium conſiliorum auctor & princeps. Sed quid eſt, quòd in hac cauſſa maximè homines admirentur, & reprehendant meum conſilium, cum ego idem decreuerim, quæ magis ad hominis dignitatem, quàm ad reip. neceſſitatem pertinerent? Supplicationem quindecim dierum decreui ſententia mea, quæ res tributa eſt dijs immortalibus. Sed dignitas uerborum, honos, & nouitas, & numerus dierum Cæſaris ipſius laudi & gloriæ conceſſus eſt. *Aliud ſtans, aliud ſedens.*) Prouerbio iſto notamus homines inconſtanti ingenio, quaſi qui tantillo interuallo ſuam ſententiam mutent. Similem animi inconſtantiam ſignificat Homericus ille uerſiculus Iliados N. ἀλλὰ μετοκλάζει καὶ ἐπ' ἀμφοτέρους πόδας ἵζει.

Transfuga.) dicitur, qui abſcedit ab eo quod tuẽdum ſuſcepit: ducta metaphora à re militari.

IN ALTERAM, QVAE CICERONIS eſt in Salluſtium reſponſio, Andreæ Helmontani Scholia.

EAdemum.) Totius reſponſionis κείμενον conuiciorũ relatio eſt, quæ planè nullo artificio, ſed ſolito more per ſummã uerborũ ſyntomiam, calumniæ ſemina in hoſtẽ reſpargit. Tota uehemẽs eſt, acris, & amara: proœmium ferè interrogationem interponit, ne iacens ac depreſſa uideatur oratio. frequenter admiſtã habet aporian & anapodoſin, quæ amarè retundunt & concitant aduerſarij odium: quibus frequentibus figuris orationis dignitatem illuſtrat. *Vitam agere.*) Amplificatio ex ſimilitudine morum & uitæ petita, acriter affectum exprimit. *Qui ita uixit ut tu.*) Prolepticôs infert aſſumptionem, qua oſtendit linguæ petulantiam. *Illoto ſermone.*) Illotum prouerbio uocamus ſermonem, parum uerecundum, nimiúq; procacem, ac petulantem.

Quò me uertam?) Rhetorica addubitatione ſolet frequenter uti Cicero in augenda re. *Vnde initium ſumam?*) Repetitio aporiæ, ad concitandam maiorem confirmationem. *Maius dicendi onus.*) Hæc præmunitio aufert arrogantiæ ſuſpicionem. *Conuiciatori.*) Inuidioſa uoce utitur, ut hoſtem in maiorem inuidiã rapiat.

Inuidiam gloria conſequatur.) Traductio eſt artificioſa. Significat enim neminem inuidiæ morſum poſſe fugere, qui ſua extollit. *Facta, mores.*) Aſyndeton. *Si forte offendimini.*) Præcurrit cogitationem, ut ſuam antiprotaſin boni conſulant. *Huic quàm mihi.*) Auxeſis per comparationem. *Introduxit initium.*) Prouerbium in eum qui occaſionem, ac ueluti feneſtram iurgij patefecerit. *Ego dabo operam.*) Simili narrationis præparatiuncula utitur Cicero, quum prolixiorẽ narrationem futuram uidet. *Scio me.*) Deijcit ſe, ut maiorem energiam uerba habeant. Oratoriè ornatus demonſtrationis exprimitur. *Sed omnis uetera.*) Dilemma confirmat ſententiæ circumductionem. *Aures calent.*) noſtri utriuſq; repetitione, & criminum reiteratione. Simili allegoria Perſianus ille lector feruere dicitur, pro ardenter & feruenter doctorum ſcripta euoluere. *Hominem.*) Dixit per meioſin. *Ingreſſus.*) Ingredi pro incipere dixit. Idem in Top. Maiores noſtros res ſcribere ingreſſos, &c. è curſu ipſo reuocauit uoluntas tua. *Nihil aliud ſtudet.*) Studeo cum datiuo uulgare eſt: cum accuſatiuo, non caret gratia & uenuſtate. Cic. de reditu: Cum uerò literas ſtudere incipit. Plaut. in Mil. Minus has res ſtudent. Horatius: Hoc ſtudet unum. Vide Hadrianum de Latino ſermone. *Lutulentus ſus.*) Collatio epexergaſian exprimit. Quatenus ſus cum ſue perlibenter uolutat, ut luti ſordes emundet. Sal.

maliciæ uelutiplenus, eandem in alios euomere ſtudet, ut ſe ea eiecta eluat. Non procacitate linguæ.) Refutatio petulantis linguæ additur, ætiologiæ gratia. Sordes eluuntur.) Metaphora ſumpta à re ſimili cum ſuperiore. Iam dabo operam.) Attentionem petit, & ſyntomiam orationis pollicetur, quæ plurimū leuat longæ narrationis tædium. Neq; hæc altercatio uobis inutilis erit.) Fabius lib. 2. cap. 5. Idem ſcribit, utiliſſimum eſſe, utrinq; habitas orationes legere. Hac enim ratione fieri, ut cauſas melius norimus, & uitia agnita deuitemus. Nemo ciuis.) Nemo pro eo, quod eſt nullus, perſæpe dicitur. Teren. Nemo homo eſt. Cic. pro domo ſua: Ciuis eſt nemo in tanto populo, qui, &c. Primum igitur.) Eſt ſpecies argumentationis, quæ Græcis βίαιον dicitur, qua quis ueluti miſſum ab hoſte telum arripit, et in ipſum autorem retorquet. Demōſtrat enim & uerba & exempla aduerſarij ſecum facere. Hoc ſchema fuſius tractauimus in Cōment. quos in 2. lib. Copiæ ſcripſimus.

Quos protulit Scipiones.) Refutatio obiectionis, quam ſtatim reprehēſione diluet, parat occaſionem retalionis. Cur nō æquè de nobis.) Antegreſſæ obiectionis concluſio, qua conceſſionem poſtulat. De nobis, cuius.) De abuſione pluralis pro ſingulari, elegans caput eſt apud Val. lib. 3. cap. 11. Et Eraſ. 1. Copiæ. Porrò Relatiuum ſingulare (cuius) ad rem ſignificatā refertur, non ad dictionē. Quaſi uerò.) Particula eſt ironijs aptiſſima. Ego meis maioribus.) De Ciceronis maioribus nihil certi habemus, niſi quòd ſint, qui genus eius ad Tullium Appium Volſcorum regem referant: & matrem eius locupletem fuiſſe, conſtat. Patrem uerò, quiſnam fuerit, nemo deſcribit. Certum eſt autem, & hoc ipſo Ciceronis eloquio, & aliorum autorum ſcriptis, quòd nullos unquam in repub. honores aſſequutus eſt.

Preluxi.) Prælucere propriè dicitur famulus, qui ardentem tædam nobis præfert, quem δᾳδοῦχον Græci, & λαμπαδηφόρον Laertius dixit. μεταφορικῶς dixit Cic. innuens claritudinis initium à ſe generi ſuo acceſſiſſe: quaſi dicat, ij tanquā in obſcura nocte uitam egerunt, quos mea uirtute illuſtraui. Vita, quam turpiter egiſti.) Vitæ anteactæ rationem plurimū ualere ad confirmandum & refutandum aduerſariū, fuſiſſimè docet Fab. & autor ad Heren. Porrò Saluſt. uitam ſcribit Crinitus fuiſſe turpiſſimam & libidinoſiſſimā. Satius eſt.) Præclara γνώμη, quæ addit multum ponderis ſuperioribus. Florere.) μετάληψις, ſeu ἀκυρολογία eſt. Neq; me.) Correctio, ut maiorem uim habeant uerba. Virtutis exemplum.) Quale exemplum uirtutis fuerit, conſtat ex teſtimonio Catonis apud Iuuenalem Satyr. 8. Cum iis.) Scipionibus, Brutis, Metellis, Decijs, Fabijs, præclariſſimis uiris. Qui iam deceſſerūt, inuidia carent.) Ceſſat enim poſt mortem inuidia, quæ tanquā ignis ſumma petit: cuius morſum effugere nemo poteſt, niſi mors ipſum extinguat. Sic Naſo lib. Elegiarum 1.

Paſcitur in uiuis liuor, poſt fata quieſcit.
Tunc ſuus ex merito quenq; tuetur honos.

Popularem ambitionem.) Ambitionis genera duo ſunt: alterum, quum ſtudemus populo, quod utile & gratum ſit, efficere: alterum, quum eundē pecunia corrumpimus: in quam Calphurnius lege cauit. Tu uocas.) Perſonæ enallage. Credo.) Verbū quod Græcis οἶμαι dicitur, Ciceroni in pleriſq; locis ironicum eſt, Græcorum imitatione. Sic de Nat. deorum, ubi de ſacrilegis & latronibus loquitur, Credo aut hos mortis timor terret, aut hos religionis. Illis adnumeratus.) aut punitus cum Lētulo, Cethego, Statilio, Cepario, de quibus ſumptum eſt hoc ultimum ſupplicium: aut occiſus cum Catil.

Cedant arma togæ.) Obiectionis repetitio per ἐπι[illegible]γορίαν. Superflua quoq; prudenter reſecat. Nam tædioſum fuiſſet auditoribus, eadem toties obtrudere. Vrbis incendium.) [illegible]. nam idem eſt inteſtinum bellum, & urbis incendium. In hiſtorijs.) Quia in Hiſtoria belli Catilinarij Ciceronem Salluſtius plurimum commendauit. Scribentem mentiri.) Præcipua hiſtoriæ lex eſt, ut quæ ſcribuntur, uera ſint: hoc enim pacto ſuſpicio gratiæ & ſimultatis tollitur. Hinc, quod corpori eſt oculus, id ueritatem hiſtoriæ eſſe, Polybius inquit. Salluſtius in eadem hiſtoria Ciceronis commendauit uigilantiam & uirtutem in coniuratos, qui rempub. eruere & opprimere ſtuduerunt. Hoc ordine.) Magnam emphaſin habet, quod dicit, In hiſtorijs mentiri turpe eſt, nihil igitur minus in ſenatu. Increpuiſti.) Per tranſlationem dicitur increpare, [illegible], reprehendere ſeu uituperare. Vide Val. capite 29. libro 4.

Sed quid ego.) Crebra interrogatio excitat auditores, & uehementer amplificat crimen. Cuius ſemper nocens.) Bis enim accuſatus eſt Salluſtius adulterij: atq; Ciceronis patrocinio ſemel liberatus. An ullum exiſtimas.) Circunductione docet bonas literas ſemina uirtutis eſſe, iis enim ad gloriæ uerticem trahimur. Sed minimè mirum.) Delabitur in aſſumptionem, quæ cauſam reddit huius uanitatis refutationi. Rabie.) Metaphora à cane rabioſo. Inuaſiſti.) Legit Val. lib. 5. cap. 41. Verùm lib. 2. cap. 56. legit inuectus eſt. Tu uir à uiris.) Expoſitio ſuperioris ſententiæ, qua fœdam libidinem exprimit: ſignificat nanq; cinædum, & pathicum eſſe Salluſtium. Gratiam relaturū.) Referre gratiam, hic in malam partem capi, adnotauit Val. cap. 42. lib. 5.

Teſtamentis eorum locupletior eſſem.) Cic. diuitem factum amicorum hæreditatibus, conſtat ex 2. Phil. ubi ſimile ſcomma ab Antonio obiectum refutat. Hæreditates, inquit, mihi negaſti uenire: utinā hoc unum crimen eſſet, plures amici mei & neceſſarij uiuerēt. Sed qui iſtuc tibi uenit in mentem? Ego enim amplius ſeſtertiûm ducenties acceptum hæreditatibus retuli. Quanquam in hoc genere fateor feliciorem eſſe te. Me nemo niſi amicus fecit heredem, ut cum illo commodo, ſi quod erat, animi quidam dolor iungeretur. Te is quem nunquam uidiſti L. Rubrius Caſſinas fecit hæredē. Ego fugax.) Sunt qui legant Ego n', ſed id nimis comicum uideretur. Eſt autem interrogatiuè legendum, ut uehementius moueat. Furori Trib. pl. ceſſi.) Gabinij & Piſonis conſulatu Cicero pulſus eſt urbe, furore Clodij Trib. pleb. qui quæſiuit, nō tam ut inimicum patria pelleret, quàm ut ſeditionem aliquam excitaret. Sperabat enim pulſo Cicerone ſcelerum ſuorum impunitatē, tum facillimum ad ea quæ machiuaretur, aditum ſibi datum iri. Res eò tandem uenit, ut Ciceroni fuerit uel cum Clodianis decertandum, uel urbe diſcedendum. Maluit itaq; Cicero diſcedere, quàm decertare: quod futurum uidebat, non abſq; magno reip. diſpendio. Perbacchatus.) Metaphoricos pro furere ac ſæuire, uſurpatur Bacchari. Populuſq; Rom. frequens.) Cic. cum reuerteretur Romam ab

exilio, maxima congratulatione exceptus eſt. Et maximam ciuitatis partē obuiam iuiſſe, ſcribit Plut. Dumq́; eius aduētus cōgratularemur, totus dies abſumptus eſt.

Neq; hercule.) Diluit obiectā in amicitijs leuitatem.

Addixi.) Hic ſignificat mancipare & in ſeruilē dedere conditionem. tractum ab his, qui alijs obærati, & obnoxij ſunt. Vide Vallam cap. 28. libro 5. Ego nihil plus.) γνώμη ornandi cauſa. Niſi leges.) Διάνοια hic æquitatem animi effert. Timuit enim Cicero quicquam contra leges facere. Multi arma.) Inuidioſa eſt proſopopœia, qua Clodium, Gabinium, Piſonem inſectatur, tanquam internecinos reip. hoſtes. Itaq; non eſt mirum.) Correctio abrumpit locum calumniæ. Neq; me pœnitet.) Anthypophora aufert obiectionem, quam claudit ſuo more ad hoſtis uituperationem. Eſtq; δίκαιος, ut indicauimus aliàs. Temeritas tua.) Magna quippe temeritas Salluſtij fuit, qui laudanda uituperauit: reprehendenda non reprehendit, & quorum conſilium ignorauit. Plura dicerem.) Hac forma frequenter utitur Cicero, quum attentos ſibi animos parare ſtudet, occaſionem conuiciandi captans. Quid opus eſt uerbis.) Rhetorica ſimulatio, ut maiorē uim habeat uerborum ornatus. Monitores.) id eſt, cōſcios, idq́; adulatoriè.

Nunc ad te ut reuertar.) Reuertitur ad inſtitutam narrationem, per epanalepſin. Patrem tuum prætercam.) Eſt præteritio. quaſi dicat, De patre tuo nihil dicam, tametſi mihi maiorum meorum ignobilitatem obieceris. Maiorem iniuriam.) Calumnioſa eſt hæc αὔξησις, qua dicit magnam iniuriam reip. factam, cum naſceretur ſic perditus, qui perniciem et diſpendium reip. intulerit. Sed qualem adoleſ.) Mirè deſcribit perſonam, ut affectum longiori periodo melius exprimat.

Immenſæ gulæ.) Vehemens ταπείνωσις in deſcriptionem hoſtis, quem ſuis coloribus figurat. Summa enim ars eſt, quem in calumniæ crimen uocamus, eius nequitiam ſingularem oſtendere. Sumpto argumento à cōſuetudine uitæ. Aetas tua.) Artificiosè ſignificat σχῆμα, occultæ rei fœditatem. Exoleuerat.) Exoleſcit, qui creſcendi finem facit. Vnde exoletus ſubſtantiuum ſcortum maſculum ſignificat, & pathicum, ac præcipuè iam adultum, quem propriè ἔξωρον Græci appellant, quaſi ὑπὲρ παρηκμακότα, καὶ ἔξω τῆς ὥρας, uocabulo inde ducto, uel ab ὥρα, quo annus intelligitur. Domum paternam.) Domus Sal. erat iuxta ædem Mineruæ, nunc templum D. Virgini ſacrum, ubi etiámnum in ualle prope portam Viminalem, domum Salluſtianam extare, teſtatur Pomp. Lætus lib. de Ant. Rom. 5. cap. 13. Viuo patre.) Vendidit uiuo adhuc patre Sal. domum, ut iudices corruptos haberet propitios, apud quos cauſam de adulterio dixit. Neq; pudet eum quærere.) Procatalepſis hæc obiecta extinguit. Solet ferè ſemper Cicero perſimile crimen in aduerſariū retorquere. Paterna domo.) Nouè dictum eſt. Quare notabis idem ius eſſe poſſeſſiuis nominibus, quod & pronominibus. Tyrocinio.) Ab illis in o fiunt aliqua in cinium abſtracta, ut lenocinium, latrocinium, lurocinīū apud Apul. Tyrocinium hic uocat eam imprudentiā & inſcitiā, quam in pueris uidemus. Sacrilegij Nigidiani.) Quale ſacrilegium illud fuerit, cuius Salluſtiū ſuggillat, nobis certè non conſtat. Neq; exiſtimabis dictū de P. Nigidio Figulo, quem uirum omnium doctiſsimum & ſanctiſsimum, ſibiq́; amiciſs. dicit Cic. in epiſt. Conſtat hunc Matheſeos fuiſſe callentiſsimū, idq́; tum ex Suetonio in Auguſto, cui inſpecta genitura, orbis imperium portendi dixit: tum ex Lucano libro 1. At Figulus cui cura deos ſecretaq́; cœli Noſſe fuit. Itaq; controuerſum eſſe non poteſt, quin de altero quopiam Nigidio ſcelerato, & prodigæ uitæ homine, quiq́; Ciceronis tempore omnibus fabula fuerit, intelligendum ſit: à quo hominum genere libenter exempla communia petimus. Subſellia.) Sedes erant minora iudicia exercentiū, ut Quæſtorum, Triumuirorum, & Tribunorum. Hoc loco notabis iudicum ſubſellia dici quemad. Senatorum ſecunda inuectiua in Catil. Extrema fortuna.) In tali uitæ diſcrimine fuit Sal. niſi corruptos habuiſſet iudices, haud dubiè daturus pœnas.

Iudices peieraſſe.) Peierat qui iuſiurandum uiolat. Iudices (ait Pedian.) in leges iurabant, ut obſtricti religione, iudicium iuſtum iudicarent. Sal. uerò hos iudices corrupit pecunia iam uenditæ domus. Primam honorem.) Reſumptio hæc aliam reprehenſionem inducit.

Deſpectus.) Hic dicitur αὐτοπαθῶς abiectus, uilis, & homo nihili: talis cum eſſet Sal. ſenator factus eſt. Sibi quoq;.) Dura eſt hæc reciprocatio. Gratior erit ſi eum Aldo legas, Cuius aditum ſibi quoq; ſordidiſsimo homini parauit. Cum omnibus matribusfamiliâs.) Valla hunc locum nonnihil uariat cap. 44. lib. 6. De matribus familiâs diſertè diſputat Aul. Gel. cap. 6. lib. 18. Confeſſus eſt adulterium.) Adulterium & inceſtum Cic ſtuprum ferè ſemper appellat: illud, in nuptam: hoc, in uiduam, uirginem, uel maſculum ſcortū committitur. Vide Modeſt. lib. 50. De uerborum & rerum ſignificationibus. Erubuit ora ueſtra.) Nouè dictum eſt. Vixeris, egeris.) Aſyndeton eſt amaræ permiſsionis. Quod ſi tibi.) Complexio hæc probationem adiunctam habet.

Elogium.) eſt teſtificatio de alicuius honore, uel uituperatione. Val. cap. 66 lib. 4. Ap. Claudij & L. Piſon.) Claudius & Piſo cenſores eiecerunt Salluſtium è ſenatu, propter adulteria confeſſa. Integerrimorum uirorum.) L. Piſonem inimicū Ciceronis fuiſſe, conſtat ex oratione in eundem perorata, ubi appellat eundem hominem ſine ſenſu, ſine ſapore, elinguem, tardum, inhumanum, plenum uini, ſomni, ſtupri, negatq́; aliud quicquam præter ſimulatā irritamq́; triſtitiam in forum attuliſſe. Piſoni Cicero reconciliatur ab exilio reuerſus, cui ex inimico fit amicus integerrimus. De his Ciceronis inimicis, qui poſt reſtitutionem facti ſunt eius amici, Titulus eſt apud Val. Max. lib. 4. Nónne uiderer.) Prolepticôs infert præmunitionē. Inurere.) eſt cauterio ſtigma indeletile imprimere. Sumptum ab improbis ſeruis & fugitiuis, quibus ob malefacta notæ & ſtigmata inurebantur. Maculas.) Metaphoricôs dicit, pro ignominia & infamia. Cic. Cuius ut adoleſcentiæ maculas, ignominiasq́; prætereā. Eluere.) Tractum à fullonibus, qui ſordiū reliquias à ueſtibus tollunt. Delectum ſenatus.) Intelligit ſententiā Claud. & Piſ. Cenſoribus latam, qua Salluſtiū notauerunt. In ea te caſtra.) nempe Cæſariana. Quo enim tempore Cæſar contra Pompeium ciuile bellū mouit, quicunq; boni, Pompeij partes ſequebantur: mali uerò & improbi, Cæſarem, quorum gregi ſe adiunxit Salluſtius, qui à Cæſare uictore, poſtea in ſenatum reductus eſt. Sentina.) Tranſlaticiè ponitur pro ſceleratorū hominum receptaculo. Sic quoq; in

Catilina

Catilinã: Sin tu, inquit, quod te iamdudũ hortor, exieris, exhaurietur ex urbe tuorum comitũ magna & pernicioſa ſentina Reipub. Cõfluxerant.) Sumptũ à uentre nauis, in quẽ quicquid in naui colligitur aquarũ et ſordium, defluit. In pace.) antequã Cæſar aduerſus Pompeium conflictaretur. Et idem à uictore.) Innuit Salluſtium à Cæſare priſtino loco reſtitutum. Quos autem Cæſar iam uictor reſtituerit, & quomodo magiſtratũ amplificauerit, leges apud Trãq. in uita eiuſdem. Ac uerum.) Pro iuſto. Sic Horat. Metiri ſe quenq; ſuo modulo ac pede, uerũ eſt. Vide Eraſ. in Cop. Pignora.) Hic μνημόσυνα illa ſunt, quæ mutui amoris memoriam faciunt. Ex illo grege.) Pro eo quod eſt, eiuſdem factionis & contubernij. Sumptum à uitæ conſuetudine, quæ (ut ait ille) cuiuſq; ingeniũ quale ſit declarat maximè.

Exemplar.) Apud Ciceronem hæ frequentes ſunt uituperationis formulæ, Exẽplar factionis, ſentina Reip. & fex urbis, cœnũ hominis, putrida caro, ſcelus ac dedecus. quibus in eos utitur, qui labe ac ſcelere animos gerunt impeditos atq; oppreſſos. Voraginem.) Allegoricῶς ponitur, pro malorum contubernio. Aliàs locus eſt uorago, immenſæ profunditatis, unde difficile eſt emergi, quẽ Græci βάραθρον dicunt. Cillonum.) Exempla uariant, ita ut certam lectionẽ conſtituere nõ liceat, ſiue Silonum uelis legere, quo nomine faſtuoſos & ſuperciliosos intelligas: ſiue Chilonum, ut per hos ſubturpicula translatione ſcorta maſcula, et cinædos pudore uacuos intelligamus, atq; adeò irrumatores, nefandæ libidinis hominum genus: ſic dictos fortè, ὅτι ταῖς χειλέσιν ἀσχημονοῦσι μολυνόμενοι. Non me fallit tamen, à cillire antiquo uerbo, quod mouere ſignificat, dictos eſſe Cillones, exiſtimare quoſdã: ut intelligantur illi, qui ceuendo libidinẽ exercent, quos σαυλοπρωκτιῶντας καὶ σαλακωνίζοντας Græci dicũt. Sicut in fretis.) Allegoriæ explicatio. Nã quẽadmodũ in mare omnis aqua profluit: ſic uniuerſum hoc hominũ genus ad hãc Reip. ſentinam cõfluxerat. At poſtquã.) Lõgiore periodo quædã repetit, ut ſeruiat affectui. Modeſtè ſe geßit.) Amara & acerba ironia, quã ſequẽs clauſula explicat. Socij.) Intelligit Afros, qui iam Romanis erant ſocij, & fœdere coniuncti. Horũ ærariũ ſic compilauit Salluſtius, ut ſi bellũ gerendũ fuiſſet, præ inopia non poſſent. Aphricã interiorẽ obtineræ.) Salluſtius fauore Cæſaris factus eſt Prætor Aphricæ interioris. Vnde ſubitò diues factus, in urbe ſuos hortos magno comparauit: itidem Tyburti uillam ab ipſo Cæſare, ut ſtatim dicet. Fide nominũ.) Nomen pro debitore: quoniam qui fœnerauit, eius nomen fœnerator accipit. Significat Salluſtium aliquam pecuniam nonnullis credidiſſe, quam tranſportarent Romã. Exhauſit.) Perſtat in translatiõe. Seſtertio duodecies.) hoc eſt, 30. millibus aureorũ, iuxta Budæum. Vnde tu.) Ἐπαναφορὰ δικαιολογίαν cõplectitur. Modò.) antequam eſſes in Aphrica deſignatus Prætor. Hortos precioſißimos.) Viminalis collis hortos Salluſtianos habuit, qui præter amœnitatẽ, profuſißimi ſumptus fuerũt, ut etiam annotauit Alexander ab Alex. lib. Genialium dierũ 6. cap. 11. Pom. Lætus, non procul ab æde Suſannæ prope portã Collinã fuiſſe ait, lib. de Rom. antiq. 5. cap. 25. Villa Tyburti.) Villæ Tyburtinæ, quam à Cæſare Salluſt. emit, ut et hortorũ ueſtigia, adhuc extare in ualle prope portã Viminalẽ, teſtis eſt Lætus lib. citato. Neq; piguit.) Circunductio ſententiæ eſt, quam ſolet libenter Cicero repetere, ad maiorem amplificationem. Comeſo, ſed deuorato.) Sumptum à lurconibus, & menſarum aſſeclis. Simili metaphora dixit Salluſt. Comeſa matrimonia. Par tui.) Par ad mores, cum genitiuo.

At hercule.) παρένθεσις eſt ironica. Siue tu ſimilis, ſiue illi.) [illegible] eſt, quo nihil argutius: ſiue enim Salluſtius ſit ſimilis maiorũ ſuorũ, ſiue maiores Salluſtij ſimiles, utroq; modo cõſtat eos perditos. Quoniã ſimilis perditi nõ poteſt nõ eſſe perditus. Vide Scholia noſtra in poſteriorẽ librũ copiæ Eraſ. ſcripta, ubi hunc tropũ fuſius tractauimus. Tu C. Salluſti.) Acerrima hæc ſunt, ui apoſtrophes. Tantidẽ putes eſſe.) Immiſcet prolationẽ ſtatus coniecturalis ex facto, & ex utraq; perſona: Ego qui bis Conſulatũ geſſerim, itemq; bis triũphauerim, pluris facio, quàm bis Senatorẽ et bis Quæſtorẽ fuiſſe. Quocirca Salluſti nihil reſtat, in quo inſoleſcas. Carere debet.) D. Hieron. religioſè in multis locis citat hãc clauſulã, cui illud Plautinũ affine eſt: Qui alterũ incuſat probri, ipſum ſe intueri oportet. Item illud Perſij Sat. 2.

—Frontem atq; uda labella
Infami digito, & luſtralibus antè ſaliuis Expiat.—

Hæc eſt noſtri ingenij cæca φιλαυτία, aliena uitia curioſis oculis perſpicere, ſua non uidere. Iubent literæ tũ prophanæ tũ ſacræ, hominẽ prius in ſe deſcẽdere, quàm proximi uitã carpat. Neſcio enim ut ferè familiarius ſit hominibus, omnia ſibi ignoſcere (quod Velleius Pat. inquit) nihil alijs remittere. Menſarũ aſſecla.) In eos dicitur prouerb. qui alienas menſas ſequuntur. A' paraſitis ſumptũ, qui omnib. iuſſis dominorũ præſtò ſunt, quo uentrẽ placẽt. In prima ætate pellex.) ἀντιμεταβολὴ eſt, cuius hæc eſt ſentẽtia: Tu iam tum in adoleſcẽtia conſtitutus, alienas uxores lædebas, interuertens nimirũ eis ſuos maritos: iam uir factus, omnibus ſine diſcrimine maritis illudis, qui eorũ uxores illato ſtupro alienas. Quid enim grauius.) πάθος, & affectus obiter aſperſi. Deſine.) Conduplicatio hæc uerborum ideo per ſingula κόμματα repetitur, ut grauior ſit ſententia. Rutilius hanc, ni fallor, ἐπαναλλαγὴν uocat. Finem dicendi faciam.) Abſoluit orationem, ne affectus langueſcat. Con ſimilibus finiendi formulis, in alijs quoq; orationibus utitur. Mihi ratio habẽda eſt.) Modeſta & uerecunda præteritio, à ſua perſona.

LECTORI TYPOGRAPHVS.

Cum ſerius paulò ad nos allatæ eſſent hæ quæ ſequuntur, Xichonis Polentoni Patauini, Leodegarij à Quercu, Petri Rami, &c. in aliquot oratiões Cic. Enarrationes, ut ſerie qua opotebat inſeri nõ poſſent, maluimus hoc loco, quanquam nõ ſuo, tibi eas dare potius, quàm eorũ quicquã quæ habere in præſentia huius generis potuimus, omittere. Cuius conſilij noſtri rationem hic tibi exponere libuit: ne fortè, qua ratione hic demum iſta ſubijcere uiſum eſſet, mirareris. Iis igitur ruere Lector, ac uale.

XICHONIS POLENTONI PATAVINI IN ALIquot M. T. Ciceronis orationes Argumenta.

Super oratione, qua Tullius reuocatus ab exilio, Senatui Romano gratias egit, quæ incipit, Si patres conſcripti, &c.

RHetoricorũ princeps M. T. Cicero, Arpino ex oppido oriũdus, Romam urbẽ, tum orbis habenas imperij unicè continentem, ſeſe cõtulit. In qua urbe quanquam aduena & humilis genere haberetur, ad maximos tamen magiſtratus & honores aſcẽdit. Cum aũt ſuſurraretur plurimũ de coniuratione Catilinæ, quã Fuluia mulier (ut teſtatur Saluſtius) inhoneſta, ſed utilis Rom. pop. ob inſolentiã Curij cõcubinarij ſui propalauerat, populus Rom. accenſus eſt ad conſulatum mandandũ M. T. Ciceroni. nam antea nobilitas æſtuabat, & quaſi pollui conſulatum credebat, ſi quis, quãuis egregius, homo nouus adeptus foret: ſed ubi tãtæ cõiurationis periculũ aduenit, poſtpoſitis inuidia atq; ſuperbia, creati ſunt cõſules, M. Tullius & Antonius. erat enim tum cõſulatus dignitas in urbe maximus magiſtratus. At collegã ſuũ Antoniũ, ne quid cõtra remp. ſentiret pactione prouincia pepulit. Prudenti itaq; diligẽtia ſua Cicero Catilinã expulit, expulſumq́; deleuit. Cõiurationis principes, Lentulũ (q patricius, ex clariſsima gẽte Cornelia, cõſulare ipſum imperiũ quo tũc Cicero eminebat, habuerat, tum uerò prætor erat) ac Cethegũ, Statilium, Gabiniũ, Cepariũ carcerauit: carceratis demũ per iudices rerũ capitaliũ, laqueo gulã fregit. quibus tãtis uiris nobiliſsimis infami morte ſublatis, ea res, quanq̃ remp. liberaſſet, Ciceroni tamen maximã cõflauit inuidiã. nam finito cõſulatus officio, authoribus P. Clodio, Ceſonio, Caluẽtio, Gabino, L. Piſone, & alijs qui tum reip. præſidebant, Cicero in exiliũ dãnatur, bona eius publicè diripiuntur, domus eius diruitur, dirupta in religionis porticum ſub Libertatis ſimulacro cõſecratur. Expetebãt enim ab eo Catilinam, Cethegũ, & reliquos, ueluti quos ipſe odio, non iure necaſſet. promulgauerãt, quòd nunquã Cicero ad patriã rediret, niſi prius illi quos tam crudeliter (ut aiebãt) necauerat, reuiuiſcerent: uolẽtes eum perpetuò exulare, cum impoſsibile homini humano ſit à mortuis reſurgere. Verùm & illorum crudeli & iniquo magiſtratu exacto, Cicero multo maiori honore & lætitia reuocatus eſt, quàm dedecore & dolore pulſus fuerat. Quamobrẽ ne ingratus tanti beneficij uideretur, in pleno ſtatu omnib. in genere, & ſingulis in ſpecie, qui ſalutẽ ſuã operati fuerant, hac inſigni oratione gratias refert, innocentiã ſuã, perfidiã æmulorũ, ſenatus, totius populi Romani, ac demum uniuſcuiuſq; qui repatriationi cauſam dederãt, beneficiũ cõmemorãs: dicit quoq; cõſultando, iniuriarũ ſe obliuiſci malle, cũ ſatis ſibi futurũ ſit, nõ ſolũ ad referendã, ſed ad cõmemorandã gratiã eorũ, quorũ beneficio & uirtute reſtitutus eſſet. Dicit etiã ſe maluiſſe furori conſ. & trib. pl. æmulorũ cedere, quàm reſiſtẽdo periculum in rep. ponere. Eſt itaq; hæc oratio cõſtituta in genere demõſtratiuo, cũ uituperet eos à quibus relegatus eſt, & laudet eos à quibus reuocatus eſt. Cõſtitutio eſt cõiecturalis. Diſpoſitio aũt nõ ab artis inſtitutione, ſed ad caſum tẽporis oratoris iudicio accõmodata. Primò enim ponit exordium, ſecundò cõfirmationem, interpoſitis aliquibus narratiunculis. Vltimò ponit concluſionem, per enumerationem.

Super oratione quæ incipit, Cum multa diuinitùs, &c. qua reſtituendam ſibi domum eius per Clodiũ conſecratã, ad pontifices perorauit.

DVabus uti ex præmiſsis orationib. oſtẽſum eſt, Ciceroni ex eo quòd patriã à cõiuratione Catilinæ ſeruauit, multi æmuli ſuccreuerũt. inter quos P. Clodius trib. pl. cõſenſu cõſulũ ei interdixit, ne in ſenatũ iret: atque pœnã ſtatuit illis, qui ſibi in aliquo ſubuenirẽt. diripuit quoq; bona ſua: domũ aũt, eiectis uxore et filijs, funditùs diruit, & ad perpetuæ ignominiæ memoriã dirutã, in porticũ ſimulacro deæ Libertatis cõſecrauit. Verùm Cic. etſi (ut ait) potuiſſet armis furori tribunitio reſiſtere, pro cõmodo tamẽ reip. ut exul cedere maluit. Tandẽ cũ caritas nedũ, ſed fames frumẽti iſto P. Clodio authore orta, omnẽ ciuitatẽ opprimeret, totius populi cõcurſu, & authoritate ſenatus, Cicero, ueluti qui ſumma prudẽtia ſemel patriã ſeruauerat, & qui poſſet huic caritati remediũ inuenire, reuocatus eſt, & integrè ad ciuilitatẽ & ad honores reſtitutus. In ſenatu aũt rogatus de annonæ grauitate ſententiam dicere, onus huiuſmodi prouiſionis impoſuit Cn. Põpeio, qui ſua integritate annonæ prouideret: petijtq́; à ſenatu, domũ ſibi religionis umbra ſurreptã, reſtitui. Porrò P. Clodius cõtrà obſtabat, nõ debere reſtitui: accuſabatq́; eũ, q, extra ordinem impoſuiſſet onus annonæ Cn. Põpeio. Senatus uerò ex ſentẽtia M. Bibuli delegauit hãc quæſtionẽ de reſtituenda domo, collegio põtificũ, corã quib. P. Clodius, uti ex huius orationis uerbis elicitur, prius uerba fecit. deinde Cic. hac egregia oratiõe reſpõdit, diluẽdo primum obiecta: deinde oſtẽdẽdo, ſibi domũ debere reſtitui, nec potuiſſe iure cõſecrari, neq; cõſecratã eſſe: orans põtifices, ne patiãtur eũ, quẽ P. Clodius & omnes boni cuſtodẽ patriæ iudicaſſent, pati eandẽ pœnã qua adficiũtur reip. euerſores, ſcilicet domũ ſuam taliter ſub religione teneri. Hæc itaq; oratio lõga, & penè diuinitùs exornata, in genere iudiciali cõſtituta eſt. Nam cõtinet excuſationẽ, ſeu defenſionẽ. Cõſtitutio aũt multiplex eſt, ſed principalis uidetur iudicialis adſumptiua. interponit etiã ſuſpiciões quaſdã ex cõſtitutione cõiecturali, quare putẽt põtifices domũ eius nõ iure, ſed præter inſtituta, & odio cõſecratã. Diſpoſitio eſt, nõ ab inſtitutiõe artis profecta, ſed ad caſum tẽporis, oratoris iudicio accõmodata. Primò quidẽ ponit exordiũ ſeu inſinuationẽ. Nam cũ turpe uiderẽ poſsit, domũ dijs immortalib. cõſecratã repeti, & etiam cũ auditores, uti aduerſarius dixerat, ſibi irati uiderentur, & eorũ animus eſſet ab aduerſario perſuaſus, utitur inſinuatiõe, captãs beneuolentiã, ne qua pars turpitudinis ſibi obeſſe poſſet. deinde diuidit, aperiẽs, in quibus nõ cõueniat cũ aduerſario: exponẽsq́; res de quibus ſit principaliter dicturus ad purgationẽ ſui, repercutiẽs in aduerſariũ obiecta in ſe. tandẽ illã purgationẽ concludit per enumerationẽ. Demum poſt purgationẽ uenit ad cauſam principalẽ, de domo ſibi reſtituẽda: oſtẽdeñs eam nullo iure ſacratã. & ibi etiã prius diuidit, petẽs ueniam de tam multis dictis extra cauſam, & pollicetur ſe inde pauca dicturũ. Poſtremò concludit per cõmiſerationem.

In orationem quæ incipit, Si quis iudices, &c. qua Tullius M. Cælium de ueneficio accuſatũ coram iudicibus defenſauit.

CRiminatur M. Cælius claræ indolis & diſcipulus Ciceronis per Atratinum Luciũ Herennium & Balbũ, quòd à Clodia, quæ erat ſoror Publij Clodij, & nupſerat Qu. Metello, aurum mutuo ſumpſiſſet, & ei poſtea, ne reddere cogeretur, uenenum per Licinium paraſſet, proptereaq́; corrumpere ſtuduiſſet ſeruum Clodiæ: ſed cum id ſerui Clodiæ reuelaſſent, Clodiam ordinaſſe ſeruis, ut locũ darent Licinio ad balneas Baianas, & clàm miſiſſe amicos qui Liciniũ, cum traderet ſeruis pyxidem ueneni, in manifeſto delicto comprehenderent. at uerò dicunt accuſatores, Licinium, amicorum Clodiæ inſidijs patefactis, dimiſſa pyxide, è manib. aufugiſſe. ad probandum crimen adducunt, quòd M. Cælius ſit iuuenis laſciuus, impudicus, ſpecioſus, ſeceſſerit à patre, domum ſibi emerit, fuerit unus ex conſcijs coniurationis Catilinæ, uerberauerit ſenatorem, uxores aliquorum de nocte à cœna redeuntiũ attraxerit. Erant itaq; accuſatores pro Clodia multi, ſed inſeſtior erat Atratinus, quoniam M. Cælius patrem illius crimine ambitus in iudicium uocauerat. unde ſub pietatis ſpecie indixerat, ut iudices etiam diebus feſtis & ludis hanc cauſam audirent. Contra uerò has accuſationes Cicero M. Cælium familiarem & diſcipulum ſuum, & dicendi arte peritum defendit hac oratione elegantiſſima, in qua mirabiliter diluit & confutat crimina obiecta per aduerſarios, oſtendens patentiſſimis coniecturis M. Cælium nõ eſſe reum. demum contra Clodiam ueniens, dicens ſibi turpe muliebres inimicitias agere, introducit uelut ab inferis quendam Cæcum, qui pro eo loquens, mulierẽ obiurget. Exinde introducit etiam fratrem quendam minorem ipſius Clodiæ, qui ab ea quærat cauſam cur M. Cælium accuſari noluerit. Excuſat etiã curſum iuuenilis uitæ, dicens, ferendum eſſe ſi iuuentus non parcat pudicitiæ ſuæ, ſi tamen non ſpoliet alienam, non effundat patrimoniũ, non inferat opprobria caſtis, labem integris, infamiã bonis, ſi ita aliquẽ incrimat, ſi non interſit inſidijs, ſi careat ſcelere, ſi reuocet ſe aliquãdo ad curas rei domeſticæ & rei forenſis, uti fecit M. Cælius cui ineſt ratio bonis artibus inſtituta, & cura ac uigilijs elaborata. Oratio quidem iſta eſt in iudiciali genere conſtituta. Nam continet defenſionem. Conſtitutio eſt coniecturalis. Diſpoſitio autem eſt non ab inſtitutione artis profecta, ſed ad caſum temporis oratoris iudicio accõmodata. Primò ſiquidem ponit exordium, per quod cum cauſæ genus honeſtũ ſit, multum nititur circa ea quæ in exordijs requiri ſolent. Deinde utitur diuiſione, deinde confutat quæ ad cauſam faciunt in ſpeciali de auro ſumpto & ueneno parato. Inſerit etiam narrationem breuem, ſimplicem, dilucidam, per quam exponit cum attenuatione accuſationem, demum uenit ad concluſionem. ſed finis deeſſe uidetur.

Super oratione quæ incipit, Si authoritates patronorũ, & c. quam Cicero pro L. Cornelio Gaditano de illegitima ciuilitate accuſato ad iudices habuit.

LVcius Cornelius Hiſpanus gente, Gaditanus patria, uir armis & fide probatus, in præmium uirtutis à Cn. Pompeio imperatore ſeu conſule Romano, ciuilitate urbis donatus, & C. Cæſare præfectus fabrûm creatus. uerùm gloriæ ipſius & bono is æmuli nonnulli effecti ſunt. unde accuſatus eſt iudicibus, quòd nactus ciuilitatem fuerit contra leges & fœdera. dicit tamen accuſator Cn. Pompeium donaſſe eum non ſcienter. ſed ignoranter, cũ neſciuerit id legibus prohiberi. At uerò defenſores eius fuerunt Cn. Põpeius ueluti qui amicus, patronus, largitor fuiſſet, & M. Craſſus amiciſſimus ſibi, ac demum M. Cicero qui eum hac elegantiſſima oratione defendit, oſtendens Cn. Pompeium ſciuiſſe leges, & ei licuiſſe donare, & leges non obſtare, &c. Eſt itaq; hæc oratio principaliter in iudiciali genere conſtituta. incidit tamen etiam genus demonſtratiuum, cum Cn. Pompeium & L. Cornelium laudet. poſſet etiam dici quòd incidat genus deliberatiuum, cum dicat L. Cornelio inimicari multos, non propter L. Cornelium: ſed quia amicus ipſius Ciceronis ſit, & ſuper eo conſulat, prouidendum. Conſtitutio autem eſt iuridicialis abſoluta, cum dicat iure donatũ. Eſt etiam adſumptiua per remotionem criminis, cum dicat à Cn. Pompeio donatũ. Eſt item legitima ex ſcripto & ſententia, cum de interpretatione legum agat. intercurrit cauſæ conſtitutio coniecturalis, cum oſtendere nitatur eum accuſari odio et inuidia, non per proprios ſuos, ſed per amicorum ſuorum æmulos. Diſpoſitio uerò eſt non ab artis inſtitutione profecta, ſed ad caſum temporis oratoris iudicio accommodata. Primò enim exorditur. Secundò diuidit. Tertiò confirmat iure donatum. Quartò intermiſſa etiam captatione beneuolentiæ & diuiſione, confutat aduerſarij interpretationem legum. demum concludit per cõmiſerationem.

Super oratione quæ incipit, Heſterno die, quam Tullius reſpõſi interpretationem factam per P. Clodiũ falſam fore, ſed periculum reip. præmonſtrare, oſtendit.

HIc ille P. Clodius qui Tribunus plebis conſenſu Piſonis & Gabinij conſulum, ut ex præcedentibus argumentis & orationibus præmonſtratur, Ciceroni ſenatum & communionem ciuium interdixerat. bona eius, uxore & filijs excluſis, diripuerat, domum diruerat, dirutam in porticum Deæ libertatis conſecrarat: & ne reſtitueretur, neq; reædificaretur, quantum potuit, obſtiterat. cum ſenatus auctoritate, conſenſu populi Cicero reſtitutus foret, & eius domum liberam fore ab omni religione pontifices iudicaſſent, contionem habuit, in qua dixit ſtrepitum cum fremitu in agro Latino auditũ eſſe, quem ex reſtitutione conſecratæ domus religionem uiolatam ſignificare, ex aruſpicum reſponſo dicebat. queſtus quoq; multum eſt, religionem taliter pollutã reſtitutione illius domus quam ipſe proprijs manibus cõſecraſſet. Demũ etiam frequenti ſenatu

qui equitibus Romanis dabatur, impedire cauſam publicanorũ uoluit, & minatus eſt tacita uoce Ciceroni. quare ex curia eiectus fuit. uerùm quia eiectione iſta nonnulli arbitrabantur Ciceronẽ uehementius quàm ſapienti homini conuenire, elatũ, & aduerſus illum inimicum ſuum nimiũ iratum fore, Cicero ad excuſationẽ ſui, & ad accuſationẽ æmuli, hanc elegantiſſimã & ornatiſſimam orationẽ rectè Tulliana eloquentia confertã, ad ſenatum habuit, per quam dicit ſe iratũ duobus, ſcilicet Piſoni & Gabinio, qui conſules cum quem defendere debuiſſent, arbitrio & furori æmuli prodiderunt: non autem ſe iratũ P. Clodio cum ipſum puniendũ dimittat T. Annio, cui deuota & conſtituta hoſtia ipſe Clodius uideatur. Nititur quoq; oſtendere quàm ridiculoſa fuerit illa concio, in qua is de uiolata religione conqueſtus ſit, qui uiolator religionis & impudicæ uitæ ſemper fuerit. Nititur quoq; oſtendere illum ſtrepitum non ſignificare uiolationẽ religionis, ſed præmonſtrare mutationẽ ſtatus ex diſcordia optimatũ, & ita aruſpices reſpondiſſe, eamq; cõmutationem timendã eſſe ob ſceleratã mentem P. Clodij. & propterea cõſuluit prouidendũ eſſe ne ſtatus reip. cõmutetur: & cõſtituendas eſſe dijs precationes et obſecrationes, quemadmodũ ex reſponſis aruſpicũ monentur. Hæc quidem oratio eſt in genere deliberatiuo. Conſtitutio eſt legitima ex cõtrouerſia ſcripti & ſententiæ, ſcilicet reſponſi aruſpicũ. Eſt etiã conſtitutio coniecturalis. Diſpoſitio eſt nõ ab artis inſtitutione profecta, ſed ad caſum temporis oratoris iudicio accõmodata. Primò enim exorditur. deinde narrat. tertiò confirmat primam partẽ intentionis ſuæ, poſtea ſecundã. Demũ concludit per amplificationem.

Super oratione quæ incipit, Si quis ante iudices, &c. Qua Cicero defendit coram iudicibus P. Sextium de ſeditione per P. Clodium accuſatum.

PVblius Clodius qui Trib. pl. homo, ut uult Cicero, facinoroſus, permittentibus L. Piſone & Gabinio coſſ. quorũ alter negligens & lautus, alter horridus & ſimulatus erat, omnem ſtatũ reip. peruertit. cum bonis ciuibus, qui plurimũ poſſent, noua, ſed falſa crimina dietim opponeret, in Ciceronẽ etiam cõtra fidem datam Cn. Pompeio tandem exarſit: eumq; diruta domo, direptis bonis, excluſis uxore & filijs, ciuitate pepulit: cum eius furorẽ, ſi uoluiſſet Cicero, reprimere potuiſſet. His motus Cn. Pompeius, qui uirtute ſua imperiũ populi Romani orbis terrarũ terminis diffiniſſet, ſenatum habuit, quem ſua auctoritate rogauit, decerneretur quòd Cicero remaneret. Quare P. Clodius conſiliũ inijt interficiendi Pompeij. patefacto autẽ conſilio, Cn. Pompeius tamdiu incluſus domi fuit. tandẽ ſuffragio P. Lentuli, L. Cottæ, Milonis, & aliorum bonorũ uirorum, refrenantibus octo tribunis, decretũ eſt Cicero repatriaret, pro cuius ſalute miſſus eſt P. Sextius ad Cn. Cæſarẽ tunc in Gallia bella gerentẽ. Nam P. Clodius ſeminauerat hoc ſe facere conſenſu Cæſaris, Cn. Pompeij & M. Craſſi. Cum autẽ dies conſilij habendi ueniſſet, & P. Clodius in iſtos arma paraſſet, Q. Fabricius amicus Ciceronis, & P. Sextius qui etiã Trib. pl. erat, aggregata manu ſeruorũ multa nocte taciti Caſtoris templũ occupauerunt, & ibi aduerſariorum cõſilia ſcrutabãtur. At P. Clodius præoccupatus foro & curia, in amicos Ciceronis impetũ fecit. Ibi occiſis uulneratisq; multis, P. Sextius adeò uulneratus eſt, ut pro mortuo relictus in tẽplo, uix euaſerit. præterea accuſauerunt Clodiani P. Sextiũ & Milonẽ, quos prius defendit Hortenſius, qui ſua oratione crimina diluit. Demum Cicero hanc orationẽ pro eis ad iudices habuit. Quæ oratio eſt in genere iudiciali cõſtituta. Incidit tamen genus demonſtratiuũ. Conſtitutio eſt cõiecturalis. Diſpoſitio eſt nõ ab artis inſtitutione profecta, ſed ad caſum temporis oratoris iudicio accommodata.

Super oratione quæ incipit, Si tua tantummodo Vatini, &c. quam Cicero contra Vatinium falſo teſtificatum habuit.

GEntis Romanæ origine, ſed non uitæ integritate Vatinus colloquiũ cum Albinouano & T. Claudio habuit: eis conſiliũ dedit, accuſarent P. Sextiũ, T. Cornelium, & T. Anniũ, quòd ad tutelã Ciceronis nocte amicorum & ſeruorũ manu collecta, in templo Caſtoris impetũ feciſſent in P. Clodiũ Trib. pl. cuius odio Cicero exulauerat, nec obſtãte quòd patrocinator in cõſulendo accuſatoribus fuiſſet: & teſtis adductus, calcato ueritatis dicendæ iuramento, negauit ſe cõſuluiſſe, & colloquium habuiſſe. Præterea quoniã Cicero accuſatos defenderat, Vatinus maledicebat Ciceronem, quòd tyrannicè quodãmodo uiueret, niteretur'q; potentia opprimere bonos ciues: dicens, multũ diſplicuiſſe bonis, accuſatos per Ciceronẽ fuiſſe defenſos. pluraq; alia diſſeminabat Vatinus in Ciceronẽ, ut in odium ciuitatis induceret. Cicero autẽ coram L. Lentulo flamine Martiali iudice hac elegantiſſima oratione oſtendit Vatiniũ conſultum, conſcium, inſtructorem & ſubornatorẽ accuſantium, periurumq; fuiſſe: ſe uerò defendiſſe amicos iure, & conſenſu bonorum ciuium, à quibus potiſſimè impellitur hanc orationẽ habere ad frangendã audaciã, & retardandam loquacitatẽ Vatinij: licet ex ſententia ſua ſtatuiſſet ſilentio præterire, cum Vatinij uitæ turpiſſimæ qualitas non mereretur talẽ reſponſorẽ habere. Aperit quoq; q̃ ambitioſus ſit Vatinus, poſtulãdo ſe prætorem fieri: quàm audax in cõuocando conſiliũ contra leges, quàm nepharius in magiſtratu: & quatenus ipſum in odiũ audientis inducat, & nomẽ tyranni oſtendat, non ſibi, ſed Vatinio conuenire. Memorat hunc Vatiniũ opprimere uoluiſſe Vectij iudicio ipſum iudicẽ L. Lentulũ, nec non L. Paulum, ipſum Tulliũ, C. Piſonem generũ ſuum, M. Laterenſem. demum, ne ueſtigiũ corrupti iudicij appareret, occidiſſe Vectiũ. Meminit quoq; quæ in Q. Arij epulo fecerit. Item, quòd præter Vrbis morem legatũ ſe fecerit, geſtum legati iniuſſu ſenatus adſumpſerit. quòd leges latas ab alijs quàm à ſenõ putet: quod dicat ſe auxilio Cæſaris amici ſui, omnia etiã inuitis dijs & hominibus conſecuturũ: quòd ſeipſum hac opinione decipiat, cum interrogatus Cæſar apud Aquilegiã, quid de quorundam magiſtratu ſentiret, de Vatinio dixerit, Vatinium gratis nihil feciſſe, cum omnia in pecunia poſuiſſet, & proptereà amore carere debere. Iſta igitur oratio licet uideatur eſſe in genere iudiciali, magis uidetur in genere demonſtratiuo uerſari. Cõſtitutio quidẽ coniecturalis eſt. Diſpoſitio autẽ eſt nõ ab artis diſpoſitione profecta, ſed ad

caſum

caſum tẽporis oratoris iudicio accõmodata. Exorditur enim primò. Secũdò narrat. Tertiò unũquodq; in ſe obiectum particulariter cõſutat & diluit, atq; eadẽ omnia repercutit, & confirmat in Vatinium eſſe. Vltimò uerò propoſita amplificatione cõcludit per enumerationem.

Super oratione quæ incipit, Si quis ueſtrûm P.C.&c.quam Cicero dicere ſententiam rogatus de ſortiendis prouincijs, habuit ad ſenatum.

IN decernendis prouincijs cum Romano in ſenatu diuerſæ ſententiæ haberentur, rogatus Cicero ſententiam dicere, cõſuluit, remouẽdos eſſe L. Piſonẽ, Gabinium & Cæſonium Caluentiũ, qui cõſulari imperio Syriæ & Macedoniæ præſidebant, Cn. autẽ Cæſari imperium in Gallos propagandũ. Nam ut ipſe ait, illorũ auaritia turbati barbari, prouincias populabant: adeò, ut Byzantij poſiti, in gremio Romani imperij oppidũ relinquere, arcẽ munire cogerentur, atq; ſpoliati à coſſ. populi etiam ſupermiſſo in hyberna exercitu, & miniſtris ſcelerũ grauarentur: adeò, ut C. Caluentius niſi Vergilius legatus uir bonus & innocens, obuiaſſet etiam inſignia è templis omnia diu ſanctiſsimè cuſtodita, abſtuliſſet: propterea ſenatus eorum literis indicantibus, res per eos bene geſtas non credi ſtatuiſſet, prohibuiſſetq; ſupplicationes pro eis fieri. Nam & exercitus omnis uix ad unum uſq; eorũ culpa deletus fuerat. Illas itaq; prouincias deinceps gubernari, prætores cõſulit: & imperium illis minimè propagari, cum ex interpoſitione temporis ciuium calamitas, ſociorũ ærumna, ſceleratiſsimorũ hominũ impunitas propagetur. Ac uerò Cæſar gentes Gallicas quas priores imperatores reprimere potius, quàm domare ſtuduerint, bello uix perfecto ſub ditione Romana poſuerit. Nam ſubactis cæteris gẽtibus, hæc una gens reſtabat, præterquã quòd ab oceano uſq; ad ultimũ Pontum omnia tanquã unum aliquẽ portum tutũ & clauſum Romanus populus poſsidebat. præterea periculoſum reip. ſi Cæſari bellũ Gallicum cõſummare uolenti, ſucceſſor quiſpiã mitteretur: quin imò ſi redire uellet, cogendum fore, meritumq; tum dicit honoribus quibus ipſius ſententia ſenatus inierat ſupplicationem, uidelicet quindecim dierũ. dandũ item illi ſtipendiũ quo exercitum tenere poſsit. uerùm ne quenquã in admirationẽ ducat quòd illos remouendos, hunc confirmandũ dixerit, explicat ſe id ratione reip. dicere, non autẽ ob cauſas amicitiæ uel odij, quas aut cum illis, aut cum iſto gerat. Huius itaq; orationis licet genus demonſtratiuũ ex laude & uituperatione uideatur eſſe, tamen principalius deliberatiuũ eſt. Cõſtitutio cõiecturalis. Diſpoſitio non ab artis inſtitutione profecta, ſed ad caſum tẽporis oratoris iudicio accõmodata. Nam primò exorditur in genere dubio. ſecũdò diuidit. tertiò cõfutando aduerſariorum ſententiã confirmat, & concludit illos ex Syria & Macedonia reuocandos. Deinde confutat opinionem dicentium, Galliam aut ulteriorem, aut citeriorem cum Syria coniungendam, ut Cæſari prouincia tolleretur: & confirmat ei propagandum imperium, ut bellum inceptum perficiat. Demum explicans quam rationem amicitiæ & odij habebat, confutando concludit per amplificationem.

Super quatuor inuectiuis, quarum prima incipit, Quouſq; tandẽ abutere Catilina,&c. quas Cicero, tum populi Romani conſul, contra Catilinam in Rempublicam conſpirantem habuit.

LVcius Catilina, teſte Saluſtio Criſpo, qui coniurationẽ huiuſmodi ſcripſit, nobili genere natus fuit, magna ui animi & corporis, ſed ingenio malo prauoq;. Huic ab adoleſcẽtia bella inteſtina, rapinæ, cædes, diſcordia ciuilis, grata fuere, ibiq; iuuentutẽ exercuit corpus patiens inediæ, algoris, uigiliæ fuit ſuprà quàm credibile eſt. Animus audax, ſubdolus, uarius, cuiuslibet rei ſimulator, ac diſsimulator, alieni appetẽs, ſui profuſus, ardẽs cupiditatibus, ſatis eloquentiæ, ſapiẽtiæ parũ, uaſtus animus: immoderata uel incredibilia, & nimis alta ſemper cupiebat. hunc poſt dominationẽ L. Syllæ libido maxima inuaſerat R.P. capiendæ: neq; id quibus modis aſſequeretur, dum ſibi regnũ pararet, quicquã penſi habebat. Agitabatur magis atq; magis animus, indiesq; ferox inopia familiaris rei, ſcelerũ conſcientia, quæ utraq; his artibus auxerat, quas ſuprà memoraui. incitabant eum præterea corrupti mores ciuitatis, quos peſsima ac diuerſa mala inter ſe luxuria atq; auaricia uexabãt. corrupta namq; in ciuitate ratus eſt, id quod facillimũ factu erat, omniũ flagitioſorũ atq; facinoroſorũ circum ſe, tãquam ſtipatorum catervas habere. his amicis ſocijsq; confiſus, opprimendæ reip. conſiliũ cœpit. ad hoc quietis rebus ipſi conſulatũ petenti magna ſpes fuit: ſed pecuniarũ repetundarum, probatus reus cõiurauit de arripiẽdo dominium. quod Fuluia nobilis mulier inſolentia Q. Curij conſocij cognitũ propalauit. quo accuſis patrum ſtudijs M. Tullius, Cn. Antonius coſſ. declarantur. At Tullius cui urbs euenerat, ad euitandũ illius dolos & aſtutias, et perquirendũ illius cõſilia uigilauit. tandem manifeſta re apud P.C. publico in ſenatũ Catilinam præſentem inuehit: monetq;, ut ex prima inuectiua liquet, urbe diſcedat. Inde per ſecundã inuectiuã milites ſeu Quirites in Catilinam hortatur: monetq; ſi qui ſunt cõiurationis complices, abeant. ad Quirites item per tertiã, qualiter conſpirationẽ nouerit, manifeſtat: rogatq; grates agant dijs, & is dies perpetuò celebretur. Demũ per quartã ſenatum cõſulit, quid de cõplicibus captis agendũ. Sunt itaq; hæ quatuor inuectiuæ in genere demõſtratiuo, in quantum Catilinam uituperat: ſunt etiam in genere deliberatiuo, inquantum conſulit. Conſtitutio uidetur generaliter coniecturalis. Diſpoſitio uerò eſt non ab artis inſtitutione profecta, ſed ad caſum temporis, oratoris iudicio accommodata.

Super Conqueſtionibus ſeu inuectiuis habitis inter Saluſtium & Ciceronem, quarum prima incipit, Grauiter & iniquo animo,&c.

SAluſtius Criſpus illuſtri urbis proſapia ortus, adoleſcentiam literis dedit, iuuentutem armis, ſcribendo ſenectutem. fuit enim prætor Iulij Cæſaris. Poſt multa, res geſtas populi Romani ſcribere ſtatuit. Plura ſcripſit: ex quibus habetur bellum Iugurthinum: habetur conſpi

ratio Catilinæ. habetur etiam hæc liuoroſa conqueſtio contra M. Tullium Ciceronem: qui etſi Arpino Campaniæ oppidulo ex regione Volſcorum egenis parentibus originem habuiſſet, ſuorum tamen inopiam liberali ſtudio ſubleuauit. Rhetoricalis ſcientiæ princeps euaſit: iuriſconſultus & philoſophus claruit. Conſul quoq; coniurationem Catilinæ, quæ ignis urbi maximus imminebat, extinxit. quibus ubi amorem fuerat meritus, odium: ubi beneuolentiam, inuidiam: ubi laudes, ignominiam: ubi honores, exilium: & demum ubi uitam, perpetuam, mortem ſortitus eſt. nam inter cæteros gloriæ ſuæ æmulos Saluſtius inuidens illum ſibi honoris gradum præſtari, cui parentum claritate, ſanguinis nobilitate ſe arbitrabatur meritò præponendum, conqueſtionem ſiue inuectiuam hanc habuit, quatenus famam illius conuicijs denigraret, cui uirtute non poterat ſe adæquare. Ad eam igitur Cicero, ne tacendo aut fiſſus, aut timidus putaretur, per ſubſequentem conqueſtionem ſiue inuectiuam illi reſpondit: eoq; ardentius, quo eloquentia notior, & cauſa fortè iuſtior ſibi erat. Conſtitutæ ſunt itaq; hæ conſtitutiones in genere demonſtratiuo, cum alterum uterq; uituperare ſtuduerit. Conſtitutio quidem coniecturalis eſt. Diſpoſitio autem non ab artis inſtitutione profecta, ſed ad caſum temporis oratoris iudicio accommodata.

IN M. T. CICERONIS ORATIONEM PRIMAM DE LEGE Agraria contra P. Seruilium Rullum, Trib. pl. Leodegarij à Quercu Scholia.

ARGVMENTVM.

P. Seruilius Rullus non minus ſeditioſus aut ambitioſus quàm uterq; Gracchus, legem tulit in ſuo tribunatu iniquiſsimam, diſsimillimamq; legis: Vt quæ poſt C. Marium & C. Carbonem Coſs. publicè data, aſsignata, uendita, conceſſa eſſent, ea omnia eo iure forent, ut quæ optimo iure priuata ſunt: utq; decemuiri cum ſummo imperio crearentur, qui reip. uectigalia, & agros publicos, Italicos, ac prouinciales diuenderent, ac pecuniam conficerent, qua agros colonis quos deducerent, mercarentur. Vtq; coloniam etiam Capuam deducerent, & ex agro Stellate duodena uiritim iugera, ex Campano dena diuiderent. Hanc rogationem Cicero Conſul, prius in Senatu, deinde apud populum bis diſſuaſit. Trium autem orationum Ciceronis unus hic ſcopus eſt, Non eſſe promulgandam agrariam legem Rulli. quòd legis prætextu & coloniarum deductione uelit Rullus Italiam totam occupare, & ad regiam poteſtatem aſpirare. Oratio prima dicta eſt initio conſulatus Ciceronis. Generis eſt ſuaſorij. Status negotialis. cui quantum deſit, ex ſequenti (quæ idem argumentum & eandem capitum diſpoſitionem et tractationem habet) poteſt intelligi. Rullus, in quem habetur oratio, fuit filius Publij Seruilij Rulli, qui primus apud Romanos ſolidum in epulis aprum adpoſuit. ait Plinius libri octaui capite 51. Has orationes quàm magni pendat Plinius, ex eo iudicari poteſt, quòd in laudibus Ciceronis, hoc potiſsimum (libro ſeptimo) exclamat: Te dicente, legem agrariam, hoc eſt alimenta ſua, abdicauerunt tribus. Et Quintilianus lib. 2. cap. 17. An non diuina Marci T. Ciceronis eloquentia & contra leges agrarias popularis fuit, et Catilinæ fregit audaciam.

Quæ res apertè.) Ptolemæus rex Aegypti, qui & Alexander uocabatur, ab Alexandrinis eiectus, à Gabinio in regnum reductus eſt. Is poſtea moriens, ex teſtamento, ut Valerius ait tit. de fide publica, cap. 2. ſuperſtitibus liberis, duobus maſculis & totidem fœminis, populum Romanum tutorem reliquit: populusq; Aemilium Lepidum Pontificem max. ad tutelam gerendam Alexandriam miſit. Alij contrà aiebant, ex teſtamento regis, regnum populi Ro. eſſe factum. ac dum L. Cotta & L. Torquato Coſs. apertè contenderent Tribuni, ut qui de regno Alexandrino cognoſcerent, ac publicis uectigalibus attribuerent, mitterentur, non obtinuerunt. Idem nunc occultè tentat Rullus. Quæ res.) Intelligit regnum Alexandriæ. Cuniculis.) Translatio ducta eſt ab urbium expugnationibus: quas cum aperto Marte euertere non poſſumus, actis cuniculis irrumpimus, hoc eſt ſubterraneis foſsis & inſidijs. Decemuiri.) quos cum ſummo imperio diuidendis agris creat ſua lege Rullus. Eoſdem Conſules.) Cottam & Torquatum, quibus Conſulibus Ptolemæus mortuus eſt. Dabitis.) Ab oppoſitis locus, ut duo qui ſequuntur, Siccorum, uinolentorum: ſapientum, furioſorum. appellat autem hic ſiccos, ſobrios: ut uinolentos, ebrios. quo more Perſius ſatyra 5.

—— An ſiccus dedecus obſtem
Cognatis? an rem patriam rumore ſiniſtro
Limen ad obſcœnum frangam? dum Chryſidis udas
Ebrius ante fores extincta cum face canto?

Proximo capite.) prima parte legis agrariæ Rullianæ.

Helluo.) Helluonem impurum uocat, qui turpiter bona patria uorat & prodigit. quo ſignificatu gurgitem uſurpauit in oratione pro Seſtio. Nepos.) Nepotem hoc loco non accipit pro eo qui ex filio filiáue natus ſit: ſed pro decoctore & prodigo, cui non maior ſit cura rerum, quàm ei cui pater & auus uiuunt. uel nepotem uocat à nepa ſerpente, quæ uorat omnes fœtus ſuos, uno dempto. hinc nepotari, luxurioſe uiuere. Proſcribit.) per ſcripturam uenale proponit, ac publicat. Vectigalia.) Vectigal à uehendo dictum putant: eſtq; id quod pro rebus ciuitati inuectis, uel euectis, publico ſoluitur.

Hoc eſt.) Dicti interpretatio, qua inuidioſam legem facit. Sperioribus capitibus.) in quibus de hæreditate Ptolemæi, & urbibus Italiæ actum eſt. Vigilans & acutus.) Hæc per ironiam & irriſionē dicuntur in Rullum. Sylua Scantia.) Scantia ſylua eſt in Italia, ubi et Scantiæ aquæ, ubi è petra flamma exire, quæ pluuijs accendatur, prodit Plin. lib. 2. cap. 107. idem lib. 14. cap. 4. ait Varronem uocare uuam Amineam Scantianam. de qua ſic Virgilius: Sunt & Amineæ uites firmiſsima uina. Aminei autem fuerunt, ubi nunc eſt Falernus ager, ut uult Macrobius. Itaq; in Falerno agro ſyluam Scantiam fuiſſe coniicimus. Cenſorum paſcuis.) Cenſores uectigalia locabant, & publica paſcua municipibus precio tradebant, idq; in rationes referebant. Plinius lib. 18. cap. 3. de paſcuis Cenſorū ſic ſcribit: Etiam nunc in tabulis cenſorijs paſcua dicuntur omnia, ex quibus populus reditus habet: quia diu hoc ſolum uectigal fuerat. Senſus autem eſt, an eam ſyluam ut derelictā & ignoratam primus inueniſti & eruiſti: an potius P. R. poſſeſsionem publicis tabulis conſignatam proſcribis? Appellat ergo cenſorum paſcua, ea quæ in cenſorum tabulis ſcribuntur. Ita-

tur. Indagaris.) Articulus oratorius, qui ſynonymiã habet. Cõſume.) diſsipa proſcribẽdo. Attuliſti.) inueniſti, eruiſti è tenebris. Tu.) Grauis & plena affectuũ repetitio. Subſid. bel.) Nã uectigalia ſunt nerui & uires bellorũ, et ornamẽta pacis. Me inertiorẽ.) Si difficilius eſt quærere, quàm quæſita ſeruare, eſſet inertiſsimus Cicero, qui uectigalia quæ à fortiſsimis coſs. quæſita ſunt, ſeruare nequeat. Potuiſſe.) In uet. cod. legitur, Poſſe. Tribuno pleb.) Intelligit P. Seruiliũ Rullũ. Cõſtitutam.) Quæ fiet mẽſe Ianuario, ut tũ res uendãtur. Hæc.) uectigales et publicos agros. Vt eſſet.) Feſtiuiſsima irriſio in Rullũ. Vẽderemus.) Rullus uẽderet. Nũc quoad.) Legendũ uidetur, Nũquid. Pomp. opp.) Nã Rullus ſuperiori capite cũ de decẽuiris creãdis ferret, Põpeiũ exceperat, atq; ita dignitatẽ eius oppugnarat. Attalenſiũ.) Seruilius Iſauros procõſul deuicit, nõnullaſq; alias gẽtes Ciliciæ. In his regionib. Attalẽſes et Olympeni collocãtur à Plinio lib. 5. cap. 32. Agros reg.) q Philippi et Perſæ regũ Macedoniæ fuerãt: hi duo uicti ſunt, Philippus quidẽ à Flãminio, Perſes ab Aemilio. L. Mũmij.) L. Mũmius deleta Achaia dictus Achaicus, aduerſus Corinthios miſſus, uictoriã alieno labore quæſitã intercepit. nã cũ illos Metellus Macedonicus apud Heracleã fudiſſet, & duce Critolao priuaſſet, cũ lictorib. & paucis equitibus in Metelli caſtra properauit. Corinthios apud Leucopetrã uicit, duce Dioneo, q domũ refugit, eamq; incẽdit, cõiugẽ interfecit, & ſe in ignẽ præcipitauit. excepto eo nemo interijt. Mummius Corinthũ ſignis tabulisq; ſpoliauit: quib. cũ totã repleſſet Italiã, in domũ ſuã nihil cõtulit: ait Plin. in lib. de Viris illuſtribus. meminit & Cic. in 5. Paradoxo. Carthaginẽ nouã.) Carthago noua fuit in Hiſpania, condita à Teucro Telamonio: uel ab Haſdrubale, principe Carthaginis ueteris. Carthago aũt uetus fuit in Aphrica, cõdita à Didone. P. Africanus.) Scipio Aemilianus. Veterẽ.) quæ in Achaia fuit.

Carthaginenſiũ.) Id fortè ideo dixit, quoniã Carthaginienſiũ regionẽ poſt tertiũ Punicũ bellũ Africanus non uẽdidit, ſed Maſſaniſſæ regi in prouinciæ formã redactã tradidit. Inſignib. atq; infulis.) Nũc appellat inſignia et infulas, agros uectigales, quos antè uocauit ornamenta pacis. Sunt aũt infulæ, faſciæ in modũ diadematis, à quo dẽpẽdent uittæ ab utraq; parte. alij infulas uocãt filamenta alba, quib. tẽpla ornabãtur. Iubẽt.) In uet. cod. Iubet.

Paphlagonia.) Paphlagonia eſt regio minoris Aſiæ, dicta à Paphlagone filio Phinei. Põto.) Põtus hic eſt regio minoris Aſiæ, inter Armeniã & Colchidẽ & mare ſita, dicta à Põte rege. Eſt etiã Põtus mare, quod à palude Mæotide uſq; in Tenedũ protẽditur. Cappadocia.) Cappadocia eſt regio Põtica, affinis Armeniæ, à qua per Eufratẽ diuiditur. Haſta præc. inſect.) Hoc eſt, ſubijcere haſtæ præconis, ſeu uẽdere. Omnib. aũt ſanctionib. ſolebat figi haſta. unde factũ eſt, ut haſta aliquãdo ſumatur pro auctione. Cenſoribus uect.) Vectigalia nuſquã niſi Romæ locare licet, & in cõcione: hi in Paphlagonia & Cappadocia uẽdent, nullis teſtib. aut arbitris, nec uobis præſentibus: eſt aũt locus à maiori. In ultimis terris.) ut in Paphlagonia, Põto, Cappadocia. In atrijs auct.) Intelligit quaſdã porticus publicas, in quib. auctiones fieri ſolẽne fuit, ad quas ſolebãt cõfluere emptores. In tenebris) furtim, nõ in cõcione. Iam illa.) Argumẽtatur à minori, Si aduẽtus ſenatorũ qui titulotenus legationem gerũt, prouincialib. eſt acerbus, quãto acerbior erit decemuirorũ? Prouincijs, regnis, liberis populis.) Articulus eſt, oratorius color. Quàm acerba.) Tres colores uno uerſiculo cõtinentur, Similiter cadẽs, ſimiliter deſinens, diſſolutio. Formidoloſa.) nimirũ cum tãto imperio. Hæreditatũ obeund.) Similis locus eſt in ſecũda oratione. intelligitur hoc de liberis legationib. quæ titulotenus gerebantur. eas ferè ſenatores, quibus in aliqua prouincia negotiũ eſſet, impetrabãt, ut illic dignitatis titulo facilius ſyngraphas et res ſuas perſequerẽtur. Vide Cic. 2. de Leg. Impendere.) ingruere, imminere, inſtare. Summo cũ imp.) Vide Plut. in uitã Ciceronis. Faſces) Nã antea decẽuiros lictores anteibãt cũ bacillis. Poſtea ex lege Bruti et Rulli cũ faſcibus. id quod ex ſequenti oratione apparet. Iudicare.) Gradatio eſt. Faciẽt.) In uet. cod. legitur Facerẽt. Hinc.) ex lege Rulli. Nundinationẽ.) uenditionẽ legũ. ſignificat aũt leges & iura fore uenalia, cũ fortunis prouincialiũ. Sylla et Pomp.) In ſuperiori capite ita ſciuerat Rullus, Qui agri, quæ loca, ædificia, aliudue quid quod publicũ pop. Rom. factũ ſit L. Sylla & Q. Põpeio coſs. id decẽuiri uendũto. quo in capite tẽporis circũſcriptionem addidit ab Syllæ & Põpeij cõſulatu. Præſenti capite citra tẽporis definitionẽ, Quicũq; uel ex infinito tẽpore ager publicus fuerit, ei grande uectigal imponũto. antiqui dicebãt Sulla, non Sylla: quoniã pro y litera Græca, uſurpabant u Latinũ.

Liberare.) priuatos facere, ne amplius ſint obnoxij reip. & uectigalibus. Vtrũ.) Addubitatio per antitheton, ad cõcitandũ odiũ Rullo. Hiempſale.) Hic rex Numidiæ in ora maritima agros habebat, quos Africanus pop. Rom. adiudicarat. poſtea tamẽ per Cottã cõſulẽ in fœdere cautũ eſt, ut eos poſsideret, quod populus haudquaquã iuſsit. Hic quæro.) Dilẽma, quo iniquã agrorum exceptionẽ oſtẽdit. Architecti.) authores. Sic in lib. de Fin bon. uocat Epicurum architectũ uoluptatis.

Olfecerint.) Alluſio ad uenaticos canes, qui non ſagacius odorãtur leporẽ aut ceruũ, quàm Rulliani nũmum.

Prouincias.) Congeries, quæ ad amplificationẽ pertinet. Quod.) Verba legis Rullianæ recitat, de qua ſic in ſecũda oratione ſequenti proximè. Vix iam uidetur locus eſſe, qui tãtos aceruos pecuniæ capiat: auget, addit, accumulat, aurũ, argentũ, ex præda, ex manubijs, ex coronario, ad quoſcunq; peruenit, neq; relatum eſt in publicum, neq; in monumento conſumptũ. id profiteri apud Decẽuiros, & ad eos referre iubet. Peruenit, peruenerit.) In uet. cod. legitur, Peruenit aut peruenerit.

Auro coronario.) Aurũ coronariũ, ex quo coronæ conſiunt. id aũt ex collatione dabatur regibus à ſubditis: poſtea deinde regionib. in prouinciæ formã redactis, cũ eò magiſtratus Rom. mitterẽtur, etſi coronã nõ geſtabant, tamen manẽte & ſuperſtite collatione, appellatio auri eadẽ remanſit. uel potius aurũ, ex quo Imperatorib. qui in prouincia feliciter res geſſerãt, coronæ, quæ in triumpho ex collatione cõfectæ geſtabãtur. Plin. lib. 33. cap. 3. Claudius ſucceſſor eius, cũ de Britãnia triũpharet, inter coronas aureas unã ſeptẽ põdo habuit, quã cõtuliſſet Hiſpania citerior: alterã nouẽ, quã Gallia Comata, ſicut titulus indicauit. Monimẽto.) In uet. legitur, Monimentum. Aerariũ.) Aerariũ erat populi, fiſcus principis.

Quæſtionẽ.) iudiciũ & actionẽ. Fauſto) Fauſtus fuit filius Syllæ. Iurati.) Iudices ita in leges iurãt, ut ex legum

gum præſcripto ne latũ quidem culmũ diſcedant. Princeps autem legibus ſolutus eſt, authore Vlpiano, L. Princeps. ff. de leg. Prætermiſſam.) Per irriſionẽ hoc accipiendũ eſt. Quod.) Aliud legis Rullianæ caput. In illa lege, &c.) Papius ciuis Rom. legẽ tulit, ut peregrini urbe Rom. uti probiberẽtur. Iniuria.) Reliquis enim omnibus lex iniuriã facit. Sed cui.) Intelligit Cn. Pompeiũ. Videtis.) Cõmunicatio eſt. Minuetur.) Occupat obiectionẽ. Conſumetur enim.) Ratio ab adiũctis.

Agrorum.) qui uiritim diuidẽtur. Optimè.) Solutio obiectionis. Iidẽ.) Subiectio, qua ſignificat agros emptũ iri à uenditoribus. Miſſos.) Præteritio oratoria. Vir optimus.) Ironia in Rullũ. Ab initio.) Cõplexio, qua iniquã agrorum emptiomẽ ſignificat. Socer tuus.) Valgius Rulli ſocer, tumultib. Syllanis priuatos ac publicos agros interuerterat, inq; his Iopinũ & Caſinatem: ideoq; inuidioſus erat. Poſſeſſionis inuidiã.) Cũ iniuſtè poſſiderẽt, poſſidebãt inuidioſe. Coacta.) Cogere pecuniã, eſt colligere: hinc coactã uocat hoc loco, quæ comparata eſt. Nõ licet.) Subiectio, oratorius color, cũ interrogationi reſpõſum ſubiicimus. Eſto.) Cõceſſio ironica. Inuidiæ.) Inuidiæ poſſeſſores uocat, qui re malè parta, infames & inuidioſi erãt. Peſtilẽtiæ.) Peſtilẽtiæ poſſeſſores uocat, uel qui agros peſtilẽtia uaſtos habẽt, uel qui peſtiferè poſſidẽt, & ſceleratè. Deſcriptio.) deductio colonorũ, qui habitẽt emptos agros à Decemuiris. Quo?) Grauis eſt interrogatio, qua oſtẽdit quid per deductionẽ coloniarũ moliatur Rullus, nempe ut tyrannidẽ inuadat. Machinatoribus.) Machinatores hoc loco uocat inuẽtores & autores. Sic idẽ appellat Catilinam, improbiſſimũ machinatorẽ omniũ ſcelerũ. Quam præſidijs.) Hoc in uerſiculo ſunt duo colores, ſimiliter deſinens, & diſſolutio. Ianiculo.) Sex. Põpeius uult Ianiculũ à ianua dictũ eſſe, quòd tanquã ianua fuerit, qua pop. Rom. primitùs trãſierit in agrũ Hetruſcũ. Solinus aũt à Iano dici mauult, qui de ſuo nomine illud oppidulum appellarit Ianiculũ. Nõ facimus.) Occupat, quod à Rullo diceretur. Primũ.) Occupationis ſolutio, per diſtributionẽ. Id cuiuſmodi.) hoc eſt, quantũ haberet inſidiarũ. Vt cum.) Interpretatur fraudẽ ſuperioris ſcripti. Coarguũtur.) Coarguere pro demonſtrare, ut arguere uſurpat Virgilius: Degeneres animos timor arguit. Error.) erronea opinio. Nomẽ.) Cõgeries rhetorica. Templũ.) Tum enim in æde Iouis Capitolini habebatur ſenatus. Arcẽ.) Tarpeiã intelligit, à Tarpeia uirgine illic cæſa & ſepulta dictã. in ea aũt erat Capitoliũ. Capuã.) Capuã urbẽ Campaniæ, alij dictã putant à camporũ multitudine, alij à capacitate, alij à Capy duce: alij à capite, quòd eſſet caput xij. ciuitatũ. Superbiã.) Hinc factũ prouerbiũ eſt, Cãpana arrogãtia: uide Chiliades Eraſmi. Credo.) Ironia eſt. Credo enim, & ſcilicet, & ſi dijs placet, ſæpe ironijs accõmodantur. Arguit aũt à cõparatis, per locũ à maiori. Maiores noſtri.) Vide T. Liuiũ lib. 6. ſecũdi belli Punici. eſt ergo cõfirmatio per locũ ab authoritate. Reddiderunt.) Huc pertinet illud Virg. lib. 6. Aen. Tu regere imperio populos Romane memento: Hæ tibi erũt artes, paciſq; imponere morẽ, Parcere ſubiectis, & debellare ſuperbos. Quod.) Rationẽ adfert, cur omnia reip. inſignia ſint adempta Capuæ, uimirũ ne imperiũ arriperet. Credo.) Alia rurſus ironia. Si luxuries.) Hæc repetitio habet locũ ab exemplo. Superbia.) Plin. lib. 3. cap. 5. multa ſcribit de felicitate Cãpaniæ. felicitatis aũt comes eſſe ſolet ſuperbia. itaq; Cãpani ſic fuerunt ſuperbi, ut de illis ſic ſcripſerit Cic. in oratiõe habita in Senatu poſt reditũ ſuũ. Capuæne (inquit) te putabas, in qua urbe domiciliũ quondã ſuperbiæ fuit, conſulẽ eſſe, ſicut eras eo tẽpore? Dij immortales.) Exclamatio, qua incutit metũ ob potentiam Capuæ: quæ ſi olim tantũ per ſe potuit, quãto nunc plus poterit, cum uicinarũ urbiũ ope per Decẽuiros adiutabitur? Campanũ & Stellatẽ.) Hos poſtea cãpos Cæſar cõſul diuiſit. Suet. Campum Stellatẽ maioribus conſecratũ, agrũq; Campanũ ad ſubſidia reip. uectigalẽ relictum, diuiſit extra ſortẽ 20. millibus ciuiũ, quibus terni pluréſue liberi eſſent. Nõ quæro.) Oratoria præteritio, qua ſimulat ſe nõ cõqueri de Capuanis periculis: quæ tamẽ mirè exagerat. Caput.) Cõgeries, quæ ad amplificationẽ pertinet. Amiſſis.) Plurimũ gratiæ & ueneris eſt in his ſequentib. antithetis. Ii quos.) Intelligit Decemuiros, quibus ſummum imperiũ lege demandabatur.

Conſulẽ.) Se intelligit: & ad maiorẽ modeſtiã perſona tertia uſus eſt. Populares.) Sic à repugnãti colligit: Nõ ſunt populares qui cõtra populi uoluntatẽ & utilitatẽ conãtur euertere remp. Vos aũt id facitis: nõ eſtis igitur populares. Diſceptatore.) Diſceptatorẽ pro iudice hoc loco uſurpat. Nihil.) Definit quid ſit populare, ut ſe potius quàm Rullũ popularẽ oſtẽdat. Spẽ improbis, timorẽ bonis.) Antitheta ſunt. Alterã Romã.) Intelligit Capuã. Præclara lex.) Per ironiã accipiendum eſt: ut in ſequẽti uerbo Credo. Concione.) Gel. lib. 18. cap. 7. concionẽ tradit ſignificare tria: uẽpe locũ ſuggeſtumq; unde uerba fiũt: itẽ cœtũ populi adſiſtẽtis: itẽ orationẽ ipſam, quæ ad populũ diceretur. Ita gerere.) Magnifica pollicitatio, qua fauorẽ emeretur. Frequentiſſimo.) Frequentem ſenatũ pro copioſo & multo uſurpat Cicero multis in locis: ut etiã annotauit Val. lib. 4. cap. 96. In prouinciã.) Nã Ciceroni Gallia prouincia decreta erat, quã tamẽ cõfeſtim dimiſit. Vt poſſim.) Minatur ſe repreſſurũ nefarios conatus Rulli. Quam obrẽ.) Cõcluſio, qua oſtẽdit, quantũ periculi impẽdeat à lege Rulliana, ut ab ea auocet alios trib. pl. Inteſtinũ.) Vt in humano corpore uomica inteſtina plus habet periculi, ſic in ciuitate malũ inteſtinũ: hoc eſt, cõſpiratio.

Cõſulis.) Hac ſui iactantia nõ tam utitur, ut inſolenter glorietur, quàm ut ad ſuas partes alliciat tribb. pl. et ſenatores. Honori uelitari.) Velitari honori dixit, pro uelis ac remis, omniq; cõtentione ad honores & magiſtratus eniti. Metaphora ducta à uelificatione, quando paſſis uelis nauigatur. Equeſtri ort. loc.) Plutar. in uita Ciceronis, tradit quoſdã referre genus Ciceronis ad Tulliũ Appiũ regẽ Volſcorũ. Quin & Eutropius ait, Ciceronẽ natũ Arpini, matre Eluia, patre uerò equeſtris ordinis. tamẽ Salluſtius in ſua inuectione, exprobrat ei uilitatẽ generis. quã uidetur agnoſcere, cum ita reſpõdet: Ego meis maioribus uirtute mea præluxi, ut ſi prius noti non fuerint, à me accipiant initiũ memoriæ ſuæ. id quod etiam uidetur fateri in exordio orationis proximè ſequentis. Et Iuuenalis ſatyra 8. cum ait:

Hic nouus Arpinas, ignobilis, & modò Romæ
Municipalis eques, galeatum ponit ubiq;
Præſidium attonitis, & in omni gente laborat

Vide inuectiuam Catilinæ in Ciceronem.

FRAN-

FRANCISCI IAMMETII TEXTORIS IN ORATIONEM M. T. Ciceronis pro M. Marcello Scholia.

ARGVMENTVM.

Confecto bello ciuili, à uictore C. Cæſare M. Marcellus, qui Pompeium ſecutus fuerat, in patriam ſuam reſtitui nolebat: ne Romæ nonnulla, quæ odio proſequebatur, uideret. Sed & fratris C. Marcelli, & Ciceronis à pueritia familiariſsimi precibus, ut tempori cederet, uictus, in Vrbem rediit. Non tamen antequam Cæſar, quem tantoperè offenderat, non ſolum C. Marcelli & lachrymis & ſupplici uoce, ſed etiam totius ſenatus deprecatione motus, ignoſceret, ac in ueterem libertatem reſtitueret. Quare ne tanti beneficii eſſet immemor, ob amicum reſtitutum, in laudem Cæſaris hanc orationem Cicero habuit. In qua, quod in Marcello reſtituendo tanta clementia uſus fuiſſet, ſeipſum ac animi ſui furorem uincendo, quæ eſt ſumma uictoria, dicit eum comparaſſe gloriam finem nunquam habituram. Ob id enim Cæſaris triumphos, uictorias, resq́; bellicas antepońit omnium imperatorum rebus pulchrè geſtis. Hinc tollit quàm poteſt diligentiſsimè ſuſpiciones, quas è uita ſua contraxerat: ita tamen, ut non uelit non cauere. Porrò cum ſibi ac uitæ ſuæ conſuluerit, ab eo contendit pro reipublicæ ſalute, ne quid prætermittat, quod ad eius ſummam utilitatem pertinere uideatur. Oſtendit enim, optimis uiris ſua humanitate reſtitutis, ac reipublicæ conſeruatis, nihil eſſe quod poſsit ad ſuam dignitatem augendam ſpectare aut aptius, aut melius, quàm rempublicam prudentia ſua conſtitutam tueri & defendere. Sed non quas debet, ſed quas poteſt, gratias agit Cæſari, non tantum ob Marcellum reipublicæ, ſed etiam ſibi reſtitutum: quo poſsit, quemadmodum & ante bellum ciuile, familiariter uti. Nihil enim cùm iucundius, tum beatius accidere poterat, quàm omnino ueri amici commodis non priuari, ac priſtinæ amicitiæ fructum conſequi. Hanc orationem porrò egit ad Cæſarem, quem ob ſuam immenſam clementiam & humanitatem diuina propè eloquentia laudat: ac docet, ſua clementia immortalem gloriam conſecutum fuiſſe in Marcelli reſtitutione. Tandem nititur perſuadere Cæſari multis argumentis, ne de uoluntate Marcelli dubitet, & ſuſpicetur. Hæc oratio eſt in genere demonſtratiuo factorum, ubi rarò utuntur narratione. Hic agit gratias pro Marcelli reſtitutione.

Diuturni ſilentii, Patres conſcripti.) A tempore, & perſona Cæſaris orditur, & ab eadem captat beneuolentiam, cum dicit, Finem diuturni ſilentii. Tantam enim manſuetudinem.) Deinde captat beneuolentiam à perſona Cæſaris. Attentos autem & dociles facit, cum pollicetur ſe dicturum de diuinis uirtutibus. M. enim Marcello uobis, Patres Conſcripti, Reiq́; publicæ reddito.) Propoſitio pro narratione, ut uult Quintilianus capite De narratione. Dolebam enim Patres conſcripti.) Expoſitio ſui doloris, quod ſecum Marcellus non eſſet reſtitutus, qui Ciceronis æmulus erat. Verſari me in ueſtro curriculo.) Metaphora à curuli certamine. Ergo & mihi meæ priſtinæ.) Concluſio propoſitionis. Quaſi ſignum aliquod ſuſtuliſti.) Translatio à militibus ducta. Intellectum eſt enim mihi quidem in multis.) Cui plus iraſcebatur, pepercit. Ille quidem fructum anteactæ uitæ.) Ab anteacta uita. Ex quo profectò intelligis.) A maiori ad minus. Eſt uerò fortunatus ille.) Felicitas Marcelli, propter quem omnes lætabantur. Quis enim eſt illo aut nobilitate, aut, &c.) Aetiologia. Nullius tantum eſt flumen ingenii.) Confirmatio. ubi Cæſarem laudat à rebus externis, dum commemorat uictoriam & fortunam & triumphos. Deinde à rebus animi, & maximè ob Marcelli reſtitutionem. Soleo ſæpe ante oculos ponere.) Comparatio. Nec contentionum magnitudine, nec &c.) Congeries. Nec celeritate conficiendi.) A celeritate. Quàm tuis non dicam curſibus, ſed uictor.) Correctio. Quæ quidem ego niſi ita magna.) Adiuratio. Nam bellicas laudes ſolent quidam extenuare.) Comparat laudes bellicas Cæſaris ſoli gloriæ, quam dicit eſſe maiorem. Nam illas multis tribuit, hanc ſoli Cæſari. In armis militum uirtus, locorum importunitas.) Articulus. At uerò huius gloriæ C. Cæſar.) Redditio comparationis. Totum hoc quantumcunque eſt.) Expolitio. Nihil ſibi ex iſta laude Centurio.) Diluit partitione, illud totum eſſe Cæſaris. Quin etiam illa ipſa rerum humanarum domina.) Finitio. Nunquam enim temeritas cum ſapientia.) Gnome, à repugnantibus. Domuiſti gentes immanitate barbaras.) Comparatio rerum externarum, à minori ad maius. Nulla eſt enim tanta uis.) Gnome. Verùm animum uincere.) Summa Cæſaris uictoria: & facta Cæſaris diuina. Hæc qui faciat, non ego.) Comparatio hyperbolica. Itaque C. Cæſar.) Zeugma. Ille quidem non ſolum noſtris, ſed penè.) Metonymia. Neque ulla unquam ætas.) Amplificat comparationem ab incommodo rerum bellicarum, ut oſtendat non audiſſe Cæſaris uictoriæ. Obſtrepi clamore militum.) Translatio. Victoria quæ natura inſolens.) Gnome. Quo ſtudio incendimur?) Hyperbole. Non modò in geſtis rebus.) Contentionem amplificat à minori ad maius. Cuius mentem, ſenſusq́; & os cernimus.) M. Marcellum intelligit. Quibus ſtudiis proſequemur, qua beneuolentia complectemur?) Similiter deſinens. Parietes medius fidius C. Cæſar.) Metaphora ab inanimali ad animal. Equidem cum C. Marcelli, uiri opt.) Exemplum Epiſtol. Famil. 48. libr. 4. Meum pectus memoria effodit.) Translatio hyperbolica. Dignitatem ſuam reddidiſti.) Similiter cadens. Hunc tu igitur diem.) Valla libro quinto, capite octauo. Concluſio. Hæc enim unius res eſt propria Cæſaris.) Aetiologia, quæ diſtinguit partes comparationis. Sicut tropheis, monumentisq́;.) Trophæa, ſpolia ſunt capta, fixaq́; in ſtipitibus.

Nihil enim eſt opere aut manu factum.) Gnome. Conficiat, aut conſumat.) Interpretatio. Floreſcet quotidie magis.) Translatio. Ita ut quantum operibus tuis.) Contentio. Hodierno uerò die teipſum uiciſti.) Summa uictoria, ſeipſum uincere. Vereor ut hoc quod dicam, non perim.) Attentionem parat. Ipſam uictoriam uiciſſe uideris.) Tale eſt: Quum tacent, clamant.

IN M. T. CICERONIS DE LEGE AGRARIA contra P. Seruiliũ Rullum Tribunum pleb. orationes tres, Petri Rami Veromandui Prælectiones.

ARGVMENTVM TRIVM AGRARIARUM, in quo Agrariæ legis origo & contentio declaratur.

REſpub. Romana omnes politiarum formas experta eſt. Regia primùm fuit, paulo pòſt in tyrannidem conuerſa. Tyrannis expulſis, Ariſtocratia fuit in patribus, repentè per auaritiam & libidinem in Oligarchiã mutata eſt. Hinc plebis ſeceßione tribunatu conſtituto, Democratiæ ſpecies quædam extitit, cuius & ius & finis in libertatis, honoris, fortunarumq; omnium æqualitate ſtatuitur. Hanc rerum æquationem Minos in Creta, Solon & Lycurgus, Plato, Ariſtoteles in Græcia celebrarunt: Phaleas, ut ait Ariſtoteles, primus induxit. Ergo cum Democraticum ſtatum meliorẽ primò, mox deteriorem Romani habuiſſent, nec unum, uel paucos, ſed uniuerſum populũ reipub. ſummum principem feciſſent, prima inter eos libertatis æquatio fuit, & omnes inter ſe Romani ciues libertate pares erant. Secutum eſt ingens deinde certamẽ de æquatione ſanguinis, honoris, & fortunæ, ſed in primis fortunæ: faciliusq; patres paßi ſunt ſe ſanguine & honore cum plebe, quàm fortunis æquari. Ad æquationem igitur fortunarum lex agraria inuenta eſt, qua lege, ut Plutarchus in Gracchis, & Appianus primo bellorum ciuilium authores ſunt, nõ aliud agebatur, quàm ut à pop. Rom. immodica & opulentia & inopia tolleretur, & fortunæ mediocritas, id eſt, uera Democratia conſtitueretur, qua Romani & ad ſobolem procreandam, & ad militiam ſuſtinendam meliores efficerẽtur. Agri ſiquidem poſt expulſos reges hoſtibus adempti, à pauperibus ciuibus tenui precio redimebantur, ut ex ſeminibus decima, fructibus arborũ quinta pars, certo etiam quodam ad armenta & pecora addito uectigali perſolueretur: quæ cõſuetudo paulo pòſt auctis potentiorũ fortunis, ſublata eſt. Itaq; cum diuites ſoli captiuos & publicos agros occuparent, & magnas ad eos colendos ſeruorũ familias alerent, leges agrariæ contrà ſunt inuentæ, ad luxuriam paucorum reprimendam. Contentio uerò promulgationis annos 121. perdurauit, maximis interea motib. agitata. Primus agrariæ legis autor Sp. Caßius Conſul fuit, qui cum Hernici agri partem plebi diuideret, à patribus obiectum, quaſi largitiõe illa regnum quæreret, eiusq; criminis inuidia perduellionis à populo damnatus & necatus eſt. Sed diuturna in Caſſium populi ira non fuit, dulcedo legis ſubibat animos, accenſa primùm per tribunos, Licinium, Pontificiũ, deinde per Coſ. Fabium. Sed cum à ſenatorib. tribuni modò necarentur, ut Genutius, modò, quia patrũ gratia & auxilio fracti eſſent, ad intercedendum corrumperẽtur, latum eſt ut tributis tantum comitijs tribuni fierent: & ut uia latior & facilior ad agrariam legem eſſet, agitatũ per Arſam Terentillum, ut quod ius plebs iußiſſet, eo patres tenerentur: tribuni plebis decem facti, leges duodecim tabularum cõmunis concordiæ cauſa ex inclytis Athenienſium, & aliarum Græciæ ciuitatum legibus ſunt inſtitutæ. Valerius & Horatius Coß. Terentillam legem pertulere, ut quod tributim plebs iußiſſet, id populũ teneret: addidere, ut ſi quis ullum magiſtratum ſine prouocatione creaſſet, impunè occidi fas eſſet. Iis tam multarũ legum gradibus, quia ad agrariæ legis promulgationem aditus nondum pateret, connubiorum cõmunio, quæ uidebatur obſtare, lege Canuleij impetrata eſt: à patribus etiam quamuis ægerrimè, tamẽ expreſſum eſt, ut è plebe Tribunum militari poteſtate fieri liceret. Necdum tamen Agraria lex lata, quãuis tot patres hac inuidia damnati, Menenius, Appius, Ceſo, Romulius, Veturius, Virginius, Pomponius, quamuis honores conceßi, quamuis patricij plebeijq; ſanguinis connubia permißa, tanta patrum auaritia fuit, ut illis pecunia charior quàm honor, quàm ſanguis & natura ſua fuerit. Interea tamẽ delinire plebem gratuita uulneratorum militum curatione, colonia Antiati, Lauicana, Volana, Satricina: præda Tarracina, Veientana, ſtipẽdio militari, Veientiani agri etiam in ſeptena iugera diuiſione. Poſtremò cum patrum intoleranda auaritia plebeij per uſuras & fœnora opprimerentur, famaq; & corpore creditoribus addicerẽtur, & pœna inuicẽ fidei cederent, ſummaq; immanitate, ſi unus ob debitam pecuniam adiudicatus, addictusq; pluribus creditoribus eſſet, corpore diſſecaretur: adeò plebs afflicta fuit, ut non modò patricium, ſed ne plebeium quidem magiſtratum peteret. Quare C. Licinio Stolone, & L. Sextio tribunis pleb. decies cõtinenter refectis, decennali contentione uelut ad Troiam certatum eſt, cum de ære alieno, ut deducto eo de capite, quod uſuris pernumeratum eſſet, id quod ſupereßet, triennio æquis portionibus perſolueretur. Item ut Coſ. alter è plebe crearetur: tum maximè, ne quis plus quàm quingenta agri iugera poßideret, ne'ue maioris pecoris ultra centum, minoris ultra quingenta capita haberet: definitus eſt etiã numerus ſeruorum & liberorum, per quos ea cuſtodirentur. De numero iugerũ Plinius dißidet in Viris illuſtribus, cum de Stolone loquitur. Hic finis promulgationis agrariæ, per tot contentiones, dißidia, diſſenſiones æqualitatis Democraticæ cauſa ſuſceptæ fuit:

Tantæ molis erat Romanam condere gentem.

Nec ita multo pòſt Stolo ipſe lege ſua dãnatus eſt, quòd mille iugerum agri cum filio poßideret, emancipandoq; filiũ fraudem legi feciſſet. Quando uerò Licinia lex uiolari primùm & induci cœperit, manifeſtum nõ reperio. Satis tamen conſtat, cum Qu. Flamminius de Gallico & Piceno agro diuidẽdis agraria promulgatione maximos tumultus excitarit, nec tamẽ pertulerit, nõ multis poſtea ſeculis uiguiſſe. Itaq; intra ducentos annos (licet interea toto terrarum orbe & diuiſiones agrorum quædã plebi Rom. factæ ſint, & coloniæ, tum ad plebis ſubleuationẽ, tum ad imperij propugnationem deductæ) intra ducẽtos inquam annos Licinia lex de quingentis iugeribus penitus extincta & abrogata eſt, & patres & nobiles primùm conductis, deinde ſuis nominibus quantũ potuerunt agri publici occupauere, inſolentiaq; (quæ legem Liciniam pepererat) eadem planè rediyt, Italiaq; tota ſeruis & barbaris per paucos occupata tenebatur: Romani et Itali ſumma egeſtate & inopia preßi, miſeram uitam trahebant. His igitur reipub. malis C. Lælius primus ſuccur-

rere ſtatuit. Sed locupletum factiōe deterritus abſtinuit, propterea'q; ſapiēs eſt appellatus. Deinde Tib. Gracchus eam rogationem ſuſcepit, adhibitis in conſilium præſtantiſsimis ciuibus, Craſſo pontifice maximo, Mutio Scæuola iuriſconſulto tum Conſule, & Appio Claudio ſocero. nec uidetur lex ulla aduerſus tantam iniuriam mitius ac lenius præſcribi potuiſſe. Nam quòd oportebat pro his quæ contra leges fecerant, pœnam ſubire: & quòd iniuſtè tenuerant, agros cum perceptis fructibus reddere, eos accepto precio dimitti, & egenis ciuibus tradi iubebat: cauebatq; ne qs ex agro publico, plus quàm decē iugera poſsideret, ut Florus ait lib. 58. Quanquā Appianus ait quingēta iugera ciui Ro. & dimidiū liberis, ſi quos haberet, lege Gracchi permiſſa: quod probabilius eſt, et Flori numerus potius mendoſus eſt. Tiberij uerò in illa ſuaſiōe ſingularis ea paupertatis Romanæ lamentatio fuit, quæ apud Plutarchum in ipſius uita legitur. Feris quidē, ait, & beſtijs Italiam habitantibus luſtra ſunt & antra, quò ſeſe recipiant: ijs uerò qui pro Italia pugnant & intereunt, præter aerem & lucem in Italia nihil eſt, ſed ſine tecto, ſine domo cum liberis & coniugibus uagantur: imperatores autem ueſtri mentiuntur, cum milites hortantur ad prælium, ut pro ſepulchris & aris prælientur aduerſus hoſtes. Nullus enim è tanto Romanorum ciuium numero paternos lares, nullus maiorū ſuorum ſepulchra retinet, ſed pro aliena luxuria, opulentiaq; Romani pugnant, & mortes obeunt. Ciues Romani, orbis terrarum domini, uocantur: at ne terræ glebam quidem poſsident.

Hæc in Tiberij concione lamentatio fuit. Sed in ea promulgatione, ſicuti antea Caſsius & Genutius, fraude locupletū interijt, eiusq; interitus inuidia Africanus, cum Gracchi cædē probare uideretur, non minore ſcelere per agrarios domeſtica cæde occubuit. Poſt Gracchi tamen cædē Senatus agrorū diuiſionē oppugnare deſtitit, permiſitq; ut agri diuiderentur. Verùm callidis ſophiſmatis (ut ait Appianus) locupletes plebi rurſus impoſuerunt. Lex enim perlata eſt cōtra Gracchi leges, ut publicos agros poſſeſſoribus uendere liceret: qua occaſione locupletes agros publicos partim emendo, partim per uim auferendo recuperauere. Tandē lata lex eſt, ne publici agri diuiderentur in poſterū, ſed ex his uectigalia populo conſtituerentur. ac non multo pòſt per Sp. Thorium uectigalia ipſa omnino ſublata ſunt. Certatum eſt à Philippo et Titio de legibus Agrarijs: nil actum. Anno poſt interitū Tiberij Gracchi decimoquinto, L. Apuleius Saturninus tribunus pleb. leges Agrarias, adiutore Mario, reuocauit. Sed cū ſe turbulentius in tertio tribunatu gereret, interemptus eſt. Nec longa pòſt interpoſita mora Druſus tribunus pleb. non diuiſione agrorum, ſed deductione decē coloniarū contentiones maximas excitauit, eaſq; ſua cæde ut Saturninus finiuit. Sylla ſecutus, quadragintaſeptē legionibus proſcriptos agros in Italia nō ex plebis lege, ſed ex ſua libidine & tyrānide aſsignauit. Poſtremùm autem anno 58. poſt obitum Gracchi, Rullus tribunus pleb. in Conſulatu Ciceronis eandem actionem ſuſcepit, cuius capita plurima fuerunt. Cicero quadrageſimum ſecunda concione recitat. Ea lex tota quamuis non extet, quædā tamen eiuſdem capita de Ciceronis his diſſuaſionib. colligi poſſunt. Quæ uerò è Cicerone intelligi poſſunt, hæc ſunt:

Tribunus legis agrariæ lator Decemuiros per ſeptendecim tribus creato: & quem nouē tribus fecerint, Decemuir eſto.

Vt comitijs Pontificis Maximi.

Decemuiratus candidati præſentes profitentor.

Curiata lege per primū prætorē Decēuiri ornantor.

Si fieri non poſsit, eodē tamē iure ſunto, quo qui optima lege: nec intercedendi poteſtas eſto.

Auſpicij coloniarum deducendarū cauſa Decemuiri pullarios, ut lege Sempronia, apparitores, ſcribas, præcones, architectos, mulos, tabernacula, centurias, ſupellectilem, ianitores, ex equeſtri loco ducentos quotannis ſtipatores corporis habento.

Poteſtatem Prætoriā omnium rerum iudicio ſine prouocatione in quinquennium habento.

Omnia de quibus uendendis S.C. facta ſint M. Tullio, Cn. Cornelio Coſſ. aut poſtea, uendunto.

Qui agri, quæ loca, ædificia, aliud'ue quid extra Italiam publicū populi Rom. factum ſit L. Sylla et Q. Pompeio Coſſ. aut poſtea, uendunto.

Ager Recentoricus & Numidicus exceptus eſto.

Quæ libera, quæ publica ſint, indicanto.

Vectigalia populi Romani in omnibus prouincijs uendunto.

Aurum, argentū, ex præda, manubijs, coronario, quæ neq; relata ſunt in publicum, neq; in monumentum conſumpta, ab imperatoribus repetunto.

Pompeius exceptus eſto.

Vbicunq; uelint, auctionem proſcribunto.

Eam pecuniam in ærarium ne referunto.

Agros qui arari aut coli poſsint, in Italia coemunto.

Ab inuito nil tangunto.

In coemptos agros plebem deducunto.

Quinq; millium Rom. coloniam Capuam deducunto, ijs'que agrum Campanum, & Stellatem campum diuidunto.

Quæ publicè data, donata, cōceſſa, uendita, poſſeſsa poſt Marium & Carbonem Coſſ. ædificia, lacus, agri, ſtagna, loca, poſſeſsiones eo iure ſint, ut quæ optimo iure priuata ſunt.

Hæc Seruiliæ legis capita ſunt in tribus Ciceronis orationibus. Multo aūt plura fuiſſe, teſtis eſt Cicero, qui quadrageſimum caput facit, quod ultimum poſuimus. Summa uerò legis in quatuor capitibus ſita eſt, creatiōe Decemuirûm, uenditione rerum publicarū, emptione agrorum, deductione coloniarū. Ad hanc legem antiquandam Cicero quatuor orationes adhibuit, nec tamen omnino tam legem quàm legiſlatorem oppugnauit. Nam tametſi in Officijs, Platonis ſui oblitus, oligarchiæ ſenatoriæ (cuius tum particeps erat) memor, ait capitalem orationem eſſe, quæ ad æquationem bonorum pertineat: nec ea peſte maiorē in repub. poſſe exiſtere: attamen nuſquā in tribus orationib. ait iniquum eſſe plebem in agris publicis conſtitui. ſed in Rullum uehemēter inuehitur, quò dubijs reip. temporibus, nequedum Syllana calamitate recreatis, nouam tyrannidem legis Agrariæ nomine ſibi & paucis ſui cōſilij affinibus, ut C. Antonio fortaſſe, ut Catilinæ, comparare uideretur. Hæc enim deliberatiōis uniuerſæ ſumma eſt, quæ magis è concione percipietur. Dicta autem eſt à Conſule Cicerone hæc oratio Calend. Ianuar. in Senatu: ut apparebit in hac ipſa, & ſecunda oratione.

IN I. DE LEGE AGRARIA ORATIONEM, PETRI Rami Scholia.

MEdia ferè pars huius orationis amiſſa eſt, ut cõijci poteſt ex Agraria ſecũda. Caput enim de creandis Decemuiris amiſſum eſt, & nõnihil proximum caput de uenditione agrorum, imperfectum.

Apertè petebatur.) Allegoria eſt ab obſidione urbiũ, quæ uel aperta ui petuntur, uel cuniculis oppugnantur. Petere autem, gladiatorũ uerbum eſt. Quot ego tuas petitiones ita coniectas, ut uitari poſſe non uiderentur, parua quadam declinatione, &, ut aiunt, corpore, effugi? Cicero in Catilinam. Cuniculis.) Foſſas ſubterraneas, quibus ciuitas ſubeatur, hoc nomine ſignificamus: uel à cuneis, quia foßis illis tanquam cuneis ciuitas diuidatur: aut à cuniculis animalibus. quod Martialis lib. decimotertio indicat:

Gaudet in effoßis habitare cuniculis antris:
Monſtrauit tacitas hoſtibus ille uias.

Dicet enim.) Prolepſis eſt ex autoritate teſtamenti regij. Decemuiros autem Rullus lege ſua conſtituerat, de quibus oratione ſecunda copioſè. Eoſdem Coß.) Cottam & Torquatum Coß. ſignificat, de quibus oratione ſecunda. Quòd ſi Alexandria petebatur, cur non eoſdem curſus hoc tempore, quos L. Cotta & L. Torquato Coß. cucurrerunt? Alexandrini.) Ptolemæus Alexander Appion, ut à Cicerone in ſecunda oratione nominatur, rex Cyrenarum & Aegypti, populum Rom. hæredem fecerat. Vide Liu. lib. 70. & Iuſtinum libr. 38. Nec Ptolemæus Auletes intelligi poteſt, qui non modò tũ nõ uixit, ſed multis pòſt annis Romã uenit, ut ex epiſtolis ad Lentulũ conſtat. Dabitis.) Concluſio proximæ reprehenſionis, quæ dißimiliũ collatione augetur, ubi notabis inſignem orbis concinnitatem. Siccorum.) Siccos & ſanos uocat oratores Atticos. & hic pro ſapientibus dicit, quia ſplendor ſiccus, ut ab Heraclito citat Galenus, prudentiam mentis indicat. Aliquando tamen apud eundem ſiccitas orationis dicitur pro inopia & ieiunitate. ut ſecundo de Nat. deorum: Neque enim flumine conturbor inanium uerborum, nec ſubtilitate ſententiarum, ſi orationis eſt ſiccitas. Videte.) Attentio eſt ad proximum locum, ex Rulli factis & adiunctis. Proſcribit.) Proponit ſummam reliquorum capitum de uenditione uectigalium, & emptione nouorũ agrorum in Italia: Rullumq́; ut hic impudẽter hebetem deridet. Dignitas.) Comitia per 35. tribus fieri ſolebãt. Rullus ſua lege 17. tribus tantum adhibebat ad creandos Decemuiros: in eoq́; dignitatem populi uiolabat. Conſidera aũt hoc loco, an uiolare dignitatem populi, & maieſtatem minuere, pro eodem dicatur. Veneat.) Prima proſcriptorum reprehenſio eſt de Scantia ſylua, ex adiunctis. Si uectigal Rullus proſcriberet, tolerari poſſet. At uectigal certißimum proſcribit: tolerandum itaq; non eſt. Aquarum Scantiarum Plinius meminit lib. 2. Vide an ibi fuerit ea ſylua. Relictis.) Intellige poſſeßiones relictas, legatas, quas populus tamen Romanus non adierit, neq; poſſederit: ut Alexandrinum regnum relictum & legatum erat populo, tamen non poſſeſſum. Vel intellige relictum, deſertum, obſoletum, contemptum: quia relicta poſſeßio, & in Cenſorum paſcuis poſita, hic opponuntur. Nec uidetur intelligi poſſe, ut paulo antè, à maioribus relictas. Paſcuis.) Pecunia ipſa à pecore appellabatur. Paſcua etiam nunc in tabulis Cenſorijs dicuntur omnia, ex quibus populus reditus habet: quia diu hoc ſolum uectigal fuerat. Hæc Plinius lib. 18. cap. 3. Cenſores autem uectigalia locabãt.

Syluam.) Pro complexione hæc indignatio ponitur, ex perſonarum adiunctis, & genere rei, generisq́; adiunctis. Subſidia.) Metaphora eſt à triarijs, in quibus ad primarũ acierum auxilium ſubſidentibus, ſubſidiũ propriè dicitur. Hoc autem modo Cicero pro lege Manilia loquutus eſt de uectigalibus: Quibus amißis, ait, & pacis ornamenta, & ſubſidia belli requiretis. Tum uerò.) Collatio maiorum eſt. Maiores noſtri in Conſulatu ſuo hæc uectigalia pepererunt, Cicero Conſul retinere non poterit? Vendit.) Proponit ſummatim tota Italiæ & Siciliæ uectigalia proſcribi. & εἰρωνικῶς Rullum laudat. Audiſtis.) Commoratur in proſcriptionis indignitate. Argumentum ex fine Ironicôs tractatur: Maiores uidelicet iſta conſeruarunt, ut nos profunderemus.

Largitio.) Largitio generale nomen eſt. Sic Officiorum ſecundo, Cicero ait duo genera eſſe largorum: prodigos & liberales. Largitas idem ſignificat. Aliquandò per ſynecdochen pro ſpecie capitur, & effuſionem ſeu profuſionem ſignificat: ut hic, pro quo ut barbarum notatur à nonnullis prodigalitas, quod à Lucilio prodigitas, à Tacito prodigentia dicitur. Sic in malam partem capitur largitor. Largitores & factioſos Cicero coniungit in Officijs, largitorem & prodigum in Catilinam. Videte.) Queritur Pompeium abſentem bello Mithridatico excludi decemuiratu, quia Rullus iubebat Decemuiros præſentes creari: ad quod probandum colligit uectigalia permulta. quorum poſtremum eſt de agris recenti uictoria Pompeij comparatis. Interea uerò cæterorum proſcriptioni inuidiam ſubijcit, ex authorib. qui eos pepererunt. Attalenſium.) Attilia & Olympena, uel Olympus, urbes ſunt in littore Pamphylio, quas P. Seruilius Iſauricus bello Piratico ceperat. Macedonia.) Macedonia in tribus regibus, Philippo, Perſeo, Pſeudophilippo, per Flamminium, Paulũ, Metellum uicta, & tandem facta populi Rom. prouincia. Vide Flor. libro 2. cap. 7. & 14. Paulus autem uictor Macedoniam populo Rom. centum talenta iußit pendere, quæ duplũ pendere regibus conſueuerat, ut Plutarchus in Paulo. L. Mummij.) Vide hiſtoriam in Floro de bell. Achaico, lib. 2. cap. 16. Eadem belli ſæuitia Thebæ & Chalcis dirutæ ſunt. Carthaginem nouam.) Duplex Carthago in Hiſpania notatur à Ptolemæo, uetus in Tarraconẽſi, noua in Betica. Veterem tamen Cicero hic intelligit in Africa, ſicut in ſecunda Agraria patebit, cum locus hic tractabitur. Scipionum.) Qui octauo poſtquam uenerant anno, Hiſpaniam ſubegerant, & tamen uno tempore ab hoſtibus oppreßi & cæſi ſunt. Vide Liuium libro 25. P. Africanus.) Intellige Aemilianum. Hic enim deleuit Carthaginem, cum ſuperior tributariam feciſſet. Notandæ autem ſunt hoc loco cauſæ deletæ Carthaginis, quas Cicero recenſet. Videtur tamen ad ſecuritatem imperij Rom. deleta, ut Cato cenſuit. Scipio autem (ut Appianus primo lib. ait) ouium ſtabulis eam deſtinarat. Quòd autem Cicero dicit ad æternam memoriam conſecratam, ex aliquo Romanæ religionis carmine intelligẽdum eſt, quaſi Scipio diris execrationibus deuouerit locum eius

urbis, nequādo reædificaretur, & ab hominib. incoleretur, ſicut Romæ cōſecratus campus Martius, araq; Marti erecta, quæ religionem afferret. ſicut in ſacris literis de Iericho memoratur, cui dirutæ ſic imprecatus eſt Ioſue: Maledictus uir coram Domino, qui ſuſcitauerit & ædificauerit ciuitatem Iericho. Simile igitur aliquid fecit Scipio, cum Carthaginem cōſecraret, & dijs deuoueret, ne impoſterum incoleretur ab hominibus. & hac de re lex Papyria Romæ fuit, quæ prohibuit ædes, terrā, arám ue iniuſſu populi conſecrare. Hoc ſignificationis genere ſacra fames. ſacrum caput dicitur. His inſignib.) Tranſit ad Pompeianum uectigal, unde concludit dignitatē Pompeij uiolari. Inſignibus.) Inſignia hoc loco ſignificāt uexilla, quæ portantur in bello, quæ nobilitatis & gentis ſigna ſunt: ut aquilæ, Romanorum inſignia. qualia ſunt etiam in nobilibus familijs propria. Infulis.) Infula faſcia eſt in modū diadematum, à qua utrinq; uittæ dependent. ut Seru. 10. Aeneid in illo uerſu,

Linea dum niuea circundatur infula uitta.

Aliquando etiam ſacerdotum eſt uelamentum His autem duabus metaphoris Cicero ſignificat ornamēta imperij. Mithridates.) Hic rex annos 40. cum Romanis bellū ingens, & uario euētu geſſit, ſubactus felicitate Syllæ, uirtute Luculli, magnitudine Pompeij. Vide Florum lib. 3. cap. 5. Haſta.) Haſtæ apud Rom. ſubijciebantur, quæ publica auctione uendebantur. Aliquando per metonymiam pro ipſa auctione & uenditione, ut hic: & ad Caſſium, Cæſarem putabant moleſtè laturum, uerentem ne haſta refrixerit. Et 4. Philip. Quos nō illa infinita Pompeij haſta ſatiauit. Hæc uerò.) Deinceps amplificatur indignitas huius auctionis, ex circumſtantia loci, qui certus non definitur. Comparatio duplex eſt: prima minorum eſt. At hoc etiam nequißimi hom.) Secunda comparatio, ut prodigi nepotes. ſic Decēuiri in occulto uendunt: ſimilitudo eſt. Auctionarijs.) Auctionaria triuia, in quibus auctio fiat. ſicut in Catilinam loquitur: Meo beneficio nouæ tabulæ proferentur, ſed auctionariæ, id eſt, per quas auctio fiat. Compitis.) Seruius in illo Virgilij uerſu, ſecundo Georg.

Præmiaq; ingentes pagos & compita circum,

interpretatur compita quadriuia: quæ interpretatio uidetur hic eſſe uera. Hoc permittit.) Redditio eſt ſimilitudinis. Iam.) Continuatur amplificatio propoſitæ indignatis, ex adiunctis. Prouincijs.) Tria politiarum genera hic diuerſa ſunt. prouinciæ Romano Prætore, regna rege, liberi populi ſuis legib. ſiue Prætore, ſine rege gubernabantur. & liberos populos uidetur appellare τιμοκρατικοὺς, aut δημοκρατικοὺς, quos Ariſtoteles appellat, ut pro Rabirio perduellionis reo dictum eſt. Hæreditatū.) Comparatio minorū, ad probationē propoſitorum malorū. ſignificat aūt legationes liberas, quæ honoris cauſa dabātur à Senatu titulotenus ad obeundas hæreditates, proſequenda legata, exigēda nomina: quas Cicero 3. Legū uetat: Rei ſuæ ergò ne quis legatus eſto. In epiſtolis ad Att. 15. lib. ſignificat quinquennales legationes illas lege Iulia factas eſſe. Magiſtratibus autem populi Rom. lege Iulia definiti ſumptus erant. de quib. Cic. lib. 5. ad Atticū: Leuantur tamen miſeræ ciuitates, quòd nullus fit ſumptus in nos neq; in legatos, neq; in quæſtorem, neque in quenquam. Scito non modò nos fœnum, ut quod lege Iulia dari ſolet, non accipere: ſed ne ligna quidē, nec præter quatuor lectos & tectū quenquā accipere quicquam, multis locis ne tectum quidem, & in tabernaculo manere plerūq;. Itaq; incredibilem in modum concurſus fiunt ex agris & uicis, ex domibus omnibus. Mehercule etiā aduentu noſtro reuiuiſcunt iuſtitia, abſtinentia, clementia tui Ciceronis. Quamobrem.) Redditio maiorum, quæ deinceps explicatur enumeratione impendentiū malorum, & hac efficiendi facultate. Summo cum imperio.) Summum imperium in Romana temporum illorum repub. populi Rom. fuit: in prouincijs autem Conſulum & Prætorum ſummū etiam fuit, à quibus prouocatio nulla eſſet. & hoc ait nunc Cicero, de his Decemuiris, qui Prætoria ornabantur poteſtate, ut erit 2. Agraria. Vide quomodo merum imperium in legibus Iuſtiniani poßit cum hoc imperio ſummo congruere. Faſces.) Decemuiri Prætoria autoritate decernebantur Agraria lege. Itaq; ſingulis ſeni apparitores cum ſecurib. & faſcibus adeſſent. Publicum iudicare.) Publicū iudicare, dicit in Philippicis, publicè poßidēdum cenſere. & mox dicet publicare. Poſteri cōfiſcare illud dixerunt: ut Suetonius ſæpißimè. Nundinationē.) Metaphora uſitatißima in Cicerone, pro manifeſta uenditione. quales rapinas in Antonio Cicero Philippica 2. reprehendit: Cuius domus quæſtuoſißima falſorum cōmentariorum & chirographorum officina, agrorum, oppidorum, ciuitatum uectigalium flagitioſißimæ nundinæ. Item: Cum domi tuæ turpißimo mercatu omnia eſſent uenalia. Et in Verrem actione 3. Qui ab iſto ius ad utilitatem ſuam nundinarentur. Etenim.) Demonſtratur eorum malorū facultas & licentia. Rullus capite ſuperiore uendebat tantum uectigalia poſt Syllam & Pompeiū Coß. id eſt, uiginti quinq; proximis annis acquiſita: proximo autē capite id tollebat, poteſtate permißa publicandi & liberandi quæ liberet. Liberare.) Publicare & liberare hic oppoſuit. Publicare, id eſt, imponere uectigal ex ſeminibus, fructibus, paſcuis, ut in argumento poſitum eſt. Liberare contrà, uectigalis immunitatem dare. Notabis hic ut publicum & priuatum, ſic publicare & liberare contraria eſſe. etſi à priuato ſimili ſignificatiōe diceretur priuare, qua dicitur à publico publicare. idem hic eſſet priuare et liberare. Quo iu.) Concluditur indignitas propoſitorū malorum. Sunt tamen.) In ſuperiore capite exceptiōes duæ reprehendūtur, ut inanes aut quæſtuoſæ. dilemmate ex cauſis exceptionum reprehenſio concluditur. Agrū Recentoricum.) De hoc agro ſecunda Agraria plura dicentur: quemadmodum eius poſſeßores uetuſtate poßeßionis ſe non iure ſed miſericordia Senatus, non agri conditione defendant. & quòd agrum illum publicum eſſe fateantur, ſed moueri poßeßionibus amiciſſimis, ſedibus ac dijs penatibus negent oportere. Cautum eſt.) Poßeßoribus ſupple, ut proximus locus explicat: Si Hyempſali ſatis eſt cautū fœdere. Hyempſale.) Hyempſal rex Numidiæ, de quo Hircius in bello Africano: Agros maritimos occupabat, quos Africanus publicarat. Poſtea tamē Cotta quodā fœdere Hyempſali liberarat: ſed Hyempſal fœdus illud firmum non putabat, quia populus nō iußerat: ut Caudinum, Numantinum, & ſimilia fœdera lata non fuerant, quia populus non iußerat. Nunc quis nam.) Quodā capite imperatores rerum à ſe geſtarū Decemuiris rationē reddere iubebantur. Hoc igitur caput peracerbè reprehenditur, primùm comparatione ſuperiorū malorum.

malorum, tanquã leuiorum & minorum. Olfecerint.) *Metaphora hæc referenda eſt ad (abſtruſus) ut uenaticus canis feras, ſic Rullus pecunias abſtruſas olfacit. alioqui architecti & olfecerint, diſsimilis generis metaphoræ parum aptè coniungerentur. Multo aũt elegantius illud eſt in Verrem: Canes uenaticos diceres, ita odorabãtur omnia, & peruestigabant.* Audite.) *Apoſtrophe ad imperatores, quibus periculũ hic creatur.* Ampliſsimo.) *Periphraſis eſt imperatorum.* Peruenit, peruen.) *Videtur alterũ redundare. in ſecunda aũt oratiõe, peruenerit nõ additur: ſic tamen Romanæ leges loqui cõſueuerunt. Nota enim ſunt illa pro Cluentio: Sententiã dixit, dixerit: Qui eorum coit, coierit: conuenit, conuenerit: qui uenenum malum fecit, fecerit.* Præda, manubijs.) *Marcellus putat prædam ipſarum rerum quæ capiũtur, eſſe corpora: manubias autem, pecuniam ex præda uendita redactam. quæ differentia uidetur hic obſeruari. Manubias tamen ſæpe pro præda & ſpolijs Cicero, ut Chryſogoni & Verris manubias.* Coronario.) *Initio imperij bene meritis rectoribus prouinciarum dabãtur coronæ à prouincialibus, poſtea pro corona aurũ. Aliquãdo coronarium abſolutè dicitur. ut 2. Agraria. Notabis aũt hoc loco Romanarum legũ ſeueritatẽ, quomodo Rom. imperatores & duces exercituũ rerum omniũ rationẽ reddere cogerentur, etiam munerũ & donorũ, & tamen in monumenta cõſumere ut liceret, ad baſilicas, porticus, theatra, arcus, tẽpla, ac ſimilia urbis ornamenta, ut per legem & peccare non liceret, & bene magnificeq; facere liceret.* Hoc capite.) *Demonſtrantur adiunctæ huic capiti rapinæ.* Quæſtionem.) *id eſt, iudicium de pecunijs repetundis ad ſeſe trãsferunt. ſic Agraria 2. Hoc capite etiam quæſtionẽ de clariſsimis uiris, qui populi Rom. bella geſſerũt, iudiciũq; de pecunijs repetundis ad Decemuiros translatum uidetis.* Fauſto.) *Sylla ſe felicẽ cognominari iuſsit, gemelloſq; ſibi ex Metella ſuſceptos, marem Fauſtum, fœmellã Fauſtam. Fauſtus igitur Syllæ filius infinitas opes ex tyrannide patris acceperat, ob quas hic locus indicat accuſatũ eſſe: ſed ne reip. ſtatus turbaretur, iudicium omiſsum eſſe. & certè M. Lepidus acta Syllæ reſcindere conatus eſt, ſed oppreſſus eſt. & Cicero paulo pòſt in Conſulatu ſuo contra proſcriptorum liberos orauit. De Syllæ rapinis & proſcriptionibus uide Flor. in bello Mariano. Mirabile aũt iudicium Dei fuit in hoc tyranno, qui ipſe phthiriaſi peremptus eſt: et filius Fauſtus conſumpto patrimonio, ære alieno oppreſſus eſt.* Deinde.) *Proximo capite nõ ſolum ſuperiorũ temporũ imperatores, ſed præſentium etiam cõprehendebantur, & eorum futuræ manubiæ. Pompeius hinc excipiebatur. Tertiã igitur hanc exceptionẽ Cicero reprehẽdit, quòd per eam Pompeius non unus afficiatur beneficio, ſed priuetur iniuria. Res ſimilitudine declaratur.* Peregrini.) *De hac lege 3. Off. Cic. Malè etiã qui peregrinos urbib. uti prohibẽt, eoſq; exterminãt. ut Peneus apud patres noſtros, Papius nuper. Nam eſſe pro ciue, qui ciuis nõ ſit, rectũ eſt non licere. quã legem tulerunt ſapientiſs. Coſſ. Craſſus & Scæuola: uſu uerò urbis prohibere peregrinos, ſanè inhumanũ eſt.* Sed cui.) *Correctio quædã eſt, q. nõ planè Põpeius excipiatur, q̃ manubiæ tantũ remittuntur, uectigalia eius inuadũtur. Syllogiſmi cõcluſio ſic eſt:*

Si qua uectigalia poſt conſulatũ Ciceronis parta ſunt, Decemuiris traduntur.

Pompeiana eiuſmodi ſunt:

Traduntur igitur Decemuiris.

Quanta uerò fiat Pompeio iniuria, ex 2. Agraria percipietur: quòd ei de rebus à ſe partis iudiciũ, datio legũ, cognitio, ius deniq; imperatoriũ omnibus imperatorib. ſemper conſeruatũ eripitur. Inuadit.) *Sic aliàs Cic. loquitur: repetit tamen non minus frequenter præpoſitionem ipſam: ut, Inuadere in arcẽ cauſæ, ad Lentulũ. Inuadere in collum, in fortunas, 2. Philipp.* Videtis.) *Hactenus de uenditione rerum. Sequitur emptio reprehenſa, ex perſonæ adiunctis, quòd Rullus ſit hic lubricè uerſaturus. Conqueſtio aũt huius loci, 2. Agraria planius explicabitur: quòd nunquam Romæ tanta cõmiſſa res ſit, ut idem iudicaret & uenderet, idem alienaret & emeret, à quib. uellet. Dialogiſmus hoc loco eſt Rulli & Ciceronis.* Quaſi uerò.) *Dilemmate reprehenditur proxima Rulli cautio.* Quantum.) *Notat Valgium (de quo in 3. Agraria) ſocerum Rulli, ut in patrimonio nepotem, & tamen proſcriptionib. Syllanis ditatum. totum enim Hirpinum agrum poſsidebat: & ſignificat ob inuidiam poſſeſsionũ libẽter eſſe uenditurum. Cum aũt Sylla apud Sacriportũ & Collinã portam 70. millia, in uia publica 4. millia necauiſſet, duo millia ex ſenatorio & equeſtri ordine proſcripſiſset, Spoletũ, Interamnum, Præneſte, Fluentiã uendidiſset, Sulmonem etiã funditùs euertiſſet, ut Flor. lib. 3. cap. 2. milites ſuos ampliſsimis poſſeſsionib. auxerat, quas poſt eius interitũ uendere quoquo modo cupiebant, Syllanorum actorum reſciſsionem pertimeſcentes.* Aequitatem.) *Aequitas hic animi moderationẽ, & ſimplicem atq; apertam bonitatẽ ſignificat. quo ex genere ſunt illa: Ex æquo & bono, Aequi boniq;.* Cõmutent.) *Aliquando præpoſitio repetitur. ut in epiſtola Sulpitij ad Ciceronem, Vitam cum morte cõmutare. Et pro Seſtio, Cum patriæ charitate conſtantiæ gloriam cõmutare.* Nunc proſpicite.) *Exagitatur inuidia infinitæ pecuniæ, quòd Decemuiri tantam pecuniam retenturi ſint.* Conſenſerint.) *In malam partem Conſentire hic dicitur: ut coniurare & cõſpirare. quomodo in Verrem actione 7. dictũ eſt de ſeruis: Quos ipſe cum conſilio belli faciendi cauſa conſenſiſse iudicauit. Et ibidem: Quid igitur? Nulli ne motus in Sicilia ſeruorum, Verre Prætore, nullæ ne conſenſiones factæ eſſe dicuntur?* Referetur.) *In 2. Agraria idem eſt: Referre in ærariũ lex uetat, exigi prohibet.* Verum eſto.) *Tranſitio eſt ad poſtremum legis caput, de coloniarum deductione: ubi ſuperiora inuidioſe conceduntur, & deductionis qualitas diſquiritur.* Effundamus.) *Propriè uerbum hoc dicitur in aquis. Mare cõglobatur undiq; æquabiliter, neq; redundat unquam, neque effunditur. 2. de Nat. deor. metaphoricôs, Effundere patrimonium, ærarium. quod Plautus prodigere dicit: Feſto die ſi q̃d prodegeris, ait, profeſto egere liceat, niſi peperceris. Hinc effuſio, quæ uulgò prodigalitas appellatur. Liberalitatem effuſio imitatur, ait in Partitionibus Cicero.* Deducentur.) *Subijcitur per prolepſim qualitas deductionis: & reprehenditur ex adiunctis, quòd loca, quòd perſonæ non definiantur.* Tibi.) *Inuaditur iam apertius in Rullũ, tanquã his colonijs regnũ ſibi comparantẽ, quod uniuerſæ diſsuaſionis argumentũ ſummũ eſt ex agrariæ legis fine.* Machinatoribus.) *Ex Græcis μηχανὴ & μηχανάομαι, latinè machina, & machinor facta ſunt. cuius generis metaphoræ ſunt in Cicerone, Architectus, Fabricator, Artifex.* Vbi enim.) *Vrget acrius propoſitam regni ſuſpicionem, & dialogiſmo exornat:*

Ianiculo.) Ianiculum primis regum temporibus extra urbem fuit trans Tiberim ad occaſum, poſtea in urbem incluſum eſt. Quod uerò.) Repetit illum tyrannicum finem legis Agrariæ, & eaſdē eius facultates ea lege ipſa declarat. Municipia.) Omnes aliæ urbes, quæ ciuitatis Rom. ius habebant, Romana municipia dicebantur. Sic Cicero ait 2. Legum, Omnibus municipibus duas eſſe patrias, unam naturæ, alteram ciuitatis. ut Cato ortu Tuſculanus, ciuitate Romanus. Cicero Arpini natus, in populi Romani ciuitatem ſusceptus, habuit alterā loci patriam, alteram iuris, & municeps populi Romani fuit. ut Iuuenalis de Cicerone ait, Hic nouus Arpinas ignobilis, & modò Romæ Municipalis eques, &c.

Non modò.) In hoc genere comparationis protaſis aliquando duas negationes habet: Non modò huius libertatis manſuetudinisq; non ſunt, ſed ne Romuli. pro Rabirio perduellionis reo. Aliquando poſterior reticetur. Vt non modò in iudicium horū criminum, ſed ne in tenuiſſimam quidem ſuſpicionem uerbo unquam uocatus eſt: Ibidem. Sic iſto loco: Non modò dignitatis retinendæ, ſed ne libertatis recuperandæ. Cum tamen ſecus intelligenda ſit protaſis, non modò dignitatis non retinendæ. Nec artis eſt iſta regula, ſed uſus elegans licentia. Atque.) Tranſitio ad attenuionem, ex comparatione ſuperioris argumēti, tanq̄ minoris cōſequēte. Huius reip.) Periphraſis eſt Romæ, ex adiunctis proprietatibus. Roma Decemuiris diſplicet, Capuam nolunt imperij ſedē facere. Quantū autē tum fuerit Romanis animis affectati regni argumentū, ſequētia declarant: primū ex loci adiunctis, q. Campanus ager ſit tam fertilis, tam abundans. Templum.) Varro apud Gell. lib. 14. cap. 7. docet ſenatum in loco tantū auſpicato & augurato iuſtū eſſe, ut in curia Hoſtilia, Pompeia, Tullia, quod templū dicitur: nec omnes ædes ſacras eſſe tēpla. Ouidius tamen 1. Faſt. inquit, Sancta uocant auguſta patres, auguſta uocantur

Tēpla ſacerdotū ritè dicata manu. Rurſus oppon.) Secundo bell. Pun. Capua Annibalē aduerſus Romanos excepit, & magna difficultate recepta eſt. Vide Liu. 3. Dec. lib. 6. Hubertatem.) Omniū non modò tota Italia, ſed toto terrarū orbe pulcherrima Campaniæ plaga eſt. Nil mollius cœlo, deniq; bis floribus uernat, nil uberius ſolo. ideo Liberi Cererisq; certamen dicitur: nil hoſpitalius mari. Hic illi nobiles portus, Caieta, Miſenus, & tepentes fontib. Baiæ, Lucrinus & Auernus, quædā maris ocia. Hic amicti uitibus montes, Caurus, Falernus, Maſſicus, & pulcherrimus omniū Veſuuius, Aetnei ignis imitator: urbes ad mare, Formiæ, Cumæ, Puteoli, Neapolis, Herculaneū Pompeij. & ipſa caput urbiū Capua, quondam inter tres maximas, Romā, Carthaginēq; numerata. Hæc Florus li. 1. cap. 16. Et credo.) Cōparatio maiorū eſt. Inſolentiā.) Propria ſignificatio eſt, quomodo Cicero pro Deiot. dixit, Moueor etiā loci ipſius inſolētia. Et 1. Oratorio: Sed mehercule iſtius diſputatiōis inſolentia, atq; earū rerum quæ quaſi in arte tradūtur, inſcitia. Sic locutus Cæſar: Inſolens & inauditū uerbū tanquā ſcopulum fugiendū admonebat. Ergo inſolentiā Cicero dicit, inſolitas & nouas opes. Maiores.) Alia eiuſdem rei probatio ex autoritate Senatus, qui delendā Campanam remp. cenſuit, ne ſedes fieret imperij. Magiſtratus.) Hic tria reip. inſignia, ſicut aliàs ſæpe cōprehendit: Magiſtratus, quorū propriè eſt imperiū: Senatū, ad quē deliberatio pertinet: Conſiliū, quo lites & controuerſiæ ciuiū diſceptantur. Capua aūt ædificijs ſeruata eſt, ut aratoribus receptaculū, ruſticis nundinas, cellā et horreū agro Campano præberet, ut erit oratiōe 2. Liuius idē lib. 6. Dec. 3. Nō crudelitate.) Diſſimilitudo eſt, cuius protaſis aduerſis, apodoſis adiunctis approbatur. Crudelitate.) Seueritas tamē magna fuit in Flacco Conſule, quāuis Appius collega diſſentiret, & Senatus Rom. literas ſcripſiſſet. Nam 70. Principes ſenatus uirgis cæſos ſecuri percuſſit, trecentos nobiles in uincula coniecit, qui miſeris caſibus interiere, reliquos ciues uēdidit. Externis hoſt.) Huius rei laus apud Liuiū eſt lib. 3. Dec. 4. de reddita Græcis libertate, qui mirabantur aliquā in terris eſſe gentē, quæ ſua impenſa, ſuo labore ac periculo bella gereret pro libertate aliorū, ne quod toto orbe terrarū iniuſtū imperium ſit, & ubiq; ius, fas, lex potētiſſima ſit. Vos.) Complexio enthymematis contraria, ſenatus exēplo. Quid enim.) Cōmoratur in propoſitis circūſtantijs, addito Annibalis ueluti rei maioris exēplo. Luxuries Annibalē.) Adeò ut uerè dictū ſit, Capuā Annibali Cannas fuiſſe, ut Florus 2 bell. Pun. ait. At quemad.) Alia cōfirmatio ex oppidis adiūctis, quæ potentiā dominationis augeāt. Omnes urbes.) Vrbes hæ ſunt, Formiæ, Cumæ, Puteoli, Neapolis, Herculaneū Pompeij. Hanc enim.) Accōmodatur autoritas legis ad proximā probationē. Atq; his.) Commoratur in eodē argumēto, ſed diſſimilitudinis forma uariato: Nō conqueror uectigalia Rom. ſed remp. Rom. perire. Protaſis habet apophaſin perpetuā, ex adiunctis loci, &c. Campanū & Stellatē.) Hos agros poſtea Cæſar Conſul diuiſit uiginti millibus ciuiū, quibus eſſent terni, pluresq; liberi, & collegā Bibulū obnunciantē, armis foro expulit. Suet. in Iulio, cap. 20. Campū.) Campus ab agro diſtinguitur. Campus enim planicies eſt uel agrorū, uel pratorū. Sic 2. de Diuinat. Cic. Vt enim Aegyptij & Babylonij in camporū patentiū æquoribus habitantes. Annonæ.) Annona, annua alimonia eſt frumēti, uini, cæterarumq; rerū. Hoc nomine putat Budæus burſas in gymnaſijs Pariſiēſibus, quæ uocātur, latinè dici poſſe, tametſi latinius annua, & ſic Vlpianū dicere: Si cui annuum fuerit relictū ſine adiectione ſummæ, nihil uideri huic relictum. Signo, clauſtriſq;.) Signū & clauſtrū propriè dicitur, quo ſignamus & claudimus literas, lagenas, arcas. Librū tuū habeo ſub ſigno, ſeruoq; diligētiſſimè, ait ad Atticū Cicero. His itaq; metaphoris ſignificat uectigal Campanū eſſe tutiſſimū, quod apertius ait Agraria 2. cū dicit: Tanquā domū eſſe, & omnib. præſidijs oppidorum tegi. Reſtitiſſet.) A reſto, reſtas: id eſt, ſuperfuiſſet. ut Sylla, quamuis in rep. dominus & tyrannus: ut Gracchi, quamuis in publico patrimonio profuſi nepotes, tamen nō attigerint. Nō dico.) Amplificatur ſub eadē figura eadē protaſis, alijs adiunctis. Cōcioni.) Denunciat tribuniſpleb. futurā concionē, & diſſimilitudinis apodoſin conſtituit, de periculo Romanæ reip. cuius efficiendi facultatē oſtendit. Retinendū.) Vide an participiū ſit futuri tēporis. Nullū aūt adhuc participiū in dus reperi. Nomina enim hæc omnia ſunt, ut Linacer doctiſſimè docuit. Quos multo.) Indicat C. Antoniū collegā, qui Decemuiratū affectauit, ut Plut. in Cic. ait: Indicat Catilinam & liberos proſcriptorum, qui tum cōmouebantur.

His ego.) Peroratio deinceps tota ferè ad agrarios perterrendū. Loco itaq; cōplexionis (Quare lex agraria ferenda non eſt) ſequitur ad gratiā bonorū, terrorē malorū, egregia boni Cōſulis ſignificatio. Expromere.)

re.) Vulgò id exequi, uel ponere in effectu dicimus. 7. Act ſic loquitur, Expromere ſupplicia in ciues quæ cõſtituta erant in cõuictos maleficij reos. Et pro Milone: In meo inimico crudelitatem exprompſiſti tuam. Errasti Rulle.) Apoſtrophe eſt, qua diſputat nõ agrarios, ſed ſe popularẽ eſſe. Argumentũ eſt ex quadã popularis definitione: Popularis eſt, qui pacẽ populi tuetur: Tribuni non tuentur, Cicero tuetur: Non igitur Tribuni populares, ſed Cicero. Veritate.) Sic in finib. Vt in fronte oſtentatio ſit, intus ueritas occultetur. Et pro domo ſua: Maiores quidẽ noſtri, qui non fictè & fallaciter populares, ſed uerè & ſapiẽter fuerũt. Diſceptare.) Diſceptandi uerbũ dialecticũ totũ eſt: & dialectica ut diſputatrix à Quintiliano, ſic diſceptatrix à Cicerone dicitur. Diſceptare itaq; modò ad oratores refertur in accuſando, defendẽdo, pro diſſerere ac diſputare. ut in ſecunda Agraria: Vtrũ oratio ad eius rei diſceptationem deerit? ut etiã in Academico: Qua de cauſa definitiones ad omnia, de quibus diſceptabatur, adhibebant. modò ad iudicẽ refertur, pro iudicare, ut pro Milone de Põpeio iudice: Iſti quæſtioni præpoſitus eſt, qui hæc iuſtè ſapienterq; diſceptet. hinc diſceptator, id eſt, rei ſentẽtiæq; moderator. ut in Partitionib. ait Cicero, & ad Sulpitiũ, Te arbitro & diſceptatore uterentur: quomodo hic populum Romanũ diſceptatorẽ dicit iudicẽ. Quæ populo grata.) Periphraſis eſt popularis. Solicitã.) Aſſumptio eſt cõtra Tribunos, qui publicam pacẽ cõturbant, quod eorũ factis probatur. Fidẽ.) Fides in hoc dictionis genere ſignificat quod uulgò dicimus, ſecuritatẽ, protectionẽ, ſaluã gardiã. Quomodo Cicero in Officijs ait, Capere in fidẽ deuictas bello nationes: cõferre ſe in fidem & clientelã alicuius, pro Roſcio. Fori fides igitur ſublata, ſignificat authoritatẽ iudiciorũ & tutelã ſublatam. Hoc motu.) Aſſumptio pro Cicerone, qui publicã pacẽ tuetur, quod eius factis approbatur. Verendum.) Cõplexionis ſententia de Tribunis, quòd populares non ſint. Cùm uerò.) Sentẽtia cõplexionis pro Cicerone, quòd popularis ſit, ubi eadẽ eius facta repetuntur: & cõfirmatio additur ex libera quadã animi teſtificatione, q, ab omni cupiditate liber ſit futurus. Neq; prouinciã, neq; honorẽ.) Locus eſt idẽ in Catilinã latius expoſitus: Quibus pro tantis rebus, Quirites, nullũ ego à uobis præmiũ uirtutis, nullũ inſigne honoris, nullũ monumentũ laudis poſtulo, præterquã huius diei memoriã ueſtrã ſempiternã. In animis ueſtris omnes triumphos meos, omnia ornamẽta honoris, monimẽta gloriæ, laudis inſignia cõdi & collocari uolo: nihil me mutum poteſt delectare, nihil tacitũ, nihil deniq; eiuſmodi quod etiã minus digni aſſequi poſſunt. Significat igitur Cicero ſe pro rep. omnes Cõſulatus ſui fructus deſpecturum.

Dicit.) Aſſeuerat proximam teſtificationẽ parrheſia etiã maiore. Frequẽtiſsimo.) Plutarchus in Gracchis indicat, trecẽtos minimũ ſenatores fuiſſe, cùm ait, trecentos equites pari numero cum ſenatoribus iudices factos.

In prouinciã.) Nec reuera iuit, eamq; rem inter præcipuas Conſulatus ſui laudes in Piſonem numerauit: Ego prouinciã Galliã (ait) Senatus authoritate, exercitu & pecunia inſtructã & ornatã, quam cum Antonio communicaui, quod ita exiſtimabã tempora reip. ferre, in concione depoſui, reclamante populo Romano. Quamobrem.) Probata popularitate, Tribunos cohortatur ad meliores reip. partes. Argumentũ eſt ex cõiugatis. Colligere aũt ſe, quid ſit, Cic. Tuſc. 4. definit. Quid eſt autẽ ſeipſum colligere, niſi diſsipatas animi partes rurſus in ſuũ locũ cõgerere? Cõſpirate nobiſcũ.) Verbũ mediũ eſt. aliàs enim ſumitur in malã partẽ Sic Brutus ad Ciceronẽ, Cõtra ſceleratiſsimam cõſpirationẽ cõſligamus. Sic in eo Virgilij loco: —ſimul omne tumultu Coniurat Latium: ait Seruius, Coniurare τῶν μέσων eſſe. Et Horatius dixit: —alterius ſic Altera poſcit opem res, & cõiurat amicè. Conſiderandũ tamẽ eſt, an oratoria exempla eiuſmodi reperiantur. Multa ſunt.) Aliud argumentũ, ex adiũctis malis, quæ diſsimilibus ornantur: ubi allegoria eſt ex arte medica. Cõiurationẽ autẽ Catilinæ intelligit, de qua ſimiliter Catilinaria ſecunda dicit: Omnia ſunt externa, unius uirtute, terra, mariq; pacata: domeſticũ bellum manet, intus inſidiæ ſunt, intus incluſum periculũ eſt, intus eſt hoſtis: cum luxuria, cum amentia, cum ſcelere certandũ eſt. Et pro Murena idem: Intus intus (inquam) eſt equus Troianus, à quo nunquã me Coſ. dormientes opprimemini. Externũ.) Notabis hoc loco, Externũ & Inteſtinũ contraria, pro barbaris Extrinſecũ & Intrinſecum. Extrinſecus enim & Intrinſecus aduerbia ſunt: ab Extra fit Externus, ab Intra cõſidera an fiat Internus. exemplũ enim non occurrit. Erratis.) Opponuntur maiores honorũ facultates, ad eandem probationem. Quòd ſi quis.) Opponitur ſtudium Ciceronis, & exemplum. Velificari.) Allegoria eſt à temerè nauigantibus, qui uel tempeſtatis tempore uela facere non dubitent: quòd naufragio affine periculũ ſit. Sententia itaq; Ciceronis eſt: Si quis turbulento reip. ſtatu honori ſuo ſtudeat, & ad dignitates aſpiret, &c. Cicero aũt non ſolũ cõpoſito uerbo utitur, ſed partibus eius ſeparatis. Malum erigi, uela fieri, præcidi anchoras imperauit. 7. act. Et Virgil. Vela facit, tamen & plenis ſubit oſtia uelis. Eadem uerbi forma Cælius ad Ciceronẽ uſus eſt, Ne uelificatus alicui dicaris: Plinius tamen ſæpiſsimè dixit Velificare. Documento.) Ciceronis (ait Plutarchus) diues & ſplendida mater fuit, pater in taberna fullonaria educatus, cuius quidã genus referunt ad Tulliũ Volſcorũ regẽ. Sed hanc originẽ regiã Cicero uidetur in Bruto refellere, cũ derideat humiliores homines, qui ſeſe in alienũ eiuſdẽ nominis genus infunderent: ut ſi ego me (ait) à M. Tullio eſſe dicerẽ, qui patricius cum Seruio Sulpitio Coſ. ante 10. poſt exactos reges fuit. ergo qui patricij generis originem agnoſcere non audet, qui reges maiores aſſereret?

Equeſtri loco.) Equeſter ordo cenſus erat, non nobilitatis: & cui cenſus erat quadringentorũ milliũ, eques erat, & in politia Rom. patricius & plebeius cõtraria, itẽ nobilis et nouus poteſtq; ex equeſtri ordine, eſſe ignobilis & nouus, ut Cicero: item nobilis & plebeius, ut poſtea patebit. Quòd ſi.) Concludit orationẽ in obteſtatione patrum, & profeſsione diligentiæ ſuæ. Profitemini.) Profiteri, eſt prolixè & liberè polliceri. Impudentiæ eſt profiteri, quod non poſsis implere: pro Cluentio. Et ad Licinium, ſimiliter atq; hic ſuum ſtudium in omni genere officij profiteri atq; polliceri, dictum eſt.

ANALYSEOS RHETORICAE & Dialecticæ in Agrariam primam ſumma.

Si dum cauſa hæc Romæ ageretur, foris alicubi ruſticati eſſemus, reuerſi domũ quæreremus, quis exitus deli-

berationis, & quamobrē fuiſſet? ὅτι καὶ διότι, quia & quamobrē in diſciplinis has quæſtiones Ariſtoteles appellat, nos hic ſpecie quadā ſequi poßimus. Agrarij uerò (ut Plutarchus ait) ſic iſta deliberatione territi ſunt, ut contra Ciceronem dicere nil auſi ſint. Quod in perorando uidetur orator eo loco ſignificare, Laceſſo uos, in cōcionem uoco, Pop. Rom. diſceptatore uti uolo. Ergo id ὅτι, & euentus. Quamobrē aūt Cicero ſic terruerit, cauſæ principes in actione & Cōſulis authoritate fortaßis fuerunt: quæ uerò ſint in hac oratione, adhuc è ſingulis partibus in Rhetorica elocutione troporū & figurarū, in logica topicæ inuentionis & analyticæ diſpoſitionis ſubductione breuiter animaduerſum eſt. Qui uerò fuerit rhetoricæ & logicæ ſtudioſus, pleniorem utriuſq; artis ſenſum capiet, ſi Ariſtotelica principia ἐπαγωγήν, ἱστορίαν, ἐμπειρίαν, inductionem, obſeruationem, experientiam ſecutus, in unam ſummam colliget uniuerſa, quæ ſingula perlegerit. E' tropis adhiberi ferè decies ironiam, quadragies metonymiā, ſynecdochē frequentius, metaphorā frequētißimè cognoſcet. Modificatiōis uerò gratiā in ſynecdoche & metonymia magnam, ſed in ironia ex ſimulatione maiorē, in metaphora uerò ex ſimilitudine rerū maximā, ſed in geminatis uberius intelliget. E' figuris uerborū repetitiones in anaphora minimum uicies. Cōmutationē in polyptoto tricies: in reliquis generibus aut nuſquā, aut certè ſemel biſue ſummū uidebit. Numerū uerò paulò inſigniorē ferè uicies. E' figuris ſentētiarū apoſtrophē quater, prolepſin, præteritionē, licentiā ter: proſopopœiā, dialogiſmū, exclamationem bis: reliquas non aſpiciet. Atq; hac enumeratione, quæ rara, quæ frequētia ſunt ornamēta, quæq; uires habeant, intelliget. Atq; iſta Ariſtotelica obſeruatione & experientia artem ſibi quandam efficiet. Maiore etiam diligentia ſpecies argumentorum ad ſuum quanq; locum referet. Ca[illegible] eſt in fine ter, in efficiente ſæpius: Facta, adiuncta, [illegible]mè: Subiectum & diſſentaneum ſemel tantum. Comparata in paribus ſemel, in maioribus ſæpe, in minoribus ſæpius, in ſimilibus rarius, in dißimilibus frequentißimè. Notatio ſemel, Coniugatio bis. Partitionis & definitionis licet obſcuriora, tamen exempla quædam ſunt. Teſtimonium bis apertè poſitum eſt: deniq; licet non ſpecies omnes, attamen nullum genus eſt argumēti, nullaq; pars eſt topicæ inuētionis, cuius exempla in hac oratiúcula nō reperiat. Analyticæ diſpoſitionis ars eſt minor. Plurima naturæ iudicio cōtenta ſunt, paucißima ſyllogiſmū requirūt: etſi requirāt, attamē ut in oratione (ego) & (tu) ſic in ratiocinatione propoſitio aut aſſumptio aut cōcluſio ſæpius intelligitur, quàm exprimitur. Simplices tamen & connexi ſyllogiſmi interdū pleni ſunt, atq; hæc prioris analyſeos: poſterioris autē artificioſa methodus & collocatio (etſi in his fragmētis cōparere admodū nulla potuit) rerū tamē capita proponuntur, tranſitiones interponuntur. Quapropter hac inductione ἀπόδειξιν διότι (quoad res propoſita patitur) habebimus, Quamobrē Ciceronis oratio laudetur. Ergo diligens rhetoricæ logicæq; diſcipulus, Ariſtotelica imbis & cōſimilibus exēplis ἐπαγωγῇ καὶ ἱστορίᾳ duas res ſummas aſſequetur, ut rhetoricam & logicam melius & uerius intelligat, cum uiderit parenti uſui congruere: utq; utriuſq; artis uſum, cognitis præſtantium authorum exemplis, facilius promptiusq; exerceat.

IN II. DE LEGE AGRARIA ORATIONEM, PETRI Rami Scholia.

ARGVMENTVM.

ARgumentum huius orationis cum ſuperiore par & idem eſt. Ergo cum à Tribunis ſuperiore deliberatione exterritis, tamē in cōcionē Cicero uocaretur, quaſi populo diſceptatore ſuperiores eſſent in cauſa futuri, Cicero Senatū ſe ſequi iußit: eiusq; comitatu ſeptus, in cōcionē uenit, & hanc magnificam orationem habuit. Hic quippe uir maximè Romanis oſtēdit, quantum uoluptatis oratio cum honeſtate cōiungat, iuſtumq; (ſi bono oratore defendatur) inſuperabile prorſus eſſe. Ac certè uerum principem neceſſe eſt adulationi uerum honeſtumq; præponere, moleſtumq; ab utili ſeparare. Vide Plutarchum de hac Ciceronis laude in ipſius uita. Summa uerò ſuaſionis uniuerſæ eſt in hoc ſyllogiſmo:

Si lex agraria tyrannidem ſimulatione largitionis inſtituit, tollenda eſt: At inſtituit, quia creandis Decemuiris libertatem populo eripit, quia Decemuiris tyrannica forma comitatum cōcedit, quia tyrannicam poteſtatem permittit in uēditione & emptione agrorū, in deductione coloniarū: Tollenda igitur.

EST hoc.) Nil agitur initio de lege agraria, ſed offenſionis popularis metu longa inſinuatio texitur, in hunc ferè ſyllogiſmū generis argumēto cōcluſa: Magiſtratum per uos adepti gratias uobis agunt: Ego magiſtratū, Conſulatū nempe, per uos adeptus ſum: Propterea uobis gratias ago. Sed inter propoſitionis & aſſumptionis ſententiam dißimilitudo interponitur. Eſt hoc.) Sententia propoſitionis adiunctis illuſtrata: Magiſtratū per uos adepti, gratia uobis habenda, genus ſuum ſic extollunt, ut honorem nonnulli meruiſſe, pleriq; cōmendatione generis accepiſſe uideantur. Imagines.) Metonymia eſt ex adiunctis ſubiectū ſignificans. magiſtratum enim qui in aliqua familia fuiſſent adepti, imagines eorum in atrio ponebantur, ſicut abundè Iuuenalis octaua ſatyra declarat: Stemmata quid faciunt? quid prodeſt Pontice longo Sanguine cenſeri, pictosq; oſtēdere uultus Maiorum, et ſtantes in curribus Aemilianos! Et ibidem: Tota licet ueteres exornēt undiq; ceræ Atria, nobilitas ſola eſt atq; unica uirtus. Quā ad rem pertinet etiā locus ille in Piſonē: Obrepſiſti ad honores errore hominum, cōmendatione fumoſarū imaginū, quarum ſimile habes nihil præter colorē. Ergo imagines cōſecuti, id eſt, magiſtratus & publicos honores adepti. Debitū.) Allegoria eſt à pecunijs, quæ ut debitæ maioribus, tandē poſteris perſoluuntur: ſic optimè de rep. meritis principibus tantū deberi potuit, ut propter eos poſteri quoq; honorarētur. Eadē allegoria ad Ciceronē Brutus: Tantum me tibi debere exiſtimo, quantū perſoluere difficile eſt. Qualis allegoria eſt in huius peroratione: Nulli pro me ſpopōderunt, &c. Redundare.) Metaphora ab aquis, quæ propriè cùm alueos, ripas, litora ſuperant, redundare dicuntur. Si lacus Albanus redundaſſet, isq; in mare fluxiſſet, Romam perituram: Cicero de Diuinatione. Mihi.) Ἀνταπόδοσις dißimilitudinis adiunctis expoſita. Cicero maiores ſuos extollere non poteſt, quia publicis honoribus caruerint. Dißimile etiam præponitur.

Sanguine.) Metonymia, ex cauſis effectū ſignificans. Nec enim ſanguine procreamur, ſed ſemine, quod ſanguine efficitur. Vt enim in mamillis in lac, ſic in uaſis ſpermaticis in ſemen ſanguis conuertitur. Hic tropus poetis & oratoribus uſitatiſsimus eſt. Genus alto à ſanguine regum, Virgil. Sanguis regius, Horat. Maternus paternusq; ſanguis, pro Cluentio. In fine aūt huius orationis dicitur: Non ingenerātur hominibus mores tam à ſtirpe generis ac ſeminis. Conſiderabis igitur, an ut ſanguine, ſic ſemine procreari, Latinè dicatur. De me.) Prolepſis quædam eſt. Quòd igitur Cicero per ſe Conſulatum meruerit, res dilemmate ex uarijs adiunctis diſceptatur, ubi addubitationis forma quædam eſt, ſed obſcurior.

Quare.) Prolepſeos ſolutio ex orationis moderatione, ut populus abundè laudetur, de Cicerone nil niſi modicè dicatur. Me perlongo.) Aſſumptionis ſententia, ad gratiā laudis mirificè amplificata ex adiunctis, quòd homo nouus ſuo tempore una populi uoce factus ſit Conſul. Primùm diſsimilibus ornatur, quòd nobilibus iampridem ſolis Conſulatus daretur. Nouum.) Romanis dictio propria eſt, qui ſolebant (ut ait Plutarchus in Catone) τοὺς ἀπὸ γένους δόξαν οὐκ ἔχοντας, ἀρχομένους δὲ γνωρίζεσθαι δι' αὐτῶν, καινοὺς προσαγορεύειν ἀνθρώπους, nulla generis gloria nobiles, ſed à ſeipſis nominis initiū ſumentes, nouos homines appellare. Itaq; nouus & nobilis opponuntur, ut hic locus ſatis indicat. & Iuuenalis nouus & ignobilis pro eodem coniungit,

Hic nouus Arpinas ignobilis.

Equeſter autem ordo, unde Cicero fuit, non erat dignitatis aut nobilitatis, ſed cenſus nomen. Primus aūt homo nouus Romæ factus eſt Cos. L. Sextius, ut Liuius in fine ſexti libri, & initio ſeptimi, quia legem agrariam tuliſſet. at hic Cicero nouus homo contra legē agrariā Conſul inuehitur. Eum locū.) Allegoria eſt à bellicis obſidionibus, ubi oppidani omnibus rationibus aduerſus oppugnantes muniuntur. Atq; hic cōſiderabis, nunquid circumuallare & obuallare ita contraria ſint, ut oppugnare & propugnare. Hic enim obuallare dicitur de iſs qui intus ſunt, & tanquam oppidū defendunt, proq; eo propugnant. Apud Cæſarē aūt circūuallare oppugnantium eſt. Sic enim loquitur 7. belli Gallici: Oppidum oppugnare inſtituit, biduoq; circumuallauit. Neq; me tantummodò.) Secundus locus laudis, quòd anno ſuo factus ſit Cos. collatione multiplici exornatur. Annus autem Conſularis erat ætatis annus quadrageſimus tertius, ſicuti ex quinta Philippica perſpicitur: Quid Alexander Macedo, cum ab ineunte ætate res maximas gerere cœpiſſet, nónne tertio & trigeſimo anno mortē obijt, quæ eſt ætas noſtris legibus decē annis minor, quàm Conſularis? Bienniū aūt inter Præturā & Conſulatū intercedebat, ut ex honoribus Ciceronis ipſius intelligi poteſt, qui factus eſt quæſtor anno ætatis 33. Aedilis 39. Prætor 41. Cos. anno 43. ut ex Chronologia Ro. & Bruto Ciceronis intelligi poteſt. Non profectò.) Ratio proximæ collationis, ex euentis. Cæteri diu poſt annum legitimū, ego legitimo anno factus ſum. Occaſione.) Occaſio (inquit in Offic. Cicero) tempus actionis opportunum Latinè dicitur, Græcè εὐκαιρία. Hic igitur fraudem aliquam ſignificat, qua turbati candidati alicuius petitione, magiſtratus intercipiebatur. Leges.) Annales leges ſignificat, quibus anni capiendorū magiſtratuum definiebantur, ut iam dixi. Vt ueſter honos.) Illuſtratio proximæ rationis ex diſsimilibus in orbē concinnatis incluſus. Eſt illud.) Tranſitio ad tertium locum laudis, quòd una populi uoce renunciatus ſit Cos. quod longè magnificentius erat, quàm tabella. Collatio antecedentiū quaſi minorū præponitur. Tabellam.) Leges tabellariæ fuerunt Romæ quatuor: prima de magiſtratibus mandandis, ſecunda de populi iudicio, tertia de iubendis legibus ac uetandis, quarta de iudicio perduellionis, quod ſecunda lege exceptum erat. Vide Cic. tertio Legum. Indicē libertatis.) Sic pro Plancio: Etenim ſi populo grata eſt tabella quæ frontes aperit, mentes tegit, datq; eam libertatem, ut quod uolunt, faciant, promittant aūt quod rogentur. Tabellis aūt iudicia & comitia adhuc in quibuſdam ciuitatibus exercentur, ut Venetijs, balotas appellant in iudicijs, quas pilas uocat Aſconius. Vnam uocem.) Aliàs uinam uocē legitur. tametſi (unam) non eſſet alienum, præſertim cùm paulo pòſt dicatur, una uoce populus declarauit, quomodo aliàs ſæpe Cicero. ut ad Dolabellam: Atq; hæc uox una omnium eſt. Et primo oratorio: Multi erant præterea in philoſophia præclari & nobiles, à quibus omnibus una penè repelli uoce oratorē à gubernaculis ciuitatum. Quomodo Martialis:

Vox diuerſa ſonat populorum: eſt uox tamen una,
Cùm uerus patriæ diceris eſſe parens.

Ergo unam uocē non improbo, & Aldus typographus diligentiſsimus ita legit. Itaq;.) Exornatio eiuſdem laudis ex alia diſsimiliū collatione. Extrema tribus.) Trigintaquinq; tribus erant populi Ro. ut mox conſtabit in hac oratione. Hoc ego iam.) Adhuc de gratia Conſulatus, deinceps de Ciceronis non dignitate, quare hoc honore dignus ſit, quod erat propoſitū, ſed de difficultate gerendi Conſulatus. Fructū.) Fruor præteritum triplex habet, fruitus, unde fruiturus, quo etiā Cicero utitur: Qui præſentibus uoluptatibus frueretur, conſideretq; ſe fruiturū. 3. Tuſc. fretus, ut Vallæ placet: item fructus, ut Grammatici citant ex Hortenſio Ciceronis, Amœnitate ſumma fructus eſt. Vnde nomen fructus, quod propriè ſignificat id quod uulgò fruitionē dicimus. Et Cicero ſæpe dicit fructum libertatis, uirtutis, iucūditatis, & (quod ſignificationē hanc maximè oſtendit) uoluptatis. ut in Lælio: Voluptatū fructū aufert ſolitudo. Multæ & graues.) Solicitudinis periphraſis eſt. Definitur enim in Tuſcul. ſolicitudo, ægritudo cum cogitatione. Neq; diurnæ.) Sic Horatius ad hanc perpetui temporis ſignificationem dixit:

Nocturna uerſate manu, uerſate diurna.

Et in Senectute dictum eſt, Diurni nocturniq; labores. Eiuſdē generis illud eſt, Dies nocteſq;. ut pro Marcello: Equidem dies nocteſq;, ut debeo, cogitans. Et ad Atticum: Dies nocteſq; torqueor. & ſic aliàs ſæpe. Qua cum.) Vide nunquid hic cōparatio fuerit Ciceronianæ nouitatis, cū nobilitate æmulorū. ut πρότασις ſtatuerit, Conſulatum homini nouo difficilē eſſe: κατασκευάσεις, homini nobili facilem: & ideo manca ſit, taleq; deſit aliquid, Homini autem nobili non dubitanti, &c. Si referatur negatio ad uerbū, nō ad participiū, ſenſus erit aliquis: Dubitanti nō oſtēditur cōſiliū, laboranti nō oſtēditur auxiliū. Senſus inquā hic erit aliquis, ſed uide quàm decorus & aptus ad inſtitutā difficultatis collationem.

Erratum.)

Erratum.) Nullũ ob totius uitæ non dicã uitiũ, ſed erratũ, pro Cluentio dicitur. unde cõſtat erratum quod imprudentia, uel caſu aliquo peccatur, quod uenia potius quàm pœna dignũ ſit. Expreſſa.) id eſt, extorta, erepta. ut pro Quintio: Extorquendũ eſt ab inuito, atq; ingratis, quod non debet, eripiendũ atq; exprimendum eſt. Et in Verrẽ: Nullam pecuniam niſi ui expreſſam & coactam. Metaphora uidetur à torcularibus. Quòd ſi ſolus.) Secunda ſolicitudinis ratio, ex adiuncta populi reprehenſione:

Si ſolus reprehenderer, ferrem:
At uos in eandem reprehenſionem incurritis:
Quare nullo modo ferendum.

Caſu lapſum.) Quid eſſet labi, in Rabiriana dictũ eſt. & hic caſu labi, ſuperius fuit errare. Nobilitatis.) Cicero ſex cõpetitores nobiles habuit: duos patricios, Galbã & Catilinã: quatuor plebeios, Antoniũ, Caßiũ, Cornificiũ, Liciniũ: de quibus Aſconius in cõmentarijs orationis habitæ in toga candida. Et pro Murena Cicero de patricijs: Etenim mihi ipſi accidit, ut cum duobus patricijs, altero improbißimo atq; audacißimo, altero modeſtißimo atq; optimo peterem: ſuperaui tamen dignitate Catilinã, gratia Galbam. Mihi autẽ.) Cõplexionis loco (Quare non ferendũ) hæc popularitatis teſtificatio ponitur. Similis autẽ cõparationis ſentẽtia pro Rabirio perduellionis reo: Sed moreretur prius acerbißima morte milies Gracchus, quàm, &c. Accedit etiam.) Tertia difficultatis ratio, item ex adiũctis, quòd Cicero ſit popularis: quæ dißimilibus augetur. Superiores Coß. aut non fuere populares, aut non ualde fuerunt. Cõtentio autẽ quæ fuit in oratione ſuperiore, quòd Cicero popularis, tribuni non populares, hic tractabitur.

Qua ſuperioribus.) Vide an nõ melius legatur (cum ſuperioribus) quàm (qua ſuperioribus) uel repete, quod longum fuerit, decretum fuit uti. Ego autem.) Redditio dißimiliũ, collatione maiorũ aucta, et partium adiunctis. Calend.) Superior ergo Agraria dicta eſt in ſenatu Calendis Ianuarij, quibus Cicero ex Romano more Conſulatum inierat. Neq;.) Probatur popularitas ex coniugatis. Populus me Conſulem fecit: ergo popularis ero. Dißimile præponitur. Studio.) Studio & gratijs ſignificat, quod uulgò fauorẽ dicimus. Ac quamuis fauorẽ Ciceroni nouũ uerbũ Quintilianus putet uiſum eſſe, quòd ad Brutũ ſcripſerit, Eum amorẽ, & eum, ut hoc uerbo utar, fauorẽ in conſiliũ aduocabo: attamen fauorem pro Roſcio Comœdo Cicero dixerat ſine hac præfatione: Quam expectationẽ, quod ſtudiũ, quem fauorem ſecum in ſcenã attulit Panurgus? Et fauere propriè eſt bona fari: & fauor, uox eſt bene precantis. ut,

Proſpera lux oritur, linguiſq; animiſq; fauete:
Nam dicenda bono ſunt bona uerba die.

Quòd idẽ Cicero primo de Diuinatione: Idcirco omnibus rebus agendis, quod bonũ, fauſtum, felix, fortunatumq; eſſet, præfabantur: rebuſq; diuinis quæ publicè fierent, ut fauerent linguis imperabatur: inq; ferijs imperandis, ut litibus & iurgijs ſe abſtinerent. Ergo quod in iudicijs, in comitijs uulgò fauorem & fauere dicimus, id Cicero gratiã & ſtudium & ſtudere dicit: & gratioſos aliàs eos appellat, qui tali gratia ualeant. nec propriè fauor in hanc malam rem à Cicerone dicitur: & Quintilianum in illa Ciceronis præfatione lapſum arbitror. Nec enim Cicero fauoris uerbo uti dubitaſſet, quo iam antè ſine præfatione pro Comœdo eſſet uſus: ſed in illam amoris ſententiam, qua tum utebatur, id fortaſſe nouum fuit, & idcirco quaſi ueniæ præmunitionẽ adhibuit. & in Rhetoricis diſtinctiõibus docui, quàm negligens in Ciceroniana dictione Quintilianus eſſet. Sed mihi.) Facit audientiã ſibi ad reprehenſionẽ agrariorũ: quos item ex coniugatis arguit, populares non eſſe, quia populum oppugnant. Interpretationẽ.) Notã, notationẽ, definitionẽ dicit in præceptis, id eſt, ad hoc uerbũ definiendum & interpretandũ: & conſtituit eam, quam uulgò noſtræ ſcholæ maximã nominant, ſc nẽpè popularis definitionẽ adhibiturũ. Sapientia.) id eſt, attentione, intelligentia, cognitione. Et quamuis ſapere propriè in guſtu dicitur, ut in Finibus dictũ eſt: Nec enim ſequitur, ut cui cor ſapiat, ei non ſapiat palatũ: attamen uide an ſapientia de guſtu dicatur, non aũt perpetuò de animo.

Inſidioſas.) Vſitatũ eſt in ſcholis Græcũ uerbum ſophiſma, pro quo inſidioſas ſimulationes nunc dicit.

Oratione.) uerbis, oſtentatione, ſpecie. Ego qualem.) Colligit ex uarijs adiunctis infinitã quandam reip. perturbationẽ, cuius inuidiã in agrarios deriuat. Locus hic in ſuperiore oratione fuit: Solicitã mihi ciuitatem ſuſpicione, ſuſpenſam metu, perturbatã ueſtris legibus, cõcionibus, ſeditionibus tradidiſtis, ſpem improbis oſtendiſtis, timorẽ bonis inieciſtis, fidem de foro, dignitatẽ de repub. ſuſtuliſtis. Cõparabis igitur ſententias ſententijs.

Calamitatis.) Metaphora ab agris grandine uaſtatis, in quibus calamitas propriè dicitur, quòd calamos ſegetum cõminuat: ut Donatus ait in illo Terentij loco, Ipſa egreditur noſtri fundi calamitas. Infirmatione.) Cicero dicit ut infirmare, ſic reſcindere acta, iudicium, res iudicatas. Conſidera etiam, an reſcißio apud eum, ut infirmatio, legatur. Extraordinaria.) id eſt, extra ordinem, legem, cõſuetudinẽ. Regnũ hic accipe pro tyrannide, ut pro Rabirio docui Ciceronem loqui. Quæ cum.) Cõcludit ex enumeratis malis popularitatẽ ſuam, cuius antea ſimilẽ teſtificationẽ poſuit. Quid enim.) Tertia popularitatis ratio, ex quadã uerbi definitione.

Popularis eſt, qui pacem tuetur:
Cicero tuetur:
Popularis igitur.

Propoſitio tres habet partes diſtinctas, de pace, libertate, ocio, in ſuperiore oratione cõfuſas. Duæ primæ collatione maiorũ declarãtur. Senſum.) Intellige, ij animantes, quibus natura ſenſum dedit. Vulgus in ſchola definit ſubſtantias corporeas, animatas, ſenſibiles. Definitio igitur animantis eſt, cui natura ſenſum dedit.

Tecta.) Talis hyperbole frequens eſt in Cicerone. Non modò homines, ſed propè regiones ipſæ conuenerint: pro Rabirio perduellionis reo. Rationem hyperboles Tibullus lib. 2. ex pacis commodis nobis exponit:

Interea pax arua colit, pax candida primum
Duxit aratores ſub iuga curua boues.
Pax aluit uites, & ſuccos condidit uuæ,
Funderet ut nato teſta paterna merum.

Libertas.) Libertas tam chara, ut natas etiam pater, eius gratia interficiat: ut de Bruto Virgil.

—natoſq; pater noua bella mouentes,
Ad mortem pulchra pro libertate uocabit.

Quid tam populare.) Tertia pars propoſitionis, ex ornata

nata

nata factis, quorum finis eſt otium. Otium autē propriè negotio opponitur, quòd ex illo Catonis dicto in principio Originum notum eſt: Clarorum uirorum atq; magnorum non minus otij, quàm negotij rationem extare oportere, ut Cicero pro Plancio. & Cicero mox otio laborem bis opponit, cum labores ſuſcipiendos ait, ut in otio liceat eſſe. Et iterum: Eorum labore factum eſt, ut in otio eſſe poſſemus. Ergo otium & negotium, otium & labor, contraria ſunt. & otium generale nomen eſt, idq; honeſtum uel deſidioſum. Præſertim cum imperio.) Locus hic pro Seſtio uberius eſt expoſitus: Quid eſt igitur propoſitum his reipub. gubernatoribus, quod intueri, & quò curſum ſuum dirigere debeant? id quod eſt præſtantiſſimum, maximeq; optabile omnibus ſanis & bonis et beatis, cum dignitate otium: hoc qui uolunt, omnes optimates: qui efficiunt, ſummi uiri & conſeruatores ciuitatis putantur. Ergo otium, id eſt requies & tranquillitas uitæ cum imperio & dignitate, quia ſummum bonum uideatur, ſummus in repub. princeps habendus eſt, uel Ariſtocratica, uel Timocratica, qui tanti boni author ciuibus ſuis fuerit. Quare qui.) Complexio ſyllogiſmi, cum aſſumptione. Quare Cicero popularis eſt, cum hæc omnia pacem, libertatem, otium in ſuo Conſulatu tueatur. Libertatem propriam.) Ita ſexta Philippica: Aliæ nationes ſeruitutem pati poſſunt, populi Rom. eſt propria libertas. Fidem.) Significatio fidei in hanc ſententiam iam dicta eſt: & hic apertior eſt ex geminato pro tutela, cuſtodia, clientela. Neq; enim.) Adhuc de popularitate ſua diſſeruit. Iam contrà diſſerit, agrarios populares non eſſe ex eorum factis, ubi repetitur ſuperior Reip. perturbatio. Promulgata.) Promulgare uerbum eſt Ro. politiæ quæ tum fuit: id eſt, trino nundino legem populo proponere, eumq; rogare, an eam iubeat & uelit. neq; iurè lata lex dicebatur, niſi trinundino eſſet antè promulgata. Hinc promulgatio, legis rogatio, apud Ciceronem. Iudiciorum perturbationes.) Hic uidetur ſignificare motus, qui à liberis proſcriptorum excitabantur de Syllanis actis reſcindendis.

Qui ciuitatum afflictarum.) Hæc ſententia ſeptima actione copioſius diſputatur. Perditæ ciuitates deſperatis omnibus rebus hos ſolent exitus exitiales habere, ut damnati in integrum reſtituantur, uincti ſoluantur, exules reducantur, res iudicatæ reſcindantur. Quæ cum accidunt, nemo eſt quin intelligat ruere illam rempub.

Neq; ſi qui.) Vis quædam eſt aſſumptionis & complexionis, obſcurius indicata, ne populus offenderetur.

Specie.) Prætextum recentiores dixere, quòd hic Cicero ſpeciē dicit: in Piſonē uerò, nomen: Nomine triumphi tegunt ac uelant cupiditatem ſuam. in Officijs cauſam, Muri cauſam oppoſuit. Aliquando præpoſitione (per) idem exprimit: ut, Cato per beneficium Cyprum relegatur, ait pro Domo ſua. Vnde conſtat poſteriorum ætatum homines uocabulis ſui temporis uſos eſſe, non ab illa aurea Ciceronis ætate petiuiſſe. Nam uerè.) Prolepſis eſt ad gratiam populi, ubi legē Agrariā ex Gracchis eius authoribus cōmendat. quos etiam laudat ex adiunctis & factis, & ſe longè ſuperiorum Conſulum diſſimilem fingit. Clariſſimos.) Pater ſiquidem duorum Gracchorū T. Sempronius Gracchus & genere & publicis honoribus clariſſimus fuit, cuius uitā Plinius deſcripſit. Mater Cornelia, Africani ſuperioris filia.

Ingenioſiſſimos.) Eloquentiā Gracchorū ſignificat hac metonymia, quomodo ſæpe loquitur. ut pro Archia: Si quid eſt in me ingenij: pro, ſi quid eſt eloquentiæ. Tiberius autē Corneliæ matris diligentia à pueris Græcis literis eruditus eſt, ſed illi breue tempus augendi & declarandi ingenij fuit. De Caio præter multas laudes alias, Cicero dicit, hunc penè de ſuperioribus ſe ſolum legere, & iuuentuti legendū eſſe, quia poſſit non ſolū iuuenum ingenium acuere, ſed alere. Amantiſſimos plebis Ro.) Periphraſis eſt gradus ſuperlatiui, populariſſimos, ſi diceretur. Legibus.) Tiberius leges agrarias tulit, ſed Caius præterea ſeptē leges tulit, ut ſi quis ſine iudicio ciuē Ro. necauiſſet, à populo Ro. puniretur: ut coloniæ deducerētur, ut ueſtis militi ſine diminutione ſtipendij daretur, ut minores decē & ſeptē annis militare non cogerentur, ut Itali Romanis ſuffragio pares eſſent, ut annona pauperibus aſſignaretur, ut in iudicio ſenatoribus equites pares eſſent. Itaq; trecentis ſenatoribus, trecentos equites adiunxit. Vide Plutarchū in Gracchis.

Itaq;.) Hactenus exordiū fuit inſinuationis longiſſimæ, ad impetrandū populi huic diſſuaſioni infenſi gratiam. Narratio ſequitur uarijs coniecturis aſperſa, quòd agrarij hac lege mali aliquid moliantur. Primæ coniecturæ ſententia ſic eſt:

Boni in eodē anno magiſtratus, publica conſilia communicare debent:

Id agrarij recuſarunt:

Quare non boni magiſtratus.

Complexio tamen non exprimitur. Cum familiariter.) Aſſumptionis ſententia, quæ contrario Conſulis facto ualde premitur. Proſopopœiæ hic quædā ſunt ad exprimendā Ciceronis ſedulitatē, & agrariorū fraudem.

Inſinuarem.) Inſinuare propriè, eſt immittere, quomodo uidetur Propertius lib. 5. dicere:

Et tibi ad effectum uires det Cæſar, & omni
Tempore tam faciles inſinuentur opes.

Hinc apud Ciceronem metaphora tam frequens, Inſinuare ſe in amicitiam, cōſuetudinē, cauſam, familiaritatē, philoſophiā: quo genere dictionis ſignificatur, planè ſe dedere. Aliquando aūt ſignificat occultè, & quaſi per ſinus, aliquò peruenire: cuius nondum euidens exemplum reperi. tametſi genus exordij ſic inſtituti, quale in hac oratione fuit: Inſinuatio dicitur, & ita definitur in libro de Inuentione: Inſinuatio eſt oratio, quadam diſſimulatione & circuitione obſcurè ſubiens auditoris animum. Impudens.) Aliàs imprudēs legitur: ſed Aldus legit impudens, & hæc lectio mihi magis probatur.

Interea.) Secunda ſuſpicio ex factis agrariorū, & circumſtantia temporis, quòd nocturnos & clandeſtinos conuentus agerent. Simili ferè argumento utitur in Catilinam: Si neq; nox tenebris obſcurare cœtus nefarios, neq; priuata domus continere uocem coniurationis poteſt.

Solitudinē.) id eſt, ut remotis arbitris ſoli eſſent. qua metonymia pro Rabirio perduellionis reo uſus eſt: Vnius hominis ſenectus, infirmitas, ſolitudoq; tentata eſt. pro, homo ſenex, infirmus, ſolus. Quibus rebus.) Amplificatio proximæ ſuſpicionis ex adiuncto metu.

Ineunt.) Tertia ſuſpicio ex adiunctis perſonæ, quòd Rullus nouo corporis habitu ſeuerior uideri uellet: ubi Rulli faſtus & arrogantia mirificè ex ſuis adiunctis pingitur. Truculentus.) Trux & truculentus horroris

&

& terroris, qui oculis, uultu & uiſis atq; auditis rebus incutitur, uerba ſunt. Cic. pro Seſtio: Alter, dij boni, quàm teter incedebat, quàm truculentus, quàm terribilis aſpectu! Truculenter autem ſe gerere quid ſit, ſequentia deinde definiunt, alio uultu, alio uocis ſono, &c. Inceſſu.) Incedere propriè eſt ingredi cum pompa & faſtu. ut apud Virgilium,

Aſt ego quæ diuûm incedo regina, Iouiſq;
Et ſoror & coniunx.

Sæpe tamen ingreſsionem quamcunq; cõmuniter ſignificat, quomodo uidetur hic intelligi poſſe. Barba maiore.) Romani 454. annos tonſoribus caruere, ut Varro apud Plinium lib. 7. cap. 59. author eſt. Intonſiq; patres, ut Ouidius loquitur, tamdiu fuere. Hinc Rullus ad illam antiquitatis ſpeciem, quo truculentior eſſet, capillatior, & barba maiore fuit. Tempore autem Ciceronis Romani barbam radebant, comam alebant: unde cicinnos & calamiſtros cicinnatorum & calamiſtratorũ Cicero nonnunquam in orationibus cauillatur. Vim Tribunitiam.) Vis Tribunitia tanta fuit, ut Senatuſconſultum nullum ratum eſſet, niſi Trib. approbaſſent. Conſuli non parebant, quamuis cæteri magiſtratus parêrent, conſulem etiam in carcerem conijcere poterant: qualis ferè poteſtas in Sparta fuit Ephororum, in Creta Coſmorum, ut ex ſecundo Ariſtotelis Politico intelligi poteſt. Legẽ hominis.) Quarta ſuſpicio ex factis Rulli, quòd legem obſcurè pronunciarit, nec initiò legendam propoſuerit. Explicat.) Hic Rullum cauillatur uelut indiſertum, qui legem explicare perſpicuè non potuerit. Obſcuritas autem quantũ ſit in oratione uitium, perſpicuitas uirtus contraria oſtendit: cuius gratia nobis orationem natura dedit, ut ſenſa mentis homines hominibus exponeremus. Ergo ut perſpicuitate oratio munus orationis expromit, ſic obſcuritate perdit & amittit. Vide Quintilianum lib. 8. de obſcuritatis illo magiſtro, qui diſcipulis diceret σκότισον, id eſt, obſcura: ut uidelicet tanto melior, quanto obſcurior eſſet oratio. Vſitatus autem Ciceroni ludus hic eſt in aduerſarios indiſertos, cum eloquentiæ tamen principe decertantes. ut in Piſonem: Pauci tua iſta lutulenta uitia noueramus, pauci tarditatem ingenij, ſtuporem, debilitatemq; linguæ: nunquam erat audita uox in foro, nunquam periculum factum conſilij. Sic in Antonium Philipp. 2. An decertare mecũ uoluit Antonius cõtentione dicendi, &c.

Aliquando.) Proponit igitur cauſas, quibus legem cognouerit. Deſignato.) Tribunatum itaq; prius inierant Tribuni, quàm Cicero Conſulatum. Librarij.) Librarios Romani nominabant, qui libros tranſcriberent, epiſtolas alio dictante exciperent, imò uerò qui dicentibus oratoribus orationes eorum exciperent. Poſſumus hoc nomine noſtros impreſſores appellare, qui ſuis typis, ut illi manibus, libros tanquam deſcribunt: poſſumus pragmaticorũ forenſium miniſtros, qui inſtrumenta deſcribunt, ſic appellare. Martialis uidetur appellare notarios, cum 14. lib. ſic de notario ait:

Currant uerba licet, manus eſt uelocior illis:
Nondum lingua ſuum, dextra peregit opus.

Tantam uerò celeritatem ſcribendi, Cicero in coniuratione Catilinæ, ut Plutarchus ait in uita Catonis Vticenſis, reperit. Omni hoc.) Inſinuatione concluſa, uel etiam propoſitæ narrationis ſuſpicionibus continuata, tandem ſumma futuræ diſſuaſionis ponitur.

Si lex eſſet uobis utilis, defenderem:
At non illud:
Neq; hoc igitur.

Propoſitio teſtificationem ſuperiorem repetit. Non enim.) Prolepſis quædam, ad illuſtrationem propoſitionis ex adiunctis, quòd Conſul & Trib. naturali quodam odio diſsideant: propterea Cicero Cos. Tribuno Rullo non poſsit aſſentiri, quod coniugatis approbatur. Et re uera, ut ait Aeſchylus 8. de repub. Platonis, ἄλλο ἄλλῃ πρὸς πόλιν τεταρμοσμένον, alium alij ciuitati accõmodatum eſſe: ſic Conſulatus magis uidetur ἀριστοκρατικός. & patres hunc magiſtratũ licet cum plebe tandem communicatum, tamen maximè ſibi uendicabant. Tribunatus autem totus erat plebeius: unde, ut ex hiſtoria Rom. conſtat, infinitæ contentiones inter hos magiſtratus extiterunt. Non poteſtatũ.) Solutio prolepſeos. ex diſſimili cauſa diſſenſionis. Itaq;.) Concluditur propoſitio, & teſtificatio iterum repetitur. Manus.) Cum manus poteſtatẽ ſignificat, In mea, tua, ſua manu aliquid eſſe dicimus: aliàs cùm ſignificatio prima eſt, Sumere in manus, habere in manu, eſſe in manu, cum epitheto mea, tua, ſua, obſerua nuncubi Cicero dixerit. Frequenter enim epitheta illa omittit, ut hoc loco, ſumpſi in manus.

Atq; ego.) Aſſumptio: Agraria lex non eſt uobis utilis, quia ſpectat ad tyrannidem. Finis legis eſt. Superiora omnia ad declinandam huius enunciationis offenſionem & inuidiam præceſſerunt. Reges.) Intellige Ro. more, ut ſæpe aliàs Cicero loquitur, pro tyrannis.

Liberorum populorum.) Timocraticorum, aut Democraticorum, intellige, ut aliàs expoſitum. Sic confirmo.) Amplificatio aſſumptionis, ex uarijs diſsimilibus. Confirmo autem in hoc genere, ut paulo antè, Omni ratione cõfirmare poſſum: idem eſt quod affirmo, quod aliquando aſseueratione affirmare Cicero dicit: ut ad Atticum, Omnia tibi aſſeueratione affirmo. Condonari.) Condonare nonnihil à Donare differt: eſt, donare remittendo, concedendo. ut Crimen condonare, pro Milone: ut Pecunias debitoribus condonare, in Offic. Supplicium remittere & condonare, Vatinius ad Ciceronẽ. Et pro Plancio differentia paulò clarior eſt, Datus ille, condonatus ille. Deniq;.) Inuidioſa indignatio in tribunum, ex ipſius definitione. Præſidem.) Præſidere propriè eſt deorum, uel hominũ qui ad opem ferendam præſunt. ſic ſæpe Cicero deos & homines loci præſides inuocat, ut in Verrem pro Sylla: Philipp. 5. Teſtor & uos & populum Ro. & omnes deos, qui huic urbi præſident. Hinc præſes, & præſidium. Quæ cum.) Complexionis loco (Quare agrariam legem nõ probo) hæc præmunitio per dilemma conditionis æquiſsimæ ponitur. Authoritatem.) Authorem ſequi, eſt cõſilij, ſententiæq; ducem & principem ſequi. pro quo, authoritatem alicuius ſequi, per metonymiam dicimus. Libertati.) Conſiderabis ad eripiendos populo ſuos agros, quàm prudenter Cicero charius agris aliquid quæſierit, id eſt libertatem, quæ populo Democratico, quales Ro. propemodum fuere, pro ſummo bono eſt, & antea inter res maximè populares ualde celebrata. Gracchus autem cùm legem agrariam populo ſuaderet, paupertatem populi lamentabatur, ut in argumento dictum eſt, nil habere Italos in Italia præter ignem & aquam, non

lares paternos, non glebam terræ. Primum caput.) Reliqua deinceps ex capitibus legis oratio ad probandam proximi ſyllogiſmi aſſumptionē pertinet, quòd hac lege populi libertas eripitur: primum caput eſt de comitijs ſeptemdecim tribuum, ſorte ductarum, ut decemuir per nouem tribus ſorte ductas fieri poſſet, reliquæ gratia ſuffragationis priuarentur, in quo Cicero queritur libertatis diminutionem. Diminutionem.) Vt libertatis hic diminutio, ſic uectigalium diminutio ſuperiore oratione, & omnium deniq; rerum dici poteſt: idem autem per præpoſitionem dicitur, ut Diminutio de bonis priuatorū, in Offic. & De imperio diminutio, Seruius ad Ciceronem. Septem decem.) Aldus ſic legit: at in actionibus ſeptemdecim, per i, non e, & una dictione, Nos in ſeptemdecim populis Siciliæ. Hic quæro.) Vrget hanc ſuffragationis priuationem, diſsimilibus exemplis ſuperiorum temporum. Curatores.) Vt curare quiduis, ſic cuiuslibet rei curatores dicimus: ut curator uiæ Flaminiæ, ad Att. Curatores urbis & annonæ, 3. Legum: Curator muris reficiēdis Demoſthenes, in Optimo genere oratorum: & mox Curationes, ita Cicero dicet. Triumuiri autem lege Tiberij fuerunt, Tiberius ipſe legis author, Appius Claudius ſocer, C. Gracchus frater. Caij uerò lege Caius, item Fuluius Flaccus & Papyrius Carbo. Horum autem Agrariorum curatorum in diuidendis agris & colonijs deducendis munus fuit, non ſolum agros diuidere, ſed urbes deſignare & diſtinguere, reip. ſpeciē præſcribere. Vide Pomponium. Triginta quinq;.) Varro putat tres initio tribus Romæ fuiſſe, & ſingulis in decem partes diuiſis, triginta curias fuiſſe. Liuius paulo ſecus id docet. Par aūt eſt cum populi Rom. magnitudine, cum tot urbium populi, de quibus Liuius, Romā traducti ſunt, numerū quoq; tribuum creuiſſe, & tandem trigintaquinq; tribus conſtitiſſe. Etenim.) Argumentatur à genere. Omnes curationes creari debent ab uniuerſo populo: ergo & decemuiratus. Collatio maiorū (cum & tum) incluſa eſt. In quo.) Ratio propoſitionis ex fine, ut populus ſibi prouideat, & gratiam ineat. Studeo.) Hic item ut antea, pro fauore in comitijs. Viam.) Talis oratione ſuperiore allegoria fuit: Videte quoad iter fecerit apertius, quàm antea.

Hoc tribuno ple.) Pro cōplexione (Quare Decemuiratus ab uniuerſo populo creandus) contrariū ponitur, nō rectè populū ſuffragijs priuari. Sortis.) Rullus enim ſortitionē ſeptemdecim tribuū hac lege ſanciebat, ut educeret quas uellet, ut erit proxima pagina.

Vſurpandū.) Vſurpare, frequenter uti: uſurpatum à doctiſs. id eſt, apud doctiſs. uſitatū: &, Crebrò uſurpare, pro Milone: et, Crebris ſermonib. uſurpare, pro Marcello, id eſt, ſi ſic loqui liceat, uſitare. Vſurpare aūt aliquando eſt, quod uulgus dicit capere poſſeſsionē. ſic Liuius ait: E' plebe unum creatū tribunū militū iuris uſurpandi cauſa. Et hic uſurpare libertatē, uide num Cicero dicat retinere, & eius poſſeſsionē continuare, & continenter ſeruare, ſicut poſtea dicetur Vſurpationem uetuſtatis. Idem inquit.) Hoc alterū caput ſuperioris explicatio ex ſimili exemplo fuit, ut Decēuiri more pontificis maximi crearentur per ſeptemdecim tribus. Cicero ſimile exemplum negat, & pontificiorū comitiorum cauſam prius explicat. Pontificis.) Qui princeps ſacerdotū ſub Numa fuit, poſtea Pontifex maximus dictus eſt, uel à ponte ſublicio, uel à poſſe & facere. Hoc autem ſacerdotiū primò cum regia dignitate coniunctū fuit, rexq; idem erat & ſacerdos, belliq; et templis præerat. Plato ait in Regno, regē in Aegypto nullū eſſe, niſi ſacerdotē, cuiuſmodi exempla quædam uetuſtatis ſunt apud Virgilium: —Rex idem hominū, Phœbiq; ſacerdos. Item: Rex idem, & regi Turno gratiſſimus augur. Et poſtea imperatores ut regia quadam ſanctitate ſacratiores eſſent, pontificatū maximum tenuere: ut Iulius & Auguſtus. Amplitudinē.) Hoc magiſtratu religiones omnes continebantur, quæ maxima pars eſt reip. Itē faſtorū & dierū, quibus ageretur cum populo, ratio. Primus enim Cn. Flauius hanc ſcientiam pontificibus eripuit, & actiones expoſuit, ut ſignificat Cicero primo de Oratore. Amplitudo aūt quanta poteſtatis huius fuerit, contentiones declarant: Patres populo tribunatū condonauere, Conſulatum cōmunicauere. Poſtrema contentio fuit de pontificatu, quē Patricij retinebant: tandē etiam de plebe facti, ut Tribuni & Conſules, ita ſacerdotes & pontifices, de quo uide Liuiū lib. 10. & tamē uſq; ad Domitiū pontifices ipſi cooptandi ius habebant, nec populus eligebat. Conatus eſt L. Craſſus (ut eſt in Lælio Ciceronis) ad populum electionē ſacerdotiorū transferre: ſed Lælius contrà obtinuit. Atq; hoc.) Confirmatur expoſita cauſa Domitij, legis authoritate. Cn. autē Domitius Aenobarbus Trib. pontificibus offenſior, quòd alium quàm ſe in patris ſui locū cooptaſſent, ius ſubrogandorū ſacerdotū à collegijs ad populū tranſtulit, ut Suetonius in Nerone. Idem ferè Paterculus 2. lib. Cicero hic apertius. Meminit etiā Cicero 5. epiſtola ad Brutum legis Domitiæ, qua liceret abſenti ſacerdotiū petere, & Mariū, cum eſſet in Cappadocia, hac lege augurē factū eſſe. Vt minor pars.) Hæc minor pars fuit ſeptemdecim tribuū. Felix autē apud Gelliū lib. 15. c. 27. putat, cum non uniuerſus populus, ſed eius aliqua pars uocatur, conſilium, non comitia edici. Cooptaretur.) Cooptare, eſt ſimul optare, id eſt ſimul eligere. ut hic factus ſacerdos à ſeptemdecim tribubus, & creatus à reliquis ſacerdotibus in ſuum collegiū, & eundem ordinē cooptabatur, id eſt, ſimul eligebatur: ſic augur ab auguribus cooptatur, ſenator à ſenatoribus. & à Cicerone in Amicitia cooptatio collegiorū dicitur, ut hic à collegio cooptaretur, quaſi proprium ſit à collegis collegas cooptari. Tu conſiderabis igitur, an populus Latinè dicatur cooptare, ut eligere, facere, creare. Videte.) Oſtenditur iam collatis partibus differentia & diſsimilitudo propoſiti exempli, atq; interim magna inuidia Rullo cōparatur. Nobiliſsimū.) L. Domitius Cæſaris acerrimus inimicus, de quo Cæſar primo bellorū ciuiliū, & Cicero 2. Philip. gentilis huius Domitij fuit. Nobilem.) Locus uidetur eſſe in faſtū hominis noui, nobilitatē mentientis. Quinta tamen Philippica in Romanæ nobilitatis uetuſtate Cicero Rullos numerat: & Plin. lib. 8. c. 51. Solidum aprū Romanorū primus appoſuit P. Seruilius Rullus, pater eius Rulli, qui Ciceronis Conſulatu legem Agrariā promulgauit. Sed Plinij locus luxū hominis magis, quàm nobilitatē oſtendit. & hic Rullus potuit eſſe non ex illa ueterū Rullorū familia: aut potius Cicero arrogantiam hominis, licet nobilis, tamen impudenter nobilitatē ſuam iactantis, indicat. Hic quod.) Aetapodoſis diſsimilitudinis. E' manibus extor.) Videtur à gla-

diatoribus eſſe metaphora, quæ pro Milone & in Catilinam notior. Extorta eſt cõfitenti ſica de manibus, pro Milone. Quoties iam tibi extorta eſt ſica de manibus, prima Catil. Illc.) Repetitur eadem diſsimilitudo mutatis uerbis. Quæret quiſpiam.) Prolepſis ad detegendas primi capitis inſidias, quòd Rullus omnia pro libidine facturus legem ferret, comitia habebit, denunciabit, quos uolet ſortietur, et educet tribus quas uolet, ſeipſum Decemuirum faciet. Atq; animaduertes duos fines antea propoſitos eripi, ut nec uniuerſus populus cõmodũ ſibi curatorẽ deligat, nec ſtudioſorũ gratiã ineat. Hoc dicam.) Definitioni Rulli nomen ueluti clarior ſuperiore definitio ſubijcitur, quæ tamen eſt enthymematis cõplexio. Qui tulerit legẽ, comitia habebit: Ergo Rullus habebit: is enim tulerit. Nondum.) Præterit hoc crimen, & attentionẽ petit ad propoſitas inſidias exponẽdum.

Denunciare.) Verbi huius ſignificatio ex comitiali conſuetudine ſumenda eſt, ut qui comitia haberet, proponeret populo, & gratiæ cauſa cõmendaret quos fieri uellet. ut denunciare hic ſit, proponere populo, & nominare certos & notos ciues, quos Rullus ad Decemuiratum populo cõmendaret. Felix.) Hæc εἰρωνεία εἰρωνομὲν cõtinet, quaſi fortè fortuna, non fraude aliqua, ex urna tribuum nomina ſint exitura, quæ Rullus uolet. Felix aũt fortunæ et caſus nomẽ eſt: & bene fortunatum ſignificat, etiãſi improbiſsimus & nequiſsimus. ut Sylla: quamuis triũ ingentiũ uitiorũ, auaritiæ, luxuriæ, crudelitatis magiſter, tamẽ Felix cognominatus eſt. Et Cicero pro Sylla, Caſu magis & felicitate, quàm uirtute & conſilio dixit, caſumq; & felicitatẽ uirtuti & conſilio oppoſuit. Sine diphthongo ſcribendũ Plutarchus indicat, cùm Græcè φῆλιξ per η ſcribat. Educet.) Intellige ex urna, unde nomina educebantur. ad quẽ Romanum morẽ Virg 6. Aeneid. alluſit: Nec uerò hæc ſine ſorte datæ, ſine iudice ſedes, Quæſitor Minos urnam mouet, ille ſilentum Conciliumq; uocat, uitasq; & crimina diſcit. Sortẽ uerò in Democratica (qualis ferè tum Romæ fuit in populo) Plato uſitatam eſſe dicit, & Ariſtoteles in Politicis frequenter uſurpauit. Atqui.) Indicat alterũ de finibus populũ comitiorũ gratia priuari, ad perpaucos eam peruenturã eſſe. Primùm 18. tribus tollentur, deinde octo: poſtremò de nouem reliquis certi & noti homines nonnihil fortaſsis obtinebunt.

Quos tandem.) Expoſita ſumma fraudis, reprehenditur Rullus, quòd ſeipſum Decemuirũ facturus ſit. & legũ authoritas opponitur. Conſulares.) Intellige ex primis temporibus. quia poſt reges expulſos Ro. Conſules populo leges quaſi more regũ deſcribebant. nec tribunus patricios aduocare, neq; ad eos referre de re ulla poterat. Ita ne leges quidẽ propriè, ſed plebiſcita dicebantur, quæ tribunis pleb. ferentibus accepta erant, nec his rogationibus patricij tenebãtur. Primus Terentillus tribunus plebis promulgauit, ut quod ius populus dediſſet, eo Cõſules tenerentur: quod tamẽ non obtinuit. Vide in argumento. Tandem Q. Hortenſius dictator eam legem tulit, ut eo iure quod plebs ſtatuiſſet, omnes Quirites tenerentur. de quo uide Dionyſium, & Gelliũ lib. 15. cap. 27. Vel intellige Conſulares, latas à Conſule populo quidẽ iubente, ſed tamẽ ſeducto: & ideo non tam populares, quàm ſi Tribunus tuliſſet, quia Conſulatus patrum & Tribunatus plebis ſectam magis ſequeretur. Licinia.) Gellius Liciniæ cuiuſdam legis meminit de ſumptibus, & Ebutiæ de actionibus. ſed ad hunc locum nil hæ leges attinẽt. Pro domo ſua propria mentio eſt huius Liciniæ: Præterquã quòd ne id quidẽ per legẽ Liciniã, ut ipſe tibi curationẽ ferres, facere potuiſti. Et iterũ 13. ad Atticũ, quamuis nominatim legẽ non appellat, tamen ad eam alludit: Atq; hoc etiã accepi, non ſolitos maiores noſtros legere in decẽ qui eſſent imperatorũ neceſſarij, & nos ignari pulcherrimorũ inſtitutorũ tunc negligentes potius in Lucullũ & L. Murenã, & cæteros ad Lucullum miſimus. Videntur aũt hæ Tribunitiæ leges ex Solonis lege deductæ. Solon enim cauit, ne is fieret curator, ad quẽ poſt pupillorũ obitũ hæreditas perueniret, ut Laertius ait in Solonis uita. Quod autẽ hic in Rullo Cicero reprehendit, ambo Gracchi fecere, & ſuæ legis curatores fuere: ſed referente Scipione per Senatum, id tum damnatũ eſt, miſſusq; Turdianus Cos. qui iudex diuiſoribus eſſet. Vide Appianũ 1 lib. Etenim.) Diſputat ex adiũctis: Si populo cõſuleres, remoueres te à ſuſpicione: Non te remoues à ſuſpicione: Non igitur populo conſulis. Propoſitio repugnantibus & diſsimilibus exornatur. Nam hoc.) Sententia aſſumptionis, At te non remoues à ſuſpicione: quæ probatur longa ſuperiorũ Rulli factorũ repetitione. Comitijs præſ.) Videtur hoc loco idem eſſe habere comitia, & comitijs præeſſe. Nam ſuperius illud (habebit comitia) nunc repetitur. Nullo cuſtode.) Hic locus indicat, ſortienti tribus cuſtodes adiungi ſolitos, à quibus obſeruaretur: Rullo aũt neminẽ affuturum. Renunciauit.) Vt facere, deſignare, creare, deligere, ſic renunciare comitiale uerbũ eſt: & uidetur propriũ eſſe præconis, qui tribus ſuæ ſuffragijs hunc uel illũ renunciat à tribu ſua delectum. Singulæ enim tribus ſuos præcones habebant, per quos ſtudia ſua renunciabant. neq; ſingulæ uoces præconum, ſunt initiò. & pro lege Manilia ſic Cicero loquitur: Nã cùm propter comitiorum dilationẽ ter prætor primus renunciatus, &c. Vix.) Pro cõplexione, Quare populo non conſulis, hæc indignatio ex collatione minorum additur. Optimæ leges.) Commoratur in aſſumptionis probatione, cõmutatis uerbis, ut ſuſpiciõis acerbitatẽ augeat. Aſcriptores.) Aſcriptor uidetur idem eſſe quod ſubſcriptor, id eſt cauſidicus, qui adiuuare cauſam poterat. & hæc à Cicerone coniunguntur, Venalis aſcriptor & ſubſcriptor, pro Domo ſua: Defenſor & aſcriptor, Poſt reditũ: & ibidẽ, Author & aſcriptor.

Præſcriptione.) Præſcribere interdum idem eſt quod inſcribere. ut apud Virg. —nec Phœbo gratior ulla,
Quàm ſibi quæ Vari præſcripſit pagina nomen.
Hinc præſcriptio legis, id eſt inſcriptio, titulus: ut Seruilia lex ab authore Seruilio diceretur, ſicut Licinia, Ebullis. Hinc apud Cæſarẽ metaphora pro ſimulatione: Vt honeſta præſcriptione rem turpiſsimam tegerent.

At uidete.) Additur ſuperioribus grauior ſuſpicio, quòd Pompeius Decẽuiratu excludatur, & ideo libertas populo tollatur. Syllogiſmus ſic eſt: Si libertas nobis relinqueretur, Pompeius eligeretur: Sed eligi non poteſt: Propterea nobis libertas nulla relinquitur.

Viderunt.) Videtur hoc loco propoſitio futuræ reprehenſionis deeſſe. Solet enim Cicero proponere, quid confirmare uel infirmare uelit. Principem.) Princeps pro primo aliquãdo ſumitur. ut 2. Oratorio: Nãq;

&

& Herodotū illū qui princeps hoc genus ornauit. Et apertius 7. Actione: Vt quiſq; in fuga poſtremus, ita periculo princeps. Etenim) Ratio propoſitionis à maiori. Delectus eſt Pompeius omnium gentiū bellis imperator: Ergo Decemuir deligeretur. Pompeius aūt in Africa cōtra Domitiū, in Hiſpania cōtra Sertoriū, toto mari mediterraneo contra piratas, & in Aſia contra Mithridatē Imperator delectus fuerat. Itaq;) Sententia aſſumptionis: Sed legis exceptione eius electio impeditur. Hic exceptionis legitimæ cauſas Cicero remouet. Aetas enim legibus erat definita, & quędam poteſtates duæ ſimul geri non poterant: & reus, niſi prius abſolutus, creari non poterat. Profiteri.) Profiteri uidetur hoc loco eſſe comitiale uerbū, ut idem ſit quod profiteri nomen inter candidatos, & petitores Decemuiratus, quomodo Liuius ſexto belli Punici loquitur: Primò expectauerunt, ut qui ſe tanto imperio dignos crederent, nomina profiterentur. Quod nulla.) Remouet hic talis exceptionis exemplū, ut antè iam cauſas remouerat.

Quorum certus.) Ordinarius & ordinariè Nizolius, ut non Ciceroniana, notauit, & uidetur hac periphraſi Cicero nomen hoc refugiſſe: tamen Extraordinarij uocabulo ſæpe utitur, extraordinariū munus, imperiū, honorē, reū: & pecuniā extraordinariā, petitionem, poteſtatē, cupiditatē. quod etiā extra ordinē ſæpe dicit: ut, Extra ordinē bella cōmittere, prouincias dare.

Timebat.) Exceptionis eſt finis. Hic quoniam.) Hic plauſu uel clamore aliquo, populi cōſenſio ſignificata eſt. Itaq; iam inflammatū populū Cicero uehementius incendit: & libertatē, quod iam toties uſurpatū eſt, & quæ hic etiā propria complexio eſt, uiolari concludit.

An uos aliter.) Cōmoratur in ſuperiore ſyllogiſmo, ſed ordinē partiū inuertit. Aſſumptionis ſententia præcedit de exceptione, & eius fine. Viderunt.) Sententia propoſitionis: Si libertas eſſet, Pompeius eligeretur. Eſt autē nonnihil in antecedente immutata. Et hoc.) Pro cōplexione (Quare libertas eripitur) ponitur contrariū, id eſt, dominationē quæri. & idem argumentum tertio loco repetitur. Cognoſcite.) Attentio ad tertiū caput, quo per legē Curiatā Decemuiratus crearetur: quod ut nouū exemplū, & contra legum authoritatem reprehēditur. Ac quoniam incidimus in grauem & obſcurum locum, is propterea diligentius & accuratius explicādus eſt. Dicamus igitur quæ & quot comitia Romæ fuerunt, qui magiſtratus his fierent, & quomodo comitia geminata ſint. Comitia, ut ex Gellio, & hac Ciceronis diſputatione diligenter animaduertenti perſpicuū eſſe poteſt, calata aut tributa Romæ fuerunt. Calata uerò ſuſpicor eſſe dicta (nihil enim certi comperi) quòd à patricio aliquo magiſtratu, qui ius haberet uniuerſi populi calandi, id eſt uocandi, indicerentur. Tribuni enim, quorū tributa comitia erant, licet prehenſionē haberēt, uocationē tamen non habebant, ut Varro & Capito apud Gelliū lib. 13. cap. 12. authores ſunt. Calata itaq; centuriata fuerunt, aut curiata. Centuriata fiebant, populo per cornicinē cōuocato: & centuriatim, id eſt, per centenas turmas, ex cenſu & ætate diuiſo, ut Gell. lib. 15. cap. 27. et Cicero tertio Legū indicat, cùm explicat legē illam duodecim tabularū, De capite ciuis niſi per maximum comitiū, olloſq́; quos Cenſores in partibus populi locaßint, ne ferunto. Cùm inquam Cicero legē illam explicat, ait, Cùm legis hæc uis ſit, ſcitū & iuſſum in omnes ferri de ſingulis, niſi centuriatis comitijs uoluerunt. Deſcriptus enim populus cenſu, ordinibus, ætatibus, plus adhibet in ſuffragiū conſilij, quàm fuſe in tribus conuocatus. De his comitijs Cicero in oratione poſt reditum, de Lentulo: Quo die nos comitijs Centuriatis, quæ maximè maiores iuſta dici haberiq; uoluerunt, arceſſunt in patriam, ut eædem centuriæ, quæ me Conſulē fecerant, Conſulatū meū cōprobarent. Et pro Milone, Illa auguſta centuriarū auſpicia, dicit. Ergo centuriata comitia, teſtimonio Ciceronis, maxima erant omnium, iuſtißima & auguſtißima. Hoc idem uidetur Liuius primo libro poſt populi claſſes à Seruio deſcriptas dicere. Deinde, ait, eſt honos additus: non ut ab Romulo traditū cæteri ſeruauerant reges, uiritim ſuffragiū eadem ui, eodemq́; iure promiſcuè omnibus datū eſt: ſed gradus facti, ut neque excluſus quiſquā ſuffragio uideretur, & uis omnis penes primores ciuitatis eſſet. Equites enim uocabantur primi, octoginta inde primæ claßis centuriæ: primū peditū uocabantur. ibi ſi uariaret, quod raro incidebat, ut ſecundæ claßis uocarentur: nec ferè unquā infrà ita deſcenderent, ut ad infimos peruenirent. Hæc Liuius: ubi docet, ſuo tempore duplicato poſt Seruiū regē tribuum numero, non omnino eandem centuriatorū comitiorum rationē ſeruatā eſſe. Hæc autē comitia fiebant in campo Martio, extra urbē: & ne quid interea ciuibus occupatis turbaretur, exercitus in armis erat, ut Gellius eodem illo 27. cap. lib. 15. Primū igitur calatorū comitiorū genus eiuſmodi fuit: ſecundū ſequitur. Curiata comitia fiebant populo per lictorē cōuocato, & curiatim, id eſt tributim diuiſo, & in his ex generibus omniū ſuffragia ferebantur, nulla uel cenſus uel ætatis habita ratione: ut ex Gellij & Ciceronis iam propoſitis locis intelligitur. Gellius enim per lictorē ait populū cōuocari, & ex generibus omniū ibi ſuffragia ferri. & Cicero minus conſilij ſignificat hic eſſe, populo fuſe in tribus cōuocato. & illud eſt quod Liuius indicat, uiritim ſuffragiū eadē ui, eodēq́; iure promiſcuè omnibus datū. Hæc itaq; duo calatorū comitiorū genera ſunt. Tributa reliqua ſunt, quæ ex regionibus & locis fiebant, ut Gellius lib. 15. cap. 27. quibus plebeij tantū intererant, nō patres patrumue clientes ac liberti, ſicuti Liuius prima Decade docet, in Voleronis tribuni lege: & attigimus in argumēto. Quare ſic appellata ſint, nullā cauſam reperi, nec quomodo indicerentur, & populo ſignificarentur. Satis tamen cōſtat, comitia tributa cōuentus publicos fuiſſe, & in comitio celebrari ſolitos: ut cōſtat ex comitijs tribunitijs, quæ tributa erant, ut mox dicetur. Plutarchus enim ait: Cùm Gracchus tribunus factus eſt, turbā ſuffragantiū comitio capi nō potuiſſe, & ex tegulis ſuffragia data eſſe. Vt autē facilius intelligamus curiatorū & tributorū differentiā, in curiatis ciues ſecundū curias & tribus 35. diuidebātur: neq; regionibus & locis, ſed alio genere diſtinguebantur, cùm unius & eiuſdē tribus ciues in diuerſis regionibus liceret habitare. In tributis uerò ſecundū regionē & locū ubi habitarent, diſtinguebantur, ut ſi uiæ inſignes duodecim & regiones Romæ fuiſſent, ciues in comitijs in duodecim partes ſinguli ſecundum ſuā regionem diuiſi, ſuffragia ſua ferrēt. Atq; hæc comitiorū calatorū & tributorū definitio eſt. Secūdò dicendū eſt, qui quibus comitijs crearentur. Comitijs centuriatis maio-

res magiſtratus Cenſores, Cõſules, Prætores tributis, uel potius curiatis minores fieri ſolitos, Gellius ait lib. 13. cap. 14. Quod perpetuò non eſſe ſeruatũ, Cicero hic author eſt, cùm ait: Centuriata lex Cenſoribus ferebatur, cùm Curiata cæteris patricijs magiſtratibus. Attamẽ poſtea omnes patricios magiſtratus centuriatis comitijs, ut plebeios tributis factos eſſe, in hac diſputatione demonſtrat, cùm ait: Nunc quia prima illa comitia tenetis, centuriata & tributa, curiata tantum auſpiciorũ cauſa remanſerunt. Ergo tempore Ciceronis, omnes patricij magiſtratus comitijs centuriatis fiebant, tribntis plebeij. Liuius aũt [illegible] lib. non idem omnino ſentit. Comitia curiata, quæ rem militarem cõtinent: Comitia centuriata, quibus Cõſules tribunosq; militares creatis, ubi auſpicatò, niſi ubi adſolet, fieri poſſunt? Ergo rationẽ comitiorũ temporibus uariatã intelligimus. Supereſt ut de cõiunctione comitiorũ dicamus. Magiſtratus omnes Ro. binis fiebant comitijs. Prima comitia centuriata erant, aut tributa: ſecunda curiata. Quod Cicero hic planè cõfirmat, cũ ait: Maiores de omnibus magiſtratibus bis uos ſentẽtiam ferre uoluerunt. Nam Cenſoribus centuriata lex ferebatnr, cũ curiata patricijs magiſtratibus: tum iterum de eiſdẽ iudicabatur, ut eſſet reprehẽdendi poteſtas, ſi populum beneficij ſui pœniteret. Nunc quia prima illa comitia tenetis, centuriata & tributa, curiata tantũ auſpiciorũ cauſa remanſerunt. Quod etiã manifeſtius ſuperiore loco Cicero docet, cùm ait: Iam hoc inauditũ, & planè nouo more, uti curiata lege magiſtratus detur, cui nullis antè comitijs ſit datus. Qnare ex his Ciceronis teſtimonijs apparet, curiata comitia tempore Ciceronis ſecunda comitia fuiſſe primis cẽturiatis aut tributis probãdis uel improbandis adhiberi ſolita, quaſi prima humana fuiſſent, ſecũda hæc diuina. Nã curiata auſpiciorũ tantũ cauſa remanſerant, ut hic ait Cicero: & pontificibus arbitris præbebãtur, ut Gell. lib. 5. c. 19. Nec his comitijs tota plebs intererat, ſed ſeptẽdecim tantũ tribus: nec ea ſinebãt, ut Cicero hic ait. Atq; horũ cõiunctorũ comitiorum ſpecies quædã à regio dominatu uidetur ad liberũ populum perueniſſe. Numa factus eſt una centuriarũ omniũ uoce rex. Regnũ tamẽ nõ antè ſuſcepit, quàm dij captatis auſpicijs addixiſſent: Curiataq; lex tẽpore Ciceronis uidetur centuriatæ & tributæ tanquã auſpex & iudex fuiſſe. Curiata lege.) Curiatã legẽ ſignificat, curiatis comitijs latã: quomodo paulo pòſt loquitur, Centuriata lex Cenſorib. ferebatur. Prætore qui ſit.) Octo Prætores urbani tum fuere, nt ex oratione in Piſonẽ poteſt intelligi. Oblitus eſt.) Repugnantiã quandã hic arguit, quod primo capite per nouẽ tribus Decẽuiros Rullus faceret, tertio uideatur per uniuerſam plebem facere.

Cõſtringit.) Talis metaphora in ſuperiore oratione fuit: Omnibus uinclis deuinctam & cõſtrictã teneretis.

Atq; hic.) Exaggeratur indignitas huius creationis, per diſſimilitudinẽ. Maiores bina comitia populo dederunt, Rullns omnia ſuſtulit. ἐπίτασις diuiſione comitiorũ declaratur. Patricijs.) Patricij magiſtratus fuere, Cenſura, Cõſulatus, Prætura, Aedilitas. Hos enim magiſtratus quondã ſoli patricij tenuerunt, poſtea cũ plebe fuerunt cõmunes. Vt eſſet.) Ratio ſecnndorũ comitiorum ad priorũ comitiorũ correctionẽ, ſi qnid eſſet illic offenſum. Anſpiciorũ.) Auſpicia & ſacra quædã ſolennia comitijs, ſicut omnibus gerendis rebus adhibebantur, eaq; maiora erant, & minora: illa maioribus magiſtratibus, hæc minoribus adhibebãtur. Hic autẽ.) Antapodoſis diſſimilitudinis, ubi finis huius cõmenti ponitur. Quæ non ſinitis.) Nam pontificibus arbitris ea præbebãtur, ut Gellius ait lib. 5. c. 19. uel quia plebs non uniuerſa aduocatur, ſed eius pars minor. & Sinitis hoc loco notandum eſt, id eſt iubetis. Ita cum.) Cõcluſio diſſimilitudinis. Sed uidete) Locus attentionis, ad clarius exponendum cõmenti Rulliani finẽ, de curiata lege per Prætorem. Sine Curiata.) Quia Curiata lex (ut iam dictũ eſt) auſpiciũ quoddã erat, & diuina quædam approbatio humanæ legis, quæ prioribus comitijs eſſet lata. & mox repetetur idẽ: Videt ſine lege curiata nihil agi per Decemuiros poſſe. Id uerò ex augurũ & pontificũ (quibus arbitris hæc ſecũdaria comitia præbebantur) authoritate intelligendũ eſt, ſine qua nil per magiſtratus geſtũ poterat probari, ut 2. Legũ Cicero author eſt. Abſurdè.) Reprehenſio ex circũſtantia perſonarum. Tribunns enim Prætori maiori & patricio magiſtratui, & collegæ conſulis non poterat imperare. Vt aut luſiſſe.) Notat ex re tam cõfuſa Rulli ſtultitiam, aut fraudẽ hic ſubeſſe. Spectaſſe.) Spectandi nerbũ ad finem plerunq; pertinet. ut Officiorũ ſecundo: Iuuenes magna ſpectare, & ad ea rectis ſtudijs contendere debent. Itaq; hic ſpectaſſe, eſt propoſitũ habuiſſe. Peruerſum.) id eſt, præpoſterũ, quomodo pro Cluentio dixit: Itaque ut erat ſemper præpoſterus atq; peruerſus. Verùm.) Tranſitio ad quartũ caput, quo Decemuiri etiã ſine curiata lege creabantur, ex quo tertium caput reprehenditur: Si nullis comitijs magiſtratus fieri poteſt, lege Curiata nil eſt opus: At primum conſtat è quarto capite: Conſtet igitur ſecundum. Aſſumptio præcedit. Attendite.) Locus attentionis, per irriſionem illis ſimilem. At uidete hominis diligentiam, At nidete quàm diligenter. Si hoc fieri.) Propoſitio ſyllogiſmi aucta repugnantibus, quòd liberrima ciuitas ſit ſine comitijs. Conſiderabis autem, quoties iam nomen libertatis hic uſurpatum ſit. Quoniam quarto.) Ratio propoſitionis, ex præſentis capitis teſtimonio. Reges.) Pro cõplexione propria, Quare curiata lege nil opus eſt, generalis uniuerſæ diſſuaſionis complexio ponitur, iam toties iterata. At nidete.) Arripitur ex ſuperiore diſputatione diminutio tribunitiæ poteſtatis, & diſſimilium collatione exaggeratur: Tribunitia interceſſio curiatam legem ſuſtulit, Hic tribunus curiata lege Tribunitiam interceſſionem tollit. Qnerimur.) Poteſtatis tribunitiæ magna uis fuit, Nulli magiſtratui alij parêre, omnibus intercedere, Senatuſcõſulta probare uel improbare, prehendere, & in carcerẽ uel Coſſ. cõijcere. Quinquennium ante Tiberij Gracchi tribnnatum, D. Brutum & P. Scipionem Coſſ. quos & quantos uiros homo omnium infimus & ſordidiſſimus Trib. pleb. C. Curiatius in uincula coniecit, quod antè factnm non erat, ait Quintus frater tertio Legum. Hanc tantam poteſtatem Sylla imminuit, Pompeius reſtituit. & Cicero, licet ab ea uexatus iniquiſſ mè, tamẽ retinuit in Legibus, cùm ait: Plebes quos pro ſe contra uim, auxilij ergò decem creaſſit, Tribuni eius ſunto: Quodq; ij prohibeſſint, ratum eſto, ſanctiq; ſunto, ne'ue plebẽ orbam Tribunis relinquito. Hæ Ciceronis ſunt de Tribnnatu leges, & in earũ interpretatione confitetur, in hoc magiſtratu mala quidem

quidem eſſe, ſed bona etiam magna, quia conceſſa plebi, à patribus iſta poteſtate, arma ceciderunt, reſtincta ſeditio eſt. Inuentũ eſt temperamentũ, quo tenuiores cum principibus æquari ſe putarint, in quo uno fuit ciuitatis ſalus: & ideo tribunus appellatur cuſtos, præſes, defenſor & propugnator Romanæ libertatis. Exiſtimamus.) Abſolutè ſic dicitur in Oratore: Orationis ſubtilitas imitabilis illa quidem uidetur eſſe exiſtimanti, ſed nihil eſt experienti minus. Exiſtimare igitur pro conſiderare hic ſumitur. Hic tribunuſpleb.) Antapodoſis eſt diſsimilitudinis, exaggerata coniugatis & maioribus. Huic.) Antapodoſis minorum, ad illa maiora quæ præceſſerunt. Vt non intelligam.) Cõcluditur reprehenſio de imitatione tribunatus. Sint igitur.) Hactenus diſputatum eſt de fine legis agrariæ, quòd tyrannidem & dominationẽ decem tyrannorũ tantummodo ſpectarit, idq́; ex quatuor legis ipſius capitibus accuratè diſceptatũ, quòd per minorem partem populi, Decemuiri crearentur, in quo libertas populo eripitur: quod more pontificis maximi: totum uerò contrà eſt. Nam pontificis electio, quæ per religionẽ, populi non erat, quodammodo comitijs illis ad populum translata eſt: hic uerò quod populi ſemper fuit, populo extorquetur, & Pompeius indigniſsimè excluditur, & Rullus pro libidine omnia conſtituit. quòd curiata lege, quæ tamen ſecundaria eſt: quòd ſine curiata lege, quod planè peruerſum aut inſidioſum eſt. his inquam capitibus finis agrariæ diſceptatus eſt, libertatem tolli, dominationẽ conſtitui: deinceps ad finem eundem confirmandum, tyrannidis forma quædam oſtenditur, & ſuperiorum inuidioſa permiſsio præponitur. Vſurpationem.) Vt antea dixit, ad uſurpandam libertatem, ita nunc ad uſurpationem uetuſtatis ait: quaſi diceret, ad continuandam poſſeſsionem iuris antiqui, & conſuetudinis antiquæ. Per xxx.) Si lectio uera eſt, ſuſpicio fuerit à Romulo uetuſtatẽ hanc profectam eſſe, qui populum in triginta curias diuiſit, quibus ſingulis lictores in comitio adfuerunt. Expulſis autem regibus, non tam regnum, quàm regni nomen mutatum eſt. Conſules imperiũ planè regium legibus & rationibus ſubiectum, & tempore definitũ, inſigniaq́; regia & auſpicia & ſacra retinuerunt. Videte.) Attentionis locus ex collatione maiorum. Nos Coſs. tot ornamentis affecti non ſumus. Iubet.) Argumentum tyrannicæ formæ colligitur ex uarijs adiunctis, pullarijs, apparitoribus, &c. Quod ita reprehenditur: Quod diſsimiliũ ratione factum ſit, eodem iure non debet eſſe: At Gracchorum & Rulli diuiſores diſsimillima ratione ſunt facti: Eodem itaq; iure non debent eſſe.

Aſſumptio præcedit, diſsimilitudine legis Semproniæ & Seruiliæ: quia illa per 35. tribus lata ſit, hæc per ſeptemdecim feratur. Pullarios.) Reip. Romanæ pars maxima diuinatione continebatur, id eſt, uoluntatis diuinæ conſideratione & cognitione, quæ uidelicet res futuras denunciaret. Itaq; diuinatio & artificioſa in coniecturis ſortium, ominum, in obſeruatione aſtrorum, fulgurum, extorum, auium, ut pullorum: unde pullarij, qui huic diuinationi præerant, & naturalis in furore mentis & inſomnij. Notabis autem hic auſpicem pullarum, ueluti religionis magiſtrum in comitatu magiſtratus primo loco eſſe. Tres uiri.) Notabis hic tres uiros ſeparatim dici, qui coniuncto uerbo dicti ſunt antea triumuiri. Et cùm tu.) Propoſitio ſyllogiſmi, diſsimilitudinis maximam, quæ uulgò dicitur, in ſcholis complexa.

Dat præterea.) Digreſsiuncula eſt. De hac enim poteſtate non erat propoſitum, & mox ſeparatim: tametſi à tyranni ſpecie hoc etiam argumentum non alienũ eſt.

Prætoriam.) Prætoris poteſtas magna fuit, ius nouum condere, uetus abrogare. Hinc illud Ouidij:

Verbaq́; honoratus libera prætor habet.

Ornamẽta & inſignia Prætoris fuere, ſex lictores, quãuis Paulus Aemilius duodecim habuiſſe dicitur: ſella curulis, trabea candida, equi albi, niueiq; ad fræna Quirites, ut Iuuenalis ait. Poteſtas tamen hæc annua fuit.

Sempiterna.) Romæ nullus poſt expulſos reges perpetuus ciuilis magiſtratus fuit. Augures quidem perpetui fuere. At Conſules tribuniq́;, & cæteri ciuiles, quorum certus eſſet ordo, annui. Extraordinarij aliquando breuiores, ut Dictatura ſemeſtris: aliquando diuturniores, ut hic Decemuiri in quinquenniũ: & Cæſar id temporis imperium in Gallias primò obtinuit de diuturnitate magiſtratuũ. Ariſtoteles quærit in Politicis, & reprehẽdit Platonem, quòd in rep. magiſtratus perpetuos facere uideatur. nec ipſe omnino perpetuitatem in magiſtratibus eſſe uoluit. Deinde ornat) Redit ad tyrannicæ formæ circumſtantias. Apparitor autẽ eſt, qui præſtò magiſtratui adeſt ad obeundum quod imperauit, ut uiator, ſtator, lictor. Nam paulo pòſt pro apparitore lictor repetitur. hinc apparitio, muneris eius functio. ut ad Thermum Cicero: Ego cùm antè ſtudioſe cõmendabam Marcilium, tum multo nunc ſtudioſius, quòd in longa apparitione ſingularẽ & propè incredibilem patris Marcilij fidem, abſtinentiam, modeſtiamq́; cognoui.

Scribis.) Scriba quondam librarios & poetas ſignificauit, nunc librarios publicarum rationum, ait Feſtus. Scriba igitur erit graphiarius & ſecretarius, ut modò loquimur. Præconibus.) Præco, qui aliquid publico iuſſu pronunciat uel in iudicio, uel in theatro, uel alio quouis loco publico. Architectus.) Architectus hic intelligatur ex diuiſorum agrariorum munere, qui non ſolùm diuidebant & metiebantur agros, ſed ædificijs areas & urbibus deſignabant, ut antea dictum eſt. Vel architectos intellige deſignatores hoſpitiorũ, quos habent in comitatu principes, quos Mareſchalos hoſpitiorum, & Fourarios uulgò nominamus. Centurijs.) Centuria in bello centum homines ſignificat, in agris ducenta iugera. hic uerò ſignificare uidetur eam partem comitatus, qualem uocamus in comitatu noſtri regis centũ nobiles. Suppeditat à ſocijs.) Sumptum facit publicum partim ex ærario, partim à ſocijs. Præpoſitio autem à ſignificat hic per. Intellige igitur, ſupeditat Rullus Decemuiris ſumptum à ſocijs, id eſt, per ſocios. ut pro Milone loquitur: Adde caſus, adde incertos exitus pugnarum, Marteḿq; cõmunem, qui ſæpe ſpoliantem iam & exultantem euertit & perculit ab abiecto: id eſt, per abiectum & proſtratum. Formam.) Cõcluditur forma tyrannidis, & tranſitur ad efficientes eius cauſas, ex poteſtate Decemuiris permiſſa. Dixerit.) Repetitur idem per prolepſim ad augendam inuidiam, & disiuncto ſyllogiſmo reprehenſio concluditur:

Qui ſine ueſtris ſuffragijs hæc obtinet, aut rex non ferendus, aut priuatus furioſus: Non ſecundum:

Primum igitur.

ſit, an quia Coſſ referentibus, aut tanquã præſidibus Senatuſconſulta facta ſunt, an quia ab illis aſſeruarentur. Niſi fortè.) Collatio maiorum eſt. Terrarum orbis non ſufficit, quomodo S.C. uera ſufficient? Habetis.) Fuit ualde uehemens adhuc oratio in forma tyraunica, in poteſtatis Decemuiralis propoſitioue ſumma, in proximo uenditionis genere. Et uidetur hic acclamatio ſecunda contigiſſe, idq́; Ciceronis illis uerbis (quod magnũ uideri uobis intelligo) modò ſignificari. Ergo cum in hoc plauſu & clamore reſpiraſſet orator, tranſit à primo genere uenditionis ad ſecundũ, de agris extra Italiam, & audientiam ſibi renouat ex præcedentium tanquam minorũ collatione. Quaſi gradum.) Allegoria eſt à loco arduo, ad quem gradibus aſcenditur. ac quod nunc iacere gradum Cicero dicit, aliàs etiam facere gradum ait. ut 4. Action. Imperij gradus ex Sicilia in Africam factus eſt. Qui agri.) Verba ſunt legis Agrariæ, in quibus κρύψις Ariſtotelica rurſus reprehenditur, quòd generali propoſitione tam multa comprehendantur, quæ præterita aſſumptione non intelligantur. Aſſumptiouis quædam Cicero exe primit, & rerum genera ſingula uominat. Quid dicã.) Exaggeratio τῆς κρύψεως ex diſsimilibus: Nõ inuidioſa, ſed longa illi uiſa eſt. aſſumptioneq́; hic Cicero impudentiam aut ſcelus, ut antea, ſed arrogantiam reprehendit. Nominaſſet.) id eſt, nominatim perſcripſiſſet, ut paulo antè. Quicquid.) Colligitur ſententia capitis huius:

Omnia poſt Syllam & Pompeiũ Coſſ. publica populi Rom. facta proſcribuutur. Quæ propoſitio eſt ex qua mox aſſumptio deducetur: Coſſ. aũt fuere, L. Cornelius Sylla, & Q. Pompeius Ruffus, anno urbis 666. id eſt, anno ante Ciceronem conſulem 25. Hoc capite.) Repetitur ſententia propoſitionis paulo ſecus. quo loco uotabis, caſum Decemuirûm contractũ. nec temerè uſurpatũ putes, cũ hac de re in Oratore ſic Cicero præcipiat: Planè, inquit, duorum uirorum iudiciũ, aut trium uirorum capitalium, aut Decemuirorũ litibus iudicandis dico nunquam. Atqui, dixit Accius, uideo ſepulchra dua duorum corporum: idemq́; mulier una duûm uirûm. Quid uerum ſit intelligo, ſed aliàs ita loquor, ut conceſſum eſt: ut hoc, uel proh deûm dico, uel proh deorũ. aliàs, ut neceſſe eſt, cum triumuirûm, non uirorũ: cum ſeſtertiûm, nummûm, non nummorũ, quòd in his conſuetudo uaria nõ eſt. Hæc Cicero. Cõdonata.) Vt antea fuit, Dari uobis nihil, condonari certis hominib. omnia. Primùm hoc.) Approbatio eſt proximi loci, ex collatione maiorũ: Licebit iudicare, licebit igitur dicere. Commodũ.) Sequitur aſſumptio, ubi nominatim recenſentur ſecundo uenditionis capite comprehenſa. Prima pars de minore Aſia, quæ regis Attali teſtamẽto populi Rom. facta erat, ut Liu. lib. 58. & 59. Illic enim ſunt omnia oppida hæc: Pergamus Galeni, Smyrna Homeri, Tralleis Menodori, Epheſus Heracliti, Miletus Thaletis patria. Cyzicum initio Propontidis ſitum eſt, ciuitas arce, mœnibus, portu, turribusq́; marmorea, ut Florus ait in bell. Mithrid. Recuperata.) Mithridates Ponto ſuo non contentus, Cappadociã, minorem Aſiam, Bithyniam rapuerat. Hic aũt primò felicitate Syllæ afflictus eſt, tum conſumptus uirtute Luculli, & magnitudine Põpeij, ut iam dictũ eſt. Vtrũ oratio.) Repetitur ad huius rei facultatem & occaſionẽ, infinita illa iudicãdi poteſtas. Volet) Vide num melius Nolet, legeretur, ut ſuperioris orationis ſententia hic exprimatur: Quo in iudicio perſpici non poteſt, utrũ ſeueritas acerbior, an benignitas quæſtuoſior futura ſit. Creuimus.) Vide nunquid hic quidpiã deſit. Cernere aũt legale uerbũ eſt, pro adire. Hinc cretio hæreditatis. Cic. ad Att. lib. 11. Galerius hæreditatẽ creuit. Duco enim cretionem fuiſſe ſimplicem. Regnum.) Secunda pars aſſumptionis de regno Bithyniæ, quod Nicomedis regis teſtamẽto ad pop. Rom. peruenerat, ut Liu. li. 93. Quid Mitylenæ.) Tertia pars aſſumptionis de Mitylenis, in Lesbo inſula. Quæ ſolæ poſt uictum Mithridatem arma retinebant, expugnatæ dirutæq́; ſunt, ut Liu. libr. 89. Ergo belli lege ac uictoriæ iure populi Rom. factæ ſunt. ſed tamen quòd dirutas ait Liuius, de muris aut aliqua parte accipiendum eſt. Nam paulo pòſt Pompeius Aſiæ uictor inuiſit, eamq́; Theophanis gratia liberauit, & ad theatri Mitylenei formam, theatrum poſtea Romæ ſuo nomine ædificauit, ut Plutarchus in Pompeio. Vrbs & nat.) Vitruuius lib. 1. cap. 6. ait hanc urbem magnificè & eleganter ædificatã, ſed non prudenter poſitam: quia flante auſtro Mitylenæ ægrotant, Coro tuſſiunt, Septentrione reſtituuntur. Horatius 1. Carminum hanc urbem laudat: Laudabunt alij claram Rhodum, aut Mitylenem. & pulchra Mitylene, 1. Epiſtolarũ dicitur ab eodẽ. Quid Alexãdria.) Quarta pars aſſumptionis de regno Aegypti, quod teſtamento Ptolemæi Alexandri Appionis regis Aegypti (de quo ſuperiore oratiõe) ad pop. Rom. peruenerat. Hic uerò κρύψις Ariſtotelica præcipuè reprehẽditur, quòd aſſumptio reticeretur, & occultè latêret, & recondita eſſet in propoſitione, concluſioq́; uenditionis furtim ſurriperetur. Notabis adhuc diſputata, in ſuperiore oratiõe deſiderari. Quid enim.) Inſtituitur hic formula forẽſis diſceptationis, ex petitione & recuſatione. Petitio teſtamẽti teſtimonio nititur. Hic ego.) Addubitatio ex rei difficultate, ad attentionem. Video.) Repetitur propoſitum teſtimoniũ, & alijs teſtimonijs approbatur, & Senatus & Philippi. Tyrum.) Inſula fuit Tyrus ante Alexandrum magnum, à quo iuncta eſt continenti. Vide Q. Curtium lib. 4. Teneat.) Significat Ptolemæum Auletem, qui poſtea à ſuis expulſus, Romam profugit, de quo uide Ciceronem ad Lentulum, & Liuiũ lib. 104. Et tandem per Gabiniũ reſtitutus, eiecto Archelao, quem Aegyptij ſibi aſciuerant, ut Liu. lib. 105. Regnauit annos octo, eiq́; filius Ptolemæus Dionyſius ſucceſſit, poſtremus rex Aegypti ex Alexandri monarchia. Dicetur.) Diſceptationis pars altera ad recuſationem, ex infitiatione teſtamẽti & adiunctis, ne uideatur populus Rom. auarus, & deſerta Italia in Aegyptum demigret. Agrorum bonitatem.) Hæc ubertas Aegypto naturalis eſt ex Nilo, qui irrigat Aegyptum: qui cum obrutam oppletamq́; tenuit Aegyptum, tum recedit, mollitosq́; & oblimatos agros ad ſerendum relinquit. ut ſecundo de Natura deorũ Cicero: Ergo agricolæ in Aegypto non cœlum ſuſpiciunt, ſed Nilum creſcentem uel decreſcentem aſpiciunt. cuius incrementum cum eſt cubitorum duodecim, famem ſentit Aegyptus: cum tredecim, eſurit: cum quatuordecim, hilaritatem: cum quindecim, ſecuritatem concipit: cum ſexdecim, iuſtum incrementum eſt, & deliciæ: ſub Claudio octodecim cubitorũ fuit. Vide Plin. li. 5. c. 9. Hac tanta.) Cõmoratur in hac indignitate, et amplificat forma dilemmatis, aut adiudicabit, aut abiudicabit. Iudicabit, & uerum iudicabit.) Hæc uerba parũ conueniunt dilemmati,

cuius partes deinde tractãtur. Quare uide num mendoſus ſit locus. Vetet eſſe.)Prior pars dilemmatis, exaggerata adiunctis & loci & perſonæ. Adiudicare autem & abiudicare, contraria ſunt. Adiudicare, eſt iudicio ſuo aliquid attribuere. Abiudicare autem, iudicio ſuo aliquid auferre: qua forma dicuntur adiurare & abiurare. Non ſumet.)Poſterior pars dilemmatis reprehenſa, collatione minorum. De priuatis rebus Centumuiri iudicãt, de regno tanto decem tantum iudicabunt? Centumuiri autem Romæ ex trigintaquinq; tribubus eligebantur, itaq; centum erant & quinq;: ſed, ut aptior appellatio eſſet, Centumuiri dicti ſunt, qui iudicabant de uſucapionibus, tutelis, gentilitatibus, agnationibus, alluuionibus, & pleriſq; alijs, de quibus Cic. 1. de Oratore. Deinde.) Amplificatio proximæ reprehenſionis, ex circumſtantijs legitimi iudicij hac in cauſa neglectis. Gratis.)Gabinius, ut Ptolemæum reſtitueret, decem millia talentorum habuit, id eſt (ut uulgò loquimur) ſex milliones aureorum. Vide Plut. in Antonio. Quod ſi.) Comparatio eſt ad eandem amplificationem:

Si Alexandria petenda ſit, potius aperto iure teſtamenti ex S.C. petenda ſit, quàm occultè:

At illa uia aperta, tamen non proceßit:
Multo itaq; minus hæc occulta procedet.

Curſus.)Petere curſus, currere. Allegoria uidetur eſſe à nautis, portum nauigationis curſu recto uel obliquo petentibus. An quietis.) Aſſumptionis & complexionis ſententia hic confuſa eſt:

Sed rectus ille curſus nil profuit:
Quare hic occultus minus proderit.

Allegoria autem hic à nautis altera, quibus ad curſum dirigendum ſerena tempeſtas opportuna eſt, caligo contrà noxia. Sic Palinurus 5. Aeneid. deſcribitur:

— clauumq; affixus & hærens,
Nuſquam amittebat, oculosq; ſub aſtra tenebat.

Et contrà in Caligine:

Olli cæruleus ſupra caput aſtitit imber,
Noctem hyememq; ferens, & inhorruit unda tenebris.

Atq; illud.)Attentionis locus ad ſequentia, quib. intolerantia Decemuiratus in prouincia futura demõſtratur. Quantum autem hic deſit, ex ſuperioris orationis cõparatione poterit intelligi. Illic enim de concurſatione Decemuirum quædam dicta ſunt, unde ad locum de legatis erat peruentum. Legatos.)Collatio minorũ eſt, ad augendam inuidiam Decemuiralis potentiæ. De legatione autem libera ſuperiore oratione dictũ eſt. Graue eſt.) Ratio [illegible], ex adiunctis legatorum, & effectis. Quid cenſetis.) Amplificatio ex adiunctis, terrore, ſumptu, calamitate, quæſtu: poſtrema autem ex infinita iudicandi poteſtate deducta ſunt. Atq; ijdem.)Prolepſis de ſimili potentia Pompeij, quæ multarum partium dißimilitudine refellitur. De potẽtia Pompeij toto mari Rom. & continente quæ abeſſet à mari non longius quinquaginta millibus paſſuũ ſummo cum imperio, iam diximus. de qua uide Dionẽ 1. lib. Intellexiſtis.) Adhuc capita uenditionis duo fuerunt: primum, de publicis locis & ſacellis, &c. Secundum de regno Aſiæ, Bithyniæ, de Mytilenis, de regno Alexandriæ. Tertium de uectigalib. populi Rom. ubi tranſitio eſt inuidioſa, ex antecedentium tanquam minorum repetitione, & conſequentium tanquam maiorum collatione. Sanguine.) Metaphora pro facultatibus & opibus. Quomodo in Verrẽ locutus eſt 5. Act. Quæ cum de populi Rom. uictu, de uectigalium neruis, de ſanguine detraxiſſet ærarij, Tertiæ mimæ condonauit. ex quo metaphoræ genere deinde eſt, Incidãt neruos populi: quo modo locutus eſt in Academico, cum dixit, Incidere neruos uirtutis. Sanguis autem uitam, nerui robur & uires in corpore cõtinent. atq; antea de uectigalibus, quos neruos nunc dixit, ſuperiore oratione dictũ eſt, eſſe ſubſidia belli, pacis ornamenta. Quo capite.) Dißimilitudo ad amplificandam propoſitionem huius capitis: Non permittit, ſed imperat. Quàm tu.) Apoſtrophe ad præconem, cui legis hoc caput recitandum tradit. Sic uerò per præconem, teſtimonia, leges, & ſimilia, Cicero ſolet in orationibus recitare. De ſcripto.) De ſcripto et Memoriter contraria ſunt. Recitare de ſcripto, de præconenunc uſurpatur. Dicere autem, de oratore ipſo. ut pro Plancio: Oratio quæ propter magnitudinem eius dicta de ſcripto eſt. Prædicationem.) Hic locus uidetur indicare prædicandi uerbũ à præcone deduci, in eo que propriè dici, ut deinde ad alia transferatur, pro apertè & publicè dicere, celebrare. Vt in ſuis.)Locus hic ualde mutilatus eſt. Videtur aũt ſuperioris orationis habuiſſe grauem illam contentionẽ de prodigo nepote, Scantia ſylua, deq; recenti Pompeij uictoria. Maiores.) Amplificatio quædã fuerat, ex uectigaliũ & autorib. & adiunctis, quæ pacis ornamenta, uincula, belli ſubſidia, monumenta ſunt. Hic mihi.) Tertia eſt popularis acclamationis ſignificatio. ex quo conſtat, in proxima lacuna uehementis cuiuſdam contentionis tanquam fulguris ictum fuiſſe, unde hoc populi tonitru ſequeretur. De Pompeij aũt dignitate apparet eſſe diſputatum: ideoq; quia Pompeianæ petitionis huius ictus tantum ferit, uidemus quoties iteretur ac repetatur. Quartus enim iam eſt de Pompeio locus: dictum eſt primùm, ut excluderetur, ubi populus ualde cõmotus eſt. Deinde, ut ei omnia maria permitterẽtur: tum proximo loco, de recenti uictoria. Quartò hic dicitur de Pompeij habita defenſiõe. Vos mihi.) Sententia ſyllogiſmi eſt:

Quandocunq; Põpeius oppugnatur, à Cic. defendendus eſt: At hic oppugnatur: Defendendus igitur. Propoſitio autoritate & factis Ciceronis exornatur. Cicero aũt prætor Maniliam legem ſuaſit, & Manilium quendam repetundarum reum in gratiã abſentis Pompeij defendit. Perſonam.) Metaphora eſt à ſcenicis ludis. ut pro Murena: Ego autem & has partes lenitatis & miſericordiæ, quas me natura ipſa docuit, ſemper egi libẽter. illam grauitatis ſeueritatisq; perſonam non appetiui. Quamobrẽ.)Sentẽtia aſſumptiõis & cõplexiõis cõfuſa:

At hic oppugnatur Pompeius:
Defendendus igitur à Cicerone.

Tanquã machinã.) Breuis eſt ſimilitudo à bello ſumpta, ubi mœnia machinis euertuntur. quo de genere eſt illud Ciceronis pro Domo ſua: Iiſdẽ machinis ſperant me reſtitutũ poſſe labefactari, quib. antea ſtantẽ perculerant. Iubet uenire.)Hic locus, ut in ſuperiore oratione, ita hic parum diſtinctus fuit: & uidetur magis ad uectigalium agris impoſitorum, quàm ad agrorum uenditionem ſpectare. Tota partis huius inuidia ex uectigalium ipſorũ & autorib. & adiunctis ſumitur. Attalenſiũ.)De Attalia, Phaſeli & Olympo dictum eſt oratione ſuperiore. Ager autem Agerenſis & Orindicus, & Geduſanus

his oppidis uicinus fuit. P. Seruilij.) *De quo ſuperiore oratione.* Adiungit.) Nicomedes Bithyniæ rex, *populum Rom. heredem fecerat, ut iam dictũ eſt ex Liuij lib. 93.* Publicani fruuntur.) *id eſt, quorum fructus exercent, uectigalia exigunt. Publicani aũt Romæ erant equites, qui populi Rom. uectigalia certo precio redimebant. de quibus ita Cicero pro Plancio: Flos equitum Rom. ornamentum ciuitatis, frumentum reipub. publicanorũ ordine continetur.* Attalicos.) *Attalus uerò populũ Rom. fecerat hæredem, ut iam dictum eſt ex Liuij lib. 58. 59. χεῤῥόνησος autẽ, uel χερσόνησος, peninſula eſt, cuius continens appellatur Iſthmus: qualis eſt Peloponeſiaca, Cymbrica, Taurica, Thracia, aurea ad Gangem. Hæc autã, de qua hic Cicero loquitur, eſt in procurſu minoris Aſiæ in mediterraneũ mare.* Philippi.) *Philippus rex, & Perſeus eius filius, uicti ſunt à Flaminio & Paulo, ut oratiõe ſuperiore iam dictum eſt.* A' Cenſoribus.) *Inter cætera cenſoriæ dignitatis munera hoc etiam fuit, locare uectigalia populi Rom. uide Feneſtellam de Cenſoribus.* Corinthios.) *Lucius Mummius Achaicus Corinthum, Thebas, Chalcidem euertit. Vide Florum lib. 2. cap. 16.* Cyrenenſes.) *Ptolemæus Alexander Appion, primũ rex Cyrenarum in Africa, deinde nuptijs ſororis Cleopatræ rex Aegypti, de quo iam ſæpe dictum eſt. Cyrenaica autem regio Pentapolitana dicitur, à quinq; ciuitatibus, quarũ præcipua fuit Cyrenæ.* Carthaginem.) *Carthago in Hiſpanis duplex fuit: altera in Betico littore, condita ab Haſdrubale, duce Pœnorum. altera non longè diſiuncta, in eadẽ prouincia. Tertia uetus eſt in Africa, à qua duæ Hiſpanenſes denominatæ ſunt. Veterem tamen hanc Carthaginem C. Gracchus eò deducta colonia reſtituerat: ſed loci uectigal (ut iam monui) potius hic Cicero ſignificat, à Decemuiris uendi, quàm locum ipſum.* Africanus.) *In ſuperiore oratione dictum eſt hac de re: ſed illic cauſæ tres euerſæ Carthaginis memorantur, ad notandã calamitatem, ſiue ad teſtificandã noſtram uictoriam, ſiue ad oblatam aliquam religionẽ. hic paulo ſecus. Ac quòd ait, nõ ob religionem ſedium illarum, id intelligendũ eſt, quod à Virgilio 1. Aeneid, traditur de Carthagine:*

Vrbs antiqua fuit, Tyrij tenuere coloni,
Carthago. Italiam contra, Tiberinaq; longè
Oſtia, diues opum, ſtudijsq; aſperrima belli:
Quam Iuno fertur terris magis omnibus unam
Poſthabita coluiſſe Samo: hic illius arma,
Hic currus fuit.

Notandum autem eſt, quòd Cicero ait, de conſilij ſententia conſecratã Carthaginem. Lex enim Papyria uetabat, terram iniuſſu populi conſecrari: & lex Ciceronis uidetur huc ſpectare, Ne quis agrum conſecrato. Sed non fuit.) *Sarcaſmus eſt, ex collatiõe Scipionis, principis prouidentiſsimi, Rullo tamen uelut inferioris.* Verum inter.) *Tranſit ad uectigalia recentibus Pompeij uictorijs parta. Has uerò tres prouincias imperio Rom. Pompeius adiecerat, ut Aſia, quæ imperium antea noſtrũ terminabat, nunc trib. nouis prouincijs ipſa cingatur, aut de prouincijs conſularibus Cicero.* Ita'ne uerò.) *Amplificatio eſt indignitatis, ex adiunctis: Indignum eſſe, prouinciarũ nondum pacatarum uectigalia uendi: quod hic fiat. Aſſumptionis part per parentheſim in propoſitione includitur, & repugnantibus approbatur, quòd nondum pacatæ ſint prouinciæ.* Mithridates.) *Mithridates quadraginta ferè perpetuos annos cum pop. Rom bellum geſſit, repulſus Syllæ felicitate, uictus Luculli uirtute, afflictus magnitudine Pompeij, ut antè iam ex Floro diximus: tamen tum meditabatur, Aſia relicta, in Italiã bellũ transferre: motusq; Hannibalis exemplo, ſperabat Romanos in Italia facilius ſuperari poſſe: paulo pòſt tamen à filio captus, ſeipſum interemit.* Mæotide.) *Mæotis palus Scythica, in quam uerſus Septentrionem mediterraneũ mare deſinit. Pompeius uerò Mithridatem in Colchos, Iberos, Albanos, Hircanos, Boſphoranos, Mæoticos fugientem perſequebatur. Vide Plutarchum in Pompeio.* Iudicium & poteſtas.) *Poteſt ex diſputatione ſuperioris et huius orationis, politicum illud Romanæ politiæ exemplum notari: Imperatores & duces exercituũ, licet pop. Rom. miniſtri & legibus ac rationib. ſubiecti eſſent, multa tamen illorũ iudicio ac poteſtati de prouincijs à ſe uictis fuiſſe permiſſa, ut pro ſuo iudicio leges darent, uectigal uel augerent uel minuerẽt, agros liberos publicarẽt, publicos liberarent, uiris fortibus præmia donarent, Romamq; reuerſi, de manubijs baſilicas, porticus, theatra, templa, aut quæuis alia monumenta ad memoriam ſui nominis ædificarent.* Et credo.) *Aſſumptionis reliqua ſententia hic cõtinuatur, q̃ prouincias illas nõ pacatas Rullus uendat: & inuidiæ cauſa repræſentatur, intolerantia Rulli aduerſus Pompeium, qui quintus eſt de Pompeio locus.* P. Seruilius.) *Præſcriptio epiſtolæ omnes honoris titulos Rullo adiungit, detrahit Pompeio, ad arrogantiæ argumentum.* Magno.) *Pompeius uicto in Africa Domitio, magnus à militibus appellatus eſt. quod cognomen Sylla, cum reuerſum Pompeium magna uoce magnũ ſalutaſſet, confirmauit. Vide Plutarchum in Pompeio.* Non enim.) *Argumentum eſt à repugnantibus.* Te uolo.) *Affingit Rullo in epiſtola proſopopœiam, tanquam domini ſuperbè imperantis.* Sinope.) *Sinopa, aut Sinope, urbs eſt in Ponto, ut Cic. Act. 3. dicit, & hic indicat, regia Mithridatis & ſepulchrũ, patria Diogenis Cynici, Gymnaſio quondã clariſsima. Ptolemæus tamen ponit hanc urbẽ in Galatia.* An Pomp.) *Cõcluditur hic aſſumptionis ratio, et imagine ficta repræſentatur quod adhuc dictũ eſt.* Manubias.) *Manubiæ hoc loco manifeſtè ſignificant non pecunias ex præda redactas, ſed prædã ipſam.* Neq; in hoc.) *Tranſitio ad maiorũ inſidiarũ ſuſpicionẽ, ueluti Pompeiũ Decẽuiri ſint euerſuri. Repetitur aũt ſentẽtia ſuperioris propoſitiõis, indignũ eſſe proſcribi agros nondũ pacatos.* Quam contumel.) *Cõtumelia à contumeo, uel ut Vallæ placet, à contemno, hic ualde exprimitur, quippe ſic contempto & deſpecto Põpeio. Nihil aũt intereſt, uerbis an rebus id fiat: utrũq; aũt ineſt in hoc exẽplo.* Sperant.) *Oſtendit ex efficiẽdi cauſis rationem inſidiarum, & ita concludit:*

Si beneficij conferendi facultas Põpeio ablata ſit, de Pompeio quoq; ſpes militibus auferetur:

Sed ui, imperio, iudicio, poteſtate, pecunia Decemuiris permiſſa, omnis facultas aufertur Pompeio:

Militibus igitur de eodem ſpes auferetur.

Aſſumptionis ſententia præcedit.

Putant.) *Sententia propoſitionis eſt.* Patior.) *Cõplexionis loco hæc indignatio ponitur ex adiunctis, ſtultitia, impudentia, arrogantia, quæ tamen forma diſsimilitudinis tractãtur. Nõ conqueror hoc, ſed illud.* Portẽta.) *Portẽta, oſtẽta, mõſtra, prodigia dicũtur, q̃ portendũt, oſtendunt,*

oſtendunt, monſtrant, prædicunt. Hæc metaphora ſignificat de euertendo Pompeio uiolenta & furioſa conſilia, ut ſuperiore oratione locutus eſt. eadem in hominib. ipſis metaphora Cicero ſæpe utitur: Gabinium & Piſonem, duo reip. portenta, ac penè funera nominat. In Piſonem, Clodium fatale portentum ac prodigium reipub. Atq; in omn.) Reprehenditur in ſuperiore oratione circũſtantia uenditiõis, quòd nullus ei locus definiatur. Attẽtio prius excitatur exclamatione. Refrenandam.) Metaphora ab equis, in quibus propriè dicitur, frenum & frenare. Tempore lentapati frena docentur equi, ait Ouidius, 1. de Arte. Vectigalia.) Collatio minorũ eſt, quæ fuit eadem in ſuperiore oratione. Venire.) Redditio maiorum eſt. L. Sylla.) Altera collatio, quæ item minorum eſt. Sylla aũt cum apud Collinam portam ſeptuaginta millia Rom. in publica uia quatuor millia iugulaßet, duo millia Senatorij & Equeſtris ordinis proſcripſiſſet, eorum bona uendidit. quinq; item municipia Italiæ tota, Spoletium, Interamnũ, Præneſte, Fluentiam, Sulmonem, haſta poſita uendidit. Vide Florum libro tertio, capite 21. Nec quorum.) Dißimilia ſunt: Offendebat, ſed non effugiebat oculos. Decemuiri.) Redditio maiorum, aucta collatione minorum. Sequitur.) Locus eſt mutilatus: ſententia tamen eius ex ſecundo uenditionis capite, & in ſuperiore, & in hac oratione poteſt intelligi: ut ſi Decemuiri publicos agros uendendos nõ cenſerent, uectigal ijs imponerent. Hoc quantum.) Amplificatur ex adiunctis indignitas poteſtatis, hoc capite commiſſæ. Excipitur.) Sequuntur duæ exceptiones: prima de agro Recentorico, ſecunda de agro Numidico: non tam iniquæ quàm quæſtuoſæ, ut in 1. oratiõe. Prima cõmendatur ex adiunctis perſonarum, neceßitudine & æquitate. Deinde reprehenditur ex cauſis poſſeßionis, uetuſtate temporis, clementia ſenatus, quib. ſua dißimilia cõparata ſunt. Neceßitudine.) Cicero præfectus annonæ in Sicilia fuit, & quæſtor, ut Plutarchus docet in Cicerone: Hinc iſta neceßitudo Ciceroni cum Siculis, qua inductus etiã Verrem accuſauit. Ac ſi eſt.) Dilemma eſt ex aduerſis, priuatus, publicus. Syllogiſmum ſic abſolues:

Si priuatus non excipiendus, publicus iniquè excipitur:
Sed hoc, aut illud:
Quare non excipiendus, aut iniquè excipietur.

Eſſe fateatur.) Ex repugnantibus hoc argumentum eſt. At locus uidetur eſſe mendoſus. Sententia uerò eiuſmodi fuit: Quem qui poßident, publicũ eſſe fateantur. Ergo eorum.) Cõcluſio primæ exceptionis, ubi quæſtus Rullo propoſitus indicatur. Atq; etiam.) Secunda exceptio de agro Numidico, ex adiũcto quæſtu ſimiliter reprehenſa. Audiuit.) Summa eſt diſceptationis forenſis, qualis antea de regno Aegypti fuit: Pro pop. Rom. eſt autoritas Africani, pro rege autoritas Cottæ Cõſulis. Hyempsalem.) Vide nunquid hic ſit Hyempſal, de cuius filio poſtea in Cõmentarijs Cæſaris facta mẽtio eſt. Iuſſeritis.) Hac de re ſuperiore oratione dictum eſt: Vt fœdera rata non eſſent, niſi populus ea iußiſſet, ut Caudinũ, Numantinum. Quid cuiuſm.) Amplificatio ex adiunctis: hac de re populi iudicium tollitur. Quod minuit.) Videtur hic quippiã deeſſe. Concluſio aũt eſt, ſecundæ exceptionis dißimilibus ornata. Volitat.) Suſpicio quæſtus & libidinis, ex perſonæ adiunctis: adoleſcens nummatus, capillatus. De Iuba aũt Numidiæ rege Pompeij partes bellis ciuilibus ſecuto, magna mentio eſt in Cõmentarijs Cæſaris, ut Curionem uicerit, ut multa crudeliter & acerbè fecerit, ut interierit tandem. Volitat.) Simili metaphora in Catilinam dictum eſt: Ducere exercitum hoſtiũ, & in armis uolitare audiamus. Itemq; in Piſonem: Valebis apud hominem uolitantem gloriæ cupiditate, ut moderatus et cõſtans. Capillatus.) Mollitiem aliquã notat. tum uerò cincinni & calamiſtri in delicijs fuere. Atq; hac parium collatione exceptionis gratiam ſignificat. Vix iam.) De tribus uenditionum capitibus dictum eſt: quartum & poſtremum ſequitur de præda, & manubijs imperatorum, qui Decemuiris hoc capite ſubijciebantur.

Coronario.) Coronarium, ut ſuperiore oratione dictum eſt, aliquando abſolutè dicitur, ut hic: aliquãdo additur aurum, ut ſuperiore oratione. Et paulo pòſt: Munus eſt coronarium, loco præſidibus prouinciæ dari ſolitum.

Relatum.) In ærarium rationes rerum in prouincia geſtarum referebantur, ut ſuperiore oratione ſignificatum eſt, & hic rurſus ſignificatur. Profiteri.) Profiteri apud aliquem magiſtratũ, quid ſit, Cicero hic explicat: referre ad eum, ut in agricultura iugera, frumentum, greges, & cætera generis eiuſdem, in hac imperatoria ratiõe, prædam, manubias, aurum coronarium. Hoc capite.) Amplificatio eſt indignitatis, ex rebus huic capiti ſubiectis, de quibus Decemuiri ſunt iudices futuri. Repetundarum autem iudicium quas res contineret, actiones in Verrem demonſtrant, pecunias ui aut dolo ereptas, frumentum, tabulas, ſigna, ſupplicia iniqua etiam Cicero in illo iudicio notauit. Clarißimis uiris.) Periphraſis eſt imperatorũ, qualis eſt ſuperiore oratione: Audite qui ampliß. &c. Hic tamen.) Exceptio eſt Pompeij de proximo capite, tribus modis reprehenſa. Primùm à repugnantibus, Tam multa Pompeio cõtra ius imperatorium Rullus eripit: Non igitur amoris cauſa manubias excipit. Ironia uerò eſt gemina, & in (optimus) & in (amat.) Datio leg.) Eodẽ nomine Varro ſic uſus eſt: Si in farciẽdo cibo faſtidiunt, remittendũ in datione, proportione, &c.

Vtrũ tandẽ.) Cõplexio primæ reprehenſionis, cui ſecunda ſubiungitur, per dilemma ex aduerſis: Si lex eſt æqua, Pompeius nõ eſt excipiendus: ſin iniqua, metus cauſa uidebitur excipi. Pars prior duplici dißimilitudine ornatur. Tanquã ad.) Breuis ſimilitudo. Sin eſt.) Secunda pars dilemmatis, maiorũ collatione exornata. Portitores.) Portitor propriè, qui portat: abuſiuè, qui portatur: ut uector, aiunt Grãmatici. ſed de nauiculatoribus ferè ſemper, qui fluuiũ aut ſtagnũ traducunt, qui à littore ad nauẽ, uel hinc ad littus. Portitor has horrendus aquas, & flumina ſeruat Terribili ſquallore Charon: ait 6. Aeneidos Virgil. Hunc græco uerbo Iuuenalis porthmea uocauit, —tetrumq; nouitius horret Porthmea, &c. Hic uerò ſumitur portitor à Cicerone, pro eo qui portorium exercet & exigit: & ideo prætereuntes ſæpe excutit, cum quod uehant aut portent, portorio obnoxium ſit. Nõ mihi.) Dißimilia ſunt, ubi cauſa exceptiõis præcipuè notatur: metus nempe de Pompeio, ne uindex populi Rom. ſit aduerſus decemuiralem dominationẽ. Veruntamen.) Tertia reprehenſio eiuſdẽ exceptionis, quòd Rullus Pompeij manubias tantũ excipiat, uectigalia uendat. Syllogiſmus clarior eſt, quàm in ſuperiore oratione. Argumentũ eſt à genere. Noua porrò.) Aſſumptio eſt, ubi non repetitur antecedens, ſed ſpecies pro genere:

de quo

de quo in noſtris Inſtitutionib. monemus. Ita remiſsis.) Complexio ſyllogiſmi. Parta ſit.) Tranſitio eſt inuidioſa, à uenditione bonorum, agrorum, uectigalium, manubiarum, ad emptionē nouorum agrorū, quæ primò generaliter agitatur, deinde ſpecialiter. Immanes.) Immane propriè de grandi dicitur: ſic immania templa, immane antrum à Virgilio dicitur. ſic immania pocula, in Anton. Cic. dicit. Et hic immanes diuitias dicit, immenſas et intolerabiles. Cognoſcite.) Pars eſt tranſitionis altera, ad eandem adiuncti quæſtus inuidiam. Non conſueui.) Ficta per optionem reticentia eſt, ad eandem inuidiam:

Si poſſem ſine contumelia, nominarem:

At non poſſum:

Non igitur nominabo.

Videtur autem collegam ſuum C. Antonium intelligere, qui, ut Plutarchus ait in Cicerone, huic promulgatiōi ſtuduit. Sed quod ego.) Aſſumptionis & cōplexionis ſententia hic confuſa eſt.

At ſine contumelia nominare non poſſum:

Reticebo igitur.

Vnum hoc.) Comparatio maiorum eſt, ad eandem inuidiam. Optimis uiris tanta poteſtas nunquam cōmiſſa eſt, quomodo peſsimis cōmittetur? Protaſis inductione optimorum ciuium conficitur, & eorum adiunctis ornatur. Luſcinos.) C. Fabricius Luſcinus, nō ſolum triplici Conſulatu, & Epiroticis ſpolijs clarus: ſed multo magis patientia paupertatis ornatus, qui Pyrrhi opes & aurum contempſit: ut Plutarchus in Pyrrho, qui P. Cornelium Rufinum Conſularem uirum Senatu mouit, quòd decem argenti facti pondo haberet. qua laude à Poeta præcipuè laudatus eſt 6. Aeneid.

— paruoq́; potentem

Fabricium. — De quo uide Liuium libro 13. & 14. Calatinos.) L. Attilius Calatinus Pœnos Sicilia expulit, ut ait Plin. de Viris illuſtribus, capite 39 Hic Seranus cognominatus eſt, quòd agros tum ſereret, cum ad Dictaturam uocatus eſt: quem Virgilius cum Fabricio ſimili laude coniunxit,

— paruoq́; potentem

Fabricium, uel te ſulco Serrane ſerentem.

Vide Plin. lib. 18. cap. 3. ubi de his aratoribus imperatoribus mira ſcribit, quanta ſub eorū imperijs ubertas terræ, quanta uilitas annonæ fuerit. Acidinos.) Cognomen eſt Manliorum, qui & Capitolini, & Torquati, & Lucrones cognominati ſunt. Primus aūt qui Torquati nomen à torque, quem Gallo uicto detraxerat, inuenit, ſeuerus admodum fuit. filium ſecuri percuſsit, quòd contra imperiū pugnaſſet: Conſulatum ſecundū recuſauit, quòd diceret, neq; ſe populi uitia, neq; illum ſeueritatem ſuam pati poſſe. Vide Plinium de Viris illuſtribus, capite 28. Catones.) Intellige Catonem Cenſorium, qui optimus nō ſolum orator, ſenator, imperator, cenſor, ſed arator habitus eſt: de cuius frugalitate & tolerantia mira dicuntur à Plutarcho in eius uita. Philippi.) Q. Martij. Philippi multi Romæ nobiles fuere. Lelij.) Hic eſt Lelius, qui de Amicitia loquitur apud Ciceronē, & de quo aliàs ſæpe Cicero. Hic ſapiens appellatus eſt, quòd agrariæ promulgatione deſtitiſſet, ut in argumento diximus. Tamen huiuſm.) Similis ferè diſputatio antea fuit de Licinia & Ebutia lege. Vectigales.) Vectigalis ager, ciuitas, equus, prouincia dicitur, quæ uectigal penſitat. uectigalis pecunia paulo ſecus, quæ nempe ex uectigalibus coacta eſt. Igitur immunes ſeu liberi agri, & uectigales, contraria ſunt in hac oratione. Committite.) Apodoſis eſt comparationis, de competitoribus Decemuiratus: eorum item adiunctis ornata, permiſsio autē eſt indignationi cōiuncta. Odorari.) Metaphora eſt à canibus. nam ut ait Virgil. Odora canum uis: qua ſæpe aliàs Cicero uſus. ut eſt in Piſonem: Non ueſtigijs odorantes ingreſſus ſuos, ſed totis uolutationibus corporis & cubilibus perſecuti ſumus. In ſuperiore fuit illud ex eodē genere: Nam quiſnam tam abſtruſus uſquam nummus uidetur, quem non architecti huiuſce legis olfecerint? Hic ego.) Continuatur emptionis inuidia, ex diſsimili maiorum conſuetudine, qui publicis agris priuatos deducebant, non emebant à priuatis, quò publicè deducerent. Agris publicis.) Nota genus huius dictionis, & conſidera nuncubi Cicero ſic loquatur. Huiuſcemodi.) Complexio diſsimilitudinis, ubi Horrido ac Truce de procemio repetūtur. Nam de Rullo ſunt illa: Truculentius ſe gerebat, quàm cæteri, &c. Alienam.) Hoc nomen, ſyntaxim in eadem ſignificatione uariam habet in Cicerone. Qui alienū putet, eius eſſe dignitatis, 1. de Finib. Quod illi cauſæ maximè eſt alienum, pro Cecinna. Nihil eſſe dicitis à ſapiente alienum, in Lucullo: & nunc ſine præpoſitione, Alienū actione. Iubet agros.) Emptio generaliter adhuc reprehenſa eſt, ſpecialiter deinde reprehēditur & requiritur, tum definitio, tum qualitas agrorum. Dialogiſmus autē eſt Ciceronis & Rulli. Albanus.) Rulli reſponſionem fingit, tanquā definientis hos agros, & è ſuggeſto ad portam Trigeminam, Orientem & Meridiē uerſus indicantis. Audio.) Ciceronis perſona hic eſt, deinde Rulli rurſus alia porta, Viminali nēpe, uel Exquilina alios agros indicantis. Habes.) Vrgetur definitio ex facultate emendi, & fine ipſius definitionis, ut definitorum agrorum qualitatem populus queat æſtimare. Conſiderabis autem hoc loco, quid ſit agros pecunia coaceruare, an eos ſimul uelut in aceruum continuatos adiungere, an potius eos pecunia uelut arena cooperire: quomodo poſtea dicitur, Conſtipari quidem tantum numerum hominum poſſe in agrū Campanū intelligetis. Definis.) Subijcitur tandem definitio ex legis quibuſdā uerbis, quib. Rullus dicebat in Italia ſe agros empturū. Reprehenditur definitio, ut communis et propriè nihil cōplexa, quia in Italia fertiles ſunt & ſteriles agri, ut ſi rogatus, quid eſſet homo, reſpōdeas animal eſſe: etſi uerum reſponderes, attamen propriè nihil definires. Multum enim intereſt, utrum animal rationis particeps, an expers dicatur, quod illa tamen definitione non ſit expoſitum. Hic autem locus ironiam habet. Maſsica.) Maſsicus mons Cāpaniæ, uini præſtātis nobilis:

— Vertunt felicia Baccho

Maſsica, ait Virgil. 7. Aeneid. Alio'ue.) Videtur hic aliquid deeſſe. Age uerò.) Diſputationem definitionis ſequitur qualitatis diſputatio. Locus uerò mutilatus eſt. Videtur autem ſententia fuiſſe: Quiſnam igitur erit ager? Ager uerò, inquit, &c. Reprehenditur autem reſponſio qualitatis, ſimilitudine. Aliud ſiquidem eſt eſſe cultum, & coli poſſe: & eſſe diuitē, & poſſe diteſcere. Hoc tu emes.) Inſtituitur hic ſyllogiſmus.

Emetur ager qui coli poſsit:

Quoduis ſolum coli poteſt:

Emetur igitur.

Metre

Idcirco inquit.)Tranſit per prolepſim ad nouas emptionis circumſtantias, ex rapinarũ quæſtu, quòd Rullus agros ab inuitis non ſit empturus. Sed uidete.) Statuitur hoc capite, publicorum agrorum poſſeſſores confirmari, ut uendant cariſſimè, aut retineant: eaq; indignitas diſſimilium collatione exaggeratur. Hæc lex.)Antapodoſis diſſimilitudinis: unde reditur ad protaſin, & uarijs adiunctis metus poſſeſſoris oſtenditur. Qui paulo ante dic̃.)Repetitur ſententia diſſimilitudinis, & concluditur. Vltrò.) Aliquando hoc aduerbium qualitatis eſt, & præterea ſignificat,ut Seruius ait illo Virgilij loco: Iis lachrymis uitam damus, & miſereſcimus ultrò. Ita hic ultrò præterea ſignificat: tanquam diceretur, nõ ſolum non pertimeſcent, ſed etiam rogabuntur. Atq; hoc carmen.) Notatur Rulli domeſticus quæſtus, quaſi Rullus Valgij ſoceri gratia caput hoc addiderit. Allegoria eſt à citharœdis ſiniſtra chordas tam leniter carpentibus, ut ipſi ſoli, uel qui proximè aſſiſtunt, exaudiant: quod intus canere dicitur. Nam cum dextra plectrũ tenent, foris canere dicũtur. Hinc prouerbium in furaces, & ſuis cõmodis occultè ſtudentes. In hoc autem canendi genere difficillimo, quondã Aſpendij exercitatiſſimi fuere. ac cum Verres Aſpendiũ quendam cithariſtam egregio ſigno quodam expreſſum furatus eſſet, Cicero tertia actione hominem feſtiuè cauillatus eſt: Atq; etiã, inquit, Aſpendiũ illum cithariſtam, de quo ſæpe audiſtis, quod eſt Græcis hominib. in prouerbio, quem omnia intus canere dicebant, ſuſtulit, & in intimis ſuis ædibus poſuit, ut etiã illũ ipſum artificio ſuo ſuperaſſe uideatur. Tenebris.) Significat hac metaphora proſcriptiones Syllanæ tyrannidis, quibus totum Irpinum agrum, & ampliſſimos in agro Caſſinati fundos occupauerat, ut erit poſtea tertia Agraria. Succumbenti.) Allegoria poteſt à baiulis accipi, grauius onus ferentibus. Metaphoræ uerò hæ ſunt in Cicerone frequentes: Succumbere dolori, fortunæ, ſenectuti. aliquando abſolutè, ut, Succumbere animo: & ſuccumbere, pro frangi, & debilitari, & opprimi officij onere: pro Amerino. Et uos.) Cõcluditur Syllanorum confirmatio: inuidioſeq; repetitur, uelut ad eam rem uectigalium uenditio. Et uos.) Et particula, nõ copulat hoc loco ſententiam, ſed incipit: & quidem aliqua indignatione, ut paulo pòſt, Et nimirum iſtud eſt, &c. quomodo frequenter apud Ciceronem uſurpatur. Nam ad.)Reuocatur agrorũ qualitas, & ſubiecti in adiuncta diuiſione duplex oſtenditur. Vaſtitatē.)Vaſtus, a, um, quod modum amplitudinis excedit: ut mare uaſtum: Vaſtũq; caua trabe currimus æquor. 5. Aeneid. Aliquando pro ſolo & deſerto ſumitur. ut apud Salluſtium in Iugurtha: Mons uaſtus à natura & humano cultu. Et paulo pòſt Cicero: Agrorum genus propter peſtilentiam uaſtum atq; deſertum. Hinc uaſtitas, pro ſolitudine. Syllanus.)Declaratio primæ qualitatis, ex quadam parium collatione: Tanta inuidia eſt, quanta ſtridorem tribunitium ferre non poſſit. ubi ſtridorem notabis pro conciuncula & rogatiuncula, per hyperbolicam extenuationem dici. Stridor autem propriè de ſono rudentũ, ferri, teli, uenti dicitur. ut primo Aeneid. Stridorq; rudentum. Et 6. Tum ſtridor ferri. Et 11. Extemplò teli ſtridorem. Et Cic. 2. Tuſc. Horriſer aquilonis ſtridor. Inducetur.) id eſt, æſtimabitur, quomodo rurſus in hac oratione Cicero loquutus eſt eadem de re: Vt ijdẽ partim inuidioſos agros à Syllanis poſſeſſoribus, partim deſertos ac peſtilentes à ueſtris neceſſarijs, à uobiſmetipſis quãti uelletis, populo Rom. induceretis. Alterum genus.) Declaratio ſecundæ qualitatis, ex adiunctis loci. Et nimirũ.) Confirmatio utriuſq; qualitatis, ex quodam Rulli dicto: quaſi plebem Rom. faſtidientis, et ſentinæ comparantis. Sentina.) Sentina pars nauis infima, in quã omnes aquæ defluunt, inibiq; corruptæ fœtent. à ſentio aiunt Grammatici, quòd eius fœtor malè oleat. Iuuenalis Satyra 6.

Si iubeat coniunx, durum eſt conſcendere nauem,
Tunc ſentina grauis, tunc ſummus uertitur aer.

Sic Cæſar tertio Bell. ciuil. dixit, Conflictari ſentinæ uitijs: per metaphoram uerò, pro infimo loco. Cic. ad Papyrium: Sedebamus in puppi, & clauũ tenebamus: nunc autem uix eſt in ſentina locus. Paulo aliter etiam pro nequiſſimorum ciuium fæce dicitur. ut in Salluſt. Cic. Niſi fortè in ea te caſtra reiecisti, quò omnis ſentina reip. confluxerat. Allegoria igitur illa Rulliana, exhauriẽdæ ſentinæ, Cicero ſceleratos et improbos ciues ſignificatos ait, quomodo ipſe in Catilinã loquitur: Sin tu (quod te iamdudum hortor) exieris, exhaurietur ex urbe tuorum comitũ magna & pernicioſa ſentina reip. Et primo ad Atticum: Qua conſtituta diligenter & ſentinam urbis exhauriri, & Italiæ ſolitudinem frequentari poſſe arbitrabatur. Vos uerò.) Adhortatio breuis interpoſita, ut plebs Romæ remaneat. In ea comparantur ex ſuis adiunctis, & præſens & futurus ſtatus. Niſi fortè.) Redditio comparationis de futuro ſtatu. At dicat.) Vrgetur rurſus omiſſa agrorum definitio, & eorum qualitas concluditur, non eſſe illa uendenda, ut hæc emantur. Arenam.) Hac hyperbolica metonymia ſteriles agros deſignat. quomodo Virgil. 2. Georg.

Exiguus ſterilem nec deſerat humor arenam.

Talis eſt tropus in uerbo Paludes, pro agris peſtilẽtibus.

Quanquam.) Diſputatur in hoc emptionis capite poſtremo, Decemuiros tantam pecuniã retenturos eſſe. Suſpicio ex efficiendi facultate colligitur:

Si uẽditor defuerit, pecunia retinebitur: quia nec referri nec exigi poteſt.
At primum facile eſt, quia ab inuitis emi uetitum eſt:
Secundum igitur.

Igitur pecuniam.) Complexio uarijs diſſimilib. exornata. Exinanitis.) Oratione ſuperiore idem alia metaphora dictum, Reges deniq; exhauriant. Facilè.) Prolepſis contra aſſumptionem reprehẽſa, adiuncti quæſtus ſuſpicione. Atq; in.) Poſtremum tyrannicæ poteſtatis caput, de coloniarũ deductiõe, primũ diſputatur ex fine:

Veræ coloniæ deducũtur, ut propugnacula ſint imperij:
Decemuirales non ea cauſa deducuntur:
Non igitur ueræ.

Sententia propoſitionis mutilata: illuſtratur autem maiorum autoritate. Hi deducent.) Sententia aſſumptionis, quòd hæ coloniæ non ad propugnandum, ſed oppugnandum potius inſtituantur. probatio ex efficiendi facultate ſumitur. Ianiculum.) Septimus mons urbis mœnibus tandẽ cõcluſus, qui reliquæ urbi imminebat: quod ſequentes indicant metaphoræ, capite, ceruicibus. & Liuius ait, Ianiculum urbi adiectum non inopia loci, ſed ne quando ea arx hoſtiũ eſſet, id non muro ſolum, ſed etiam ob cõmoditatẽ itineris, ponte ſublicio tum primũ in Tiberi facto, urbi coniungi placuit. Notabis ceruices plu-

ralē

rali numero, quomodo ferè ſemper hoc nomine Cicero uſus. Quintil. lib. 8. cap. 3. dicit ab Hortenſio primum ſingularem nominis huius numerum uſurpatum. & in Cicerone rarius legitur. ut in Verrem, Prætorem accuſas, frange ceruicem. Tu non deſin.) *Cōplexionis loco hæc indignatio ex cauſis tyrannicæ poteſtatis colligitur.* Vt uerò.) *Continuatur ex iiſdē cauſis approbatio tyrannidis:*

Qui ſuis opib. Italiā obſidere cogitant, regnū quærunt:

Id agunt Decemuiri:

Itaq; regnum quærunt.

Aſſumptio, quòd Italiam ſuis opibus Decemuiri obſidere cogitent, præcedit. Num obſcurè.) *Complexionis ſententia ſecundo loco (Decemuiri regnum quærunt) congerie rerum idem ſignificantium exornata.* Nam cum.) *Sententia propoſitionis, ſpecie interpretationis exornata.* Interclusa.) *Hac metaphora pro Rabirio perduellionis reo paulo ſecus uſus eſt. Eſt etiam bonorum & fortium ciuium intercludere omnes ſeditionum uias, munire præſidia reipub.* At enim.) *Prolepſis Rulli de agro Campano, quem diuiſurus eſt, & Capua, quò coloniam deducturus eſt: ad quam refellendam reliqua oratio pertinebit. Notabis autem hoc loco dictionis genus rarum: Deducetur Capuam, urbem ampliſsimam. quæ Rulli oratio fortaßis fuit, non Ciceronis. Aliquando tamen Cicero ita loquitur: ut, Athenis tuis, ad Atticū. Et flectit iter Capuam luxuriantem longa felicitate, apud Liuiū: & ſimilia à Grammaticis animaduerſa.* Atqui.) *Attentionis locus ad prolepſeos refutationē, in qua partitio adiunctæ utilitatis & dignitatis adhibetur primū, & partitionis ratio ex fine partium.* Reuertar.) *Reuertar pro accedam dixit. ut in Fato (niſi mendum eſt) loquutus eſt: Poſidonium dimittamus, ait, ad Chryſippi laqueos reuertamur: cum tamen de Chryſippo nil adhuc eſſet dictum.*

Ac primum.) *Accedit ad primum partitionis membrum, & coloniæ numerum ſtatuit, qui mendoſus eſt hoc loco. Efficit enim numerus hic uicies quinquagies centena millia. Si uerò pro ſinguli, ſingula legatur, numerus erit longè minor, nempe ſeptem millium & quingentorum. At poſtea eundem agrū Cæſar diuiſit uiginti millib. ciuium Rom. quibus eſſent terni pluresue liberi. Quinq; autem millium coloniam fuiſſe, ex ſequētibus ſuſpicor, & numerum quingentorum ad fructus, aut ad alias quaſdam res eſſe referendum. Nec enim in colonia hominum tantum, ſed cæterarum rerum numerus habebatur.* Quæſo nolite.) *Locus attentionis, ad quæſtionem ſequētis diſceptationis. Non uobis aut ueſtri ſimilibus hæc parantur. Videbis autem poſt uerbum Conſolari, num quidpiam deſit, ut inani ſpe.* Si eſt.) *Sententia eſt ſyllogiſmi:*

Si hæc uobis parantur, patiar:

Non primum:

Non igitur ſecundum.

Quanquam.) *Hæc parentheſis diſsimile continet, ad illuſtrationem propoſitionis, ubi allegoria uidetur eſſe à ſpeculatoribus, qui uigiles ex alta ſpecula in omnes partes intuentur.* Sed ſi quinq;.) *Sententia aſſumptionis ſuſpenſa hypotheſi, ne populus hic offenderetur.* Cōniuebo.) *Aldus legit, Commouebor. Conniuere autem propriè eſt obdormiſcentium oculorum: per metaphoram autē, diſsimulare & pati. ut in Miloniana: Si non adiuuantibus, at conniuentibus certè. Et pro Cælio: Multa nobis blandimenta natura dedit, quib. ſopita uirtus conniueret. Hinc conniuentia procuratorum, quæ dicitur in Iuſtiniani legibus.* Tamen ne.) *Complexionis ſententia, offenſionis item uitandæ cauſa à Cicerone ad populum inflexa. Rectum enim fuerat, Non patiar.* Nam agrum.) *Continuatur aſſumptionis ratio, quòd hæc populo non parentur, ſed ipſis Decemuiris: ubi notabis, lege hac Seruilia dena iugera ſingulis colonis aßignata fuiſſe.* Nam ſi.) *Prolepſis, quæ pari exemplo refellitur. Cornelius Sylla, ut antea iam dictū eſt, Præneſte & alia municipia proſcripſerat, & ueteranis ſuis diuiſerat, caueratq; ne uenderentur.* Neq; quicquā.) *Redit ad aſſumptionis rationem, quòd Decemuiris hic ager paretur. Ratio ſumitur ex fine, ad familiarum nempe & prædiorum ſumptus ſuſtentandum: ubi familiarum nomine, ſeruorum multitudinem intelliges, ut Cicero pro Cecinna indicat, cum interpretatur illa interdicti uerba: Vnde tu aut familia, &c. Sic pro Sylla, gladiatorum familias dixit. Prædiorū uerò Cumanorum & Puteolanorum nomine magnifica & luxurioſa ædificia ſignificat. Deliciæ enim Romanorum in Campania fuere apud Baiarū, Lucrini, Auerni, tepentes fontes. unde eſt illud Martialis de Leuina caſta, & ad Baias adultera:*

Caſta, nec antiquis cedens Leuina Sabinis,
Et quamuis tetrico triſtior ipſa uiro:
Dum modò Lucrino, modò ſe permittit Auerno,
Et dum Baianis ſæpe fouetur aquis,
Incidit in flammas, iuuenemq; ſecuta, relicto
Coniuge, Penelope uenit, abit Helene.

Ergo ad earum deliciarum ſumptus, certorum hominum pecunijs, quæ breui conſumptæ eſſent, ager Cāpanus deerat. Quòd ſi.) *Cōtinuatur utilitatis quæſtio ex adiūctis:*

Si Rullus populo conſulit, coràm diſputet:

At hoc non auderet:

Non igitur populo conſulit.

Aſſumptio quodam Rulli dicto confirmatur. Romilia.) *Trigintaquinq; tribus Romæ fuerunt, ut antea iam dictum eſt: quarum una fuit Romilia, à Romulo inſtituta, ex Veientibus & Sabinis. Eas Alexander ab Alexandro nominatim ſic recenſet lib. 1. cap. 17. Romilia ſeu Quirinalis, Titienſis ſiue Titia, Suburrana, Palatina, Exquilina, Collina, Claudia, Lemonia, Pontia, Cruſtuminia, Scaptia, Stellatina, Sabatina, Tromētina, Arnienſis ſeu Narnienſis, Pollia, Papyria, Pupinia, Pupilla, Melia, Phalerina, Ophentina, Volſcinia, Terentina, Faucia, Mentina, Galeria, Pomptina, Publicia, Antheſis, Velina, Anienſis, Aemylia, Sergia, Cornelia, Veturia. quo capite numerus non conſtat: & nominantur à Cicerone quædā, ut Otriculana paulo pòſt, de qua nil eo capite. Sed poſſunt eiuſdem tribus uaria fuiſſe nomina.* Aut ſi.) *Cōtinuatur eadem quæſtio ex efficientis remotione:*

Si Rullus conſulere uobis cogitat, deſcribat agros tributim:

At ſecundum non poteſt:

Primum igitur non cogitat.

Otriculana tribus, ut apparet ex hoc loco, prima fuit, Narnienſis poſtrema. Otriculanos uerò Plinius in ſexta Italiæ regione ſtatuit. Narnienſis autem, ſeu Arnienſis, ea tribus fuit, in qua Claudius Nero Cenſor, Liuium collegā iuſsit equum uendere. Si non modò.) *Aſſumptio, collatione minorum amplificata. ubi notabis uerbum Conſtipari, ſic accipi, ut Coaceruari, antea ſumptum eſt: Habes tantam pecuniā, qua hoſce omnes agros, & cæteros horū*

ſimiles non modò emere, uerumetiam coaceruare poßis. Tamen ue.) Complexionis loco, Quare Rullus uobis nõ conſulit, hæc indignatio additur, ad dignitatem promiſcuè & utilitatem ſpectans. Quòd ſi.) Tranſitio quædã eſt à quæſtione utilitatis, ad dignitatis quæſtionem, quæ tamen utraq; coniunctè tractatur. Syllogiſmus eſt:

Ager optimus non eſt alienandus:

Talis eſt Campanus:

Non igitur alienandus.

Propoſitio uarijs adiũctis exornatur, quæ ferè laudes & cõmoditates fortunarum & opum continent. Sic Ariſtoteles facit inſtrumẽta uirtutis. Socrates in Gorgia coquorum, cauponum, fartorum inſtrumẽta nominat. Legio autem, ait Varro, à legendo, decem cohortes continebat, cohors quinquaginta manipulos, manipulus uigintiquinq; milites. Ex Vegetij ſententia, legio ſex millia, aliquando plus paulo, uel minus continebat. An obliti.) Vis aßumptionis ſequitur, ex euentis rerum cõfirmata, & dißimilium uaria collatione. De bello Italico uide Florũ lib. 3. cap. 18. An ignoratis.) Protaſis primæ dißimilitudinis, per ſpecies inducta. Momẽto.) Sic 5. Philipp. Minimis momentis, P. C. maximæ inclinationes temporum fiunt. Aſiæ.) Pro lege Manilia de Aſiæ uectigalibus ſic ait: Cæterarum prouinciarum uectigalia tanta ſunt, ut ijs ad ipſas prouincias tutandas uix contenti eſſe poßimus: Aſia uerò tam opima eſt, & fertilis, ut & ubertate agrorum, & uarietate fructuũ, & magnitudine paſtionis, & multitudine earum rerum quæ exportantur, facilè omnibus terris antecellat. Syriæ.) Syria plerũq; & Aſſyria pro eodem dicuntur, quæ prouincia fuit populi Rom. uſq; ad Euphratem & Tigrim, cui Gabinius paulo pòſt præfuit, & Ciceronis oratione de Prouincijs Conſularibus illinc reuocatus. Suſpicione) Sic pro lege Manilia: Cæteris in rebus cùm uenit calamitas, tum detrimentũ accipitur: at in uectigalibus non ſolum aduentus mali, ſed etiã metus ipſe affert calamitatem, pecora relinquuntur, agricultura deſeritur, mercatorum nauigatio conquieſcit. At uerò.) Antapodoſis collatione maiorum exornata, ubi q. domi eſſe Campanum uectigal dicitur antea fuit in ſuperiore oratione ſub ſigno clauſtriſq; reip. poſitum. Calamitoſum.) Calamitas propriè in agris dicitur grãdo, qua ſegetum calami affliguntur. hinc ager propriè calamitoſus, calamitati ſubiectus. Sic Plinius ait lib. 18. cap. 7. Ex omni frumento ordeum minimè calamitoſum eſſe. Maiores.) Secunda dißimilitudo, cuius protaſis duobus adiunctis exemplis illuſtratur: de quib. tamen ſuperiore oratione fuerat illud: Qui ager ipſe per ſeſe, & Syllanæ dominationi, & Gracchorum largitioni reſtitiſſet.
Rullus.) Antapodoſis dißimilitudinis, aucta repetitione proximorum exemplorum. Quem.) Tertia dißimilitudo breuius cõcluſa. Atqui hom.) Repetitur ſuperius illud, quòd nõ populo, ſed certis paretur hic ager. Forma rurſus dißimilitudinis eſt. Concrepuerint.) Hyperbolica extenuatio eſt, pro ſignificatione minima. Digitorum aũt crepitu ſignificationes à Romanis fieri ſolebant. Cic. 3. Offic. Si uir bonus hanc habeat uim, ut ſi digitis concrepuerit, poßit in locupletum teſtamenta nomen eius irrepere, hac ui non utetur. Et Martialis de Matella:

Dum poſcor crepitu digitorum, & uerna moratur,

O quoties pellex culcitra facta mea eſt.

Vobis interea.) Antapopoſis quartæ dißimilitudinis.

Ac tantum intererit.) Quinta dißimilitudo: Priuatus quidam nulla pecunia adduci potuit, ut fundum ſuũ uenderet: populus Rom. priuatis agrum publicum gratis tradit. Princeps ſenatus.) Qui à Cẽſore lectus, primus ſententiã in Senatu rogabatur. Gell. li. 4. cap. 10. Eumq;.) Ratio protaſeos ex adiunctis, quòd fundus ſemper fructuoſus eſſet. ubi notabis, Nuncium ſubſtantiuum eſſe maſculini generis: ſicut aliàs apud Ciceronem pro re nunciata. ut paulo pòſt, Nunquam malus nuncius auditus eſt. Nocte intẽpeſta grauis affertur huiuſce mali nuncius. 7. act. Duo nuncij afferuntur: unus, &c. ad Atticum. Ita ue.) Antapodoſis dißimilitudinis, quæ tamẽ maiorum formã potius habet. At quidem.) Apodoſis eſt ad exemplum ruſtici Campani, per ſpeciem ſimilitudinis. Aſia.) Sexta dißimilitudo, repetita ferè de ſuperioribus. Aſia uerò Mithridatico bello quadraginta per annos uarijs motib. agitata fuit. Sertorius Hiſpaniã octo annos tenuit: octauo ſui ducatus anno, ut Flor. lib. 96. ait, à ſuis interfectus eſt. De Sertorio uide Plutarchum in eius uita: uir bellicis artibus magnus, Marianarũ partiũ, proſcriptus à Sylla. Siciliæ) Sicilia bellis ſeruorum duobus uexata uehementer eſt. Primò Eunus Syrus cõcitauit 40. millia ſeruorũ, uicitq; Manlium, Lentulum, Piſonem, Hipſeum prætores: uictus eſt tandem à Perpenna. ſecundò Athenio paſtor non minores copias conflauit, uicitq; Seruilium Lucullum: uictus eſt tandem ab M Aquilio Vide Florũ lib. 3. cap. 13. & conſidera nunquid pro Attilius, legendũ ſit Aquilius, aut Perpennæ cognomentum hoc etiam fuerit. At ex.) Antapodoſis dißimilitudinis, ubi & protaſeos ſumma repetitur. Deinde.) Septima dißimilitudo: Cæteri agri cum aßignantur, deſerti ſunt: at Campanus colitur, & plebs expelletur, ſi diuidatur. Antapodoſis diſſimilibus & adiunctis illuſtratur. Plebicola.) Plebicola politicum nomen eſt, id eſt popularis, quo tam ſæpe Cicero uſus eſt in hac contentione. Plebicolæ nomẽ ſic uſurpat pro Seſtio: Qui non libidinis cauſa, ſed ut plebicola uideretur, libertinam duxit uxorem. Sic item Liu. lib. 3. Adeò, inquit, nouum ſibi ingenium induerat, ut plebicola repentè, atq; omnis auræ captator euaderet, pro truci inſectatore plebis. Hic plebicolam, captatorem auræ Liuius definit: Eadem ratione L. Valerius cum ueniſſet in quandam ſuſpicionem affectati regni, domumq; ſuam diruiſſet, & faſces in concione populo ſummiſiſſet, legemq; de prouocatione ab omnibus magiſtratibus ad populum tuliſſet, Publicola dictus eſt. Vide Plin. de Viris illuſtrib. cap. 15. Atq; illi) Octaua dißimilitudo, ad commiſerationem leuiter inflexa: Miſeri expellentur, improbi conſtituentur. Et ut uos.) Similitudo ad eandem quæſtionem, ubi ficta proſopopœia eſt. Sic ueſtri.) Apodoſis ſimilitudinis. Equidem exiſtimo.) Continuatur alia ſimilitudine eadem quæſtio. Quare.) Apodoſis ſimilitudinis, ex qua ſyllogiſmus ſic inſtituitur:

Si ad uos ſingulos ager eſſet peruenturus, præſtaret tamen ab uniuerſis poßideri:

At eripitur hac diuiſionis ſpecie:

Quanto fuerit honeſtius publicè poßideri?

At nunc.) Aſſumptio, in qua quod maius & peius eſt, aſſumitur. unde concluditur, reſiſtendum huic diuiſioni. ſimile interpoſitum eſt. Adiungit.) Secunda diſtributio Agraria leuiter & breuiter ex dißimilitudine reprehenſa. Liuius aũt lib. 9. Stellatem campũ uidetur agri Campani

pani partem facere, cum ait: Eodem anno in campũ Stellatem, agri Campani Samnitiũ incurſiones factæ. Cicero tamen in ſuperiore oratione diuiſit, & Suetonius in Cæſare, ut antea iam citauimus. Et multitudo.) Deinceps finis legis Agrariæ uehementer agitatur, q. hæc colonia dominationis cauſa deducitur. Res explicatur inductiõe partium, quæ facultatẽ noui imperij ſuſtinere uideantur. Omnia autẽ oppida quæ hic recenſentur, Capuæ uicina & propinqua ſunt. Exiliũ.) Metonymia eſt, pro exulum multitudine: ut ſcelus pro ſcelerato, quaſi Romani ciues eò deducantur in exilium. In id opp.) Sequitur indignatio uehemens, ex diſsimilitudine maiorum & Rulli. Protaſis longior eſt, de cauſis afflictarum urbiũ. Carthago.) Cauſæ Carthaginis euertendæ tres in ſuperiore oratione deſcriptæ ſunt, nota calamitatis, teſtificatio uictoriæ, oblata religio, prima etiam in hac oratiõe repetita. Carthaginem P. Africanus de conſilij ſententia conſecrauit, ut locus eorũ qui cum hac urbe de imperio certarũt, ueſtigia calamitatis oſtenderet. Nunc tandem quarta & uerisſima cauſa ponitur, quam Cato contra Scipionẽ Naſicam in deliberatione huius euerſionis ſecutus eſt. Vide hac de re Liu. lib. 49. & 51. Portibus.) Grãmatici portubus inflectunt hunc caſum, & talis in Verrem caſus legitur: Inſula duobus portubus cincta, per u, quintam uocalem. Sæpe etiã alijs apud Ciceronẽ locis per i, tertiam uocalem legitur. ut pro lege Manilia: Familias in portibus & cuſtodijs habent. Et pro Flacco: Regio portibus diſtincta. Corinthi.) Corinthus, Achaiæ caput, Græciæ decus, inter duo maria, Ionium & Aegæum, quaſi ſpectaculo expoſita, ait Florus. Quòd aũt Cicero ait in anguſtijs atq; in faucibus Græciæ poſitam eſſe, Iſthmũ Corinthiacũ ſignificat, & ex circumſtantijs oppidũ ipſum definit. De huius urbis euerſione dictum eſt in ſuperiore oratione, & in hac iterũ. Primo aũt Offic. ita hac de re ſcribitur: Parta aũt uictoria conſeruandi ſunt ij, qui non crudeles in bello, nec immanes fuerunt, ut maiores noſtri Tuſculanos, Aequos, Volſcos, Sabinos, Hernicos, in ciuitatẽ etiam acceperunt: at Carthaginem & Numantiam funditùs ſuſtulerunt. Nollem Corinthũ, ſed credo illos ſecutos opportunitatẽ loci, maximè ne poſſet aliquãdo ad bellũ faciendũ locus ipſe adhortari. Mea quidẽ ſententia paci, quæ nihil habitura ſit inſidiarũ, ſemper eſt conſulendũ. Belli uerò Corinthiaci cauſam præbuere Romanorũ legati, à Corinthijs ſuperbius appellati, ut Cicero indicat in lege Manilia: uel ſordib. effuſis cõmaculati, ut Strabo author eſt. Vide Liu. lib. 51. & 52. Clauſtra.) Superiore oratione diximus, quid hoc uerbo ſignificaretur. Hæc que.) Concluduntur cauſæ euertẽdæ Carthaginis & Corinthi, ubi collatio maiorum eſt, & allegoria in uerbis affligere, exurgere, ſe erigere. Propriè ſiquidẽ affligere, eſt in terrã proſternere. ut in Piſonẽ: Iſtius ſtatuã deturbãt, affligunt, cõminuunt, diſsipant. unde metaphoræ illæ tam frequentes in Cicerone: Afflictos recreare, confirmare, excitare, afflicto & iacenti dextram porrigere. De Capua.) Finis fuit affligendæ Campanæ reip. ſecuritas Romanorũ: finis urbis conſeruandæ, eorundẽ utilitas. utraq; ex tabularũ publicarũ teſtimonio declaratur. His de reb. uide Liu. lib. 6. Dec. 3. ubi eadẽ dicit quæ hic Cicero: locum etiã hunc oratiõe ſuperiore Cicero attigit. Videte.) Antapodoſis eſt, cuius initio ſumma ſuperioris περιόδου repetitur. Interuallũ.) Sic pro Rabirio perduellionis reo loquitur: Cum uerò ijs omnib rebus C. Gracchus omnes uicerit, quantũ interuallũ tandem inter te atq; illum interiectum putas? Hoc aũt compoſitionis genus à Quintiliano & authore ad Herenniũ reprehenditur, cũ eadem litera aut ſyllaba ſæpius iteratur. ut,

O`Tite tute Tati, tibi tanta tyranne tuliſti.

Eſt tamen interdũ perſuaue, & (ſi non importunè fiat) laudabile: qualia in Virgilio exẽpla multa Erytreus eius poetæ obſeruantisſimus collegit: ut,

Et ſola in ſicca ſecum ſpaciatur arena:
— ſale ſaxa ſonabant.

Molem.) Molem tanquam machinã uel aggerem, hic Cicero uidetur dixiſſe. ut 4. ad Att. Aditus inſulæ eſſe munitos mirificis molibus: cum de Britannia loqueretur. Quòd ſi.) Cõmoratur in illo diſsimili maiorum facto, & adiunctis amplificat: Si putaſſent Rullum aliquem futurum, Capuam ſuſtuliſſent: At non putabant. Verùm arbitrab.) Aſſumptio eſt, in qua diſsimilitudinis ſpecie repetuntur exẽpla Carthaginis & Corinthi. Hic uerò.) Antapodoſis proximæ diſsimilitudinis. Neq; uerò.) Verſatur adhuc in eodem maiorũ facto, & euentis illuſtrat, quòd Capua ſic afflicta, poſtea nil nocuerit. Quibus Coſſ.) Liuius ab hac Chronologia paululũ diſsidet. Facit enim Q. Fuluium Flaccum, & Appium Claudium coſſ. anno urbis 542. eoq́; captam Capuam ſcribit. At Q. Fabium Maximum Verrucoſum, & Q. Fuluium Flaccum facit coſſ. anno 545. Multa poſtea.) Declaratio euentorum, ex uariorum bellorũ exemplis, de quib. iam antea dictum, uno excepto. Ariſtonicus aũt patris Eumenis regnum occupauit, Craſſumq́; cõſulem uicit, & cepit: ſed uictus poſtea eſt à Perpenna, & in deditionem acceptus. Vide Liu. lib. 59. & Florũ lib. 2. cap. 20. Homines non inerant.) Illuſtratur idem maiorũ factũ ex cauſis & ſubiectis, quibus ſublatis & effecta & adiuncta remota ſint: Cauſa turbarum remota eſt, itaq; etiã turbæ. Subiectum contentionis & ambitionis ſublatum eſt: ergo & contentio ambitioq́; remotæ. Itaq; illam.) Continuatur eadem quæſtio ex alijs euẽtis, quòd ſublatis illis cauſis, arrogantia ſublata ſit. Afflictionis Campanæ conſilium cõcluditur. Exectis.) Allegoria eſt ab animalis corpore: cuius ſenſus, & motus, & uis omnis neruis continetur. Simile fuit illud antea, Cum ſeſe regum ſanguine implerint, incidant neruos populi Rom. &c. Hæc conſilia.) Antapodoſis primæ diſsimilitudinis, de maiorum & Rulli facto, ubi ſimilis exempli collatione Rullũ deterret ab hac promulgatione. Sic in Antoniũ Philipp. 2. Te aũt miror Antoni, quorum facta imitere, eorum exitus non perhorreſcere. Quis aũt Bruti exitus fuerit, locus hic exponit. Omina.) Neq; ſolum deorũ uoces Pythagorei obſeruauerunt, ſed etiam hominũ, quæ uocant omina: quæ maiores noſtri, quia ualere cenſebant, idcirco omnib. rebus agendis, quod bonum, fauſtum, felix, fortunatumq́; ſit, ſemper præfabantur. Hæc Cic. 1. de Diuinat. Eſt igitur omen, futuræ rei pronunciatio ex hominis ore. atq; ad eiuſmodi omina ſpectat illud Ouidij:

Proſpera lux oritur, linguisq́; animisq́; fauete:
Nam dicenda bono ſunt bona uerba die.

Et quoniã.) Diſputatur, ex adiuncta loci copia, Campanos ſuperbos effici: idq́; primum probatur euentis, quòd illuc deducti Romani, protinus ſuperba & nomina & inſignia ſumpſerint. Quibus primùm.) Collatio pa-

rium eſt. Primo anno Prætores appellati ſunt, paucis pòſt annis igitur Conſules eſſent appellati. Deinde.) Dictum iam eſt antea de poteſtate Prætoris, & eius inſignibus. Diſsimile aũt hic interpoſitũ, ſignificat in colonijs duumuiros bacillis uſos, nõ faſcibus. Hoſtiæ maiores.) Lectæ hoſtiæ dicuntur maiores, & uberius depaſtæ, quæ claudæ, morboſæ, aut uitioſæ non ſunt, quæ flexam aurem uel caudam aculeatam, aut linguam nigram non habent. Hæ cornibus auratis infulaq́; lanea & candida uitta circundatæ ante aras, nullo uinculo ſiſtebantur. Vide Alexandrum ab Alexandro lib. 3. cap. 12. & lib. 4. cap. 17. Patres conſcripti.) De hac appellatione ita Liu. lib. 2. Deinde quò plus uirium in Senatu frequentia etiam ordinis faceret, cædibus regijs diminutum patrum numerum, primoribus equeſtris gradus lectis ad trecentorum ſummam expleuit: traditumq́; inde fertur, ut in ſenatum uocarentur, qui Patres, quiq; Conſcripti eſſent, Conſcriptos uidelicet in nouum ſenatum appellabant lectos. Iam uerò.) Continuatur arrogantia propoſita, ex adiunctis perſonæ, & collatione ſimilium. Præſidio.) Aldus ſic legit, aliàs tamen Supercilio legitur. quæ lectio conuenientior eſt ad hanc arrogantiam. Sic Martialis:

Contigeris noſtros Cæſar ſi fortè libellos,
Terrarum dominum pone ſupercilium.

Et (ſpiritus) uerbum idem confirmat, quo Cicero pro Sylla ſimiliter uſus eſt: Res meæ geſtæ me nimis extulerunt, & mihi neſcio quos ſpiritus attulerunt. Magios.) Decius Magius ſolus è Campanis Hannibalis ſocietatem non probauit: & propterea captus, & naui impoſitus, ut Carthaginem duceretur. Vide Liu 3. Dec. lib. 3. ibidẽ etiam de Mario Bloſsio, qui prætor Capuæ fuit, cum fœdus illud ictum eſt. At de Iubelio Taurea ſexto libro Decadis eiuſdem agitur, quomodo ſe ante pedes Flacci conſulis interfecit. hiſtoriam uariam illic uidebis. Iam uerò.) Argumentũ eſt ex adiunctis, quòd coloni de ſuo prætore tam ſolliciti eſſent, ut illis etiam Romani peregrini uiderentur. Tunicatos autem uocat inopes, egentes: quomodo loquitur Horatius,

Vilia uendentem tunicato ſcruta popello.

Albana & Seplaſia.) Nomina fororum Capuæ, quorum meminit Valer. Max. lib. 9. cap. 1. Tum demũ fracta & contuſa Punica feritas, cum Seplaſia ei & Albana caſtra eſſe cœperunt. Hæc qui.) Repetitur adhuc protaſis, de diſsimili facto maiorum & Rulli: & arrogantiæ Campanæ cauſa efficiens generaliter explicatur, in primis ex natura loci, & conſuetudine uictus. Phyſicus eſt locus, quẽ Galenus ex autoritate Hippocratis, Platonis, Ariſtotelis diſputauit in libello, quòd animi mores temperaturam corporis ſequamur. Carthaginienſes.) Explicatio generalis propoſitionis per tres ſpecies, in quibus ex ſua cauſa concluditur effectus morum. Ex hac.) Deducitur ex eadem cauſa duplex effectus, arrogantia & luxuria: & utriq; ex euentis exemplum ſubijcitur. De Conſule aũt à Campanis poſtulato, Liuius lib. 3. Decad. 3. meminit, magna quidem indignatione à Senatu repulſum eſſe: quia nimis compar Latinorum quondam poſtulationi erat. At quia Cælius & alij hiſtorici omiſerunt, pro certo nõ habet, & ea de re addubitat. De Campanis delicijs, quibus Hannibal uictus eſt, ibidem Liuium uidebis. Huc iſti) Colligũtur Campanæ reip. partes reliquæ. Antea Duumuiri tanquam Prætores fuere, nunc Decuriones quaſi ſenatores. Sic enim ſenatores in colonijs & municipijs dicebãtur, tum religionis cauſa augures in auſpicijs & oſtentis interpretandis, & pontifices in ſacris peragendis. Romã.) Perſequitur arrogantiã Campanã, quòd hi coloni Romã & Romanorũ agros oppidaq́; deſpecturi ſint, ad eamq́; rem Capua Romæ, agri Campanorum & oppida agris oppidisq́; Romanorum ut maiora cõparantur. In montibus.) Capitolino, Quirinali, Auentino, Cælio, Viminali, Exquilino, Ianiculari. Nõ optimis uijs) Roma à Gallis recuperata, formam urbis magis occupatæ, quàm diuiſæ ſimilem habuit. Vide Liu. in fine lib. 5. Vaticanum.) Vaticanus mons & ager, ſeu campus Romæ fuit, de cuius etymologia Gellius permulta li. 16. cap. 17. uel à uaticinijs, uel à uagiendo. De hoc Cicero 13. ad Atticum: Illum Vaticanum campum fieri quaſi Martium campum. Quibus illi.) Concluditur ex ſuperiorib. cauſis futura ſuperbia, et duplici maiorum collatione rurſus amplificatur. Inflati.) Sic 3. Tuſc. Sic igitur inflatus & tumens animus in uitio: ſapientis autẽ animus ſemper uacat uitio, nunquam turgeſcit, nunquam tumet. Singularis.) Singularis hic proprium uerbum eſt. Quomodo interdum Cicero loquitur, cum ſingulare opponit communi. ut 5. Act. Sunt quædam in te ſingularia, quæ in nullum alium neq; dici neq; conuenire poſſunt: quædam illi cum multis communia. & in libro de Vniuerſitate apertius: Singularem Deus hunc mundum atq; unigenam procreauit. Nedum.) Nedum Valla docet collatiõis particulam ſignificare, non ſolum: at ſecus eſt plerunq;. Potius enim per non ſolum non, uel tantũ abeſt ut, explicanda eſt hæc particula: ut, Vir ſapiẽs uix facilè in magnis fortunis ſeſe continet, nedum Rulli coloni, non ſtatim ſceleris aliquid ſint conquiſituri: per, non ſolum, ſi explicabis, contrarium quam Cicero uelit, ſenſum facies. Si per, non ſolum non, aut tantum abeſt ut, explices, ſententiam Ciceronis exprimes. Sic in Epiſtolis Cicero: Vix in ipſis tectis frigus uitatur, nedum in mari. Item: Nihil iſtorum me iuuenem mouit unquam, nedum ſenem. Sic Saluſtius in Catilinario bello: Quippe ſecundæ res ſapientum animos fatigant, nedum illi corruptis moribus uictoriæ temperarẽt. Sic Horatius,

—mortalia facta peribũt,
Nedum ſermonum ſtet honos, & gratia uiuax.

Id eſt: Tantum abeſt ut ſtet, &c. Conſiderabit diligens lector, num quæ exempla ſint, quæ per, non ſolum, poſsint explicari. Nulla enim adhuc in Cicerone uidi, quæ nõ poſsint per Non ſolum non, aut Tantum abeſt ut, &c. Imò uerò.) Secunda collatio eſt eiuſdem generis, ubi (Germani) notabis pro ueri & legitimi, uelut ex eodem germine ſemineq́; nati. Metaphoricôs autem ſumitur germanus pro ſimili. ut in Oratore: Germanos ſe putant eſſe Thucydidis. Et in Lucullo, alia ſyntaxi: Si pauca mutaſſes, germaniſsimus Stoicis. Hi ex ſumma.) Redditio collationis ſecundæ, in qua inſolentiæ nomen ſic accipitur, ut in Agraria prima: In eadẽ re iſti ueſtri ſatellites modeſtè inſolentiam ſuam continebunt? Hæc tu.) Complexio eſt longiſsimæ diſsimilitudinis, de diſsimili facto maiorum & Rulli, ubi peroratio incipit. primùm confuſo quodam aliquot capitum epilogo, deinde amplificatione tyrannorum contenta. Capita uerò quæ cõfuſe repetuntur, nulla ſunt ex creatione Decemuirũm, neque ex forma tyrannorum, ſed omnia ex poteſtate, uenditione, emptione, deductione. Primum itaque eſt de uendendis & imponendis

ponendis uectigalibus: ubi actoris nomen uillicũ ſignificat, & ſeruorum in magna familia principem, qui gubernandæ uillæ præſit. quomodo Columella loquitur lib. 1. cap. 7. Ita fit ut & actor & familia peccent. Metaphoricôs igitur agrarios diuiſores actores dicit, tanquam uillicos populi. Vrbi Capuam.) Secundum epilogi caput de Campana colonia, cui finis legis annectitur de poteſtate tyrannica. Vt cum om.) Tertium hoc caput, primi ſententiam complectitur, & uenditionem paulo fuſius repetit. Vt ijdem.) Quartum caput de nouorum agrorum emptione. ubi notabis, inducere uerbum, pro æſtimare accipi: ſicut antè notauimus. Hic ager omnis quoquo precio coemptus erit, tamen ingenti pecunia uobis inducetur. Vt omnia.) Quintum caput de coloniarum deductione, ſecundi ſententiam continet, & latius exponit. Vt ipſum Pomp.) Sextum caput de Pompeio, exaggeratum perſonæ adiunctis, de quib. antea. Vt nihil.) Octauum caput de facultatibus tyrannicæ poteſtatis, quæ uariarum rerũ congerie amplificantur. Volitaretis.) Metaphora hæc eadem antea fuit: Volitat ante oculos iſtorum. Legibus ſoluti.) Solui legibus, uulgus nunc ait diſpenſari, quomodo Philipp. 11. Qui ex ædilitate conſulatum petit, ſoluatur legibus, quanquam leges eum non tenent. Ergo tanquam leges uincula ſint ciuitatis, ciues legibus ſolui dicuntur, quando contra leges aliquid eis condonatur. Hæc ego uos.) Epilogus adhuc fuit: amplificatio ſequitur. quanquã & antea amplificatio fuit, ſed rhetores perorationis hanc alterã partem ſic appellant. Amplificatio igitur ſequitur, partim ad terrorẽ tribuni, partim ad gratiam Conſulis. Argumentum ferè de proœmio repetitur ex adiũctis. Syllogiſmus primus ita cõcluditur: Conſules uirtutis cõmendatione facti, remp. maximè tueri debent: Cicero talis eſt: Maximè itaq; tueri debet. Hæc ego.) Sic in eadẽ oratione: Patior non moleſtè tam ſtultos eſſe qui hæc ſperent, tam impudẽtes qui conẽtur: illud queror, tam me ab ijs eſſe contemptum, ut hæc portenta me Cõſule potiſſimũ cogitarent. Nam cum.) Propoſitio ſyllogiſmi diſſimilibus illuſtrata. ubi metonymiæ, Cunabula & Campus, claritatem generis & uirtutis commendationẽ ſignificant. Nulli populo.) Aſſumptio ſuis item diſſimilibus exornata, ubi allegoria eſt à prædib. rei pecuniariæ, & altera ex ſimilib. illuſtratio. Quare modò.) Cõplexionis ſententia, ubi item diſſimilia ſunt. Notabis aũt hic eandem libertatẽ, quæ in ſuperioris oratiõis peroratione fuit. Omnes qui ſe incolumes uolent, ſequentur autoritatem Conſulis, ſoluti à cupiditatibus, liberi à delictis, cauti in periculis, non timidi in contentionibus. De ſua aũt in remp. diligentia duobus itidem locis in hac oratione fuit: Verſantur in animo meo multæ & graues cogitationes, quæ mihi nullã partem neq; diurnæ neq; nocturnæ quietis impertiunt, &c. Item: Quanquam me ueſter honos uigilare dies atq; noctes, & intẽtis oculis, omnes reip. partes intueri iubet. Ego is Cõſul.) Cõplexionis exornatio per collationem minorum, qua ſe minimè timidum oſtendit. Propoſitio & redditio habent allegoriam à bello. Tale illud eſt Philipp. 2. Defendi remp. adoleſcens, non deſeram ſenex: contempſi Catilinæ gladios, non pertimeſcam tuos. Quinetiam corpus libenter obtulerim, ſi repræſentari morte mea libertas ciuitatis poſſit. Hunc locum.) Significat ſuaſionem legis Maniliæ, quam Prætor pro dignitate Pompeij aduerſus paucorũ potentiam & libidinem ſtudio populi obtinuit, quod antea ſignificatum eſt apertius: Vos mihi Prætori. Hominis.) Vide num mendum ſubſit, & (hominum) potius legendũ ſit. Si antea.) Amplificat inſtitutam animi ſignificationem, ex adiuncto præſentis concionis ſtudio. Diſſuaſio aũt ex acclamationibus ſuperiorib. potuit intelligi. Hic quoniam uideo uos hominis dignitate & contumelia legis eſſe cõmotos. Habetis unum uenditionis genus, quod magnum uideri uobis intelligo. Hic mihi parumper mentes ueſtras, Quirites, cõmouere uideor. & multæ aliæ ſignificatiões populi fortaſſis extiterunt, quæ tamẽ in hac oratione indicatæ non ſunt. Ex quo.) Syllogiſmus alter amplificationis:

Qui pacem tuetur, popularis eſt:
Cicero pacem tuetur:
Popularis igitur.

Sententia propoſitionis & aſſumptionis primo loco confunditur. Aſſumptio deinde factis Ciceronis approbatur, & maiorũ collatione. Etenim illis.) Adhortatio interpoſita ad ocium per diſſimilitudinẽ agrariorum, & bonorum ciuiũ. utraq; pars ſuis adiũctis exponitur. Nam & ſi.) Collatio minorum ad eandem adhortationem. Quòd ego.) Alia eſt aſſumptionis ratio, item ex effectis, quòd collegam Antonium ſibi pacauerit. Antonio autem Macedoniã conceſſit, ait Plutarchus, & Galliam ſimulatione Antonij petitam confeſtim dimiſit. Notabis aũt gradum, Inuitiſſimis. & obſeruabis an, ut Inuite & Inuitus, & Inuitiſſime à Cicerone dicitur: ſic etiã Inuitior in nomine dicatur. Summum.) Complexionis loco, Quare ſum popularis. hæc adhortatio ad ociũ ex ſimilibus adhibetur, & officij promiſſione peroratio clauditur, qualis primæ Agrariæ exitus fuit.

ANALYSEOS RHETORICAE ET Logicæ in Agrariam II. Summa.

Cum ſcire aliquid & intelligere uolumus, uia duplex eſt, ut iam ex Ariſtotele dictũ eſt, ὅτι καὶ διότι, quia, & propter quid: ut illo uerũ eſſe cognoſcamus, hoc etiam quamobrem uerũ: quod utrunq; pro ſubiecti generis conditione licet ſic aſſequamur. Quæris igitur, an agrarios Cicero concione iſta ſuperarit? Plinius id & Plutarchus (ut antea iam patuit) affirmant: & ſecundæ quatuor acclamatiões perſuaſi populi indices, id abundè in hac ipſa oratione teſtificantur. Hic quoniam uideo uos hominis dignitate & cõtumelia legis eſſe cõmotos, &c. Item, Habetis unum uenditionis genus, quod magnum uideri uobis intelligo, &c. Item, Hic mihi parũper mentes ueſtras cõmouere uideor, &c. Tandemq; orator ipſe perorando quaſi uictor exultauit. Si antea timuiſſem, ait, tamen hac concione, hoc populo certè non ueterer. Quis enim unquam tam ſecunda cõcione legem agrariam ſuaſit, quàm ego diſſuaſi, ſi hoc diſſuadere eſt, ac non diſturbare & peruertere? Vides quàm liberè, quamq; magnificè de concionis euentu propè glorietur orator? Ergo cõtra Agrarios obtinuit, & ὅτι iam tenemus. Quæris διότι; perſuaſionis cauſas & rhetoricas in elocutione (Ciceronis enim pronunciationem, quæ princeps tamen fuerat, nullam in ſcriptis eius & monimẽtis habemus) & logicas in topica inuentione, & analytica diſpoſitione uniuerſas retexe & reſolue, quas ſingulares retexuiſti & reſoluiſti, habebis διότι. De tropis metaphora plus quàm trecentis locis adhibetur, metonymia uix metaphoræ, ſynecdoche

uix metonymiæ, ironia ne uix quidem ſynecdoches dimidium numerū complebit. Ita de tropis metaphorā cōſtat uſu frequētiſſimā eſſe. Sedenim cōſiderato geminatos tropos ſimplicib. gratiores eſſe, & geminationē hanc in primis eſſe Ciceronianā. ut: Ne fortè mea ſedulitas aut inſidioſa, aut impudens. &c. Nolo plebē obſcura ſpe & cæca expectatiōe pendère, &c. Secundi modi metonymiæ ſunt. Tertij multo ſunt frequentiores. Extrema tribus ſuffragiorum & illi ueſtri cōcurſus, &c. Plurimo ſanguine & ſudore, &c. Sipontina ſiccitate & peſtilētiæ finibus, &c. Ironia quoq; geminatur: Homo nō cupidus, nec appetēs, &c. Metaphora uerò hic allegoria dicitur, & multiplicata gratia perplacet: Eum locū quem nobilitas præſidijs firmatū, atq; omni ratione obuallatū tenebat, me duce reſcidiſtis, uirtutiq; in poſterum patère uoluiſtis: Nequando recreata exurgere atq; erigere ſe poſſent, funditus ſuſtulerunt: Cum ſe regū ſanguine implerint, incidāt neruos pop. Rom. adhibeant manus uectigalib. ueſtris. Item, Neruis urbis omnib. exectis, urbē ipſam ſolutam ac debilitatā reliquerunt. Synecdoche etiam geminatur: ut, Tectis & ſedib. ſuis. ſed in eo genere gratia maior eſt. Cum haberet reſp. Lucinos, Calatinos, Acidinos: itē Magios, Bloſſios, mihi uidebar uidere et Iubellios. In figuris uerborū ἐπίζευξις nulla eſt, anaphora plus quàm centum locis adhibetur, epiſtrophe ſex, ſymploce duobus, epanodos quinque, epanalepſis ſeptē, anadiploſis & gradatio nullo, polyptotō ferè par anaphoræ, adnominatio uiginti, numerus plurimis locis iucundè reſonat: in quo ſit operæpreciū conſiderare omnes uerborū figuras, & in repetitione & in cōmutatione quaſdā numeri ſpecies eſſe, & ſola numeri cōpoſitioniſq; gratia placere, ut numerus ſit duplex, alter in eiuſdē dictionis repetitione & cōmutatione, alter in ſoni tantū, non etiā dictionis uarietate. Etenim ſoni eſſe poteſt ἐπίζευξις. Vigilanti homini, nō timido: diligenti, non ignauo, &c. Et ſoni anaphora atq; epiſtrophe longè notabilior, ut ſuperiore oratione: Solicitam mihi ciuitatē ſuſpicione, ſuſpenſam metu, perturbatā ueſtris legib. & concionibus & ſeditionibus tradidiſtis: ſpem improbis oſtendiſtis, timorē bonis iniecistis: fidē de foro, dignitatē de rep. ſuſtuliſtis. Solicitā, ſuſpenſam, perturbatā, ſoni anaphora eſt: Tradidiſtis, oſtendiſtis, iniecistis, ſuſtuliſtis, ſoni epiſtrophe eſt. Tale eſt in hac oratione: Oſtētari pop. Rom. agros, eripi etiā libertatē, priuatorū pecunias augeri, publicas exhauriri. Soni ſymploce aliquādo manifeſtior: ut, Quòd minuit auctionē Decēuiralē, laudo: q. amico regi cauet, nō reprehendo: quòd nō gratis fit, indico. Interdū epanodos ſoni miſcetur epiſtrophæ: ut, Veſter honos ad meī temporis diem petitus, non ad alienæ petitionis occaſionē impetratus eſſe uideatur. Pleniſſimus aūt numerus eſt ille, totoq; orbe concinnitatis expletus, cum primis medijſq; & extremis locis ſoni ſimilitudo ſentitur. ut oratione ſuperiore: Vtrū conſilia ſiccorū, an uinolentorū ſomnia? Vtrū cogitata ſapientū, an optata furioſorū? Atq; in cæteris figuris licebit numeri uoluptatē conſimilē obſeruare: & quod appellat Plato ῥητορικὴν, μαγειρικὴν, καὶ ὀψοποιητικὴν, quaſi figurarum ſuarū fucis & condimentis oblectantē, id in his numeroſis uerborū figuris eſt præcipuè uerū. E figuris ſententiarū optatio uno loco eſt, deprecatio quatuor, addubitatio duobus, ut cōmunicatio, & permiſſio, & conceſſio, & exclamatio. Prolepſis octo, ut apoſtrophe Proſopopœia ſex, ut dialogiſmus. Præteritio tribus, ut licentia. Digreſſio uno, ut reticentia. Suſtentatio nullo. Atq; omnes hæ ſententiarū figuræ in hac oratione nō admodū eminent. Ergo in elocutione eſt hæc Ariſtotelica ἐπαγωγὴ καὶ [illegible], inductio & animaduerſio. Eadem Ariſtotelis principia in logicis topicæ inuentionis, & analyticæ diſpoſitionis partibus retexendis aſſumantur, longè maiorem fructum afferent. Finis decem locis eſt, imò totius orationis argumentū principale eſt, forma uno, efficiens ſex, materia nullo notatur. Facta Rulli, Ciceronis, Pompeij, maiorū quamplurima. Subiectū uno, adiuncta ferè perpetua. Cōtraria priuantia uno, repugnantia duobus, paria tribus, maiora ſex præcipuè: ſed ſpecies illa maiorū, Non modò, ſed etiam, tredecim: ubi ipſum argumentum interdum exprimitur. Neq; ſolū in hoc cōtumelia eſt, Plus ſpectant. Maiorum etiam forma per Cum & Tum tribus locis legitur. Minora decē locis, ſed & ſpecie illa, Non modò, ſed ne, tribus. Similia breuiter indicata notis Quaſi & Tanquam quatuor locis: pleniùs uerò ſeptem. Diſſimilia omniū comparatorū ſunt frequentiſſima: atq; illa forma, Nō hoc, ſed illud, uigintiquinq; locis. Quo in genere redditio Sed, locis præterea tredecim omittitur. Negatioq; modò præcedit: ut, Nō defuit conſilium, fides defuit. modò ſequitur, Vetuſtate poſſeſſionis ſe, nō iure: miſericordia Senatus, nō agri conditione defendunt. Collatio hæc notis Quanquā, tamen, quinq; locis eſt. aliquādo Quanquā omittitur. Quod per populū creari fas nō erat, propter religionē ſacrorū: in eo tamen propter amplitudinē ſacerdotij uoluerint populo ſupplicari. Aliquando nota diſſimilitudinis indicatur: ut, Non eadē lege, Alio uultu. Vide quantū interuallū, etc. Quod nouem eſt locis. Aliquādo nulla harum notarū ponitur. Coniugata ſex locis. Diuiſionis argumentū ſeptendecim. Ex cauſis primū: ut, Duæ ſunt cauſæ obſcuritatis, &c. Multa in mancipijs, pecore, &c. Ex genere: ut, Cum omnes poteſtates, imperia, &c. Ex effectis, Partim magnopere fugerunt, partim nō uehementer ſecuti ſunt: partim iniri, partim inita, &c. Ex ſpecie, Non ingenerantur hominib. mores tam à ſtirpe generis ac ſeminis, quàm natura loci. Carthaginienſes fraudulenti, Ligures duri, Campani ſuperbi. Item, Cum oppida Campana & Romana, cum bella, cum uectigalia enumerantur. Ex ſubiectis: Primum infinita poteſtas, deinde orbis terrarū, &c. Ex adiunctis: Duo genera agrorū ſpectāt, &c. De ueſtro commodo prius dicam, deinde, &c. Partim publicos, partim inuidiæ plenos. Partim libera, partim ignorata. Partem eorū, &c. Partem quibus, &c. Nonnulli digni maiorum loco, pleriq;, &c. Definitio ſex locis eſt. Quinetiā definitionis tum qualitas, ut propria ſit, & perſpicua, tractatur. Cur eos nō definis? &c. tum lex & axioma, Sed mihi ad huiuſce uerbi uim, &c. Teſtimoniū ſeptem locis notabile eſt: atq; hæc logica topicæ inuentiōis exēpla ſunt. Analytica diſpoſitio & ſingulorū & uniuerſorū argumentorū pauciora nobis exēpla, ſed nō minore fructu ſuppeditabit. Analyſis et iudicatio ſingulorū plerūq; eſt ἄτεχνος, nec ſyllogiſmo cōficitur: etſi fiat, ſæpe tamē imperfectio eſt contenta. In primæ figuræ primo modo tres ſunt perfectæ cōcluſiones: ſex in tertio, duæ in quarto ſecūdæ figuræ. In primo cōnexorū modo tres, in ſecūdo quinq; in diſiuncto ſecundo una: quib. exemplis & cōſimilibus cōmentū illud in Ariſtotelis & Zenonis libris ualde deridendum

dendum proponitur, quòd enthymematis rhetores, ſyllogiſmis utātur logici: cū tam frequētes in oratore ſyllogiſmi ſint, quàm in quouis philoſopho. Sed analyſeos prioris hæc ſunto. Vniuerſorū uerò argumentorū ac totius orationis diſpoſitio, ſeu analyſin doctrinæ, ſeu prudētiæ κρίσιν ſpectes, ſumma eſt. Propoſitū eſt initiò ſummū diſſuaſionis argumentū, hac lege tyrannidem inſtitui: ad quod probandum reliqua ſpectaret oratio. Tranſitiones apertæ ſunt. Sunt igitur Decemuiri, neq; ueris comitijs, neq; ad ſpeciem uetuſtatis uſurpandam adumbratis, &c. Videte nunc quanto maioribus ornamentis afficiat, &c. Formam adhuc habetis, Quirites, & ſpeciem tyrannorum: perſpicite quantá poteſtas permittatur, &c. & deinceps ferè capita poteſtatis proponuntur, & tranſitiones interſeruntur ſingulis partibus: Habetis unum genus uenditionis, &c. Intellexiſtis quot & quantas res, &c. Vix iam uidetur locus eſſe, &c. Parta ſit pecunia, &c. Atq; hæc doctrinæ analyſis, quæ progreditur ab uniuerſis ad partes. Prudentiæ κρίσις maior eſt. Nam contra doctrinæ analyſin inſinuatio & narratio ad popularitatis fidem longa præponitur, antequam quæſtio diſſuaſionis poneretur. Summa legis partitio omiſſa: partes ad inuidiā opportuniores arreptæ, de creatione Decemuirûm contra leges, de forma, deq; poteſtate tyrannica. Quin etiam hanc artem prudentiæ (qua ipſe tamē utitur) in Rullo obſcuritatis nomine cauillatur orator. Vnum erat quod mihi uitioſum uidebatur, &c. Et, Cur hoc eſt tam obſcurum atq; cæcum? &c. Vt occultè latet, &c. Nolo ſuſpenſam & incertam, &c. At dicat quos agros empturus ſit, &c. Ergo diſpoſitionis perpetuæ ſeu doctrinam, ſeu prudentiam conſideres, exempla hic magna ſunt. Requiris igitur quamobrē Cicero hac oratione uicerit Agrarios? de pronunciatione & authoritate (qua tum uſus eſt) nihil hic reſpōdeo: ſed quod hic poſſum, perſuaſiſſe & peruiciſſe reſpondeo: quia rebus omnibus ad quæſtionis fidem acutè inuentis, & ſapienter collocatis, & ornatè cōpoſitis, populum docuit & mouit. Hæc ſecunda eſt ἀπόδοσις, ex qua præterea & rhetoricæ & logicæ non ſolum ſenſum, ſed uſum faciliorem habebis. Nam ſi nullam unquam rhetoricam & logicam artem antè didiciſſes, tamen hæc Ariſtotelis ἐπαγωγὴ καὶ ἱστορία ita retextis & rhetoricæ elocutionis & topicæ inuentionis & analyticæ diſpoſitionis partibus magnam tibi utriuſq; artis informationem afferrent, cum in nobili præſtantiq; exemplo omnium ferè & rhetoricarum & logicarum uirtutum tantam frequentiā, tamq; gratam uideres. Cicero ait orationem Craßi in legem Cæpionis ſibi à pueritia magiſtram fuiſſe: credo, in qua nempe omnes has rhetoricas & logicas laudes ſtudioſè contemplatus eſſet, imò meditatus & æmulatus eſſet. Quid igitur prohibet, quin unam Ciceronis orationem magiſtram habeamus: & dum Ciceronis ſtudium imitamur, fructum quoq; conſequamur?

IN III. DE LEGE AGRARIA ORATIONEM, PETRI Rami Scholia.

ARGVMENTVM.

Cicero duabus primis Agrarijs duo Agrariæ legis ἀποσυμπαραιτεια, ut iam dictum eſt, addiderat. Ex illis igitur reliquijs hæc conciuncula ſupereſt, quæ magis eſt in concionem prouocatio, quàm legitima concio. Tota autem concionis ſumma eſt, Ciceronem Syllanæ tyrannidis fautorem non eſſe, ut accuſatus erat à Rullo, ſed ipſum Rullum, & uno ſyllogiſmo continetur,

> Si Tullius Syllanæ tyrannidis fautor eſſet, Rullus eſſet oppugnator:
> Sed ſecundum falſum:
> Primum igitur.

Proœmio autē leuius reprehenditur factum Rulli, quòd abſentem Ciceronem calumnietur:

> Si Tribuni potius præſentem Ciceronē accuſaſſent, commodius feciſſent:
> Abſentem, non præſentem accuſarunt:
> Non igitur commodè fecerunt.

Vbi tribunorum nomine, per ſynecdochen Rullum intellige.

NAm & æquitatē) Ratio propoſitionis ex adiunctis, quòd hæc diſceptatio æqua, uſitata, congrua fuiſſet. Sed quoniam.) Sententia aſſumptionis hic concluditur, (Sed præſentem non accuſarunt) & complexionis loco, (Quare cōmodè non egerunt) prouocatio ad concionem adhibetur, ubi diſsimile eſt. Certamen, contentionemq;.) Allegoria eſt militaris quaſi certaminis, quò Rullum Cicero prouocat. Duo uerò dicendi genera ſunt, alterum perpetuum, alterum conciſum, de quibus undecima primi ad Atticum: Clodium præſentem fregi in ſenatu, cùm oratione perpetua plenißima grauitatis, tum altercatione eiuſmodi, ex qua licet pauca deguſtes. Nam cætera non poſſunt habere eandem neq; uim, neq; uenuſtatem, remoto illo ſtudio contentionis, quem ἀγῶνα uos appellatis. Hic igitur Cicero uidetur certamen & contentionē dicere altercationem, & ἀγῶνα, ut uidelicet Cicero Rullusq; de ſingulis capitibus interrogando & reſpondendo agerent. Video quoſdam.) Aduerſa quædam acclamatio hic accidit, cui reſiſtitur partim confirmandis beneuolis, à quibus eadem uoluntas poſtulatur: partim placandis maleuolis, quibus rei probatio promittitur. De acclamationibus aduerſis ſic Antonius Oratorio ſecundo: Et cum ſint populares multi, uarijq; lapſus, uitanda eſt acclamatio aduerſa populi, quæ aut orationis peccato aliquo excitatur, ſi aſperè, ſi arroganter, ſi turpiter, ſi ſordidè, ſi quoquo animi uitio dictum eſſe aliquid uideatur: aut hominum offenſione, uel inuidia quæ aut iuſta eſt, aut ex criminatione atq; fama, aut res ſi diſplicet, aut ſi eſt in aliquo motu ſuæ cupiditatis, aut metus multitudo. hisq; quatuor cauſis totidem medicinæ opponuntur: tum obiurgatio, ſi eſt authoritas: tum admonitio, quaſi leuior obiurgatio: tum promißio, ſi audierint probaturos: tum deprecatio, quod eſt infimum, ſed nonnunquam utile. Nullo autem loco plus facetiæ proſunt, & celeritas & breue aliquod dictum, nec ſine dignitate & cum lepôre. Nihil enim tam facile, quàm multitudo à triſtitia & ſæpe acerbitate commodè ac breuiter & acutè & hilarè dicto deducitur. Quatuor cauſæ ſunt acclamationis aduerſæ, oratio, orator, cauſa, auditor. quatuor remedia, Obiurgatio, qua uſus pro Rabirio, Nil me clamor iſte commouet, &c.

Admonitio, promiſsio, deprecatio. Deprecatione quadam hic & promiſsione utitur. Strepitu.) Hic tibi ſtrepitus, fremitus, clamor, tonitruũ, rudentum ſibilus: ait in Epiſtolis. Vſura.) Vſura hic idem eſt quod uſus. Vſuram corporis eius cæpit ſibi, ait Plautus: & Vſuram gaudij, lucis, Cicero dicit. Vt eam.) Dilemma eſt ex ſactis contradicentibus, qualis æquitatis poſtulatio fuit illa ſecunda Agraria, Quæ cùm expoſuero, ſi falſa, &c.

Completi.) Quæſtio eſt totius concionis, quòd Cicero Syllanæ tyrannidi ſtudeat, & populum oppugnet. In his autẽ tyrannis ſeptẽ, uide nunquid Fauſtus, Craſſus, Metellus intelligantur de proſcriptione & tyrannide Syllana, ut 76000 millia ciuium Ro. necauerat, Spoletum, Interamnum, Præneſte, Fluentiam, Sulmonẽ proſcripſerat: antea dictum eſt, & quod Liuius ait 89. lib. Hic ignorandum non eſt 47. legionibus agros à Sylla aſsignatos eſſe. tot uidelicet expelli neceſſe fuit, ut hi inducerentur. De tanto igitur numero Syllanorum nunc agitur. Hæc ſi qui.) Sequitur quæſtionis explicatio ex repugnantibus:

Si Tullius defenſor eſt Syllanæ tyrannidis, Rullus eſt oppugnator:
Secundum falſum:
Primum igitur.

Si oſtendo.) Aſſumptio, ſuſpenſa tamen hypotheſi ad populi conciliationẽ & attentionem. Valgij.) Hic Valgius definitus eſt duabus ſuperioribus orationibus. Prima: Quantum tibi agri (ut alios omittam) uendet ſocer tuus. Secunda, Habet ſocerum uirum optimum, qui tantum agri in illis reip. tenebris occupauit, quantum concupiuit. Nunquid.) Pro complexione, Quare Cicero non eſt defenſor Syllanæ tyrannidis, hæc Rullo inuidia ex eius facto creatur. Caput eſt.) Aſſumptionis confirmatio ex teſtimonio legis Seruiliæ. Teſtimonium ipſum looga ſuſtentatione ſuſpenditur. Primùm excuſatio præcedit ex adiunctis, quòd hac de re tacuerit, ne quis ciuilis motus renouaretur: & prolepſis additur ex fine, quòd dicturus ſit, ut Rullus erubeſcat. Refricare.) Hac allegoria ſignificat ciuilium bellorum calamitates utcũq; iam ſubleuatas. Sic ad Atticum lib. 5. Appij uulnera non refrico, ſed apparẽt, nec occuli poſſunt. Generis huius allegoriæ fuerunt oratione ſuperiore: Implere ſanguine, Neruos incidere. Neq; uerò.) Diſsimile eſt, cuius πρότασις repugnantibus affirmatur. Omnium legum.) Collatio minorum eſt, ad exaggerandam propoſiti capitis inuidiam. Lex Valeria eſt iniquiſsima, Seruilia tamen iniquior. L. autẽ Valerius Flaccus Interrex creatus, ut in locum Carbonis & Marij interfectorum Coſs. noui Coſs. eligerentur, tulit, ut Sylla perpetuus Dictator ad componendum reip. ſtatum crearetur, cum poſt annos quadringentos hic magiſtratus Romæ non fuiſſet, ut ait Appianus. Huius autem legis meminit Cicero primo Legum: Iam uerò (ait) ſtultiſsimum illud, exiſtimare omnia iuſta eſſe, quæ ſcita ſint in populorum inſtitutis aut legibus. Etiámne ſi quæ leges ſint tyrannorum, ſi triginta illi Athenis leges imponere uoluiſſent, aut ſi omnes Athenienſes delectarentur tyrannicis legibus, num idcirco hæ leges iuſtæ haberentur? nihilo credo magis illa, quam interrex noſter tulit, ut Dictator quem uellet ciuiũ, indicta cauſa impunè poſſet occidere.

Interrex.) Interrex dicitur, qui demortui regis locum tenet, dum alius creetur: quales mortuo Romulo patres ſinguli per quinq; dies fuere. Poſtea comitiorũ cauſa Interrex interdum creabatur imperio quinq; dierum (ut ait Aſcooius in Miloniana) ut nunc Carbone & Mario Coſs. cæſis, Valerius interrex factus ad nouos Coſs. creandum. Nam cum.) Προτάσεως amplificatio, ex diſsimilibus. Eſt inuidioſa.) Excuſatur Valeria lex ex adiuncto temporis, ut acrius Seruilia reprehendatur. Quid ſi.) Ἀπόδοσις collationis, cui προτάσεως extenuatio rurſus adiungitur, ex uarijs adiunctis. Ad uerba autẽ (ademptus, datus) uidetur uerbum (ager, aut fundus) deeſſe.

Quæ poſt.) Principium propoſiti capitis, in quo ex circumſtantia temporis reprehenditur Rullus, quòd occultandæ fraudis cauſa hos Coſs. aduerſarios Syllæ nominet, qui uno duntaxat anno Syllæ dictaturã præcedunt. κρύψις eſt Ariſtotelica, de qua iam in ſuperiore oratione, μὴ προτείνειν ὃ δεῖ λαμβάνειν, ἀλλ᾽ ᾧ τοῦτο ἕπεται ἐξ ἀνάγκης. Dialogiſmus autem eſt Rulli & Ciceronis in hac tota legis diſceptatione. Sed quẽ.) Ad detegendam Rulli κρύψιν, aſſumptio ſyllogiſmi additur, ſicut antea factum eſt, & mox rurſus fiet. Quid ergo.) Attentionis cauſa locus è diſſentaneis interponitur. Verba autem legis uidentur hic mendo aliquo uitiata eſſe: uel (agros, ædificia) &c. ad uerbum (complexus) referenda: quod tamẽ ualde non placet: ſed agros, ædificia, lacus, ſtagna, poſſeſsiones, potius Rulli uerba fecerim. Cœlum.) Iocus eſt uelut ex imperfecta enumeratione, quia uulgò tres mundi partes nominantur, terra, aer, cœlum. totam terram complectebatur Rullus: mare, cœlum, omittebat.

Publicè.) Verba legis confirmantur, & aſſumptione rurſus addita, κρύψις Seruilia detegitur. Ea omnia.) Sic oratione ſuperiore Decemuiri eodem iure ſint, quo qui optima lege. Additur autem huic etiam diuiſæ legis parti, ex effectis ironica illuſio. Vt quæ.) Hic capitis ſententia adhuc ſuſtentatione ſuſpenſa concluditur, & duplici collatione exaggeratur minorũ & diſsimilium.

Si iſti.) Reuocatur comparatio legis Valeriæ. Multum eſt Syllanis, ſi lege Valeria Syllanæ aſsignationes iuſtæ & priuatæ poſſeſsionis breue tempus aliquod habeant. Tu uerò.) Apodoſis per apoſtrophen & dialogiſmum, ubi repetitur collatio minorum paulo antè poſita. Hirpini autem, uel Irpini, populi ſunt Italiæ in Samnio: ſic dicti, quaſi lupini, quòd more luporum rapto uiuerent. Samnites enim Irpum lupum nominant, ut Seruius tradit undecimo Aeneidos. Arpinas.) Arpinum, oppidum eſt Volſcorum, patria Ciceronis, in cuius honorem hodie tres literas M. T. C. municipes pro ſigno publico conſcribunt. Optimo enim.) Verbi definitio quædam eſt, ad inſtitutam amplificationem. Forma minus aperta eſt. ſic apertior erit:

Prædia optimo iure ſunt, libera, ſoluta, immunia:
Syllanæ aſsignationes ſunt optimo iure:
Sunt igitur liberæ, ſolutæ, immunes.

Propoſitio & complexio ad augendam rem partibus diuiduntur. Ego Tuſculanis.) Diſsimilitudine continuatur amplificatio. Crebram autẽ, ſeu Crabrã aquam, ut eſt apud Iulium Frontinũ, omnes uillæ Tuſculanæ per uicem indies, modulosq; certos diſpenſatam accipiebãt.

Video.) Hic mutatis plebis animis ſecunda acclamatio contigit, & uelut erroris & pœnitentiæ confeſsio expreſſa. ubi notabis, impudẽtiæ partitionẽ ex ſubiectis

&

& principiis quæſtionis cõcluſionem. At ſi illa.) Comparatio maiorũ, quòd Rullus hoc capite plura ſanciat, quàm Sylla. Syllogiſmi propoſitio præcedit. Sed non.) Aſſumptio, ubi maius aſſumitur, & primæ quæſtionis cõplexio. Nam attendite.) Attentionis locus ad aſſumptionis ſuperioris approbationem, ad quam repetuntur uerba legis antecedentia, & eorum ſententia breuiter exponitur, & ita concluditur:

Poſſeſſa poſt Marium & Carbonem Coſs. optimo iure ſunto:

Plurima prædia quæ poſſeſſa ſunt, ui, clàm, precario poſſeſſa ſunt à Syllanis, poſt illos Conſules:

Erunt igitur hæc optimo iure.

Complexio malis adiunctis amplificatur.

Vel ui.) Hic notabis tria genera non propriæ poſſeßionis, uiolentæ, clandeſtinæ, precariæ. Quæ tria Terentius occupauit in Eunucho: Hanc tu mihi uel ui, uel clàm, uel precario fac tradas. Precario uerò poßidemus, quod precibus petẽti utendum cõceditur tamdiu, quamdiu is qui conceßit, patitur: ut Vlpianus. Interdicta.) Interdicta Prætorũ eſſe propria, locus hic indicat. quomodo etiam pro Cecinna Cicero loquitur: Prætor interdixit, ut unde deiectus eſſet, reſtitueretur. Generaliter aliquando de omni poteſtate dicitur. Non mediocris.) Attentionis locus, ex adiuncta fraudis magnitudine, quæ deinde exponitur. Cauſam.) Digreßiuncula eſt in totam legem, Hoc capite ueſtra uobis Rullus eripit, cætera igitur eripi uobis ne patiamini. Hiſpaniis.) Vt Gallia quondam, ſic Hiſpania à Romanis in duas partes diuiſa eſt, ulteriorem & citeriorem. Alpes duas Gallias, Iberus duas Hiſpanias diuidebat. Iam totam.) Regreditur per collationem minorum, & aſſumit à Valgio plurima iniquè poſſeſſa. Valgij autem improbitatem ueluti notam ἐμφατικῶς perſtringit.

Vt ipſe.) Videtur hic quippiam deeſſe, ut Certum, firmum, aut ſimile aliquid. Syllam.) Mendum item hic eſt. Habet.) Fingitur Rulli proſopopœia ad iniquitatem Valgij, & Rulli fraudem manifeſtius explicandam. Deniq;.) Concluſio eſt proſopopœiæ, ubi crudelis & importuna harum poßeßionum rapina declaratur. Caßinũ autem oppidum eſt in Samnio. Proſcriberet.) Sylla non tantum proſcripſit quos uoluit, ſed ſatellitibus tyrannidis ſuæ idem ferè permiſit, ut quos uellent, in tabulas proſcriptorum referrent, ut Catilina de fratre. Et quoniam.) Confirmata adhuc princeps aſſumptio eſt, quòd Rullus ſua lege Syllanas aßignationes defendat. Concluditur igitur deinceps prima quæſtio, Quare Cicero non eſt Syllanæ tyrannidis patronus? & illuſtratur breui ſuperioris concionis epilogo, ubi dialogiſmus & orbis cõcinnitatis eſt. Præſertim.) Repetitur de ſuperiore oratione ad finem legis hic ſyllogiſmus: Romani non ſunt facinoroſi: Capua facinoroſis paratur: Capua igitur non paratur Romanis. Complexio præcedit. Propoſitionis ſententia illa fuit in ſuperiore oratione: Quinq; hominum millibus ad uim, facinus, cædemq; delectis, &c. Exercitus.) Illuſtratio aſſumptionis, ubi finis legis ad tyrannidem manifeſtius refertur: & Pompeij nomen ter antea repetitum, bis etiam hic ad extremũ repetitur. Veniant.) Concluditur ad extremum prouocatio tribunorum, initio propoſita.

ANALYSEOS RHETORICAE ET Logicæ in Agrariam tertiam ſumma.

De duplici Ariſtotelicæ explicationis & demonſtrationis genere, ſuperioribus orationibus ſatis eſt dictum. Quamuis igitur breuis hæc ſit oratio, ſpiritus tamẽ ſuos oſtendit, & acclamatione duplici expromit. Acclamatio populi aduerſa initio contigit, Video quoſdam ſtrepitu ſignificare neſcio quid, &c. Quæ tamen oratoris eloquentia non ſolum ſedata eſt, ſed cõuerſis plebis animis cõtraria eſt expreſſa. Video uos, Quirites, ſicuti res ipſa cogat, cõmoueri uel legis, uel orationis impudentia. Deniq; militaris illa prouocatio (Veniant coràm, & quoniam me in ueſtram concionem uobis efflagitantibus conuocauerunt, differant) quid aliud quàm in cauſa ſuperiorem oratorẽ oſtendit? Sed illud eſt ὅτι, quòd perſuaſus ſit populus: διότι uerò, & quamobrem perſuaſus ſit, ex cauſis, ut antea, cognoſce. Rhetoricã elocutionem excute: metonymiã & metaphoram ſenis aut compluribus locis, ironiã & ſynecdochen paucioribus inuenies. E' figuris uerborũ anaphoram ſeptẽ, epanodon tribus, polyptoton duodecim, paronomaſiã uno, Numerum inſigniorẽ quatuor, reliquas nuſquã. Ita iam potes inductione trium Agrariarũ concludere de figuris uerborũ, anaphorã & polyptoton frequẽtißimè adhiberi. E' figuris ſententiarũ proſopopœiã quandam quatuor, digreßionẽ uno, & apoſtrophen & exclamationẽ & ſuſtentationẽ & licentiam. Sed ſuſtentatio hic excellit, & ut rara eſt, ſic ſpectabilis & ſuſpicienda, & in octo conſularibus uno tantũ hoc loco adhibita. Retexe logicam, & topicæ inuentionis exempla locis ſuis cõpara, finem duobus locis leges, facta & adiuncta & repugnantia minora ternis locis, maiora quinq;, dißimilia undecim, obſeruabis formã illam (non hoc, ſed illud) quinquies: obſeruabis item, quod iam antea monui, Quanquam frequenter omitti. ut, Eſt inuidioſa lex, uerumtamen habet excuſationem. Coniugata duobus locis, Partitionis uim quandam quinq;: definitionis duobus: teſtimonium autem uno, cætera non reperies. Vt autem finis in ſecunda Agraria, ſic teſtimoniũ in tertia principale argumẽtum eſt. Diſpoſitio analytica ſuam hic etiam laudem habet. Nam & ſyllogiſmus in primæ figuræ primo modo ter cõcluditur, in ſecundæ tertio ſemel, in cõnexis etiam modis aliquoties. Poſterioris analyſeos & methodi nil admodum hic eſſe potuit: quæſtio tamen initiò ponitur, & uno ferè ſummo argumento ex teſtimonio legis cõtinuatur. Quin κρύψις Ariſtotelica hic rurſus in Rullo carpitur, Quàm procul à ſuſpicione fugit, &c. Quamobrem cum has rhetoricas & logicas perſuaſionis cauſas retexueris, intelliges διότι, quamobrem Cicero populum Rom. (quem irritatum & infenſum inuenerat) placauerit, & in ſuas partes immutatũ pertraxerit. Cumq; Ariſtotelis his ueſtigijs ἐπαγωγῆς, ἱστορίας, ἐμπειρίας, tres Agrarias perluſtraris, fructum illum duplicem capies, ut artium (quibus uſus eſt Cicero) uirtutes uberius percipias, & promptius expeditiusq; exerceas, hominumq; eloquentiæ profeſſorum miſeram inſcitiam miſerabere, logicam in oratoribus eſſe negantium, cùm topicæ inuentionis exempla in his orationibus non dico crebra, ſed perpetua & continua, cum ſyllogiſmos plenos tam frequentes, quàm in Platonis uel Ariſtotelis diſputationibus agnoſces.

IN M. T. CICERONIS IN L. CATILINAM ORAtiones quatuor, Petri Rami Prælectiones.

P. RAMI IN CATILINARIAS Ciceronis orationes Præfatio.

QVo facilius quatuor orationum in Catilinam habitarum argumentum cognoſcatur, Catilinæ mores, quibus præcipua coniurationis cauſa continetur, prius explicandi ſunt: deinde proponendus coniurationis euentus. Atq; in moribus illud eſt animaduertẽdum, quod à Platone, ſexto de Rep. ſcriptum eſt: Si philoſophi, id eſt, præſtantis & excellentis uiri natura ἀρίστιμ λίς τε καὶ ἀριστίφρων, *corporeq́; et animo perfecta, in proprio & naturali germanæ diſciplinæ ſolo ſata ſit & exculta, hominem hominum optimum, regemq́; futurum: ſin autem in alieno contrarioq́; prauæ diſciplinæ ſolo plantetur atq; alatur, hominem hominum peßimum, & tyrannum futurum: ſummaq́; prorſus & naturæ & fortunæ bona, ſummorũ malorum inſtrumenta fore, ſi prauam diſciplinam, prauam ſcholam, prauum magiſtrum nacta ſint. quæ omnia Catilinæ ad improbitatem ſingularem ſumma contigerunt. Nam claro & patricio genere, ui corporis animiq́; maxima cùm natus eſſet, in omnium uitiorum & ſcholam & magiſtrum incidit. Romani quippe mores Marianis quidẽ diſcordijs primùm uehementer labefactati, Syllana uerò dominatione prorſus corrupti ſunt. Veteres enim Curij, Fabricij, Cincinnati, Calatini, cæteriq́; ſimiles Romani imperij authores, cum laude & gloria ſuperiores, fortunis & uoluptatibus inferiores eſſe, pulchrum putarent: ſapientiam in pace, fortitudinem in bello, iuſtitiam, temperantiam in utroq; tempore, ſed in pace præſertim adhibebant. Sylla primus exercitum luxurioſe & indulgenter habere cœpit: ibiq́; primùm Romanus miles amare, ſcortari, potare, ſigna tabulasq́; & uaſa mirari, rapere, ſacra profanaq́; ſpoliare cœpit: perinde quaſi iniuriam facere, id demum eſſet imperio uti. Atq; hæc uitia cùm ſuis Sylla permitteret, in primis ſibi uni permiſit, Dictatorq́; non potius populi magiſter, quàm trium peſtiferorum uitiorum, auaritiæ, libidinis, crudelitatis fuit, ut ait Cicero. Igitur tam corruptam Romanorũ morum ſcholam, tam perditum ſcholæ magiſtrum Syllam, cùm nactus eſſet Catilina, facilè omnia naturæ fortunæq́; bona in contraria uitia conuertit. inediæ, uigiliæ, algoris, ſuprà quàm cuiquam credibile ſit, patiens erat. illa uidelicet naturalia fortitudinis & temperantiæ ſemina fuerant: quæ uide quo pacto ſub illo magiſtro exercuerit. Fortitudo ſeruandis ciuibus excellere debuit: at (ut nihil de cædibus obſcurorum hominum dicam) L. Cæcilium, M. Volumnium, L. Tantaſium, Marium Gratidianum populo charißimum, & Ciceroni perneceſſarium, contrucidauit, Marijq́; cruentum caput, & adhuc animæ ſpirituq́; plenum ad Syllam uſq;, ab Ianiculo ad ædem Apollinis, manibus ſuis detulit. fratrem (ait Plutarchus) interemit, & iudicium metuens, Syllæ permißu in proſcriptos retulit. Vxoris etiam prioris cædem uidetur ei Cicero obijcere: & (quod Cicero non audet dicere, ut Oreſtillam duceret, quæ priuignum adulta iam ætate metuebat) filium crudelißimè necauit. Hæc ad Syllanæ ſcholæ diſciplinam, fortitudinis exempla, Catilina diſcipulus edidit. Quid temperantiæ? Nefanda ſtupra fecit, non ſolũ cum pleriſq; ignotis, ſed cum nobili uirgine, cum ſacerdote Veſtæ, aliaq́; huiuſcemodi contra ius faſq́. Quin ad huius generis flagitia, in Catilinã Cicero togatus ait: Cùm deprehendebare in adulterijs, cum deprehendebas adulteros ipſe, tum ex eodem ſtupro tibi & uxorem & filiam inueniſti. Quo loco Aſconius ait, filiam ex ſtupro conceptam, Catilinæ uxorem fuiſſe. Nec uerò iuſtitiæ minora exempla ſunt ab homine (ut ab eodem togato dictum eſt) Verris familiarißimo expectanda, rapere undecunq; libuit ac potuit: ſed Prætor in Africam ita uenit, tanquam ad diripiendam, non regendam prouinciam mitteretur. indeq́; reuerſus, cùm repetundarum accuſaretur, P. Clodium præuaricatorem adhibuit: ſummaq́; fraude leges, quæſtiones, iudicia uiolauit. Atq; hac de re in eum Cicero togatus exclamat: O' miſer, qui non ſentias illo iudicio te non abſolutum, uerùm ad aliud ſeuerius iudicium, ac maius ſupplicium eſſe reſeruatum! Quid ingenij? quid ſapientiæ? quæ uis fuit? eloquentiæ ſatis, ſapientiæ parum, uaſtus animus, immoderata, incredibilia ſemper appetens: color exanguis, fœdi oculi, citus modò, modò tardus inceſſus, prorſus in facie uultuq́; uecordia inerat: animus impurus, dijs hominibusq́; infeſtus. neq; uigilijs, neq; quietibus ſedari poterat: ita conſcientia mentem excitam uaſtabat. Hi mores Catilinæ, hoc ingenium fuit, ſic in ſchola Romana ſub magiſtro Sylla formatus & inſtitutus (ut pares cum paribus facilè congregantur) omnium flagitioſorum atq; facinoroſorum, præſertim Syllanorum, circum ſe tanquam ſtipatorum cateruas habebat. Impudicorum, adulterorum, ganeonum, decoctorum, obæratorum, parricidarum, ſacrilegorum, iudicijs conuictorum, aut pro factis iudicium metuentium, periurorum, ſicariorum: imò etiam quam diſciplinam didicerat, tanquam magiſter artis factus eſſet, ſic alios edocuit. in primisq́; adoleſcentium molles & fluxos animos, quos in familiaritatem ſuam pellexerat, moribus ſuis imbuebat: alijs ſcorta præbere, alijs canes & equos mercari: deniq; neq; ſumptui, neq; modeſtiæ ſuæ parcere, dum illos ſuis illis artibus obligaret, eorumq; opera falſa teſtimonia, ſigna ſubijciebat, circumueniebat, iugulabat. deniq;, ut Ciceronis pro Cælio uerbis, Catilinæ optimam naturam peßimis moribus corruptã concludam: Habuit Catilina permulta maximarum non expreſſa ſigna, ſed adumbrata uirtutum. utebatur hominibus improbis multis, & quidem optimis ſe uiris deditum eſſe ſimulabat. erant apud illum illecebræ libidinum multæ: erant etiam induſtriæ quidam ſtimuli, ac laboris: flagrabant uitia libidinis apud illum: uigebant etiam ſtudia rei militaris. Neq; ego unquam fuiſſe tale monſtrum in terris ullum puto, tam ex contrarijs diuerſisq; inter ſe pugnantibus naturæ ſtudijs cupiditatibusq; conflatũ. Quis clarioribus uiris quodam tempore iucundior? quis turpioribus coniunctior? quis ciuis meliorũ partiũ aliquando? quis tetrior hoſtis huic ciuitati? quis in uoluptatibus inquinatior? quis in laborib. patientior? quis in rapacitate auarior? quis in largitione effuſior? Illa uerò, Iudices, in*

illo

illo homine mirabilia fuerunt: comprehendere multos amicitia, tueri obſequio, cum omnibus communicare quod habebat, ſeruire temporibus ſuorum omnium, pecunia, gratia, labore corporis, ſcelere etiam ſi opus eſſet, & audacia: uerſare ſuam naturam, & regere ad tempus. atq; huc & illuc torquere & flectere: cum triſtibus ſeuerè, cum remiſsis iucundè, cum ſenibus grauiter, cum iuuentute comiter, cum facinoroſis audacter, cum libidinoſis luxurioſe uiuere. Hac ille tam uaria multiplicicq; natura, cùm omnes omnibus ex terris homines improbos, audacesq; collegerat, tum etiam multos fortes uiros & bonos, ſpecie quadam uirtutis aſsimulatæ tenebat. neq; unquam ex illo delendi huius imperij tam ſceleratus impetus extitiſſet, niſi tot uitiorum tanta immanitas quibuſdam facilitatis & patientiæ radicibus niteretur. Hæc Cicero. Quibus concludit, quod concludere uolumus, coniurationis cauſas in illis moribus fuiſſe. Tyrannum magiſtrum Catilina tyrannicæ diſciplinæ habuerat: æmulatione magiſtri, tyrannidē affectabat. is finis coniurationis fuit. cædibus & artibus nequiſsimis Sylla ſibi tyrannidē quæſierat, Catilina ueſtigijs iiſdem inſiſtebat. Ergo hæ coniurationem cauſæ præceſſerunt. Coniuratio autem duplex fuit. Prior, L. Tullio, M. Lepido Coß. P. Antronius & P. Sylla deſignati Conſules, legibus ambitus interrogati, pœnas dederant. Pòſt paulo Catilina repetundarum reus, prohibitus erat petere Conſulatum, quòd intra legitimos dies profiteri nequiuerit. Erat eodem tempore Cn. Piſo, adoleſcens nobilis, ſummæ audaciæ, egens, factioſus, quem ad perturbandam Rempub. inopia atq; mali mores ſtimulabant. Cum hoc, Catilina & Antronius circiter Nonas Decembris communicato conſilio, parabant in Capitolio Calendis Ianuarij L. Cottam & L. Torquatum Conſules interficere: ipſi faſcibus correptis, Piſonem cum exercitu ad obtinendas duas Hiſpanias mittere. Ea re cognita, rurſus in Nonas Februarias conſilium cædis tranſtulerant. Iam tum non Conſulibus modò, ſed pleriſq; Senatoribus perniciem machinabantur. quod ni Catilina maturaſſet pro curia ſignum ſocijs dare, eo die poſt conditam urbem Romam peſsimum facinus patratum foret: quia nondum frequentes armati conuenerant, ea res conſilium diremit. Poſtea Piſo in citeriorem Hiſpaniam, Quæſtor pro Prætore miſſus eſt, adnitente Craſſo, quòd eum infeſtum inimicum Cneo Pompeio cognouerat. neque tamen Senatus prouinciam inuitus dederat: quippe fœdum hominem à Rep. procul eſſe uolebat, ſimul quia boni complures præſidium in eo putabant. etiam tum potentia Cnei Pompeij formidoloſa erat. Sed is Piſo in prouinciam ab equitibus Hiſpanis, quos in exercitu ductabat, iter faciens, occiſus eſt. Sunt qui ita dicunt, imperia eius iniuſta, ſuperba, crudelia barbaros nequiſſe pati. Alij autem, equites illos Cnei Pompeij ueteres, fidosq; clientes, uoluntate eius Piſonem aggreſſos: nunquam Hiſpanos præterea tale facinus feciſſe, ſed imperia ſæua multa antea perpeſſos. Poſterior coniuratio triennio poſtea agitari cœpta eſt, cùm nullus in Italia exercitus eſſet, & Mithridaticis bellis Pompeius procul impediretur, & Catilina conſulem ſe cum Antonio futurum ſperaret. Atq; ubi Catilina omnia ſatis explorata perſpexit, in unum omnes conuocat. Eò conuenere ſenatorij ordinis, Pub. Lentulus Sura, Pub. Antronius, L. Caſsius Longinus, C. Cethegus, Publius Seruius, Syllæ Seruij filij, Lucius Vargunteius, Quint. Annius, M. Porcius Lecca, Luc. Beſtia, Q. Curius. Præterea ex equeſtri ordine, M. Fuluius Nobilior, L. Statilius, P. Gabinius Capito, C. Cornelius: multi præterea è colonijs & municipijs domi nobiles, præterea huiuſce conſilij participes. ac pleraq; iuuentus nobilium Catilinæ cœptis fauebat. Quidam M. Craſſum huiuſce conſilij non ignarum exiſtimant fuiße. Hos igitur uniuerſos Catilina cohortatur, & præmia belli, nouas tabulas, proſcriptiones locupletum proponit, magiſtratus, ſacerdotia, rapinas, alia omnia quæ bellum ac uictorum libido fert: & ijs petitionem ſuam commendat. atq; etiam uulgatum eſt, ad impij ſceleris cōfirmandam pactionem, ſingulos humanū ſanguinem uino permiſtum bibiſſe. Omnia Catilinæ conſilia interea Curius Fuluiæ, cum qua uetus ei fuerat ſtupri conſuetudo, aperuit: per quam deinde multis communicata. eaq; res Ciceroni ad conſulatum nobiles, cæteroſq; qui nouitati hominis adhuc inuiderant, metu conciliauit. Ergo cùm præpoſito Cicerone repulſus eſſet Catilina, furere uehementius cœpit, arma, pecunias, omnis generis homines ſibi comparare, per mulieres etiam impudicas uiros earū & urbana ſeruitia ſolicitare, in annum ſequentem conſulatum petere, Ciceroni inſidias parare, quin eum ipſis comitijs conſularibus confodere ſtatuit: ſed Cicero per Fuluiam omnia reſciuit, & Catilinam ipſum ea de re interrogauit in ſenatu. Sed Catilina exiſtimans pleroſq; eſſe rerum nouarum cupidos, ſimul ut audaciam ſuam amentiæ ſuæ ſocijs oſtentaret, conſulem ænigmate illo, quod apud Plutarchum eſt in Cicerone, deriſit. Cùm duo corpora ſint, ait, quorū alterum tenue & ægrum ſit, caput tamen habeat, alterum ualidum & magnum, ſed ſine capite: quid mali facio, ſi ipſe me huic caput ſuperimpono? Hoc ænigmate Cicero territus, Lata, ut ait in Murenæ defenſione, & inſigni lorica, quam modicè ſciſſa toga ad ſignificationem periculi ciuibus oſtendebat, armatus, & magna ciuium manu ſtipatus, in campum deſcendit: Catilinaq; repulſus iterum eſt, factis Murena et Syllano Coß. Quare quod adhuc occultè tentauerat, bello perſequi ſtatuit: Hetruriam, Apuliam, Agrum Picenū ſolicitare, Romæ omnia mouere. quæ cùm nihil procederent, per M. Porcium Leccam ſocios conuocat. Ibi Cornelius & Vargunteius interficiendum Ciceronē ſuſcipiunt: ſed Cicero per Fuluiam monitus, aduenientes domo prohibuit. cumq; per Manilium exercitū Catilina in Hetruria pararet, & Cicero priuato cōſilio urbē amplius tueri non poſſet, rem ad Senatum refert. Senatus decreuit, ut darent operam Coß. ne quid reſp. detrimenti caperet. Martius in Hetruriam, Metellus Creticus in Apuliam, Metellus Celer in agrum Picenum mittuntur, iiſq; permittitur ut exercitum compararent: ad hoc ſiquis indicaſſet de coniuratione, quæ contra remp. facta erat, præmium ſeruo libertatem & ſeſtertia centum, libero impunitatem eius rei, & ſeſtertiorum ducenta millia. Item uti gladiatoriæ familiCæ apuam & in cætera municipia diſtribuerentur, pro cuiuſq; opibus: Romæ per totam urbem uigiliæ haberentur, hiſq; minores magiſtratus præeſſent. quibus rebus ciuitas uehementer permota, & immutata urbis facies erat. Tum igitur Cicero in ædem Iouis Statoris ſenatum uocat, ad quem Catilina, publicijs præſidijs nihil territus

tus

tus: licet etiam Plotia lege de ui interrogatus, tamen uenit diſsimulandi cauſa, aut ſui expurgandi, ſicuti iurgio laceſsitus foret: ſed cum Senatus ſic auerſatus eſt, ut ſubſellia, ad quæ uenerat, eius aduentu uacua facta ſint. Hiſtoria coniurationis adhuc in Cicerone & Salluſtio & Plutarcho eiuſmodi eſt. Reliqua, quod opus erit, ſuis poſtea locis dicentur. In Senatu ſententiæ duæ fuerunt: altera ſeuerior, interimendum: altera mitior, emittendũ eſſe Catilinam. Cicero utranq; diſputat, mitiorem tamen ſequitur. Prior ſententia tractatur in prooemio, & proſopopœia contra Ciceronem: Catilina interimendus eſt, quia pernicioſus ciuis. at refellitur, quia id crudele uideretur, cõiuratione omnibus nondum patefacta: quia reliquiæ coniurationis reſiderent. Altera quæ ſpeciem conſilij magis, quàm imperij prætexit, reliqua oratione tractatur: Abeat Catilina ex urbe, uel in exilium, quia coniuratio eius patet, quia ciuibus ſuſpectus & infenſus eſt, quia ſenatorum, equitum, bonorũq; omnium, imò etiam ſuo iudicio damnatus eſt, quia id Ciceroni inuidioſum eſt: uel ad bellum contra patriam, quia id Ciceroni glorioſum, Catilinæ meditatum, & iucundum, patriæ commodum, ut coniuratio penitus extinguatur.

IN PRIMAM CATILINARIAM, Petri Rami Scholia.

PRincipiò diſputatur caput deliberationis de morte Catilinæ: quæ ſententia Catonis eſt, Luculli, & quorundam aliorum optimatum, quorum iudicium poſtea tanquam iudicium patriæ deſcribetur. Summa prooemij in hunc ex adiunctis perſonæ ſyllogiſmum incluſa, ſententiam hanc continet:

Pernicioſi ciues ſunt morte multandi:
Catilina pernicioſus eſt ciuis:
Catilina igitur morte multandus.

Partes uariæ exaggerantur. Aſſumptionis ſententia præcedit, quòd Catilina ſit pernicioſus, quia impudẽns, furioſus, audax, coniuratus: ſed poſtremum ſecundo loco. Hic ſyllogiſmus repetitur in proſopopœia huius orationis cõtra Ciceronem. Quouſq;.) Apoſtrophe eſt initiò in aduerſarium (ut rectè Quintilianus docet) ubi notabis περίφρασιν impudentis, qui aliena patientia diutius abutatur. Eludere.) Eſt, ludo finem imponere: quòd uictores gladiatores uictis ſcilicet inſultantes facerent. unde nunc iſta metaphora (quamdiu nos furor iſte tuus eludet?) pro (quamdiu furioſus nobis tanquam uictis inſultabis?) Hac metaphora Terentius in Eunucho dixit: Periſti, eludet, ubi te uictum ſenſerit. Iactabit.) Oſtentare, pro eodem pòſt erit: Habes ubi oſtentes præclaram illam tuam patientiam, &c. Effrænata.) Metaphora eſt ab equis, qui fræno cohiberi non poſſunt. quæ rurſus poſtea: Quo te iampridem tua iſta effrænata ac furioſa cupiditas rapiebat? Nihil´ne.) Approbatio eſt audaciæ & furoris ex ſubiectis rebus, quibus Catilina nihil moueatur. Vt enim prodigus & effuſus in pecunijs, ſic furioſus & audax in periculis cernitur. Audacia in malam partem à Cicerone uſurpatur, pro uitioſa fortitudinis exuperantia. Tum uerò exercitus erant per Italiam armati, Romæ præſidium & uigiliæ diſpoſitæ, indicibus præmium propoſitũ (ut in argumento dictum eſt) Catilina tamen nihil his periculis mouebatur.

Conſenſus.) Aldus legit Concurſus. Quintilianus tamen Conſenſus legit, pro quo Conſenſio pòſt erit.

Senatus.) Senatus tum in templo Iouis Statoris habitus eſt, ut duobus in hac oratione locis ſignificatur: Atq; huic ipſi Ioui Statori, &c. Quem Statorem huius urbis, &c. Ora, uultuſq;.) Aduenientẽ Catilinam nemo ſalutauit, quin omnes ea ſubſellia deſeruerũt, ad quæ Catilina acceſsiſſet, ut pòſt erit. Ergo hos cõmotos uultus Cicero ſignificat. Patere.) Altera & præcipua aſſumptionis ratio eſt ex Catilinæ facto, & facti adiuncto, quòd coniurauerit, & coniuratio ipſa manifeſta ſit. ubi notabis criminis & loci circumſtantias. Conſtrictam.) Metaphora eſt à deprehenſis, & in uincula coniectis. Sic enim propriè Terentius ait: Conſtringe quadrupedem. & ſimili tropo Agraria prima Cicero: Vt Italiam omnibus uinculis deuinctam & conſtrictam teneretis. O´tempora.) Complexionis ſententia eſt, Quare Catilina morte multandus. ſed inuoluitur proxima ratione per diſsimilitudinẽ repetita: quamuis coniuratio manifeſta ſit, tamen Catilina uiuit. Varius ornatus eſt. O´tempora, exclamatio eſt, quam Martialis ut inſignem notauit:

Dixerat, ô mores, ô tempora, Tullius olim,
Sacrilegum strueret cùm Catilina nefas.

Notat & deſignat.) Allegoria uidetur à fabris, opera ſua ſigno aliquo notantibus. Nos autem.) Reprehenſio eſt ignauiæ conſularis, ex diſsimili complexionis, q. Catilina metuatur, non occidatur. ſæpius uerò poſtea repetitur. & uidetur ad Ciceronis leuandam inuidiam ſpectare, qui non iubeat interfici Catilinam, cùm tamen poſsit & debeat. Ad mortem.) Complexio iam manifeſtior eſt, ſimili amplificata: Quare Catilina morte multandus eſt, & ſic afficiendus, ut ciues ſuos afficere uult. Machinaris.) Metaphora ab architectis, cuius generis in agrarijs ſunt illæ: Omnium rerum machinatoribus, &c. ad illius opes euertendum tanquã machinam comparari. An uerò.) Sententia propoſitionis ſequitur, Pernicioſi ciues ſunt morte multandi: comprehenſa & illuſtrata inductione ſex exemplorũ, Tiberij, Spurij, Caij, Fuluij, Saturnini, Seruilij. Primum præſenti complexioni tanquam minus cõparatur, de quo Plutarchus in Gracchis. Scipio.) Hic Scipio eſt Serapion cognominatus, nepos Scipionis qui eſt uir optimus à Senatu iudicatus, ut ex Chronologia percipi poteſt. Mediocriter.) Leges agrarias tum Gracchus ferebat, de quibus nos in argumento Agrariarum: & Scipio tribunitia cæde pollutus, coactus eſt ſpecie legationis Roma profugere, & in Aſia paulo pòſt obijt. Priuatus.) Pontifex tamen erat maximus. Sed priuatus eſſe, & cum imperio eſſe, contraria ſunt: at ſacerdotes tum imperium non habuere. Quin (ut ait Ariſtoteles quarto Politico) non omnes miniſtri publici ſunt magiſtratus, ut ſacerdotes, præcones, choragi. Nam illa.) Secundum exemplum per ἀναφοράν, de quo Liuius abũde lib. 4. cũ magna Romæ fames eſſet, & Sp. Melius populo frumentum largiretur, eius largitionis præmium patres regnum eſſe ſuſpicati, dictatorem contrà L. Quintium Cincinnatum facere, à quo factus equitũ magiſter Seruilius Hala, Melium dictatoris imperio non obtemperantem interemit.

Fuit, fuit.) Sententia propoſitionis generaliter hic exprimitur, & augetur collatione minorum, quòd in

hoſtes

hoſtes ſupplicium ſit minus. Coercerent.) *Verbũ eſt politicum, & in magiſtratu propriè dicitur. Magiſtratus nec obedientem, & nocuum ciuem mulcta, uinculis, uerberibusq́; coercento, ait 3. Legum Cicero. Hinc coercio, in ſubditos imperium.* Habemus.) *Aſſumptionis ratio tertia eſt, quòd Catilina ſit pernicioſus ciuis. Prima fuit, quia impudens, furioſus, audax: ſecunda, quia in patriam coniuratus: tertia nunc igitur eſt ex Senatus authoritate, quòd etiã à Senatu damnatus.* Non deeſt.) *Arguitur iterum eodem complexionis diſsimili, ignauia conſularis.* Decreuit.) *Tertium & quartum exemplum de cæde Caij & Fuluij, ſuis cauſis & adiunctis ornatum, de quibus Plutarchus in Gracchis, Seditiones autem quas hic Cicero nominat, Agrariæ aſsignationes erant, de quibus nos in argumento Agrariarum.* Detrimenti.) *Ea poteſtas, ait Salluſtius, per Senatũ more Romano magiſtratui maxima permittitur, exercitum parare, bellum gerere, coercere omnibus modis ſocios atq; ciues, domi militiæq; ſummum imperium iudiciumq́; habere, aliter ſine populi iuſſu nulli earum rerum Conſuli ius erat.* Clariſsimo.) *Pater Caij fuit Tiberius Sempronius Gracchus, duobus conſulatibus & totidem triumphis, item Cenſura inſignis: auus maternus, Africanus ſuperior. Fuluius autem conſul fuerat, & de Gallogræcis triumphauerat.* Simili.) *Quintum & ſextum exemplum, de quibus pro Rabirio perduellionis reo, Cicero multa, & Plinius in Viris illuſtribus de Saturnino.* At nos.) *Tertia eſt ignauiæ conſularis reprehenſio, ex eodem diſsimili, quòd non ex S.C. Catilina interficiatur, ſed metuatur. Allegoria ab obtuſis gladijs, quæ mox expreſſa ſimilitudine declaratur.* Quo ex ſenatuſconſulto.) *Diſsimile idem ſine allegoria, & quidem quarto loco iteratur.* Viuis & uiuis.) *ἀναδίπλωσις & correctio eadem quæ prius. ubi notabis, Et ἐμφατικώτερον eſſe, pro imò uerò.* Cupio.) *Hactenus procemium fuit. cuius deinde ſententia ſpecie quadam diuiditur. Cicero clemens eſſe uult in tanto reip. periculo, ſed ignauus eſt. tanquã diceret, quod alibi dicit, Natura mea clementiam, Reſpub. ſeueritatem deſiderat: quæ duplices ſenatorum ſententiæ ſunt. Alij enim ſeueritatem, alij lenitatem ſequebantur: ignauiam uerò, Cicero lenitatem ſuam uocat, & approbat ſubiectis periculis.* Nequitiæq́;.) *Sic in eadem oratione poſtea, Inuidia inertiæ ac nequitiæ pertimeſcenda. Metaphora eſt à diſſoluta libidine, quæ propriè ita dicitur, ut* Nequitia eſt, quæ te non ſinit eſſe ſenem: *ait primo Faſtorum Ouidius. metaphora inquam illinc eſt, ad diſſolutam ſocordiam ſignificandum.* Faucibus.) *Hac metaphora ſignificat anguſtias loci, ut de Corintho agraria ſecunda dixit: Erat poſita in anguſtijs atq; in faucibus Græciæ. Intelligit autem hic Feſulas in media Hetruria, qui uicus nunc exiguus eſt. Eò enim Manlius manum militum cõducebat.*

Eorum caſtrorum.) *Definitio eſt Catilinæ ex adiunctis.* Atq; adeò.) *Correctio eſt per collationem maiorum. Sic pro Planco: Inſector, poſco, atq; adeò flagito. Adeò autem aliquando ſecus: ut, Ego princeps in adiutoribus, atq; adeò ſecundus.* Si te iam.) *Diſputat ſententiam ſuam in partibus clementiæ, ex adiunctis.*

Si te iam interfici iuſſero, cum tua coniuratio nondum
omnibus pateat, mali crudeliter factum eſſe dicẽt:
Sed tum iubebo, cum tua cõiuratio omnibus patebit:
Quare nemo tum crudeliter factum dicet.

Aſſumptionis & complexionis ſententia confuſa eſt.

Similis.) *Periphraſis hominis nequiſsimi, ex Catilinæ ſimilitudine.* Quamdiu.) *Iteratur eadem ratio ad bonos confirmandum: fortitudo & prouidentia Conſulis oſtenditur.* Oculi & aures.) *Eiuſmodi exploratores & cuſtodes Ariſtoteles appellat, quinti Politic. cap. 11. ποταγωγίδας (qui communiter προσαγωγίδαι dicuntur) item ὠτακουστάς.* Etenim.) *Tractatur deinceps, ad clementiæ partes continuandum, procemij ſecunda ratio, de coniuratione:*

Si coniuratio tua pateat, muta mentem, & abi:
Sed primum:
Secundum igitur.

Propoſitio diſsimilibus ornatur.

Teneris.) *Aſſumptio antecedentis, Sed tua coniuratio patet: ad cuius probationem attentio excitatur. Inductio autem eſt longæ Chronologiæ. Prima pars de armis comitiorum conſularium die ad necandum Ciceronem ſumptis, exornata adiunctis temporis, perſonæ, cauſæ.* Meminiſti dicere.) *Cicero aliquando præteritum cum præterito (memini) coniungit: ut, Memini permiſiſſe, ad Atticum. Item, Memini diſtribuiſſe, pro Roſcio: item, defuiſſe, pro Milone. Frequentius tamen cum præſenti coniungit, ut hic: in eoq́; Valla labitur, qui Maronis illud,*

Cantando puerum memini me condere ſoles,

ad poeticam licentiam refert, nec uſitatum in proſa ſermonis hoc genus exiſtimat. Ante diem VIII. Calend.) *Hinc obſeruabis, quanto tẽpore Conſulatus prius deſignabatur, quàm iniretur: XXIIII Octobris dies hic eſt. At Conſulatus Calendis Ianuar. inibatur. Hoc autem die comitiorum, Cicero Catilinam excitauit in Senatu, deq́; his interrogauit, ut in argumento diximus.*

C. Manlium.) *Hic poſtea belli faciendi princeps fuit, & ei Catilina in prælio dextrum cornu attribuit. Hunc Manlium Plutarchus Malium uocat, & quondam ſub Sylla ſtrenuè militaſſe dicit.* Dixi ego.) *Secunda pars de cæde optimatũ, adiuncto metu illuſtrata.* Non tam ſui conſeruandi.) *Hæc oratio uſu congrua eſt, non arte: Sui enim pluralis eſt numeri: Conſeruandi, ſingularis. Sic in diuinatione: Dolebas tantam Stoicos noſtros Epicureis irridendi ſui facultatem dediſſe, &c. Valla genus hoc ſermonis non ſatis conſideratè reprehendit.* Num inficiari.) *Modeſta prudentiæ & fortitudinis ſignificatio eſt in prouidendo & propulſando periculo. ex effectis Ciceronis & dictis Catilinæ argumentum eſt.*

Quid.) *Tertia pars de occupando Præneſte, ubi rurſus uirtus Conſulis oſtenditur. Oppidum autem hoc, Romæ uicinum eſt.* Nihil agis.) *Complexio ſuperioris inductionis, maiorum collatione aucta.* Recognoſce.) *Secundus attentionis locus ad ſequentiũ expoſitionem, ubi collatione minorum, uirtus eadem conſulis oſtenditur.* Dico te.) *Poſtrema pars inductionis, de ſuperioris noctis cõſilio adiunctis illuſtrata.* Falcarios.) *Falx, bellicum inſtrumentum adunco ferro præfixum, & nauale & murale erat. Cæſar tertio belli Gallici: Vna erat magno uſui res præparata à noſtris, falces peracutæ, inſertæ, affixæq́; longurijs, non abſimili forma muralium falcium. Erat etiam falx inſtrumentum, quod inſtar haſtæ geſtari poſſet, quale fortaſsis eſt quod Francis (ran-*

con) appellatur, ad pungendum, cædendum, trahendum. Ergo Catilinæ ſatellites & miniſtri illis armis erant armati. nec à fœniſecis metaphora eſt. Num negare.) Vrget confeßionẽ Catilinæ ſilentio, & præſentium quaſi teſtimonio. O' dij immortales.) Digreßio per exclamationẽ, ad exaggerandam præſentis ſtatus indignitatem, ex loci circumſtantia, quòd coniurati ſint in ſenatu iteratur autem res definitione curiæ, ex adiunctis, & definitione coniuratorũ ex eorum factis: item facto Conſulis, qui uideat, nec puniat tamen. In poſtremo, maiorum collatio eſt. Fuiſti igitur.) Regreßio ad narrationem, qua ſigillatim partes exponuntur. Catilina autem Hetruriam Manlio, agrum Picenum Septimio, Apuliam Iulio aßignarat: duodecim opportuna urbis loca ad incendia delegerat. quibus Statilius & Gabinius præfecti eſſent. Duo equites.) Salluſtius hos nominat, Cornelium & Vargunteium: ſed Vargunteium ſenatorem facit. Hæc ego.) Tertius eſt locus de prouiſione & cautione Conſulis, ex ipſius facto. Quæ cum.) Complexio ſyllogiſmi, paulo plus quàm poſitum erat complexa, quæ uarijs adiunctis & factis amplificatur. Murus interſit.) Hic locus citatur à Plutarcho in Cicerone: Decet ut inter orationes noſtras & gladios tuos murus urbis medius interſit. Et paulo pòſt in hac oratione iterabitur. Nobiſcum.) Idem Catilinæ factum paulo ſecus tractatur:

> Qui rempub ſæpius perdere uoluerit, diutius ferendus non eſt:
>
> Catilina perdere uoluit:
>
> Non igitur diutius ferendus.

Aſſumptio diuini auxilij cauſa exornatur. Atq;.) Hæc dictio non ſolum coniungit, ſed maius ponit. tanquam diceretur, dijs immortalibus, præcipuè Statori, &c. Sic ad Atticum Cic. Negotium magnum eſt nauigare, atq; id menſe Quintil. Statori.) Iupiter Stator appellatus eſt, quòd ad preces Romuli, Romanorum à Sabinis profligatorũ fugam ſtitiſſet. Vide Liuium lib 1. & de hoc rurſus in fine huius orationis. Non eſt.) Sententia eſt propoſitionis: Qui remp. ſæpius perdere uoluerit, diutius ferendus non eſt. Quamdiu.) Diſsimilitudo periculi priuati & publici, ad aſſumptionis illuſtrationem. Protaſis priuatum Conſulis periculum explicat in duobus temporibus, ubi & dißimile geminatur. Tumultus.) Tumultus aliquando ſpecies eſt belli, quæ dicitur coniuratio, cum ſimul omnes iurabant: aliquando communiter accipitur, ut hic uidetur accipi.

Petiſti.) Metaphora eſt à gladiatoribus, quorum impetus petitiones appellantur. quod de eadem re paulo pòſt allegoria clariore dicetur. Quanquam.) Correctio eſt ex dißimili. Nunc.) Antapodoſis de publico periculo, per ſubiectæ rei partes expoſito. Quare.) Complexionis loco, Quare abi, clementiæ ſignificatio ponitur, & adiuncto cõmodo exornatur. Dißimile incluſum eſt. Coniuratorum.) Hic locus citatur à nonnullis tanquam à Coniurator: ſed nihil hic eſt neceſſe. Coniuratus enim, dictio latina eſt, & coniuratorum facit in genitiuo plurali. Coniurator ubi reperiatur, obſeruabis. Exhaurietur.) Allegoria eſt à naui, in cuius ſentinam aquæ diſtillant, quæ ibi corruptæ malè olent: de qua, Agraria ſecunda diximus. Sentinam hic igitur fœditatem hominum appellauit Cicero, ut Quintilianus interpretatus eſt. Aliquando autem pro infimo honoris loco dicitur. ut ad Papyrium: Sedebamus in puppi, clauumq; tenebamus: nunc autem uix eſt in ſentina locus. Quid eſt.) Continuatur exhortatio ad lenitatis partes: ſed additur circumſtantia exilij, Abi in exilium. Attamen rei inuidia, ſeuerioris imperij inflexione declinatur. Seuerius enim uidebatur, indicta cauſa ciuem, præſertim tantæ familiæ, exilio damnare. Quid enim eſt.) Syllogiſmus alius inſtitutæ ſuaſionis, ex adiunctis perſonæ ita concluditur:

> Si ſuſpectus & infenſus es, abi in exilium:
>
> Sed primum:
>
> Secundum igitur.

Aſſumptionis ratio præcedit, ex uita & factis Catilinæ: ubi primùm generaliter notatur hominis libido & audacia. Nota inuſta.) Metaphora eſt à ſtigmatis pecudum & mancipiorum, quibus ignito ferro notæ inuruntur. Qua de re Virgilius tertio Georgic.

> Continuoq; notas & nomina gentis inurunt.

Adoleſcentulo.) Id in argumento poſitum eſt ex Salluſtio, ut Catilina ſoleret alijs ſcorta præbere, alijs canes atq; equos mercari: poſtremò, neq; ſumptui neq; modeſtiæ ſuæ parcere. Hoc autem loco adiunctorum cum ſuis ſubiectis collationem inſignem notabis. Quid uerò.) Videtur duas cædes notare. Alteram quidem uxoris, nominatim aperit. nec enim Catilina ad nouas nuptias domum facere potuit uacuam morte ſuperioris uxoris, niſi ipſam interemiſſet: hoc enim eſt facere domũ uacuam nouis nuptijs, morte uxoris. Alteram uerò cædem ἀποσιωπήσει acerbiorem facit: & uidetur ſignificare mortem filij, quem Catilina pro certo creditur interemiſſe, ut in argumento dictum eſt, ut Aureliam Oreſtillam duceret, quæ priuignum metuebat. Fratrem etiam Catilina necauerat, ut Plutarchus ait. Sed de filio præſtat intelligi. Prætermitto.) Perſtringit ἀποφάσει adiunctam æris alieni magnitudinem, & tranſit à priuatis criminibus ad publica. Ruinas.) Metaphora eſt ab ædificijs caducis. Significatur autem auctio ex S. C. futura, qua Catilinæ creditoribus ſatisfiat, atq; ideo tandem Catilina egeat. Idibus uerò & Calendis legitimis Senatus habebatur. Poteſtne.) Obijcitur prima coniuratio facta de reſtituendo conſulatu Syllæ & Antronij, quæ ſuis cauſis & euentis ornatur. Calend.) antequam uidelicet Cotta & Torquatus conſulatũ inijſſent. Nam Lepido & Tullo Coß. dicitur: attamen caſus conſulum referendus eſt ad deſignatos Cottam & Torquatum, quos interficere ſtatutum à coniuratis erat. Fortunam.) Id in argumento dictum eſt ex Salluſtio, quia Catilina maturius ſignũ dediſſet. Ac iam.) Repetuntur per ἀναφορᾶς inſidiæ Ciceroni deſignato & Conſuli factæ, & eadem uirtus in cauendo: & allegoria illa de qua tum diximus, hic inſigniter exprimitur. Mihi latêre.) Sic Lucanus loquitur: Tu mihi cauſa lates. Aliter tamen Virgil. Nec latuere doli fratrẽ Iunonis iniquæ. At ferè hoc uerbum abſolutè in Cicerone legitur, pro, occultum eſſe. Quoties iam.) Idem ferè mutatis uerbis per allegoriam generis eiuſdem repetitur. Quæ quidem.) Allegoria eſt ab immolationibus ſacris, ubi Cicero uictimæ, Catilina ſacerdoti immolanti, ſica cultro uictimario comparatur. cuius exemplum eſt 6. Aeneid. illo loco: Supponunt alij cultros, tepidumq; cruorem

Suſcipiunt

Suſcipiunt pateris.

Catilina autem Coſ. Cottam & Torquatũ prius, nunc conſulem Ciceronem iſta ſica uult mactare, quaſi furoris ſui alicui numini uouerit, ſe ſicam hanc in corpore conſulis alicuius defixurum, id eſt, Conſulem ſe immolaturum. Nunc uerò.) *Attentio, ex adiunctis ad proximum locum, ubi diſsimile interpoſitum eſt.* Veniſti.) *Hoc ſuaſionis argumentum ſic includitur ex præſentibus adiunctis:*

Si tacito iudicio damnatus es, damnationis uocẽ expectare non debes:
At primum:
Secundum igitur.

Aſſumptionis ſententia præcedit. Quid quòd aduentu.) *Altera aſſumptionis ratio, ex alijs adiunctis:* Catilina *deſertus ab omnibus.* Quo tandem.) *Vis complexionis, unde acceditur ad propoſitionem primi argumenti:*

Si ſuſpectus & infenſus es, abi.

Duæ comparationes minorum hic ſunt, prior partem de metu attingit. Etſi me.) *Tota ſententia propoſitionis eſt in hac ſecunda collatione minorum. Syllogiſmus integer eſt:*

Si ſuſpectus & infenſus es, abi:
Sed primum:
Secundum igitur.

Tu cum.) *Aſſumptio per ἀπόδοσιν maiorum.* Dubitas.) *Complexio, cum argumenti repetitione.* Si te parentes.) *Amplificatio proximi argumenti, ex collatione minorũ. Syllogiſmus integer eſt.* Nunc te patria.) *Aſſumptio, ubi ἀπόδοσις eſt maiorum, & ratio metus, ex facto Catilinæ.* Huius tu.) *Complexionis loco,* Quare abi, *hæc adhortatio eſt, ex adiunctis, cum quibus ſubiecta propriè conferuntur.* Quæ tecum.) *Proſopopœia repreſentat conquerentem patriam de Catilina, quæ ſuperioris aſſumptionis illuſtratio eſt, ex factis Catilinæ.* Superiora.) *Diſsimilitudo eſt antecedentium & conſequentium, ubi notabis metaphoram* Increpuerit. *qualis eſt pro Murena:* Simulatq; increpuit ſuſpicio tumultus, artes ilico noſtræ conticeſcunt.

Quamobrem.) *Complexio eſt proſopopœiæ, dilemmate ex adiunctis inter ſe contrarijs amplificata. Finis utriuſq; partis etiam oſtenditur.* Hæc ſi tecum.) *Deponitur ipſa hic perſona, quæ ſuſcepta illic fuerat,* Quæ tecum, &c. *Nec enim perſona uel ſuſcipi, uel deponi temerè debuit.* Quid quòd tu, &c.) *Continuatur quæſtio, ex Catilinæ ipſius quodam iudicio.*

Qui cuſtodia ſe dignum iudicat, dignus eſt carcere:
Catilina ſe talem iudicat:
Dignus igitur eſt carcere.

Aſſumptio præcedit, inductione declarata. Te aſſeruarem.) *Ciceronem quondam Catilina penè decepit, ut ipſe de ſe ait pro Cælio, tam aſtutus cuiuſuis rei ſimulator & diſsimulator erat. Sic igitur tentabat rurſus fallere. Ciceronis reſponſum ex collatione maiorũ eſt. Antèa uerò illud eiuſdem ſententiæ fuit,* Magno me metu liberabis, dum modò inter te atq; me murus interſit.

Repudiatus.) *Metaphora à matrimonij renunciatione, ubi propriè repudium & repudiare dicitur, cum illa formula nũcius remittitur:* Res tuas tibi habeto, res tuas tibi agito. Ad ſodalem.) *Hic M. Marcellus popularis Catilinæ fuit, non is de quo paulo pòſt: quod intelligi poteſt ex uarijs adiunctis, εἰρωνικῶς in eo notatis.*

Sed quam.) *Sententia propoſitionis.* Quæ cum.) *Concluſio ſuaſionis iam ſæpe iterata,* Quare abi in exilium. Refer, inquis.) *Repetitur illud paulo antè poſitum Senatus iudicium, ad præſentem, ut uidetur, Catilinæ poſtulationem, & ex eo ſic concluditur:*

Si Senatus iubeat, Catilina diſcedet:
Sed primum:
Secundum igitur.

Propoſitio prolepſim habet. Non referam.) *Ad exponendam aſſumptionem de iudicio Senatus, quanta ſit hic oratoris aſtutia, perpende. Nam & declinat inuidiam relationis, & tamen quod uult, efficit.* Egredere.) *Παῤῥησία, uelut exilium imperantis.* Quid eſt Catilina.) *Approbatio aſſumptionis:* Si mens intelligitur, ſymbola mentis non ſunt expectanda. At ſi hoc.) *Amplificat aſſumptionis rationem, collatione diſsimilium. πρότασις uarijs adiunctis exornatur de Seſtio & Marcello, pro quibus poſtea habitæ extant orationes: nec enim hic Marcellus eſt ſodalis Catilinæ.* De te autem.) *Antapodoſis diſsimilitudinis, ubi ſilentij iudicium mirificè exprimitur.* Neq; enim.) *Additur ad iudicium Senatus, iudiciũ equeſtris ordinis & reliquorum ciuium, ut totius ciuitatis ſententia expelli Catilina uideatur. Res interim uarijs adiunctis ornatur.* Vita uiliſsima.) *ἔμφασις eſt, ex collatione maiorum.* Circumſtant.) *Conſidera, quali forma in eo templo ſubſellia diſpoſita fuerint, an ut in amphitheatris rotũda: id enim uidetur hic ſignificare Cicero. & pro Milone de iudicum ſubſellijs idem, cum ait:* Non enim corona conſeſſus ueſter cinctus eſt, ut ſolebat, non uſitata frequentia ſtipati ſumus. Studia.) *Significat hic ſibi acclamationem populi ſecundam contigiſſe, aduerſus Catilinam.*

Quorum ego.) *Tale equitum Rom. ſtudium Plutarchus in Cæſare ſignificat, adfuiſſe Conſuli aduerſus Cæſarem, quia coniuratos defenderet.* Quanquã quid.) *Complexionis loco,* Quare abi in exilium, *correctio eſt ad odium Catilinæ, & optatio ad gratiam Ciceronis.*

Tametſi.) *Correctio, ex adiuncta inuidia:*

Si Catilina abeat, Cõſul magnã inuidiam ſubibit:
At Conſul eam non recuſat:
Abeat igitur Catilina.

Connexi forma tametſi inconſtans, nonnunquam tamen adhibetur. In poſteritatem.) *Vt in præſens, ſic in poſterum tempus, frequentius quàm in poſteritatẽ, Cicero dicit.* Defectiones ſolis & lunæ cognitæ prædictæq; in omne poſterum tempus. *2. de Nat. deor. Aliquando ſine tempus, ut in Lælio:* Amicitia bona ſpe prælucet in poſterum. *Aliàs etiam in poſteritatẽ, ut paulo pòſt in hac rurſus oratione:* Mihi in poſteritatem redundaret.

Sed non eſt.) *Aſſumptionis & complexionis confuſa ſententia eſt.* Eſt mihi tanti.) *Sic eadem de re ſecunda oratione:* Eſt mihi tanti, Quirites, huius inuidiæ falſe atq; iniquæ tempeſtatem ſubire, dummodo à uobis huius horribilis belli atq; nefarij periculum depellatur.

Sed tu.) *Correctio eſt, ex complexionis diſsimili,* At non moueberis. Neq; enim.) *Ratio correctionis, ex adiunctis,* Impudens, audax, furioſus es: *ubi notabis ſubiecta cum ſuis adiunctis.* Quamobrem.) *Complexio princeps iam ſæpius iterata dilemmate, ex adiunctis in-*

ter ſe diſſentaneis amplificata. Prima pars eſt de inuidia. Vt ſæpe.) Aperta complexio hæc tribus locis fuit: Quæ cum ita ſint Catilina, perge, &c. Quamobrem diſcede, &c. Quæ cum ita ſint Catilina, dubitas abire, &c. tribus etiam locis alijs obſcurius comprehenſa, ut notauimus. Conflare.) Metaphora eſt à uentis, qui propriè flare dicuntur. Molem.) Paulo antè diſsimili metaphora dixit, tempeſtatem inuidiæ. Sin autem.) Secunda pars dilemmatis, de laude Conſulis, ſi Catilina ſecum ſuos eduxerit. Vt à me.) Complexio ſecundæ partis. Quanquam.) Correctio, ex facto Catilinæ:

Si Catilina ſuos ſuaq; præmiſerit, abibit:
Sed primum:
Secundum igitur.

Aſſumptio præcedit.

Aurelium.) De hoc ſecunda oratione: Aurelia uia profectus eſt. Tribunal Aurelium nominat in alijs orationibus. Aquilam.) Aquila ſignum Romanæ militiæ fuit:

Signa, pares aquilas, & pila minantia pilis,

ait Lucanus. Hanc uerò aquilam Marius bello Cymbrico habuit, ut Salluſtius ait, quam quaſi deam aliquam Catilina uenerabatur, ab eaq; uidelicet Marij triumphos & honores precabatur. Funeſtam.) Funeſtum propriè dicitur, funere inquinatum, ut familia funeſta: hinc metaphora, pro pernicioſo. Tu ut illa.) Sententia propoſitionis quædam hic comprehenditur, quamuis obſcurius:

Si Catilina præmiſerit ſua, diſcedet.

Ibis tandem.) Complexio proximi ſyllogiſmi, amplificata repetitione argumenti, & adiuncta uoluptate.

Ad hanc.) Confirmatio uoluptatis ex cauſis, natura, uoluntate, fortuna: natura & uoluntas facto Catilinæ probatur, ubi negationem deeſſe notabis in, Non modò, pro, non modò non. Nactus es.) Ratio eſt fortunæ, ex adiuncta parium ſocietate. Nanciſci autem uerbum eſt fortunæ proprium: ea nempe quæ occurrerint, prehendere. Hic tu.) Concluditur uoluptas propoſita, & earum ſocietas repetitur. Bacchabere.) Metaphora eſt à bacchanalibus, in quibus omnium libidinum & flagitiorum licentia concedebatur. Vide Liuium lib. 39. de hoc ſacro Græco acerbiſsimis ſupplicijs Romæ expiato.

Ad huius uitæ.) Amplificatur rurſus eadem uoluptas factis Catilinæ & eorum cauſis: ubi notabis orbem concinnitatis inſignem. Stuprum.) Metonymia eſt, pro ſcorto, in quo ſtuprum admittitur. Habes.) Poſtrema uoluptatis confirmatio, ex ſubiecto, circa quod Catilinæ uis exerceatur, qua de re poſtea erit oratione ſecunda: Atq; idem tamen ſtuprorum & ſcelerum exercitatione aſſuefactus, frigore & fame & ſiti, ac uigilijs perferendis, fortis ab iſtis ſuis ſocijs prædicabatur, cum induſtriæ ſubſidia, atq; inſtrumenta uirtutis in libidine audaciaq; conſumerentur. Tantum profeci.) Concluditur ex antecedentibus, Catilinam exulem & latronem futurum. minorum collatio interponitur: minus eſt tentare, quàm uexare. Habet enim uexandi uerbum, ingentis calamitatis uſum, ut ait Aſconius, huc & illuc uehere & raptare ſcilicet. Quale eſt illud quod citatur è Catone, cum Annibal terram Italiam laceraret & uexaret.

Nunc ut.) Diſputata eſt ſententia Ciceronis in partibus lenitatis: deinceps ad ſeueritatem proſopopœia patriæ, Catonis ſcilicet, Catuli, & quorundam ſenatorum ſententiam continens, contra Ciceronis lenitatem inducitur, & præponitur locus attentionis. Deteſter.) Deteſtari, eſt uehementer teſtari. ut, Summum Iouem deosq; deteſtor, ait Plautus in Menæch. Hinc deteſtari, pro abominari, quaſi uehementer teſtari, te fugere. Cum uiderint tanquam malum auſpicium, deteſtantur, ait in Vatiniũ Cicero. & deteſtari, auertere, ut hic, & 4. Philippica: O dij immortales auertite & deteſtamini quæſo hoc omen. Et primo de Natura deorum, de Epicuro: Quæq; de dijs dixerit, inuidiæ deteſtãdæ gratia dixiſſe.

Etenim.) παρασκευή eſt proſopopœiæ, ut antea fuit: Quæ tecum Catilina ſic agit, & quodammodo tacita loquitur. M. Tulli.) Primum querimoniæ argumentum repetitur è proœmio:

Pernicioſi ciues morte multandi ſunt:
Catilina pernicioſus eſt ciuis:
Catilina igitur morte multandus.

Aſſumptionis ſententia parentheſi includitur.

Euocatorem.) Euocatio, ſpecies eſt militiæ, cum ex diuerſis locis milites euocantur, ſicut in hiſtorijs Rom. legimus, ſolutis ergaſtulis, uocatis ad pileum ſeruis conflatos exercitus. Nónne hunc.) Complexio eſt, ubi Mactari metaphoram notabis à ſacrificijs, in quibus uictima κατὰ εὐφημισμόν (inquit Seruius) mactari, id eſt, magis augeri, cum thure uidelicet & uino aſpergitur, pro occidi dicitur. & propria ſignificatio aliquando legitur, ut Nonius citat è Repub. Ciceronis: Ferunt laudibus, mactant honoribus. Hic autem Mactari, tanquam ad aram immolari, ut erit in fine huius: Viuos, mortuosq; mactabis. Quid tandem.) Sententia propoſitionis fuerat in proœmio ſex exemplis de Melio, duobus Gracchis, Fuluio, Saturnino, Glaucia: ſed prolepſi duplici exornatur, & nouum de legibus argumentum additur. Leges.) Intellige leges Valerias, Porcias, Sempronias, de quibus à nobis pro Rabirio perduellionis reo dictum eſt. An inuidia.) Secundum querimoniæ argumentum, ex adiunctis ingrati animi, ſi timeatur inuidia. Præclaram.) Talis paulo antè εἰρωνεία fuit, Habes ubi oſtentes illam præclaram tuam patientiam.

Hominem per te.) Ratio eſt τῆς ἀχαριστίας, id eſt, ingrati animi, ex adiunctis perſonæ, quia homo nouus tam maturè, tamq; ſummè ſit honoratus à populo Rom. de quo plurima in proœmio & peroratione ſecundæ agrariæ. Notabis interea περίφρασιν noui hominis & conſulatus. Sed ſi quis.) Altera inuidiæ refutatio, per collationem parium, quòd lenitatis non minor inuidia futura ſit, quàm ſeueritatis. An cum.) Ratio maioris inuidiæ, ex adiunctis malis, quæ ex bello (quod emiſſus Catilina facturus ſit) conſequentur. Incendio.) Allegoria è proximis ſumptà, quia tecta ardebunt. His ego.) Abrumpitur hic proſopopœia magis è proximo affectu, quàm decorè & quietè deponitur. Quod intelliges, principio & extremo collatis. Proſopopœia enim parentheſis eſt, Si tecum patria loquatur, &c. His ego, &c. ſenties id ἀνανέλαβον. Superior proſopopœia ſecus, Quæ tecum Catilina ſic agit, & quodammodo tacita loquitur: deinde, Hæc ſi tecũ (ut dixi) patria loquatur, &c. Leuia hæc ſunt, ſed tamen profeſsionis huius propria myſteria. Notabis autem interea patriam loqui

pro

pro Catone, Catulo, & ſimilibus quibuſdam patribus, qui maiorem in Cicerone ſeueritatem deſiderabant.

Ego.) Reſpondet ſeueritati, & lenitatem ex adiunctis commodis tuetur:

Si cõmodum eſſet Catilinã interfici, non emitterem:
Sed non eſt commodum:
Igitur emittam.

Propoſitio declaratur collatione parium exemplorum, quorum fuit hiſtoria in prooemio, & ſententia in proxima proſopopœia. Sanguinem.) Metonymia eſt, pro cæde in qua ſanguis effunditur. Parricida.) Parricida propriè parentis, deinde fratris, ſororis, patruelis, matruelis interfectorem ſignificat. Per ſynecdochen autem aliquando ex ſpecie totum ſignificat genus, quemuis nempe homicidam. In poſteritatem.) Sic paulo antè, In poſteritatem impendeat, dictum eſt. Mihi redundaret.) Accuſatiuus huic uerbo ſæpius tribuitur. ut primo de Oratore: Conſulatũ obiecimus ijs fluctibus, qui per nos à communi peſte depulſi, in noſmetipſos redundarunt. Quòd ſi.) Refutatio obiectæ inuidiæ, ex diſsimili, non inuidia eſſet, ſed gloria. Quanquam.) Aſsumptionis ſententia ſpecie correctionis hic incipit, ex cauſa ipſa interficiendi Catilinã. Non eſt cõmodum, quia coniuratio nondum ſatis patefacta: eſt ubi ſenatores quidam notantur, partim imperitia, partim improbitate, qui Ciceronem tyrannum eſſent appellaturi. Hic gradationem licet obſcuriorẽ notabis, Quæ imminent, non uideant: aut quæ uideant, diſsimulent. Aluerunt.) Allegoria eſt à rebus animatis, quæ alimentis augentur.

Nunc intelligo.) Statuitur ex contrario, Si Catilina abierit, cõiurationem planam fore. Similis ſententia fuit antea: Tum deniq; interficiam te, cum iam nemo tam improbus, tam perditus, tam tui ſimilis inueniri poterit, qui id non iure factum eſſe fateatur. Hoc autem.) Secunda aſſumptionis ratio, ex adiunctis & incommodis interfecti, & cõmodis emiſsi Catilinæ. Quod antea fuit in eo loco: Nam ſi te interfici iuſſero, &c. Reprimi, comprimi.) Paranomaſia, paulo antè ſimilis fuit: Non emiſſus, ſed immiſſus. Eiecerit.) Allegoria eſt à tempeſtate maris, qua eiecti propriè dicuntur & naufragi: Eiecti, ad littus: naufragi, fracta naui. De eiectis pro Roſcio: Quid tam cõmune, quàm ſpiritus uiuis, terra mortuis, mare fluctuantibus, littus eiectis? Et ſæpe apud Virgilium: Si quibus eiectus ſyluis aut urbibus errat.

Adulta peſtis.) Allegoria eſt à rebus animatis, in quibus adoleſcere & ſtirps & ſemen propriè dicitur, quæ hic coniurationi tribuuntur. Etenim.) Cõmoratur in incõmodis cædis Catilinariæ: ueteris cõiurationis totius impetus nunc erumpit, qui Catilina interfecto reprimeretur paulisper, ſed poſtea uehementius ingraueſceret.

Maturitas erupit.) Maturitas propriè dicitur in frugibus. Cõmutationesq; temporum quadripartitas ad maturitatem frugum & temperationem aptas, prima Tuſcul. μεταφορικῶς in ulcere dicitur, & pure. Hinc ſecundaria metaphora uidetur aſſumi, ut ſequentia generis eiuſdem explicabunt. Releuari.) Allegoria eſt à morbis corporis, quæ deinde plena ſimilitudine declaratur. Allegoria uerò ſimilitudinis pars eſt, ſed inuoluta.

Quare.) Syllogiſmi propoſitio & aſſumptio adhuc fuit: Si commodum eſſet, non emitterem: Sed non eſt cõmodum. Cõplexio ſequitur: Igitur emittam.

quæ uarijs coniurationis partibus amplificatur. Sæpe iam.) Duobus locis dictum eſt: Primo, Magno me metu liberabis, dummodo inter me atq; te murus interſit. Secundo, Cum à me quoq; id reſponſum tuliſſes, me nullo modo poſſe iiſdem parietibus eſſe tecum, qui magno in periculo eſſem, quòd iiſdem mœnibus contineremur.

Malleolos.) Malleolus quid ſit, locus hic indicat, fax nempe ad incendendum. olim ſparto & pice cõficiebantur hæ faces, nunc igne Græco, ut appellant. hoc modo ſumitur in Miloniana: Domus in cliuo Capitolino ſcutis referta, plena omnia malleolorum ad urbis incendia comparatorum. Lanceas igneas, & poma ignis Græci uulgò dicimus. In fronte.) Alluſio quædam uidetur eſſe ad militares notas quibus in prælio milites, quam ſectam ſectentur, dignoſci poſsint: qualis Francici militis crux eſt alba. Polliceor.) Repetitur cõmoditas emiſſionis, & amplificatur cauſis, quia tota ciuitas contra Catilinam conſentiat. Hiſce.) Repetitur complexio cum apoſtrophe, & dira imprecatione in Catilinam, & ſententia Ciceronis de hac deliberatione concluditur.

Tum tu.) Continuatur dirarum imprecatio apoſtrophe, ad Iouẽ præſentis templi præſidem, ut Catilina cum ſocijs expellatur, & ſempiterna pœna torqueatur.

Iiſdem.) Idem antè ſignificatum eſt: Magna dijs immortalibus habenda eſt gratia: atq; huic ipſi Ioui Statori, antiquiſsimo cuſtodi huius urbis. Statorẽ.) Stator, cõmune nomen eſt eius qui ſiſtit. Sic Romæ Conſulis, Prætoris, & aliorum magiſtratuum, miniſter quidam ſtator dicebatur, qui reos ſiſteret, quiq; epiſtolas ferret, aut referret. Ergo Iupiter ſtator urbis & imperij, quia ſiſteret, id eſt tueretur & conſeruaret. Hac de re 3. de Finibus: Iouem eum optimũ & maximũ dicimus, eumq; eundem ſalutarem, hoſpitalem, ſtatorẽ dicimus, hoc intelligi uolumus, ſalutẽ hominũ in eius eſſe tutela. Socios.) Periphraſis eſt cõiuratorũ, ex eorũ uarijs adiũctis.

ANALYSEOS RHETORICAE & Logicæ in Catilinariam primam ſumma.

Tres Agrariæ exemplum præbuerunt, quemadmodum puero Ciceronis orationes explicari uellem, ut poſitæ quæſtionis Ariſtotelicam explicationem à magiſtro perciperet, ὅτι καὶ διότι, quia & quamobrem. Præliatus eſt hac oratione Cicero contra Catilinam. quæris quid effecerit? Certè non ſolum Senatũ & Rom. Equites, qui tum aderant, commouit, ut teſtis eſt clamor ille hac oratione expreſſus, (Quorum uoces tu paulo antè exaudire potuiſti) ſed etiam Catilinam, licet audaciſsimum & furioſiſsimũ, perterruit. Hinc exclamatio Plinij: Sed quo te Marce Tulli piaculo taceam? tuũ Catilina fugit ingenium. Hinc in Oratore de ſeipſo Ciceronis elogium: A' nobis homo audaciſsimus Catilina in Senatu accuſatus, obmutuit. Docuit igitur Cicero & mouit, cauſamq; peruicit: διότι, quamobrem? inquies: id enim genus eſt ſecundum, quæ cauſæ ſunt, quibus id effectum ſit? Authoritas Conſularis, uociſq; & geſtus gratia plurimũ potuere: hic nullæ ſunt. Elocutionis rhetoricæ, inuentionis, diſpoſitioniſq; logicæ, etſi iacentes & ſpiritu illo uiuo deſtitutas, attamẽ magnas cauſas hic intueri poſſumus. Ergo Ariſtotelica ἐπαγωγῇ καὶ ἱστορίᾳ, inductione & animaduerſione haſce cauſas ſubducamus. Metaphora locis ferè octoginta apparebit, Metonymia quinqua-

ginta, ſynecdoche uiginti, ironia ſex. In quibus geminatis, ut in Agrarijs monuimus, geminata quoq; gratia perlucet: Ora, uultumq́; mouerunt: Oculi, aureſq́; ſpeculabuntur: Non deeſt reip. conſilium atq; authoritas huius ordinis: Sceleri & furori obſtitiſſe: Vitam fugæ ſolitudiniq́; mandare, metonymiæ ſunt. Nos autem uiri fortes reipub. ſatisfacere uidemur: Ad ſodalem tuum uirum optimum, & ad cuſtodiendum diligentiſſimũ, & ad ſuſpicandum ſagaciſſimũ, & ad uindicandum fortiſſimũ: ironia eſt. Quot ego petitiones tuas ita coniectas, ut uitari poſſe non uiderentur, parua quadam declinatione, & (ut aiunt) corpore effugi? Qui ſpem Catilinæ mollibus ſententijs aluerunt, coniurationemq́; naſcentẽ non credendo corroborauerunt: & allegoriæ eiuſmodi, metaphoræ ſunt. Exire ex urbe Cos. hoſtẽ iubet, &c. Nullo modo poſſe ijſdem parietibus tuto eſſe tecum, qui in magno periculo eſſem, quòd ijſdem mœnibus cõtineremur: ſynecdochæ ſunt. In figuris uerborum, epizeuxis quater eſt, quæ in Agrarijs nulla fuit: anaphora uicies, epiſtrophe ſemel, ſymploce ut epanalepſis & gradatio nulla. Epanodos ſemel, anadyploſis ter, ut paronomaſia: polyptoton uerò bis & uicies. Numerus locis ferè ſexdecim orbe completus eſt, ſed illo in primis loco gratiſſimus: Iacẽre non modò ad obſidendum ſtuprum, uerumetiam ad facinus obeundum: Vigilare non modò ad inſidiandum ſomno maritorum, uerumetiam bonis occiſorũ. In figuris ſententiarum addubitatio, conceſſio, & ſuſtentatio nuſquam: deprecatio, cõmunicatio, permiſſio, dialogiſmus, digreſſio, reticentia, licentia, ſemel: optatio, prolepſis, proſopopœia bis: ſed proſopopœia omnium maxima & præſtantiſſima. Præteritio & exclamatio quater, apoſtrophe quinquies. Atq; hæc elocutionis ornamenta, ſi ſtudioſius contemplere, uidebis in tropis & uerborum figuris plus gratiæ & uenuſtatis, in figuris ſententiarum plus firmitatis & roboris. Retexe iam logicam, cum rhetoricam retexueris, è topicis inuentionis locis finis bis, efficiẽs ter, forma materiaq́; nuſquam, facta Catilinæ & Ciceronis quamplurima: ſubiecta ter: adiuncta ſepties, diſſentanea nuſquam: Maiora nouies, ſed per, Non modò, ſepties: paria bis, minora duodecies, ſimilia quinquies, diſſimilia omnium comparatorum ut ſemper aliàs frequentiſſimè, ſemel & uicies: notatio, coniugatioq́; nulla. Partitionis uis quædam ſepties, definitionis quinquies, ut teſtimonium. Principale uerò argumentum eſt, ex effectis & adiunctis: ut Agraria ſecunda, ex fine: tertia, è teſtimonio. atq; hæc topica ſunt. Analytica ſimiliter excutiamus. Syllogiſmi pleni uſum rarum eſſe, iam in Agrarijs monuimus, quia multa ſunt αὐτόπιστα per ſe credibilia, & τῷ νῷ intellectu ſimplici contenta, quæ ſyllogiſmi ambitum longiorem & periodum reijciunt: & quæ ſyllogiſmum capere poſſunt, plerunq; tamen una ſyllogiſmi parte poſita, reliquæ prius concipiuntur, quàm exprimi poſſunt: ut, ego & tu, in ſyntaxi uerborũ primæ & ſecundæ perſonæ intelliguntur, rarò tamen exprimuntur. Sunt tamen in primæ figuræ modo tertio pleni ſyllogiſmi tres: in primo connexo ſeptem, incõſtantes etiam tres. Ac prioris analyſeos & ſyllogiſmi hæc ſunt. Poſterioris analyſeos & methodi ſi uiam artificioſam ſpectes, uis quædam expreſſa eſt, ſed nõ apertè poſita. Nec enim deliberationis quæſtio propoſita, nec perſpicuè diſtributio facta. [illegible] Ariſtotelicæ, prudentiæq́; laus maior eſt: ſic ad terrendum hominem furioſum modò ſeueritas acrius obijcitur, modò lenitas mitius admouetur, ut ad terrores, quos ſibi propoſuerat Orator, artificioſus ordo de induſtria occultatus eſſe uideatur. Require igitur [illegible], quamobrem Catilinam Cicero terruerit? Reſpondebo, quod è præſentibus uirtutibus poſſum, quia elocutione rhetorica, inuentione & diſpoſitione logica, ad commouendum & terrendum aptiſſima uſus ſit: teq́; admonebo, ut in exemplo tanto, tamq́; excellenti, uirtutes oratoris ita retextas meditere, & conſimili cauſa aliqua poſita imitere. Hic enim fructus tibi proponitur, ut exemplis cognitis artem melius cognoſcas, & cognitã cõmodius exerceas.

IN II. CATILINARIAM
PETRI RAMI SCHOLIA.

ARGVMENTVM.

Qvæ ſuperiorem deliberationem ſecuta ſint, Salluſtius ita deſcribit. Vbi Cicero aſſediſſet, inquit, Catilina, ut erat paratus ad diſſimulanda omnia, demiſſo uultu, uoce ſupplici poſtulare à patribus cœpit, ne quid de ſe temerè crederent: ex ea familia ortum, ita uitam inſtituiſſe, ut omnia bona in ſpe haberet: ne exiſtimarent ſibi patricio homini, cuius ipſius atq; maiorum plurima beneficia in plebem Rom. eſſent, perdita rep. opus eſſe, cum eam ſeruaret M. Tullius homo nouus. ad hæc maledicta, alia cum adderet, obſtrepere omnes, hoſtem & parricidam uocare. Tum ille furibundus: Quandoquidem circumuentus, inquit, ab inimicis præceps agor, incendium meum ruina reſtinguam. Deinde ſe extemplò domũ proripuit. Ibi multa ſecum uoluens, quòd neq; inſidiæ Conſuli procedebant, & ab incendio intelligebat urbem uigilijs munitam: optimum factu credens, exercitum augere, ac prius quàm legiones ſcriberentur, multa antè capere, quæ bello uſui forent. Nocte intempeſta cum paucis in Manliana caſtra profectus eſt: ſed Cethego atq; Lẽtulo ceteriſq́;, quorũ cognouerat promptam audaciam, mandat, quibus rebus poſſent, opes factionis ut confirment, inſidias Cõſuli maturent, cædem, incendia, aliaq́; belli facinora parent, & ſeſe propediem cum magno exercitu acceſſurum ad urbem. Hæc Salluſtius. Plutarchus addit, cum trecentis cum ſatellitibus abijſſe. Gratulatio igitur eſt profectionis Catilinariæ, ad confirmandum bonos, & debilitandum coniuratos, quaſi uictus iam ſit Catilina. Ad hanc enim rem perpetua eſt comparatio coniuratorum & bonorum ciuium, quales utriq; ſint: ſed de coniuratis, quo manifeſtior infirmitas eorum fieret, prolixius eſt diſputatum. Proponit igitur Orator initio, eiectum & profligatum eſſe Catilinam, & hinc gratulatur populo. Prima gratulationis ratio eſt, ex adiunctis & conſilijs perſonæ, quòd furioſus, & reip. exitium machinatus, eiectus ſit.

FVrentem.) Furentẽ audacia, ſcelus anhelantem, metaphoræ uidentur eſſe à canibus rabidis, qui rabie agitati, & perpetuo curſu fatigati, rabiem anhelant.

Abijt.) Effecta ſunt proximis cauſis reddita, abijt, exceſſit, eiectus: euaſit, emiſſus: erupit, à perſequentibus coactus. Non eſt autem congeries idem ſignifi-

ſignificantium, ut Quintilianus ait. Nulla.) *Ratio ſecunda, ex adiunctis, quòd domeſticæ inſidiæ ſublatæ ſint.* Monſtro atq; prodigio.) *Tropus duplex eſt: metonymia, pro monſtroſo atq; prodigioſo: deinde metaphora, pro homine tetro & horrendo.* Atq; hunc.) *Tertia ratio, item ex adiunctis, quòd Catilina uictus ſit, ubi amplificatur proximus locus de inſidijs.* Sica illa.) *De qua ſuperiore oratione:* Quoties iam tibi extorta eſt ſica iſta de manibus? Loco ille.) *Iteratur proxima ratio, & confirmatur diſsimili:* Apertum iam erit bellum, non inſidiæ. *Metaphora autem eſt (loco motus) à bello, ubi hoſtis loco motus, facilius uincitur.* Sine dubio.) *Tertio idem dicitur:* Perdidimus *aũt hic, pro* afflximus, *poſitũ eſt: ut pro Sex. Roſcio,* Mors Scæuolæ ciues ſuos perdidit & afflixit. Quòd uerò.) *Pars altera gratulationis, ad mœrorem Catilinariorũ: item ex adiunctis, quòd ſaluis ciuibus Catilina abierit.* Ferrum.) *Allegoria ſimilis eſt illi:* Extorta eſt tibi ſica iſta de manibus, &c. Iacet ille.) *Effecta ſunt ſuperioribus cauſis reddita:* Vicimus, uictus itaq; iacet. *ubi eſt inſignis* ὑπογραφή (?) *hominis perditi & afflicti. Quinq; autem eiuſdem generis metaphoræ hic adhibitæ, afflictus, profligatus, proſtratus, perculſus, abiectus, ad hominis cladem ſignificandam cõcurrunt.* Faucibus.) *Eiuſmodi metaphora eſt* Oratorio primo: Eripite nos è faucibus eorum, quorum crudelitas noſtro ſanguine nõ poteſt ſatiari. Omitto fauces ex quibus te eripi uis. *Et tertiæ Catilinariæ initio:* Ex flamma atq; ferro, ac penè ex faucibus fati ereptam, &c. Quæ quidem.) *Opponitur ex eadem re contraria patriæ lęticia, ubi allegoria eſt ab ægrotis, qualis antea fuit illa:* Periculum erit incluſum penitus in uenis atq; uiſceribus. At ſi.) *Prolepſi proponitur alterum ſuperioris deliberationis caput, cur Catilina non potius interemptus ſit, quàm emiſſus.* Exultat.) *Metonymia eſt in,* oratio, *& metaphora in,* exultat, *quia inanimatæ rei tribuitur actus: quod ſine tropo diceretur,* Ego orans exulto. Triumphat.) *Metaphoræ origo nota eſt, quia in triumphis omnis generis gaudia exprimebantur. Ideo* Triumphare & Exultare *pro eodem ſunt. ut pro Cluentio:* Palàm exultare lęticia, & triumphare gaudio cœpit. Capitalem.) *Caput aliquando* τροπικῶς *uitam ſignificat: ut,* In hac defenſione capitis, fortunarumq; omniũ, *pro Rabirio perduellionis reo. Hinc capitale crimen, iudicium, capitalis fraus, hoſtis, ubi uita periclitatur.* Interemptum.) *Confirmatio prolepſeos ex iiſdem argumentis, quæ in ſuperioris deliberationis exordio, & proſopopœia contra Ciceronem fuerunt.* Sed quam.) *Refutatio prolepſeos, ex adiunctis, quòd cõiuratio nondum planè omnibus pateat, ubi quorundã ignauia et improbitas notatur. Quod idẽ bis antea fuit primũ,* Si te Catilina cõprehendi iuſſero, &c. *deinde,* Quanquã nõnulli, &c. Ac ſi.) *Secũda refutationis ratio, ex adiunctis cõmodis:* Si cõmodum eſſet, intermiſſem: Non eſt cõmodum: Non igitur interemi. *Hic locus bis antea fuit:* Si te interfici iuſſero, etc. Hoc aũt interfecto, &c. Rem huc.) *Cõplexionis loco diſsimile illud de aperto bello ponitur, ubi cum ſubiecto adiunctũ collatũ notabis, apertæ pugnæ cũ aperto hoſte.* Quẽ quidẽ.) *Perſequitur quæſtionẽ, q. Catilina uictus ſit. Cõparatio eſt cõiuratorũ & bonorũ ciuiũ. Protaſis longa eſt uſq; ad locũ (inſtruite nũc) initio etiam comparata, quòd urbani coniurati magis timendi, quàm caſtrenſes.* Vtinam.) *Extenuat caſtrenſes Catilinæ copias, ex adiunctis, quòd molles ſint, aſoti.*

Calumnia.) *Verbum hoc translatitiũ eſſe, nec ad rem quicquã facere uidetur. Prætexta aũt, toga puerilis erat, uſq; ad annũ decimũſeptimũ, quo uirilis ſumebatur. Metonymia igitur eſt pro ætate iuuenili.* Reliquit uerò.) *Amplificat ex adiunctis urbanas coniuratorum copias, in quibus undecim ſenatores erant, ac pleriq; nobiles, ut in argumento dictum eſt.* Itaq;.) *Locus hic corruptus eſt, ubi antapodoſis quædam fuerat bonorũ ciuium aduerſus utrunq; genus coniuratorum. Nec uerò Catilinæ exercitum ex Gallicanis legionibus conflatũ Cicero dicere uoluit, præſertim cum dicat in agro Gallico aduerſus Catilinam copias comparari. Metellus autẽ hic eſt, ad quem 5. libro Ciceronis ſunt epiſtolæ.* Collectum.) *Hæc referenda ſunt ad caſtrenſes Catilinæ copias, quæ uarijs adiunctis extenuantur, & minorum itemq; maiorum collatione.* Decoctoribus.) *Metaphora eſt, pro aſotis & prodigis, qui ſicut olla aut uentriculus cibos coquendo conſumunt.* Teneſne memoria te prætextatum decoxiſſe? &c. *Philip. 2.* Vadimonia.) *Vas propriè dicitur in re capitali, ut obſes in re militari, præs in re pecuniaria. Vadimonium tamen generaliter accipitur pro ſponſione certo die in iudicium ueniendi. Formula uerò Romanis quondam fuit in uadimonio cõcipiendo, & promittendo, non ea quæ nunc eſt in litibus noſtris. qualis uerò fuerit, neſcio: nec exemplũ eius formulæ unquam legiſſe memini. Ignominioſam uerò fuiſſe uadimonij deſertionem, locus hic indicat, ſicut alij apud Ciceronem multi.* Aciem.) *Talis oratione ſuperiore metaphora fuit:* Aciem authoritatis hebeſcere. *acies autem exercitus, exercitum ipſum inſtructum ſignificat.*

—campo ſtetit agmen aperto,
Directæq; acies. Virgil. 2. Georg.

Hos quos.) *Antapodoſis, de coniuratis urbanis, amplificata rurſus alijs adiunctis.* Volitare.) *Talis Agraria ſecunda metaphora fuit:* Volitat ante oculos iſtorũ Iubæ regis filius, &c. *Et tertia Catilinaria:* Catilinam ducere exercitũ, & in armis uolitare audiatis. Qui ſi.) *Complexio ſecundæ collationis,* Vrbani coniurati magis timendi. *quod probatur, adiuncta hominum pertinacia:* Vident ſuam coniurationem cognoſci, attamẽ non commouentur. Apulia.) *Id antea ſignificatum eſt:* Diſtribuiſti partes Italiæ, ſtatuiſti quò quenq; proficiſci placeret, &c. *Manlio autẽ Hetruria, Septimio Picenus ager, qui nunc Marchia Anconitana dicitur, C. Iulio Apulia erat diſtributa, aliæq; alijs partes, ut Salluſtius ait.*

Catilina.) *Collatio eſt ueluti maioris:* Catilina profugit, cur igitur non fugiunt? *Idem tamẽ paulo pòſt tanquã minus ſumetur.* Me illi.) *Minitatur urbanis cõiuratis, & præteritæ lenitatis finẽ oſtendit.* Niſi.) *Ironia eſt, cum ſimilitudinis argumento.* Non eſt.) *Argumentũ ex aduerſis.* Vnũ etiam.) *Permittit urbanis cõiuratis egreſsionẽ, quam Catilinæ ſuaſerat: ex adiũctis res exponitur:* deſiderãtur cõiurati, & illis uia eſt facilis, tẽpus breue. Tabeſcere.) *Metaphora eſt à tabidis. qui dum phthiſi cõſumuntur, propriè dicũtur tabeſcere.*

Aurelia.) *De qua oratione ſuperiore,* Qui te ad forũ Aureliũ præſtolarẽtur armati. O fortunatã.) *Diſputatur utilitas permiſſæ egreſsionis, collatione minorum:*

deſpiciendos eſſe, quæ pars eſt principis collationis.

Quod ſemper.) Id enim iam ſæpe antea, Dum modò inter me atq; te murus interſit. Item, Nullo modo me poſſe iiſdem parietibus tutò eſſe tecum, qui in magno periculo eſſem, quòd iiſdem mœnibus contineremur. Item: Muro denique, id quod ſæpe iam dixi, ſeruatur à nobis. Quos quidem.) Summa futuræ diſpoſitionis, ea que ad oratoris gratiam mitior. Exponam.) Iteratur eadem propoſitio ad eandem gratiam. Sex autem genera deſcribentur, omnia ferè ex adiunctorum loco. Primum.) Definitio primi generis, ex adiunctis: Obærati, diuites, auari, ſpecie honeſtiſſimi, re impudentiſſimi. Diſſolui.) Sic in Officiis: Nunquam nec maius æs alienum fuit, nec melius, nec facilius diſſolutum eſt. Species.) Vulgus id apparentiam uocat, Agrar. 2. Aliud quoddam obſcurè moliuntur, aliud ſpe ac ſimulatiōe oſtentant. Locupletes.) Diuites habentur honeſti, & probi, & illuſtres: quia diſciplina & nobilitas diuitias uidetur comitari, ait Ariſt. 4. Polit. Tu agris.) Sequitur morbi definitionē & explicationē ſua medicina, ex cauſis: Velis aliquid uēdere, & fidem acquirere. Quid enim.) Occupatur ſpes coniurationis, & repugnantibus refellitur. Vaſtatione.) Pro eodem uaſtitas antea fuit: Denique totam Italiam ad exitium & uaſtitatem uocas. An tabulas.) In præmiis belli propoſitis à Catilina, tabulæ nouæ fuerunt. Veteribus tabulis deletis, uetus æs alienum debitoribus condonabatur, & remittebatur. Tabulæ igitur nouæ hanc remiſſionem ſignificant. Cicero autem ex diſſimili cauillatur & iocatur. Quod ſi.) Indicat inertia tantū æs alienū eſſe contractū. Certare.) id eſt, putare fructus prædiorum uſuris maiores eſſe. Sed hoſce.) Concluditur refutatio primi generis. Alterum.) Definitur ſecundū genus item ex adiunctis: Obærati ſunt, & ambitioſi.

Quibus.) Adhibetur definito morbo, ſua medicina, ex conſimili refutatione uanæ ſpei: contra quam opponuntur contraria reipub. præſidia in Conſule, ciuibus, exercitu, diis. Quod ſi.) Continuatur refutatio ex repugnanti euentu: Si uicerint coniurati, optatos honores in exitio urbis non aſſequentur. Fugitiuo.) Vide num quid hic deſit, aut ſententia ſit: Gladiatoribus qui uiribus corporis ſuperant, honores in tali bello concedi neceſſe eſt. Tertiū genus.) Definitio tertii generis, ex adiunctis. Partim ueterani Syllæ Feſulis collocati, profuſi, obærati: partim ruſtici mendiculi. Quos ego.) Significat hac parentheſi, paucos ex his colonis cōiuraſſe, reliquos bonos eſſe. Quadraginta aūt ſeptē legiones Sylla in captiuos agros deduxerat. Inſperatis.) Amplificatur profuſio ex uariis factis. Lecticis.) Lecticas appellat, quibus molliter portabantur. Martialis li. 6.

Octophoro ſanus portatur Auite Philippus.

Sylla ſit.) Ex cauſa efficiente argumentum eſt. Sylla ab inferis excitetur, ut largiatur iis rurſus proſcriptiones, & eos locupletet. Inferos autem notabis Latinè dici, ut Græcè τὸν ᾅδην, locum mortuorum non ſolum miſerorum, ſed etiam beatorum. Apud inferos enim Elyſii campi ſunt: ut philoſophi, nō ſolum poetæ, ſtatuunt. Chriſtiani ſecus, hoc uerbo tantum miſerorū locum ſignificant. Quos.) Medicina eſt proxima morbi, eadem ferè, quæ ſecūdi generis, quòd omnes boni cōtrà propugnaturi ſint. Non modò.) Sic Agraria 2. Non modò ii quibus natura ſenſum dedit, ſed etiā tecta atq; agri lætari mihi uidentur.

Quartum genus.) Definitio quarti generis, ex adiunctis: Obærati, ignaui, infortunati, profuſi, iudiciis damnati. Emergēt.) Metaphora ab aquis. Ad eas aues quæ in mari mergerētur, quæ cum emerſiſſent, piſcemq; cepiſſent: 2. de Nat. deor. Proſcriptionib. bonorū.) ut creditoribus eorum ſatisfieret. Hoſce.) Refutatio eſt quarti generis, ex collatione maiorum: deinde ex adiunctis, quòd eorū motus obeſſe nō poſſit. Nam illud.) Cauillatio eſt ex adiunctis, quòd turpem uitam mors turpis conſequatur. Aut.) Alluſio eſt ad illud dictum, Conſolatio miſerorum eſt habere pares. Quintū genus.) Quintum genus ex adiunctis definitur: Audaces, facinoroſi, quos tanquam perditos & deſperatos omittit, & breui cū Catilina perituros. Poſtremum genus.) Poſtremi generis refutatio, ex uariis adiunctis: Intimi Catilinæ, lepidi, delicati, libidinoſi. Aut bene barbatos.) Barba pexa & delibuta nitidos ſignificat. nam barbati ueteres Romani fuere. Vnū aliquem ex barbatis illis exemplum imperii ueteris, imaginem antiquitatis, columen reipub. diceres intueri: pro Seſtio. Tempore tamen Ciceronis iam delicatiore, barba radebatur. Manicatis.) Sic apud Virgilium 9. Aeneid. manicæ reprehenduntur:

Et tunicæ manicas, & habent redimicula mitræ.

Ac tritis.) Hæc uerba redundant, & deſunt in exemplaribus quibuſdam. Velis amictos.) Significatur hac metaphora laxitas togarum, quæ uelorum inſtar penderentur. Antelucanis.) Talis ebrietas in Piſonē arguitur: Vbi galli cantū audiuit, auum ſuum reuixiſſe putat, menſam tolli iubet. Et Martialis:

Nocturno fœtere mero qui credit Acerram,
Fallitur: in noctem ſemper Acerra bibit.

Concluduntur ſuperiora duobus uerbis, & factis nouis exaggerantur. Qui niſi.) Significat optandum poſtremi generis interitum, ne morum ſimilitudo latius ſerpat: quod metaphora ſeminarii declaratur. Eſt uerò ſeminarium, locus ſubactus, in quo cum ſemina fruticum arborum'ue excreuerunt, in uinetū arbuſtum'ue transferuntur. Simili metaphora dictū eſt in Piſonem: Ex illo fonte & ſeminario triumphorum. Et 1. Offic. Id autē eſt principium urbis, quaſi ſeminarium reipub. Verumtamen.) Refutatio poſtremi generis, ex belli adiūctis, quæ talibus deliciis repugnent, relinquēdæ uoluptates, toleranda frigora. His præſertim.) Menſe Decembri. Apœninum.) Mons Apœninus Italiam mediam diuidit. Hic uerò mons uento & frigore biduum Hannibali obſtitit, ait Liuius. Niſi idcirco.) Cauillatio eſt, à repugnantibus tantæ tolerantiæ. O bellum.) Concluditur protaſis uniuerſa de copiis Catilinæ. Antapodoſis ſequitur, de bonorum contrariis copiis, cum quibus ſigillatim ſuperiora breuius comparantur: primum perſonæ ipſæ, principes cum principibus, deinde milites cum militibus. Confecto.) Sic Tuſculan. 2. Mittunt uulneribus confecti ad dominos, qui quærant quid uelint: ſi ſatisfactum iis non ſit, ſe uelle decumbere. Naufragorum eiect.) Sic antea: Quòd ſi ſe eiecerit, ſecumq; ſuos eduxerit, & eòdem undique collectos naufragos aggregauerit. Iam uerò.) Tertia pars de urbibus, quæ bonis adſint, deſint malis. Neque uerò.) Comparantur reliquæ belli facultates, quibus coniurati ſunt inferiores. Si inquam, his rebus.) Comparantur ſecundo poſt perſonas loco cauſæ ipſæ ex uariis adiunctis, quibus cauſa Catilinæ modis omnibus ſit inferior.

inferior. Contendere.) *Sic Actione quarta: In tanta iſtius impudentia remittendum aliquid uidetur, ne omnia contendamus.* Denique æquus.) *Reuocatur inductionis ſuperioris confuſio, ad quatuor genera uirtutum & uitiorum.* Poſtremò.) *Repetuntur ſuperiora quadam congerie ſimiliter confuſa.* In huiuſmodi.) *Complexio comparationis, aucta minorum collatione: Cauſam meliorem, etiamſi ſit inferior, dij adiuuant. Quo ferè modo pro Ligario dictum eſt: Cauſa tum dubia erat, quòd erat aliquid in utraque parte, quod probari poſſet: nunc melior certè ea iudicanda eſt, quam etiã dij adiuuerunt.* Quæ cum ita ſint, Quir.) *Pro complexione gratulationis, adhortatio eſt ad urbis defenſionem atq; cuſtodiam.* Coloni omnes.) *Repetuntur è ſuperiore collatione præſidia coloniarum & municipiorum, & noua gladiatorum præſidia adduntur.* Excurſione.) *Excurſio militare nomen eſt hoc loco. Heluetij ſine dubio ſunt in armis, excurſionesq; in prouinciam faciunt, ait ad Atticũ. hinc Excurſor. Eſt populo Romano certamen cum excurſore, cum latrone, cum Spartaco: 4. Philipp.* Quanquam.) *Correctio eſt proximæ parentheſis.* Q. Metellus.) *Poſtremum eſt aduerſus Catilinam præſidium, de exercitu Metelli, de quo initiò dictum eſt.* Reliquis.) *Diligentia Conſulis & Senatus ad eandem populi confirmationem oſtenditur.* Nunc illos.) *Reuocatur ad extremum ſignificatio lenitatis, iam toties adhibita.* Mea lenitas.) *Prolepſeos primæ ſumma repetitur, de præteritæ lenitatis, & futuræ ſeueritatis cauſa.* Nullus eſt portæ cuſt.) *Egreſſionis libertas iterum permittitur.* Qui uerò.) *Minæ initiò iactatæ repetuntur, & oppoſitis cauſis augentur.* Vindicem.) *Carcerem tamen, nõ pœnam Vlpianus eſſe dicit, eumq; ad continendos homines, non puniendos haberi oportere. Liuius cum Cicerone primo lib. ſic ait: Carcer ad terrorem increſcentis audaciæ media urbe imminens foro ædificatur.* Atq; hæc omnia.) *Repetitur lenitas, & collatione diſſimilium amplificatur: quamuis res grauiſſima, tamen moderatè coercebitur.* Togato.) *Toga pacis eſt ueſtis, ut ſagum belli. hinc per metonymiam togatũ ducem appellat inermem. unde illud eiuſdem laudis elogium ab inuidis reprehenſum: Cedant arma togæ, concedat laurea linguæ. Et certè propria Ciceronis ea laus fuit: Ariobarzanem Cappadociæ regem ſine prælio reſtituit: Cilicum, Syrorumq; tumultus ſine gladio pacauit: non ſolum hoc, difficillimũ bellum togatus confecit. Vide Plut. in Cic.* Quod ego.) *Altera lenitatis amplificatio, ex effectis, quòd in neminẽ, uel certè paucos ſit animaduerſurus. uidetur autem ad militarem illam legem reſpicere, de qua pro Cluentio: Statuerunt ita maiores noſtri, ut ſi à multis eſſet flagitiũ rei militaris admiſſum, ſortitione in quoſdam animaduerteretur, ut metus uidelicet ad omnes, pœna ad paucos perueniret.* Quæ quidem.) *Cõfirmat ſtudium ſuum diuino quodam teſtimonio: idq; ad maiorem populi confirmationem, de quo latiſſimè tertia Catilinaria.* Quos uos.) *Concluditur oratio adhortatione, ad uenerandos deos. Venerationis argumentum eſt, ex ipſorum deorum beneficijs erga Roman.* Vrbem pulcherrimam.) *Sic antea: Deos deniq; immortales huic inuicto populo, clariſſimo imperio, pulcherrimæ urbi, contra tantam uim ſceleris præſentis, auxilium eſſe laturos.* Perditiſſimorum.) *Periphraſis eſt coniuratorum & coniurationis.*

ANALYSEOS RHETORICAE ET
Logicæ in ſecundam Catilinariam Summa.

Quis huius gratulationis euentus, quam'que gratus Quiritibus fuerit, plebis primò rerum nouarum cupidæ in priſtino ſtatu permanſio, teſtimonium magnum eſt. Atq; illud eſt ὅτι: cauſas, ſi lubet, talis euentus cùm rhetoricas in elocutione, tum logicas in topica inuentione, & analytica diſpoſitione reminiſcendo ſubducamus. Quid elocutio in tropis? ironia locis octo, ſynecdoche triginta, metonymia quinquaginta, metaphora centum legitur. Sed in tropis omnibus geminatis, geminatam gratiam recordemur. Hic ego uehemens ille Conſul, qui uerbo ciues in exilium eijcio: Ironia eſt duplicata. Non in campo, non in foro, non in curia: Synecdoche triplicata. Maiore gratia tropus uterque ſimul geminatur: Homo enim uidelicet timidus & permodeſtus uocem Conſulis ferre non potuit: timidus, permodeſtus, non potuit, ironiæ ſunt: Homo, uocem, Conſulis, ſynecdochæ ſunt. Metonymiæ adhuc crebriùs multiplicantur: & primi generis, Ferrum flammamq; minitantem: & ſecundi, Mente conſcelerata & impia: & tertij, Tantus enim illorũ temporum dolor inuſtus eſt ciuitati: ſed in primis quarti, A' monſtro illo atque prodigio, &c. In cinere urbis, & ſanguine ciuium, &c. Ex hac parte pudor pugnat, illinc petulantia, &c. Denique æquitas, tolerantia, fortitudo, uirtutes omnes, &c. Sed ex omnibus tropis metaphora & ſimplex & geminata gratiſſima eſt: Quæ ſanari poterunt, quacunque ratione ſanabo: quæ reſecanda erunt, non patiar ad perniciem ciuitatis manare, &c. Florem totius Italiæ, ac robur educite. Hæc troporum lumina tam multa ſunt, figurarum multo pauciora: in uerbis, epizeuxim uno, paronomaſiam duobus, orbem numeroſum quatuordecim, polyptoton octodecim, anaphoram quadraginta locis animaduertemus, cæteras uerborum figuras nuſquam. Numeroſæ ſimilitudinis ſymploce nuſquam inſignior eſt, quàm eo loco: Sed quàm multos fuiſſe putatis, qui quæ ego deferrem, non crederent? quàm multos, qui propter ſtultitiam non putarent? quàm multos, qui etiam defenderent? quàm multos, qui propter improbitatem fauerent? In ſententijs optationem, ut apoſtrophem locis duobus, permiſſionem & exclamationem & prolepſim quatuor: proſopopœiam obliquam, ut præteritionem, uno obſeruabimus. Cæteras ſententiarum figuras nuſquam. Ita tota elocutio tropis ornatior eſt, quàm figuris. Retexamus logicam, neruos popularis gratulationis & confirmationis uidebimus. Ex cauſarum loco finis præcipuè quidem non adhibetur, ſed locis quatuor incurrit. Efficiens ſummum totius orationis argumentum eſt, de belli facultatibus, quas coniurati, quas'que contrà boni ciues habeant: ſicut ſecunda Agraria finis, tertia teſtimonium, prima Catilinaria effectum primarium argumentum fuit. Effecta coniuratorum multa ſunt, ſubiectum nullum, Adiuncta perpetua. Aduerſum uno loco, repugnans quatuor: cætera diſſentanea nulla. E' comparatis maiora loco uno & uiginti, diſſimilia uno pluribus, minora quinque, ſimilia duobus, par nullum. Sed in maioribus notabis formam illam, Non modò, ſed etiam, ſeptem locis: pluribus hanc, Potius quàm: uel, Non tam, quàm.

Notabis in diſsimilibus formam hanc, Non hoc, ſed illud, *ſex locis*. Item per Quanquam, tamē, quinque. *ubi nota, Quanquam frequenter omittitur: Me ſcire ſentiunt, neque tamen permouentur*. Notatio coniugatio'que nulla. *Diuiſio uno loco perſpicua eſt: Exponam uobis ex quibus generibus hominum iſtæ copiæ comparentur, deinde ſingulis medicinam conſilij atque orationis afferam*. Definitiões ſunt manifeſtiores ſex propoſitorum generum, ſed ὑποτυπώσεις καὶ ὑπογραφαὶ *ad definitionis locum referendæ ſunt, ut afflicti Catilinæ: Iacet ille proſtratus, Quirites, & ſe perculſum atque abiectum eſſe ſentit, & retorquet oculos profectò ſæpe ad hanc urbē, quam ex ſuis faucibus ereptam eſſe luget*. & *luxurioſorum coniuratorum: Qui mihi accubantes in conuiuijs, complexi mulieres impudicas, uino languidi, confecti cibo, ſertis redimiti, unguentis obliti, debilitati ſtupris, eructant ſermonibus ſuis cædem bonorum, atque incendia*. Teſtimonia cùm hominum tum deorum adhibita ſunt. Ergo ſunt hæ quidem uires inuentionis topicæ. Analyticæ uerò diſpoſitionis in ſyllogiſmis plenis, exēpla pauciora ſunt, quàm in ſuperiore oratione, & ſatis obſcurè concluduntur. Syllogiſmus ſimplex unus eſt in primæ figuræ modo tertio: *connexi tres, iiq́; incōſtanter concluſi*. Atq; iam monui, quàm rarus eſſet uſus ſyllogiſmi pleni. Analyſeos uerò poſterioris & methodi ſeu doctrinam, ſeu prudentiā ſpectes, laus hic eſt amplior. Etenim poſitum eſt initiò, ad publicam gratulationem, uictum eſſe Catilinam: idq́; problema tota oratione diſputatum. Partitio quædam facta eſt in comparatiõe de facultatibus coniuratorum, & bonorum ciuium: cōiurati in urbanos & caſtrenſes comparatione alia diuiſi, rurſus'que omnes in ſex genera diſtributi, tandem partium explicatarum ſumma preſsius conducta & concluſa. Methodus hæc eſt doctrinæ. Prudentiæ uerò methodus eſt in duplici prolepſi, cur Catilina non ſit interemptus, cur ſit crudeliter eiectus. Vtraq; enim nō publica populi, ſed priuata Ciceronis cauſa adhibita eſt: atque in ſecunda, quia periculi plus habebat, plus eſt etiam laboratum. & quamuis ſeueritas lenitasq́; uariè permiſcetur, lenitati tamen plus eſt conceſſum. Quamobrem cum requires quibus cauſis hæc oratio populum delectarit, & in reipublicæ fide confirmarit, hæ tibi rhetoricæ elocutionis, & logicæ inuentionis, ac diſpoſitionis mortuæ licet artes reſpondebunt, ea quibus animi multitudinis oblectari & confirmari poterant, hic eſſe adhibita: orationis ornatum, rei ſententiæ'que argumentum uia & ordine poſitum. Quid ſi conſularem illum uultus tam popularis maieſtatem: quid ſi uocis, quæ paulo altius elata intimis audientium præcordijs, ut Plutarchus ait, timebatur: quid ſi totam illius Ciceroniani corporis eloquentiam animo conceperis, quanto maiores euentus huius cauſas concipies? Ergo in hac analyſi διότι ſic accipies, & illum fructum duplicem capies, de quo iam ſæpe dixi, ut artem cùm Rhetoricam, tum Logicam principijs Ariſtotelis ἐπαγωγῇ, ἱστορίᾳ, ἐμπειρίᾳ facilius intelligas, facilius exerceas.

IN TERTIAM CATILINARIAM PETRI RAMI Scholia.

ARGVMENTVM.

CVm Catilina ingreſſus ad bellum, hoſtis patriæ iudicatus eſſet à Senatu, ad eum'que armis perſequendum Antonius mitteretur: Cicero interea per Allobroges coniurationem patefecit, coniuratos comprehendit, indicijs conuicit, cuſtodiæ'que tradidit. Hiſtoria ſuperiorem conſequuta, copioſe à Salluſtio ſic exponitur: Eiſdem temporibus Romæ Lentulus, ſicuti Catilina præceperat, quoſcunque moribus aut fortuna nouis rebus idoneos credebat, aut per ſe, aut per alios ſollicitabat: neque ſolum ciues, ſed cuiuſcunque modi genus hominum, quod modò bello uſui foret. Igitur Pub. Vmbreno cuidam negocium dat, uti legatos Allobrogum requirat, eos'que ſi poſsit, impellat ad belli ſocietatem, exiſtimans publicè priuatim'que ære alieno oppreſſos. Propterea quòd naturà, Gallica gens bellicoſa eſſet, facilè eos ad tale conſilium adduci poſſe. Vmbrenus quòd in Gallia negociatus erat, pleriſque principibus ciuitatum notus erat, atque eos nouerat. Itaque ſine mora, ubi primùm legatos in foro conſpexit, percontatus pauca de ſtatu ciuitatis, & quaſi dolens eius caſum, cœpit requirere, quem exitum tantis malis ſperarent. Poſtquam illos uidet queri de auaritia magiſtratuū, accuſare Senatum, quòd in eo auxilij nihil eſſet: miſerijs ſuis remedium, mortem expectare. At ego, inquit, uobis, ſi modò uiri eſſe uultis, rationem oſtendam, qua tanta iſta mala effugiatis. Hæc ubi dixit, Allobroges in maximam ſpem adducti, Vmbrenum orare ut ſui misereretur: nihil tam aſperum, neq; difficile eſſe, quod non cupidiſsimè facturi eſsent, dum ea res ciuitatem ære alieno liberaret. Ille eos in domum D. Bruti perducit, quòd foro propinqua erat, neque aliena conſilij propter Semproniam. nam tum Brutus Roma aberat. Præterea Gabiniū accerſit, quo maior autoritas ſermoni ineſſet: eo præſente coniurationem aperit, nominat ſocios: præterea multos cuiuſque generis innoxios, quo legatis animus amplior eſſet: deinde eos pollicitos operam ſuam, domum dimittit. Sed Allobroges diu in incerto habuere, quidnam conſilij caperent. In altera parte erat æs alienū, ſtudium belli, magna merces in ſpe uictoriæ. At in altera maiores opes, tuta conſilia, pro incerta ſpe, certa præmia. Hæc illis uoluentibus, tandem uicit Fortuna reipublicæ. Itaque Q. Fabio Sangæ, cuius patrocinio plurimum ciuitas utebatur, rem omnem uti cognouerant, aperiunt. Cicero per Sangam conſilio cognito, legatis præcepit, ut ſtudium coniurationis uehementer ſimulent, cæteros adeant, bene polliceantur: dentq́; operam, uti eos quàm maximè manifeſtos habeant. Iiſdem ferè temporibus in Gallia citeriore atq; ulteriore, item in agro Piceno, Brutio, Apulia motus erat. Namque illi quos antè Catilina dimiſerat, inconſultè, ac ueluti per dementiam, cuncta ſimul agebant nocturnis conſilijs, armorum atq; telorum portationibus, feſtinando, agitando omnia: plus timoris quàm periculi effecerant. Ex eo numero complures Q. Metellus Celer prætor ex decreto Senatus cognita cauſa in uincula coniecerat. itē in citeriore Gallia C. Murena,

qui

qui ei prouinciæ legatus præerat. At Romæ Lentulus cum cæteris qui erant coniurationis principes, paratis, ut uidebatur, magnis copijs conſtituerat, uti cum Catilina in agrum Feſulanum cum exercitu ueniſſet, L. Beſtia trib. plebis concione habita, quereretur de actionibus Ciceronis, belliq́; grauißimi inuidiam optimo Conſuli imponeret. Eo ſigno proxima nocte cætera multitudo, coniurationis ſuum quiſque negocium exequeretur: ſed ea diuiſa, hoc modo dicebãtur. Statilius & Gabinius uti cum magna manu duodecim ſimul opportuna loca urbis incenderent, quo tumultu facilior aditus ad Conſulem, cæterosq́; quibus inſidiæ parabantur, fieret. Cethegus Ciceronis ianuam obſideret, eumq́; ui aggrederetur: alius autem alium. Sed filij familiarum, quorum ex nobilitate maxima pars erat, parẽtes interficerent: ſimul cæde & incendio, perculſis omnibus, ad Catilinam erumperent.

Inter hæc parata atque decreta, Cethegus ſemper querebatur de ignauia ſociorũ, illos dubitando, & dies prolatando, magnas opportunitates corrumpere: facto, non conſulto, in tali periculo opus eſſe: ſeq́;, ſi pauci adiuuarent, languentibus alijs, impetũ in curiam facturum. Natura ferox, uehemens, manu promptus erat: maximum bonum in celeritate putabat. Sed Allobroges ex præcepto Ciceronis per Gabiniũ cæteros conueniunt: ab Lentulo, Cethego, Statilio, item Caßio poſtulant iuſiurandum, quod ſignatum ad ciues perferant: aliter haud facile eos ad tantum negocium impelli poſſe: cæteri nihil ſuſpicantes dant. Caßius ſemet eò uenturum breui pollicetur, ac paulo ante legatos ex urbe proficiſcitur. Lentulus cum his Titum Vulturtium quendam Crotonienſem mittit, ut Allobroges priuſquàm domum pergerent, cum Catilina, data atque accepta fide, ſocietatem confirmarent. Ipſe Vulturtio literas ad Catilinã dat, quarum exemplum infrà ſcriptum eſt: Qui ſim, ex eo quem ad te miſi, cognoſces: fac cogites in quanta calamitate ſis, & memineris te uirum eſſe: conſideres quid tuæ poſtulent rationes, auxilium petas ab omnibus, etiam ab infimis. Adhæc: mandata uerbis dat, cum ab Senatu hoſtis iudicatus ſit. quo conſilio ſeruitia repudiet. In urbe parata eſſe, quæ iuſſerat: ne cunctetur ipſe propius accedere. His rebus ita actis, conſtituta nocte, qua proficiſcerentur, Cicero per legatos cuncta edoctus, L. Valerio Flacco & C. Promptino prætoribus imperat, ut in ponte Miluio per inſidias, Allobrogum comitatus deprehendant. Rem omnem aperit, cuius gratia mittebantur. Cætera, ubi facto opus ſit, ita agãt: permittit illis homines militares, ut ſine tumultu præſidijs collocatis, ſicuti præceptum erat, occultè pontem obſident. Poſtquam ad id loci legati cum Vulturtio uenerunt, & ſimul utrinque clamor exortus eſt: Galli citò cognito conſilio, ſine mora Prætoribus ſe tradunt. Vulturtius primò cohortatus cæteros. gladio ſe à multitudine defendit. Deinde ubi à legatis deſertus eſt, multa prius de ſalute ſua Promptinum obteſtatus, quòd ei notus erat: poſtremò timidus, ac uitæ diffidens, uelut hoſtibus ſeſe Prætoribus tradidit. Quibus rebus confectis, omnia properè per nuncios Conſuli declarantur.

At illum ingens cura atq; lætitia ſimul occupauere. Nam lætabatur intelligens, coniurãtione patefacta, ciuitatem periculis ereptam eſſe. Porrò autem anxius erat, dubitans in maximo ſcelere tantis ciuibus deprehẽſis, quid facto opus eſſet, pœnam illorum ſibi oneri, impunitatem perdundæ Reipublicæ fore credebat. Igitur confirmato animo, uocari ad ſe iubet Lentulum, Cethegum, Statiliũ, Gabinium, itemq́; Qu. Ceparium Terracinenſem, qui in Apuliam ad concitanda ſeruitia proficiſci parabat: cæteri ſine mora ueniunt. Ceparius paulo antè domo egreſſus, cognito indicio ex urbe profugerat. Conſul Lentulum, quòd Prætor erat, ipſe manu tenens, in Senatũ perducit. Reliquos cum cuſtodibus, in ædem Concordiæ uenire iubet: eò Senatum aduocat, magnaq́; frequentia eius ordinis, Vulturtiũ cum legatis introducit. Flaccum Prætorem ſcrinium cum literis quas à legatis acceperat, eódem afferre iubet. Vulturtius interrogatus de itinere & de literis, poſtremò quid, aut qua de cauſa conſilij habuiſſet, primò fingere, alia dißimulare, de cõiuratione: pòſt ubi fide publica dicere iuſſus eſt, omnia uti geſta erant, aperit: docetq́; ſe paucis antè diebus à Gabinio & Cepario ſocium accitum, nihil amplius ſcire quàm legatos: tantummodo audire ſolitum ex Gabinio, P. Antronium, Seruium Syllam, L. Varguntteiũ, multos præterea in ea coniuratione eſſe. Eadem Galli fatentur. At Lentulum dißimulantẽ coarguunt, præter literas, ſermonibus, quos ille habere ſolitus erat ex libris Sibyllinis, regnum Romæ tribus Cornelijs portendi: Cinnam atq; Syllam antea, ſe tertium eſſe, cui fatum foret, urbis potiri. Præterea ab incenſo Capitolio illum eſſe uigeſimum annum, quem ſæpe ex prodigijs aruſpices reſpondiſſent, bello ciuili cruentũ fore. Igitur perlectis literis, cum prius omnes ſigna ſua cognouiſſent, Senatus decreuit, uti abdicato magiſtratu Lentulus, itemq́; cæteri in liberis cuſtodijs habeantur.

Itaq; Lentulus P. Lentulo Spinteri, qui tum ædilis erat, Cethegus Quinto Cornificio, Statilius C. Cæſari, Gabinius M. Craſſo, Ceparius (nam is paulo antè ex fuga retractus erat) Cn. Terentio ſenatori traditur. Ergo hæc hiſtoria eſt, quæ ferè eadem paulo pòſt exprimetur hic à Cicerone. His de cauſis Senatus præmium Vulturtio & Allobrogibus (indicijs eorum comprobatis) & Antonio Conſuli laudem, Ciceroni ſupplicationem per omnia templa decreuit, ad quam celebrandam populus hac oratione excitatur.

REmpublicã.) Ponitur initio totius orationis ſumma:

Ciuitas deorum immortaliũ gratia, & Ciceronis diligentia conſeruata eſt: Quare ſupplicatio nomine Ciceronis celebranda. Sed complexio nondum ponitur. Et ſi.) Confirmatio eſt ex collatione parium. Syllogiſmus dupli ci parentheſi minus apertus eſt:

Si dies ſalutaris non minus eſt iucundus, quàm natalis, hic ſalutaris dies eſt celebrandus:

Sed primum:

Secundum igitur.

Quod ſalutis.) Aßumptionis ſententia ex partium adiunctis probatur in hac parentheſi. Quoniã illum.) Hac item parentheſi probatur, quod nondum tamen expoſitum eſt, conſequens propoſitionis, exemplo conditoris, cuius definitio & nomen ponitur. Duodecimo autem Calendas Maij, natalis urbis dies cum honore Romuli celebrabatur, ut Ouidius quarto Faſtorũ ſcribit. Nam totius urbis templis, delubris, &c.) Repetitur argumentum initiò poſitum, Ciuitas eſt liberata. Ignes circumdatos.) Sic in Piſonem: Ego tela intentata iugulis ciuitatis

tatis, de coniuratorum nefarijs manibus extorſi: ego faces iam accenſas ad huius urbis incendium comprehēdi, protuli, reſtinxi. Eſt autem uerbo Propè ſignificata breuis ſimilitudo. Quæ quoniam.) Locus docilitatis & attentionis, ex adiunctis: Coniurationem conuictam in Senatu, breuiter uobis exponam. Principiò.) Narratio longiſſima ſequitur, de coniuratorum comprehenſione, indicijs, quæſtiōe, confeſſione, ſecutoq́; Senatuſconſulto. in quibus omnibus iudiciorum Rom. formula conſideranda eſt. Comprehenſio ſuis cauſis diligenter explicatur. quarum prima & princeps eſt, Ciceronis diligentia. Nam tum.) Diſſimile ad augendam diligentiæ fidem. Eiecto Catilina, putabā reliquos abituros, aut quieturos: at ſecus accidit. Eijciendi uerò Catilinæ finis præponitur. Atq; ego.) Antapodoſis eſt: Attamen neque abierunt, neq; quieuerunt: maiorem itaque diligentiam adhibui. Vt quoniam.) Ratio maioris diligētiæ ex ſuo fine, ut coniuratio conuinceretur. Itaq; ut.) Adiuuantes cauſæ ſequuntur, cum principe tamen perpetuo coniunctæ, de Allobrogibus, Prætoribus, militibus. Prima de ſolicitatione Allobrogum, de quibus ex Salluſtio iam dictum eſt. Fuit aūt gens Allobrogum quondam nulla Gallica gente, opibus aut fama inferior. Hannibalis tempore regnum fuit: Hannibalq́; tranſiens, maiori fratri Branco regnū reſtituit, ait Liuius. Sabaudia & Delphinatus eſt hodie. Facultas) Concluditur facultas cauſæ proximæ. Itaq.) Secunda adiuuans cauſa de Prætoribus, qui ſuis adiunctis exornantur. Et cum.) Circumſtantiæ temporis & loci ad perpetuam narrationis fidem interponuntur. Pons aūt Miluius extra urbē eſt, uerſus Hetruriam. Eodem autem.) Tertia cauſa adiuuans: nempe de militibus, qui ſuis item adiunctis ornantur. Præfectura.) Vbi nundinæ agebantur, & magiſtratus Romanus ius dicebat, præfectura erat. Reate autem, Sabinorum eſt oppidum, umbilicus Italiæ, Varronis patria. Interim.) Præcedentium cauſarum euentus exponitur adiūctis temporis, loci, item factis. Literæ.) Hæc prima pars eſt comprehenſionis, de literis & indicibus. Atque horum.) Secunda pars comprehenſionis, de quatuor coniuratis, ſuis adiunctis illuſtrata. Credo.) Cauillatur ſomnū Lentuli, ex efficiente cauſa. Cum uerò.) Interponitur ad maiorem fidem reprehenſio, quaſi nimiæ diligentiæ. Argumentū ex adiunctis eſt. Rogaui.) Refutatio reprehenſionis, ex coniugatis: De publico periculo publicè diſſerendum. Etenim.) Confirmatio ex diſſimili. In publici periculi, quamuis falſa ſuſpicione, tamen diligentia non accuſanda. Senatum.) Complexio refutationis. Atq; interea.) Interponitur comprehenſæ coniurationis indicium, ex telis Cethegi. Introduxi.) Prima pars narrationis adhuc fuit, quomodo cōprehenſi coniurati, indicia & quæſtiones ſequuntur: primùm Vulturtij. Res illuſtratur adiunctis. Introducti.) Indicium Allobrogū ſequitur, actis & ſcriptis primò cōmuniter expoſitum. Equitatum.) Equitatus Gallicus iam olim celebris fuit: Quingenti equites Heluetij, ait Cæſar, quatuor millia Romanorum equitum, loco pepulerunt: imò, quod incredibile ferè eſt, equites minus triginta Galli, Maurorū equitum duo millia fugarunt, ut in bello Africano Hircius. Regio uerò equitationi apta, & in ea nobiles opulenti diſciplinam illam ueterem uidentur adhuc conſeruaſſe. Hæ ſiquidem cauſæ ſunt equitatus, ut Ariſtoteles in Politicis docet. Lentulum.) Separatim indicantur Lentuli dicta, qui & ſibi regnum, & urbi exitium futurum confirmabat. Paralogiſmus uerò ſophiſticus ex illis fatis Lentulo eiuſmodi fuit:

Tertius Cornelius Romæ regnabit, cū tres Cornelios regnaturos fata prædixerint, duoq́; iam regnarint, Cinna & Sylla:

Lentulus eſt ille tertius Cornelius:

Regnabit igitur.

Propoſitio illa fatidica mentiri potuit, & aſſumptio falſum polliceri. Virginum.) Fabiam Veſtalem ſignificat, de qua iam in ſummo argumento dictum eſt. Hac de re locus in oratione Ciceronis in toga candida habita, ſic fuerat aduerſus Catilinam: Hanc tu habes dignitatem, qua fretus, me contemnis & deſpicis: an eam qua reliquam uitæ conſequutus, cum ita uixiſti, ut non eſſet locus tam ſanctus, quo non aduentus tuus, etiam cum culpa nulla ſubeſſet, crimen adferret? Ad hæc Ciceronis uerba Aſconius ait, Fabia uirgo Veſtalis cauſam inceſti dixerat, cū ei Catilina obijceretur, eratq́; abſoluta hæc Fabia, quia ſoror erat Terentiæ Ciceronis. Ideo ſic dixit: Etiā ſi culpa nulla ſubeſſet: ita & ſuis pepercit, & nihilo lenius inimico ſummi opprobrij turpitudinem obiecit. Incenſionem.) Capitolium, opus regium, Romæ magnificum fuit, paulóque ante Syllanam tyrannidem incenſum, incendij tamen cauſa latuit: ait Appianus primo bellorum ciuilium. Hanc autē Cethego.) Separatim rurſus indicantur Lentuli, ſed & Cethegi dicta, de urbis exitio cōtrouerſa. Fuit autē Lentulus tardior, & ſomnus eius antea notatus eſt: ideo rem differebat. Cethegus uerò natura ferocior, & manu promptior. Itaque, ut dictum eſt, de ignauia ceterorum cōquerebatur, maximumq́; in celeritate bonū putabat: Saturnalia uerò quæ quinq; uel ſeptem, ut opinio hic uaria eſt, diebus, 14. Calend. Decembris celebrari incipiebant, idcirco delecta erant, quia dies illi omnis generis lætitiæ deditι erant, ut uoluptatibus occupata ciuitas minus inſidias ſentiret. ut apud Virgilium capta Troia dicitur,

Inuadunt urbem uino ſomnoq́; ſepultam.

Ac ne.) Tranſit à quæſtionibus indiciorum, ad reorum quæſtionem & confeſſionem: ac primùm ut Cethegus ſignum literarum ſuarum cognouerit, & quæ fuerit earū ſententia. Signum uerò nunc appellat, ſigilli alicuius imaginem, imò quo tabellas occludimus, aut cera imprimimus. Talis imago fuit in ſigno Lentuli, imago aui Lentuli, ut mox dicetur. Sic Octauius Sphinge uſus eſt, mox imagine Alexandri Magni, nouiſſimè ſua, qua ſignare inſecuti principes perſeuerarunt, ait Suetonius. Tale ſignū in annulo ſignatorio, qui poſtea dictus eſt, imprimi ſolebat. Tum Cethegus.) Interceſſit quædam Cethegi defenſio, de ſicis & gladijs per Sulpitiū prætorem ex ædibus Cethegi exportatis: deq́; ijs in epiſtola mentio quædam fuerat, unde conuictus eſt Cethegus. Ferramentorum.) Inſtrumentum quoduis ferreum, ferratum'ue, ferramentum dicitur. Quæ molitio, quæ ferramenta, qui uectes: ſecundo de Natura deorum dixit Cicero, de fabrorum inſtrumentis. ſic ferramenta tonſoria, & quorumlibet artificū dicuntur. Synecdoche igitur hic eſt, pro telis & gladijs, & militarib. inſtrumentis. Introductus.) Quæſtio & confeſſio Statilij, propter ſimilitudinem ſuperioris breuius expreſſa. Manum.) Metonymia, pro

ſcriptura, ſeu litera. ut ad Atticum Cicero: Alexidis manum amabam, quòd tam propè accedebat ad ſimilitudinem literæ tuæ. Tum oſtendi.) Quæſtio & confeßio Lentuli: primũ de ſigno. ex cuius adiuncta imagine commiſeratio quædam obiurgationi permiſta interponitur. Aui tui.) Hic eſt P. Lentulus, de quo quarta Catilinaria: Atque illo tempore huius auus Lentuli clariſsimus uir, armatus, Gracchum eſt perſecutus. & graue uulnus accepit, ne quid de ſumma dignitate reipublicæ minueretur. Leguntur.) Hanc quæſtionem latius fortaſſe proſequitur, ne tantus uir indicta cauſa oppreſſus uideatur. Repræſentatur autem proſopopœia quadam defenſio Lentuli inconſtans, ueluti malè conſcij, qui primò negat, tum confitetur. Edito.) id eſt, prolato & recitato. ut pro Cluentio dicitur: Tabellæ quæſtionis plures proferuntur, quæ recitatæ uobis que editæ ſunt. Qui cum.) Confutatio contrarijs ſignis, & Lentuli dictis inſtructa.

Tum ſubitò.) Concluditur confeßio Lentuli, & adiunctis exaggeratur: Res erat incerta, reus diſertus, impudens, improbus, tamen confeſſus eſt. Ingenium.) Periphraſis eſt eloquentiæ, ex cauſa: naturali nempe ingenio & exercitatione. De eloquentia uerò P. Lentuli Suræ in Bruto Cicero, cum de Curione & Lentulo ſic concluſiſſet: Ita tanquam Curio copia nonnulla uerborum, nullo alio bono tenuit oratorum locum: ſic Lentulus cæterarũ uirtutum dicendi mediocritatem actione occultauit, in qua excellens fuit. Neque multo ſecus P. Lentulus, cuius & excogitandi, & loquendi tarditatem tegebat formæ dignitas, corporis motus, plenus & artis & uenuſtatis, uocis & ſuauitas & magnitudo: ſic in hoc nihil præter actionem fuit, cætera etiam minora quàm in ſuperiore.

Hæc de P. Lentulo Cicero, quem paulo antè Suram nominauerat. Impudentia.) Impudentiæ & improbitatis exemplum Plutarchus in Cicerone exponit. Cum enim Lentulus accuſaretur, quòd publicam pecuniam dilapidaſſet, ſpreto crimine & contempto in Senatu cauillatus eſt. Rationem dixit ſibi nequaquam reddendam, ſed præbendam ſuram, ut pueri ſolent, qui in ludo ſphæræ peccauerint. Hinc Sura cognominatus eſt. Hic etiã cum in iudicio quodam iudices corrupiſſet, & duabus ſententijs ſuperaſſet: In altero, inquit, impenſa fruſtra facta eſt: ſatis enim erat una ſententia ſuperare. Vulturtius.) Conuincitur iterum Lentulus alio teſtimonio, literarum nempe ad Catilinam: quarũ exemplum recitatur hic ad maiorem fidẽ, cum ſuperiorũ ſententia tantũ poſita ſit. Qui ſim.) Hæc epiſtola eſt eadem ſententia in Salluſtio, ſed non uerbis iſdem. & fortaſſe Salluſtius in eadem ſuis uerbis, quàm Ciceronis, uti maluit. Gabinium.) Poſtremò quæſtio Gabinij, & confeßio propter ſimilitudinem breuius comprehenſa. Ac mihi.) Peroratur ſumma quæſtionis uniuerſæ, repetito conſcientiæ loco, qui poteſt in hunc ſyllogiſmum includi:

Conſcientia certißimum ſceleris eſt argumentum:

Coniurati ſunt ea conuicti:

Certißimo igitur argumento.

Propoſitio collatione minorum exaggeratur: cuius apodoſis periphraſim conſcientiæ continet, ex adiunctis.

Sic obſtupueram.) Aſſumptionis ſententia, factis mirificè picta & expreſſa. Indicijs expoſitis.) Duæ partes narrationis adhuc fuerunt, comprehenſio coniuratorũ, & inquiſitio: tertia ſupereſt de S. C. quod primum ſuis adiunctis laudatur, quia ſeuerum, & ſummo conſenſu factum. Et quoniam nondum.) Prolepſis, quòd non recitetur ad uerbũ S. C. ubi notabis exemplũ noſtri fori diſſimile. ſimul enim ac dicuntur, iudicum noſtrorũ ſententiæ ſcribuntur: tum non item. & ex orationibus Ciceronis conſtat, unum certum eorum iudiciorum ſcribam non fuiſſe. Primùm mihi.) Prima pars S. C. de gratijs Ciceroni, Prætoribus, Antonio habitis: in quibus ſingulis adſcribuntur ſuæ cauſæ. Viro forti.) Antonium Cicero in toga candida uehemẽter uexauerat, obiecerat q; ab eo ſpoliatos Achæos, diſturbatum iudicium: appellarat que in exercitu prædonem, in introitu gladiatorem, in uictoria quadrigarium. Vide Aſconium in Commentarijs eius orationis. Cicero etiam in Piſonem de Antonio ait: Ego Antonium collegam cupidum prouinciæ, multa in republica molientem, patiẽtia & obſequio meo mitigaui. Quare laus iſta tempori conceſſa eſt, non ueritati tributa. Atq; ita.) Secunda pars eſt S. C. de cuſtodia & ſupplicio comprehenſorum, quos nouem nominatim recitat: quatuor primùm, de quibus iam dictum eſt. Abdicaſſet.) Abdicare ſe libertate, tutela, magiſtratu, & conſimilibus, pro, deponere libertatẽ, tutelam, magiſtratum, Cicero dicit: aliquando nomen omittit, ut ſecundo de Natura deor. Senatus cenſuit, ut Coſſ. abdicarent, abdicauerunt. Salluſtius idem aliter dicit, Abdicare præturam. Atq; idem.) Reliquorum quinq; comprehenſorum crimen attingitur, quia de ijs adhuc nil erat dictum. De Caßio paulo pòſt rurſus, Ceparium Salluſtius ait è fuga retractum. De Furio nil dicitur, & uidetur hic aliquid deeſſe. Libertinum.) Libertinus appellatur, qui ex iuſta ſeruitute manumiſſus eſt: contrà Ingenuus opponitur. aliquando etiam qui ex liberto natus eſt, etiam libertinus dicitur. Atq; ea.) Collaudatur ad extremum narrationis, Senatus lenitas, ne cæteri coniurati commoueantur: quaſi pœna ad hos nouem ſolos ſit peruentura. In complures tamen poſtea ſeuerè animaduerſum eſt.

Atq; etiam.) Accedit ad ſupplicationẽ, cuius cauſas narratio longior expoſuit: exornat uerò primùm adiunctis & cauſis. Primus Cicero tam honorifica de cauſa ſupplicationem meruit. Quæ ſi.) Secunda exornatio, ex diſſimilitudine aliarum ſupplicationum. Atq; illud.) Digreßio quædam de moderata Lentuli pœna. Quamuis ne ciuis quidem eſſet, tamen tanquam magiſtratus iuſſus eſt abdicare ſe prætura: dißimile eſt. Hanc hiſtoriã Plutarchus notauit in Cicerone: Purpura, inquit de Lentulo, in Senatu poſita, ueſtem fortunæ congruentem induit. Vt quæ.) Continuatur idem dißimili exemplo Marij, de quo initiò primæ Catilinariæ dictum eſt: amplißimè uerò pro Rabirio perduellionis reo. Nunc quoniam.) Digreditur iterum, & ex his rebus geſtis diſputat uictũ eſſe Catilinam: quod ad plebis confirmationẽ & adhortationem ſupplicationis referri poteſt. Quem quidẽ.) Dißimilitudo Catilinæ cum cæteris coniuratis, ut qui in urbe maximè timendus fuerit: antea uerò diſputauit, eiectum minus timendum. Lentuli ſomnum.) His tribus metonymijs ſignificat tardum Lentulum, & ſomniculoſum, Caßium præpinguem, Cethegum furioſum. Lentuli ſomnus etiam notatus eſt antea. Tardißimè autem Lentulus uenit: credo, quòd in literis dandis præter conſuetudinem proxima nocte uigilarat. Ille erat.) Antapodoſis, uarijs perſonæ adiunctis cõfirmata: quòd acer, callidus,

lidus, diſertus, audax, multis adiutus, diligens. Hunc ego.) *Sententia eſt huius propoſitionis : Si Catilina eiectus non eſſet, periculum ſummum fuiſſet: ad cuius rationem proximus locus repetitur.* Non ille.) *Amplificatur idem alia diſsimilitudine Catilinæ & comprehenſorum.* Quæ nunc.) *Antapodoſis. At comprehenſi illa omnia egerunt: augetur autem collatione minorum.*

Quod ſi.) *Repetitur propoſitionis ſententia: Si Catilina eiectus non eſſet, periculum ſummum fuiſſet.* Quanquam hæc.) *Regreditur ad ſupplicationem, ex repreſſæ cõiurationis cauſa, quam ſpecie correctionis amplificat: tanquam non Cicero, ſed dij repreſſerint.* Id'que cum coniect.) *Approbatio ex adiunctis: deinde etiã teſtimonijs diuinis, quæ latiſsimè poſtea diſſeruntur, & in perocatione ſuperioris orationis breuiter attinguntur.* Nam ut.) *Explicat teſtimonia diuina, ex phyſicis* τῶν μετεώρων *oſtẽtis. de quorũ ueris cauſis, exhalatione atq; aſtris, uide Ariſtot. 2. & 3.* τῶν μετεώρων. *Atq; hæc oſtẽta leges expreſſa Ciceronis uerſib. primo de Diuinatione. Diſsimilitudo autem eſt notis Vt & Certè expreſſa.* Hoc certè.) *Antapodoſis, qua ſeparatur hoc oſtentum de ictu fulminis. cuius uis eſt duplex: una confringendi ſolida, reſiſtentiáq;: altera urendi. Vide Ariſtotelẽ primo cap. tertij Meteorum. Similis uerò oſtenti eſt illud Virgilianum :*

Sæpe malum hoc nobis, ſi mens non læua fuiſſet,
De cœlo tactas memini prædicere quercus.

Cotta.) *Quo tempore prior coniuratio inita eſt.* Legum æra.) *Duodecim tabulæ ueterum legum æreæ fuerunt Romæ, ut Solonis ligneæ Athenis, ut Moſis lapideæ Hieroſolymis.* Quo quidem tempore.) *Interpretatio ſuperioris oſtenti, aruſpicum teſtimonio confirmata.* Itaq; illorum.) *Procuratio aruſpicij, ad placandos deos aduerſus illud oſtentum, ex aruſpicum ſcilicet monitis.* Iidemq; iuſſerunt.) *Aliud aruſpicum monitum, ad eandem placationem:*

Si Iouis ſtatua maior ad Orientem fuerit conuerſa, coniuratio deprehendetur:
Sed primum :
Secundum igitur.

Atq; illud.) *Procuratio aruſpicij proximi, quæ connexi aſſumptio eſt :*

Sed ſtatua maior facta, & conuerſa eſt ad Orientem.

Hic quis poteſt.) *Concluditur generaliter è ſuperioribus teſtimonijs, diuinitùs coniurationẽ eſſe patefactam, quod ſpecialiter deinceps agitur.* Etenim.) *Repetitur ſumma ſuperioris aruſpicij, & euentu comprobatur.* Illud uerò.) *Repetitur ſumma ſecundi aruſpicij: itémque cum ſuo euentu comparatur & concluditur.* Quo etiam.) *Digreſsio breuior in hos incendiarios.* Quibus ego.) *Reuertitur ad inſtitutam correctionem, & concluditur rurſus, Iouis ope coniurationem patefactam eſſe.* Iam uero.) *Amplificatur eadem quæſtio, ex indiciorum ſuperiorum adiunctis.* Quid uerò.) *Producitur amplificatio, ex præmio & fine coniurationis.* Quamobrem.) *Concluſio eſt propriæ quæſtionis, Quare ſupplicatio celebranda.* Nam multi.) *Confirmatio, ex collatione minorum: cuius protaſis adiunctis exponitur.* Etenim.) *Amplificatur magnitudo depulſi periculi, comparatione quinq; bellorum ciuilium, tanquam minorum. Primum exortum eſt, quia Sulpitius trib. Syllæ belli Mithridatici prouinciam ſua lege eriperet, Marioq; daret: tum pugna in foro cõmiſſa filius Q. Pompeij Coſ. & Syllæ item Coſ. gener occiſus eſt, Sulpitius Mariusq; eiecti: Sulpitius proditus, à ſeruo interemptus eſt: duodecim principes Marianæ factionis hoſtes iudicati, in quibus Marius pater & filius fuere. Vide Liuium lib. 77.* Cn. Octauius.) *Secundum ciuile bellum inter Octauium & Cinnam Coſs. pro reuocatione exulum, qui hoſtes iudicati fuerant. tunc cincta gladijs concio fuit, ſed uicere quibus pax charior fuit: quamplurimi antẽ ciues cæſi ſunt, Cinna'que pulſus eſt.* Superauit.) *Tertium ciuile bellum inter Octauium & exules, Cinnam & Mariũ: tum Roma quaternis caſtris à Cinna, Mario, Carbone, Sertorio obſeſſa & capta eſt. Crudelis in primis pater Marius fuit, ſed filius crudelior.* Vltus eſt.) *Quartum bellum ciuile, inter Marianos & Syllanos: tum finito bello, ſeptuaginta millia in pace cæſa ſunt, præter innumerabiles bello cæſos. Vide Florum de his bellis ciuilibus.*

Diſsenſit M. Lepidus à clariſsimo.) *Quintum bellum ciuile inter Lepidum & Catulum, pro funere & actis Syllæ.* Atq; ille.) *Concluditur protaſis, & euentis amplificatur.* In hoc autem.) *Antapodoſis primæ comparationis, quod licet hoc bellum crudeliſsimum fuerit, tamen omnes incolumes ſunt conſeruati.* Quibus.) *Concluditur prima quæſtio, Quare ſupplicationem celebrate: ſed fructus & finis laborum proponitur in argumento.* In animis.) *Repetitur idẽ finis & fructus, uerbis paululum immutatis.* Nihil'ne.) *Amplificatur idem fructus diſsimilitudine: Nihil me mutũ delectat, ſed una laus, & æterna.* Memoria.) *Antapodoſis, ad quã illuſtrandam allegoria è uitæ gradibus & partibus adhibetur.* Propagatam.) *Similis antè metaphora fuit Catilinaria ſecunda: Non breue neſcio quod tempus, ſed multa ſecula propagarit reipub.* Vnoq; tempore.) *Secunda amplificatio, ex comparatione Pompeij & Ciceronis, quæ uerſibus illis celebrata,*

Cedant arma togæ, concedat laurea linguæ :
O' fortunatam natam me Conſule Romam:

illis inquam uerſibus celebrata, magnam Ciceroni inuidiam comparauit. Teſtis eſt inuidiæ refutatio in Piſonẽ: Non ulla tibi, inquit, inuidia nocuit, ſed uerſus tui. Nimis magna pœna te Conſule conſtituta eſt, ſiue malo poetæ, ſiue libero. Scripſiſti enim uerſus, Cedant arma togæ. Quid tum? Hæc res tibi fluctus illos excitauit. At hoc nuſquã opinor ſcriptum fuiſſe in illo elogio, quod te Conſule in ſepulchro reipublicæ inciſum eſt: Veluis, iubeatis, ut: non quòd M. Cicero uerſum fecerit, ſed quòd uindicarit. Veruntamen quoniam te non Ariſtarchum, ſed Phalarim grammaticum habemus, qui non notam apponas ad malũ uerſum, ſed poetam armis perſequare, ſcire cupio quid tandem iſto in uerſu reprehendas, Cedant arma togæ. Tuæ dicis, inquit, togæ ſummum imperatorem eſſe ceſſurum. Quid nunc te aſine literas doceam? non opus eſt uerbis, ſed fuſtibus. Non dixi hanc togam, qua ſum amictus, nec arma, ſcutum & gladium unius imperatoris: ſed quod pacis eſt inſigne, & ocij, toga: contrà autem arma tumultus, atq; belli, more poetarum locutus, hoc intelligi uolui, bellum ac tumultum paci atque ocio conceſſurũ: & cætera quæ latius illic explanantur. Qui locus idem ferè eſt in Antonium Philippica ſecunda: Atque etiam quodam loco facetus eſſe uoluiſti, &c.

Satis eſt enim ſimilem locum indicaſſe. Quem locum etiam Quintilianus libro undecimo: In carminibus utinam pepercißet, quæ nõ deſierunt carpere maligni, &c. Sed quoniam.) Correctio eſt, ex dißimilitudine proximæ comparationis, ad quandam imminentis inuidiæ commiſerationem & cautionem. Si cæteris.) Argumentum eſt, ex collatione parium. Mentes.) Aliud pariũ argumentum. Quanquam.) Correctio, ex alio dißimili, ad confirmandum bonos, & debilitandum improbos, ubi ſecuritas Ciceronis ex populo, republica, cõſcientia ipſius coniurationis, fortitudine Ciceronis, oſtẽditur. Quòd ſi omnes imp.) Proponit è ſuo periculo coniunctũ reipublicæ periculum. Si opprimatur Cicero, nemo rempublicã poſtea tueri noles. Mihi.) Correctio, ad imminentis inuidiæ contemptũ declarandum: quòd gloriæ ſatis uixerit, nec tanti iam uita ſit. Præſertim cum.) Eadem ſententia proxima Catilinaria plenius: Neque enim turpis mors forti uiro poteſt accidere, neque immatura Conſulari, nec miſera ſapienti. Illud.) Confirmat aſſeueratione quadam conſtantiã ſuam, & inuidiæ adiuncta proponit. Denique ita me.) Confirmatur idem effectus, & eorum cauſis. Vos Quirites.) Peroratio adhortationis, ad ſupplicationem celebrandum. Additur admonitio, ad defenſionem urbis.

ANALYSEOS RHETORICAE ET logicæ in tertiam Catilinariam Summa.

An Orator hac oratione populum docuit & monuit? Certè: & teſtimonium euentus huius è Salluſtio nobis eſt. Plebs ſiquidem quæ prius bello fauebat, mutata mente, Catilinæ conſilia execrari, Ciceronem ad cœlum tollere: ueluti ex ſeruitute erepta, gaudium atque lætitiam agitabat. Namque alia belli facinora, prædæ magis quàm detrimento fuere: incendium uerò crudele, immoderatum, ac ſibi maximè calamitoſum putabat: quippe cui omnes copiæ in uſu quotidiano, & cultu corporis erant. Atq; hæc ἀπόδειξις eſt ὅτι. διότι: inquies. cauſas, inquam, quas è præſenti oratione poſſumus, ſigillatim adhuc expoſitas, colligamus uniuerſas, & διότι cognoſcemus. Elocutio in tropis bona & crebra. Metonymia locis ſexaginta, totidem ferè ſynecdoche, ironia nullo, metaphora octoginta: ſed enim geminatio in primis ſpectanda eſt. Ex flamma atque ferro erepta, conſilio neque lingua neque manus deerat, &c. Metonymiæ primi modi ſunt: Sceleratißimi periculoſißimi'que belli, & cætera. Funeſtos ac nefarios ignes, &c. ſecundi: Contra ſalutem urbis atque imperij, &c. tertij. Sed metaphora, ut ſemper aliàs, excellit: Clarißimis uiris interfectis, lumina ciuitatis extincta ſunt, &c. Memoria ueſtra, Quirites, noſtræ res alentur, ſermonibus creſcent, literarum monimentis inueteraſcent & corroborabuntur. Synecdoche non ſolum ſimplex, ſed compoſita, minimam ferè gratiam ex omnib. tropis habet. Geminatur tamen aliquando: ut, Mucrones à iugulis ueſtris reiecimus. E' figuris uerborum epizeuxis eſt duobus locis, anaphora uiginti: epiſtrophe, ſymploce, epanodos, anadiploſis, climax, epanalepſis nullo: polyptoton duodecim, paronomaſia ſex: numerus, ut iam monui, in totis uerborum figuris reſonat: ſeparatim tamen perſæpe in hac oratione ſentitur, frequentißimè autem in epiſtrophe: Ad me uocari, rem omnem expoſui, quid fieri placeret, oſtendi. Clarior numerus eſt propter antecedentem anaphoram: Nullũ ego à nobis præmium uirtutis, nullum inſigne honoris, nullum monimentum laudis poſtulo. Sed ſine uerbi anaphora, numeri & anaphora & epiſtrophe ſymploces orbem conficiunt: ut, Vrbem ex omnibus partibus incendiſſent, cædem'que infinitam ciuium feciſſent. Vrbem, cædem, initijs: Incendiſſent, feciſſent, extremis ſimiles numeri ſunt. Epanodos numeri ſuperiore oratiõe fuit: Magis mihi uidentur uota facturi contra rempublicã, quàm arma laturi. Ibidem epanalepſis: Inſtruite nunc Quirites, cõtra has tam præclaras Catilinæ copias ueſtra præſidia, ueſtros'que exercitus: & primum gladiatori illi confecto & ſaucio Coſſ. imperatores'que ueſtros opponite. Reliquarum figurarum numeroſa exempla ſi ſtudioſius animaduerteris, facilè deprehendes. E' figuris ſententiarum, niſi tum fuerit, Pereant ſanè, & cætera: nullo loco eſt optatio. prolepſis tribus: proſopopœia, ſed obſcurior, duobus: ut digreßio, ut dialogiſmus: præteritio uno, reliquæ nuſquam. Ita iam perſpicimus figuras ſententiarum, figuris uerborum rarius à Cicerone adhiberi: nec tamen idcirco fortiorem eius orationem iudico. Logicæ ac rei uis maior eſt. E' locis inuentionis topicæ, cauſa in fine quatuor locis adhibetur: in efficiente uberior eſt de Cicerone, Allobrogibus, Prætoribus, militibus, atque alijs præterea locis. Effecta multa, ſubiectum & diſſentaneũ nuſquam: adiuncta ſunt locis quatuordecim, ſimilia uno: paria ut minora, tribus. Sed paria illa magis animaduertenda, quia rariora, Non minus, & Quàm, &c. Tantum & Quantum. &c. Maiora locis undecim, ſeptem in illa forma, Non modò, ſed, &c. Maioris ſpeciem notabis eo loco: Hæc omnia uidemus, præcipuè hanc urbem. Dißimilia ſunt locis tribus & uiginti: ſex in illa forma, Quamuis, tamen, &c. In quorum duobus Quanquam nullum eſt. quod breuius aliquando fit: Quæ quidem te à tanto ſcelere etiam muta, reuocare debuit. Etiam, pro Quamuis. Totidem locis in forma, Non hoc, ſed illud. Quo in genere antapodoſeos nota interdum reticetur: ut, Nihil me mutum delectat, &c. Memoria ueſtra noſtræ res alentur. Ergo dißimilia è comparatis omnibus frequentißima ſunt. notatio nuſquam: coniugatio ſemel, partitio manifeſta nulla eſt, deſcriptio locis quatuor: ad quam, ut iam monui, referendæ ſunt ὑποτυπώσεις, ut illa conuictæ conſcientiæ. Sic obſtupuerant, ſic terram intuebantur, ſic furtim nonnunquam inter ſe aſpiciebant, &c. Ex omnibus argumentis ad factæ coniurationis fidem primarium eſt in hac oratione teſtimonium, ex indicijs Vulturtij, Allobrogum, ex iureiurando, literis ex fatis Sibyllinis, aruſpicum: ex confeßione reorum, ex ſenatuſconſulto, ex oſtentis & reſponſis aruſpicum. Diſpoſitionis autem analytica ars multo minor eſt. Syllogiſmi pauci: in prima figura uix unus, in connexo primo duo, ij'que omnes obſcurè concluſi. & illud nimirum tot exemplis iam uerum eſſe conſtat, quàm plurima naturalis intellectus iudicio eſſe contenta, perpauca ſyllogiſtico iudicio ſubijci: & tamen quæ ſubijciuntur, raró plenis ſyllogiſmis concludi. Vt tamen uerum, ſummum'que ſyllogiſticæ analyſeos fructum capias, ſummam orationis uniuerſæ in ſyllogiſmum unum redige, hoc, ſi lubet, modo:

Si Cicero

Si Cicero deorum auxilio remp. coniuratione liberauit, ſupplicatio eius nomine celebranda eſt:

Sed primum: quia coniuratos comprehendit, conuicit, puniendos curauit, denique bello crudeliſsimo ciues ſeruauit: & dij in phyſicis oſtentis, coniuratorumq; & Gallorum dementia ſe præſentes duces oſtenderunt:

Secundum igitur.

Sed hic ſyllogiſmus melius eſſet initiò præpoſitus. atq; id prioris eſt analyſeos. Methodi uerò & poſterioris analyſeos ars non magna eſt. Quæſtio ſupplicationis magis eſt indicata, quàm expreſſa initio. Deinde perpetuis argumentis ſine partitionis aperta diſtinctione, diſputata, & tandem concluſa. Si prudens & ſciens artis ordinem neglexerit orator, ſolicitudinem de republica, curam que indicare uoluit. Sed hæ tamē logicæ ſunt & topicæ inuentiōis, & analyticæ diſpoſitiōis uirtutes: quas ſi ad rhetoricæ elocutionis ornatum aggregemus, habebimus in hac oratione poſitas cauſas διατὶ, quamobrē Cicero populum Romanum docuerit et mouerit. Intereaq; indoctorum nebulonum impudentem inſcitiam perſpiciemus, qui libris, uel potius barbaris calumnijs editis diſputare auſi ſunt, nullam in oratoribus logicam eſſe: & cum ſtatuat Ariſtoteles artium principia ἱστορίαν καὶ ἐμπειρίαν, ex eius principijs incipiamus logicam artem uerius intelligere, uerius intellectam commodius exercere.

IN QVARTAM CATILINARIAM PETRI RAMI Scholia.

ARGVMENTVM.

DVm ea quæ ſuprà dicta ſunt, aguntur in Senatu, & poſtridie legatis Allobrogum, & Tito Vulturtio, indicijs eorum comprobatis, præmia decernūtur, liberti & pauci ex clientibus Lentuli, diuerſis itineribus, opifices atque ſeruitia in uicis ad eum eripiendum ſollicitabant: partim exquirebant duces multitudinum, qui precio uexare rempublicam ſoliti erant. Cethegus autem per nuncios familiam atque libertos ſuos electos & exercitatos orabat in audaciā, ut grege facto ad ſeſe cum telis irrumperent. Eodem tempore ab ara ſacrorum Bonæ deæ (quæ tum domi Conſulis, ut mos erat annuus, agebantur) flamma quædam longa & pura, ſopito iampridem igne, tamen emicuit: quo Veſtales per Terentiā coniugem Cōſuli nunciarunt, ne dubitaret ea perficere, quæ tum pro patria cogitaret, tanquam dea præſens magnū lumen ad eius gloriam ſalutem que portenderet. Eódem & frater & P. Nigidius, & philoſophiæ & reipublicæ ſtudijs Ciceroni ualde coniunctus, impellebant. Quare Conſul & coniuratorum inſidijs, item que diuinis oſtentis, & amicorum conſilijs permotus, diſpoſitis præſidijs, uti res atque tempus monebat, conuocato Senatu refert, quid de coniuratis fieri placeat. Prima deliberatiōe, cum duæ ſententiæ fuiſſent, altera de morte, altera de eiectione Catilinæ, mitiorem Cicero ſecutus eſt, ut coniuratio penitus exhauriretur, ſicuti dictum eſt. Hic contrà cum duæ ſententiæ ſint, altera Syllani Coſ. deſignati, de morte comprehenſorum: altera Cæſaris de cuſtodia & bonorū publicatione, ad ſeueriorem, ſenatum adhortatur. Hæc Salluſtius & Plutarchus. Summa ferè eſt:

Summi ſceleris, & ſummis reipub. periculis coniuncti, animaduerſio ſeuera et matura debet eſſe, ſi nulla crudelitas inſit, ſi tranſigendi facultas adſit:

Hæc omnia ſunt in hac cauſa: ſummum ſcelus, ſummis reipub. periculis coniunctum: animaduerſionis crudelitas nulla eſt, facultas tranſigendi magna eſt:

Seuera ſit igitur, & matura.

VIdeo.) Diſsimile eſt initio: Cogitatis de mea ſalute, ſed potius de publica cogitate. Protaſis paulo eſt longior. Eſt mihi iucunda.) Ratio protaſeos, ex adiunctis, quòd hæc cogitatio grata ſit. Sed eam.) Antapodoſis collationis. Mihi quidem.) Oſtendit charitatem ſuam in patriam, & connexo ſic concludit:

Si Conſulatus mihi fatalis eſt ad omnes dolores pro patria ferendum, feram:

Sed primum:

Secundum igitur.

Ego ſum) Aſſumptio, confirmata ex adiunctis periculis ubique intentatis. Res augetur enumeratione partium, & earum adiunctis. Sella curulis unquam.) Sella curulis, ſella fuit eburnea, in curru quo magiſtratus uehebantur in forum:

Cuilibet hic faſces dabit, eripietq; curule,
Cui uolet importunus ebur:— Horatius 1. Epiſtolarū.

Metri, puto cauſa, alterum r detrahitur, ut breuietur. Nunc ſi.) Reliqua eſt de patriæ ſalute aſſumptio, inductione partium amplificata. Etenim.) Continuatio eſt ſuperioris propoſitionis, ex diſſentaneis. Lentulus enim uelut hoſtis Ciceroni tanquam ſeruatori opponitur. Sic enim interdum contraria contrariorum conſequentia opponuntur, ut Inſtitutionibus noſtris exponitur. Quare P.C.) Concluditur prima quæſtio, & diſsimilitudo repetitur. Nam primum.) Confirmatio quæſtionis, ex adiuncta ſpe deorum, & Ciceronis fortitudine. Neque enim.) Approbatur fortitudo, ex coniugatis, Moriar & Mors. ubi notabis adiuncta cum ſubiectis comparata. Immatura.) Repetitur autem ſecunda Philippica eadem ſententia: Etenim ſi abhinc annis propè uiginti hoc ipſo in templo negaui poſſe mortem immaturam eſſe Conſulari, quanto uerius nunc negabo ſeni? Nec tamen) Prolepſis per correctionem, ex præſentibus amicorū lachrymis, quibus Cicero moueatur. Videtur ijs lachrymis repugnare ſuperior hiſtoria, quæ Ciceronem ab amicis impulſum facit, niſi cum adhortatione permiſtum mœrorem intelligas: ut mortes, quas glorioſas prædicamus, etiam deploramus. Tanquam.) Hac breui ſimilitudine gratiam poſteris ſuis à republica debitam innuit. Moueor.) Solutio prolepſeos, ex maiorum collatione, quòd magis periculo publico moueatur. Quare.) Concluditur rurſum prima quæſtio, & affirmatur periculis adiunctis. Non Tiberius.) Amplificatio, ex diſsimilibus exemplis: de quibus initiò primæ Catilinariæ. In diſcrimen.) Periphraſis eſt ex ſubiectis: pro, accuſatur. Sed tenentur.) Antapodoſis diſsimilium exemplorum, ex diſſimili coniuratorum facto, & facti fine. Tenentur.) Approbatio finis, ex teſtimonijs de quibus antea. Sollicitantur.) Repetitur antapodoſis, ſed finis augetur grauius, ex adiunctis. Seruitia) Metonymia eſt, pro ſeruis. quomodo rurſus poſtea: Gallos excitauit, ſeruitia con-

citauit. *Hæc omnia.*) Repetitur approbatio facti, ex hiſdem teſtimonijs, quibus additur teſtimonium Senatus, ex decreto heſterno, quod per partes explicatur. Sententia ſyllogiſmi eſt:

Rei delatum crimen confeßi, & laudatis indicijs quæſitorum in cuſtodiam traditi, uidentur damnati:

Tales ſunt coniurati:

Videntur igitur iam eſſe damnati.

Aſſumptio præcedit. *Singularibus.*) Singulare propriè dicitur, quod unicũ eſt: ut, Singularem Deus hunc mundum, atque unigenam procreauit, ait Cicero de Vniuerſitate. Et ſecunda Agraria, Singularis homo ſic dicitur. Hic autem non capitur propriè, ſed metaphoricôs. quod declarant ſuperioris orationis de eadem re illa: Primùm mihi gratiæ uerbis amplißimis aguntur, &c. Hic Singularibus, & illic Amplißimis uerbis, idem eſt. *Quæ ſunt.*) Sententia propoſitionis eſt: Damnati uidentur ij, quibus iſta contigerunt. hoc idem Salluſtius notauit: Sed eos frequens ſenatus iudicauerat paulo antè contra rempublicam feciſſe. *Sed ego inſtitui.*) Proponitur problema futuræ deliberationis. *Illa prædicam.*) Locus attentionis, ex adiuncto perſonæ, ad cohortationem maturandi iudicij. cuius argumentum eſt ex adiuncta periculi magnitudine. *Nunc quicquid.*) Sententia complexionis: Quare celeriter eſt ſtatuendũ. *Quantum.*) Repetitur magnitudo periculi, et augetur efficiẽtibus, quòd multi ſint eius authores. *Id opprimi.*) Repetitur eadẽ complexionis ſententia, & dißimilibus augetur. *Video duas adhuc.*) Partitio eſt ſententiarum adhuc dictarum. Prior eſt Syllani deſignati Cõſulis, morte reos multantis. Poſterior Cæſaris mortem remouẽtis, perpetuum carcerem & bonorum publicationem decernentis. ubi prudentiam Ciceronis animaduerte, Cæſarem laudantis: ut cuius ſententiam non probaret, eius tamen perſonam nihil offenderet. *Vterque.*) Laudatur utraque ſententia, ex adiuncta ſeueritate. *Alter eos.*) Deliberatio Syllani, ex factis reorum, & exemplis ſimilibus, morte puniendos eos eſſe. Vtrunq; argumentum tractatum eſt prima Catilinaria, de morte Catilinæ. *Alter intelligit.*) Deliberatio Cæſaris, qua primũ Syllanus refellitur, deinde ſententia Cæſaris ponitur. Refellitur autem Syllanus ex dißimili: Mors non eſt pœna, ſed pœnarum requies. Idem Salluſtius in oratione quam Cæſari affinxit: Nec enim arbitror Cæſarem ea loquutum eſſe, ſed excellentius oraſſe iudico. Verba autem Salluſtij ſunt: De pœna, inquit, poſſum equidem dicere, id quod res habet: in luctu atque miſerijs, mortem ærumnarum requiem, non cruciatum eſſe: eam cuncta mortalium mala diſſoluere: ultrà neque curæ, neque gaudio locum eſſe. *Itaque eam ſapientes.*) Illuſtratio, ex adiunctis, quòd mors contemnatur, aliquando etiam appetatur. *Vincula uerò.*) Sententia Cæſaris, de perpetuo reorum carcere efficientibus exornata. *Habere.*) Perſtringitur à Cicerone breuiter hæc ſententia, ex adiunctis: quòd iniqua ſit, aut difficilis. *Decernatur.*) Correctio, qua ſe in utramuis partem paratum eſſe indicat. *Adiungit.*) Ratio altera ſententiæ Cæſarianæ: item ex cauſis cuſtodiæ. *Quæ ſola homini.*) Sic de ſpe Tibullus:

Tum mala finiſſem letho, ſed credula uitam
Spes fouet, & melius cras fore ſemper ait.

Bona præterea publicari iub.) Poſtremum caput ſententiæ Cæſaris de publicatiõe, ſeu (ut recentiores dixerunt) confiſcatione bonorum. *Vitam ſolam relinquit.*) Laudatur ſeueritas huius pœnæ, quaſi morte grauioris. *Itaque ut aliqua.*) Amplificatio ex ſimilitudine inferorum, quorum fictis pœnis ſit hæc uera pœna ſimilis. Pœnas uerò inferorum Cicero prima Tuſculana uidetur fictas putare. *Nunc P.C.*) Diſceptatur ambiguè utraq; ſententia, ex adiuncto periculo Cõſulis, altera minus inuidioſa, altera non magis pericoloſa. In prima coniugata ſunt, popularis populares. *Sed tamen.*) Hæc metaphora ſignificat rationes periculorum ſuorum ad rempublicam pertinere, ut ſi utile ſit reipublicæ, ſubeantur. *Habemus enim.*) Redit ad Cæſarem, & collaudat ex hac ſententia, tanquam de republica bene ſentientem: quod de induſtria factum uideri poteſt, ne Cæſar (cuius ſententia non probabatur) coniurationis nomine ſuſpectus eſſe uideretur. *Intellectum eſt.*) Amplificatio laudis, ex dißimilitudine & differentia aliorum popularium. ubi notabis popularis definitionem, qui ſaluti populi conſulit. *Video de iſtis.*) Senator quidam notatur, qui de ciuium capite iudicare noluerat: ab eo tamẽ iam iudicatum eſſe, Cicero ex eius factis diſputat:

Qui reo cuſtodiam, quæſitori gratulationem, indici præmium decreuit, iam iudicauit:

Id ſenator hic egit:

Iudicauit igitur.

Aſſumptio præcedit. *At uerò.*) Laudatur iterum Cæſar, quòd contra legum exceptionem tam ſeuerè ſentiat in Lentulum, ueluti non ciuem:

Hoſtis non eſt ciuis:

Lentulus eſt hoſtis:

Non igitur ciuis.

Argumentũ eſt ex diſſentaneis: propoſitio exemplo C. Gracchi confirmatur. de quo ſic pro Rabirio perduellionis reo: C. Gracchus legem tulit, ne de capite ciuium Rom. iniuſſu ueſtro iudicaretur. Quòd aũt iuſſu populi pœnas dependiſſe Gracchus hic dicitur, cauſæ præſenti magis conceſſum, quàm ex hiſtoria deductum. Nam ſenatuſconſulto per Opimium Conſulem, populo tamen ad arma uocato, cæſus eſt, ut in procemio primæ Catilinariæ dictum eſt. *Idem etiam.*) Vis aſſumptionis, miſta complexioni:

Sed Lentulus eſt hoſtis, ut ex factis eius apparet:

Non igitur ciuis.

Itaque homo.) Concluditur ſententia Cæſaris, & eius capita recolliguntur de cuſtodia & publicatione. *Vt omnes animi.*) Amplificatio, ex adiunctis malis. *Quamobrem ſiue hoc ſtat.*) Concluditur ambiguè, ut diſceptata eſt deliberatio duarum ſententiarum. *Populo Romano charum.*) Definitio popularis, cuius & alia paulo antè fuit, populi ſaluti conſulens. *Atque obtineo eam.*) Iam manifeſtius inclinat in Syllanum, & per correctionem diſputat ex repugnantibus, nullam crudelitatem hic eſſe:

Summi ſceleris animaduerſio non eſt crudelitas.

Hic ſummi ſceleris eſt animaduerſio:

Non igitur crudelitas.

Ego enim.) Interponitur hic iuriſiurandi quoddã teſtimonium: Cupio ſic ſaluus eſſe, ut ego moueor non crudelitate, ſed miſericordia. Contrarium interponitur. Quis enim me mitior? *Videor.*) Aſſumptio eſt:

Summi

Summi ſceleris hic eſt animaduerſio.

quod per illuſtrationẽ euentorum & adiunctorum coniurationis uehementer exaggeratur. Et quia.) Complexionis loco, Quare crudelitas hic non eſt, hæc ſententia ponitur. Etenim.) Diſputatur idem inſigni ſimilitudine, ubi familia cum ciuitate comparatur. Mihi uerò.) Subiectio eſt ad interrogationem proximam.

Sic nos.) Apodoſis ſimilitudinis, illuſtrata uarijs coniuratorũ cõſilijs, ubi aſſumptio eſt cõnexio & cõcluſio:

Sed ciues noſtros coniurati tanquam ſerui interficere uoluerunt: Crudeles igitur in ijs ulciſcendis non erimus. Niſi uerò.) Cõfirmatur eadem quæſtio, quòd hic crudelitas nulla ſit, L. Cæſaris authoritate & ſententia, qui Lentulum ſororis ſuæ Iuliæ maritum ſententia ſua damnauerat. Hæc uerò mulier Antonio Critico, Antonij oratoris filio prius nupſerat, unde Antonius triumuir natus eſt, qui in Cicerone ſupplicium Lentuli uitrici poſtea ultus eſt. Vide Plutarchum in Antonio.

Cum auum.) Exempla ſimilia fuerant, quibus Cæſar uſus erat ad confirmandam ſententiam. Narratio autem hic parum perſpicua. Hiſtoria de Fuluio, & eius filio intelligenda eſt, de qua uide Plutarchum in Gracchis.

Necandum.) Vide num legendum ſit, Necatũ, ut congruat cum tempore ſuperioris proximi uerbi, interfectum: aut pro Eſſe, legatur Fuiſſe. Quo cum.) Correctio proximorum exemplorum, ueluti diſsimilium.

Atq; illo.) Exaggeratur indignitas belli, ex diſsimilitudine duorum Lentulorum, aui & nepotis.

Gallos.) Antapodoſis, ex factis Lentuli. Vereamini.) Concluditur ſuperiore pagina inſtitutus ſyllogiſmus:

Quare nulla crudelitas.

Argumentũ repetitur, & collatione maiorum augetur.

Sed quæ.) Occupat metum quendam de reorum liberatione, quaſi Coſ. non poſsit tranſigere quæ Senatus decreuerit. Refellit autem efficientium cauſarum facultate. Omnes adſunt.) Amplificatio per diuiſionem partium, ex adiunctis. Cauſa.) Confirmatur proximus locus, ex adiuncto cõſenſu. Præter eos.) Digreſsiuncula excipiuntur cõiurati, ex eorum fine & conſilijs. Neq;.) Alia exceptionis proximæ ratio, ex diſsimilibus. Cæteri.) Redit ad propoſitam tranſigendi facultatem, & multarum partium inductione confirmat. Quid ego.) Prima pars inductionis, de Senatoribus & equitibus. Quam.) Exornatio primæ partis, ex adiuncta pace, quæ perpetua futura ſit. Pari.) Secunda pars inductionis de tribunis ærarijs, quos uulgus Francicum receptores generales appellat, ut Budæo placet. Scribas.) Tertia pars, de ſcribis: quorũ quantus ordo fuerit, ex quinta Ciceronis actione abũdè percipies. Hi omnes & Romæ, & in prouincijs curam tabularum publicarum, & cuſtodiam habebant, & pericula magiſtratuum eorum fidei cõmittebantur, ut ibi ait Cicero, & ſæpe Romani imperatores ſuperatis hoſtibus, optimè rep. geſta, ſcribas ſuos annulis aureis in concione donarunt. Ergo ſcribæ erant magiſtratuum graphiarij, ſecretarij, notarij, quos modò dicimus, & prouincias tum magiſtratibus ſortiebantur. Omnium ingenuorũ.) Quarta pars de ingenuis, quorum ſtudiũ ex ſubiectis oſtenditur. Patriæ ſolum.) Sic idem Ouidius de Ponto:

Neſcio qua natale ſolum dulcedine cunctos
Ducit, & immemores non ſinit eſſe ſui.

Operæprecium.) Quinta pars de libertinis, quorum ſtudiũ ſimiliter ex adiunctis oſtenditur. Libertinus uerò & Ingenuus contraria ſunt aduerſa, non autem correlatiua, ut quidam appellant. Quam quidem.) Illuſtratio ex diſsimili ſtudio coniuratorum. Sed quid.) Epilogus ſuperiorum partium, tanquam minorum cum poſtrema ſequente collatarum. Dulciſsima.) Vide Agrariæ ſecundæ initium: *Quid tam populare, quàm libertas: quam non ſolum ab hominibus, uerùm etiam à beſtijs expeti, & omnibus rebus anteponi uidetis?* Seruus eſt.) Antapodoſis maiorum de ſeruis: quæ pars eſt inductionis extrema. Quare ſi quem.) Concluditur ex his tam multis tranſigendi facultatibus, diſperſum illum rumorem metuendum non eſſe. Sed mihi.) Subijcitur ex ſubiectis & adiunctis ratio, cur ea ſolicitatio non proceſſerit. Sellæ.) Periphraſis eſt tabernæ. Taberna enim ſignificat locum, ubi operarij & opifices opera ſua faciunt, & aliquãdo ubi eadem etiam uendunt. A ſella uerò ſellularij dicuntur à Liuio lib. 8. *Opificum uulgus ait, & ſellularij minimè militiæ idoneum genus.* Iidem dicuntur à Plauto ſedentarij: *Calceolarij, inquit, ſedentarij, ſutores.* Multo.) Continuatur eadem ſtatio à coniugatis. Opifices amant otium: otioſi itaq; nolunt eſſe. Vbi notabis correctionem partis ex genere.

Etenim.) Confirmatio ex adiunctis ocij, quòd hinc uictus paretur. Quorum.) Probatur idem collatione maiorum. Quæ cum.) Concludit propoſitam facultatem, & hinc parum argumento ſenatum adhortatur. Habetis.) Additur ad eandem facultatem Conſulis uoluntas, & diſsimilibus exornatur. Omnes ordines.) Repetitur ſumma ſuperioris inductionis. Obſeſſa.) Obliqua eſt patriæ ſupplicantis proſopopœia ad ſenatum commouendum, qua coniurationem ex ſubiectis rebus exaggerat. Præterea.) Repetitur idem ex perſona Ciceronis. Habetis ducem.) Repetuntur iterũ facultates tranſigendi, primùm de Conſule, tum de omnibus ordinibus. Cogitate.) Adhortatio breuis eſt ex periculis adiunctis ad fortiter agendum. Exaggeratas.) Metaphora ab aggeribus foſſarum:

Et foſſas aggere complent, ait Virgilius.

Agger autem, quemuis cumulum & aceruum ſignificat. Hinc exaggerare, pro accumulare. Id non.) Complexio enthymematis, aucta collatione minorum. Atq; hæc.) Correctio per cauſam adhortationis, cui diſsimile præponitur. Nunc antequam.) Digreditur in conſtantiæ ſuæ confirmationem, & adiuncti periculi contemptione exequitur. Quod ſi.) Secundus confirmationis gradus: *Etſi moriendum ſit, conſcientia tamen me conſolabor.* Etenim.) Confirmatur antapodoſis adiuncta laude, cui diſsimile præponitur. Cæteris.) Probatur authoritate ſenatus, nemini parem gloriam cõtigiſſe, idq; exẽplis quinq; tanquã minoribus, in quibus ſingulis ſua laus ex effectis exponitur. Atq; ex Italia.) ὑστερολογία quædam eſt: prius enim decedere ex Italia fuit: deinde redire in Africam. De maiore Africano, uide Liuium libro trigeſimo. Alter Africanus.) Hic Africanus eſt minor, quem Cicero fecerat in libris de Republica loquentem, filius Pauli, adoptatus à ſuperioris Africani filio. Huius uitam Plutarchus ſcripſerat,

corporis etiam egeſtas & mendicitas conſequatur, Metonymia geminata eſt: & ex omnibus tropis iſto modo frequentiſſimè geminatur: Cui non forum, non campus, non curia, non domus, non lectus, non deniq; hæc ſella curulis unquam uacua mortis periculo, atq; inſidijs fuit, &c. Atq; hæc ornamenta uidemus in omnibus Conſularibus, quàm frequentia, quamq; perpetua ferè ſint: multa notaui, longè tamen plura, ſi attenderis, deprehendes. At figuræ non tam frequentes ſunt, quod antè iam potuit intelligi, & hic poteſt: In uerbis nuſquam epizeuxis, epiſtrophe, ſymploce, epanalepſis, anadiploſis, climax. Anaphora autē uiginti ſex locis eſt: epanodos uno, polyptoton octodecim, paronomaſia ſex: ſed in his duabus figuris alicubi deprehendes alteram alterius loco notatam. Numerus, ut antea monui, in omnibus illis figuris ſentitur, & ob numerū ſolum placent: ſed ſine dictionis, eiuſdē repetitione aut cōmutatione, multis locis numerus reſonat. Epiſtrophe numeri eſt: Feram non ſolum fortiter, ſed etiā libenter: Gallos accerſiuit, ſeruitia concitauit, Catilinam euocauit. Epanodos eſt numeri: Neq; enim turpis mors forti uiro poteſt accidere, nec immatura Conſulari, nec miſera ſapienti. Symploce numero completa eſt: Multa tacui, multa pertuli, multa conceſſi. ſed anaphora dictionis incurrit, at abſq; hac numerus idem eſt: Et de facto quid iudicetis, & de pœna quid cenſeatis. Item: Aut fortuna miſeri, aut uoluntate perditi. Hanc igitur laudem præceptis breuem, uſu tam longè ac latè patentem, imò tam uehementer auribus, ſuis illecebris adulantem, ſtudioſus eloquentiæ diſcipulus obſeruabit. E figuris ſententiarum nuſquam eſt deprecatio, addubitatio, permiſſio, dialogiſmus, apoſtrophe, reticentia, ſuſtentatio, licentia. Præteritio uerò, & digreſſio, & exclamatio binis locis: reliquæ ſingulis. Ita lacertos elocutionis & neruos (qui reuera ſunt in his conformationibus) hæc oratio multos non habet: rerum inuentarum ac diſpoſitarum, id eſt logicæ, tota uis eſt. Itaq; de topicæ inuentionis generibus, finis, efficiens, ternis locis incurrunt: forma & materia nullo; facta multis, ſubiecta quatuor, adiūcta plurimis, aduerſum duobus, repugnantia uno, paria ſeptem. In formula uerò, tantū, quantum, tribus: Non minus quàm, uno. Aliquando planius oſtenditur, ut, Pari ſtudio defendendæ reip. &c. Illud paulo ſecus, ſed tamen ex hoc loco, Cuius res geſtæ atq; uirtutes iiſdē, quibus ſolis curſus regionibus ac terminis continētur. Maiora tredecim: in formula aūt, Non ſolū, ſed, quinq;: in formula, Cū & Tū, duobus. Reliquas uarietates obſeruato. Minora, duobus: Similia, quatuor: ſed duobus breuiora, duobus ſplēdidiora de inferorū, de ſeruorū homicidarū collatione. Diſſimilia quindecim: in formula aūt, Non hoc, ſed illud, octo. Obſeruabis quod iam monui, Quanquam, frequēter omitti. Si manus iſta plus ualuerit, &c. me tamē, &c. Notatio nullo, cōiugatio tribus. Partitio in omni genere aliqua eſt, Video duas adhuc eſſe ſentētias, etc. Generis eſt in ſpecies. Primū mihi gratias egiſtis, &c. ex effectis eſt. Non forū, non domus, &c. ex ſubiectis eſt. Omnes adſunt, omniū ordinū homines, etc. ex adiunctis eſt. Definitio in deſcriptione quadam tredecim, præter euidentiā illam rerū, quam etiam huc referri uolo: qualis illa eſt, hoſtilis in uexatione captæ urbis, furoris illuſtratio. Cum uerò mihi propoſui regnantem Lentulum, ſicut ipſe ſe ex fatis ſperare confeſſus eſt, purpuratum eſſe Gabinium, cum exercitu ueniſſe Catilinam, tum lamentationē matrumfamiliâs, tum fugam uirginum atq; puerorum, ac uexationem uirginum Veſtalium, perhorreſco. Teſtimonium quinq; locis eſt. atq; hi topicæ inuentionis loci ſunt. Analytica diſpoſitio ſyllogiſmos plenè concluſos quatuor habet: duos in primo modo primæ figuræ, unum in tertio eiuſdem, quartum in primo cōnexo. Atq; in tam multis octo Conſularium orationum exemplis, & in hac inductione tam longa, ſyllogiſmi rariſſimū uſum uidemus. Lege totas & integras artes, multo rariorē, imò fortaſſis omnino nullum reperies. nec enim quæſtiones quid eſt, quotuplex eſt, propter quid eſt (quæ ferè ſolæ ſunt in artibus) ſyllogiſticæ ſunt, iudicijs naturalibus contentæ ſunt: & quæ ſunt in uſu cōmuni ſyllogiſticæ, ut an eſt hoc, an huic illud ineſt, tamē una ſyllogiſmi parte poſita, reliquæ penitus intelliguntur & æſtimantur, ut uanū ſit tribus partibus totum ſyllogiſmum concludi. Analyticæ methodi exempla longè clariora ſunt. Summum problema deliberationis uniuerſæ ponitur initio, de coniuratis fortiter eſſe ſtatuēdum. Diuiduntur adhuc dictæ ſententiæ, eæq; comparatè diſputantur: hæc ut clemens laudatur, illa defenditur à crudelitate: imò clementior efficitur, eiuſq; exequendæ ſumma facultas oſtenditur, eoq; ſenatus impellitur. atq; ea deliberationis propoſitio, diuiſio, cōtentio, concluſio, artificioſæ methodi eſt: prudentiæ uerò fuit, interponere refutationem crudelitatis, eiuſq; cupiditatem à ſe deteſtari, ut ad eam ſeueritatem charitate patriæ, & malorum grauiorum comparatione orator impelli uideatur: eiuſq; rei cauſa primo, ſummoq; loco pericula Conſulis oſtenduntur. Cæſar, qui tamen refellitur, egregiè laudatur: ſed patria (à qua ſummos honores Conſul acceperit) Conſulis pericula ſibi uendicat: ut omnino boni quicquid eſt in cauſa, retineatur, à malo tamen recedatur. Quæ collocatio, prudentiæ & naturalis tantum iudicij eſt, artis nil habet. Quamobrem ſi tanti euentus cauſam καὶ διότι *requiras ex hac oratione, uidebis rhetoricæ elocutionis tot ornamēta, logica tot inſtrumenta, tam congruenter appoſita, ut iſtas cauſas conſideranti, mirabilis euentus uideri non debeat, cum ad id efficiendū tot & tantæ facultates ſint adhibitæ. Quid ſi Conſularem dignitatem, quid ſi diuinam actionem (cuius in ſcriptis libris mortuus ſpiritus iacet) animo concipias, quid erit in euentu præterea quod admirere? cur non potius intellectas linguæ ac mentis tantas uirtutes admirere? Ariſtotelicaq; principia ſecutus, in alijs exemplis non ſolum oratorum, ſed poetarū, philoſophorum, iurecōſultorum, omniumq; hominum rhetoricam artem & logicam, an uerè tradantur in ſcholis, experiare, expertaq; meditere? atq; artium tantarum cauſis omni genere exercitationis æmulandis, earum tandem uerum ſolidumq; fructum conſequare?*

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ERRATA PRIMI TOMI.

Pagina 11. uerſu 56. Actio,lege auctio 16.21 uadari 24.20 enim 25.26 uectigal 26. 46 more 27. 50 ſponſionem 32.36 naſcentur, 33.36 accipenſere 34.48 capere 52.25 inſultationem 63. 10 refutare 125. 39 accuſatorem ſolicitent & 42 appellat 129. 48 dilucidam 146. 60 incerto 152. 45 comparato 174. 15 coronatis 176. 2 Aeſchinem 177. 27 ſeruitutem 186. 40 comparatio & 60 coniugatis 196. 50 partis 201.11 ea 202.24 ſocios 203. 61 aduerſariorum 208. 29 extitiſſet 213.25 arbitrum 214. 60 cuiuſmodi 215.10 maiores 218.31 damnatus 234.55 non 235.21 à flamma 237.38 teſtimonijs 242.46 tincturam 244.21 præceptoribus & 50 obiectionem 276.3 cōmotus 287.53 primumq; 289.49 obſoleuit iam 296. 34 ab & 37 imperium & 46 comprobauit 307.8 afflictum 308.50 attolluntur 309.60 populi 317.8 μέσα 318. 17 conſumpſi & 61 Tigranes 321. 9 ſunt 325. 50 iudicari & 51 exerceat 327. 32 pugnare 328.42 habemus 329. 19 requiruntur, præditus & 30 dubium 339. 52 ἀπόδοσις 345. 1 pertinet 346. 46 autem 347. 15 ἀποδιώξειν 354.40 fata & 46 Florum, 361.58 Non 367.22 rumpantur 372. 49 ſententia 392. 50 diſtinguit, 402.39 conſtitutum 412. 25 petitoris 415. 37 teſtamenti 437. 2 conſilio 448. 49 ſicut & 59 delectus eſt 451. 21 uerò 454. 33 graui 455. 58 repetenda 464. 13 Trapezuntio 469. 27 tertia 470. 22 tabulis 474. 31 ſuſceperat 477. 31 iudicem 482.10 Iuſtinianus, titulo 493.3 credendum 494. 35 uehementius & 53 propter 497. 1 magiſtratuum 507. 27 relinquetur 514.5 Tullius & 46 Trapezuntio & 43 reſponſitare 518. 7 ſequenti Inſtit. 519. 50 Renouat 521. 37 iuriſconſultorum 522. 4 animi 526. 11 iretur 527. 4 quando 528. 56 particulas 529. 7 ἔμψυχα 530. 39 Aſſumptum 531. 57 præcipuum 535. 8 uocauit 536. 50 regi, trecentos 537. 18 optimi 545.42 mancipo 545. 43 emancipo 550. 28 ex eo 714. 24 legibus 715. 61 populus 729. 12 Marius 729. 54. conſilij 731. 44 uentos 736. 6 medicinis & 59 illuſtrium 738. 60 permouendos 740.18 uocauit 743.47 partitionis, de 745. 6 Duumuiri 747. 4 qualitate 752.34 crimina & 38 eſt & 56 uerum 784. 4 Atracino 792. 46 nefarium 793 .28 eſſe. 806. 25 corrigere, 818. 36 reclinauit 823. 11 directæ 838. 10 planum 855. 12 ἀφαιρέσιμον 859. 43 Pompeij 865.42 accuſaſſe 870.29 ὑπόληψιν 871.28 conſuetudine & 29 conſilium 874. 52 contenti 876. 40 conſiliorum 1051.10 ſauciatos 1269.23 legitimus 1331. 47 ἴσχειν 1423. 42 Dolor 1487. 61 æris alieni 1572.60 uictore 1584.60 tranſlatum 1589.21 ſenatum 1592.9 manet, in

ERRATA SECVNDI TOMI.

Pag.35. uerſ.35. exceptitius 86.32 cauſa 93.47 M. Aciliū 97.25 ἐπιθεραπεύειν & 83 ſpe & 56 Cōperendinem & 58 nationis 99.44 quæſitorem 100. 45 Non id tempus.) quod inuidioſum ſenatui eſt. abūdat. 101.38 fuerūt & 55 ſine 102.13 retinuit 104.22 ſuſceperant 105.38 oppugnare 152. 50 homines 157. 27 præturam 175.22 probabile 182.49 Senatuſconſulti 212.7 coniecturam 257. 23 admiſerit 273 fortunatam 299.33 magno 303.8 ut 316.1 indicia 329. 2 Syllanis 330. 50 turmas, 339.15 defenſo 351.38 Phormione, 355.20 Tribunalibus 364.23 coniunctio 367. 40 Veruntamen 374. 55 mortuus 402.33 docet 505.13 cōmentarijs 515.8 non 523.10 confeſſum & 30. ridiculam 538. 59 rationem 555. 49 Cicero 601. 58 eiſdem 616. 31 honor 629. 33 ſceleratiſſimi: 641.16 eorum 658.42 Venereis. 725.42 grammatici 738.10 depoſitis 821. 8 & minas 822.39 appellat.

RERVM ET VERBORVM IN COMMENTARIIS AD M. T. CICERONIS ORATIONES præcedentibus memorabilium INDEX.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

In quo obſeruabis, ea quæ litera b adiecta ſignantur, in ſecundo horum Commentariorum Tomo eſſe quærenda.

A Litera 103.32 b
A particulę in cōpoſitione uis. 138.55
A' fabis abſtinendū, prouerb. 670.6
abacus 208.2 b
abauus 591.3 b
abdicare 990.21 b
abdomen 387.16 b
abdomini ſuo natus. 387.14 b
abiectus 282.22 b
abiudicare 85.50 b & 401.20
abligurire 273.8 b
abortus & abortus quomodo differant 616.5
abradere 478.26
abrogare legē 733.16 b
abſtinens 215.26
abſtinere & continere quomodo differant 666.61 b
abuti alicuius ignoratione 2021.38
Academicos cur ſectatus Cicero 793.15
accedere et aſpirare quid differant 5.28 b
accedere, ſuſcipere, recipere differunt 48.25 b
accenſus 109.28 b & 129.10 b
acceptum ferre 368.39 & 470.26. referre 461.60. b & 491.5 b & 501.33 b
acceptum & expenſum ferre 211.14
accepti & expenſi codex 501.40 b ſiue tabulæ 211.17
accerſere 291.27 b & 972.39
Accia Octauij Auguſti mater 388.37 b & 594.38 b & 601.39 b
Accipenſer 34.13
accipere pro intelligere 409.3 b
acclamationis aduerſæ cauſæ quot 952.59 b
ad accuſandum & defendendum certi dierum numeri cōſtituti 185.46
accuſare quàm defendere facilius 264.26
accuſatio 341.46 b. à maledicto quomodo diſcernatur 838.11
accuſationes etiam falſæ extimeſcendæ 835.37
accuſator unus, patronusq́ ueteribus 689.20
accuſatoris, reſtis, quæſitorisq́ officiū 230.43. & 87.13 b
acer 61.54 b
acerbitas 312.34 b
acerbum & iniquū differre 1565.12
Achaia undiq́ mari ſepta 31.61 b
Achillis crudelitas in Hectorem taxata 686.13 b
ἄχρηστος 508.8 b
Acidalia Venus 658.42. b
acidini 935.43 b
acies 976.31 b
acies autoritatis 238.35 b
aciem præſtringere, non perſtringere, dicēdum 799.19 b
Acilia lex 80.46 b
Acmonenſes 2033.34
acquieſcere 2083.25
ἄκρατος 508.7 b
acroama 1119.46 & 208.36 b
acta 413.9 b & 489.22 b & 581.12. b
actio 217.2 & 385.15 & 526.14
actio famoſa 451.35
actio in rem præſentem 849.40
actio quæ in ſe cōtineat 64.27 b
actionis locus 289.38
actiones olim nullas fuiſſe 263.47
actionū diuiſio 217.5 & 499.1
actuarij 413.11 b
actus 1392.25
actum eſt, prouerbium 165.41
ἀδήσιον 450.24 b
ad præpoſitio 87.25 b & 221.51. b pro apud cur Cicero ſæpe uſurpet. 519.3 b
ad Opis 427.50 b & 661.18. b
ad Vrbem 80.19 b ad urbem eſſe 602.52 b
addicere. addici 88.33 & 89.60 b & 171.5 b & 368.11 & 394.6 b & 839.5 b
addicere numo 1850.26
addictus 1794.61
addictus & ſeruus quomodo differant 985.26
adduci 467.37
adducti qui ueteribus. 220.25
ἀδιάφορον 2065.35
adeò particula 397.20. pro certè 239.2 b
adeſſe 367.21 b
adhibere et aduocare differre 447.42 b
adhuc 221.24 b
adiectiuorū triplex coniunctio 561.31 b
ἀδύναμα 451.59 b & 453.40. b & ἀδυνάματα 1855.40
aditus 284.14 b
adiudicare 929.3 b
adiuncta 510.24
adiurare 542.24 b
adiutor et impulſor quomodo differant 126.56
adminiſter 221.49 b
admirabile quid 2000.42
admittere 536.13 b
adoleſcens 1665.47
adoleſcentuli neminem accuſare audebāt. 3.15 b
adoleſcentes quādo admittebantur ad rēpub. apud Rom. 54.21 b
adoleſcentes quomodo Romę olim inſtituti. 813.52
adoleſcentum mutabilitas 604.45
adoleſcentibus cur ignoſcendum 125.16
adoptiuorum mos qui Romæ 789.58 b
Adramyttium 991.39
Adrianus uiuus exuſtus 213.38 b
adrymetum 1049.11
adſcribere 578.23 b
aduerbia ab adiectiuis nominibus facta 254.25. b
aduerſariorum conſilia plerūq́ in exordijs exponi 360.9
adulterium 840.27 b
aduocare 379.56 & 377.33 b
aduocare et adhibere differunt 447.42 b
aduocatio 510.42
aduocatus 651.44. & 759.8. & 1450.49. aduocati 62.36
aduocati cū arbitris quādo in rem præſentem uenerint 409.26
ædes 501.3
ædiles curules unde dicti 1866.52
ædilium duo genera. 994.51
ædilitas 2026.3. primus magiſtratus 296.9
æditiuus 663.59 b
æger & ægrotus differunt 233.41 b
Aegypti reges ſoli ſacerdotes 916.4 b
Aegypti ubertas unde. 925.45 b
Aelia lex 333.53. b & 328.7 b
M. Aemilij Scauri ignobilitas 762.21 Mamercia lex 176. b
æmulari & obtrectari quomodo differant. 967.50
ænigma 151.35
ænos 1032.61
æqualis deſcriptio 979.51
æquitas 377.55. & 900.28 b & 1804.34 à iure quomodo diſtinguatur 771.5
æquitatis inſtitutio tri-

 plex

plex 540.8
æquus 1875.21
ærarium 1798.14 Romę ubi 605.16 b
ad Aerarium tabulis qui deferri ſoliti 1135.59
ærarij 749.57
in ærarios qui referri dicebantur 658.30
in æreis tabolis leges ſcriptæ 412.59 b
æs olim pendebatur. 485.45 b
in æs incidere 412.57 b
æris uſus 412.60 b
Aeſchinis dictū 1845.51
Aeſopus & Roſcius artis ludicrę peritiſsimi 29.55
æſtimare 614.29 b & 655.24
æſtimare lites 1831.59 ęſtimano litis quid 863.17
æſtus 850.12
ætas 1884.57
ætas conſularis 329.9 militaris 277.34
ætatis humanæ diuiſio 278.36
æuitas 622.366
affabrè 86.5 b
Affectus abſolutè quid 667.27 b
affectum 254.49 b
affinis pro conſcio 304.21 b affines 365.31 b
affinitas qua re fiat 448.61 b
affinitatis uinculum firmiſsimum 15.7
ab Afflicta amicitia qui transfugere dicaotur 31.51
affligere 943.50 b
affligere & afficere quomodo differant 53.47
africani maioris dictum 267.40 b minoris factum 1221.54
age, agite 244.30
ager à fundo quid differat 458.30
ager Campanus 378.51 b Gallicus 270.47 b Picenus 270.49 b
ager ſcripturarius uode dicatur 271.12
ager unde dictus 458.46
agere aoimam 215.60
agere cum populo 480.17 b
Ageſilai apophthegma 287.36 b
agger 1000.41 b
agitare 153.11 b
agnaſci. agnatus 543.15
agnati, cognati 997.40
agnoſcere 727.15 b
agnoſcere & cognoſcere differre 1337.26
ἀγρὸ 205.16 b
agraria lex 378.44 à Flauio promulgata 1672.53 cur inuēta 891.31 b
agrariæ legis promulgatio quamdiu durarit 891.47
agrariæ legis quis primus inuentor 891.48 b
agrarię leges à quo promulgatæ 356.2 b
agrarij 315.17 b
agreſtes 315.19 b
agri fructuoſi 578.7 b gladiferi 578.6 b
agricolarum laus apud ueteres 138.26
Agrigentum ciuitas 422.55 b
Ahala pro Hala ſcribendum 746.4 b
alacris 784.26 & 925.9 ſiue alacer 75.10
alacritas 605.36 b
alauda auis 415.59 b legio. ead. 57 b & 428.24 b & 438.18 b
alaudæ 703.42 b
alaudium 487.31
Alba urbs 600.46 b ab Iulo ædificata 1810.38
Albana & Seplaſia, fororū nomina 945.40 b
albanæ aræ 1696.57
albaoum 1831.24
album iudicium 466.50
albus aterue, prouerbiū 501.50 b
Alcibiadis dictum 9.18
alea 473.28 b
aletrioum 1517.23
Alexāder ſe Diogenem eſſe optat 874.34
Alexandri magni obitus 287.37
Alexandriæ tres 1512.31
alienigenę 327.20 b pro exteris 311.8 b
alienus 1490.26 & 2091.34
alieni uaria ſyotaxis 936.20 b
alienū tempus 84.22 b
Aliorum familiæ clariſs. 635.7
aliquando pro taodem 447.20 b
allegare 613.36 b & 617.58
allioor 86.35 b
Allobroges popul. 280.25 b & 290.28 b deuicti 185.52 b & 987.22 b
Allobrogum & Auernorum cū Romanis bellum 239.6
Allobrogum regnum 283.47 b
ἀλλόφυλοι 327.20 b
Alpheni interitus 28.17
Alſia 1795.33 Alſienſis uilla 1680.50
alterni iudices 818.27
aluecolus 473.30 b
aluecus 473.30 b & 1497.60
alumous 637.42 b & 641.56 b
Amantia 683.60 b
amare & diligere differunt 1586.56
Amatius ab Antonio interemptus 425.52 b & 430.57 b & 435.17 b
Amatij interitus 406.19 b & 441.6 b
ambitio 1786.14 eius duo genera 825.37 b & 837.56 b
ambitioſi 1036.17
ambitus 831.3 & 1376.10
ambitus lex cur aucta 796.47
Ambrones à C. Mario deleti 310.44 b
ambuſtulatum 484.5 b
amentia plusquām dementia 1257.15
Ameria quando condita 129.50
amicitia 2061.30 onde incipienda 579.57 b
amicitiæ immortales. 393.45 b
amicitiam & neceſsitatē differre 449.1 b
amicus 836.6
Amioxi. Aminææ uites. 49.50 b
amita 613.60
amittere 430.2 b & 610.53 à dimittere quid differat 551.54 b
ἀμνηστία 425.23 b & 435.6 b
ἀμνηστίας lex 430.41 b & 405.11 b & 447.29 b
amor à charitate quid differat 1821.52
amoris uis 1953.24 inter parentes & liberos 138.33
ampliare 125.35 b & 491.33
ampliatio 103.27 b & 125.40 b à comperendinatione quid differat 491.36
amplificationis loci tres 1805.5
io Amplificatiooe quid præſtaodum 135.55
ampliudo 729.29 & 1866.49
An & ne particulæ 203.7
Anacænoſis 22.57
Anagnia 488.10 b
ἀναρχία ubi 447.23 b
Anaxagoras cur poſt mortem in patriam referri noluerit 1703.13
Andabatæ gladiatores 595.57 b
Angeli Colotij laos. 744.48 b
angiportus 1797.22
angor à dolore quid differat 551.52 b
anguſtè ſcribere 771.1
anima pro aere 326.22 b pro uita 309.53 b
animæ in homine tres. 1148.5
animaduerſio 1835.30
animaduertere & intelligere differunt 77.2 b
animaduertere in aliquē 162.35
animalia quæ in prodigijs habeaotur 1092.21
animus 2054.49
animus eſt in pannis, prouerb. 492.47
animus morte appropinquante cur diuinus 615.45
animi affectus 510.5
aoimi fortitudo ſine ſapientia eſſe oequit 703.34 b
animom à mente differre 358.12 b
in animū inducere 228.13 b
animi io plurali quid 22.20 b
animi quomodo concilientur 463.46
αὐτὸς 504.20
annales 721.51 & 1848.61
anoales & hiſtorię quomodo differant 839.47
annales leges 907.61 b
annalium cura pontificibus maximis cōmiſſa 839.50
anoalium deriuatio 839.41
Annibal ſibijpſi mortem cooſciſcit 287.38

annomā

annominatio 119. 2 & 250.17 b & 595.24 b
annona 205.14 b & 902.34 b & 1800.32
Annoniana lex 372.61 b
annus magnus 2016.22
annus quot diebus conſtet 30.46
annus ſuus 1723.6
annus uertens 94.35
anni duplex obſeruatio 2016,15
annum Solis, & menſem Lunarem, priſci uertentem nominarunt 711.29 b
annorum ratio confuſa apud ueteres 825.20
anſa 369.13 anſam retinere eod.
Anſer poeta Antonij 711.11 b & 714.35 b
anſeres 704.22 b cur in Capitolio alti 109.5 & 142.20
anſeribus cur Romani abſtinuerint 142.33
antanaclaſis 231.14 b & 250.20 b
ante Idus, ante Calend. locutio uſitata ueteribus 783.31 b
antecedens 511.18
antelucanæ cœnæ 265.8 b
antelucanum 265.14 b
antelucanus 276.59 b
ἀντίγκλημα 1999.38 quid ab ἀντικατηγορίᾳ differat 550.8 b
anteſignanus 566.36
anteſignani 612.49 b
Antigoni uiſum 274.16
ἀντιγραφεὺς 547.13 b
Antiochia 1112.17 & 1141.34
Antiochus 681.3 b à ſodalibus interfectus 681.25 b cur Magnus dictus 2130.46
Antiochi filio domus publicè ędificata 427.29 b
Antiochi præfecti à Romanis nauali prælio uicti 290.61
antiquum 175.56 b pro uili & ſtulto 452.54 b
P. Antiſtij mors 152.6 & 198.53
antiſtites 1236.47
antitheſis 377.61 b & eius ſpecies 843.27
Antonianæ Philippicæ appellatæ 396.4 b
C. Antonius exul. 486.9 b & 503.50 b & 530.51 b
Antonius hoſtis reipub. iudicatus 403.39 b
Antonius in nece Cæſaris à Trebonio ſeuocatus 466.48 b
Antonius in quarto Cæſaris Conſulatu collega 478.57 b
Antonius Pompeij ſector 468.16 b
Antonius uomitor 504.61 b
Antonius uxoribus obnoxius 463.2 b
Antonij conſulatus in duo tempora diuiſus 570.3 b
Antonij crudelitas 586.13 b ebrietas 305.3 b libidines 458.13 b & 470.20 b luxuria 474.10 b & 490.50 b uinolentia 475.2 b
Antonij in Cæſaris funere laudatio 483.41 b
Antonij lex de Licinij reſtitutione qualis 531.11 b
Antonij oratoris interitus 420.23 b
Antonij res præclarè geſtæ 470.40 b
Antonij tres uxores 457.46 b
Antonij tres 640.15 b & 671.11 b
Apamea 991.18
ἀπαρίθμησις 579.16 b
apenninus mons 266.3 b & 980.44 b
apertus 736.29 pro ſimplici 582.25 b
ἀφίγνυσι 571.14 b
ἀποδύεσθαι περί τινα 796.15 b
Apocleti 357.12 b
ἀπόδειξις 69.53
ἀπόθεσις 1167.21
Apollinares ludi cur inſtituti 421.13 b & 429.32 b & 444.43 b
Apollinis ædes 331.21 b
Apollonia 672.10 b & 1039.42 & 394.34 b
Apophoreta 208.40 b
Apoſiopeſis 674.23 b
ἀπόγνωσις 1191.60
ἀποστροφὴ 823.20
apotheca. apothecę 564.475.49 b 493.24 b 25 b
apotheoſis 510.13 b eius ratio 581.41 b
apparere, apparitor 480.55 b & 522.1 b & 370.9 b & 924.24 b
apparitio 924.27 b
appellare 58.45 creditorum proprium uerbū 507.8 b
Appia uia 291.41 & 636.30 b & 639.47 b & 1608.4 & 328.13 & 1783.50
Appius Claud. 706.61 b
Appij Cl. aduerſus ſignorū deſertores pœna 349.3
apprehenſio 437.43
appropinquare & inſtare differunt 273.44 b
Aprorum capita cur ianuis præfixa 607.41
C. Apuleius 708.3 b
L. Apuleius eloquentiſsimus 35.19 b
L. Apuleius Saturninus quando Agrariam legē reuocarit 893.43 b
aqua & igni Interdicere 417.2 b
aqua pluuia 766.29
aquæductus 392.15 & 547.8 quibus modis fianr 728.39
aquaria prouincia 334.17 b & 346.48 b
aquarij 346.50 b
aquila argentea 230.4 b
Aquila Polleritia 680.36 b
aquila ſignum 230.10 b
aquilifer 230.11 b
C. Aquilius iuriſperitus 417.19
M. Aquilius repetundarum accuſatus 240.61
Aquilius reprehenſus 595.41 b
Aquinum 687.2
ara 218.5
aratores qui apud Romanos 55.48 b
aratrum circumducere 534.32 b
aratro urbes olim deſignatæ 487.22 b
arbiter 370.10 & 477.11
arbitri 853.50
arbitrum ſumere 213.25
arbitrorum duo genera 477.35
arbitrium quid à iudicio differat 370.15
arbitria honoraria 214.14
arbores Infœlices 720.30 infrugiferæ 745.19
in Arborum folijs ueteres ſcribere ſoliti 154.31
arcæ 1728.46
arcarum robuſtearū uſus 1685.38
ἀρχεῖον pro uili & ſtulto 452.55 b
Archimedes 643.51
archipirata 705.13 b & 710.5 b
architectus 281.3 b & 628.3 & 618.22 & 924.37 b
architriclinus 476.26 b
arenarij gladiatores 596.3 b
ἄγον 613.18 b
Areopagites 619.12 b
Areopagus 613.15 b
ἀρετὴ φυσικὴ 340.30
Aretium op. 400.23
argentariam facere 364.60 & 457,51
argenrarius 368.19 & 374.22 & 364 49
argentariorum duæ tabulæ 344.6
argentariorum duo genera 364.50 & 468.4
argentariorum munus 408.22
arguere 373.20 & 1465.27
argumētari quid 81.20 b
argumentari in re clara, ſtultum 212.20
argumentationum duo genera 107.1
argumentum 113.19 & 294.10 b & 631.14 & 822.49 ab argumenratione quid differar 69.44 & 2005.12
Aricia ciuitas 588.4 b & 601.37 b & 1679.14
Ariminum 402.35 Gallicæ prouinciæ initiū 386.40 b
Ariſtobulus ab Antonio captus 470.41 b
Ariſtocratia 452.3 b & 647.12 b
Ariſtonicus 681.12 b
Ariſtotelis locus 188.43 & 512.15 ſententia de anima 750.32
arma 388.9 & 682.11 & 649.41 b
armis, equis, uiris, prouerb. 781.61 b
armamentarium 724.20 & 736.42 & 1301.57
armariū 682.10 & 724.17 & 736.45 & 1491.23
armentū 591.47 b à grēge quid differat 151.18
Arpinas Cicero 346.3 b
Arpinum 833.25 b &

ſt i 554:

954.45 b & 1381.13
Arretium 784.56
arrogantes 1023.11
arrogantia & inſolentia quomodo differant. 570.36 b
arrogare 637.45 b
ars ſedentaria 309.34 b
ſellularia 590.33 b
ἀργυρωνήτου 588.21 b
Arſinoa urbs 594.59 b
artis etymon 285.37
artis proprium 444.23
artē occultare, artificioſum 140.12
artes pro uirtutib. 343.43 b
articulus 58.18 & 105.7 & 269.17 b
artificialis probatio qnibus conſtet 1685.46
Aruſpices unde dicti 292.33 b
arx quid 5.1 b
Aſconij locus reſtitutus 768.44 b
aſcribere 293.33
aſcribi in ciuitatem 293.42
aſcriptor 918.46 b
Aſculum 1078.15 cur euerſum 242.38
ἀσέλγεια 578.31 b
Aſia 684.51 b duplex 2131.9 regio calida 773.27
Aſiæ fertilitas 321.1
Aſiaticorum ratio in ſignandis literis quæ 981.15
ἀσωτία 506.29 b ἄσωτος 508.7 b
Aſpendij 937.22 b
aſpendij citharistæ, prouerb. 106.55 b
aſpergendi metaphora 369.6
aſperitas 55.20 & 447.49 b
aſperum & acre quomodo differant 648.15 b
aſpicere & inſpicere differunt 202.43 b
aſpirare 51.9 b & 381.33 b & 1083.55
aſpis 1838.30
aſportare à deportare differt 7.50 b
aſſecla 680.29 & 829.42 b
aſſeueratio 582.30 b
aſsiduus 139.48
as 471.33
aſsis diuiſio 408.41 partes 471.48 ualor 23.3 & 217.49
aſſum pro adſum, ueteribus frequens 758.47 b
aſſumpta 1159.11
aſtutus 79.11 b & 440.48
ἄστυ 79.11 b
aſylum 101.27 b
ἀσυνδέτων uſus 377.28 b
at & ad in eadem ſignificatione à ueterib. ſcriptum 745.13 b
ἄτα 595.4 b
atauus 593.4 b
ἄτεχνα 434.5
ἀτέλεια 447.56 b ἀτελεῖς 414.14 b
Atellæ 631.57
Athenæ aſtu 345.37 b
Athenienſes αὐτόχθονες 1045.44
Athenienſes triginta tyrannis parére coacti 404.50 b
Athenienſium laus 620.37 b lex 725.19 b
Athenio dux fugitiuorū 139.58 b
Atia Auguſti mater 761.3 b
Atina 1409.37
Atinia lex 331.47 b
ἄτιμος 317.36 b
Atria Licinia 11.2 & 36.51 & 55.38
atrox 593.14 b
attentio quomodo fiat 2125.45
attentionem in omni orationis parte fieri ſolere 13.55 & 107.57
Attilia op. 896.35 b
L. Attilius Calatinus 681.34 b cur Seranus dictus 935.34 b
Attilium poſt triumphū agriculturam repetijſſe 140.56
ἀτυχήματα 1855.38
αὐχλὼ 686.46 b
auctio 57.34 & 91.56 & 261.41 b & 366.19 & 462.4 & 477.20 b & 567.10 b & 662.51 b & 2086.44
auctionem uendere qui dicantur 12.61
auctionari 261.43 b & 366.24 & 462.9 & 477.21 b & 493.46 b
auctionari & ſubhaſtare quid differāt 493.47 b
auctionariæ tabulæ 261.44 b
auctionaria triula 897.35 b
auctionarium 462.15
auctor 346.48 & 515.43 b
auctor & alumnus quomodo differant 648.36 b
aucupari 519.16
audacia 218.9 b & 238.56 b & 412.57 & 1465.56
audaciam ab impudentia differre 293.51 b
audaciæ in plurali 259.31 b
audax à forti quid differat 436.7
audire 261.2 b
auditores attenti quomodo fiant 271.43
auditorum fauor quomodo conciliandus 484.25
auertere 368.36
augur 728.4 b
augurum in rep. autoritas 349.50 b & 417.56 b & 424.20 b officium 439.24 b reſponſa 349.44 b obnunciatio 480.19 b
Auguſtini de prouidentia locus 203.40
auguſtum 1676.57
Auguſti imperatores unde dicti 1786.54
aulæa 1497.10
aulœdi 854.9
aulœdos eſſe, prouerb. 772.26
Aurelia lex 83.5 b
Aurelia Oreſtilla Catilinæ nupta 224.13 b
Aurelij Cottæ lex 415.15 b & 427.61 b
Aurelium forum 1048.1
aures patientiſs. 2031.11
aurum coronarium 695.2
auſcultare 261.2 b
auſpicari 112.40 b
auſpicium. auſpicia 569.36 b & 828.30 & 921.60 b
auſpicia à quo conſtituta 354.12
auſpiciorum duo genera 753.52
ſine Auſpicijs nihil olim geſtum 606.20 & 828.14
Auſter uentus 449.4 b
autepſa 161.36 & 173.3 & 122.30 & 205.60 eiuſdem ualor 161.18
author 884.29 & 486.31.47
author quomodo ſcribendum 846.51
authorē ſequi 944.51 b
authores conſilij 390.18
authoramentū 487.17
authorare 487.15
authoritas 1256.55
αὐτόχθονες 417.16 b & 424.13 b
automedon 117.11 & 153.40 & 172.2 & 195.29
autor 374.4 & 398.61 à præceptore quid differat 543.45 b
autoritas 542.27 b & 547.52
autoritas oratori neceſſaria 265.31
autoritatem quæ pariāt 326.49 & 523.40
autoritatem ſequi quando dicamur 448.12 b
auus 593.1 b
αὔξησις & δείνωσις duæ orationis partes luminoſæ 1200.3
αὔξησις ubi locum maximē habeat 1200.9
auxilia 245.30
ἀξίωσις & αἴτησις quomodo differant 60.10
ἀξίωσις Hermogeni quid 59.18 quid Latinis 453.25 b quibus conſtet 60.5

B

Bacchari 149.2 b & 838.60 b & 969.40 b
Bacchus cur Euhius dictus 988.34
Bacchi uaria nomina 1044.25
Baiæ 1477.40
Baldachinum 488.53 b & 757.30 b
Ballio 497.52 b
balnea 666.8
Balneator 706.4 b & 1495.20
barbā radendi mos quādo inoleuerit 848.30 et 980.20 b & 913.16 b
Barbari cur non Rom. ciues facti 1574.13
barbati 264.1 b barbatuli 15
Barbatos ueteres Rom. fuiſſe 980.17 b
barbula 264.11 b
baſilica 796.18 baſilicæ 820.26
baſilica à P. Aemilio extructa 631.13 b
baſilica foro adiuncta 872.45

βάσις

[illegible] 669.57 b & 1157.51
beari qui 276.10 b
Belgæ pop. 232.60
bellandi uirtus 313.52
bellicũ 639.50 b & 906. 61. bellicũ canere 637. 19.b
bellum 249.33 b & 280. 42 b & 2059.56 & 2118.52
bellum Italicum trienna le 244.4
bellum naſci, conflari, ſuſcipi, quomodo dicatur 565.50 b
bellum Seruile in Italia quando ortũ 279.36
bellum ſociale 242.41
belli ciuilis inter Cæſarẽ & Pompeiũ origo 471. 26 b
belli cum ludo ſimilitudo 287.32
belli facultates 275.62 b
belli neruus, pecunia 611.34 b
belli triplex genus 2121.7
bellorũ genera duo 300. 15.b
bellorum gerendorum ratio 267.19 b
bene et beatè uiuere quo modo differãt 2095.56
beneficium 573.54 b & 1431.36
beneficium promereri 919.58
beneficiorum acceptorũ memorem eſſe 288.11
in Beneficijs ad ærariũ deferri qui dicantur 1115.9
beneuolentia 49.38 & 51.10. unde petẽda eod. 44. ex quibus rebus capetur 1015.29. & 2103.9
benignitas 163.31. à beneuolentia quid differat 1266.30
[illegible] 837.14 b & 1258.10
M. Bibulus 685.5 b & 706.56 b & 835.38 b
Bibuli conſulatus 463. 40 b cõſtantia 355.39 b cum Cæſare conſulatus 491.34 b
[illegible] 427.7 b
biremis 106.44 b
biſſextus cur dictus 2018.8
Bituitus Auernorũ rex 239.19. qualis in triumphis 239.22
bonum & æquũ 531.57
bonũ quid Romanis olim 510.40 b
bona dea à Rom. mulieribus culta 1684.8
bona & fortunas differre 289.28 b
bona haſtæ ſubijcere, infame 53.30
bona prædia 115.27 b
bona uerba quæſo 779. 60 b
boni ciues 221.7 b
boni oratoris eſſe timere in principio orationis 23.2 b
boni qui 1023.13
bonitarij domini 154. 43 b
bonorũ poſſeſsio 476. 40
Boſphorus 776.33 & 859. 23.34
bouianum op. 688.60
bractea ueſtis 237.3
Brunduſini portus commoditas 405.15 b
brunduſium 84.34 b & & 281.22 & 408.15 b 1368.21 & 1398.47
Bruttiana 385.5
Brutij populi 525.21 & 384.61
Brutus accuſator uehemens 240.48
M. Brutus Cæſaris filius creditus 510.37 b
Bruti titulo fabula ab Accio condita 430.3 b
ſub Bruti nomine quid intelligendũ 674.9 b
Bruti ludi 425.5 b
Bulbi 473.60. eorum uirtutes 474.6
Bulliaca, ſiue Bullis 683. 59 b
Buſiris tyrãnus 120.7 b
buſtuarij 380.61 b
buſtum 380.56 b & 422. 40 b & 495.17 b & 1672.2

C.

C Litera 103.32 b cõdemnationis nota 170.23
C & Q literarum in ueteribus libris commutatio 741 b & 786.47 b
Cacodæmones cum uncis cur pingantur 722. 50
[illegible] 508.8.b
cadere 558.1.b
caducæ hæreditates 671. 47 b & 674.1 b
Cæcilia & Didia lex 612. 3 b & 624 33 b
Cæcilius cur à Cicerone reprehendatur. 61.30 b
inter Cæcos luſcus rex, prouerb. 198.7
M. Cęlius homo frugi 141.49
C. Cæſar acerrimè Ciceroni in Cõſulatus petitione refragatus 328.53 b
Cęſar Dictator quinquies triũphauit 723.48 b
Cæſar in Capitolio necatus 287.43. in ſenatu confoſſus 396.20.b
Cæſar quot annos uixerit, regnarit 536.23.b
Cæſar rex ſalutatus 420. 43.b & 480.11.b
Cæſaris locus reſtitutus 758.30.b
Cęſaris clemẽtia 507.3. b cum Pompeio & M. Craſſo cõſpiratio 463. 56.b
Cæſaris Dictatoris apophthegma 429.18.b
Cæſaris funus 407.20.b
Cæſaris lex iudiciaria 428.2.b & 437.15.b & 442.50.b & 451.19.b
Cæſaris regnũ 405.46 b res geſtæ 351.15.b triũphi 1891.55
Cæſari diadema ab Antonio collega impoſitum 482.54.b
M. Cæſonius 77.54.b
Caia 850.40
Caicus fluuius 993.7 & 1051.4
Caieta 281.53 portus 124.46
Caij leges 912.12 b
calamitas 369.41 & 475. 53 & 910.28 b & 941. 41 b
calata comitia cur dicta 919.48.b
κάλαθος 597.19 b calathus 760.19.b
calcitrare 1483.50
Calendis Ianuarijs Conſules deſignari ſoliti 1002.26
Cales 696.40 b
Q. Calidius 79.30 b
caligæ 478.32 b
caligarum cur nullum latinum nomen extet 1687.41
caligati 478.35 b
Caligula Cæſar unde dictus 478.33 b
callidus 386.3
Calliſthenis tormentũ 1837.57
Calpurnia lex 330.41 b ſiue Calphurnia 920.18
Calpurnia Cęſaris uxor 412.46.b
calumnia 270.27 b & 370.2 & 529.44 & 1422. 12 & 615.10 & 1692.3 & 1802.57.59
calumniari. calũniatores 193.56 & 675.5 & 643.12
Cambyſes qua pœna affecerit iniquos iudices 491.20
camerinum 1580.15
Camilli dictatura 406. 4 b
uictoria 354.52
Cãpana arrogãtia, prouerb. 695.24
Campanię elegãtia 901. 40.b
Campanus ager 378.52 b & 661.20 b
campus 396.3 ab agro quid differat 902.31 b
cancelli 19.10 & 38.30 & 93.56
cancer 38.51. morbus 317. 9.b
candidati 1786.39
canere bellicum 772.57
canere pro prædicere 297.40 b ſiue diuinare 254.44 b
cantus 365.19 & 459.58
cantus & carmina quomodo differant 1694. 42 & 1806.32
Capena 991.53
capere 491.12 b
capillus pro coma 263. 60 b
capitale odium 615.30 b
peccatum eod. 49 b
capitalis cauſa 757.31 homo 615.46 b morbus 615.51 b
capitalia iudicia 1574.38
capitanei 451.45 b
Capitoliũ 197.44 b & 556.50 & 988.24 b & 1797.60
Capitolinus cliuus. 462. 20 b
tria Cappa peſsima. prouerb. 620.19 b
Cappadoces po. 377.8 b
capua 711.24
caput 867.2 & 975.41 b & 1036.6 & 1474.12
caput abraſum quid noſtra ætate ſignificet 215.53
capitis diminutio 295.59 b triplex 536.35 & 556.10
capitis periculum mulctis inferre, hominis duri cur 197.3

Carbo 703. 10 b ob nĩ- miã uiuendi cupidita- tẽ reprehẽſus 595. 43 b
Carbonis fletus mulie- bris 280.20
carbunculatio 266.17 b
carcer 981.31 b.
carcinoma 317.9 b
καρυβαγία 275.28 b
Cares 990.12
in Care periculum, pro- uerb. 990. 7 & 1047.23
caritas ab inopia quid differat 1259. 44
carmen 734.31
carnifex 120.3 b
carnifices cur uitandi 731. 40
caro 120. 9 b
Carthago duplex in Hi ſpania 896. 46 b & 931. 26 b
Carthaginis euertendæ cauſæ 943.14 b
Caſca 707.30 b primus Cæſarẽ percuſsit 465. 60 b
Caſilinũ oppidũ 487.5 b
Caſinũ oppid. 468.59 b
Caſsia uia 479. 5 b & 507.61 b
Caſsia lege cur populus Rom. ſuffragia tulerit 797.5
Caſsiæ tabellariæ leges 78.27 b
Caſsinas 748.16 b
Caſsius Longinus à Ti- gurinis cæſus 479.9 b
Caſsĳ dictũ 78.20 b & 465.3 b & 300.37 b
L. Caſsĳ in criminalib. quæſtionibus inquiren dis ſedulitas 230.36
Sp. Caſsĳ obitus 531.39 b
Caſsiorum familia per- uetuſta 464.60 b
caſtellum 372.8 & 480. 20 & 2124.30
Caſtoris ædes 591.24 b
caſtra 1848.36
caſtra metari 490.1 b
caſtrenſe 1470.46
caſtus 998.22
caſus 1079.52
κατασείσθαι 433.12 b & 493. 30 b
κατασείειν 493. 30 b
catamitus 479.18 b & 494. 8 b & 508.10 b & 333. 1 b
κατασκευή 1167.8
caterua 796.2
catilina à Cicerone de- fenſus 329.32 b abſolu tus 373.12 b bis 227.25 b
catilinæ deſcriptio 606. 39 b & 958.23 b facino ra 224.10 b & 938.3 b ortus 957.27 b diuer- ſa ſtudia 258.52 b
catilina repetundarum accuſatus 319.30 b
Catilinæ uxor qualis 958.11 b
κατωνίδιος δίκη 784.12 b
Cato Cenſorius arator optimus 933.51 b
M. Cato cur Murenam accuſarit 788.12
M. Cato Maior cur ſapi- ens appellatus 794.30 & 1888.33
Cato Vticenſis cur di- ctus 2053.57. eius interi tus 461. 46 b apophthe gma 287.31 b & 285.37
Catonem nõ temerè ira ſci ſolitum 792.60
Q. Catuli porticus 220. 2 b
Catulli locus 336.61 b
cauere & effugere quo- modo differãt 1870.39
cauſa quid 414.5 quotu plex 106.21
cauſa incognita quę 1262. 26
cauſa liberalis 1035. 50 prēclara 647.19 b
cauſæ coniectio 103.23 b
cauſæ coniecturalis diui ſio 1781.16
cauſam dicere 925. 12 b obtinere 9.39
cauſa cadere 759.10
cauſæ publicæ 210.13
cauſarũ genera 779. 41 & 2000.38 & 2114.16
cella 21. 34 b & 55. 52 b & 462. 44 b & 545.8 b
Celtiberia ultima 679.53 b & 685. 58 b
cementarĳ 1802.31
cenotaphium 725.1 b
cenſere 568.47
cenſi qui dicti 112.45 b
cenſores quando iudica rint de pop. Rom. mo ribus 1503.32
cenſores quoto anno creati 3.54 b
cenſorum officium 3.56 b & 17.10 b & 832.51 b 911.17 b paſcua 852.61 b
cenſoria nota 424.31. b
cenſui cenſendo agri qui dicantur 1054.20
cenſura ciuium Roma- norũ quinto quoq; an- no habita 17.13 b & 568, 26 & 1114. 42 & 1691. 42 & 1801.43
centũuiri 322.36 & 705. 52 eorũ electio 381. 27 & 929. 11 b iudicia 381. 35 nomẽclatura 383. 31 & 929.12 b
centuriæ 117. 42 b & 731. 36 & 873.16 & 924. 43 b
centuriari 1247.1
centuriata comitia 386. 34 b & 414. 60 b & 423.58 b & 428.11 b & 437. 46 b & 451. 28 b & 825. 55 & 881.6 & 920. 20 b quomodo fieri ſo lita 919.53 b
centuriatis comitĳs qui creari ſoliti 920.61 b
centurio 325.34 & 731. 43 & 451.43 b & 1531.59
centurio primipili 1532.1
à Ceræ qualitate literis accedere authoritatem 981.10
cerarium 203.9 b
ceratæ tabulæ 92.60 b quando iudicibus da- tæ 673. 60
cerearum imaginum a- pud ueteres ſuperſti- tio 1815.13
Ceres frugum inuentrix 988. 46 cur legifera di cta 988. 50 & διωμοσία 1584. 11
cernere uerbum legale 928.3 b
certare cum uſuris fructi bus 261. 48 b & 273.33 b
cerua candida 315.12
ceruicẽ primus Horten- ſius protulit 686.44 b
ceruices pluraliter uete- res dicere maluiſſe 686. 41 b & 689.17 b & 938. (61 b
ceruſſa 384.54 b
Ceſtĳ declamatoris de Cicerone egregium di ctum 410.24 b
Chaldęi 768.2 & 901.10
charitas 379.60 b & 1866. 5. ab amore quid diffe rat 2065.14
Charonitę 300.51 b
charta 1847.19
chartarum uſus apud ue teres 469.61
chelido 114.23 b
χειροτονεῖν 462.30 b
χελώνιος 918.11 b
χιλίαρχος 1053.33
chirographum 412.52 b & 451.7 b & 342.6 b
chirographa & ſyngra- phas differre 121.16 b & 574.58 b & 575.14 b & 620.7 b
chirographarius 620. (12 b
chlamys 1839.50
χορεῖν 491.12 b
chorus unde deriuetur 925.30
chremeſinum 271.18. b
Chriſtus deprecator no ſter 1578.40
Chriſtiano populo duæ res extimeſcendæ 50.23
χρῶμα 448.54. b
Chryſippi dictũ 252.11
Chryſogonus 172.42 e- ius etymon 159. 38. & 120.30 & 203.30
chus 489.50 b
cibus à uictu quid diffe rat 148.4
cibi fatui 590.16 b
Cicero à quib. philoſo- phis inſtitutus 793.35
Cicero equeſter 266.19 & 630.39 b
Cicero in Augurum col legiũ coop̃tatus 496. 4 b & quãdo 458.56 b
Cicero in præturę digni tate ſummis uiris prę- latus 300.51
Cicero iuris ciuilis peri- tiſsimus 851.49
Cicero micropſychus. 500.6 b mitis 708.40 nouus homo 697.35
Cicero parens patrię ap pellatus 283. 10 b & 457.19 b
Cicero quãdo equeſter, ædilis, prætor, cõſul fa- ctus 907. 52 b & 961. 39 quando proconſul in Cilicia 2055.55
Ciceronis bona à P. Clo dio publicata 373.36 b
Ciceronis competitores in conſulatus petitio- ne quot 765.17
Ciceronis cõſtantia 287. 46 b cum Craſſo ini- micitiæ 459.37 b
Ciceronis de animæ im- mortalitate aſſertio. 714.47 b
Ciceronis diuitię ex ami corum hæreditatibus 858.37 b
Ciceronis domus ex pu blico ędificata 427.17 b Libertati conſecrata. Ead. 17 b
Ciceronis elogiũ 399.22 b exilium 838.50 b
Ciceronis filius à ſeipſo degener. 674 Auguſti in cõſulatu collega 315.16 b

Cice-

Ciceronis filio ebrietas memoriam omnẽ ſubduxit 674.39 b
Ciceronis gẽeri 303.49 b & 315.24 b & 360.01 b
Ciceronis genus 697.35 interitus 399.36 b ioci 468.31 b
Ciceronis liber de Claris oratoribus cur legẽdus 241.35
Ciceronis mater diues 904.37 b
Ciceronis maiores 837.27 b
Ciceronis mortis deploratio 399.59 b
Ciceronis odiũ in Vatinium 674.42 b
Ciceronis ſcitè dictum 496.59 b
Ciceroni Gabinius recõciliatus.675.4 b itẽ Vatinius recõciliatus 675.2 b
Ciceronẽ aliquãdo prę teritum cũ prętèrito cõiungere 964.21 b
Ciceronem ſenem, duxiſſe uirginem 391.36
ciere 619.14 b
Cilices 280.38 Cilicia 111.41 b
Cimbri pop.238.52. à Mario deuicti 286.26 b
Cimbros ſæpe Rom. uiciſſe 294.45
Cincia lex 122.44 b
cincinnatæ ſtellæ 297.30 b
Q. Cincinnati ab aratro ad cõſulatum uocatio 192.29 eiuſdem dictatura 405.58 b & 140.32
Cinna ciuis ſeditioſus 278.33 & 703.23 b eiuſdẽ crudelitas 420.30 b
circenſes ludi 78.43 b & 495.25 b & 797.15
circũductio quid 1506.54
circumforaneus 618.14
circũſcribere 257.44 b & 503.32 b & 518.42 b & 977.9 b
circumſcriptio 503.34 b & 518.43 b
circumſcriptionibus nõ æquè oratores ac poetas uti 652.23 b
circũſcriptor 257.43 b & 272.31 b circumſcriptores 503.33 b
circũſtãtię 874.6 & 102.46
circumuenire 601.25 & 1037.10 circumueniri 1057.44
circus 582.3 b circus maximus 116.54 b et 489.15 b
circi tres Romæ 1797.42
ciſiarius 507.57 b
ciſium 131.21. & 169.12 & 138.6 & 507.51 b 532.57 b & 516.57 b & 174.50
ciſium, non ciſsium, ſcribendum 755.12 b
ciſiorum uſus 568.40 b
citare 619.14 b & 778.61 b
ciue et ciui rectè dici 745.35 b
ciues 277.61 b à colonis differre 262.27 b
ciues adſcriptitij 293.35
boni 221.7 b
ciuica corona 379.52 b & 1356.34
ciuilis anni ratio 19.37
ciuilis belli inter Cæſarem & Pompeium origo 471.26 b
in Ciuili bello cur ſupplicationes nullæ inſtitutæ 713.36 b
ciuiles cauſæ extra triennium non differendæ 341.13
ciuitas 741.24 & 1568.58 quãdo dicatur religione ſolui 400.51 quid ab urbe differat 344.55 b unde dicatur 955.35
ciuitatis mutandæ tria genera 1572.8
ciuium duo genera 267.38 b
cizycum op. 927.52 b
clam poſſidere 398.46
clariſſimus 1858.42
claſſici 508.56 b
claſſicum 11.40 b & 772.56 & 854.33
Claterna op. 655.11 b & 660.48 b
M. Claudius Marcellus Syracuſarum expugnator 287.51
Claudij Pulchri infelix pugna 291.14
clauſula 1497.6
clauſtrum 902.40 b
clemẽs 238.59 b & 1415.30
clerici theſaurorũ 21.38 b
cliens 525.3 b & 1074.16 à patrono quid differat 239.29
climax 697.55 b & 1685.59
cliterna 655.11 b
cliuus Capitolinus 462.20 b
cloaca 177.42 & 503.19 & 1167.24
Clodius à Milone occiſus 463.27 b ab Antonio fugatus 463.23 b
clodius Catilinam accuſauit 329.31 b
P. Clodius cauſa cur Cicero exularit 1236.56
clodius plebeius quando factus 362.14 b
P. Clodij leges 372.60 & 380.26 b
clodium ſacra Bonę deę uiolaſſe 1684.19
à Sex. Clodio curia incẽſa 469.34 b
coactores 229.46 & 682.49 & 1842.49 & 1871.27
coagmentari 639.9 b
codex accepti & expenſi 501.40 b
codex unde dictus 470.8
cœlibatus Romæ prohibitus 1890.10
cœlũ 404.36 b pro aere à Cicerone dici 146.30
cœli etymologia 147.56 b
in Cœlo eſſe, prouer. 525.12. b 580.13 b
de Cœlo detrahi 580.14 b uel percuti 254.53 b
de Cœlo ſeruare 350.27 b & 480.39 b & 494.20 b & 508.43 b
coẽptio 815.60 quibus ſolẽnitatib. peracta 997.6
coẽptionis ſpecies 850.12
cœnæ antelucanę 265.8 b
cœnum 614.5 b
Cœpio 677.12 b
coercere 542.31 b & 963.8 b
cogere agmẽ 281.17 b iudices 281.15 b & 675.47 medicos 281.16 b pecuniam 281.18 b ſenatum. 229.50. & 281.10 b
cogitare 153.11 b
cogitare ſcelus, & ſentire, differunt 298.18 b
cogitatio & ratio quomodo differãt 1426.15
cognitio 925.9 b
cognitor 101.22 b cognitores 191.41 b & 343.51 & 367.11 & 463.25 à procuratore quid differat 218.40 item ab aduocato 408.12
cognomẽ 635.4 & 774.32
cognoſcendi uia duplex 948.15 b
cognoſcere 226.27 & 541.46
cohors prętoria 166.22 b
cohortium conſideratio 230.12 b
coire 668.57 coire ſocietatem 499.22 b
colere & diligere quomodo differant 986.50
L. Collatinus cur magiſtratu ſe abdicarit 701.15
Collatino ſeminanti imperiũ cõmiſſum 708.51
collega 571.33 b
collegium 448.22 b collegia 344.36 b
collegia ſublata 372.36 b
colligere uerbi uſus 385.16 b & 674.20 b
colligere ſe 275.58 & 447.58. & 904.2 b
colligere uaſa 208.20 b
collocare filiam 685.56 in tetrarchiã 574.39 b
collybus 203.3 b
colobia 264.45 b & 276.56 b
κῶλον quid 415.52
coloniam à municipio differre 389.12 b
coloniæ 566.32
coloniarum duo genera 371.39 b
colonus 399.25 & 574.7 & 1103.29
coloni à ciuibus differunt 262.29 b
colores quid ueteres appellarint 2123.7
columellæ 982.30
columen, columella 712.8 b & 1035.46
columna Mœnia 41.19 b & 668.16 b
colũnę unde dictę 982.24
κόμμα 613.51 b
comes & dux quomodo differant 652.61 b
comites ex Italia qui 1836.17
comeſſatio 613.50 b comeſſationes 1483.19
comeſſator 619.21 b
cometæ 297.31 b
comitium 107.38 b & 244.35 b & 285.25 b foro propinquum 286.32
comitia 415.6 b & 691.2 b & 733.47 & 1656.12
comitia calata 704.9 cẽturiata 386.34 b & 673.19 b & 707.50 b & 812.24 & 815.25
comitijs cẽturiatis pop. Romanũ in cãpo Martio conueniſſe 782.37
comitia curiata 812.26 & 707.52 b quid à centuriatis differant 753.56

comitia habere quando
nefas 619.56.b
cõitia pontificia 1474.14
comitia quando impedi
antur 480.18.b
comitiorũ diuiſio 704.
7. duo genera 1405.59
ratio 414.57.b
comitiorum uitium ful-
men 508.47.b
in Comitijs qui mos ſer
uatus 77.20.b
comitiales dies 415.7.b
comœdiæ actus 990.17
κόμμα 435.55
cõmeatus 214.8.b &
1325.61
commendare 79.13
commentari 149.19
commentarium & com
mentarius 405.52.b &
469.16
commentaria 405.28.b
& 447.47.b cõmen
tarij 575.10.b
cõmentaria reges Rom.
ſcripſiſſe 721.15
commiſeratio quando
tardum orationis ge-
nus poſtulet 1974.27
commiſſa 139.45.b
committere 165.50 com
mittere temerè 371.21
committere & commen
dare quomodo diffe-
rãt 945.39 item permit
tere 1864.11
commonitio 1815.34
commodare & donare
quid differant 1889.5
commoratio 518.24.b &
735.19
commoti qui dicantur
571.4.b
communicatio 736.52
commutare 900.30.b
comparare petitionem
576.26 b teſtes 77.22
comparationis propri-
um 60.26.b
compellare 574.17.b
compendium 970.13
comperẽdinare 92.4 b
cõperẽdinatus 207.59.b
comperendinati rei 125.
18.b
comperendinatio 97.58.
b & 105.17.b & 125.
41.b
comperire 250.26.b
competitor 540.26.b
competitoribus ſuis Ci-
cero prçlatus 518.36
compilare 463.24.b &
491.50.b & 595.52.b
& 104.50.b
compitalitij ludi 572.38.b
complexa res 574.50.b
complexio 574.49.b
cõpoſitio perorationis
πνευματικὴ ubi locũ ha-
beat 1209.19
comprimere & reprime
re differre 212.51.b
comprimere frumẽtum
quid 1260.53
cõpromiſſum 215.12.&
477.42
cõpromittere & cõpro-
miſſũ facere quid 213.10
conari 275.58.b
concedere petitionẽ ali-
cui 540.25.b
concepta uota 592.54 b
conchylia 475.58.b cœ
nis adempta 592.4 b
conchyliatum 506.17.b
& 520.45.b
concidere 580.9.b & 581.
10.b
concilium 341.17.b &
803.15
concio 605.44.b condo
nes 598.61
concionale cauſarum ge
nus 605.50.b
cõcipere pro admittere
257.23.b
cõclaue 111.42.& 144.54
concluſio quomodo oc
cultanda 1201.50
concoquere 210.51
concordiæ templũ 462.
40.b templa tria Ro-
mæ 285.32.b
concutere 580.61.b
condemnationis & ab-
ſolutionis literç quç a-
pud ueteres 109.27.&
142.10
cõditio 16.19.& 1472.4
cõdonare à donare quid
differat 914.37.b
conduplicatio 604.17.
b eiusuis 218.12
conferre 378.19.b
conficere 266.14.b con
ficere bellum 1031.18
confidens 680.45.b
confidentia 258.56.b
confidere 410.5.b
confirmandi metapho-
ra 54.9
confirmatio 1643.57
confitendi uerbum quo
modo à Cicerone uſur
petur 158.53
conflandi metaphora
1471.26.& 1478.34.
pro facere 229.11.b &
969.6.b
confodere 1080.15
conformandi metapho-
ra unde 869.7
conformatio 507.18.b
confugere 303.4.b
congeries 103.5.& 579.
50.& 510.56
congiarium 489.51.b &
495.37.b & 536.25.b
congiarium & donati-
uũ quid differãt 510.
50.b
congius 489.49.b & 556.
27.b
conglutinatus 593.20 b
coniectura quibus nita-
tur 464.29. unde naſca
tur 106.12
cõiecturæ ſpecies 712.54
conijcere petitiones quo
modo dicatur 225.36.b
coniuratio Catilinaria
duplex 959.23.b
cõniuere 414.1.b & 437.
32.b & 1030.11.& 1486.
46.& 939.57.b
connubia propinquo-
rũ cur non fiant 605.58
conqueſtio 2004.50
conquiſitores 255.48.b
& 1688.21.& 1729.56
conſanguinitas quibus
rebus fiat 448.61.b
conſcelerati qui 1258.23
conſcientia rectæ nolun
tatis optima conſola-
tio 227.49
cõſcientiç cruciatus. 679
11.b uis 291.46.b &
300.60.b & 305.41.b
conſcius 227.42
conſecrare 1288.35
conſeneſcere 605.32
conſentire 900.36.b
conſequens 511.19
conſeruare remp. plus
eſſe quàm bene gerere
539.19.b
conſeruator 343.13.b
conſeſſores 1029.32
conſeſſus 600.20.& 612.
53.b & 619.7.b
conſideratus 434.38
conſignare & ſubſcribe-
re 55.29.b
conſilinm. 18.9 b & 294.
41.b proiudicij parte
362.2.& 363.14.b
in Conſilium ire 18.7.
mittere 18.16
conſilia alterna 361.60.b
cõſilia & domeſticas me
ditationes ſæpe mutan
das eſſe 60.11.b
cõſiſtere 54.6.& 572.15 b
cõſobrini 603.50.& 2025.
50
conſpectus à conſeſſu
quid differat 1401.50
conſpirare 904.3.b
conſpiratio in bonã &
malam partem 511.9.b
conſtantia 2062.53
cõſtituere iudiciũ 449.2
cõſtiutionis notitia un
de colligenda 1612.45
cõſtitutiones tres. 1180.
28
conſtrictus 962.13.b
conſtruere 875.44 b
conſualia 495.25.b
conſuetudo 738.53.&
881.3.& 1582.42
conſuetudo inueterata
pro lege 612.60.b
conſulere 766.22
conſul è plebe cur creari
ſolitus 892.33.b
cõſulis etymon 571.21 b
conſules à Tribb. pl. in
uincula ducti 354.45.b
cõſules & prætores quã
do deſignari ſoliti 801.
44.& 825.16 quando
magiſtratum inire ſoli
ti 756.17 quando pri-
mum creati 323.8 quo
modo ſuffecti 803.6
conſulum creandorum
ratio 481.3.b dignitas.
925.39.b
conſulum proprium 385.
14.b
conſularis 647.25.b &
1489.26 quid à cõſule
differat 543.5.b & 411.
40.b & 641.52.b &
1409.30.& 917.46.b
conſularis annus 907.
44.b
cõſulares prouinciæ quç
1056.20.& 1263.29
conſulatus 251.21.b ma-
giſtratus ampliſſimus
289.25.& 296.40
conſulatum prius deſi-
gnari quàm iniri 964.
30.b
conſultor 1535.16
conſulens 393.41 abſolu
tè uſurpatum 575.23.b
cum quibus compo-
natur 575.21 b
Conſus deus 78.59.b
contemnere 255.49.b
cõtemptus unde 286.29
contendere 277.54.b &
434.57.& 598.11 pro
comparare 267.4.b
contentio 105.7.& 1024.
25.& 1403.28.& 787.
57 eius partes 1179.53
conterranei 1037.53

continentia

continentia 295.24
continuatio quid 1960.24
cōtrà multo ſæpius à Cicerone dici, quàm ē cōtrario 221.34
contractus 202.27
contradictio 1863.12
cōtrahere frontē 377.2 b
contrarium 258.52
cōtraria immediata 660.34 b
controuerſia 2052.44 à iudicio quid differat 542.4 item à lite 463.1
contubernia 2029.52
contubernalis 1029.43 cōtubernales 1035.36 & 2061.20
contumelia 514.9 b & 932.45.b & 1417.11 cō tumeliç 579.36 b
contumeliam & iniuriā differre 390.2 b
cōtumeliā facere 598.35 b
conturbare 1394.25
conuellere 379.14 b
cōuentus 600.19 & 2012.53 & 2062.23
cōnuerſio 95.53 & 699.28 & 1272.43 & 1796.23 & 1967.30
cōnuicium 341.49 b & 361.40 b & 1479.17
conuolare 1836.6
cooptare 926.36 b cooptari 704.36 b
copia 954.60 cōpię 297.23 & 1024.29
copia à uarietate quomodo diſtinguatur 1558.49
copioſus 126.34 copioſum patrimoniū 297.29 copioſa bona 1873.46
Corinthus opulentiſs. urbs 269.44 à Mummio deleta 107.8 b & 269.38 & 943.18 b cur euerſa 120.18 quando arſerit 122.28
corinthi ſitus 963.50 b
corinthiaci belli cauſa quæ 943.43 b
cornelia lex 113.6 b & 117.3 b & 131.41 b & 244.18 b & 460.35 b & 1832.24
Corneliorū familia 238.23 b
cornicum oculos configere, prouerb. 968.25 & 807.10 & 847.38 & 904.13 & 1037.54
corollarium 208.38 b
corona 483.2 b quid differat à diademate 494.33 b coronariū 899.19 b & 934.13 b
corona ciuica 1393.27 & 1432.38
coronarum in conuiuijs inſtitutio 273.17 b
coronarum ratio 379.52 b & 390.56 b
corporis indicia magis quàm animi mouere 59.19 b
corpora effugere, prouerb. 225.53 b
Corrigere 790.48
Corrigere & inflectere quomodo differant 934.9
corrupta iudicia & contaminata quæ 12.28 b
Cortyna ciuitas 613.2 b
coruini præclarum facinus 617.60 b
Coruus in medium forum Romæ delapſus 325.58
Cottæ 1219.54
cotyla 723.60 b
cotyna 625.11 b
couinarij 504.3 b
Crabra aqua 954.56 b
κραιπάλη 466.12 b
crapula 466.11 b
Craſſipes Ciceronis gener 313.24 b
L. Craſſus 232.20 ad cauſas inueſtigandas ſeuerus 149.54
L. Craſſi mors 130.13 & 322.15
L. Craſſi ſcitè dictū 496.56 b
M. Craſſus 833.27 b Ciceroni in Conſulatus petitione refragatur 328.53 b
Craſſi cum Cicerone inimicitiæ 459.37 b de Spartaco triumphus 589.52 b
Craſſi dictum 523.10
creare magiſtratus rariſſimè à Cicerone dici 162.48
credo 210.55 b Ironicè, poſitum 837.60 b & 369.57
credere pro committere 298.58 b
creditores quando conturbare dicantur 1429.44
crepidæ 1840.15 quorum propriē 381.53 b
crepido 213.60 b
κρηπῖδα, prouerb. 6920.23 b
cretula 208.51 b
crimen 551.1 b & 1415.51 & 1868.16
crimen exoriri quando dicatur 1871.5
crimen pro criminatione 513.21 b
crimen quomodo credibile fiat 631.32
criminis deriuatio quando nobis integra 1972.37
crimina antea etæ uitæ, rem probabilem faciunt 240.4
crinitæ ſtellæ 297.30 b
Critias cęſus 404.59 b
crudelis hominis deſcriptio 606.13 b
crudus 677.17
cruor 571.51 b
cruſta 208.42 b
Cruſtuminum 992.49 & 1,85.56
cruſtuminus ager 991.52
cubile 323.35 b
cubile ac lectulus differunt 309.35 b
culpa duplex 2052.35
culpa unde dicta 1859.8
culleus 169.39
cum & tum quid differant 358.52
Cumanorū prædia 940.17 b
cumulare 1484.6
cuniculus 397.48 & 852.15 b cuniculi 589.27 b & 694.17 & 895.14 b
cunctatio diſpendioſa 632.48 b
cupiditas 248.46 b
cupreſſi ramus cur ante funeſtam domū Romæ poſitus 235.41
cura à diligētia quid differat 1579.2
cura & opera quomodo differant 928.12
curatorem quem Solon fieri cauerit 918.12 b
curatores 368.22 b
curia 285.24 b & 313.14 b & 825.30 & 1294.14 & 2015.20 & 1432.4 à foro quid differat 433.36 & 1867.17
curia Hoſtilia 345.43 b
curiæ Rom. 121.10 b à Romulo inſtitutę 825.44
curiata comitia 414.53 b & 428.15 b & 437.43 b & 451.29 b & 881.16 & 420.29 b
curiatorum & tributorū differētia 920.50 b
curio 47.13 b
Curius aleator 332.40 b & 610.43 b
currere 97.9 b
curriculum 639.51 b & 788.39 & 864.18 & 1929.53 & 641.52 b
currus falcati 241.7 b
curſare 97.9 b
curules ſellæ 588.28 b
cuſtodia 318.26 b & 392.30 b tyrannidis ſignum 582.35 b
cuſtos 347.10 b à defenſore quid differat 1238.43
Cybele 413.27 b & 442.33 b
Cycladum ſitus 313.7
Cydnus fluuius 465.28 b
Cyrenæ 1378.1
Cyrenaica regio cur Pentapolitana dicta 935.24 b
κυρτεύω 686.47 b
Cytheris meretrix 504.6 b
Cyzicum 273.11 & 306.15 & 1143.55

D

Δ Ἀλεξ... 837.33 b damnationis litera cur ϑ 1932.42
damnatorum ſtatuæ in carcere poſitæ 3632.43 b
damnum infectum 134.29 b
datum quid 302.39 b
deauratus barbarū 297.59 b & 285.1 b
debitor 1860.61
debitorum fraus in non obeundo uadimonio 26.5
decadarchæ 364.51 b decadarchia 364.15 b
ἀνάγραφοι 188.56
decempeda 708.53 b & 710.10 b & 722.28 b & 1641.12 & 1692.36 & 1802.33
decempedator 710.11 b & 722.30 b
decernere & committere differre 1261.59
decernere quæſtionem 1716.30

decidere 218.56 & 1057. 36
decipi 693.57 b & 697. 33 b
deciſio 403 . 47 & 999.6
Decius Latino bello ſe deuouit 617.58 b
declamatio 114.41 & 781. 8 & 863.56
declinare pro uitare 225. 52 b
decoctores 256.13 b & 270.55 b & 502.22 b & 966.19 b
decoquere qui dicantur 502.22 b
decorũ in orationis principio ſeruandum 827. 32
decretum pro tabula 576.3 b
decreta cur ab alio legi ſolita 134.30
decuma 1871.14
decumam fœnore occupare 986,37
decumanus 469.32 b
decumanum frumentũ 271.7
decuria 437. 40 b decuriæ 117.40 b
decuriare 437.41 b & 638 . 61 b & 1420. 54
decuriones 169.21 & 619. 9 & 638.54 b
dedecus malum maximum 596.16 b
dedere 567 . 8 & 1029. 33
dedicatio & conſecratio differunt 1292.12
deducere 8. 15 b & 578. 26 b
defendere quàm accuſare difficilius 9 . 43 & 264.35 & 224.1
defenſoris officium 87. 14 b
deferre nomen 208.23 b & 1476.56 & 1492.47 prçmium 967.23
deſeruere 651.25
deficere 237 . 16 & 713. 40
deficere me & mihi 293. 51 b
definitio 649 . 56 b in iure periculoſa 348. 10
deformare 1467.3
deformatum 33.31
degenerare 1029.58
deierare 698.31 b
deijcere 514.31
deijci de honore 88.19 b
Deiotarus 692. 41 b Rom. populi amicus 484.17
deiurium 698.53 b
delator 47.46 b
delectus duplex 1794. 32
delectum habere 270. 47 b
delecti uiri 357.10 b
delere plus quàm extinguere 51.57 b
Deliaci lecti 945.7
deliberare 118.36 b
deliberatio de quibus 709.42
deliberatiuũ genus 605. 49 b non ſemper exordiũ requirere 300. 40
deliberatiui generis duplex finis 648.46 b
delibutus 162.4
delicata quæ 764.49
Delos diuitijs refertiſſima 113. 9 unde dicta 291.31 & 313.12
Delphicum Apollinis tẽplum 234.40
Delphi in medio terræ 234.32
delubra 280 . 11 b & 290. 6 b à templis differre 545.51 b
δημηγορία 605 . 49 b δημηγορικὸν 605.50 b
Demetrij Phalerei dictũ 1798 . 45 obitus 1838. 18
demittere 328.59
democratia 452.3 b eius finis 891.28 b
demonſtrare 110.34
demonſtratio 241 . 41 b & 320.39 b
demonſtratiui generis duplex finis 554.42 b
Demoſthenis laus 395.56 b & 398.41 b illuſtris ſententia 931.39
Demoſthenis locus 449. 45 & 942.33 & 776. 28 b
demum 253.40 b
denarius Rom. 148.12 b & 12.36 & 37.25
denominatio 269.41 b
C. Dentati & Fabricij abſtinentia 286.18
denunciare 344 . 46 & 478.32 & 611.30 & 917.17 b
denunciare teſti 972.52
depaciſci 189. 21 b depeciſci, eod . & 156.22
depeculator 83.22 b
deperditum quid iuris conſultis 402.55
depopulari 48.1 b
deponere, eiuſdemq; uarius uſus 302.29 b
deportare & aſportare, differre 40.20 b
deportare exercitũ 295. 17
depoſitus 100 . 20 b depoſiti, pro deſperati 119.2 b
deprecari 249.51 b & 493.23 & 1399.46 & 1567.48 & 1857.35
deprecari culpam 346. 56
deprecatio 436 . 54 ubi locum habeat 2014. 25
in deprecatione quæ obſeruanda 2064.28
deprecatus eſt 690.48 b
deprehendere, inuenire, & reperire, quomodo differant 567.22 b
depulſio 263.39 b
deriuare crimen 1668. 37
derogare 82.49 derogare legi 735.15 b
deſcendere 44.7 b
deſcribere 495.26 b & 1033.7 deſcribere ſumptum 979.48
deſcriptio 320.40 b
deſerere 890. 42 deſerere uadimonium 256. 19 b
deſiderium 765.54
deſignatus magiſtratus 754.33
deſpectus 840.20 b
deſperare 256.8 b & 381. 43 b
deſperati ſenes 255.53 b
deſtinare 772.36 b pro emere poſitum 772. 38 b
deſtituere 158.18 & 772. 32 b
deſtitutus 13.3
deſultor 788.38
deſultorius equus 788. 2.636
deteſtari 970.5 b
detractionis exemplum 228.48 b
detractores 490.27 b
detrahere aliquẽ de cœlo 390.31
detrahi 490.26 b
detrectare 671.24 b
detrimentum 115,8 b & 133.30 b
detrudere 514.28
deturbare & repellere quomodo differant 69.16
deuenire 392.27 b
deuenire & deſcendere quomodo differant 73.52
deuius 524.58 b & 579. 53 b
deuij populi qui nam Ciceroni dicantur 721. 61 b
deunx 471.38
deuorare 594.46 & 635. 61 b
deuotus 226.25 b
deuouere 1277.55
deuouere & dedere, differre 1858.27
Deus cauſarũ pater quomodo intelligendus 205.37
deus in cuiuslibet operis principio inuocandus 233.48
Dei cognitio 1808.55
per Deum iurandum 1932.61
Deum non omnium rerum cauſam Plato aſſerit 205.14
Deum, quos affligi patitur, non odiſſe 1049. 45
dij boni 614.51 b
dij magni 78.40 b & 404.58 b
dij patrij 119.39 b & 526. 10 b
dij meliora 779.42 b
dijs imprudentibus multa fieri 160.48
dijs qui nam populi homines immolare ſolerent 235.27
diadema 483.3 b & 522. 31 b à corona quid differat 571 . 24 b & 494.31 b
διάδημα 483.4 b & 522.32 b
διαλλαγὴ 837.52
διάπυρον 325.60 b
Dianæ fanum 129.57
Dianium ciuit. 110.50 b
diaporeſis 598.45
diarium 469.15
diatypoſis 282.51 b
dicæarchia 347.5 b et 488. 16 b
dicax. dicaces 479.38 b et 494.9 b
dicacitas 10.39
δίκη 495.32 b
dicendi genus duplex 1955.3

dicendi ratio unde paretur 318.32
dicere ex tempore, boni oratoris eſſe 59.1 b
dicere 181.21 b & 872.1
dicere cauſam 1581.11
dicere & ferre ſententiã, differunt 663.21
dico, demouſtro & explico; diff. 58.31 b
dicta 469.15 b & 492.7 b
dictator 448.3 b & 405.54 b & 1777.4
dictatoris creandi ratio 408. 49 b poteſtas 405.51 b
dictatura 251.12 b eidem certum tempus pręfinitum 572.60 b imperiũ ſemeſtre 422.33 b
dictaturæ nomen Rom. inuiſum 674.10 eius utilitas 405.56 b
dictio quot modis à Cicerone accipiatur. 64.1
Didia & Cæcilia lex 612.8 b
diecula 73.29 b
[illegible] 491.40 b
diei initium apud Romanos 478.59 & b 613.19 item ratio quæ 799.55
diem præſtituere 363.19
in Diem uiuere 509.10 b & 572.9 b
dies atri 847.1 comitiales 415.7 b
dies noctesq́, prouerb. 954.53
difficilia pulchra 1807.26
digeſtio 71.10
digitus poſt licitationem cur leuari ſolitus 542.31
digitorum crepitus 942.54 b
dignitas 542.28 b & 648.33 b & 1286.13 & 1415.38 & 1467.35 & 1368.23
dignitas & maieſtas quo modo differant 61.13
digreſſionis finis quis 1778.6
digreſſiones oratorum unde petendæ 63.2
dilemma 60.38 b & 459.22 & 546.35 b quando uitioſum 548.00 b
diligentia in oratore neceſſaria 30.12 b
diligentia in quibus conſiſtat 49.28
diligere, amare, colere, differre 1119.55
diligi, quàm metui, præſtare 420.14 b
dilogia 77.15 b & 374.19
dilucescere 291.13 b
dimidium 133.1 b
dimitti 222.33 b Dimittere 336.33 b & 646.5 b
dimouere 379.22
diœcetes 1841.35 & 1868.46
Diogenes cur Cynicus dictus 874.24 & 1026.26
Dionis locus 826.3
Dionyſia ſaltatricula. 216.30
Διόνυσος 1044.30
Dionyſius medicus 273.19.b
diphthæra 1811.13
diruptus 711.47 b
dirutus ære miles apud ueteres quis 711.51 b
diſceptare 903.12 b
diſciplina 544.43 b
diſcordia à bello quid differat 653.20 b
diſertus 34.48 b & 59.52 b
diſertum quid faciat 1.62.13 b
diſpenſare 1870.14
diſpono à conſtituo differt 44.33 b
diſſimulare 307.51 b
diſſipare 999.47
diſſolutus 220.32 b
diſſoluere æs alienum 261.9 b & ſe ære alieno 261.10 b
diſſolutum 269.16 b & 325.59 b & 111.34 & 258.5
diſſolutus 238.49 b & 679.31
diſtinguere 866.27
diſtributio 105.2 & 1778.40
diſtrictus & obligatus differunt 76.47 b
ditrochæi natura quæ 1955.52
diuerſari 493.29 b
diuerſorium 122.37 & 493.29 b
diuerticulum 222.15
diuidere ſententiam 1708.1
diuinatio in Verrem, cur ſic dicta 1.38 & 42.47 b
diuinum 1255.27
diuiſio à partitione quid differat 484.40
diuiſionis utilitas 1618.38
diuiſor 1588.35 diuiſores 90.49 b & 867.32 & 787.9
diuites cur uulgo honeſti 979.17 b
diuortium 565.26 b & 605.50 & 46
diuortia quæ rata 476.39 b
in Diuortijs quæ uerba uſurpata 476.35 b & 506.55 b & 520.52 b
diutina 1031.60
diuturnum 1929.23
Dolabella Ciceronis gener 315.24 b in conſulatu ab Antonio aſſumptus 419.43 b ab eodẽ repudiatus 444.14 b in gratiam Hortenſij damnatus 33.47 b
dolabella unde dictus 482.2 eius ingenium quale 677.27 b
dolabellam, non Dolobellam dici 871.52
dolor 312.55 b & 678.20 b & 1875.39 & 2116.16
dolorem non eſſe malum 689.33 b
dolo cur epitheton malum à ueteribus additum 1051.59
domeſtica turpitudo 242.17 b
domeſtici 424.58 b
domi, foris 162.31
domi conditus 866.43
domicilium 113.53
dominiũ quomodo acquiratur 545.37
dominus tyrannicũ uocabulum 579.25 b
domini triplices olim 154.42 b
domus uniuſcuiuſq́ ſanctitas 302.57 b
Domitia uia 228.10
Cn. Domitius 672.34 b cur conſul factus 2091.61
L. Domitius 706.59 b Cæſaris aduerſarius 465.35 b
domitij Oratoris ſcitẽ dictum 496.55 b
donare & commodare quomodo differant 1935.21
donariuum & congiarium quid differant 510.50 b
donum 365.61 b à munere differre 366.3 b
Dores 1046.49
δωροφάγοι 544.47
Dorylaũ 981.36 & 1034.45
dos 459.20 & eodem 49 & 690.4 b & 1056.52 Romanis graue æs 343.11
dotem dicere 545.2
dotes cur inſtitutæ 459.30
drachma 980.42
draco 704.31 b
draconarij 230.13 b
draconis leges ſeueriſſimæ 112.35
dracones pro ſigno 230.10 b
druſi contentiones 893.48 b
inter Druſi & L. repetundarum quid interſit 1866.35
dubitatio 135.38 inſinuationi, aptiſſima 2052.18
ducere cur uiri dicantur 470.58
ducere & duci quid Ciceroni 354.58 b
ducere ordinẽ 415.34 b
ducere pro differre 78.44 b
duci 155.30 b
duella 344.20 & 472.49
ductus quinq́ 1951.10
ductus rectus 1950.44
duumuirorum officium 564.18
duplicia iudicia triũ eſſe generum 343.23
in Duplum ire 985.41
dupondius 22.61 & 73.13 & 95.46 & 470.11 b
[illegible] 875.46
Durias 1517.55
in Dus deſinẽtia, nõ participia, ſed nomina 902.54 b
dynaſtæ 685.1 b
Dyrrhachiũ 672.14 b & 823.8 b & 1368.34 & 1198.53 antẽ Epidamnus dicta 672.15 b

E

EBrioſus ab ebrio differt 259.48 b
Ebutijetymõ 464.5 & 473.21

Ecbatana 267.48 & 319.57
ecce particula 407.43 b & 448.36 b & 480.33 & 605.40
echo 1119.14 ubi fiat 1144.55
ecquid 399.15
eculeus 679.8 b & 1795.43
edere cur ſine diphthongo ſcribendum 783.32
edicere 448.38 b & 517.8 & 732.37 b
edictum 92.42
edititij 818.24 & 865.3 edititij iudices 783.23 & 807.45 & 921.1 & 1339.28
edormire 466.9 b
educi 155.30 b
efferre 1035.28 & 981.60
effrenatus 961.30 b
effugere corpora 225.55 b
effūdere 586.7 b & 900.45 b pecuniam 126.41
effuſio 900.51 b
egeſtas 616.41
Egnatia 1536.22
egregium 574.16 b & 1401.31 pro ridiculo 574.20 b
egreſsio ubi locum habeat 606.38
eiectus 232.56 b & 971.40 b eiecti nautæ 251.54 b
ἀλαπινατεῖν 619.22 b
eiurare 695.18 b & 697.37 b
eiurare magiſtratū 698.37 b
elēmenta rerum principia 295.3
elinguis 1029.8
elocutionis attributa uaria 1169.16
elogium 840.34 b
eloquendi duo genera 1855.50
eloquens 1558.5
eloquentis officium 509.53
eloquentia 326.28 Dei donum 47.17
eloquētia oratoria à Cicerone primam artem dici 667.58 b
eloquentiam à loquentia differre 296.50 b
eloquentiam aduerſarij cur Cicero extollat 289.50
eludere 20.5 b & 218.4 b & 236.28 b & 961.43 b
eluere 701.3 b & 840.52 b
emancipatio 831.47
emblemata 208.14 b
ἐμβλήματα 2018.7
ementiri auſpicia 370.26 b & 572.25 b
emergere 176.30 b & 385.10 b
eminere ab enitere quid differat 1026.20
empturiens pro emendi cupido 511.1 b
enargia 1793.5
enarrare 1938.38
ἐνέργεια 194.14 & 320.39 b
enim particula 219.26 b
enthymema 69.56
enumeratio 86.53 & 119.18 & 1645.50 defenſoris propria 2063.44 quomodo fieri debeat 1862.52
enumeratione quando utendum 98.43
ἐπαρχίαν 474.25
Epaminondæ Thebani dictum 725.13 b
ἐπανάληψις 708.27 et 736.18
epanalepſi auditorē ualde cōmoueri 1228.26
ἐπαναφορὰ 701.10
epembolæ quomodo corrigantur 563.32 b
epeus coquus Troiani equi fabricator 1498.2
epeus fumificus 500.15 b
epexegeſis 443.41 b & 599.38 b
epexergaſia 395.45
ephebus 2052.42
ἐφημερίς 24.41 & 77.8 & 96.24
epheſiæ mulieres infames 594.45 b
epheſus 120.34 b & 588.9 b & 592.58 b & 1032.59
ἔφοδος 1016.52
ἐπιγράμματα 70.12
ἐπαίνεσαι 389.12
epilogus 1588.19 eius duę partes 209.23 officium 711.65 & 1175.30
ἐπιφορά 1184.5
epiphonema 2003.52 ubi locum habeat 2007.24
ἐπιφέρειν 490.29 b
Epirus 634.4 b
ἐπιχείρημα 787.47 b
epitherapeuſis 77.31 b
epitrope 222.57 b
epobelia 449.51
epulū 366.28 b quib. Romani dare ſoliti 1001.8
epulæ 593.18 b
epulonū numerus 334.30 b
equeſter cēſus 437.56 b
equeſter ordo 904.46 b & 907.29 b quandiu iudicarit 79.26 b
equeſtris ſplendor 163.4
equeſtres ſtatuæ 622.15 b
equitatus Gallicus 987.34 b
equites, ex equeſtri ordine 415.42 b
equites quamdiu iudicarint 724.43 & 1020.25 & 231.49
equus Troianus 466.33 b & 300.7 b
equis, uiriſq;, prouerb. 782.5 b
equuleus 2082.52
equum adimere, penes quos 415.45 b
Eraſmus reprehenſus 782.23 b
ergaſtulum 747.42
ergò pro cauſa dici 429.52 b
eripere 69.13 & 582.54 b
eripere & auferre differunt 5.10 b & 48.48 b
Eriphyla 208.17 b
errare 446.6 & 693.58 b & 697.32 b & 1331.47 & 2027.2
erratum 909.1 b
error 453.38 b & 411.59 b & 1030.8
eruditus ſimulationis artificio quis 1329.40
Eryx 26.4 b collis Siciliæ 16.4 b & 619.40
eſculentum 520.11 b eſculenta 563.2 b
eſſedarij 504.2 b
eſſedum 475.59 b & 504.1 b & 561.1 b
et particula 381.35 b
et quiſquam, pro ecquis 152.27 b
Ethnici 527.22 b
ethopœia 23.58
etruriæ fauces 220.44 b
euadere 772.52
εὐπορία 780.34
euentus futurorum incertus 277.22
euertere leges 580.59 b
euitare 1870.60
Eumachi crudelitas 274.30
euocatio 970.21 b militiæ genus 251.1 b
euocator 233.3 b & 250.8 b
euomere 394.49 b & 1694.6
εὐφήμει 779.44 b εὐφημεῖν 769.61 b
Euripidis locus 780.7 b & 846.8
euripidis uerſus à Cæſare uſurpati 472.40 b
euripus 777.9 & 860.29
εὐσχηματισμὸς 1236.17
eutrapelia 703.46 b
eutrapelus 703.40 b
ex memoria 283.8 b
ex ſcripto dicere 283.9 b
exanimatio 315.9 b
exaudire 322.61 b
exaugurari 488.61 b
exclamationis natura quæ 707.28
exceptio 371.38 & 482.52
excipere 166.9 & 281.30 b
excitare 219.49 excitari 1890.1
excommunicandi ratio 22.30
excurſio 981.16 b
ἐξέγειρε 571.16 b
ἐξελέγχεσθαι 414.26 b
exemplum, inſtitutum, conſuetudo diff. 45.41 b
exemplorum uſus 313.49
exequiæ 1671.48 & 1698.2
exercitus 243.15
exhauriri 965.58 b
exhedra 474.1 b
exigere uiam quomodo magiſtratus dicantur 116.56
exilium 356.60 & 365.46 b & 401.38
exilio decennali quinā ab Athenienſib. mulctati 973.60
eximere diem 774.10 b horam 774.19 b nomen de tabulis 134.43
eximium 25.52 b eximīus 64.7 b
exinanire hominem 57.39 b
exiſtere 79.16 & 1018.25
exiſtimare 923.7 b
exiſtimatio 88.31 b & 1403.46
exiſtimationis ſummæ trix iudicia 362.48
exitioſum 1436.62
exitium 46.41 b
exoleſcere, exoletus 839.39 b

59 b & 1681.16
exordiendi ratio 1616.61
exordium in omni oratione neceſſariū 1015. 41. longum, uitioſum 627.35
exordij conſtitutio 1166. 22
exordij duo fines 1159. 31. munus 1158.60 uirtus 1160.32 uſus 431.24
exordij ſententia quando interpoſita 1962.57
exordiorum duo genera 697.1 & 2051.42 triplex ratio 2103.6
in Exordijs quid apprimè neceſſarium 362. 61
ἐξορίζεσθαι 493.6 b
exornationum ſchemata 1172.10
[illegible] 839.41 b
expedire 1496.49
expeditæ res 187.37
expeditio 2122, 48
expenſum ferre 111.34 b & 368.58 & 501.38 b
expenſum & acceptum ferre 635.48 b
experiri 378.19
expetere 393.55 b & 1116.13
expilare 595.54 b
explere 165.6
explodendi ratio 218.3
expolitio 330.35 & 731. 23 & 1405.18 quomodo fiat 1206.52 quid ab interpretatione differat 1986.10
expolitioni quid maximè proprium 1967.1
exporrigere frontem 377.3 b
expoſitio quando locū habeat 648.5 b
expoſtulare 674.39
exprimere 1497.30 & 69.14
exprobrare 139.17
expromere 305.1 b
exſoluere à ueterib. ſcriptum 785.4 b
exterminari 493.6 b
externum & inteſtinum contraria 904.40 b
externorum ut uenalitiorum apud ueteres calcei, quales 706. 29 b
extra pro præter 223. 60 b
extraordinaria 910 34 b
extraordinariæ pecuniæ 111.39
extraordinarij uocabulo Ciceronem ſæpe uti 919.22 b
extremum actum abeſſe, prouerb. 466.41 b
extremis digitis attingere prouerb. 1477.59
extorquere 582.55 b
exturbare 1089.27 è ciuitate 781.32
exultare 975.34 b

F

FAberius Cæſaris ſcriba 412.35 b
Fabia lex 796.38
Q. Fabius Allobrogicus cur dictus 239.14 & 285.13 b
Fabij cunctatio 584.19 b
Fabij ſenatoris ſtrāgulatio 314.33
fabri 1582.20
fabulis fictis oratori quomodo utendum 1656.12
facere aliquē cœni, locutio 614.4 b
facere contumeliam 595. 18 b poteſtatem 282. 41 b promiſſa 733. 52 b
faceſſere negocium 673. 28
facetus 545.28 b
faciem hominis animū arguere 215.49
facilitatis uocabulū medium 453.13 b
facinus 1496.42 medium uocabulum 296. 46 b
finitio quid 654.26 b
facinoroſus 2112, 55
factor libri 767.60
facultas 116.8 ſecundus coniecturæ locus 170.56 quid à ratione diff. 62.47 b
facultates unde dictæ 48.39
Fæſula Atlantis filia 262. 22 b
Fæſulæ 220.44 b à quo conditæ 262.21 b & 784.56
falcarij milites 222.1 b & 241.8 b & 1084.8
falcati currus 241.7 b
falcones 771.45 b
Falernus ager 679.9
falli 693.57 b & 697. 31 b
falx 241.5 b falces 1078. 15 & 964.55 b
fama 740.56
familia 477.57 & 1857. 59 familia ſeruilis 203.17
familiæ etymon 386.58 & 527.30 & 31.30
familiæ nomine etiam hæreditatem intelligi 346.45
familiæ herciſcundæ iudicium 370.26 nomen unde 409.11
familiaris 539.52 b à ſocio quomodo differat 549.2 b
familiaritas 556.7 b à neceſsitudine quid differat 853.48 & 1872. 10 quid ab amicitia 1432.28
In Familiaritatē ſeſe inſinuare 566.31
familiaritatē inter quos Ariſtoteles conſtituat 2061.26
famoſum iudicium 21. 32
fanum 106.61 b
factores 800.32
faſces 1835.10 & 2030. 53 & 898.16 b
faſcia 481.3 b
faſti 494.38 b & 522.43 b faſti dies 767.48 & 846.48
in Faſtis aſcriptum 754. 14 b
faſtidire 1786.34 & 1676.51
faſtigium 488.54 b & 510.10 b & 525.37 b & 757.30 b
fatalis neceſsitas 1973. 55
fateri 735.37
fatum 415.60 b & 518. 26 b & 2058.47
fatum proſperū, aduerſum 977.45 b
fati neceſsitas 426.55 b
præter Fatum accidere quę dicantur 445. 10 b
fatorum ratio 185.12 b
fatuus 590.14 b fatui cibi eod.16 b
fauces 963.48 b
fauere 545.55 b & 909. 48 b fauere linguis 779.61 b
fauor Ciceroni nouum uerbum 909.43 b
fauoris nomen etiā Ciceronis tempore uſurpatum 539.16 b
fauorem quæ faciant 484.33
febris 252.18 b
Februarius 698.58 b
feliciter, proſperè, benè fauſteq́ euenire, quomodo differant 884. 20
felix 917.25 b
felix ſine diphthongo ſcribendum 917.31 b
ferramenta 282.14 b & 293.20 b & 988.54 b
Ferentum op. 688.47
Feretrij Iouis templum 223.12 b
ferire frontem 377.4 b
ferre acceptam & expenſam pecuniam quid 631.25 b
ferre punctum 227.28 b reſponſum 227.27 b tribū 1421.10 & 227. 28 b
feſti dies 366.8 b prouinciam integrè adminiſtrantibus inſtituti 987.45
Feſulæ 784.56 & 963.52 b uide Fæſ.
ficta & falſa differre 1786.21
fictorium quid 1969.6
ficus 982.8
Fidenę 665.24 b
fidentia 218.55 b
fides 272.28 & 326.33 & 444.10 & 903. 28 b & 911.26 b & 1369 37 & 1474. 59 & 1890.4 pacis condimentum 608. 10 b
fides omni utilitati præpoſita apud Roman. 310.53
fides dea à Rom. culta 253.6
fides & cura quomodo inter ſe differant 652. 31 b
fides publica 292.8 b ſpectata 42.7 b
fidei dextra à Numa Pompilio conſecrata 678.47 b
fiducia 2039.45
fiduciæ actio 561.41
fiduciam accipere 341. 57 & 450.9 & 986. 20
figere 435.15 b legem 574.21 b tabulam 700.58 b
figura 107.22 b figura dictionis 1019. 15
filij parentibus perſæpè ſimiles 794.40

uu Fimbria

Fimbriani milites cur à Liuio Valeriani dicantur 277.47
fines regi. finium regundorum 546.58
finitor 705.8 & 425.29 b
Firmanum 711.6 b
Firmum op. 639.23 b
firmum præſidium 786.44
fiſcina 982.12
fiſtulæ plumbeæ 728.37
flabellum 987.32
Flaccorum cognomenrum unde ductum 1015.8
flagitare 922.35
flagrare 390.35 b
flamen, flamines 359.2 b & 510.23 b & 535.32 b & 1776.60 à quo inſtituti 359.4 b
flaminium 709.14 b flaminia 712.20 b flaminica 712.18 b
C. Flauius 768.12
fletus à ſingultu quid differat 1433.43
Flora dea. floralia 212.44 b
florem ætatis amittere 539.59 b
Florentia 220.44 b
fœditas 543.56 b
fœdum à flagitioſo quid differat 650.58 b
fœdus 517.23 & 382.34
fœderis feriendi ratio 182.13
fœdus & pactio quomodo differant 1565.38
fœdera imperij 361.53 b
fœderũ percutiendorũ mos 363.61 b
fœderum tria genera Liuio 1572.58
fœnerari 261.52 b
fœneratorum uicus Romæ 640.20 b
fœnus unde dictum 1487.36
fœtus 561.17 b
fori 1498.23
Formianum 711.3 b
fornix 86.46 b 90.35 b & 1408.47
fornix Fabianus 75.33 & 1327.41
fortis 351.35 b & 1651.39
fortitudo 503.30 b & 1694.58 & 1807.17 & 280.13 à ſtrenuitate quid differat 569.1 b
fortitudo & magnanimitas in quibus uerſentur 2127.39
fortuna 79.59 & 1798.31 & 1826.53 & 1849.30
fortunæ bona cur non æterna 1936.19
fortunæ inconſtantia 1911.24 & 268.43
fortunæ rota 383.57 b
fortunam maximè in bello regnare 287.30
fortunæ 279.41 b & 505.11
forsunas & bona differre 289.28 b
forum 285.24 b & 433.50 & 777.61 b pro tribunali 229.52 b
forum Aurelium 229.47 b
foſſa 503.14
Frabareria 687.2
fraudatio 277.44 b
fraus 363.31 b & 749.38 & 1779.42 & 377.29 b
fraudi eſſe 615.57 b
frater patruelis 1413.36
fraternè 2033.41
Fregellæ ciuitas 588.60 b & 593.5 b cur perfidioſæ 595.4 b
frequentatio 201.3 & 250.3 b & 380.12 & 1800.51 & 1812.36
frequentatio & epilogus re eadem 258.26
fretum 348.44 b & 860.40
friuola 1794.15
frons 214.22 b triſtitiæ hilaritatiſq; index 636.5
frons pro ſeueritate 376.57 b
frontis indicia 376.58 b
frontem contrahere 377.2 b exporrigere eod. 3 b ferire 377.4 b
fructus 908.39 b
fructuoſum quibus rebus accommodetur 578.1 b
frugalitas 506.30 b & 241.39 & 992.42
frugalitas ueterũ 550.58
frugi 565.18 b & 1428.61 & 241.52
frui 294.22 & 365.56 & 461.20 triplex præteritũ habet 908.34 b
Frumentaria lex 356.20 b
fucata 848.32
fucus 1847.16
dum licet fugere, ne expectes iudicium, prouerb. 443.35
fugitiui 2117.10
fugitiuorum crux 2127.3
fulcire 492.37 b
fulmen comitiorum uitium 508.48 b
fulmina ſiniſtra cur proſpera 534.23 b
fulminum iactus 297.36 b ſignificationes 486.18 b
fulminationes 297.37 b
Fuluia mulier peſtifera 536.1 b trigama 497.3 b eiuſdem mariti 489.28 b
M. Fuluius Flaccus 219.59 b eidẽ cur triumphus decretus 773.47
fundamentum 1414.20 fundamẽta 1020.46 fundamenta iacere 605.51 b
fundare 1826.56
fundatum & conſtitutum differre 1856.10
fundus 161.24 & 458.39 & 489.14 & 495.13 b
fundum biennio uſucapi 384.15
funeſta domus 233.48
funeſtum 753.58 & 969.25 b & 1256.37
funeſtum & luctuoſum differre 89.53
funeſtare 731.53 funeſtari 1814.12
funus familiare 366.18 b
furari ciuitatem 1517.9 & 1559.55
furciferi ſerui 351.23 b
furẽtis & anhelãtis metaphoræ 974.33 b
Furſanius 1692.32
furiæ 690.32 furioſus 1257.36 furioſi 277.45 b
furioſi tribuni plebis 1653.15
fuſcina 1035.42
Fuſia lex 333.55 b & 417.44 b & 1524.26
Fuſtuarium. fuſtuarius 587.44 b & 594.4 b

G

GAbinius A. 290.18 & 721.24 b reus abſoluitur 470.57 b
Gabinij luxuria 378.29 b
Gabriæ lex cur inuiſa 316.53
Gades 1560.21 & 1565.5
galerita auis 435.60 b & 438.22 b
Galliæ diuiſio 658.36 b
Galliæ prouinciæ terminus 344.27 b
gallicæ 507.30 b & 521.26 b & 532.50 b
Gallicani 610.60
Gallicus ager 270.47 b
à Gallico bello immunitas nulla Rom. cõceſſa 279.58
Galli equitatu ualent 281.39 b & 293.27 b
Gallicorum bellicoſitas 279.54
Gallorum in inſtruendo exercitu mos 431.49 b
Gallorum natio religionibus admodum dedita 235.10
Gallorum Senonum in Latium expeditio 354.46
P. Gallius à Cicerone defenſus 330.34 b
Gallonius 89.13
ganea 271.32 b & 381.61 b
ganeones 257.52 b & 272.32 b & 977.13 b
Ganymedes Iouis concubinus 479.20 b & 494.8 b
Gaurus mons 926.48 b
gaza 297.52
gaza Perſica uox 329.52
gemina 222.38
geminatio 573.35 b
Gemoniæ ſcalæ 406.16 b & 448.20 b
genæ pudoris ſedes 377.11 b
à Genere ad ſpeciem argumentum 120.43 b
genethliaci 847.19
gentiles 1267.31
gerere 548.32 b
gerere ſe pro ciue 1114.53

Germa-

Germania pedeſtribus copηs ualet 292.28 b
germanitas 2038.25
geſtire 1497.51 & 1885.50
gladiator 250.54 b & 272.22 b & 651.35 b
gladiatorea 15.51 & 781.34
gladiatores quando inter ſe cõparari dicantur 48.29
gladiatores Romæ infames 187.16
gladiatorum apud ueteres mos 158.33. genera 595.55. b libelli 534.12 b
gladiatorius clamor 739.1 b
gladiatorius animus, prouerb. 187.37
glandiferum quarum rerum 578. b
Glaucia lex 103.10 b
gleba 388.4
gloria 424.36 b & 1568.21 & 1873.35 & 1205.19
gloria & admiratio quomodo differant 1938.38
gloria uirtutis amplisſima 268.47
gloriæ cupiditas omnibus inſita 11.31.22
gloriæ fundamentum, laus 433.45 b
ad Gloriam compendiaria uia 420.9 b
glorioſum 546.55 b
γνώμα 1228.38
γνῶν καίμαι ὕγμῳ 699.6 b
C. Gracchus ab Opimio interfectus 354.60 & cur 1800.39
C. Gracchi immatura mors 241.30
Gracchi lege quantũ agri poſsidere permiſſum 893.12 b
Gracchi lex 32.15 b & 203.34 de constitutione prouinciarum conſularium 284.9 de non admittendis militibus 278.43
Gracchi leges populares 307.19 b & 413.50 b
Gracchorum ferocitas 355.60 b
Gradatio 113.41 & 697.56 b
gradus Aurelij 990.42
Græci cur fortes & ſapientes 773.25
Græcorum leuitas 2015.43 luxuries 1477.32
Græcorum mos 973.17 in iurando 359.53
Græcorum quatuor genera præcipua 1046.31
Græco more bibere 109.3 & 128.49 b prouerb. unde natum 1000.14
graculi 1794.4
γραμματεῦς 491.11 b
γραμματικὸ 510.43 b
grammatica à Quintiliano quomodo diuidatur 1217.36
grammatices præceptà nõ reηcienda cur 2117.40
grammatodidaſcalus 510.49 b
grandis 615.37
gratia 1421.57 nomen anceps 299.2
gratia reconciliata 83.18 b
gratiam habere, & gratias agere 412.5 b
gratias agere & gratulari differunt 453.58 b
gratioſa prouincia 764.1
gratioſus 8.17 gratioſi 970.5 & 1021.56 & 1057.24
gratuitus 236.33
gratulor 86.50 b
gratulari & gratias agere differunt 453.58 b
gratum & iucundũ differre 2258.47
grauari 632.49
grauis 374.20 graue 929.6
graue dicẽdi genus quotuplex 1855.7
gregarij milites 1356.18 & 1432.34
grex 2529 b & 591.46 b
gregem de rebus deterioribus dici 574.19 b
gurges pro impuro 852.51 b
gurguſtium 381.52 b
guſtare ſanguinem ciuilem 565.52 b
gymnaſium 665.59 b
γυμνάσιον 665.60 b
Gynæceum 485.15 b

H

HAbere delectum 225.45 b & 270.47. b
habere gratiam, & agere gratias 412.5 b & 675.39 b
habere pro habitare 194.39 b
habitus duplex 538.59
Hæmus 979.41
hæres quis & unde dicatur 476.56
hæredes repentini 562.46 b
hæreditas 468.39
hæreditas caduca 676.24 b
hæreditatem adire 222.41
hæreditatẽ qui olim iure ceperint 474.58 & 422.45
hærere 83.38 b & 224.25 b & 550.43 b
pro Hala, Ahala ſcribendum 746.4 b
ἁμάρτημα 453.39 b
Hannibalis facinus 410.13 b uox crudelis 606.28 b
ex Hara productũ 386.40 b
haſta 475.15 b & 781.24 & 897.25 b pro auctione 524.40 b
haſtæ iudicia 193.59
haſtam abηcere, prouerbium 781.20 & 864.5 & 922.7
haſtã cur Romani iudiηs præfixerint 522.45
ab Haſta redimere quid 578.50 b
hebeſcere 220.19 b
ἑκάστῳ 450.24 b
hederæ uis 273.22 b
ἴλη 409.38 b
Helea opp. 409.37 b
Helia lex 333.53 b & 1304.31
helluo 475.32 b & 505.20 b & 710.2 b. & 852.30 b
helluari 505.22 b
helluatio 382.2 b
ἐπὶ λόγῳ 749.43 b
Heraclea 1113.18
in Herba eſſe, prouerb. 1501.61
herciſcere 478.4 Herciſcundæ actio. eod. 12
Hercules & Virgo, duo riui 928.51 b
herus 579.25 b
Heſiodi locus 51.38
heſternus dies 280.53 b
Hetruſci aruſpicinę dediti 285.9 b
ἱμάτιον 1027.12
Hiempſal 898.55 b
Hieroſolyma 990.55
Hignia 297.15 b
hinc illę lachrymæ, prouerb. 1494.47
Hippias mimus 474.55 b
Hippiæ etymon 562.40 b
Hippocratis locus 902.30
hippopera 1665.19
ἵππος 474.56 b
Hircη interitus 724.10 b
Hirpini populi unde dicti 954.42 b
Hiſpania ulterior 547.39 b
Hiſpaniæ diuiſio 955.29 b
Hiſpanorum militũ laus 604.21 b
hiſtoria 466.53 & 721.46
hiſtoriæ leges quæ 276.61 & 815.54 b & 838.12 b
hiſtrionum uitæ genus ſordidum 30.8
hodiernus dies 279.45.b
Homeri locus 842.35
Homeri patria incerta 1119.23
homo 69.61 b capitalis 615.46 b impurus 265.24 b lucens 185.32 b malè moratus 539.40 b nequam 508.6 b ſceleratus, nefarius 360.40 b
homo frugi omnia rectè facit, prouerb. 241.44
homines noui 215.44 b & 833.20 b & 840.40
homo ſacer qui 231.13 b
homo homini conſuetere, naturale 35.13
hominem Honoris aut contumeliæ cauſa nominari 215.33
poſt Hominum memoriam 1094.45
homo homini deus, prouerb. 164.54 & 68.38

iiu à hones

honeſtum quomodo d uidatur 710.48
honeſti qui 70.6 b
honos 648.34 b & 1568.20
honor uirtutis præmiũ 287.14 b
honoris gradus 1775.25
de Honore deijci 88.19 b
honores etiam pro magiſtratibus à Cicerone dici 318.41
honorarium 497.51
horarũ ratio quę ueteribus 131.12 & 1668.26
Horatij locus 146.28 b & 471.50 & 487.25 b & 488.49 b & 502.28 b & 509.24 b & 605.9 b & 775.25 b
ἁρμὸ 2100.4
ὄρ@ 839.43 b
horrere 938.44
horreum 475.50 b
horribile 89.55 & 873.48
Horrẽſius Ciceroni pręfertur 7.16 b
Hortenſius quando conſul deſignatus 289.28
Hortenſius rex cauſarũ 98. b in cauſis agendis diuiſione ſæpe uſus 18.54
Hortenſij geſtus immodici in perorando 29.50
hoſpes 675.22
hoſpitium quid à familiaritate differat 2120.57
hoſpitij cõiungendi qui mos apud ueteres. 2096.18
hoſpitij ius 386.48 b & apud ueteres rarus uſus 2131.46
hoſtis 166.47 & 1575.31
hoſtem uincendi ſpes optima quæ 653.31 b
hoſtes unde dicti 614.39
hoſtes domeſtici 811.16 b
Hoſtia urbs 324.52
hoſtiæ lectæ quæ 945.5 b
Hoſtilia Curia 345.43 b
humanitas 326.55 & 1111.28
humanitas, clementia & miſericordia, quomodo differant 2063.53
humile 592.48 b
Hyberna 227.38 & 325.46
hybrida animalia quæ 1020.58
hydria 207.55 b
hypallage 269.40 b
hyperbolę 133.5 & 1932.57
ὑπερήφανος 593.46 b
ὑπόληψ 78.22
ὑπόθεσις 822.48
hypothymides corollæ 273.37 b
ὑποτύπωσις 172.1 & 241.45 b & 520.39 b

I

IAcere 841.2 & 1789.50
iacere & obijcere inter ſe differrę 55.15
iacere in tutela alicuius 905.25
iacta eſt alea, prouerb. 473.32 b & 619.18 b
iactari & agitari, quomodo differant 54.5
iactura 1800.42
Ianiculũ 701.14 & 901.1 b & 938.55 b & 1802.58
Ianus medius 775.25 b
Iani tria templa Romæ 632.22 b
Iapidia 2530.41
Iapyx uentus 449.5 b
Iberorum dos 543.18
icon 367.7
id ætatis. id tẽporis 212.44 b
Idus Martiæ, parricidiũ dictæ 499.55 b
Iericho 897.4 b
ignarua 1465.10
ignaui 271.48
ignominia 401.56
ignorãtia quid ab ignoratione differat 2003.5
ignoſcere 337.85 b
illecebræ 1471.9
illudere 141.36 & 220.18
imago 581.29 b imaginea 212.45 b quibus poni ſolitæ 906.38 b
imbecillitas 649.22 b
imbuere 242.45
imbutum 591.45 b
immane 935.5 b
immanitas 678.21 b
immaturum 503.58 b
immutere impetus alicuius 573.46 b
immittere perſonã 573.45 b
immolationes hominũ ſub Hadriano ceſſaſſe 255.61
immunes 424.14 b
immunia 554.18 b
immunitas 447.53 b & 523.18 b immunitates 491.53 b
immutatio 269.41 b
impedimenta 1668.17
impeditus 1838.51
impendiũ Varroni quid 11.12
Imperator quibus uirtutibus imburus eſſe debeat 243.32
Imperatoris creãdi mos 2054.13
Imperatoris nomen 388.20 b quibus apud ueteres cõceſſum 723.5 b
Imperatorem quæ maximè deceant 244.43 & 323.46
Imperatoribus Romanorum ſupplicationes ob res egregiè in bello geſtas inſtitutæ 722.49 b
imperiti qui 232.47 b
impertitur, imperſonaliter poſitum 294.57 b
impiè & nefariè differũt 119.16 b
impius 561.41 b
impietas 557.53 b
implorare 388.50
impluuium 208.25 b
importare 2098.7
importunus 274.20 b
importunum 229.30 & 493.27 b & 564.52 b & 572.54 b
impotentes 868.58
impreſsio 1056.33 impreſsionem dare 997.52
improbus 75.56 & 369.1 b
improbi cur nonnunquã puniendi 794.12
improbos præceptis nõ emendari 112.36
imprudens aliquid facere 567.53b
imprudens & ignarus quomodo differant 2021.35
impubes 385.48
impubem & impuberẽ dici 307.11 b
impudens 345.34 b & 388.28
impudentia 480.32 b
impudentiam & audaciam differre 295.51 b
impulſio & ratiocinatio uoluntatis loci 197.25
impuritas animi 577.8 b
impurus homo 265.24 b
in præpoſitio 218.23 b
in diem uiuere. in horã uiuere 614.49 b
in perpetuum 573.60 b
in poſteritatem, pro in poſterum 228.52 b
in poſterum proſpicere 592.1 b
inane 1429.30 inanis 633.25
inaudio 2119.9
inaugurari 488.52 b
inauratum 285.1 b inauratus 297.58 b
incedere 913.6 b
in cenſum uendi 336.49
inceſtus 840.27 b & 1685.43
inceſtua, adulterium, & ſtuprũ quomodo differant 1796.23
inceſtum 1661.24
incidere in æs 412.57 b
incidere 392.31 b & 700.26 b
incidere & uenire quomodo differant 546.25 b
inciſio triplex 1984.39
inciſionis ſpecies in quibus 1969.18
incolumis 276.45
incommodum & difficultas diff. 47.1 b
increpare 838.21 b
incubare 635.52
incumbere 759.49 & 927.44
incuruiceruicum pecus 686.48 b
indemnati 1193.27 & 1529.46
index 557.57 b & 610.47
indicibus præmia propoſita 361.36 b
indicare 537.61 b & 357.56 b
indicare & cõfiteri quomodo differant 682.58
indicere 482.6
indicta cauſa 925.15 b
indicta cauſa qui damnentur 744.48
indidem 147.52
indigenæ 417.17 b
indignatio 2116.12
indignus 336.19 b
indoles 617.43 b & 619.35 b
inducere 1832.32 inducere animum 141.26 & 228.12 b
induci & perſuaderi, differre 55.24

induciæ

induciæ 651.2 b
induſtria 259.1 b & 659.48 b & 758.8 & 890.24 & 1471.14
induſtrius 662.59 b
induſtrij homines 259.19 b
Indutionarius Treuirorum rex 233.4
ineptum 541.58
inermis 611.54
inertes 259.47 b inertia 220.36 b & 262.59 b
infatuare 590.14 b & 1038.18
inferi 979.53 b
inferos eſſe negat Cicero 305.59 b
inferre bellum 229.43 b litem in aliquē 655.37
infeſtus 135.51 & 244.55 infeſtum 223.18 b & 626.13 b & 1470.1
inficiatio. inficiatores 263.23.38 b
informandi metaphora 63.48
informandi fructus qui 18.41
informare 18.38 ætatē artibus 18.45
infula 897.16 b
ingenioſos eſſe melancholicos 8.3 & 793.5 parum memoria ualere 791.6
ingenium quid 53.42 b ab animo quid differat 2056.38
ingenuus 308.39 b
ingenui 314.26 b
ingratus 541.18 b
ingredi in rempublicā quis dictus 341.30 b
inhumanitas quid ab amentia differat 142.13 b
inimici peſsimi qui 15.27
inimicitiç mortales 393.42 b
iniquitas 504.22
iniri ab aliquo gratiam 511.:2 inire gratiam 1499.5
initio quæ conueniant 484.36
initijs quæ uerba ſint apta 531.9
iniuria 501.43
iniuria & iniuſtum quomodo differant 454.39
iniuriam à contumelia differre 590.3 b
iniuriam facere peius quàm pati, Socratis dictum 686.57 b
iniuſtus rerum æſtimator 1887.39
innocentia 283.46 & 313.29 & 1883.48
innocentiæ legem qui ſibijpſi indicant 310.2
inofficioſum teſtamentum 131.31
inops 132.8
inquilinus 487.54 b & 579.39 b
inquirere & quærere differunt 84.32 b
inſanus 1680.7
inſepultum 719.39 b
inſepulta ſepultura 448.31 b
inſeruire 747.6 b
inſidiæ 73.8 b
inſignitè 592.48 b
inſimulare 217.12
inſimulare probri 509.26 b
inſinuare 462.42 & 912.33 b
inſinuatio 911.44 b
inſinuatione quando utendum 697.10
inſitus 818.54 b & 831.43 b
inſolens 251.31 b & 276.16 b & 651.46
inſolētia 150.58 & 262.33 b & 524.31 b & 870.38 b & 578.31 b & 901.51 b
inſpicere & aſpicere differunt 202.43 b
inſtantia 377.30
inſtar 748.53
inſtare & appropinquare differunt 273.44 b
inſtituere & referre differunt 70.2 b
inſula 1032.15 & 943.24 b & 1473.20 inſulæ 671.28.23 b
inſulſum. inſulſus 469.13 b & 1461.32 & 1499.39
integer 578.46 b & 926.22
integra res 2003.8
integrum 863.48 integrum eſſe 2021.43
integritas quid ab innocentia diff. 34.44 b
intelligere et animaduertere quomodo differant 77.2 b
intemperans pro iracundo 336.43 b
intemperantia 262.55
intempeſtiuæ conuiuia 1115.53
intēpeſta nox 449.6 b
intendendi metaphora unde deducatur 127.5
intendere 379.39 b & 1783.16
intentare 379.42 b
inter particula 286.61 b
Interamna oppid 488.2 b interamnū 1640.3 & 1678.14 & 1789.13
intercalares dies 42.30
intercalatio 147.42 b
intercedere 1662.1
interceſsio, tribunorum propria 480.24 b & 503.20 b
intercidere 2126.49
intercipere 287.5 b
intercíſi dies 366.10 b
intercludere 939.16 b
intercolnmniū 106.21 b
interdicere de ul 371.57
interdicere & denunciare quomodo differāt 653.33 b
interdicere quempiā aqua & igni 417.2 b
interdicti quæ cauſç efficientes 497.18 finis 528.15
interdicto deijci à familia qui dicantur 386.31
interdicta 363.47 & 454.50 & 482.11
interdicta prætorū propria 955.21 b
interdictorū finis 503.5
interfatio 39.3
intermittere 450.3 b
internecio 286.60 b & 300.25 b
interpellare 109.32 b & 113.9
interpres 649.20 & 79.23 b
interpunctiones uerborum 767.36
interrex 953.61 b
interrogatio & percunctatio differunt 236.40 b
intertrimentum 115.8 b
interuertere 479.53 b & 494.15 b
inteſtatus decedere quis dicatur 676.25 & 132.15 b
inteſtina pernicies 239.11 b
intra de futuro dici 298.11
intueri & contemplari differre 1401.53
intus canere, prouerb. 937.19 b
inuadere 553.51 b & 900.5 b
ad Inueniendum tria requiri 8.42
inuerſio 438.3 b
inueteraſcere 82.48 b
inuidia 228.35 b & 150.42 b & 542.11 b & 398.39 & 1566.23 & 1660.40 & 1863.15
inuidia uiro forti metuenda 218.37 b
inuidiç morſus 837.50 b
inurendi metaphora unde ducta 1821.36
inurere 840.47. b dolorem 262.32 b notam 224.15 b odium 757.42
ioci quid ueteribus 469.14 b
Ionæ prophetæ factum 323.37 b
ira ab Ariſtotele quomodo deſcribatur 1760.53
ira fortitudinis cos 793.52
iræ remedium 93.50
iraſcendi uis in pectore 842.12
iraſci & ſuccenſere quomodo differant 221.23
ironia 732.39 eius ſpecies 516.15 b
irrepere in cenſum 1517.24
irrogatio 733.6
is qui 784.16 b
Iſauricus cur uarius à Cicerone dictus 640.3 b
Iſaurum 706.12 b
Iſis 404.39 b
[illegible] 68.21
Iſocratis locus 1129.48
Iſocratem tria admirabilia præſtitiſſe 352.16
[illegible] 1207.16
iſte quomodo à Cicerone uſurpatū 580.48 b
it & id à ueteribus ſcriptum 745.14 b
Italiæ diuiſio 474.15 b
iter 392.22 & 303.17 & 547.12
ad Iter celerius conficiendum quæ maximè homines moueāt 282.18
iterata & geminata differre 1804.18
iterationem à geminatione differre 573.36 b
Ityrea regio 462.47 b

& 518.28 b
Ityrei arcus 462.52 b & Ityrei pop. 462.5 b & 514.6 b
iucundus 1142.50
Iupiter Capitolinus cur opt. max. dictus 717.52 & 160.40 item Feretrius 223.12 Stator 225.3 b & 242.53 b & 475.23 b & eius templum 213.9 b
Iouis cognomina 394.30. b etymon 741.46
Iudæorũ religio 1049.32
iudex qualis eſſe debeat 283.35
iudicis ſeueritas neceſſaria 448.50
iudici quibus de cauſis dubitandum 443.22 quid obſeruandũ. ibi.
iudices apud Romanos tabulis ſententiã ferebant 6.42 itẽ 52.59 b
iudices in conſilium mittere quid 103.40 b in conſilium uenire quando dicãtur 373.19 & 38.24
iudices Romani 308.6 b
iudicum cauſa, lis & controuerſia quomodo differant 431.50
iudicum decuriæ 428.5 b Romæ diuerſi ordines 185.1
iudices memoria retinere quæ in fine dicantur 209.37
iudices reijcere 85.2 b
iudicibus ternæ tabulæ pręberi ſolitæ 375.24
iudicandi apud Romanos mos 355.20 b
iudicatio duplex 1613.58
iudicationes tot, quot rationes 1154.53
iudicatus, us 415.11 b & 428.23 b & 437.54 b
iudicatum 37.61 & 111.38 & 337.50 & 2582.51
iudicatum qui non facere dicatur 985.22
iudicium conſtituere. 453.48
iudiciũ & arbitriũ quomodo differãt 771.13
iudicij notæ quę 19.42 b
iudiciũ ab arbitrio quid differat 477.53
iudicia 495.30 b
iudicia alterna 361.39 b
iudicia exercere quando illicitum 486.49
iudicia maiora quæ 1835.23
iudicia priuata & publica quomodo differãt 448.19
iudicia publica cur dicta 31.25 b & 2114.12 & 925.22 b & quid à priuatis differãt 637.24 & 722.9
iudicia quę corrumpant 544.31
iudiciorum duo genera 561.41 tres notæ 491.38
iudicialis orationis partes quinq; 1642.33
iudiciaria lex 356.34 b & 431.19 b & 395.7 b
iugerum 529.58 b & 469.21 b
per iugum impiorum, quid intelligat Cicero 586.51 b
iugulari ſuo gladio, prouerb. 395.1
per iugũ ſororiũ, quid Apuleius intelligi uelit 686.54 b
iulia Antonij mater 594.59 b
Iuliæ pudicitia 497.35 b
Iulia lex 83.25 b & 365.10 b & 394.53 b & 416.17 b
Iulij ludi 582.8 b
iumentum unde dictum 384.43
iumẽti appellatione quę animalia cõtineantur. 384.55
Iunia & Licinia lex eadẽ 768.30 b
iunior 618.17 b
à Iunio Bruto reges eiecti 464.50 b
Iuno Moneta cur dicta 645.7 b eius templum 462.41 b
Iunonis Soſpitæ ædes 805.18
Iupiter Stator cur appellatus 965.35 b & 972.30 b
iurandi mos apud Ro. 235.3
iuridicialis quid proprium 1976.31
ius 537.22 & 558.16 & 550.35 & 612.61 b & 1804.32
ius ciuile 176.57 & 513.57 eius finis 94.59
ius commune 1211.12 controuerſum 772.7
ius cur hodie diffuſum. 816.20
ius naturale 540.13 & 599.45 & 1768.52
ius non obtinere 364.14
ius non ſcriptum à lege ſcripta quid differat. 1659.23
Ius noſtrum locupletius quàm quod olim fuit 350.50
ius poſitiuũ 539.57 prædiatoriũ 1579.34 prætorium 176.59
ius quando tentari dicatur 1833.49
Ius quibus conſtet 738.31
ius quomodo à Cicerone diuidatur 437.26 & 540.2
ius uetandi 1593.60
iuris definitio 364.20 diuiſio 191.31 & 339.44 & 540.49 & 333.38 b & 1211.7
iuris præcepta 396.54
iuriſprudentia unde dicta 537.46
iure ſummo agere 342.47
iuſiurandum 221.10 & 1023.12 & 1492.2
iuriſiurãdi tres dij 221.15
iureiurando quando oratores potiſsimum utantur 395.18
iuris ſciẽtię facultas 771.45
iuſta 1060.7 in numero multitudinis 133.31 & 1001.12
iuſtitia 538.60 & 539.41 & 688.3 & 710.50 & 1768.14
iuſtitiũ 615.29 b & 1335.56 & 1416.38
Iuturna 649.6
iuuenes ad bellum apti 243.43
iuuenes pro militibus 278.40
iuuentus quomodo æſtimanda 617.28 b

L

LAbi 557.61 b & 749.23
labefactare 1001.22 b & 1849.50
Labeo iuriſconſultus 461.40 b
Labienus tribunus plebis 731.53
laborioſum 1466.13
Lacedæmonij rei bellicę ſtudioſiſs. 459.35
Lacedæmoniorum mulieres indotatæ 459.39
lacerandi metaphora 72.26
lacerna 478.37 b & 494.3 b
lacinia 494.3 b
Laconis pueri animoſum reſponſum 675.10 b
lactare. lactere 297.55 b
Lacus Seruilius 198.28
C. Lælius cur ſapiens appellatus 892.61 b & 516.55 b
Lænas, non Lenas, apud Liuium ſcribendum 782.48 b
Lætitia 925.13
lamentatio 315.52 b
λαμπαδηφόρος 837.36 b
lana Mileſia 129.61 b
languere 259.54 b
languor 645.44 b & 2116.19
laniſta 102.6 & 131.2 & 187.42 & 174.46 & 712.13 b
Lanuuium 804.18 & 1667.24 & 1777.9
lantzman, ſchantzman, prouerb. 200.36
Laodicea 665.55 b & 991.29
lapidicinæ. lapicidinæ 121.22.24 b
lapidare 1075.34
lar familiaris 478.6 b 720.34 b
lar & laris quid differãt 784.12 b
lares domi cur culti 133.56
largitas 896.22 b
largitio 868.28 b & 1573.59 & 896.20 b
largitor 319.51 b & 896.27 b
latẽre 223.57 b
Latialis 1733.20 Latialis Iupiter 1641.17
latibula 1032.51 & 1848.49
latinè loqui 638.42 b
Latium 1141.43 & 1569.41
latomi 121.30 b
latomiæ 201.34 b
Latona 215.56 b
latro 229.44 b
latrunculiaria 473.30 b
latumiæ 501.34 & 121.16 b
laudatio 226.57 & 688.42

laudatiui generis proprium 59.50 b
laus 1368.19
laura 1873.44
lautumiæ 216.8 b
Lazarus Bonamicus 206.3
lecti pellibus ſtrati Troianis tẽporib. 799.30
lectica. lecticæ 262.34 b & 561.3 b
lecticarij 122 & 262.39 b
lectiſſimus 322.4 b
lectulum ac cubile differre 309.33 b
Lælius ſapiens nominatus 687.29 b
Lælij duo 481.40 b
legatio libera 348.28 b 441.17 b & 448.42 b mandata 448.43 b uotiua ibid. 43 b
legationes 435.31 b duplices 426.25 b
legatum quid 460.51
legatus 291.61 & 347.30 b & 690.50 b & 1022.24 & 1413.47 legatus bellicus 1536.8 legati 368.23 b & 549.15 b & 1580.44
legatorum uaria genera 347.31 b
legatos uiolare, cur impium apud ueteres 157.13
legio 941.11 b
legionem duos tribunos militares habuiſſe 630.55 b
legiones 693.6 b unde nomina ſortitę 586.42 b
legitimum 692.7 b
ἀντιγραφία 447.56 b
lemniſcata palma 199.38
lemniſci 151.57 & 177.46 & 199.34
Lemonia 666.34 b Lemonia tribus 670.13 b & 785.51 b
Lemonius pagus 785.52 b
lenitas 507.45 b & 2026.54
lenocinium 798.29 & 944.56
lenonis officium 62.18 b
lenones 104.37 b & 561.14 b
Cn. Lentulus cum Lucullo conſul 298.26
P. Lentulus princeps ſenatus 780.35 b
Lẽtulus Sura cur dictus 989.34 b
Lentuli Marcellini laus 32.41 b
Leontini campi 492.9 b
Leontium 469.26 b
Leucopetra promõt. 397.4 b & 408.38 b & 442.25 b
leuis 271.43 b leues qui ueteribus 507.44 b
lex 381.34 & 413.4 b & 423.52 b & 450.30 b & 477.12 b & 516.42.56 & 581.18 b & 684.32 b & 714.14
lex Acilia 80.46 b Aelia 339.54 b & 373.7 b Agraria 378.44 b ἀμνηστίας 430.41 b & 447.29 b annalis 622.32 b Annoniana 372.61 b Atinia 131.47 b Aurelia 83.5 b & 32.20 b Cęcilia 612.3 b Calpurnia 330.41 b & 781.44 Cornelia 113.6 b & 117.3 b & 181.41 b & 244.18 b & 460.35 b de ui 369.51 b Didia 612.8 b frumentaria 356.20 b Fuſia 333.53 b & 334.54 b & 480.15 b Glaucia 103.10 b Helia 333.53 b & 480.15 iudiciaria 356.34 b & 395.7 b & 451.19 b Iulia 83.25 b & 365.10 b & 394.53 b & 416.17 b Iunia & Licinia eadem 768.30 b Liuia 356.36 b Manilia 298.36 nefaria quæ 1262.24 numaria 131.45 b Papia 671.56 b & 672.4 b Plotia 820.23 b Porcia 119.31 b & 231.44 b & 834.22 b repetundarũ 364.59 b Roſcia 502.18 b Scarinia 594.47 b Sempronia 231.46 b & 306.23 b Syllæ. 32.8 b theatralis 469.41 b Vatinia 361.60 b Voconia 112.57 b & 131.22 b & 588.14 b & 597.53 b & 610.41
lex contra Gracchi leges 893.37 b
lex quæ bona publicanda iubeat 120.40
lex quando lata dicatur 423.57 b quando promulgetur 452.45 b
legis uirtus 341.8 & 382.3
legi abrogari non rectè dici 735.2 b
legem agrariã per uim tulit Antonius 680.4 b
legem euertere 380.35 b
lege agere 33.3 b
in Lege quę requirantur 381.16 b
leges XII. tabularũ æreis tabulis inſcriptæ 284.37 b & 412.59 b
leges philoſophorum & magiſtratus quomodo differant 540.8
leges pragmaticæ 576.4 Scatiniæ 588.20 b tabellariæ 78.17 b
legum ferendarum ratio 414.27 b & 477.9 b & 497.31 & 352.50 b & 611.61 b
legum utilitas 497.9 & 514.50
de Legibus quibus modis per ſenatum aliquid ſtatuatur 1592.60
libellus. libelli 60.49 & 485.36 b
libelli pro gladiatoribus 575.41 b
liber populus quinam 1532.10
liberalitas duplex 1885.28
liberalitas qualis eſſe debeat 1850.16
liberare 898.36 b
liberare aliquem culpa quid 1424.13
libertas 324.56 b bonum præſtantiſſimũ in Rep. 553.33 b
libertas tribus modis olim data 422.25
libertatis amor & brutis inſitus 411.53 b
libertatis dulcedo 593.60 b
libertatis proprium 787.41
libertatem patronorum nomine appellari 125.56
libertinus 593.7 b & 990.30 b
Libertinus & libertus differunt 308.48 b & 540.8 b
libertini 308.46 b & 324.26 b & 458.34 b & 624.54 & 661.55 & 1774.32
libertus 624.56
liberi 324.23 b & 405.23 b etiam pro unico filio 210.6 b & 447.39 b & 448.34 b
liberûm, pro liberorum 119.49 b
liberos coniugij eſſe uinculum 11.12
ſine Liberis decedere cur bonum 1886.10
libido unde dicta 238.11
librarioli 1565.24
librarium 1670.32 & 1745.50 & 1780.24
librarius. librarij 542.9 b & 671.19 b & 675.53 b & 913.48 b
libripens 571.42
Liciniæ leges uariæ 366.51 b & 892.45 b
licitari 477.23 b licitator ibid.
lictor 1795.37
Ligarius genere Sabinus 2031.29 pro eodem oratio quando habita 1994.44
Ligures fallaces 635.25
Liguria 635.11
ligurire 259.44 b
λιγυρὸν 259.45 b
Lilybęum promontorium 173.41 b
de Lingua Romana Ciceronis ſententia 515.44
linteum 1847.22
lintres 1802.48
Lipara inſula 179.13 b
liptote 2122.62
lis æſtimata 79.37 b
lis uindiciarum 113.40 b & 132.28 b
litis conteſtatio 218.49
lites redimere 219.20
litare 1060.18
litem æſtimare 98.17 b & 655.18
litera 389.32 literæ 1023.15
literæ iudicatoriæ quæ 1743.23 & 1856.20
literæ, uirtutis ſemina 838.27 b
literarum obſignandarum ratio 282.9 b
literator. literatus. literatura 510.40.46.47 b
litigatoris uoce interdum uti oratorem 163.46

litigioſum 16.20
litigioſus 769.30 & 1361.52
litura 618.38
littus 549.47
Liuiæ leges 356.36 b
M. Liuius cur Salinator dictus 271.26 & 305.4 eius cędes 1721.48
Liuij locus 594.7 b
locus religioſus 718.43 & 732.24 & 742.22
locus communis quid, & unde dicatur 111.16 eius finis quis potiſſimum 111.24
loci cuiuſque natura ex ipſis fontibus cognoſcenda 1136.42
locuples & copioſus differunt 65.9 b
locuples teſtis 1035.19
locatio 470.53
[illegible] 326.30
[illegible] 838.21 b
loquentia ab eloquentia differt 296.50 b
loqui, dicere & commemorare, quomodo differant 52.3
lubricum 1403.20
lubrica res 474.30 b
lubricus homo 474.31 b
lubricus locus 474.19 b & 361.29 b
lucere 291.12 b
Luceres, tribus 101.24 b
Luceria op. 688.54
Lucius Naſidius 639.27 b
in Lucro ponere 1034.53
luctus 553.29 b luctus triſtis 1432.58
Lucullea feſta à Cyzicenis inſtituta 273.16
Lucullus præconis uoce cur reuocatus 277.25
L. Lucullus primus imperator appellatus 802.24 b
Lucullus Tigranocerta potitus 275.27
Luculli a ductum Tigrani nuncians in crucē actus 275.6
L. Luculli dictū 267.42 b
Luculli militū paucitas à Tigrane deriſa 275.24
Luculli felix pugna 320.7 proſpera in Pontum expeditio 505.29 ſpolia in perſequēdo Mithridate 274.57
Luculli uictoria 265.54
lucus 742.23 & 1811.4
luci 702.10 b
ludi 1465.16 & 779.7 & 1042.2 Apollinares 444.43 b magni 78.36 b 489.13 b plebeij 78.49 b Romani 78.35 b & 489.13 b & 495.23 b & 555.42 b Victoriæ 78.48 b uotiui 78.33 b
ludos facere 779.11
lupercal 645.11 b & 1476.45 lupercalia feſta 494.28 b & 571.3 b
luperci nudi 509.8 b & 571.20 b & 1452.56
lupi Martiales 606.9 b
lurcocinium 539.56 b
luſtra 459.50 b & 1457.16 & 1488.45
luſtra mala quæ Horatio 496.20 b
luſtrari 496.27 b
luſtratus quid Grammaticis 496.21 b
luteus homo 183.32 b
luxuria 126.54 & 138.6 à licentia quid differat 88.25
ubi luxuria, ibi & ſaltatio 761.17
luxuries 33.26
lux pro ſpiritu & anima 337.10 b
lucis uſura 1097.28
lychnus 1498.45
Lyciorum deſperatio 675.12 b
Lyctij 873.60
Lycurgi diſciplina ab Achæis ſublata 799.1 & 989.36 lex de dote 343.15
Lydia 1047.10
Lyeus 1044.48
lyſidicus 687.8 b & 690.29 b

M

MAcedonum cum Romanis bella 394.20 b
macherarij gladiatores 596.6 b
machina 134.24 b & 930.51 b
machinari 962.34 b
machinator 281.4 b
mactare uictimas 231.28 b
mactari 231.20 b & 250.30 b & 970.15 b
mactus 231.12 b
maculæ pro ignominia & infamia 840.50 b
maculoſum 477.25 b
Mæotis 932.7 b
magiſtrare 497.17
magiſtratus 497.2 & ibid.41 & 517.14 & 1404.8 qualis eſſe debeat 499.28
magiſtratus Romæ nullus perpetuus poſt reges expulſos 924.13 b
magiſtratus uitioſus 620.3 b & 508.58 b
magiſtratus apud Rom. petendi ratio 617.14 b
magiſtratum capere 296.25 & 657.27
magiſtratum gerere qui bus licitum 234.58
magiſtratum tribus rebus declarari 744.40
magiſtratus duplices Romæ 329.5
magiſtratuum ordo gerendorum apud Ro. 29.41 b
magiſtratuum duo gradus 1428.19
magiſtratus omnes binis comitijs fieri ſolitos 921.17 b
magiſtri & præcones quomodo differant 72.18
magiſtri ludi qui 278.20
magiſtri unde dicti 497.40
magni dij 404.38 b
magni ludi 78.36 b
maieſtas 92.49 b & 647.28 & 729.28 & 1533.10 & 1576.61
malè audire 162.59
malè parta, malè dilabi 505.37 b
maledicere 2129.12
maledictio 240.25 & 341.48 b
maledictum 115.15 male dicta 630.16
maleficium 280.23 b maleficia 825.44 b
maleuolentia 219.12
malitia 96.14 & 683.54
P. Malleoli ſupplicium 146.15
malleoli 234.13 b & 152.23 b & 472.7 b 1640.53 & 1729.23
maluim interiectio 411.46 b & 427.45 b
Mamertini pop. 1537.37 & 1582.17
manare 317.5 b
manceps 132.38 & 188.16 & 542.37 & 34.10 b & 133.60 b mancipes 174.56 & 169.14 & 1868.31 & 8.17 b & 40.26 b
mancipi 755.12 mancipi res 806.24
Mancini Attilij triſte ſpectaculum 303.52
C. Mancini cum Numātinis pax 400.54
mancipatio 132.29 quomodo fieri ſolita 572.38 & 812.45
mancipatio fiduciaria 362.36
mancipatum 58.14 b
mancipio dare 44
mancipium 493.49 b & 545.38
mancipij 851.40
mancipij iure qui ſerui dicantur 392.2
mandare 1804.50
mādare alicui magiſtratum 798.5
mandare ſe fugæ 227.43 b
mandatarius 201.28
mandatum 201.6 & 370.40
mandatum gratuitum 341.48
mandati contractio 362.23
mandati iudicium ſummæ exiſtimationis 214.56
mandati obligatio 156.47
manere in conditione 86.18 b
manes 349.37 b
manicatæ tunicę 264.40 b & 276.55 b
manicatis tunicis Romę uti indecorū 264.24 b
manifeſtò, manifeſtè 118.42 b
C. Manilij leges 783.12 & 88.21 & 1722.51
manipulus 2029.55
Manlius Capitolinus de Tarpeio ſaxo pręcipitatus 419.52 b
M. Manlij interitus 444.16 b & 454.20 b
manubiæ 116.48 b 117.10 b & 118.8 & 134.62 b & 155.47 & 707.8 & 932.40 b 899.16 b & 1126.20 & 1140.7 &

& 1287.54
manus 282.23 b & 914.19 b
manum facere 376.44 & 498.31
in Manu eſſe 956.40
manus conſerere 848.40 tendere 326.3 b
manuleatæ tunicæ 276.35 b
manumittendi ſeruos quis modus apud Rom. 746.26
manupretium 115.61 b
M. Marcellus 796.46 b
Marcellus Ceruinus Cardinalis 748.43 b
Marcelli monimentum 242.9
Marcelli tres 374.11 b
mare ſuperum, inferum 2031.57
Marius iunior 703.56 b
Marius popularis 286.22 b
Marius triumphali ueſte indutus in ſenatum cur uenerit 294.43
Marij præclara facinora 288.1 triumphus 310.47 b interitus 387.51 b
Marrucini pop. 639.24 b
Marliani locus 199.47
Mars communis cur dicatur 1681.40 & 1884.43
Mars deus cædis 613.19 b
ἀμηχανὲς 606.11 b
Marſicum bellum 659.11 b
Martiæ idus parricidium cur nominatæ 499.55 b
Martiales 605.10 b Martiales lupi 606.9 b
Maſſicus Cãpaniæ mons 936.49 b
Maſſilia ciuit. 1046.11 & 484.57 b & 978.21 b in triumphi Cæſaris pompa portata 484.50 b
materfamiliâs 828. b
matres cur filios ardentius ament 604.21
materiæ nomine quid ſignificetur 1802.31
materiarij 1802.58
in Matrimonium ducere 659.13
matrona 1480.37
maturitas 971.51 b
Mauritania 348.53 b & 1085.16
μηχανὴ. μηχανάομαι 900.58 b
Mecœnatis turpiſſimum uotum 595.46 b
mecum eſſe 380.7 b mecum facere 394.12
Medea quomodo patrem retardarit 306.40
Medeæ crudelitas 321.23 ſcelera 274.36
μηδὲν ἄγαν 871.4
Media Caſſia 693.41 b
medicina 71.4 b
in Medio ponere 56.39 b
medius fidius 69.22 & 1405.11
melancholicos ingenioſos eſſe 1110.44
Sp. Melij cædes 219.17 b & 464.52 b & 533.42 b
membrum 163.b & 169.19 b
membra quibus exordia cõſtituantur, quæ 1168.1
meminiſſe & memorari quid differant 310.36 b
C. Memmius 252.14
Memmia lex 170.29
memoria à commemoratione quid differat 358.18 b
ex Memoria exponere 294.37 b
μέμψασθαι 591.31 b
mendacium 98.20
mendicus 270.54 b 614.33 b
Menia columna 617.45
mens 244.21 b ab animo quid differat 358.11 b & 1110.57
menſarij unde dicti 571.55 & 982.33 & 1036.51
menſtruum 212.6
mentio minus quàm ſuſpicio 56.4 b
mercenarius. mercenarij 236.12 & 675.11
merces 197.36 b
meretrix 488.1 b & 579.47 b & 535.34 b
μερισμὸς 62.48
meritorius. meritorij 487.56 b & 579.46 b
meritum à debito quid differat 649.6 b
Meſſala 164.15
M. Meſſala Niger 1078.54
metallarij cerebroſi 536.45 b
μετανοεῖν. Μετάνοια 240.1 b & 546.32 b
metaphoris prudenter utendum 1406.5
metari 679.56 b
metata caſtra 685.60 b
metator. metatores 722.35 b & 1579.49
Metellus Creticus 798.58 & 979.3 Dalmaticus 116.47 b Nepos 802.10 Numidicus dictus 1141.38
Metelli tres 77.12 b in Verris cauſa 164.11
metuere & uereri quomodo differant 88.7
metus 510.32 & 698.38 & 2116.10
metus malus diuturnitatis cuſtos 573.4 b
Mileſia lana 129.61 b
militaris rei ſcientia cur nirrutum ſumma 814.52
militaris uia 696.2 b
militia legitima 660.10 b
militiæ tria genera 231.231.1.b & 660.7 b
militiæ uacatio 228.16
militiam quæ ætas Ro. finierit 198.37
mille. milia 489.33 & 631.29 b
m'luius pons 987.30 b
in Milonem quæ aduerſarij maximè iactauerint 1653.39
mima 561.16 b
mimeſis 2057.43
mimus 228.24 & 1383.32 & 1415.1 & 1460.42 & 1496.53
mimi uiles habiti 358.36 b
minæ 379.56 b
minæ & formidines quo modo differant 69.21
miniarij 517.58 b
Minotaurus apud ueteres cur 10 legionibus uſurpatus 250.17 b
Minturnæ 926.30 b
Minutia porticus 482.57 b & 753.51 b
mirabile 580.54 b
myrmillo gladiator 803.10 b
Miſenum 492.23 b Antonij prædium 471.6 b promontoriũ 474.7 b
miſer 35.18 & 105.41 b & 260.44 b & 1434.24
miſer & miſerandus differunt 322.37 b
in Miſerabilibus quę ponantur 1214.18
miſeria 89.50
miſeria & luctus quomodo differant 341.21 b
miſericordia 320.30 b & 791.36
in Miſericordia mouenda quæ ſpectãda 1213.55
miſericordia qui facile tangantur 1214.3
miſſum facere, deferere, & differre, quando dicamur 68.56
mitella 1839.46
Mithridates 274.15 in Bithyola benignè exceptus 775.23
Mithridates quamdiu regnarit 776.9
Mithridates tribus bellis ingentibus cõſumptus 306.22
Mithridatis ad Tigranem fuga 265.51. apparatus 267.40 copię 322.48 claſſis 273.20 magna ſtrages 306.47. mors 776.42
Mithridatis bellum cum Rom. diuturnũ 897.22. b & 931.61 b
Mithridatis in Romanos crudelitas 267.8
Mithridatis inſomnium 838.56 ſæuitia 301.51 & 988.11 & 1840.41 ſtratagema 306.53 & 322.36
Mithridatica 776.41 Mithridatica bella 775.8 & 319.46
mitigare 379.23 b
mitella 1869.32
mittere iudices in conſilium 103.40 b
mittere uocem 970.26
Mitylenæ 705.39 & 928.8 b & 1840.48
moderatio quid à modeſtia differat 542.49 b
modi partes duæ 113.22

mœror 315.16 b & 678.20 b
mœſtitia & luctus quomodo differant 551.40 b
moles 297.5 b & 944.12 b
mollis etymon 374.58
momentum 830.59
momi reprehenſio 1839.45
monarchia 412.4 b
monedula auis furaciſſ. 1055.4
monſtrum 605.38 b & 1471.19
monumentum 668.59 b & 724.57 b & 729.26 b & 545.43 b
mora periculoſa 393.27 b
morbus capitalis 615.51 b ſonticus 770.17
mors 1822.42 ærumnarum requies 602.43 miſeriarum finis 467.5 b
mors & interitus quid à nece cædeq́ differãt 572.29 b
mors naturæ inimica 1229.54 naturæ pœna 686.28 b
mors quando oppetenda 326.49 b
mors uiolenta 422.57 b & 426.57 b & 415.53 b
mortis cauſa quæ uiro bono eſſe debeat 52.9
morti eſſe, à Cicerone uſurpatum 784.5 b
morte mulctare 117.21 b
mortui olim lanari & ungi ſoliti 1671.28
mus 359.12 & 437.17 & 619.9 b & 880.60 & 1557.40 & 1843.14
mos ab inſtituto quid differat 79.43
Moſis & duodecim tabularum leges in æs inciſę 465.33
Moſi leges lapideis tabulis inſcriptæ 284.60 b
mulcta 356.31 & 410.51 b & 570.8 & 733.9 & 1783.14
mulctam ſuſtinere 2095.14
mulctare 317.21 b
mulier unde dicta 391.33
mulieri cur cauſam agere prohibitum 245.56
mulieres perpetuò quondam in tutela 418.16 & 815.42 & 549.45
mulieres ſacra facturæ quibus ornabantur 1684.14
mulctare 746.17 & 2130.24
multitudo cõducta 438.46 b
Muluius pons 290.49 b
L. Mummius de Achæis triumphans, Achaicus cognominatus 632.4 b
Mundi partes 954.28 b
munerare 2087.22
munia 873.25
municipalis 561.6 b
municipes 441.29 b & 457.20 & 651.25 & 1244.59 & 1468.9 quid à colonis differant 457.26
municipium quid, & unde dictum 101.41 municipia 318.12 b & 911.5 b & 1061.43 & 1101.14 & 1507.45 & 1585.20
municipium à colonia differre 380.12 b
municipiorum duo genera 118.48
munus 365.59 b à dono quid differat 366.3 b
Murena quando conſulatum petierit 809.5
murex 271.19 b
muſica triplex 161.44
muſtellæ 542.2 b
muta loca 1791.35
mutare ciuitatẽ 1571.40
muti 1021.23
Mutia dies feſtus 140.5
Mutia prata 536.53
Q. Mutius furti reus 329.51 b
Mutij Sçęuolę cur appellati 536.41
Mutij unde dicti 537.10
Mylaſa ciuitas 614.23 b
mylaſis 635.17 b
myoparo 110.42 b
myrmillo 591.39 b Myrmillones gladiatores 595.58 b

N

N L literæ 103.32 b nę particula 458.41 b
Narbo Martius ciuitas 478.27 b & 466.45 b & 752.57 b
Nanię́ſis trib. 940.56 b
narratio 10.11 & 456.56 & 1173.21 & 1774.43 qualis eſſe debeat 344.52 & 371.43 & 1774.50 quando locum habeat 759.37 quouſq́ perducenda 1669.2 quid à probatione differat 2107.60 quomodo aperta fiat 603.19 quomodo probabilis fiat 1776.7
narratio à perſona incipienda 603.27
narratio breuis quæ 1666.13 credibilis quomodo fiat 1643.51 cum longior eſt quàm par ſit, quid agẽdum 455.33
narratio cur προκατασκευὴ dicatur 1173.25
narratio de quibus rebus fieri ſoleat 82.239
narratio dilucida quomodo fiat 343.45 & 1643.45
narratio quæ à nominãdi caſu incipit, apertior 1666.20 & 1775.5
narratio triplex 1177.36
narratio uerisimilis quomodo fiat 110.31
narrationis dilucidæ quid proprium 101.57
narrationis diuiſio. 1173.3 duo ſcopi 1775.9 officium 1173.22 principium 364.22
narrationis ſimplicitatem ad fidem faciendam ualere 343.55
narrationis uirtutes. 460.31 & 1643.33 & 1774.60
ad Narrationem cum tranſitus fit, quid oratori præſtandum 129.30
narrationem in deliberatiuum genus non incidere 301.11
ad Narrationem perplexam iudex præparandus 10.5
in Narratione longiori quid præſtandum 365.35 quomodo auditorum tædium uitandum 132.15
in Narratione quando aduerſariorum perſonę infamandæ 367.8
in Narratione quid maximè cauẽdum 1643.21
narrationum tres fines 1177.33
in Narrationibus quæ obſeruanda 1177.27
naſcendi conditio incerta 279.58 b
naſcor 324.50 b
natalis 1062.8
natalis diei celebratio 279.49 b
natalitia 497.49 b
natio quid 417.15 b & 424.12 b
nationem quãlibet ſua uitia uirtutesq́ habere. 816.46
natura 1782.49
natus abdomini ſuo 387.14 b
natura & fortuna quomodo differant 875.54
natura quæ occultauit, ab oculis remouenda 451.1
naturę lex 688.8 b ordo 476.53 b
naturalitas, ſiue neutralitas, quid Gallis 369.50
nauarchus 213.22 b
naufragia 713.21 b
nauſeare 454.10 b
nautea herba 482.53 b
ναυτιᾶν 494.31 b
ne longum ſit 292.49 b
Ne pilum ullum, prouerb 215.58
Neapolis 1475.25 & 1839.44
nebulo 477.35 b & 493.50 b & 121.21.
neceſſarium 450.13 b & 134.41 & 1776.55 neceſſaria 1159.8
neceſſarius 13.26 & 539.53 b & 1415.8 & 2021.42 & 448.59 b
neceſſitas quibus rebus fiat 448.60 b
neceſſitatem & amicitiã differre 449.1 b
neceſſitudo 48.62 b & 57.44. & 1413.31 et 2052.36
Necronitæ 900.52 b
nedum 946.27 b
nefandum 100.27 b
nefariè et impiè differunt

runt 119.16 b
nefarium 200.27 b
nefas 537.54 b
negligentia 201.12
negotium 462.51 per e ſcribendum 744.58 b
negotia explicata 645.20 b
Nemeſis 197.45
nemo, pro nullus 837.11 b
nemo uates in ſua patria acceptus, prouer. 1822.30
nepa ſerpens 852.16 b
nepos 19.48 & 38.55 & 272.34 b pro decoctore 852.32 b
nepotari 852.37 b
Neptunus 78.40 b
nequam 238.54 b & 479.17 b & 1469.54 nequam homo 508.6 b
nequitia 238.50 b & 506.27 b & 963.43 b
neſcio 319.2 b
nex 401.52
nexa 422.42 nexum 402.29 nexus 317.8 & 755.14 & 812.47 & 831.49
Nicomedes cur populũ Rom. hæredem fecerit 301.30
Nicomedis in integrum reſtitutio 266.20
Nigidius Figulus 859.60 b
Nilus 1939.30 eius incrementi ſignificatio. 928.52 b
nitt 1456.49
nobiles 1040.28
nobilium pertinacias 17.9
nocens reus 922.32
noctes contractiores quæ Ciceroni 1666.33
nocturnum furem iure occidendum 1557.52
νεῦμα 1228.46
nomen 764.44 b nomina 101.47 b & 154.17 b & 1479.50
nomen dare 514.22 b & 544.19 b deferri 208.25 b facere 57.29
nomen pro debitore 57.31
nomenclatores 619.25 b & 800.27 & 808.31 & 820.59 & 875.6
nomiculatores 269.2
νόμιμα 424.21 b
non habet ubi pedem ponat, prouerb. 2062.30
non nemo, pro aliquis 306.19 b
norma 830.50
nota 1467.39 notæ tres 625.54
notam inurere 966.16 b
notatio 110.20 eius uſus 565.31 b
nothus 130.15
nouæ tabulæ 261.20 b & 275.23 b
nouẽdiale ſacrum 1078.9
nouiſſimi dictione Cicero uſus, contra Gellium 218.10
nouitas 667.37 b
noui homines 215.44 b & 665.52 b & 667.35 & 35 b & 763.25
nouum 907.20 b
nox intempeſta 449.6 b
nox mater ſcelerum 240.7 b
noxę nomine quid intelligendũ ueniat 144.29
nubere 470.56 & 745.15
Nuceria 1572.14
nudiuſtertius decimus 619.41 b
Numantia ciuitas 605.9 b
numaria lex 131.45 b
numarij iudices 256.50
numen 731.46 & 1808.51
in Numerato habere 459.52
Numicia porticus 482.55 b
Numitorius Fregellanus 595.2 b
nummatio 581.46 b
nummus 197.52 b & 474.13
numo addicere, prouerb. 568.16
nunc pro nam 274.45 b
nuncupare 587.19 b
nuncupata uota 592.52 b & 620.59 b
nundinæ 414.32 b & 467.13 b & 973.39
nundinatio 583.47 b & 898.21 b
nuptiæ inter quos prohibitæ 603.52
nuptiæ innuptæ quæ 711.6 b
nutriculæ 690.6 b
nutus 375.58
nymphæ 1801.35
Nympharum templum à Clodio incenſum 1691.35

O

O Particula 208.41 b
O domus antiqua, &c. prouerb. 495.15 b
in O deſinentia 839.55 b
obducere 558.8 b & 722.13
obdureſcere 495.12 b & 580.40 b
obire uadimonium 256.18 b
obita mors 670.8 b
obligatus à diſtrictus in quo differat 76.47 b
obliguirire 259.41 b & 977.36 b
obloqui 630.24
obnunciare 340.12 b & 418.57 b
obnunciatio augurum 417.49 b & 480.19 b
obrogare 438.56 b obrogari legi 417.4 b & 735.10 b
obrepere 377.45 b & 1408.26
obſcœni etymon 245.4:.
obſcuritatis in oratione uitium 913.30 b
obſeruare 80.26 b
obſeruantia 96.33
obſes 525.21. & 523.2 b
obſides qui 315.22 b & 319.15 b & 642.2
obſidere 572.38 b
obſignatoris officium 62.58 b obſignatores 617.12
obſiſtentia 2008.32
obſoleſcere 243.46.49 obſolere 289.46 & 488.5 b & 1486.18
obſonium 1488
obſtrepi 1932.27
obteſtatio 1511.21
obteſtari 914.45
obtinere 551.24 b
obtinere & retinere quomodo differant 83.3
obtingere 303.23 b & 314.19 b
obturbatores 41.10 b
obuallare 907.38 b
occaſio 111.4 & 114.24 & 907.57 b à facultate quid differat 1784.20
ad Occidionem occidi 725.35 b
occupatio 277.5. & 735.44 & 866.56
occuſatio 1735.45
oceanus 524.57
ocioſum 325.38 b ocioſus 309.43 b & 1935.35
ocium 325.39 b & 918.1 b
ocium conſumere 224.33
Octauius 703.2 b Cæſaris filius adoptiuus 441.46 b eiuſdem concubinus 587.47 b & 601.29 b
oculi animi indices 652.43 b
oculorum indicia 177.15 b
oderint, dum metuant. 429.25 b & 444.26 b
odij conciliatio 161.59
odium capitale 615.50 b Vatinianũ, prouerb. 556.54 b
odorandi metaphora 936.6 b
offenſius 673.32
officina 161.50 & 550.51 b à taberna quid differat 407.10 b & 156.45 b & 509.18 b
officium quid, & unde deducatur 137.21 & 871.34
officia & ſtudia quomodo differant 912.17
officiorum gradus 602.30
οἰκεῖν 424.59 b
οἴχεται 392.11 b
οἴμοι 837.61 b
οἰνοποιΐα 496.11 b
olea Mineruæ ſacra 371.27
olfaciendi metaphora 6 6.31 & 899.1 b
oligarchia 452.4 b
Olympena op. 896.5
Olympia uincere quanti apud Græcos habitũ 780.53
olympionices 979.17
omen 944.53 b prærogatiuum 778.12
omittere, intermittere & remittere, quomodo differant 646.15 b
omnis, particula diſtributiua 402.20
onerare commoditatibus 745.45 b laudibus 745.42 b præceptis 745.44 b promiſſis 745.45 b
opera honoraria 448.52
operæ

Operæ precium 155.38
operam perdere, prouerblum 846.12
operę pro operarijs 309.25 b
operæ ſuccifiuę 491.24 b
operire domum 770.32 b oſtiū. ibid. portam 770.52 b
opes 48.34 & 1024.5 fortunæ ſubiectæ 566.10
opes pro præſidijs 453.42 b
opinari 934.46
opifices 974.31
opinio 1847.37 à ſpe quid differat 1857.24
opinio ad præteritum, expectatio ad futurum 30.15 b
opinionē dupliciter falli 792.10
oportet & licet quomodo differant 608.53 & 1561.60 & 1799.26
oppilare 465.24 b
oppilatus 498.47 b
opponere 558.7 b
oppoſitio 434.33 eiuſdē tres partes 1189.55
Ops dea 404.37 b & 413.27 b & 442.33 b
per Opem cur ueteres terrā ſignificare uoluerint 127.40
optare pro imprecari 388.52 b
optima tempora quæ 69.58 b
optimates 318.58 b
optimo iure quæ ſint 617.7 b
oræ 1051.58
oratio 1257.19 cur inuenta 47.6 quæ multum dignitatis poſſideat 438.44 quibus maximè nitatur 1942.12
orationis breuitas 601.5
orationis compoſitio quibus modis fiat 1961.37
orationis diuiſio 54.16 genera 822.37 & 1169.34 & 822.17
orationis principia qualia eſſe debeant 450.6
in Oratione quæ potiſſimùm obſeruanda 2099.53
in omni Oratione tria præſtanda 2114.53
orationes ornatiſſimæ quæ 515.14
orationes præmeditatæ iudicibus cur ſuſpectę 1650.46
orationes queribundæ quomodo efferendæ 607.5
orationum genera apud oratores duo 59.54 b
orator 256.31 & 598.30 & 754.41
orator ex quibus locis comparationem inſtituat 1951.47
orator optimus quis 50.36 qualis eſſe debeat 539.35 b
orator quibus rebus fidem faciat 539.52 b
oratoris eſſe cùm docere, tū delectare 430.4 item diluere crimina 105.26
oratoris & dialectici diſcrimen 301.60
oratoris officium 1946.35 ornamenta 465.49 partes quæ 431.20
oratori quid proprium 147.58
in Oratore bono ſpectāda tria 60.7 b item tria uim maximā habere 124.45
oratores à Græcis quomodo dicti 554.3 b
oratores à nominandi caſu narrationem incipere 2053.16
oratores grammaticis præceptis non eſſe aſtrictos 649.35 b
oratores loco propoſitionum quid uſurpēt 547.55 b
oratores quando epiphonemate utantur 2055.38
oratoribus certum perorandi tempus præſtitutum 17.51
orbita 117.1 b
orcheſtra 662.8
ordo naturalis 476.53 b
ordinarium imperium 690.45 b
ordini inſidiari 73.14 b
ordinem ducere 415.34 b
extra Ordinem quærere 1662.5
Oricum 684.1 b
ornare Threcidicis 640.32 b
ornatè & copioſè quomodo differant 520.30
ornatus 549.50
ornatiſſimus quis propriè dicatur 195.22
oſcitatio & ſingultus quomodo differant 1727.58
oſtentum 605.40 b
ὄργανον 973.53
oſtrum 271.19 b
oſtium Tyberinū 282.13
Othonij cōtumelioſe à populo exceptus 778.49
Otriculana 1797.25 tribus 940.34 b
Ouidij locus 247.56 b & 485.40 b & 309.31 b & 555.48 b

P

PAcata natio quæ dicatur 297.38 pacatæ gentes quę 1265.15
pactio 381.40 & 415.8 & 517.40 & 1565.36 & 1573.8
pactum & conuentum quomodo differant 415.51
pactorum duo genera 582.43. & 518.40
πάγος 613.18 b
Palladium 683.26 b
palliata eloquentia 615.28 b palliatæ comœdiæ 595.1 b
pallium 572.61 b & 615.28 b
palmaris 632.20 b
paludamenta 590.52 b
paludatus 590.55 b
Pamphylia 285.19
pane nihil ſuauius Ptolomęo uiſum 142.50
Panſæ interitus 724.8 b
Paphus inſula & ciuitàs 491.60 b & 468.5 b & 529.56 b
Papia lex 1143.9
πάπυρος 595.3 b
Papyria lex 897.9 b & 931.47 b
parabola 772.24
παρασιωπητικόν 483.23
παράδοξον 380.56 b & 2000.40 & 869.57
παράδοξον ἄδοξον 1259.8
paradoxa ab Horatio irriſa 870.8
paragramma 578.10 b
paralipſis 1022.7 paralepſis 1689.47
παρώνυμος 504.19
paratus exercitus quando dicatur 645.54 b
Parcarum æs 788.29
parcere 303.13 b & 313.60 b
parcere auribus 94.15
παρένθεσις 104.1 eius uſus ibid. 9
παρήχησις 1872.15
parentalia 410.58 b & 423.15 b & 427.41 b & 436.29 b & 708.47 b
parentare 410.59 b & 427.40 b & 1060.28 & 708.47 b & 717.53 b & 1001.38
parentes 410.60 b cur chari habeantur 2034.61
parentum mores plerunque relucere in filijs. 669.35 b
πάρεργον 491.25 b
párere 490.4 b
pariendi tempus hominis multiplex 616.17
parma 720.20 b
parodicon 458.12 b
paronomaſia 250.17 b & 836.5
παρομοίωσις 840.20 b
parricida 232.39 b & 491.16 b & 614.7 & 971.11 b & 272.23 b
parricidæ inquietus animus 111.54
parricidarum pœna quę ueteribus 104.22 & 146.6 & 190.8
pars 832.42
parſimonia 263.5 b & 276.34 b à ueteribus culta 25.52
participia quando in nomina tranſeant 1056.42
particularia audientium animos acerrimè irritare 504.9
partitio 644.13 quid à diuiſione differat 104.56
partitionis duo genera 1560.30
parturire 490.4 b
partus 751.35 b pro parato 505.56 b
paſcua 896.2 b
Patauium 694.55 b
patefacere 1490.12
Pater patratus 421.59 & 566.49
patres conſcripti 404.12 b & 440.43 b & 447.4 b

Patres

patres quando autores fieri dicebantur 1375.20
patientia 249.17 b & 2013.48 & 2062.55
patres conſcripti 945.12 b
pro Patria mori glorioſum 282.5
patrij dij 119.39 b
pátricij 402.19 & 762.21 & 1077.51
patricij magiſtratus 921.35 b
patriciorum calcei quales 706.37 b
patrimonium 2058.18
patriũ & paternũ differre 2415.28
patronus 8.9 & 525.4 b
patronus, aduocatus, procurator & cognitor quomodo differãt 4.20 b & 463.28
patronus quando cauſæ deeſſe dicatur 624.22
patrueles 534.33 b & 1494.12
Paulus Macedonum gaza poritus 297.43
L.Pauli filij 799.18
pax, cõcordia & compoſitio quomodo differant 546.33 b
pax & otium quomodo differant 498.27
peccatum capitale 615.49 b
pecuarius 91.41 & 1078.39 & 2090.42 & 2127.56
pecuarius canis 2090.57
pecuarium unde 10.47
peculari 742.40
peculator 73.4 b & 718.58
peculatus 83.11 b & 120.35 b & 718.36 & 779.54 & 982.12
peculium 472.13 quibus permiſſum 472.9 unde dictũ 472.16
pecunia 896.2 b & 1804.7 neruus belli 255.16 b & 612.34 b
pecuniæ obedire omnia 25.11
pecuniæ ſignificatio ad quæ referatur 125.57 & 363.49 b
pecuniæ cupiditas fugienda 419.3 b
pecuniæ uis 84.2 b
pecuniã redigere 1871.60
pecunia ludere, olim uetitum 473.37 b
pedem conferre 2388.39
pedem ubi ponat nõ habet, prouerb. 391.16
pedetentim 86.42 b
pegas ſidus 98.6
Pegaſus 32.38 & 98.9
pegaſi ὑαγλυμμάτ tabella rij 98.10
peierare 840.15 b
Pelion 1473.47
pellex 605.18 & 832.18 b & 997.20
pellicum pœna 605.25
penates 133.50 & 326.9 b & 109.6
pendere pœnas 485.48 b & 494.57 b tributa 485.47 b
penſionis etymon 222.61
penteris cur annus magnus 2016.30
penula 1793.8
penus 133.52 & 619.26 b
percellere 1265.4
perculſus 254.20 b & 270.4 b
percunctatio & interrogatio differũt 236.40 b
percurrere 1582.11
percuſſor 367.20 b
percuſſus 270.4 b
perdere & amittere quomodo differant 560.18 b
perditi qui Ciceroni 229.44 b
perditum 585.56 b
perductores 104.37 b & 212.23 b
perduellio 716.55 & 729.26 & 1783.20
peregrinari 1724.49
peregrinus 1077.16
peregrini officium 727.48 & 1670.9
perendie 771.26
perendinus dies 816.8
perfuga 118.61
perfugium 303.4 b & 956.43
perfundere 196.22
Perga opp. 206.59 b Pergæ 1050.30 & 127.50 b
pergere 928.57
pergræcari 1059.6
περί 476.1 b
periculoſum 648.50 b
periculum imminẽs cur metum incutiat 51.30
periculum maximũ & diſcrimen extremũ quomodo diff. 645.17 b
perindè & quaſi, particulæ 388.19
periodus 435.56 & 1506.56 qualis eſſe debeat 1858.58 & quibus cõſtare 48.47
periodorũ diuiſio 1859.46
peripetaſmata 476.3 b
periſtroma 476.1 b & 564.30 b periſtromata 506.15 b
permittere & committere quomodo differant 673.40
pernicies 223.20 b
peroratio 33.11 eius duæ partes 87.30 & 2825.22 officiũ 1208.29
peroratio accuſatori potius quàm reo neceſſaria 205.32
ante Perorationẽ quid præſtandum 1584.46
perorationũ fines 1208.15
perpendiculum 115.8 b & 133.18 b
perpetuare 1086.52
perpetuum & ſempiternum differre 448.17 b
perſequi 491.39 b
Periſij locus 852.24 b
perſona 463.22 & 832.43 & 990.18 & 930.44 b
perſonæ attributa quæ 462.24 & 2173.54
perſonæ metaphora unde ducta 631.60 b
perſpicuitas 153.32 eius duo genera 1277.41
perſpicuitatem præſtare narrationum uirtutibus 457.9
perſuadendi uim tribus ineſſe rebus 99.54
peruerſum 1873.23 & 922.25 b
peſtiferum 1256.37
peſtis 225.20 b
petere 895.31. b & 965.47 b
petere caput 223.36 b curſus 929.25 b & famam 223.35 b fortunas alicuius 223.36 b hominem ibid. b honorem 223.35 b iugulum 223.36 b & 243.39 b remiſsionẽ 364.46 b rempub. 223.37 b
petere quãdo in malam partem dicatur 757.16
petere & rogare quomodo differant 568.31 b
petitionem comparare 576.26 b
in Petitione quæ obſeruanda 2035.12
petitiones 244.38 b
petitiones cõijcere quomodo dicatur 223.36 b
petitor & accuſator quomodo differãt 220.32
petulantia 267.13 b & 593.19 b 817.61 b
Phalaris tyrannus 120.7 b & 587.41 b
phantaſia 1694.15 & 1805.20
Pharſalia 2036.42
Phiditia 798.43
Philippica ſecunda Ciceroni mortis cauſa 396.6 b & 456.15 b eiuſdem præſtantia 495.44 b & 537.20 b
Philippicæ unde dictæ 445.47 b etiam Antonianę appellatę 396.4 b
in Philippicis Cicero Demoſthenem imitatus. 445.45 b
Philippi Macedonis apophthegma 255.17 b
Philippi Macedonis dictum 84.2 b & 267 i
φιλοχρήματοι reprehenſi 429.6 b
Philodemus Epicureus 375.22 b
Philoſophiæ laus 392.38 b
philoſophi Deũ negantes qui 1695.32
philoſophorũ diſceptatio de rerũ origine 1464.43
Phormion 487.52 paraſitus ibid.56. philoſophus ibid. 57
φέρε 427.18 b
Phrygem plagis emendari, prouerb. 990.2
Phrygum natio ſeruilis 1035.3
φυλακή 592.50 b
Picenum 215.40 b Picenus ager 270.49 b
pietas 212.25 & 248.40 b & 687.21 & 721.20
pignorari 729.34 b
pignus 713.53 b & 714.9 b pignora 319.13 b
pigritia quomodo à Stoicis definiatur 757.41
pqiſimus 712.23 b
pileus libertatis ſignum 250.11 b
pipa 190.45 b
piratarum audacia 324.54 iniuriæ 324.12

maxima in potentia mari 324.46
Cn. Piſo Ciceronis gener 313.25 b
L. Piſo Cæſaris gener 441. 42 b Ciceronis inimicus 840.38 b in Hiſpania occiſus 501. 15
Piſo Frugi 377.50 b
L. Piſonem legem de pecunijs repetundis primum tuliſſe 18.53 b
Piſones, Calpurnij dicti 501.30
Pittacus Mitylenęus 591. 43 b
Placentia municipium 371.21 b
plagam inijcere 865.17
plagiarius. plagiarij 732. 55. & 742.56
plantæ & plantaria differunt 233.26 b
plantarium 277.7 b
planus 635.34
Plaſis 2008.10
Plato ab Aegyptijs ſacerdotib. ſanatus 195.20
Plato quales ciues in republica requirat 31. 8
Platonis locus 779.48 b
Plauſus 2093.53
Plauti feſtiua ſententia 780.12
Plauti locus 250.15 b & 506.57 b.
plebeij ludi 78.49 b
plenum à referto quid differat 652.55 b
plenum & uberius quomodo differant 539. 22 b
πλάνη 450.49 & 604. 18 b & 1493.10
Plotia lex 1461.47
Plutarchi ænigma 960. 30 b lapſus 361. 22 b eiuſdem locus 840.43
pœna 363.33 b
pœna æſtimata 614.50 b publicorum iudiciorum 367.57 b
pœnæ militares 94.8 b
pœnitere, pro pudere 419.60 b
Pœtarum in ſcribendo licentia 107.35
Poggius repertor orationũ pro Roſcio & Murenianæ 122.15
Polemo Athenienſis 273 61 b
Polites fugiendo cæditur 282.10
polit là 740.46
Pollentia 687.4 b
polliceri & promittere differũt 622.22 & 1830 39
polluere 733.24
polluti qui Romanis habiti 235.37
polluta familia 1657.7
πολυπράγμων 1030.10
Cn. Pompeius 696.13 b à pueritia militiæ deditus 323.25 quibus uirtutibus imbutus 275. 24 belli piratici confector 280.44
Cn. Pompeij perorandi lex 18.24 eiuſdem obtruncatio 287.42
Qu. Pompeius 696.11 b
Pompeius ab exercitu magnus ſalutatus 311. 25 & cur 616.53 b & 932. 28 b adhuc quæſtor aduerſus Sertoriũ miſſus 296.7 ante ætatem conſul factus 329.7
Pompeius eques bis triumphauit 296.43
Pompeius Hieroſolymã Romanis tributariã reddit 1048.42
Pompeius innumerabilium pugnarum uictor 776.12
Põpeius Strabo 696. 9 b
Pompeius Syllæ diſcipulus à Sertorio dictus 278.54
Pompeij aſtus in capiendis Hieroſolymis 911.5
Pompeij cõtinentia 310. 25 mira celeritas in cõficiendo bello piratico 270. 11 & 304. 23 & 311. 29 egregia facinora 279. 2 pietas 283.53
Pompeij de Cicerone elogiũ 311.4 b & 461. 33 b & 497.14 b
Pompeij & Ciceronis amicitia 500.54 b
Pompeij laus 310.59 b & 311.17 triũphus 279.27
pondo 1049.3
ponere 599.14
ponere ante oculos 1930 44
pontificis electio qualis 923.20 b etymon 915. 61 b
pontus 1245.54
Popilius Ciceronis interfector 399.46 b
popilius Lænas ſcribendum 782.44.48 b
popina 381.61 b popinæ 270. 41 b 476.26 b & 493. 40 b & 506.42 b & 520.50 b & 593.18 b
popinatio 382.1 b & 306. 46 b
popiniones 382. 3 b & 476. 28 b popinones 506.44 b
populare 17.18 b & 2015. 25 & 1458.35 populare imperiũ 680.55 b
popularis 657.54 b & 903.7 b & 998.19 b
populares 318.57 b & 637.28 b & 733.30 & 744.17
populatio à uexatione quid differat 44.34 b
populus cur pro ciuium multitudine 828.10
populus in triginta curias à Romulo diuiſus 923.35 b
populus quando iubeat 277.24
populi diſtributio apud Romanos 828.8 in claſſes 481.32 b & 733. 59 & 1566.50
ad Populum ferre 227. 52 b
cum Populo agere 480. 17 b
Porcia Baſilica à M. Catone ædificata 796.20
Porcia lex 119.32 b & 203. 36 & 231.44 b & 743.4
πορφυρίς 494.32 b
porta prætoria 266.26 b
portentum quid, & unde dictum 105. 53 & 932.61 b
porticus unde appellata 1586.51
portitor 934.44 b
portorium 150. 15 b & 228.59 à quibus exigi ſolitum 1027.40
portus 943.22 b
poſſeſſio 505.27 & 619. 23 b & 602.57 b
poſſeſſio ab agro quid differat 505.42
poſſeſſionem tria ſignificare 437.37
de Poſſeſſione contendere 392.58
poſſidere 398. 45 & 437.46
Poſthumi 383.48
poſtliminium 1547.36
& 1572.22
poſtulare 477.8
poſtulare & flagitare quomodo differant 11.31
poſtulatio, gręcis ἀξίωσις 453.25 b
poſtulatio iniuriarum 454.36
potẽs pro diues 354.19 b
poteſtas 240.39 pro magiſtratu 209.35 b
potiri 261. 61 b & 275. 48 b
præceps 219.28 b & 619. 30 b
præceptoribus plus quã parentibus deberi 217.51
præcerpere 209.9 b
præclara 1255.34
præciſio 123.8
præco 10.31. & 924. 35 b
præconum officium 291. 17 b quęſtus ſordidus 34.25
præconium 1875.47
præda 899.15 b
præda & manubiæ quomodo differãt 155.43
prædator 276.14 b
prædes 113. 48 b & 508.15 b & 521.38 b 1812. 2 & 1546.11 pro rebus ſponſione obligatis 479.30 b
prædiatores 1535.7
prædiatorium ius 1835.6
prædicare 735.54 & 1556. 60 & 1539.31
prædicandi uerbum unde deducatur 950.19 b
præditus 165.12 & 1021.25
prædium 460.12.15 prædia 365 29
prædonum bellum quã diu durarit 280.60
prædæ in ærarium Ro. relatæ 297.36
præfectura 474.24 b & 1409.35. præfecturæ 725. 47 & 1380. 53 & 987.32 b
præfecturæ Italiæ 504. 19 b
pręfectus ſabrûm 797. 30
præfica 1698.14 & 1811.59
prægnans & grauidum quomodo differant 615.27
præire uoce 1653.40
præiudicatum 599.16
præiudicium 732. 14 & 1582.53 quid à iudicio diſtet 4.17 b

præluce-

prælucere 825.22 b &
837.34 b
præludere 720.22 b
Præneſte & Præneſtis
221.57 b & 1351.22 &
964.49 b
præoccupationē in exor
dijs locū habere 451.19
præparatio laudem quæ
mereatur 345.49
præpoſitiones uariè ab
oratoribus interdum
uſurpari 576.52 b
præpoſterum 1097.43
prærogare 1422.56
prærogatiua 77.15 b &
91.1 & 381.30 b &
481.14 b & 914.29
prærogatiuā ferre 1422.
47
præs 479.34 b
præſcribere 918.49 b
præſcribi quando res di
catur 619.2 b
præ ſe ferre 1582.60
præſertim 544.24 b
præſidere 616.11 b &
914.43 b
præſidium 468.45
præſtare 360.40 & 806.
24 & 1001.49 b
præſtigiæ 697.46 b &
1844.60
præſtigiator 697.46 b
præſtolor tibi & te 229.
48 b
præſtringere 699.53 b
præteriti 502.4 b
præteritio .6.60
prætexta 113.17 b &
270.24 b & 469.41
b & 554.54 b & 813.
59 & 956.5 b & 1141.
50 quibus magiſtra
tibus cōceſſa 352.13 b
prætextatus 469.40 b
& 492.10 b præte-
xtati 314.33 b &
838.13
prætor 105.6 b & 452.
23 & 559.35 b & 1036.
45 & 497.54 & 1586.1
prætoris inſignia 924.9
b officium. 65.27 b
poteſtas 924.6 b
prætori Rom. ſex licto-
res dati 309.17
prætores quibus modis
pecuniam in prouin-
cijs conficiant 975.18
prætorum imperiū 277.
33 in prouincijs le-
gati 979.10
prætorij 705.45 b
prætoria cohors 266.22
b familia 1326.22 præ
ta 266.26 b & 452.28
prætorium tabernaculū.
105.6 b
prętura 1421.48 & 1666.
37
præuaricari 643.23 &
1303.12 & 1452.19
præuaricatio 1475.52
præuaricatores 318.23 b
& 370.3 b & 384.
35 b & 515.33 b &
546.49 b & 627.53
præuaricatorem à patro
no differre 464.39 b
præuertere 1082.50
prandere Romanis in-
ſuetum 1795.16
precarium 559.55
precariò poſsidere 398.50
precius 1802.46
πρωϊδέαν 175.60 b
pridie 225.15 b & 642.
20 b
primarius 1037.42
primipilus 695.27 b
primipili centurio 1575.
33
primoribus labris degu
ſtare, prouerb. 1477.50
primùm, diuidendi par-
ticula 72.19
princeps 918.60 b &
1438.19
princeps ciuitatis pro ſe-
natore 447.43 b
princeps Senatus 70.20
b princeps ſenator.
543.59 b
principis officium 906.
15 b
principes à Deo gladiū
cur acceperint 1136.60
principum lapſus om-
nium grauiſs. 310.12
principiū quale eſſe de-
beat 2668.46
principiorum ratio quo
tuplex 1159.21
principijs obſtandum.
615.25 b
priuatim latinè dici 284.
29 b
priuatus 219.4 b &
663.61 b & 691.4 b
pro Pont. Max. 219.9 b
priuilegium 1164.39
πριαμαρίζειν 577.56 b
probabile bifariam acci
pi 68.37 b
probabile coniecturę lo
cus 144.5 b quomo
do diuidatur 113.26
probabilis narratio 117.8
49
probatio ἀνενδεικτική qui-
bus partibus abſolua
tur 1162.58
πρόβολος 787.42 b
probrum 62.25 & 69.1
pro ſtupro 509.26 b
προκατάστασις gemina
1173.29
procella 1494.1
proceritas 1483.41
proconſules 1500.46
procraſtinare 134.54 &
189.29
procraſtinatio 629.19 b
634.41 b
Procruſtes tyrannus
120.7 b
procurator 26.8 & 37
51 & 37.46 & 386.13
& 528.15 & 690.14 b
prodere peius quàm op
pugnare 74.6 b itē
plus quàm relinque-
re 414.58
prodigiū 105.56 & 605.
37 b
prodigia in æde Soſpitæ
805.22
prodigus 319.52 b
producere uerbi ſignifi-
cata 382.12 b
productores 382.13 b
proferre 450.49 b
profeſti dies 366.10 b
proficiſci 228.61 b
profiteri 485.9 & 613.
28 & 904.53 b &
919.11 b
apud magiſtratū 934.
19 b
profligandi uerbum un
de deducatur 137.27
profligata quæſtio 592.
44 b profligatæ res
84.48 b profliga-
tum 585.56 b
profligere 84.46 b
profugere qui dicantur.
274.51
profugus 1077.10
profundere 273.6 b pe
cuniam 632.8 animā
1893.20
prolatare 317.14 b
prolectare 1027.1
proletarij à capitecenſis
quid differant 568.40
prolixum 999.20
in Prologis Terentianis
cur nulla Terentij fiat
mentio 30.12
proluſio 24.15 b
promiſſa facere 450.55 b
promittere uadimoniū.
256.19 b
promontorium 1032.13
promulgare 414.30 b
& 911.31 b
promulgari leges quan
do dicantur 428.35 b
poſt Procemium quid a-
gendum 455.25
προοίμιον unde deriuetur
1016.38 quibus con-
ſtet 1017.14
properare & feſtinare
quomodo differant.
666.60 b
Propertij locus 486.54 b
προπετής 619.30 b
propinqui 21.48 b
Propontis 859.29
proporiio 1033.12
propoſitio prima proœ
mij pars 1167.3
propoſitione conſtituta
quid faciendū 1168.57
propugnare 380.59
propugnaculū 787.58 b
propudium 820.53 b
prorogare. prorogari.
567.28 b & 581.5 b
prorumpere 129.7
proſæ duo genera 825.28
προσωπεῖον 862.54
proſcribere 101.59 &
159.42 b & 263.15 b
& 618.61 b & 852.57
b & 993.48 proſcribi
1051.38
proſcriptio 1053.14
proſcriptionis lex à Syl-
la lata 172.46
proſcriptiones bonorū
263.16 b
proſcriptorum bona
188.17
proſcriptorum liberi in-
fortunium 189.19
πρόσθεσις 451.28
proſonomaſia 595.24 b
proſopopœia 507.21 b
& 1932.54 ea quo-
modo utendū 327.3 b
proſopopœiam duobus
fieri modis 1817.38
proſopopœiam ſæpe à
Donato mimeſim ap
pellari 2026.41
προθέσει 1160.26
προθυμία 605.36 b
προσυλλογισμὸς 1198.25
proteruitas 1478.44
prouidere 1889.19
prouincia 346.55 b &
575.15 b
prouincia urbana 346.
60 b
prouincia quando libe-
retur 575.60 b
prouinciæ præfectus
qualis eſſe debeat.
2053.11
prudens & ſciens quō-
 modō

modo differãt 1387.39
prudentia 294.43 b & 316.24 & 516.46 & 546.35 b
prudentia ab attentione quid differat 54.49
prudentiæ partes 326.16
pſallere 276.62 b
ψηφίσματα 452.60 b
pſephiſmata 973.18
Pſeudophilippus 773.55
pſimythion 184.55 b
Ptolemæus rex Aegypti 852.1 b cur pop. Rom. hæredem ſcripſerit 705.42
Ptolemæus Auletes quã diu regnarit 928.42 b à ſuis expulſus 918.18 b
Ptolemæi interitus 978.59
pubertas 751.38
pubes 728.10 & 751.28
publica quæ 368.3 b
publica iudicia 746.11
publicorum iudiciorum diuiſio 1574.16
publicani 792.33 & 931.5 b & 1014.30 & 1330.19 & 1381.56 & 1411.28
publicanorum ſocietas 544.30 b
publicare 1262.27 & 898.35 b publicari 318.37 b
Publicolæ 710.44 & 942.33 b
publicum iudicare 898.18 b
pudens 345.13 b
pudicitia 267.15 b & 1809.36
pudicus 267.11 b
pudor 267.11 b & 604.41 & 1413.34 & 1804.33 à pudicitia quid differat 544.5 b
puer 14.24 & 110.23 & 143.46 pueri 19.58 b
pueritia 19.61 b quibus annis perficiatur 385.46
pugil 1031.31
pugionis etymon 546.27 b
pugnis & calcibus, prouerb. 1089.25
pullarij 704.53 & 913.51.58 b
puluinaria 488.47 b & 515.27 b & 725.42 b
punctum 466.15 b 317.36 b
punctum temporis 548.57 b
pupillus 350.41 & 385.45 & 416.4 & 527.4
purpura 271.16 b & 1050.20 ab Hercule Tyrio inuenta 1050.24
purpura regiæ poteſtatis ſignum 321.16 b
puſio 1481.29
putei etymon 565.13 b
Puteoli 147.5 b & 1468.19 & 488.14 b & 1847.12
putum pro puro 267.11 b
pyrgus 473.30 b
Pyrrhus Epirotarũ rex 410.16 b & 441.61 b & 681.36 b
Pythagoras in Italia quã do fuerit 86.34
pyxis 1494.31

Q

QVadrans 1495.11 quadratæ acies 488.19 b
quadrigarium 788.50
quadrigarum certamina 868.12
quadriremis 106.44 b
quadruplatores 6.21 & 20.10 b & 53.22 b & 109.20 & 139.21 b
quærere & inquirere differunt 84.31 b
quæſitor 363.13 b & 1093.9 & 1410.10 & 77.6 b quæſitores 115.27
quæſitoris officium 87.16 b
quæſo 128.10
quæſtio quid 452.21 b & 565.21 & 936.36 & 1111.19 & 1779.5 & 1796.11 & 1716.13 & 4.0.51
quæſtio profligata 592.44 b
quæſtionis munus 925.25 b
quæſtionem ferre 1834.56 habere 679.5 b & 797.3
in Quæſtione ſtatus cõiecturalis, cauſam plurimum ualere 141.21
quæſtiones 121.1 b
quæſtiones optimæ quę 231.33
quæſtionum duo genera 414.9
quæſtor 56.21 b & 1022.27
quæſtores in prouincias cum prætoribus profiſciſoliti 11.31
quæſtores urbani 2034.33 eorundem officiũ 100.50 b
quæſtorũ genera 2066.27 officium 2034.31
quæſtus duplex 59.6
quæſtum facere 228.1
quæſtura 296.16 & 763.40
qualitatis diuiſio 538.55
quantũ pro quotquot 203.12 b
quaqueuerſus à primæ claſſis auctoribus nõ uſurpatum 786.12 b
quaſi 87.31 b
quaſi uerò 837.26 b
quaſillã 597.18 b quaſillum 760.18 b
queribundæ & interrogatoriç orationes qua les eſſe debeant 253.1
qui pro cui 160.38 b
qui pro quapropter 743.47 b
quid 624.26 b
quieſcere 260.10 b
Quintij cauſa priuatim habita 8.38 quando acta 7.61 & 9.53 & 10.9. item quibus Conſulibus acta 8.30
Quintij & Neuij proſcriptiones 54.26
Quirinus 270.2 b
Quirites 270.1 b & 400.15 & 563.26 & 606.59 b
quit & quid à ueteribus ſcriptum 745.14 b
quoad 2014.59
quondam præſentis, prę teriti, & futuri temporis 219.21 b
quoquouerſus in quibus rebus uſurpatum 786.4 b
quorum bona proſcribi ſolita 120.55 item uendi 203.44
quum & tum particularum uſus 289.3

R

RAbiei curatio 195.27
Ratio 399.30 & 1426.10 rationes 1028.20
rationes domeſticę olim à quouis aſſignatæ 469.20
rationum duæ partes 470.25
ratiocinari 493.7 b
ratiocinatio 106.25 & 649.19 b & 890.11 & 1439.18 & 176,.48 & 178.18
ratiocinatio coniecturalis conſtitutionis fundamentum 13.16
Ramuclis tribus 202.24 b
reatus 114.54 b
recens 346.42 b recens ab alicuius ætate 84.15 b
receptaculum 1031.20 & 787.52 b & 977.62
receptatores 978.9 & 1678.59
receptor. receptores generales 308.16 b & 2791..9
receptui canere 698.6 b & 700.47 b & 719.13 b
receſſus 1937.4
recipere & excipere differunt 1274.12
recitare de ſcripto 930.15 b
recognoſcere 86.7 b & 2:2.32 b
reconciliare 83.17 b
recordari 317.58 b
recreare. recreari 237.10.17 b
rectum ab honeſto quid differat 80.31
recuperatores 26.54 b & 65.,0 b & 172.29 b & 359.8 & 406.49 & 438.51 & 1023.48
reddere 1873.61
reddere rationẽ 469. b & 368.31
reddi 81.58
reddi & tradi quomodo differant 2051.6
redemptor 666.39 b & 669.59 b
redimere ab haſta 578.50 b
rediuia morbus 177.53 & 160.23 quomodo curetur 160.28
reducere 659.1 b
redundare 905.56 b
referre 382.32 b
referre ad ſenatum 2:7.51 b
referre alicui quid 396.36
referre gratiam, in malam partem uſurpatũ 838.35 b
referre in codicem 210.50
refigere 710.41 b
refragari 616.3 b et 690.

691.20 b
refrenare 911.9 b
refricare 393.58 b & 589.16 b & 593.12 b & 953.38 b & 1500.15
refugium non uſitatum Ciceroni 303.4 b
refutatio 1644.28
regia 1783.60
regiones 474.25 b
regium nomen Romanis inuiſum 701.13 & 405.45 b & 2092.51 & 2097.10
regnum 452.5 b & 572.16 b
reiectio 494.43 reiectio iudicum 74.45 b
reiecti iudices 100.16 b
reijcere iudices 85.2 b
reiectionis uſus 538.44 b
releuari nauis quãdo dicatur 257.8 b
religio 890.61 unde dicta 442.21 à cæremonia quid differat 1584.16 item à pietate 555.1 b
religionis diuiſio 443.3
religionis Romanæ ratio 340.30 b
religione exoluere quid 442.54
religione quando quis ſoluatur 567.32
religioſus locus 1693.7
religioſi dies 389.7 b
remiſsi homines 15.28 b
remittere 15.24 b & 450.2 b
Remoria 775.4 b
in Rempublicam ingredi quis dicatur 343.30 b
remp. Rom. omnes politiarum formas expertam eſſe 891.12 b
Remurinus ager 775.2 b
renunciare 1422.41 & 265.21 & 918.30 b
renunciatio 74.41 b
repentinum 1413.53
repetere 455.35
repeto & peto differunt 50.54 b
repetitio figura 218.46 b & 1956.29
repetitio quando uenuſtam faciat orationẽ. 1960.54
repetitio quomodo fiat 450.45
repetitionis diuiſio. 1059.54
repetundarum cauſa 128.35 b ſæpius acta 240.2
repetundarum lex 364.59 b
repoſitorium 475.50 b
repræſentari 490.2 b & 584.30 b
reprimere & cõprimere differre 232.51 b
reptitium 818.45 b
repudiandi metaphora 967.58 b
repudiare & abijcere differre 1405.4
repulſa turpis 582.2 b
reputare 2095.59
requiro & deſidero differunt 48.33 b
res mancipara 558.5 b
in Rem præſentem uenire 370.54
rem quærere 565.15
res & rationes quomodo differant 37.26
res iudicare 625.19 b
res uenales olim in tabula ſcriptæ 465.24
reſcindere 581.9 b
reſpondere quis dicatur 344.45 b
reſpublica quando ſtet. 574.11 b
reſpuere 1472.7
reſtinguere 1865.36
reſtituere uim factam. 377.40
reſtitui 694.43 b
rei attributa quę 462.27
rerum attributa 1173.58
rei familiaris conſeruatio 263.5 b
rei uendicatio 815.37
rerump. genera 452.3 b
retexere 491.48 b
retiarius 591.40 b retiarij 595.56 b
retiarius gladiator 601.10 b
retinere 390.40 & 541.14 & 581.25 b
reuiuiſcere 1806.13
reuocare 360.52 b
reus 492.10 & 922.31 & 1785.24 & 1402.44 cur dextra iudicum parte ſedere ſolitus 166.27
rei quid proprium 925.12 b
reum fieri 89.17 b
reo damnato, maiorum eius imagines clauſæ. 1096.42
reo cur plures horæ ad agendum datæ quàm accuſatori 600.2
rei qui 61.17
reorum ſqualor 609.41
rex 251.42 b
rex cur non prodignus dicendus 2127.31
regum unctio unde manarit 276.35
regibus Roma expulſis qui nam iudicarint. 747.48
rheda 474.6 b & 1668.5 & 1777.30 & 1794.3
rhedarius 1668.35
ῥήγνυσθαι 409.2 b
Rheglum municipium. 408.58 b
rhetor 553.61 b & 1038.8
rhetores quomodo perſonam confiderent. 1782.30
rhetorica quos locos habeat communes cum dialectica 1782.43
rhetorum duplex probatio 346.16
rio definentia uerba. 510.57 b
rixa unde deriuetur 367.20
robur 2064.58
rogandi uerba ſolennia quæ 399.46
rogare 562.16
rogare & orare differũt. 3.6 b & 14.52 b
rogatio 507.24 b & 1640.6
rogatio & ſortitio quomodo differant 1174.3
rogatio legũ fons 428.37 b
rogationes 477.11 b rogationes tribunitiæ. 350.17 b
Roma à Senonibus capta 234.46
Roma amiſſo imperio ſæpe capta 287.45
Roma in ueteri Hetruria 239.8 b
Roma urbs quomodo dicta 345.37 b
Romæ olim nihil ſine auſpicio geſtũ 233.53
Romam & urbem differre 369.28 b
Romana luxuria unde orta 760.20
Romani imperij fines. 925.39 b
Romanus pop. glorię cupidus 302.44
Romani ludi 78.35 b
Romani cur paribus equis in prœlijs uſi 788.29
Romani cur paucis agrorum iugeribus cõtenti 140.23
Romani duce Lucullo primùm Pontum ingreſsi 322.4
Romani quãdo togam uirilem ſumpſerint. 1469.25
Romani quãdo opes amare cœperint 140.47
Romani togati 379.59 b
Romanorum auaritia. 316.15
Romanorũ ciuium ſtrages 267.13
Romanorum cum Macedonibus bella 394.20 b
Romanorũ nono quoq; die in urbem conuentus 973.34
Romanis quid propriũ. 605.4 b
Romanos imperatores agriculturæ olim ſtudioſiſsimos fuiſſe 140.26
Rom. pellibus pro tentorijs uſos 799.35
Romanos ſignorum tabularumq; fuiſſe ſtudioſos 285.60
Romilia tribus 87.50 b & 940.37 b
Romulus 604.31 b cur ſuis ciuibus agriculturam & belligerandi artem conceſſerit 138.29
Romulus primus augur 354.11 b
Romuli in Capitolio ſignum 285.4 b
Romulũ in triginta curias pop. Rom. diuiſiſſe 797.51
Romulum tres equitum centurias conſcripſiſſe 797.48
Q. Roſcius hiſtrio 29.27 quãdo occiſus 187.60
Roſcij bona quanti uendita 160.33 à Chryſogono empta 188.19
Roſcij cauſa prima à Cicerone habita 8.36
L. Roſcij lex 469.48 b ſiue Roſcia lex 502.18 b & 530.5 b & 555.8 b
Roſcij liber de eloquentia & hiſtrionica 216.51
Roſcij opulentia 216.23
pro Roſcio orationem

quãdo Cicero habuerit. 2:0.49
S. Roſcij ſtudium in colendis agris 141.17
roſtra 291.48 & 298.54 & 1493.53 templum Romæ 355.19 b
roſtra poſtib. apud Romanos affixa 476.11 b
Rubicon flu. 629.5 b & 632.42 b & 614.32 b
ſuper Rubiconis ponte edictũ in marmore inciſum quale 629.11 b
rubra ſaxa 479.2 b
rudis fœmin. gen. 477.43 b & 493.56 b
rudem accipere, prouer. 532.37 b
rudera 2082.60
rudiæ 2120.35
rudium 2103.60
ruina 966.37 b ruinæ 1828.10
rumores ſine authore. 486.41
ruſticanus 1429.3
ruſticus 208.24
rupti 706.3 b
P. Rutilij exilium 241.24

S

SAbini 2064.45
ſacculatij equites. 531.12 b
ſacer homo 231.35 b
ſacra ascana prodere, capitale 846.41
ſacra priuata 349.32 b
ſacra uia Romæ cur dicta 1327.33
ſacræ res quæ iuriſconſultis 315.60
ſacramentum 400.39 & 564.49 & 1692.17 & 1731.8
ſacrarium 230.23 b & 803.41
ſacrilegus 351.50 b
ſacrificare à litare quid differat 1001.28
ſacroſanctum 261.34 b & 2531.9
ſaga 615.32 b & 619.28 b & 621.44 b & 634.7 b & 655.18 b & 662.33 b
ſagaria 621.48 b
ſagatus 615.33 b
ſagire 619.29 b
ſagmina 355.58 b
ſagminũm uſus 146.22
ſagula uirgata Gallos geſsiſſe 236.55 unde dicta 236.56
ſagum 213.56 b & 236.47 & 619.27 b & 634.43 b & 646.52 b & 661.38 b
Saguntus ciuitas 615.1 b
Salentini, Brutij, Italiæ pop. 205.55
ſalis uectigalia cur exigi ſolita 271.19
ſalina 321.14
ſalinę primùm ab Anco inſtitutæ 305.2
Salluſtius bis adulterij accuſatus 838.25 b
Salluſtij domus ubi 839.44 b
ſalſus 469.12 b & 554.4 b
ſalſa dicta 469.13 b
ſaltare 613.49 b
ſaltare indecorum Romæ habitum 265.27 b & 761.24
ſaltatiõis genera 265.44 b
ſaltus 31 10
ſalubre 772.39 ſalubria quæ 854.12
ſalum, mare cur dicatur. 397.59
ſalus 854 13
ſalutare 544.4 b
ſalutationis mos apud Rom. qualis fuerit. 543.28 b
Samaria 685.55 b Samarius 679.2 b
ſancire 519.36 b ſanciri 1048.15
ſanctiones 355.56 b
ſanctiſsimus 578.43 b
ſanctum 44.60 b & 60.4 & 83.59 b & 544 36 & 615.27 & 718.48 b & 1531.18 & 1862.22 unde deriuetur 315.57
ſanctus unde dictus 355.57 b & 519.35 b & 561.59 b & 1415.40
ſanguis 907.2 b & 929.61 b
ſanum 578.8 b
σαφήνεια quomodo ab Hermogene diuidatur 1856.60
ſapientis eſſe, cum licet, mutare propoſitum. 694.42 b
ſapientia 684.39 b
σαρκασμός 383.16 b
ſarcire 131.12 b
ſartè 131.10 b
ſartum tectum 1218.46
ſarta tecta 131.12 b
ſatiare mentem quid. 1682.48
ſatiſdare 38.10 & 92.40
ſatiſdare & accipere, relatiua 62.27
ſatiſdatio 96.4
ſatiſfacere 210.16 b & 471.15 b
Saturnalia quo die celebrari ſolita 282.3 b & 988.33 b
Saturni templum cur tabulariũ dictũ 1113.47
L. Saturninus à Mario interemptus 220.9 b
Saturnini audacia 556.24 b facinus 303.60 b
ſaxa 722.26 b
ſaxa Rubra 479.2 b & 494.6 b
ſcęuæ 536.55
Scęuolæ dictum 499.30
Scalæ Gemoniæ 448.20 b
Scantia ſylua 852.45 b
Scaphia 208.13 b
Scapulę interitus 12.22
ſcarlata 272.18 b
Scatinia lex 594.46 b & 597.55 b & 588.20 b
M. Scaurus 525.41 ſignorum multitudine clarus 310.34
ſcelerati cur non flent. 563.28
ſcelus 2027.10 & 2058.26
ſcena 862.53
ſcenici cur agere dicantur 216.45
ſcenici ſubligaculis uſi. 1687.52
σχήματα 830.35
ſchemata quæ in prolixiorem commatum colorumꝗ continuationem incidunt 1172.33
ſchola apud Romanos quid 9.56 b
ſcientia quid ab opinione differat 792.13
ſcientiã eſſe excolendam 140.14
ſcilicet particula 46:.14 b
Scipio Aphricanus Carthagine potitus 452.34 proconſul populi ſuffragio factus 777.22
P. Scipio Africanus minor 686.2 b Carthaginis euerſor 287.60
Scipio & Cato quando militare cœperint 278.43
Scipio exul perijt 287.37
Scipio Naſica 219.1 b
Scipio quo ætatis ſuæ anno occiſus 1665.34
Scipionis monumentũ. 1146.9 præclarè geſta 1219.38
P. Scipioni Aemyliano, Africa extra ſortẽ data 682.10 b
ſciſcere 424.24 b & 452.60 b & 1025.33
ſciſcere & iubere quomodo differant 973.24
σκυτάλη 554.8 b
ſcribæ 491.11 b & 924.32 b & 999.49 b
ſcribarum ordo 308.17 b
ſcrupuli metaphora 168.50
Sfortia clariſs. dux 193 18
ſcurræ 838.28
ſcuti etymon 379.35
ſcutis albis aut depictis qui uſi 379.36
Sebuſiani populi 31.15 eorundem ſitus & appellatio 97.58
ſeceſsio 2010.58 & 2048.37 à ſeditione quid differat 2059.49 & 1975.46
ſeceſsiões plebis tres Romæ factæ 761.60
ſecta 276.27 & 1486.23
ſectio unde dicatur 566.24 b
ſector 106.35 b ſectores 108.31 b & 277.5 & 468.8 b & 492.4 b & 517.6 b & 529.38 b & 352.44 b & 565.57 b & 685.24 b & 693.1 b & 1868.29 & 501.1 b
ſectorum nomen Iniuſtum apud Rom. 552.45 b
ſeculum 494.47 b
ſecures 1036.39
ſecutores gladiatores. 595.56 b
ſedentaria ars 390.34 b & 325.32 b
ſedere pro iudicare 552.6 b
ſed & ſet à ueteribus ſcriptum 745.13 b
ſeditio 1285.25 & 1465.45
ſeges 1781.59
ſella curulis 996.22 b
ſellularia ars 309.38 b & 325.32 b
ſellularij 309.33 b
ſemis in compoſitione. 369.2
ſemihora 731.68
ſeminarium 265.38 b & 277.6 b & 710.20 b & 980.35 b

ſemiuſtu-

ſemiuſtulatum 754.46 b
ſemiuſtum 573.38 b
ſempiternũ à perpetuo differre 448.18 b
Sempronia lex 231.46 b & 232.47 & 506.13 b & 668.48 & 1541.4
ſenatori quæ mulcta indicta 427.14 b
ſenatores quomodo cogi in Senatum ſoliti. 410.35 b & 436.25 b
ſenatorum Romanorũ habitus 716.45 b ornamenta 662.10
ſenatus in loco auſpicato iuſtus 901.31 b
ſenatus indictus 218.22 b legitimus 218.20 b quando haberi ſolitus 224.54 b & per quos 292.40
ſenatus unde dictus. 295.10
ſenatuſconſultum 382.5 & 294.34 b & 590.45 b duobus modis fieri ſolitum 723.28 b & 977.47
ſenatus maieſtas 384.15 b
ſenatus poteſtas ad quẽ potiſsimum delata. 311.17
ſenatum aduocandi facultas nulli priuato cõceſſa 314.1
ad Senatum referre 227.51 b
Senecę præclarum dictũ 287.49
ſenectutem oratori non eſſe aptam 124.10
ſenes deſperati 255.33 b
ſenior 618.17 b
ſenium 1774.1
ſenſus communes 509.5
ſententia 182.13 b cur inter ſchemata numeretur 1228.35
ſententiam clàm ferre. 625.60
ſententiam ferendi triplex ratio 1061.20 & 18.35 b
ſententiã diuidere quid 1721.7
ſententiarum rogandarum ratio 282.58 b
in Sententijs rogandis qui ordo obſeruatus. 615.60 b
ſentiendi duplex uis. 1805.15
ſentina 243.53 b & 840.60 b & 938.7 b rei pub. 223.55 b
ſentire 318.12 b
ſentire ſcelus & cogitare differunt 298.18 b
ſeparatio 1957.4
ſepelire 613.30
Seplaſia 373.29 b & 911.31
ſeptemuiri epulones. 486.29 b
ſeptemuiri ſacroſancti. 755.50 b
ſeptemuiratus magiſtratus 486.26 b
ſeptum 612.17 b ſepta 1676.25
ſepulchra familiaria quę 668.19 b
ſequeſtres qui 79.22 b & 612.14 & 1340.23 & 1418.46 & 1421.9 & 1473.32
Serapiæ fœtus 350.5
Serapis 404.39 b
ſerium 541.18 b
ſermo quid, & unde dictus 518.55
ſermocinatio 507.16 b & 1772.11
Sertorianũ bellum 761.20 & 858.10
Sertorius in cõuiuio occiſus 268.25 & 303.27
ſeruare de cœlo 350.27 b & 494.20 b
C. Seruilius Glaucia interemptus 220.9 b
Seruilij Halę præclarum facinus 464.51 b
Seruilius Iſauricus 298.15 & 461.28 b & 869.16
P. Seruilium piratas ſuperaſſe 316.53
ſeruire 1890.54
ſeruire naturæ 716.47
ſeruitia 304.5 b & 322.49 b
ſeruitus à iureconſultis morti comparata 675.6 b
ſeruitus iuſta 324.36 b
ſeruitutis miſeria 593.57 b
Seruius Tullius rex luſtra primus inſtituit. 694.54 b
ſerui conditio 673.34 b
ſerui fugitiui cur crucifери dicti 2090.30
ſerui ſoli in crucẽ olim acti 681.22
ſeruorum auxilio in bello uti, ignominioſum. 350.11 b
ſeruorum bellum 323.39
ſeruorum conſideratio. 308.14 b
ſeruorũ nullum nomen apud antiquos 481.11
ſeſtertius 53.6 b & 197.32 b
ſeſtertius & ſeſtertiũ dici 470.10 b & 495.11 b
ſeſtertiorũ ualor 212.34
ſeueritas, accuratio, & diligentia diff. 71.26 b
ſeuerus iudex 127.50 & 671.57 & 285.29
ſeuerus unde dicatur. 285.32
ſexagenarios de ponte deijcere, prouerb. 154.17 & 172.8 & 199.41
ſextula 344.17 & 169.2 & 422.41
Sextus Clodius rhetor. 496.38 b
ſica 226.12 b & 460.37 b & 580.35 b
ſicarius 119.61 b & 127.51 & 226.14 b & 477.38 b & 490.55 b & 549.5 b & 1660.24
ſicariorum & ueneficiorum pœna 1655.49
ſiccus pro ſobrio 852.13 b & 895.51 b & 1032.11
Sicilia ſemper à tyrannis afflicta 176.3 b
Siciliæ agri decumani. 469.30 b
Sicyonij calcei 507.17 b
ſidera cur ſigna dicantur 860.52
Sidicinum 515.12 b & 5488.13 b
Sidonia ueſtis 271.19 b
Sigæum 1120.53 & 1146.44
ſigillatim 754.58 b
ſigniferi 1080.45
ſignum. ſigna 92.58 b & 581.28 b & 109.51 & 488.42 b & 902.40 b
ſignorũ apud Rom. tria genera 230.9 b & 1534.21
ſignorum atq; tabularũ in Italia quanta cupiditas 310.50
Silanus, nõ Syllanus ſcribendum 743.4 b
ſimultas unde dicta. 1494.41
ſingillatim, ſingulatim, 754.57 b
ſingrapha 776.53
ſingulare 59.10 & 977.9 b
ſingulare & eximiũ differre 1874.10
Sinope ciuitas 110.51 b & 130.5 b & 707.7 & 932.34 b
Smyrna 678.50 b
Siſapo Antonij uilla 471.10 b ciuitas 302.51 b & 536.43 b
ſoboles 492.61 b & 559.36 b
ſobrietas in cognoſcendo ſita 569.55 b
ſobrini 1332.19
ſobrini & cõſobrini quomodo differant 37.13
ſoccus 1840.59
ſocer 390.17
ſocietas 362.20 & 448.23 b & 1262.51 duplex 341.16 quando ſoluatur 220.2 à coniuratione quid differat 546.54 b
ſocietatem coire 499.22 b
ſocium fallere in rebus minoribus, turpe 2141.47 & 449.57
ſocij 110.5 & 872.25 & 1693.40 & 1803.59
Socratici cinędi 594.10 b
Socratis cõdemnati uerba 2028.5
Socratis dictum 34.18 & 1120.55 & 1822.33 & 2130.46
ſodalis 258.44 b & 868.1
ſodalitas 448.21 b
ſolarium 35.21 & 77.38 & 96.19
ſolatium à conſolatione quid differat 605.54
ſoleæ 38.55 b & 1841.2
ſoleatũ eſſe, probroſum 381.17 b
ad Solem ſtare 77.42
ſolenne 60.3 & 1776.47
ſolennia ſacra 1667.17
ſolertia 220.36 b
ſolitudo 49.53
ſolitum quid 51.48 b
Solonis lex de dote 459.37 de legibus inſtituendis lex 466.11
Solonis leges tabulis ligneis inſcriptę 284.59 b
ſolui legibus 947.11 b
ſolum uertere 401.38 & 569.49 & 620.45 b & 615.31 b & 1172.17
ſolutio quibus rebus

fiat 575.48 b
ſomnos ducere 22.5
ſophiſma uſitatum in ſcholis uerbum 910.18 b
ſorbere 842.42
ſordes 134.51 b
ſorites ab auxeſi quid differat 1796.53
ſortiēti tres cuſtodes adiungi ſoliti 918.27 b
ſortiri 136.25 b
ſortitio 570.16 b
σωτὴς 343.14 b
Sparta domitrix iuuentutis 941.47
Spartacus gladiator 589.45 b & 593.8 b
Spartaci interdictū 602.16 b
Spartanorum puerorū in perferendis uerberibus conſtantia 245.15
ſparum 1686.45
ſpecies 584.11 b & 911.47 b
ſpecimen quid & unde dictum 20.41 b
ſpecioſa res 458.8 b
ſpectacula 796.57
ſpectandi uerbum ad finem pertinere 922.22 b
ſpectare unde deductū 753.20 b
ſpectatiſsimus 402.47
ſpectatus 476.41 b & 565.22 b
ſpectio 480.30 b & 508.36 b & 753.23 b
ſpecula 239.42 b & 639.6 b & 801.18 & 808.36 & 2089.24
ſpeculator 801.21 ab exploratore quid differat 925.20 item à cuſtode 63.32 b
σπερμολογίας 1426.48
ſpes 698.39
ſpes eſt amicorū 54.1 b
ſpes fallax cue 1830.29.
ſpei commendatio 318.30 b
ſpirare conſulstum 698.16 b
ſpiritus pro aere 317.44 b
Spoletum 1536.43 & 1581.9
ſpoliari 1042.14
ſpondere & deſpondere quomodo differant. 681.45
ſponſa noua cur limen non attingerit 607.25
ſponſio 1645.43 & 92.56 & 345.20 & 172.1 & 409.49 & 483.28
ex Spōſo actio cuiuſmodi. 409.50
ſponſionum formulæ. 380.27
ſponſionum uſus 380.14
ſportæ 75.49 b
ſpurij unde dicti 139.26
ſqualor 1507.42 & 2065.81.10
ſtabula 476.20 b
ſtare 1024.44 ab aliquo 935.6 cum aliquo 380.10 b
ſtare in cauſa qui dicantur 1867.53
ſtata ſacrificia 1677.26
ſtator 972.26 b
Stator Iupiter 223.3 b & 242.53 b & 475.25 b
ſtatua 705.38
ſtatuę damnatorū in carcere poſitæ 363.43 b
ſtatuæ hominibus miſerè necatis cur poſitæ. 726.41
ſtatuarum collocandarum mos 287.27 b
ſtatuarum pedeſtriū Romæ autoritas quæ. 668.8 b
ſtatuere 118.36 b
ſtatim unde dicatur 27.16 b
ſtatus 107.22 b
ſtatus in uſu optimus qui 929.26
ſtatus probatio unde ſumatur 1153.56
in Statu coniecturali patronum narratione opus non habere 129.32
ſtatuum diſpoſitio quomodo inuenienda. 1932.26
ſtatuum iudicationes. 1952.55
Stellates campus 942.61 b
στεφανώδης 494.32 b
ſtigmatici 688.28 b
ſtimulari & excitari differre 1431.6
ſtipatores 495.1 b
ſtipatus 925.48
ſtipendium 1470.41
ſtipendia mereri 838.52
ſtipendiarij 209.37 b & 1570.40
ſtipulari 40.29 & 449.31
ſtipulatio 215.46 & 382.49 & 415.13 & 449.27 & 518.27 quomodo fiat 449.29
ſtipulator 77.21
ſtirps 233.2 b
Stoici unde dicti 869.48
Stoici quid ſummum bonum dixerint 1889.1
ſtola quid ueterib. 469.61 b unde dicta 555.20 b
Stolonis damnatio 892.43 b
ſtomachari 628.18
ſtragula 162.25 & 206.13 & 122.32
ſtrepere 1885.6
ſtrictim referre 1471.22
ſtridor 937.36 b
στρωμνὴ 476.2 b
στροφαὶ 1845.12
ſtudium & officium differre 833.52
ſtultus qui 26.3 b
ſtupor 491.40 b & 526.28 b & 569.47 b à furors quid differat. 563.51 b item ab impudentia 569.43 b
ſtuprum 840.27 b & 1690.59
ſtylus 549.54 b
ſuaſionis duo genera. 268.34 b
ſuaſor & probator quomodo differant 346.16 b
ſubhaſtare 495.20 b
ſubhaſtare & auctionari quid differant 493.47 b
ſubiectio 250.7 b & 367.26 quid à ratiocinatione differat 464.15 & 514.8 & 1793.36
ſubiector teſtamentorū 272.25 b & 257.27 b & 977.6 b
ſubſeciuæ operæ 744.22 b ſubſeciuū ibid. 29 b
ſubſellia 35.24 b & 62.24 b & 101.25 & 1296.15 & 545.6 b & 840.9 b & 1099.54 & 1498.34 & 1845.34 & 355.32 b & 614.13 b
ſubſidia 896.8 b
ſubſipere 614.14 b
ſubſortiri iudices 2097.42
ſubſcribere 865.36
ſubſcriptiones 656.5
ſubſcriptores 35.11 b & 7 b & 70.24 b & 239.58 & 784.22 & 865.39 & 1054.12
ſubſtruere 575.45 b
ſubucula 478.41 b.
ſuburbanum 1409.40 & 1839.43 & 122.25
ſuccēſere 221.22 & 501.31 b & 2130.18
ſucceſsio 468.43
ſucciſiuæ operæ 491.24 b ſucciſiua tempora 463.6 b
ſuccumbere 937.33 b
Sucro 1517.53 & 1544.7
ſudare qui ſoleant 482.44 b
Sueſſa ciuitas 587.2 b
ſufficere conſulem 803.2
ſuffragium de magiſtratu faciendo quoties latum 783.40
ſuffragij ius penes quos ſitum fuerit 296.61
ſuffragia apud ueteres primò uoce, deinde per tabellā,lata 687.45 b
ſuffragia per tabellā lata, à Plinio, tacita eleganter dici 687.50 b
ſuffragia tribuum Romanorum quæ 533.19 b
ſuffragiorum confuſio. 782.16
P. Sulpitius à L. Sylla oppreſſus 285.38 b
Sulpitius cur ſe ad ius ciuile contulerit 764.16
S. Sulpitius iuris peritiſſimus 664.53 b & 668.1 b
Sulpicius per c ſcribendum 783.48 b
S. Sulpitij obitus 664.61 b
ſummiſsiò 378.56
ſummum bonum à ſolo bono quid differat. 1888.57
ſummum ius 364.12
ſummum ius ſumma iniuria, prouerb. 364.11 & 417.37 & 532.48
ſummus honor conſulatus 671.10 b
ſuo marte, prouerb. 485.18 b
ſuperbus quis ueteribus 593.33 b
ſuperciliorum indiria. 377.17 b & 215.51

ſuperſtites 906.20
ſuperſtitio 687.26
ſuperſtitioſus 442.10
ſupparum 1687.57
ſuppeditare 266.56 b & 277.30 b à præſtare quid differat 1260.44
ſuppilare 595.54 b
ſupplementa militũ 578.27 b
ſupplicare 379.61 b & 768.47 & 1407.28
ſupplicationes 436.20 b & 449.50 b & quando decretæ 295.25 b & pro quibus 411.6 b
ſupplicationum decernendarum ratio 283.51 b & 410.27 b
ſupplicis ſignum 34.56
ſuppliciũ ſumere 317.206
ſupprimere pecuniam 632.3
ſuprema munera quæ Virgilio 874.41
ſuſcipere & recipere differunt 7.26 b
ſuſcipere prouinciã 1495.35
ſuſpendere cur apud Romanos turpe 720.54
ſuſpicari 1790.1
ſuſpicio 731.52 b
ſuſpicione etiam carendum eſſe 429.17 b
ſuſtineo 57.26 b
Sylla à bello Mithridatico quando reuocatus 287.19
Sylla ad ſenatum cur iudicia tranſtulerit 872.31
Sylla cur Cornelius dici uoluerit 714.28
Sylla & Pomp. quando conſules 603.42
Syllæ crudelitas 286.48 b & 461.61 & 707.49 in proſcriptos 189.12 & 2057.22
Syllæ leges 356.44 b & 413.54 b & 427.59 b
Syllæ pax cum Mithridate qualis 267.22
L. Syllæ ſtatuæ 666.23 b
L. Syllã iudicandi poteſtatem equitibus ſuſtuliſſe 125.19
Syllam ſuos milites locupletaſſe 780.8
Syllana tyrannis 953.13 b
ſyllepſis 1805.54
ſyllogiſmus hypotheticus 12.176
συλλογίζεσθαι 493.7 b
ſymphoniacus 65.12 b & 1794.25
συμπωλεῖν 531.2 b
συγκοπή. συγκόπτεσθαι 580.9 b
ſynecdoche figura 232.20 b
συνέδριον 612.54 b & 619.9 b
ſyngrapha 412.49 b & 560.22 & 612.42 b & 625.1 b & 1831.15
ſyngraphæ à chirographis quid differant 111.16 b & 620.17 b & 574.59 b & 575.24 b
σύνδεσις [illegible] 1172.13
Syracuſæ 408.23 b à Marcello expugnatæ ibid. 26 b
Syri pop. 577.6 b
Syriam & Aſſyriam pro eodem plerumq; dici 941.29 b

T

T Literæ uſus 296.50 tabella 1061.11 & 1883.23 tabellæ 282.7 b
tabellæ tres iudicib. traditæ 1002.31
tabellariæ leges 78.17 b & 687.57 b & 908.7 b
tabellarius 282.7 b tabellarij 1034.27
taberna 516.45 b & 1000.19 b tabernę 325.21 b & 873.6
tabernam & officinam differre 509.18 b & 467.11 b
tabernarij 382.5 b & 974.32
tabeſcere 976.57 b
tabula 367.55 & 465.54
tabula Sextia 14.43 Valeria 334.55 b & 354.51 b
tabulæ 269.51 & 469.10 & 488.43 b
tabulæ auctionariæ 261.44 b iudiciariæ 1721.34 nouæ 261.20 b & 275.23 b & 629.60 b pictæ 161.36
tabularium 308.34 b & 718.59 & 732.34 & 742.42 & 1113.45
tabularius 469.59
tacitus uſitatius quàm tacens 227.1 b
Tages aruſpicinę autor 285.10 b
talares tunicę 276.50 b uiris indecoræ 264.30 b
Talaſſio 760.12 b
tandem 217.56 b & 253.40 b
tapeta 1460.49
ταρὰ ἄκρον 448.32 b
Tarentini pop. 1141.45
Tarquinij opp. 364.46 & 457.38 & 218.14
Tarquinij crudelitas 601.5 b
Tarquinij Priſci ludi 797.16
Tarquinio Superbo unde cognomen inditũ 593.40 b
Tarracina opp. 144.52
Tarracon 1572.15
Tatienſis tribus 101.24 b
Teanum 696.41 b
τεκμήρια 294.14 b & 1425.48
τέλη 424.14 b
Telephus 993.11 ſauciatus ab Achille 1051.10
Tellus dea 404.37 b eius templum 404.54 b & 440.48 b
telum 357.4 b & 1658.10 & 1798.4
temerè quæ fieri dicantur 558.29 b
temeritas 1857.18 & 2027.33 ab errore quid differat 2058.40
Temnites 1036.9
temperantia 285.27 & 325.61 & 541.26 b
temperare 1557.12
tempeſtas medium uocabulum 288.59
templum etiam forum dici 298.52
templũ pro Senatu 218.23 b
templũ quid à delubro differat 2.51 b & 345.51 b
templa 280.10 b & 557.60 b
templorum copia circa forum 286.34
tempus alienum 84.22 b
tẽpori cedendũ 383.42 b
in Tempore 225.60 b
tendiculæ 389.14
tendit dextram 671.38 b
Tenedos 773.48 Tenedus 1145.58
tenerum 1786.41
tenos 1036.12
tenſæ 1300.59
tentare 249.29 b tentari 1672.29
tenuis 982.45
tepula 728.56
Terentilla lex 892.3 b & 907.52 b
Terentij locus 33.45 & 140.57 b & 225.61 b & 229.1 b & 232.25 b & 232.57 b & 233.44 b & 257.2 b & 287.3 b & 303.25 b & 337.55 b & 338.1 b & 341.22 b & 344.49 b & 346.50 b & 347.11 b & 354.22 b & 380.10 b & 404.31 b & 458.43 b & 462.15 b & 462.56 b & 589.22 b & 593.16 b & 743.46 b
tergiuerſari 215.19 & 643.23 & 984.58
Terminalia 695.53 b & 698.57 b
de Terminis lex Numæ Pompilij 546.16
terræ motus in Friſia minori 204.30
territorium 459.5 & 495.9 b & 578.36 b
teſtamentum 510.2 b et 382.46 & 517.46 et 581.19 b
teſtamentũ in officio ſumi 131.31 b
teſtamentum quomodo infirmetur 352.25 et 418.11
teſtamentorũ duo genera apud Rom. 1114.56
teſtamentorũ ſubiector 257.27 b et 272.15 b
teſtamentarius 272.25 b
teſtari 395.34
teſtario 734.16
teſtificari 59.58
teſtimonium 483.58 et 1026.39
teſtimonium à quibus ſumendum 1678.23
teſtimonium cuiuſq; nõ ualere 97.55
teſtimonium in reũ quibus non licuũ 980.31
teſtimonium legationis 1411.7
teſtimoniũ quomodo etiã alias dicatur 484.1
à Teſtimonio dicẽdo, lege Iulia qui nam arceantur 573.6
teſtis oculatus 227.40
teſtis qui nam admittendus 231.14
teſtis officium 87.15 b
de Teſte detrahere quid 373.37

teſtes Ciceronis ætate quando dari ſoliti 196.32
teſtes quando producl dicantur 1872.4
teſtes ſuperſtites 373.1
teſtium duo genera 972.55
teſtium In ſubſellijs ſeſſio 219.57
teſtium mos apud ueteres 14.53
teſtibus quæ ineſſe debeant 231.41
teter 1147.33
tetrarchæ 364.14 b & 692.41 b & 1520.60 & 1731.28 & 1804.3
tetrarchia 364.13 b & 484.60 b
Teutones à C. Mario duobus prælijs deleti 310.44 b
θάνατοι αὐτόματοι 417.10 b
Theanum ciuitas 488.13 b & 611.3
theatrum 84.1 & 1025.60 & 1848.32
theatralis lex 469.51 b
theca 208.42 b
Thempſa oppid. 212.37 b
theuſæ 116.38 b & 1162.17 & 1396.50 & 1435.6
Theophraſti etym. 623.10
theſium uſus 564.38 b
Theſmophoria 988.33
Theſſalonica 1368.58 & 2399.14
theta cur damnationis litera dicatur 1662.50
Thraces gladiatores 595.56 b & 778.23 b
Thracum mos 290.2 b
Thraſybuli lex 403.6 b præclarum factum 404.53 b & 425.26 b
θρίαμβον 578.12 b
Thucydides Salluſtio cur præferēdus 899.39
thuribulum 205.28 b
Thuſculum 515.27
Thyeſtes 387.57 b ab Ennio ob immanitatem execratus 686.18 b
Thyeſtea execratio, prouerb. 387.56 b.
Tiberius Gracchus à P. Scipione Naſica occiſus 994.14
Tiberij lamētatio 893.15 b
Tiberij Gracchi lex iudiciaria 427.57 b
tibialia Romanis incognita 1798.8
tibiarum uſus 848.51
tibicinis Latini modo tranſire, prouerb 769.37
tibicines Latini qui 815.23
tigna 1802.54
Tigranes Mithridatis gener 318.33
Tigranocerta 275.17
Timolus 1037.18
Titia lex 761.50
Tityi ſupplicīū quid deſignet 305.51 b
Tmolus 984.20 & 1022.13
toga 113.16 b & 510.48 & 981.38 b & 1147.34 & 1045.6 & 613.29 b & 1839.11
toga ſola ueteres Romani amicti 264.52 b
toga uirilis quando ſumpta 469.54 b & 760.60
toga unde dicta 535.19 b
togæ uſus 380.5 & 179.58 b
togati Romani 276.59 b & 379.59 b
tollere 1863.60 tollere cornua 832.7 b
tonſoribus quādiu Ro. caruerint 913.12 b
toreuma. toreumata 208.16 b & 391.59 b
τορεύειν 391.60 b
Torquatus unde dictus 935.45 b
tortor 681.2 & 685.56 b & 682.3 & 1795.36
tractus 1329.33
traductio 269.41 b duplex 64.5
Tralles. Tralleis 388.8 b & 986.42
Trallianæ mulieres infamatæ 594.43 b
τραλλιανὸς 592.57 b
Tralliani cur Flacco irati 987.13
τράλλεις 592.56 b
tramites 702.4 b
tranſcribere 618.51
transferre 1263.18
transfuga 836.10 b
tranſigere 11.20 & 157.24 & 323.7 b
tranſigere & decidere ſolo eloquendi modo differre 58.56
tranſigo, expedio, abſoluo, diff. 2.61 b
tranſitio 258.31 & 640.13 b & 1938.23
translatio 114.28 & 513.19 b
translatitia 113.30 b
tranſmittere 408.28 b & 449.2 b
tranſmittere bellum 286.27 mare 281.29
Trebonius à Dolabella crudeliſſimē interfectus 673.55 b & 677.48 b
trepidatio 2124.18
tres uiri ſeparatim qui dicantur 913.60 b
τρίαινα 523.16 b
tria cappa peſſima 292.36 b τρία κάππα κάκιστα, prouerbium 620.18 b
triarij clades 277.8
triario quantę hominū copię interfectę 307.45
tribules 1420.5
tribunalia & ſubſellia quid differant 416 b
tribunalia in foro 367.51 b
tribunatus totus plebeius 914.14 b
tribuni ærarij 308.14 b & 324.12 b & 721.16 & 2328.58 & 1410.42 militares 78.23 b
tribunorum militarium duo genera 1345.2
tribuni plebis 348.34 b ſacroſancti 417.55 b & 503.14 b
tribunorum plebis autoritas 417.50 b
tribuni unde dicti 101.32 b
tribunis intercedere conceſſum 480.21 b
tribunorum officium 62.35 & 79.27
tribunorum uſus Romę 26.54
tribunitiæ poteſtatis uis 913.20 b uſus 926.32 b
tribunitiæ leges unde deductæ 918.11 b
tribunitiæ rogationes 350.17 b
tribus Romanę XXXV. 785.55 b & 101.24 b & 121.9 b & 508.49 b & 908.30 b & 940.36 b
tribus pęrogatiuæ 778.23
tribuum diuiſores 819.21
tribuum ſingularū præcones 918.33 b
tributum. tributa 494.54 b & 1028.17
tributum à uectigali quid differat 983.53
tributa comitia 414.60 b & 920.39.46 b
tributarij 1803.60
triclinium 476.23 b & 493.39 b & 1498.26 b
triduo 978.46 b pro intra triduū 260.53 b
trierarchus 106.42 b
trieteris 2016.26
trinundinum 414.51 b & 428.44 b & 973.42 & 1170.38
Triphon rex quomodo hoſtium telum ſit elapſus 306.61
triremis 106.43 b
triſtis pro graui 389.22 b & 193.16 b
τρίτα φυλακή 290.55 b
triumphare 287.24 b & 965.57 b
triumphus 287.23 b quibus Romæ permiſſus 328.61
triumphi Conſulibus quando decreti 311.26 b
trium literarum in iudicijs uſus 1772.22
triumuiri capitales 417.24 monetales 636.55 b
triumuirorum officium 704.56
Troianorū penates qui 1095.60
Troianus equus 466.31 b
trophæum 1145.60 trophæa 1933.26
τρόπος 394.11 b
trucidare 592.50 b
trux & truculentus horroris uerba 912.61 b
Tubero iuris doctiſſimus 2020.48
Tuditani inſania 388.30 b
tugio 2579.56
Tullia Ciceronis filia 315.15 b
Tullius Cimber 499.41 b
tumultus 129.60 & 280.42 b & 629.6 b & 766.46 & 965.44 b & 1079.38 & 660.14 b & 843.38 à bello quid differat 290.36 b
tunica 164.47 b & 1470.34
tunica pallio propior, prouerb. 699.4 b et 1470.

1470.56
tunicæ manicatæ 276.55 b
tunicati 945.37 b
tunc particulæ ſignificatio 58.44
turbo 1504.49.
turbulentum 276.23 b
Turca immaniſſ. Chriſtianorum hoſtis 1137.2
Turcorũ imperator quomodo creetur 1054.15
turma 1884.47
turpe 648.49 b
turpe & nefarium quomodo differant 1866,42
turpis mors quæ 1093.43
turpitudo & fœditas quomodo differant 371.45 b
Tuſculana uilla 820.30 b
Tuſculum 588.35 b & 1328 6
tutela 362.16 & 449.35 & 1056.5
tutela triplex 341.33
tutores honorarij 448.46
Tiberij Gracchi cædes 397.42
Tybue 1538.11
Tyburtum 829.28 b
tyrannicidarum honos 410.33 b imagines 1594.32
tyrannis 452.5 b & 704.42
tyrannus 251.44 b
tyranni Athenienſium à Thraſybulo deuicti 447.28 b
Tyrium ſericum 271.18 b
tyria ueſtis 271.19 b
tyrocinium 839.56 b
tyrones ex agris cur legendi 193.3
Tyrus 685.14 b & 928.36 b

V

V.C. literæ quid deſignẽt 747.56 b
uacatio. uacationes 642.4 b & 1479.2 & 649.39 b
uacillare 276.36 b
uadare 37.38 uadari 92.25
uada unde dicta 59.35
uades 508.12 b
uadimonium 15.41 & 37 33 & 59.12 & 92.26 & 256.15 b & 263.12 b & 270.58 b & 276.58 b & 956.24 b
uadimoniũ deſerere 256 19 b & 270.60 obire 256.18 b promittere 256.19 b
uæneo 708.37 b uerbum [illegible] 325.32
ualeo & poſſum quomodo differant 433.3
Valeria lex 743.6 tabula 334.55 b & 354.51 b
Valerius Publicola 967.36
Valerio Maximo domus publice ædificata 427.27 b
Valgius, Rulli ſocer 900.16 b
Valonia ciuitas 394.34 b
ualuæ unde dictæ 525.24 b
uarl 707.13 b
M. Varronis laus 487.32 b eiuſdem locus reſtitutus 778.1 b
uas 13.37
uas, obſes & præs quomodo differant 956.22 b
uaſa colligere 208.20 b
uaſa Corinthia 261.12
uaſtus 937.45 b
uaſtare ciuitatem quid 17.36 b
Vatinianum odium, prouerb. 536.54 b
Vatinius à Cicerone defenſus 673.5 b
Vatinius lapidatus 536.55 b
Vatinia lex 361.60 b
Vatinij guttur ſtrumoſum 333.47 b
Vbaldinus 755.2 b
ubertas 1558.43
uectes 209.22 b
uecticularia uita 505.33 b
Vectij indicium 856.60 b
uectigal 491.53 b & 707.48 b à quibus locari ſolitum, & ubi 266.51
uectigal certum cur dicatur 266 48
uectigal imponere 229.22
uectigal unde dictũ 832.39 b
uectigalia 321.3 & 417.17 b & 424.13 b & 1027.31
uectigalia ex quibus Romani perceperint 271.1
uectigalia exercere 266.11
uectigalia nerui reipub. 266.57
uectigalia redimere publicani quando dicantur 305.23
uectigalium duo genera 266.44
uectigalis ager 935.60 b
uector 639.34 b & 1847.32
uehemens 374.56
Veij à Romanis obſeſſi 192.15
Velia oppidum 409.35 b & 441.40 b & 1538.16
uelificari 904.26 b
uelitari 28.39
uendicare. 309.6 b uendicare eem 306.4 b
uenefici 272.21 b
ueneuum unde dictum 678.59
uenia 1111.56
ueniam dare 373.41
uenire contra rem alicuius 339.47 b
uenire in conſilium 491.17 in rem præſentem 344.54 in poſſeſſionem 86.31
Ventidius 695.46 b
uentilare 2041.32
uentitare 490.29 b
uentoſus 638.32 uentoſum 690.41 b
Venus Paphia 468.7 b
uerbum unum pluraq; interdum præterire, elegans 798.60 b
uerba ſonantia ubi ponenda oratori 369.31 b
uerbis quæ accidãt 1227.23
de Verbis neutris Priſciani regula 31.38
uerbis pugnare qui dicantur 394.30
uereri & metuere quomodo differant 46.56
ueritas hiſtoriæ lex præcipua 838.12 b
ueritas ſimplex 98.18
ueritatis encomiũ, ac uis 98.27
uerò ironicè uſurpatum 231.50 b
Verres crudelis & auarus 42.32 b
Verres deſperato patrocinio ſua ſponte in exilium diſcedit 72.23 b & 81.57 b
Verris nomen ambiguum ſuggillatur 36.28 b
uerſari in cauſa aliquã quid 49.10
uerſiculus 2688.54
uerſura 1028.6 & 1456.2
uerſuram facere 150.51 b & 223.46 & 1473.6 ſoluere 223.50
uerſus 1271.33 & 1865.51
uerſutus 386.2
uerſutos & callidos quos Cicero appelles 440.36
uertens 715.44 b
uerum pro iuſto 83.46 b
ueſanus 1257.58
Veſta 326.24 b
Veſtæ templum cur non auguſtum 1683.19
Veſtalis ignis 246.36
ueſtali uirgini quando nubere licitum 246.20
Veſtales uirgines 326.13 b ad placandos deos hominesq; adhibitæ 246.24
ueſtibulum 377.22 & 493.31 b & 564.60 b & 2460.10
ueſtis 564.16 b & 367.9 b
ueſtitus mutandi ratio apud Romanos 2065 48
ueteranus 562.19 b & 561 43 b
ueterator 216.9 & 375.43 & 492.51
uetulum 13.53
uetus ad laudẽ & uituperium referri 130.57
uexandi metaphora unde petita 1020.56
uexare 337.2 b & 918 8 & 1775.17 quid à populari differat 2.37 b
uexillum 230.20 b & 495.8 b
uia 547.15
uia immiuuta 354.42 priuata 696.5 b
uiarum in urbe tria genera 1686.47 & 1797.20
uiaticum 1413.7
uiatores 241.57 & 355.50 b
Vibo opp. 1368.7
uicarius 387.38 & 801.61 & 875.61 & 956.12 & 1078.

& 1078.32 uicarij 694.20 b & 697.34 b
uicinalis uia 696.4 b
uicinia 605.40 & 1484.36
uicinitas 603.39 & 1484.35
uicorũ inordinatio Romæ unde 711.47
uictoria, natura inſolẽs 286.58
uictoria parta qui'nam conſeruandi 943.33 b
uictoriæ ludi 78.48 b
uictoriatus 229.5
uictis nouæ leges imponi ſolitæ 18.53 b
uidelicet particula 462.14 b
uidere & cernere quid differant 1805.33
uigiliæ 280.60 b & 290.56 b
uilla 106.55
uillicus 386.36 & 1350.31 & 1429.1
uincere ſeipſum, præclarum 652.54 b
uindicare 815.54 & 1886.21
uindicatio quomodo olim fieri ſolita 769.4
inter Vindicem & ultorem quid interſit 491.45 b
uindiciæ 815.36 & 1801.60 & 1692.10
uindiciarum lis 152.28 b
uindicta 722.27 & 746.28
uinea 657.30 b
uineæ cõductæ ſunt, prouerb. 659.33 b
uinolentus pro ebrio 852.24 b
uiolare 1867.44
uir fugiens denuò pugnabit, prouerb. 660.37
uir unde dictus 62.50 & 550.21 b
uiri fortis propriũ 246.38
uirum bonum quomodo ueteres laudarint 148.23
uiris equiſq;, prouerb. 782.16 b
uirgator 594.11 b
Virgilij locus 75.23 b & 77.48 b & 78.30 42 b & 80.27 b & 99.42 b & 101.44 b & 110.7 b & 132.27 b & 159.39 b & 222.58 b & 225.44.57 b & 226.19 b & 227.12 b & 230.61 b & 231.20 b & 232.39 b & 233.3 b & 214.31 b & 247.45 b & 254.24 b & 259.55 b & 264.57 b & 270.3 b & 271.20 b & 284.15.55 b & 285.13 b & 297.7 b & 303.14 b & 309.37 b & 310.18 b & 326.7 b & 337.14 b & 344.47 b & 407.46 b & 408.29 b & 409.4 b & 419.60 b & 426.59 b & 438.13 b & 459.32 b & 462.52 b & 473.60 b & 476.12 b & 480.57 b & 487.23 b & 613.30 b & 761.2 b & 852.49 b
uirilis ætas conſtãs 604.36
uirilis toga quando ſumpta 469.54 b
uirtus 232.44 b & 538.59 & 1821.13
uirtus oratoris ſumma 18.7 b
uirtus in oratore max. neceſſaria 58.49 b
uirtutis uis 387.32 b
uis 511.40 duplex 482.33
uita hominis in quibus potiſſ. conſiſtat 673.32 b
uitam humanam multis caſibus obnoxiam eſſe 294.11
Vitellij deteſtabile dictũ 606.31 b
uitia à peccatis quomodo differant 554.37 b
uitia quæ uirtutes 1893.26
uitiare 569.38 b
uitioſa quæ 838.52
uitioſus conſul 570.42 b
uitioſi magiſtratus 508.58 b & 620.3 b
uitricus 514.5 b
uiuendi cupiditas reprehenſa 595.35 b
ulciſci 6.5 b & 260.61 b
inter Vltorem & uindicẽ quid interſit 491.45 b
Vmbri unde dicti 139.59 & 780.46
unciæ deriuatio 471.44 diuiſio 408.46 & 472.49
uncus 746.32
uncl quib. impacti 448.19 b
uno uerbo 749.42 b
Voconia lex 112.57 b & 131.22 b & 588.14 b & 397.33 b & 601.43 b & 1514.33
Volaterræ opp. 24. & 131.38. & 475.24 & 575.15
Voleſi crudelitas 606.25
uolitare 390.41 b (b
uolumen unde dictum 134.34
Volumnia Antonio dilecta 504.7 b mima 463.3 b
uoluntarium 450.23 b
uoluntatem ſuam alicui aſcribere 569.13 b
uomer 524.36 b
uomitionũ utilitas 2089.9 & 2124.57
Vopiſcum priſci quẽ uocent 687.2 b
Vortumnus 116.50.52 b
uota nuncupata & concepta 587.24 b & 592.31 b & 620.59 b
uotiui ludi 78.33 b
urbana prouincia 346.60 b
urbanitas 341.50 b
Vrbinates 698.43 b
Vrbinum 695.21 b
urbs unde dicta 955.33
ad Vrbem 139.3 b ad Vrbem eſſe 595.30 b
urbem à ciuitate differre 544.5 b item à Roma 369.28 b
uſquam 404.30 b
uſq; ad aras amicus, prouerb. 1058.5
uſtrina 495.21 b
uſtulare 484.5 b & 754.49 b
uſucapio 584.25 cur autoritas dicatur 524.39 & 546.39
uſucapionis affectus 418.58
uſufructuarij agri 365.61
uſura 250.50 b & 953.4 b
uſura pro tẽpore 212.24 b
cum uſuris certare 275.53 b item cum uſuris fructibus 261.48 b
uſurpare 915.45 b
uſusfructus 365.39 & 460.37 duplex 365.42
uſus magiſter optimus 279.19
utenſile 982.14
uti & frui quomodo differant 461.22
Vtica 2022.53 Africę urbs 2053.59
utilitas in quibus ſpectãda 301.47
uulgus imperitorũ 778.58
uulturius 386.52 b
uultus 137.7 & 485.15 & 644.31 & 1845.21 à facie quid differat 105.46
uultus indicia 377.19 b
uxor trib. modis haberi ſolita 997.2 & 770.48
Vxores mortuos maritos quãdiu lugere ſolitæ 616.50
uxores unde dictę 307.32

X

XAnthi & Aeſopi colloquũ 519.58
Xenophontis filij in prælio interitus 247.12
Xenophontis locus 787.40 b & 796.19 b

Z

ZEno mercib. perſundatis, philoſophiæ ſtudet 869.39
Zeno quid ſenſum appellarit 792.4
Zenonis dictum 869.32
[illegible] [illegible], prouerb. 869.52
zeugma 81.8 b
[illegible] 974.9
zonarij 1026.49
[illegible] 792.31 b

FINIS